
0067394XXXX

ACTA

SANCTORUM

NOVEMBRIS

TOMI SECUNDI PARS PRIOR

BRUXELLIS
EXCUDEBANT POLLEUNIS ET CEUTERICK
Actorum Bollandianorum typographi
Via dicta *des Ursulines,* 37

ACTA
SANCTORUM.
NOVEMBER.
ERVDITIO
VERITAS
ANTIQVA REDVCO

ACTA
SANCTORUM
NOVEMBRIS

COLLECTA DIGESTA ILLUSTRATA

A

CAROLO DE SMEDT, IOSEPHO DE BACKER,
FRANCISCO VAN ORTROY, IOSEPHO VAN DEN GHEYN,
HIPPOLYTO DELEHAYE & ALBERTO PONCELET

SOCIETATIS IESU PRESBYTERIS

TOMI II PARS PRIOR

Qua dies tertius partim et quartus continentur

PRAEMISSUM EST

MARTYROLOGIUM HIERONYMIANUM

EDENTIBUS

IOHANNE BAPTISTA DE ROSSI ET LUDOVICO DUCHESNE

BRUXELLIS

APUD SOCIOS BOLLANDIANOS
14, via Ursulinarum, 14

SOCIÉTÉ BELGE DE LIBRAIRIE
16, rue Treurenberg, 16

1894

Quamquam summopere cupiebamus in hoc altero Novembris mensis tomo complures kalendarii ecclesiastici dies comprehendi, multorum tamen desiderio nos satis facturos arbitrati sumus, si, commentariorum continua serie paulisper interrupta, magnam libri partem *Martyrologio Hieronymiano* ex permultis codicibus edito tribueremus.

Iamdiu siquidem viris doctis in optatis erat, ut pretiosae collectionis, quae sub hoc nomine circumfertur et qua hagiographis cottidie ferme usus est, editio tandem pararetur critica. Ad quam adornandam cum se, collatis studiis, iam pridem accinxissent viri clarissimi Iohannes Baptista de Rossi et Ludovicus Duchesne, de historia ecclesiastica saepe alias egregie meriti, gratissimum nobis accidit quod iidem improbi sui laboris fructus nobiscum communicarunt et in publicum emittendos commiserunt.

Reliquum tomum complent Acta Sanctorum diei tertiae novembris, quae priore tomo complecti non potuimus, et eorum omnium, quos die quarto colit Ecclesia, uno tamen excepto. Commentarium enim de inclito Mediolanensi archiepiscopo, S. Carolo Borromaeo, cum nondum omni ex parte ad unguem elimatus sit, in posteriorem voluminis partem seorsim edendam seponere necesse fuit; quam tamen non ita diu exspectandam fore confidimus. Hanc autem lacunam aliquantum explebunt Acta S. Wolfkangi, Ratisponensis episcopi, quae in tomo XIII Octobris olim praetermissa, nunc tandem ad calcem huiusce tomi exhibentur.

De ratione laboris nostri non est quod multum disseramus, quippe quae iis, qui Acta nostra manibus terere solent, satis perspecta sit. Qui facile animadvertent et, ni vehementer fallimur, suffragio suo apprime comprobabunt, praecipuam curam a nobis in eo positam fuisse, ut Actorum antiquorum textus quam integerrime et emendatissime vulgaremus, et commentationes nostras intra limites iisdem Actis definitos contineremus, neque in excursus, ad quos proposita materia saepe allicit, deviaremus.

deviaremus. Hinc, si nonnullae huius tomi partes lectori cuipiam prolixiores videantur, id non nobis, sed veteribus scriptoribus, quorum lucubrationes integras edidimus, vitio vertat.

In quarum editione paranda summopere nos iuvit multorum bibliothecis publicis et monasticis praefectorum benevolentia et humanitas, qui vel codices suos ad usum nostrum sedulo recognoscere et conferre dignati sunt, vel ipsos codices ad nos transmittere per commodum inspiciendos; quibus omnibus grati animi nostri sensus hic testatos volumus.

Restat ut et gratae beneficiorum memoriae significationem ne praetermittamus erga virum de opere nostro optime meritum, quem in bona senectute obiisse, dum ultimam manum huic volumini edendo imponebamus, tristis nuntius ad nos pertulit; Iohannem nimirum Martinov, rerum slavicarum peritissimum, cuius officiosissima opera antecessores nostri toties usi sunt, et qui tomum XI Octobris grandi illa auxit commentatione, arduo exarata labore, quam inscripsit *Annus ecclesiasticus graeco-slavicus*. Quod opus, ut fere accidit iis, qui viam sternendam suscipiunt eatenus a nemine tritam, non paucis quidem in locis emendatricem manum postulat, utilissimum tamen subsidium omnibus attulit, qui ecclesiarum orientalium fastis illustrandis incumbunt.

Huic denique praefatiunculae subiungimus brevia elogia eorum, qui nobis in opere Bollandiano continuando novissime praeiverunt, quorumque sequendis vestigiis faxit Deus fideliter inhaereamus.

BENJAMINUS BOSSUE
obiit anno MDCCCLXXXII aetatis LXXIX

REMIGIUS DE BUCK
obiit anno MDCCCLXXX aetatis LXII



VICTOR DE BUCK
obiit anno MDCCCLXXVI ætatis LX

ELOGIA PATRUM

VICTORIS AC REMIGII DE BUCK ET BENIAMINI BOSSUE

DE P. VICTORE DE BUCK.

Ab anno 1876 ad annum 1882 tres Bollandiani operis veteranos mors absumpsit.

Horum primus ad caelestia regna migravit die 23 maii 1876 R. P. Victor De Buck, cui haud immerito eundem ferme locum assignare licet inter recentiores illius operis auctores, quem Danieli Papebrochio inter priscos. Natus erat in oppido Flandriae Aldenardo die 24 aprilis anno 1817, parentibus apud cives suos spectatissimis, nec divitiis magis quam christiana pietate insignibus. Domum paternam primum reliquit anno 1829, litteris latinis operam daturus in collegio municipali Sonegiensi, quod unum tunc in Belgio catholici paedagogii titulo gloriabatur; ceteras enim huius generis scholas tyrannicum regimen, quo vexabatur regio nostra, sustulerat. Anno vero sequenti migravit Victor ad seminarium minus Rollariense, mox instauratum post vindicatam et recuperatam a Belgis libertatem politicam et religiosam; ibique transactis annis quattuor, tandem rhetoricae cursum perfecit et studiorum iuvenilium metam attigit in collegio Societatis Iesu Alostano. Quam acri autem ingenio, quam constanti industria et animi contentione, quamque felici successu in litterarum palaestra se exercuerit, uno ore saepe testati sunt, quotquot toto illo sexennio habuit magistros.

Iam tempus advenerat, cum certus illi eligendus erat vitae status, in quo ad Ecclesiae et rei publicae commodum egregias animi sui dotes et partas iam labore suo artes altius excoleret atque apertam in lucem proferret. Haud diu haesit pius iuvenis, spretisque cunctis saecularis vitae illecebris, sub vexillo crucis renascenti tunc in Belgio Societati Iesu nomen dare statuit. In quam receptus die 11 octobris anno 1835, biennium primo Nivigellae vitae religiosae tirocinio, deinde annum unum repetendis secundum morem Societatis litterariis studiis, tum alterum biennium Namurci philosophicis et mathematicis disciplinis impendit; in quibus adeo excelluit ut, expleto hoc temporis spatio, prae omnibus sodalibus suis designatus fuerit ad propugnandas publice theses de universa philosophia scholastica et naturali; quod et cum summa laude praestitit.

Nec defuit statim eximio ingenio et ferventi laborum studio amplissimus et aptissimus campus. Instauratum quippe magno eruditorum applausu anno 1838 fuerat collegium hagiographorum Bollandianorum, qui interruptam calamitate temporum extremo superiore saeculo Actorum Sanctorum *editionem resumerent. Cui operi promovendo cum Victore nostro nemo magis idoneus videretur, mense septembri anni 1840, vigesimo quarto aetatis suae anno, tribus Patribus, ad opus instaurandum iam designatis, adiutor datus est.*

More suo manum operi impigre continuo admovit. Ac primo quidem enormem ingentium voluminum a priscis Bollandianis editorum molem ex ordine pervolvere, omnia sedulo perlegere, multaque ex iis scripto decerpere et ad certa capita redigere coepit. Deinde singularum disciplinarum, quibus hagiographum, qualem requirit institutum nostrum, instructum esse oportere intellegebat, studio se tradidit: historiae videlicet generalis praesertim ecclesiasticae, chronologiae, geographiae, archaeologiae, rerum etiam liturgicarum et iuris ecclesiastici. Quibus haud sine magno fructu incubuit, cum et acutissima esset in eo mentis acies, et memoria eorum, quae vel semel legisset, tenacissima. Validum nec minus iucundum in hisce disciplinis subsidium ac stimulum rettulit ex societate Antonii Tinnebroeck, quem aetate fere aequalem, religiosi ac litterarii tirocinii assiduum comitem et aemulum, communia in omni genere studia artissime ipsi devinxerant. Is enim simul cum Victore anno 1840 hagiographis Bollandianis adiutor datus, simul sacerdos anno 1848 consecratus, simul denique collegio Bollandiano socius adscriptus est mense augusto anni 1850, postquam uterque quadriennio Lovanii theologicis disciplinis et dein per annum integrum Truncinii tertiae probationis exercitationibus operam navaverat.

Attamen non eo usque distulit Victor, ut peritiae suae in tractandis sanctorum Actis specimina daret. Etenim antequam anno 1845 Lovanium missus erat, non minus sedecim commentarios (praeter quosdam breviculos) adornarat, qui omnes, praeter duos, S. Colmanni nempe episcopi et Kiarae virginis in Hibernia, erant de sanctis Gallis, et editi sunt in altera parte tomi VII Octobris (Bruxellis, 1845), nullis tamen siglis, quibus secundum morem nostrum scriptoris nomen signetur, notati, quosque hoc ipso indicio a Victore nostro conscriptos iam quisque noverit. De quibus et aliis ab eo in Bollandiano opere continuando laboribus sermo recurret inferius, postquam pauca dixerimus de ceteris ab eo circa diversas materias editis lucubrationibus.

Neque enim in commentandis Actis sanctorum se continuit. Nam cum eruditionis fama claresceret, et nihilominus omnium doctrinarum et quaestionum genera perscrutandi admodum esset curiosus, miraque vi et promptitudine animi ea complecteretur, nec minore copia et elegantia sermonis, tam latini quam vernaculi, polleret in scribendo, consueverunt periodicorum catholicorum editores, superiores quoque Societatis et alii, sive in ecclesiastica dignitate constituti sive eruditis investigationibus intenti, vel etiam viri politici, ad eum frequenter recurrere, ut intricatis controversiis dirimendis lucem

lucem afferret. Ipse enim, indole admodum officiosus, facile omnibus praesto erat.

Primum nec mediocre et obscurum suae sollertiae documentum praebuit anno 1847 nondum sacerdos in exaranda confutatione libri, quem De regularium et saecularium clericorum iuribus *recens emiserat professor quidam Academiae Lovaniensis. Scriptionis suae occasionem et materiam exposuit ipse Victor in commentario, quem praefixit tomo IX Octobris, de vita et scriptis Antonii Tinnebroeck, immatura morte abrepti mense martio anni 1865, et sui olim in eo libro contexendo socii. Vix nimirum uterque theologicorum studiorum curriculi primum annum absolverat, " cum ecce „ mense augusto anni 1846 prodit in lucem typis „ Lovaniensibus* De regularium et saecularium „ clericorum iuribus et officiis liber singularis, „ auctore Mariano Verhoeven, archidioecesis „ Mechliniensis presbytero, protonotario apostolico, iuris utriusque doctore, sacrorum canonum in Universitate Lovaniensi professore „ publico ordinario. *Huius quidem libri facies „ moderata satis erat, neque ex ira aut odio „ suscepta videbatur lucubratio; verum si quis aliquantisper perpenderet quae in ea legebantur, „ non poterat non iudicare scriptionem infensam „ esse regularibus atque eo totam vergere, ut inter „ arctissimos limites cohiberentur, quin etiam ut ab „ episcopis et clero saeculari opprimerentur. Unde „ haec opella non parvum regularium amicis dolorem eorumque adversariis incredibile creavit „ gaudium; ita ut passim audiretur Iesuitas (nam „ hi potissime intendebantur) prostratos iacere, „ insignemque de iis victoriam fuisse relatam. „ Quae res eo magis erat lugenda, quo plura eodem „ tempore mitterentur ab ecclesiae hostibus in religiosos ordines et maxime in Societatem Iesu tela... „ Initio tamen sola patientia christiana inopportuno libello opponenda visa est, et ne cogitatum „ quidem ab ullo regulari fuit de refellendis „ R. D. Verhoeven assertis. Verum ubi intellectum „ est etiam inter viros vere probos plures esse qui „ iis fidem adderent, prius in ephemeridibus Leodiensibus pauci aliquot errores retecti sunt, ut „ hoc facto palam fieret non omnimode fidendum „ esse libro singulari. Quod monitum si patienter „ tulissent R. D. Professor eiusque asseclae, neu „ contendissent scriptionem ubique veracem esse „ et firmam, nil ultra ei fuisset obiectum. Sed „ tam pacate compositi non erant animi; adeoque „ ad modestissimam scriptionem opposita sunt „ typographorum ope acerrima responsa. Quamobrem circa festa natalitia eiusdem anni, suadentibus eminentissimis viris atque omnium „ maxime cardinali Fornario, rerum Belgicarum „ peritissimo, rogantibus etiam aliorum ordinum „ regularium in Belgio superioribus, iusserunt „ praelati nostri confutationem parari ab Antonio „ Tinnebroeck et ab altero scholastico Lovaniensi „ [ipso nempe Victore]... Iussa fecerunt ambo; et „ licet quotidianas theologiae dogmaticae scholas „ adirent, feriis paschalibus confectum erat* Examen historicum et canonicum libri R. D. Mariani „ Verhoeven de regularium et saecularium clericorum iuribus et officiis; *quod deinceps per unum „ aut alterum mensem limatum et typis impressum est, atque ineunte mense iulio lucem vidit, ex „ sexcentis quadraginta paginis constans... Verum „ his absolutum non erat libri R. D. Verhoeven „ susceptum examen; adeoque quod prodiit volumen, licet res praecipuas omnes regularium „ contineret, tomus prior dictus est et alter dein „ scribi coeptus. Plurimum iam processerat novum „ opus et ad umbilicum fere deductum erat, cum „ continuo ex Helvetia et Italia pessima afferrentur nuntia. Visum itaque est id non esse tempus „ quod istiusmodi posceret libros, et tanto promptius quies indicta est, quanto certius constaret „ iam ab omnibus peritis agnosci uno priori volumine intentum finem obtentum fuisse. Prodiit „ itaque numquam tomus posterior* „ (1).

Similem controversiam aliquot post annos exarsuram, suamque in ea dirimenda operam se positurum haud providebat. Indicto nempe in annum 1869 a SS. DD. Pio IX generali concilio Vaticano, rumor spargi coeptus est id quosdam moliri, ut sacri coetus auctoritate antiquae regularium exemptiones et privilegia coartarentur; nonnullis enim displicere omnimodam eorundem propriis praelatis subiectionem, et magis aequum videri ut ordinariorum iurisdictioni essent obnoxii. Quod cum non parum detrimenti Societatis piis laboribus eiusdemque rectae gubernationi allaturum viderent superiores nostri, nonnihil tentandum iudicarunt, ut his moliminibus obsisterent; nihilque magis ad id opportunum visum est, quam si commentarius aliquis conscriberetur concilii Patribus tradendus, quo gravissima momenta, quae pro immunitatibus regularium militarent, perspicue exponerentur. Cui muneri explendo nemo magis idoneus visus est P. Victore. Nec spem, quam sui fecerat, fefellit. Mox enim tractatum conscripsit De exemptione regularium conservanda et confirmanda *(Bruxellis, 1869, in-8°, pp. 207), non ita quidem mole insignem, sed argumentorum robore et gravitate conspicuum; qui statim typis editus est. Sed illum Patribus porrigendi non fuit locus : concilium enim Vaticanum mense iulio anni 1870 infelicis temporis calamitatibus abruptum est, antequam rem propositam Patres essent aggressi.*

Adversus alterum inimicorum genus causam regularium defendendam suscepit strenuus religionis athleta, nimirum adversus pseudo-liberales illos, qui, cum ex odio catholicae ecclesiae et fidei religiosos nullos esse cuperent, idcirco contendebant religiosa instituta iuri publico nostrorum temporum, maxime in Belgio, adversari. Id arguebant praecipue ex voto paupertatis, quo scilicet singuli religiosi incapaces reddantur cuiusvis privati dominii in quaevis bona mobilia vel immobilia, cum ex alia parte legibus publicis vetentur ne quicquam possideant in commune; quas leges querebantur subdola ratione ab institutorum religiosorum sectatoribus eludi et violari, et immensam ab iisdem possessionum et divitiarum copiam mentiebantur congeri communibus vectigalium oneribus subtractam cum damno rei publicae non modico. Quo autem securiorem viam sterneret ad criminationes illas dissolvendas ac propulsandas, primo conscripsit dissertationem latinam De solemnitate praecipue paupertatis religiosae, *quam sub forma* Epistolae ad Remigium fratrem *typis edidit anno 1862. In qua id spectabat, ut ne in defensione sua impedirentur regulares ex opinionibus, quae apud multos theologos et canonistas veteres de effectibus votorum sollemnium, praesertim paupertatis, recipi solebant. Rationibus itaque e theologicis locis et iure canonico petitis stabilire aggressus est votorum sollemnitatem eorumque effectus non esse iuris divini, sed ecclesiastici, ac proinde auctoritate ecclesiastica posse*

(1) Cfr. *Act. SS.*, Oct. tom. IX, p. IX f-X c.

posse secundum temporum condicionem diversimode definiri atque ita attemperari, ut legibus civilibus commode congruerent; quam sententiam omnino probasse videtur SS. DD. Leo XIII, ubi ante sedecim annos publice declaravit religiosos voto sollemni paupertatis obligatos posse valide et licite vero dominio in bona temporalia potiri secundum mentem legum civilium. Hoc autem fundamento posito, duobus libellis gallice editis calumnias adversariorum diluit et religiosae vitae professionem cum iure, quod vocant, recentiore haud aegre componi posse ostendit; quorum alter inscriptus est Solution amiable de la question des couvents (Brux., 1863, in-8°, pp. 59), alter, qui et insertus est actibus congressus catholicorum, qui Mechliniam convenerunt anno 1864, De l'état religieux en Belgique au XIX^e^ siècle.

Eodem hoc anno 1864 ad apologiam in propria causa texendam adactus est. Adolescente nempe hoc nostro saeculo, praesertim paulo post annum 1830, cum Ecclesia ab impiis passim impeteretur, eo praecipue allato praetextu, quod omnimodae libertati civili et politicae, quae inde ab extremo saeculo superiore quasi primum principium iuris publici celebratur, maxime inimica semper exstitisset et exsisteret, et inde adversus eam popularia odia vehementer excitarentur, putarunt quidam fervidioris animi catholici scriptores et viri politici, non aliter tam sinistram opinionem ab Ecclesia averti posse, quam si profiterentur nullum ipsam sibi aut doctrinae suae privilegium aut praerogativam, quae legibus publicis sancirentur, vindicare; nequaquam ab ea respui omnimodam quasvis opiniones asserendi et publice defendendi licentiam; quin et nullam ipsi condicionem potiorem exoptandam esse, quam plenissimam libertatem omnibus concessam; nihil denique impensius a viris catholicis procurandum esse, quam ut absolutissima agnosceretur concordia inter Ecclesiae doctrinam disciplinamque, et principia illa, quae vocant, moderna. Huius sententiae sectatores catholici liberales nuncupari consueverunt; quo et ipsi nomine gloriabantur. Quorum postquam doctrina a Sancta Sede reprobata et condemnata est, praesertim litteris encyclicis Gregorii papae XVI, quae incipiunt Mirari vos, nonnulli quidem, inter quos celebrior fuit infelix sacerdos Fel. Lamennais, praefracte restiterunt; alii vero, quorum illustriores fuerunt Carolus de Montalembert et Henricus Lacordaire, definitioni pontificiae plane obsecuti, atque sincere reprobantes ea, quae reprobare iubebantur, nihilominus contenderunt in data hypothesi, id est considerata praesentis temporis condicione, e re Ecclesiae et religionis esse, ut viri catholici, qui rebus publicis tractandis vel scripto discutiendis immiscerentur, in agenda causa religionis non particularis alicuius iuris divini vel ecclesiastici, sed libertatis tantum et iuris communis principiis niterentur; quam sentiendi rationem maxime propugnabant in periodico gallico Le Correspondant. Ipsis autem vehementer adversabatur altera, eaque ingens, catholicorum pars, quibus praecipue antesignanus erat Ludovicus Veuillot, editor ephemeridis L'Univers; qui non minore aestu affirmabant praecipuam curam viris religiosis esse oportere, ut ne iura et privilegia Ecclesiae et veritatis catholicae dissimulatione quadam et nimis timido silentio quasi oblitterarentur et abicerentur.

Et his quidem, qui rigidiori doctrinae adhaerebant, paucis annis post initum pontificatum omnino favere visus est SS. DD. Pius papa IX; cuius patrocinio harum partium sectatoribus magni additi sunt animi. Non diffitendum vero est in alteram partem P. Victorem magis propendisse; unde factum est ut mox haud infrequens illi litterarum et sermonum commercium esset cum comite Carolo de Montalembert, Felice Dupanloup, Aurelianensi episcopo, et aliis eiusdem sententiae asseclis, qui quo fidentius et securius procederent, ad eius consilia libenter recurrebant. Acriter utrimque pro sua cuiusque opinione defendenda et promovenda dimicatum est, sed, quod saepe accidit inter homines aliquo praeiudicio nimis vehementer praeoccupatos, non semper aequis armis, id est non solo argumentorum, quae ad ipsam rem controversam dirimendam spectarent, pondere et robore, sed et odiosas suspiciones et criminationes contra adversarios confingendo, quibus eorum auctoritas et existimatio minuerentur. Huiusmodi improbitatis incommoda expertus est Victor noster.

Ecce enim exordio anni 1864 pervenerunt ad Praepositum Provincialem Societatis in Belgio litterae ab A. R. P. Generali missae, quibus monebatur graves accusationes adversus P. Victorem De Buck delatas esse ad ipsum Sanctissimum Dominum, quasi paene haereticus esset et formidolosus Ecclesiae hostis. Quae litterae ubi cum Patre Victore communicatae sunt, maximo dolore affectus, non distulit quin et ipse litteras scriberet ad Em. Cardinalem Patrizi; quas et ab eo communicari Sanctissimo Domino postulavit, ut crimina sibi imputata dilueret. Capita autem distincta accusationum haec erant: 1° Quod scriberet vel scripsisset in Actis gallicis Le Correspondant; 2° Quod verbo et scripto propugnasset schismaticum ad fidem catholicam conversum posse tamen a sacerdotibus schismaticis recipere communionem; 3° Quod contendisset episcopos anglicanos esse valide consecratos, adeoque eorum sacerdotes veros esse presbyteros; 4° Quod respondisset cuidam suadenti ut scriberet aliquid in favorem dominii temporalis Summi Pontificis, se non velle ea de re scribere, cum huius dominii necessitatem non agnosceret; 5° Denique, quod dixisset vel scripsisset falsam esse opinionem eorum, qui existimant sacramenti matrimonii ministros esse ipsos contrahentes. Calumnias istas facile evertit profitendo nihil horum umquam a se actum aut cogitatum fuisse, et in fine suae epistulae candido et simplici stilo, sed fervidis pro animi sui dolore et indignatione verbis, extulit ea quae parentes et cognati sui et ipse eximiae erga Ecclesiam catholicam et Sanctam Sedem fidei et devotionis argumenta praebuissent; eique finem imposuit generosa hac et certe sincerissima protestatione: „ Ego cum divina gratia pro fide catholica „ omnibusque iustitiae partibus, et quidem pro „ defensione iurium temporalium et spiritualium „ Sanctae Sedis, mori paratus sum; et pro his, „ quae hactenus egi et in posterum agam, nullam „ umquam speravi mercedem in his terris, neque „ nunc aliam peto nisi Sanctissimi Domini benedictionem. „

Libentissime testimonium suum pro eximio Patre adiunxerunt quattuor e gravioribus Provinciae Belgicae Patribus, qui ipsum apprime noverant, P. Carolus Franckeville, rector Collegii Bruxellensis Sancti Michaelis, qui antea tamquam magister noviciorum et Praepositus Provincialis Victori praefuerat, his verbis: „ Ego „ infrascriptus, Rector Collegii S. Michaelis,... „ testor omnia et singula hisce P. V. De Buck, „ subditi mei, litteris contenta, veritati omnimode „ esse conformia fideliterque exposita, nihilque in „ iis contineri quod non referat intima animi eius „ Patris

„ Patris sensa, utpote Sanctae Sedi devotissimi „ semper et addictissimi... — Idem attestor A. „ Mathys S. I., olim Rector et Provincialis optimi „ Patris De Buck. — Idem attestor Aloisius Le „ Grelle S. I., Rector Collegii Lovaniensis, olim „ Vice-Provincialis. — Idem attestor I. B. Boone, „ per novem annos Rector Patris De Buck atque „ nunc eius confessarius. „ — Haec omnia, consentientibus Superioribus et nonnullis tantum locis rescissis, quae, ut ait optimus Pater in adiecta adnotatione, spectabant ad “ plura negotia, ple- „ raque gravia, quae, testibus solo Deo et ministro „ aliquo apostolico, in obsequium Sanctae Sedis „ perfecerat et quae, utpote secreta, typis repraesentanda non erant, „ prelo excudi voluit, non utique ut in publicam lucem emitterentur, sed ut cum praecipuis aliquot viris communicarentur, quos totius rei veritatem edoceri maxime intererat, sicque tandem in perpetuum praefocaretur calumnia.

Inter crimina P. Victori obiecta videmus ab accusatoribus sugillatas fuisse laxiores quasdam opiniones, quibus schismaticis Anglicanis itemque Russiacis nimis, ut illi putabant, favere videretur. Quas opiniones licet ipse numquam professus sit vel iis assensum praebuerit, non tamen profecto superbe aspernandos et repellendos duxit quosdam anglicani schismatis doctores et episcopos, qui cum ipso dubia et difficultates suas de religiosa doctrina et historia ecclesiastica libenter communicaverant; quos inter nominasse sufficiat doctissimum virum Alexandrum Penrose Forbes, episcopum anglicanum Brechinensem, et celebrem doctorem Eduardum Pusey. Ut enim erat animo admodum candido simul et fervido, magnam spem conceperat, post conversionem illustrium quorundam Academiae Oxoniensis alumnorum, brevi futurum ut ecclesia anglicana universa ad unitatem fidei et debitam Romanae ecclesiae subiectionem rediret. Itaque contentione non exigua felici huius conversionis successui promovendo incubuit tum privatis epistulis, tum etiam nonnullis prelo excusis scriptis, qualia sunt tractatiuncula anglice edita in periodico The Rambler *(an. 1859, sept., p. 370),* On external devotion to holy departed men, *et aliae insertae periodico Parisiensi* Études de théologie, de philosophie et d'histoire, *videlicet* Le Dr Pusey et son nouveau programme d'union avec l'église catholique *(an. 1866, 1),* Physionomie et force du parti puséiste *(an. 1866, 3),* The People's Hymnal *(ibid.),* Du mouvement ritualiste en Angleterre : les nouvelles controverses sur l'Eucharistie *(an. 1868, 1), et epistula ad Gerardum I. Cobb vulgata an. 1869 in quodam periodico anglico, qua respondit ad nonnulla quaesita de concilio oecumenico mox celebrando.*

Non aliter affectus erat erga ecclesiam schismaticam, in cuius gratiam scripsit : La Russie sera-t-elle catholique? (Précis historiques, *an. 1866), et* Essai de conciliation sur le dogme de la procession du Saint-Esprit (Études de théologie, *etc., an. 1857, 2), atque* Essai de conciliation sur le dogme de la vie future (ibid., *an. 1858). Praeterea per quattuor fere annos (1855-58) quavis hebdomade in ephemeride* Journal de Bruxelles *vulgatae sunt de rebus ecclesiasticis Russiae litterae ab ipso concinnatae, operam ad id conferentibus quibusdam ex illa gente oriundis sodalibus, praesertim vero PP. Iohanne Gagarin et Iohanne Martinov.*

Sed in his omnibus numquam commisit ut quicquam, quod cum ecclesiae Romanae praeceptis aut traditionibus pugnaret, ad alliciendos schismaticos profiteretur aut concederet. Nihilominus tamen et istud cum heterodoxis familiare commercium illum rursus plus minus suspectum iis effecerunt, quorum mens illo praeiudicio iam occupata erat, eum nimis propensum esse ad mitigandum rigorem praeceptorum doctrinae catholicae.

Nonnihil forte etiam contulit ad fovendam sinistram de eo opinionem, praesertim apud praelatos quosdam Romanos, controversia ab ipso praecipue excitata aut saltem nostris temporibus innovata de signis, quibus corpora martyrum in Romanis coemeteriis deposita existimabant agnosci. Iam inde a saeculo XVII scriptor heterodoxus Samuel Basnage in sua Historia ecclesiastica *et doctissimus Iohannes Mabillon in* Epistola Eusebii Romani ad Theophilum Gallum de cultu sanctorum ignotorum, *et alii postea* (1), *dubium moverant num satis certum indicium martyrii pro Christo tolerati praeberent vasa vitrea seu phialae sanguineo colore tinctae et sepulcris quibusdam inclusae vel, quod saepius occurrit, eisdem exterius affixae. Neque rem satis definivisse videbatur decretum die 10 aprilis 1688 a congregatione cardinalium et virorum doctorum ad id constituta emissum, et auctoritate Clementis IX R. P. confirmatum, cum in hoc decreto solummodo enuntiaretur : “ Sacra Con- „ gregatio, re diligenter examinata, censuit pal- „ mam et vas illorum [martyrum] sanguine „ tinctum pro signis certissimis habenda esse „. Quaestio enim praecipua erat utrum vasa illa rubricata vere sanguinem continerent vel continuissent, an aliam quandam materiam, cuius processu temporis indoles mutata fuisset et color in rubrum transisset. Ut hanc posteriorem opinionem amplecteretur, multiplici argumento adductus est P. Victor; rationesque, quae ipsum moverant, scripto congessit “ non quidem (ut ipse „ explicavit) quod opportunum arbitrarer quid- „ piam de ea re in publicum edere; sed quod utile „ mihi videretur cum eruditis probisque aliquot „ viris et maxime cum nonnullis antistitibus illa „ mea qualiaqualia inventa communicare, ut, si eis „ infirma haberentur et falsa, aeterna preme- „ rentur oblivione; sin autem validis innixa ratio- „ nibus, ipsi pro sua prudentia ea facienda cura- „ rent, quae ecclesiae honore et Dei gloria postulari „ arbitrarentur. — Porro cum ad umbilicos per- „ venissem, subieci lubens laborem qualemcumque „ meum censoriae virgae virorum, qui omnes sin- „ gularis in ecclesiam amoris affectu conspicui „ sunt, et quorum alii ingenio et sapientia, alii „ sagacitate et eruditionis laude praestant. Atque „ horum fere omnium iudicia in eo convenerunt, „ utilitatem forte non minimam ab illa mea scri- „ ptione sperandam esse, si in manus tantum veniret „ doctas et pias; sed rem periculo esse plenam, si „ idiomate gallico, quo concepta erat, exprimeretur „ typis, etiamsi paucissima tantum excuderentur „ exemplaria; quocirca id volumen vel suppri- „ mendum omnino vel latine vertendum. Haec „ illi : quibus ita consenseram, ut, cum stata et „ ordinaria negotia operam potius sibi vindi- „ carent meam, mentem abiecissem omnem latine „ iterum scribendi quae improbissimo labore iam „ semel et bis alia lingua scripseram. — Iacebant*

(1) Quos recensitos videsis apud Corblet, *Hagiographie du diocèse d'Amiens*, tom. III, p. 530, et distinctius apud F. X. Kraus, *Die Blutampullen der römischen Katakomben*, Frankfurt, 1868, p. 1-12.

„ itaque

„ itaque inter reiectanea meae Observationes de „ phialis rubricatis quibus martyrum romano- „ rum sepulcra dignosci dicuntur, earumque „ oblivionem iam ceperam, cum ecce deferuntur „ ad me litterae, quibus vix non iuberer pulverem „ de chartis illis excutere eamque saltem partem, „ quae de phialis sepulcralibus est, latinam facere; „ Romae per unum de censoribus aliquid de meo „ conatu innotuisse; vehementer a quibusdam illic „ eum desiderari; et futurum forte ut ex eo in „ ecclesiam redundet utilitas non spernenda. Cui „ flagitationi cum mihi integrum non foret deesse, „ quam primum licuit, manum denuo operi ad- „ movi, ut officio fungerer. „ Mox itaque, anno scilicet 1855, typis impressae fuerunt De phialis rubricatis quibus martyrum romanorum sepulcra dignosci dicuntur Observationes V. D. B., ita tamen ut in admodum paucorum manus venirent. Nam " mirabitur forte non nemo (ita pergit auctor in capite prooemiali post verba superius citata) „ scriptionem hanc typis fuisse excusam. Cuius rei „ non alia est causa quam quod minori impendio „ pauca prelis belgicis parantur exemplaria quam „ scriptorum manu. Quocirca unumquemque mo- „ nitum velim quod hunc libellum publici iuris „ non feci, sed cum paucissimis tantum commu- „ nicatum volui atque etiamnum volo. „ Quod monitum maioris cautelae gratia et in capite libri sui seorsim et patenter expressum voluit, eos, in quorum manus veniret, enixe obtestans " ut hunc „ nemo librum praeter mentem scriptoris et con- „ silium in vulgus spargat. „ Sed inde aliud nascebatur incommodum. Neque enim adeo occultari res poterat, quin aliquando multis innotesceret; neque ullum libri exemplar, plurimis avide poscentibus, etiam quovis oblato pretio, tradebatur.

Hinc ilico sparsa est fama inter eruditos, tantum ex illa dissertatione scandalum excitatum esse, ut superiorum Societatis iussu tota editio suppressa et flammis tradita esset et quattuor vix vel quinque exemplaria incendium evasissent (1). Rumor prorsus inanis, cum nullum iussu superiorum quorumcumque exemplar concrematum aut suppressum sit, et non admodum pauca in scriniis nostris quiescant. Nemo quoque asserat, intentum a se finem nequaquam attigisse P. Victorem. Inde enim ab anno 1861 nullum omnino corpus sanctum e coemeteriis Romanis extrahi et publicae venerationi exponi tulit auctoritas dioecesana Romana, teste ipso Em. Cardinali Vicario in severissimo decreto, quod anno 1881 edidit adversus impudentes huiusmodi lipsanorum venditores (2). Hoc eodem anno 1861 prodierat Romae tomus primus Inscriptionum christianarum Urbis Romae, auctore praeclarissimo archaeologo Ioh. Bapt. de Rossi; quo plane confirmatum est et in apertissima luce positum praecipuum P. Victoris argumentum, inde nempe petitum, quod pleraque sepulcra, quibus phialae rubricatae affixae repertae sunt, pertinent ad tempora post-Constantiniana, quando nulli martyres Romae pro Christo sanguinem effuderunt. Nec denique vere dici potest, opinionem eius fuisse reprobatam decreto S. R. C. promulgato die 10 decembris 1863 (3). Etenim hoc decreto nihil amplius de vasis sanguineis decernitur, quam decreto anni 1668; quod vel ex hac ipsius conclusione, manifestum est : "...duobus his „ propositis dubiis : I. An phialae vitreae aut „ figulinae sanguine tinctae, quae ad loculos sepul- „ torum in sacris coemeteriis vel extra ipsos repe- „ riuntur, censeri debeant martyrii signum? „ II. An ideo sit standum vel recedendum a „ decreto sanctae Congregationis Indulgentiarum „ et Reliquiarum diei 10 aprilis 1668? — Respon- „ dit ad primum : Affirmative. Respondit ad „ secundum : Provisum in primo. „

Iam vero in clausula sui operis diserte declaravit Victor noster sibi omnino sacram et certam esse sententiam a S. C. die 10 aprilis 1668 enuntiatam, ubi scilicet constaret, quod de plerisque negandum censebat, phialas sepulcris affixas vere humano sanguine tinctas esse : " Abest itaque, aiebat, mul- „ tumque abest, ut inanem aut falsam faciamus „ sacrae congregationis legem; hanc veneramur, „ hanc sanctam habemus et haberi volumus. „ Optimis enim argumentis ostenderunt archaeo- „ logi sanguinem martyrum collectum fuisse sae- „ pius linteis, vestibus, spongiis, gypso aliquando, „ interdum vitreis vasis; haec pignora iam sibi ser- „ vasse fideles, iam intulisse tumulis; nonnunquam „ sepultos esse martyres in sanguinolentis sindoni- „ bus, et id genus alia. Haec recta et certissima et a „ nemine impugnanda. Neque adversum haec in „ universo hoc commentario aliquid hiscere memi- „ nimus, et, si excidisset, deletum volumus „ (4).

Verum, quamquam, ut diximus, decretum recentius S. R. C. nullatenus definitionem antiquioris decreti praetergressum erat, et eos solos proprie feriebat, qui cum cl. v. Edmundo Le Blant eiusque sequacibus (5) contendebant, etsi omnino vasa rubricata sanguinem martyrum continuisse censenda essent, nequaquam tamen ea habenda esse ut signa martyrii, cum tamen editum videretur, ne importune perturbarentur fidelium mentes, qui soliti erant venerari in suis ecclesiis corpora sancta iam dudum e coemeteriis Romanis accepta, cupiens eximius pater ut vitaretur omnino scandalum pusillorum, quod facile ex publica rei discussione oriri poterat, iam prorsus sibi silendum iudicavit, neque ulla ratione opinionem suam amplius defendendam suscepit.

Itaque cum anno 1867 Parisiis prodiisset De phiala cruenta indicio facti pro Christo martyrii disquisitio Archangeli Sconamiglio presbyteri Romani ac ssrum reliquiarum custode (sic), in quo libro acerrime impugnabatur non solum eius sententia, sed et persona et mens, adeo ut in ipsa Disquisitionis praefatione traduceretur ut qui " eam „ sectatur dicendi rationem, quae ipso Dodwello, „ Missonio et Burnetio, ceterisque Romanae Eccle- „ siae hostibus (verbo sit venia) non indigna prope „ dixerim, videatur „, non aliam responsionem opposuit quam brevem epistulam, qua et modeste de iniqua sacerdotis Romani argumentandi ratione querebatur, et asserebat se post editum S. C. decretum ne verbum quidem de quaestione vasis sanguinei ore vel scripto protulisse nec prolaturum; addebat etiam se nonnisi oboedientia coactum libro suo scribendo et typis excudendo operam dedisse, nec repugnare quominus S. C. decreto

(1) Ita ap. Barbier, *Dict. des ouvr. anonymes*, ed. 3e, tom. IV, p. 1219 : " Ouvrage du P. Van der Bruck *(sic)*, jésuite, et dont il n'existe que cinq exemplaires, les autres ayant été détruits par ses supérieurs „; Gaillette de l'Hervilliers, in *Annales de philosophie chrét.*, fév. 1864; E. de l'Epinois, in *Revue des quest. hist.*, tom. II (1867); etc. — (2) *Bulletin critique*, tom. II (1881-82), p. 198. — (3) Ed. inter *Analecta iuris pontificii*, ser. VII (Romae 1864), p. 954. — (4) *De phialis rubricatis*, p. 256. — (5) Le Blant, *La Question du vase de sang*, Paris 1858; Ch. Lenormant in periodico *Le Correspondant*, fév. 1859; etc. Cfr. F. X. Kraus, *Die Blutampullen*, etc., p. 12.

opinio

opinio sua reprobata et reprobanda iudicaretur (1).

Illud autem inter tot contradictiones, quas a catholicis viris perpessus est, maximo solatio ipsi fuit, quod numquam superiores eius, qui eum propius et intimius noverant, ullam de eius doctrina suspicionem vel ullum diffidentiae indicium exhibuerunt. Sincerum quippe simplicis et perfectae oboedientiae spiritum in eo vigere perspectum habebant. Nihil iis non inconsciis aut inconsultis aggredi, eorum consiliis in omnibus libentissime obsequi, quicquid in scriptionibus a se lucubratis iis displicere intellegeret, statim delere et silentio premere, fixum omnino ipsi erat et quasi insitum. Itaque et iis religioni erat, ut ne malevolis adversus eum querelis aures praeberent et etiam ne iusta eum libertate defraudarent, quominus sententiam suam proferret atque tueretur de his omnibus, quae in utramque partem a catholicis viris, salva doctrina fidei et debita Ecclesiae eiusque summo pastori subiectione, disceptari obtingeret. Unde et maiores ei addebantur animi, magisque promptus et alacer prodibat in aciem, ac facile clamores et convicia adversus se prolata spernebat, cum se praelatorum suorum approbatione confirmatum sentiret et protectum. Cuius mutuae fiduciae illud argumentum inter alia afferre licet, quod anno 1869, cum maxime fervebant inter catholicos controversiae illae, quas superius memoravimus, nec ipse postulantibus nonnullis amicis denegandum censuit, nec superiores obstiterunt, quin commentarium ederet de concordia doctrinae catholicae cum iure publico belgico, hoc titulo insignitum : Les principes catholiques et la Constitution belge ; *qui commentarius saepius deinde in comitiis publicis Belgii cum multa laude citatus est a deputatis catholicis, quos pseudo-liberales huic iuri necessario infensos praedicabant.*

Solabatur etiam eum multorum tum suorum communi religionis vinculo iunctorum fratrum, tum sacerdotum et laicorum amicitia, quos sibi devinxerat officiosissima erga omnes, eos quoque qui ipsum verbis aut scriptis laeserant, caritate ; eximia animi sinceritate, ab omni simulatione aut dissimulatione alienissimi, mira denique simplicitate, quam et sermone et omni agendi ratione manifestabat, adeo ut non raro qui illum primum convenirent, stuperent virum, quem scriptis suis gravem admodum norant et nonnihil etiam acrem et vehementem existimaverant, quemque statura procerum et corpore vastum cernebant, tanto praeditum candore, nec puerili ferme ingenuitate expertem.

Talis cum esset, nemo mirabitur quod multiplex eius eruditio, ingenium ferax et promptissimus calamus pro re nata vel postulantibus amicis in permultas et maxime varias scriptiones sese effuderint : quas hic breviter recensitas exhiberi non pigebit (2). *Et primo quidem non pauca edidit ad fovendam pietatem popularem in Christum Dominum, Beatissimam Virginem Mariam et alios sanctos, eos praesertim qui Belgae ortu fuerunt vel in Belgio praecipue coluntur. In quo genere imprimis memorandus venit egregius libellus de passione Domini, flandrice editus Bruxellis anno 1851 sub titulo* Passieboeksken, *saepius deinde recusus atque alias in linguas conversus. Huc accedunt quae gallice scripsit de cultu SS. Sacramenti :* Confrérie du T. S. Sacrement, canoniquement érigée sous le titre de l'administration ou du saint viatique dans l'église paroissiale de N.-D. de Finisterre à Bruxelles *(Brux., 1856)*; Origine des saluts du S. Sacrement dans la province ecclésiastique de Malines (Précis historiques, *1872)*; Le S. Sacrement de miracle de Bruxelles (ibid., *1873)*; Dépôt mystérieux d'hosties au refuge des Ursulines à Bruxelles (ibid., *1869)*; — *De B. V. Maria vero :* Souvenir du mois de Marie et du couronnement de la statue miraculeuse de N.-D. de la Miséricorde dans l'église de N.-D. de la Chapelle *(gallice et flandrice, Brux., 1843)*; Historie van O.-L.-V. Ten Kerselaer binnen de parochie Edelaer by Audenaerde *(Brux., 1844 et 1853)*; O.-L.-V. Ten Troost te Vilvoorden *(Brux., 1853)*; Fête russe de la B.V.M. dite du Scapulaire de la Mère de Dieu (Préc. hist., *1853)*; Couronnes des saints et en particulier de la T. S V., ibid., *1860)*; Osbert de Clara et l'abbé Anselme, instituteurs de la fête de l'Immaculée Conception de la S. V. dans l'église latine (Études relig., *1860)*; Historie van de hertogelyke kerk van Alsemberg en van 't wonderbeeld van O.-L.-V. aldaar bewaard *(Brux., 1869)*; Lettre sur l'origine du Mois de Marie (Préc. hist., *1871)*; La procession de l'Assomption de la S. V. en France et en Belgique et le vœu de Louis XIII (ibid.). — *De diversis sanctis :* Vie de S[te] Reinelde vierge et martyre, dont les reliques reposent en l'église de Saintes près de Hal *(Brux., 1853)*; Het christelyk Hoolaert of Hoolaert toegewyd aen God, aen Maria en aen andere Gods lieve Heiligen *(Brux., 1855)*; *de vita et passione B. Andreae Bobola S. I. recens inter beatos relati (gallice et flandrice, Brux., 1853, 1854, 1858)*; Geschiedenis der zalige... Maria van Woluwe, gemeenelyk genoemd Lenneke-Mare *(Brux., 1855 et 1869)*; Levens der hh. Anna, Clemens, Cornelius, *etc. (Brux., 1855)*; Le B. Jean de Gand, précurseur de Jeanne d'Arc (Revue belge et étrangère, *1862, et* Petite Biblioth. chrét. *1890)*; Les saints martyrs japonais de la C. d. J. Paul Miki, Jean Soan de Gotto et Jacques Kisai *(Brux., 1863)*; Levens van de h. Christina en van den h. Hilduardus, patroonen van Dickelvenne en Dendermonde *(Gand, 1865)*; Leven van den h. Jacobus Lacops... een der negentien martelaren van Gorcum *(Brux., 1868)*; Leven en mirakelen van de h. Alena, wier relikwien berusten te Vorst by Brussel *(Brux., 1869)*; Les martyrs d'Audenaerde, documents inédits (Analectes pour servir à l'hist. eccl. de la Belgique, *1870)*; Le B. Ernest, abbé de Zwiefalten et martyr à la Mecque (Précis hist., *1858)*; Découverte faite en octobre 1860 du tombeau de S. Mamert, instituteur des Rogations (ibid., *1861)*; Un révolutionnaire devenu saint ou Vie de S. Pellegrino Laziosi (ibid., *1862)*; Un lis au milieu des épines ou S[te] Philomène (ibid., *1864)*; S[te] Ermelinde, patronne de Meldert (ibid., *1867)*.

Quosdam alios meritis insignes celebravit edita brevi tractatione de eorum vita et gestis, aequales plerosque et quos familiariter noverat, praecipue vero cognatum suum I. S. Thienpont, ad comitia publica belgica a civibus suis Aldenardensibus pluries deputatum (Brux. 1865), Cardinalem Scitovski Hungariae primatem (Préc. hist., *1862)*, *illustrissimum virum F. X. de Ram, Academiae Lovaniensis*

(1) Haec epistula germanice edita est in periodico Bonnensi *Theologisches Literaturblatt*, an. 1868, p. 487, et rursus gallice ap. Kraus, op. cit., p. 67. — (2) Universa P. Victoris opera summa cum diligentia recensuit noster C. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, tom. II (1891), col. 318-28.

Lovaniensis Rectorem (Étud. relig., *1865), Eduardum Ducpétiaux* (ibid., *1868), Petrum Olivaint et ceteros Patres Societatis in civili tumultu Parisiis necatos* (Préc. hist., *1871),et Cardinalem Franckenberg archiepiscopum Mechliniensem, qui extremo praeterito saeculo tam fortiter pro libertate ecclesiae tyrannicis Iosephi II imperatoris decretis restitit* (ibid., *1873).*

Permultas praeterea scripsit dissertatiunculas de rebus ad archaeologiam et historiam ecclesiasticam spectantibus, quarum praecipuas fere secundum ordinem chronologicum, quo editae sunt, hic indicasse iuvabit, nimirum : De l'origine des béguines belges (Journal historique, *Liége 1843);* Examen critique du miracle de Tipase (Préc. hist., *1853);* Explication de deux épitaphes chrétiennes trouvées... en Algérie (ibid., *1854 et 1856);* Petri Abaelardi hymni et sequentiae ... ad usum virginum monasterii Paraclitensis *(ap. Migne.,* Patr. lat., *tom. CLXXVIII);* Le style d'Utrecht et le style de Tournay (Annales de la Soc. d'émulation de Bruges, *1856);* De la réserve du précieux sang (Préc. hist., *1859*); Notice sur la mission belge de Calcutta *(Brux., 1864);* Les oratoires privés depuis le concile de Trente (Étud. relig., *1863 et 1864);* Sur la numération des Romains, à propos du computiste anonyme d'Afrique (ibid., *1865);* M. de Rossi et ses récents travaux sur les catacombes de Rome (ibid., *1865 et 1868); et* Recension of the work of J. B. de Rossi Inscript. christ. *(in periodico anglico* The Home, *1863);* Antiquités écossaises (Étud. relig., *1867);* Sabaria, ville natale de saint Martin (ibid., *1868);* Le tombeau de Nila Florentina (ibid., *1868 et 1869);* Plan conçu par le P. Rosweyde pour la publication des Acta SS. (Analectes pour servir à l'hist. eccl. de la Belgique, *1868);* Le siège épiscopal de Constance in p. i. (Préc. hist., *1868);* L'archéologie irlandaise au couvent de saint Antoine de Padoue à Louvain (Ét. rel., *1869);* Les controverses de Bellarmin ont-elles été mises à l'Index (ibid., *1870);* Des prophéties en vogue (Préc. hist., *1870 et 1871);* Le Gesù de Rome, notice descriptive et historique *et* Caractère international du Gesù de Rome (ibid., *1871 et 1873);* Organisation de l'ancienne mission du Japon *(id., 1873);* Recherches sur les calendriers ecclésiastiques, *cuius ea pars, quae est de kalendariis graecis et orientalibus, edita est apud De Backer,* Bibl. des écrivains de la C. de J., *ed. 2ᵃ, tom. III, p. 383-86, altera autem, de kalendariis latinis et aliis, post mortem scriptoris in* Préc. hist., *an. 1877. — Omisimus innumera alia breviora, quae in elogium virorum sibi aequalium, de libris suo tempore editis, de quaestionibus denique diversi generis aevo nostro agitatis, iis praesertim quae Ecclesiae vel Sanctae Sedis iura attingebant, suppresso plerumque nomine, vulgavit tum in citatis saepius periodicis, tum in ephemeridibus, in ea praecipue cui titulus est* Journal de Bruxelles.

Ultimus fere ingenii fetus fuit opus quoddam theologicum et apologeticum, editum anno 1873, qui annus, ut mox dicemus, finem laboribus ipsius imposuit, quodque inscriptum est Vindiciae Ballerinianae. *Quo libro, qui constat paginis 178 in-8º, probare et confirmare conatus est quae in doctissimi viri P. Antonii Ballerinii commentariis de re morali non satis aequo iure sugillata iudicabat a nonnullis theologis eximiae Congregationis SS. Redemptoris in libro, cui titulum fecerant* Vindiciae Alphonsianae.

Interea, dum haec omnia scribebat et edebat, nihilo minus operi Bollandiano promovendo incumbebat Victor; quin et ita incubuit, ut in epistula sua apologetica ad Em. Card. Patrizzi vere affirmare potuerit se a multis annis magnam partem rei Bollandianae umeris suis sustinere. Diximus supra quam non spernendam operam contulerit, annos nondum natus triginta, posteriori parti tomi VII Octobris conficiendae. Non ita multos quidem commentarios ab eo exaratos continet tomus VIII (ed. anno 1853), cum is iam maxima ex parte completus esset, ubi anno 1850 ad Bollandianum collegium reversus est. Sed strenue admodum allaboravit praeparandis et edendis quattuor tomis sequentibus, IX dico (ed. anno 1858), X (1861), XI (1864) et XII (1867). Ultimos eius commentarios continet tomus XIII, diu post eius obitum, anno nempe 1884, in lucem datus. Quanto autem eruditorum plausu exceptae sint eius hagiographicae commentationes, elucet ex testimonio doctissimi viri F.-X. de Ram, Rectoris magnifici Academiae Lovaniensis, in ea, quam anno 1860 gubernio belgico porrexit, relatione de voluminibus Actorum Sanctorum *a recentioribus Bollandianis prelo emissis, tum etiam ex testimoniis aliorum quorundam eruditionis fama celebrium virorum, quae idem vir doctus in eadem citavit* (1). *Unde nonnulla hoc loco eorum verbis, ne ipsi nimii videamur in opere nostro laudando, exhibenda duximus. Itaque, postquam multa laudaverat in tomis VII, VIII et IX, qui soli hactenus a recentioribus Bollandianis vulgati fuerant, ita pergit cl. F.-X. de Ram : " Les différents collaborateurs des trois nouveaux volumes y ont fait leurs preuves; ils ont „ montré qu'ils appartiennent vraiment à la race „ de Bollandus. Nous ne saurions faire connaître „ ici les travaux de chacun en particulier, ni entrer „ dans des détails sur les matières qu'ils ont „ traitées. Il nous suffira d'appeler l'attention sur „ des travaux hors ligne édités par le père Victor „ de Buck dans les derniers volumes d'octobre. — „ Les actes de saint Hilarion, abbé, instituteur de „ la vie monastique en Palestine, renferment une „ immense étude de géographie, d'histoire et d'archéologie au IVᵉ siècle...; les notes ajoutées à la „ vie sont un modèle de clarté et d'érudition. Son „ commentaire sur saint Unni, évêque de Hambourg, doit lui avoir coûté un travail énorme. „ Malgré le défaut de matériaux, il y éclaircit les „ origines des évêchés de Hambourg et de Brême, „ et l'histoire des premiers évêques de ces deux „ sièges. — Dans les actes des saints Geoffroi et „ Serlon, abbés et propagateurs de la filiation cistercienne de Savigny, il décrit l'origine d'une „ infinité de monastères et corrige un grand nombre „ d'erreurs du nouveau* Monasticum anglicanum. — *„ Dans les actes de saint Mauronte, le* Placitum *„* Dignense, *pièce qui montre tous les détails d'une „ procédure civile en 768, reçoit pour la première „ fois sa vraie et complète explication. — Les actes „ de sainte Ursule sont, à nos yeux, une des monographies les plus parfaites et les plus admirables „ de toute la collection des Bollandistes, ancienne „ et moderne... — Parmi les autres travaux du „ père de Buck, que contient le neuvième volume „ d'octobre, on remarque encore les actes de saint „ Gébizon, moine du Mont-Cassin, de saint Hilarion, évêque de Moglène,... — travaux qui se „ diversifient pour ainsi dire à l'infini, et qui tous „ sont*

(1) *Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire,* IIIᵉ série, tom. II (Brux. 1861), p. 102-92.

„ sont marqués au coin de la même bonne et saine „ critique. — Un éminent archéologue romain, „ M. le chevalier de Rossi, dans une lettre du „ 10 mars dernier, s'exprimait de la manière sui- „ vante: " Certes, en fait de critique indépendante „ et sévère, les nouveaux Bollandistes peuvent être „ quelquefois soupçonnés d'aller trop loin, mais „ jamais d'être serviles ou de corrompre la vérité „ et la science par une complaisance accommodante „ aux légendes et aux pieuses opinions. Leurs tra- „ vaux sur les saints des premiers siècles... m'ont „ singulièrement satisfait. Non seulement ils ne le „ cèdent en rien à ceux des anciens Bollandistes, „ mais, à ma manière de voir, ils les surpassent en „ quelques points.... — Dans une étude sur les Bol- „ landistes, considérés au point de vue de l'hagio- „ graphie slave, M. A. Chodzko (professeur des „ langues et littératures slaves au Collège de „ France) a fait ressortir l'intérêt qu'offre à la „ science l'œuvre de nos Bollandistes... (sequuntur „ multa in hanc rem). En lisant les vies de ces „ saints patrons d'une nation si glorieuse autrefois, „ et si profondément déchue aujourd'hui, nous nous „ sommes dit une fois de plus que la race des Pape- „ broch et des Stilting n'a pas dégénéré. Il suffit, „ pour s'en convaincre, de comparer les travaux „ récents avec les élucubrations analogues de ces „ deux anciens Bollandistes. Chez les uns et les „ autres, on découvre pour ainsi dire les mêmes „ traits de famille: critique sagace, érudition solide, „ liberté d'opinion. Au moins, quant à nous, après „ une lecture attentive, nous fûmes grandement „ édifiés de ne pas y avoir rencontré de ces lourdes „ méprises si communes chez les auteurs occiden- „ taux, lorsqu'ils traitent des questions slaves. Loin „ de là, les slavistes eux-mêmes y apprendront bien „ des choses qu'on n'a pas généralement l'habi- „ tude d'approfondir comme elles le méritent à „ cause de leur importance au point de vue de l'his- „ toire religieuse des peuples slaves... — Ainsi, pour „ citer quelques exemples, à propos de la vie de „ sainte Parascève, le père Tinnebroek... montre „ que c'est à Innocent III que les Bulgares doivent „ l'érection de leur patriarcat, et que par consé- „ quent ils reconnaissaient alors l'autorité du sou- „ verain pontife. — J'en dirai autant du père de „ Buck, à qui on doit les savants commentaires sur „ saint Hilarion de Moglène et sur saint Jean de „ Rylsk. Entre autres, les géographes lui sauront „ gré d'avoir fixé, selon nous définitivement, la „ position jusqu'alors incertaine de la Grande „ Préslava... Le père de Buck ne fut pas moins „ heureux dans ses recherches chronologiques, si „ ardues de leur nature, surtout quand on entre „ dans le domaine de la chronologie slavonne... „ (1). His adiungemus tantum iudicium quod praeclarus quidam archaeologus Hibernus, Iacobus Reeves, ni fallimur, protulit " non minoris pretii esse ea quae detegit doctissimus scriptor Bollandianus (P. Victor De Buck) circa ecclesias celticas et sanctos Hibernos, quorum historia tot tenebris et scopulis obstructa est „ (2).

Sed his omnibus sufficere non potuit Pater Victor nisi assiduo et immenso labore. Huic non solum per multarum horarum spatio incumbebat interdiu, sed persaepe atque vix non cottidie seram protrahebat in noctem. Confidebat nimirum validissimi corporis robore et firmissimis viribus, quas cuivis defatigationi sustinendae pares existimabat. At suo et nostro detrimento, heu sero nimis, plus aequo se iis confidisse agnovit. Et primo quidem anno 1863 aliquam consuetae valetudinis defectionem expertus, iussus est tantisper operosum vitae genus abrumpere et quieti ac relaxationi animi indulgere. Mox tamen, viribus reparatis, ac nihilo prudentior factus, novo ardore studia repetiit, tomum XI Octobris typis excudendo impigre operam navavit; eoque absoluto, XII comparando statim manum admovit et ita quidem ut, cum socii Bollandiani sex huic volumini allaborarent, ipse unus eiusdem fere mediam partem confecerit. Adde longe maximam partem fastidiosi muneris singulas plagas saepius emendandi, ubi e typographorum manibus prodirent, ab ipso fuisse susceptam, nec solum menda typographica fuisse correcta, sed multa in commentariis collegarum, praesertim Remigii fratris sui, suppleta et perpolita.

Vixdum ex eo labore respirabat cum, indicto a SS. DD. Pio papa IX mense iunio anni 1868 concilio oecumenico Vaticano in finem anni sequentis, prae omnibus Patribus Societatis, insigni utique existimationis et fiduciae indicio, ab A. R. P. Praeposito Generali Petro Beckx designatus est, ut theologi titulo et munere ipsi ex officio adesset. Ad quod quidem munus explendum sedulo sese comparavit, eaque occasione conscripsit egregium illum De exemptione regularium conservanda et confirmanda tractatum, cuius supra mentionem fecimus. In ipso tamen concilio non adeo utilem operam praebere potuit, cum illud post emissa pauca decreta dogmatica mense augusto anni 1870 ob exortas bellorum calamitates dissolvi oportuerit, antequam ventum esset ad tractandas quaestiones disciplinares, ad quas elucidandas eius consilia et multiplicis eruditionis subsidia praecipue requirebantur.

Roma itaque Bruxellas reversus adversa valetudine laborare coepit. Ipse quidem caeli Romani intemperiem et Italorum victum insuetum sibi nocuisse censebat; reapse autem vires iam antea debilitatas recens suscepti labores prostraverant. Ad operam nihilominus denuo se naviter accinxit. Quam tamen iam subinde intermittere et tandem post biennium vix non omnino dimittere coactus est. Funesta siquidem indicia gravissimam virium deminutionem denuntiabant; inter quae profecto illud acerbissimum fuit, quod oculorum acies ita debilitata est, ut per novem mentium spatium paene eorum usu privatus, ab omni prorsus legendi et scribendi exercitio abstinere debuerit. Sed et ad hanc miseram condicionem redactus, adeo animum non despondit ut, cum ipse scribere non valeret, collegis suis et praesertim Remigio fratri plures de sanctis Hibernis, in quibus tractandis singulariter praestabat, commentarios dictarit, proxime edendo volumini Actorum inserendos.

Denique tamen, postquam remedia omnia a medicis in cassum fuerant adhibita, abicienda ipsi et aliis omnis spes recuperandae valetudinis fuit, cum praesertim inde ab anno 1874 omnimodam defectionem corporis indicarent sanguinis profluvia saepius ingeminata et quater per plures dies continuata. Itaque iam non aliud sibi restare intellexit quam ut se compararet ad temporalem vitam cum aeterna commutandam. Ultimis morientium sacramentis se muniri instantissimis precibus plries postulavit; ceterum vero nullum inquieti animi signum praebuit; quin et mira serenitate vultus, piis etiam et hilaribus verbis absolutam animi aequalitatem et cum divina voluntate consensum ita

(1) *Bulletins*, tom. cit., p. 160-70. — (2) *Freeman's Journal of Dublin*, 26 april 1869.

demonstrabat,

demonstrabat, ut summae aedificationi esset omnibus. Tandem cum die 11 maii 1876 sacro viatico et extrema unctione ultimo refectus esset, die deinde 23 eiusdem mensis, B. Andreae Bobolae recolendae memoriae sacra, quem singulariter scriptis celebraverat pius hagiographus, placide obdormivit in Domino, laborum suorum, quos ad maiorem Dei gloriam susceperat et impigre prosecutus erat, aeternum praemium in caelesti curia recepturus. Annum agebat aetatis sexagesimum, ab ingressa Societate quadragesimum secundum, ex quo Bollandiano operi continuando adscriptus fuerat, trigesimum sextum.

DE P. REMIGIO DE BUCK

In sequentibus elogiis texendis multo brevioribus nobis esse licet, quoniam PP. Remigii De Buck et Beniamini Bossue opera litteraria tota se inter Bollandianos parietes continuit nec praeterea quicquam protulit, quod vel famam apud homines conciliaret vel eorum provocaret contradictiones.

Igitur, ut primo agamus de Remigio, Victoris fratre iuniore, natus est is Aldenardi die 22 martii anno 1819. Studiis litterariis vacavit in collegiis Cortraceno et Alostano cum non mediocri boni ingenii et diligentiae laude; quibus absolutis, Societatem Iesu ingressus est Truncinii die 3 octobris anno 1838. Post biennium tirocinii exercitiis ac triennium litterariis artibus repetendis et philosophicis addiscendis impensum, ad collegium Societatis Antverpiense missus mense septembri anni 1843, grammaticam ibidem primo docuit et dein litteras humaniores annis quattuor; praeterea annum ferme unum humaniorum scholae praefuit Turnholti. Inde theologicorum studiorum cursum perfecit ab anno 1848 ad annum 1852, sacerdotio interea initiatus mense septembri anni 1851. Postea in domo Trunciniensi tertio anno probationis peracto, in eadem per tres annos ministri officio functus est. Inde Lovanium evocatus anno 1856, historiam ecclesiasticam praelegit theologis usque ad mensem septembrem anni 1863; quo tempore in collegium Bollandianum cooptatus est.

Tribus igitur tomis Actorum praeparandis, XI scilicet, XII et XIII Octobris, seu potius duobus tantum (quamvis enim tomus XI nomen eius inter aliorum prae se ferat, nullos tamen commentarios ab eo conscriptos continet) allaboravit, duce fratre suo Victore, quem ingenio et doctrina sibi longe praestantiorem ultro ac libentissime agnoscebat et summo venerationis atque dilectionis affectu prosequebatur. Et tomi quidem XII maior pars, praeter eam quae Victori debetur, commentariis eius nomine signatis completa est; non dissimulandum tamen ad hos quoque multum contulisse Victorem. Post editum autem tomum XII, cum Victor primo aliis curis, iis praesertim quae ad concilium Vaticanum spectabant, distentus esset et deinde infirma valetudine a scribendo impeditus, reliquorum vero collegarum unum anno 1870, alterum anno 1872 mors abripuisset, tertius vero, aetate ingravescente, iam paene a labore quiesceret, Remigio fere uni, inter plurimas molestias, quas potissimum afferebat gravissimus fratris morbus, onus incubuit praeparandi tomum XIII et ultimum Octobris. Quem et typis committere inceperat anno 1880; sed editionem perficere non potuit: nam et ipsum satis levi, ut videbatur, malo per paucos dies tentatum, repentina mors abstulit die 5 novembris eiusdem anni, cum sexagesimum primum aetatis annum complesset, ab inita Societate Iesu quadragesimum secundum, Bollandiani vero collegii ingressi decimum septimum. Haud spernendam in eo rei historiae doctrinam, quam ex assidua librorum eruditorum omnis generis lectione collegerat, ornabat insignis animi modestia et liberalitas, qua se ad quaevis officia quibusvis praestanda promptum semper et alacrem exhibebat. Quam officiosissimam benignitatem saepius experti doctissimi viri, qui Monumentis Germaniae historicis *edendis praeerant, non semel etiam publice in prolegomenis suis testatam voluerunt.*

DE P. BENIAMINO BOSSUE

Agmen nostrorum pie in Domino defunctorum claudit P. Beniaminus Bossue, natus die 1a martii anno 1804, in oppidulo Poperinghe, dioecesis Brugensis, parentibus non condicione magis et divitiis quam christiana pietate apud suos praecipuis. Quorum curis pie et liberaliter educatus, tandem, cum scholae catholicae in regione nostra non paterent, litteris imbuendus missus est ad celebre tunc collegium Sancti Acheoli prope Ambianos, cui moderabantur Patres Societatis Iesu; ibique philosophiae cursum absolvit anno 1823, magistris suis ob egregiam indolem et ingenium perspicax apprime probatus.

Arridebant illi vitae saecularis multa commoda; sed ad maiora se vocatum sentiens, pauper ac humilis pauperem Christum sequi decreverat; cumque in patria, iniquis legibus oppressa, aditus in religiosam vitam praecluderetur, non dubitavit perpetuum, si ita sors tulisset, solo natali et suis vale dicere et Helvetiam petere, quae sola tunc regio in septemtrionali Europa renatae non ita pridem Societati Iesu securum domicilium permiserat. Admissus in Societatem fuit Brigae in Valesia die 3 novembris anno 1823, et ibidem biennio in tirocinii exercitiis, anno uno litterarum stadio iterum decurrendo, altero etiam anno Friburgi in repetenda et perficienda philosophia transactis, ab anno 1827 ad 1829 grammaticam docuit in convictu Brigensi et ab anno 1829 ad annum 1831 rhetoricam in collegio Friburgensi; ubi et studia theologica incohavit et per biennium prosecutus est ad annum usque 1833. Quo tempore post restitutam in Belgio catholicae religioni libertatem, in patriam revocatus est ac theologicarum disciplinarum

narum curriculum absolvit in collegio Societatis Iesu Gandae recens incohato; ubi et secundum consuetum Societatis morem tertium post annum sacerdos factus est anno 1834, et post annum quartum, Nivigellae tertiae probationis annum peregit. Inde ad collegium Namurcense anno 1836 missus, iterum ibidem rhetoricam rexit usque ad autumnum anni 1841 et simul ab anno 1839 praefecti studiorum morumque munere functus est. Quadriennium deinde Lovanii historiam ecclesiasticam simulque ius canonicum scholasticos nostros docendo impendit, ac tandem anno 1845 Bruxellis inter primos Bollandiani operis continuatores recentiores cooptatus est. Numquam autem exinde hagiographicos labores intermisit, donec post impensam naviter operam praeparandis et edendis tomis VIII Octobris et sequentibus usque ad XII, septuagesimo fere aetatis suae anno, merito otio frui iussus est, hagiographi tamen Bollandiani titulo servato usque ad vitae terminum. Non paucos eius de sanctis commentarios eruditorum suffragium admodum commendavit, praecipue quae scripsit de S. Abercio Hierapolitano episcopo et de S. Firmiliano Caesareensi in Cappadocia. Ultimum ipsius calami fetum, commentarium nempe de S. Quintino, quem continet tomus XIII Octobris, absolutum non vidit, morte praeventus, quam pie obiit die 18 augusti anno 1882, aetatis septuagesimo nono, religiosae vitae quinquagesimo nono, a suscepto Bollandiano labore trigesimo septimo. Mortem eius luxerunt multi tum sacerdotes, tum religiosae vitae sequaces, tum laici, quibus ob mansuetudinem et notam prudentiam apprime carus, a consiliis erat et a confessionibus : inter quos memorandus singulariter videtur praeclarus vir Iulius Malou, quocum ab eo tempore, quo simul in collegio Acheolensi studiis vacabant, intima semper familiaritate coniunctus fuit.

FACULTAS

R. P. PRAEPOSITI PROVINCIAE BELGICAE S. I.

Cum tres theologi Societatis nostrae in lucem prodire posse censuerint partem priorem tomi secundi Actorum Sanctorum mensis Novembris, collecti et illustrati a Carolo De Smedt, Iosepho De Backer, Francisco Van Ortroy, Iosepho Van den Gheyn, Hippolyto Delehaye et Alberto Poncelet, Societatis eiusdem presbyteris theologis, ego infrascriptus praepositus provinciae Belgicae, potestate mihi facta ab Adm. R. P. Ludovico Martin, eiusdem Societatis praeposito generali, concedo facultatem hoc volumen in lucem edendi. In quorum fidem hasce litteras manu propria subscriptas consuetoque officii sigillo munitas dedi Bruxellis die vigesima quarta iunii anni MDCCCXCIV.

L. S.

L. DELVAUX, S. I.
PRAEP. PROV. BELG.

APPROBATIO ORDINARII

Imprimatur.

Mechliniae, 28 iunii 1894.

✠ P. L. CARD. GOOSSENS,
ARCH. MECHL.

PROTESTATIO AUCTORUM

Quod olim protestati sunt decessores nostri, in hoc de Actis Sanctorum opere se servatas velle Urbani papae VIII constitutiones, neque suis aliorumve hic relatis commentariis aliud pondus tribui quam sit historiae ab hominibus errori obnoxiis scriptae, idem nos ante hanc tomi secundi Novembris partem priorem protestamur.

MARTYROLOGIUM HIERONYMIANUM

AD FIDEM CODICUM

ADIECTIS PROLEGOMENIS

EDIDERUNT

IOH. BAPT. DE ROSSI ET LUDOV. DUCHESNE.

PROLEGOMENA.

Prolegomena quae sequuntur tribus capitulis constant. In primo recensentur codices tam pleni quam breviati, adiectis kalendariis, quae ad textum martyrologii penitius cognoscendum aliquid conferre possunt. Tota haec tractatio Rossii est, paucis exceptis quae ipse supplevi. In secundo capitulo gradus fit de codicibus etiamnum exstantibus ad recensionem gallicanam extremo VI saeculo factam, ex qua pendent omnes codices. In tertio capitulo, omissa ea recensione, acceditur ad martyrologium ipsum, quale fuit in primigenia, id est italica editione, et ad fontes antiquissimos unde promanavit. Secundum et tertium capitulum ipse digessi. Ceterum ut suum cuique commode referatur, litterae initiales I. B. R. et L. D. marginibus appictae sunt. L. D.

Martyrologii usus vere ecclesiasticus nullus umquam fuit. Sed iam inde a saeculo VIII mos invaluit apud monachos canonicosve, ut post officium primae horae in oratorio persolutum, cum fratres intra aulam capituli sese recepissent, ibi legerentur aliqui libri ad aedificationem congregationis pertinentes, quos inter martyrologio locus datus est. Quod cum iam consuetudine magis quam certa lege observaretur, sancitum est in concilio Aquisgranensi, anno 817 : *Ut ad capitulum primitus martyrologium legatur et dicatur versus ; deinde regula aut homilia quaelibet legatur ; deinde* Tu autem Domine *dicatur* (1).

Inde, opinor, ortum est studium componendi martyrologii et ad aptam formam redigendi, quo tot pii doctique homines illius aevi aemulati sunt, Lugduni Florus, Rabanus in Germania, Ado Viennae, Parisiis Usuardus, apud S. Gallum Notkerus. Quorum labore effectum est, ut cuique diei sua lectio esset ex historiis sanctorum petita atque ita temperata, ut neque nimis ieiuna aliquando esset, neque commodos monachis limites excederet. Id ab Usuardo potissimum est praestitum, cuius liber a Baronio emendatus auctusque et nomine *Romani Martyrologii* attitulatus ceteros a pulpitis iam exterminavit.

Verum incipiente regno Ludovici Pii, nullum ex iis martyrologiis, quae nunc historica vocamus, lucem adhuc aspexerat, uno excepto, quod saeculo fere ante composuerat Beda : cuius tamen, cum in eo plurimi dies vacarent, exigua utilitas erat. Celebriore usu frequentabatur vetustus liber, quem commendabant nomina Eusebii, Hieronymi, Chromatii, nos autem Hieronymianum martyrologium vocare solemus.

Cuius multa exemplaria diem tulerunt, pleraque antiqua ; antiquissima saeculi sunt VIII plus minusve adulti. Iis nobis sistitur quaedam veterum kalendariorum conglutinatio, cui praefixae sunt epistulae duae, altera Chromatii et Heliodori episcoporum, altera Hieronymi. Confictas esse eas litteras inter omnes constat ; sed martyrologium ipsum minime confictum est, immo servavit nobis innumera documenta quarti sequentiumque saeculorum, quae non parum conferunt ad cultum sanctorum investigandum eorumque historiam dignoscendam. Quae summopere optandum erat ut ex codicibus inter se collatis eruderarentur atque in lucem proferrentur.

Sed ea est confusio textus, ea nominum in codicibus omnibus perturbatio, ut labor ille restitutionis maximis impediatur difficultatibus. Inter innumeros scribarum errores, qui nusquam latius profundiusque grassati sunt, ut viam quaerenti aliqua lux affulgeat, omnes ipsi traditiones hagiographicae totius orbis christiani, quantus antiquitus fuit, in animo vel prae oculis adsint omnino necessarium est. Neque id sufficit ; nam plerumque traditiones liturgicae et hagiographorum curae aut sanctos hic commemoratos neglexerunt aut recentioris sunt aetatis, quam ut ex iis auxilium sperandum sit. Saepissime ad solos codices hieronymianos reducimur ; in quibus quid primus auctor notaverit, expiscari difficillimum semper, saepe desperatum paene est.

Ut tamen quod peragi aliquando poterit interim cum fructu tentetur, oportebat codices illos ex latebris bibliothecarum vel dissitis Analectorum editionibus extrahere, exponere oculis, immo ita ordinare, ut eorum comparatio facilior evaderet. Id in hac editione praestitum est ; quo consilio, qua via iam Rossius exponet.

(1) Böhmer-Mühlb. 631 ; Hardouin, *Concilia*, tom. IV, p. 1232 (c. 69).

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

RECENSIO CRITICA CODICUM.

I. B. R. Recensioni criticae codicum martyrologii hieronymiani, quos huic editioni parandae adhibui, praemittenda erat praefatio significans, qua ratione et norma hos codices in columnas vel integros rettulerim vel inde excerpta fecerim, quid eorum complexione facta collegerim, quid lectores hoc apparatu usuros oporteat praenoscere. Plura praeterea constitueram in ipsis plagulis, dum paginae prelo mandabantur, revisere, emendare, amplificare. Sed paulo postquam apographum textus martyrologii typis dari coeperat, infelix lapsus me dextera manu debilitavit; deinde apoplexi correptus omnem scribendi facultatem amisi. Quare neque de textu revisendo et augendo potui cogitare, ipsaque artificum sphalmata magnam partem debui collegae mei curis emendanda committere, neque quae praefanda reservaveram scripto mandavi, recensione tantum codicum utcumque confecta. Benevolos itaque lectores oro, ut quae huius operis postulatis et perfectioni a me defuisse animadverterint, adversae praesertim valetudini imputent, et quae nunc nimis ieiune et breviter praefaturus sum, ea aequi bonique faciant.

Codices hieronymianos pleniores in tres tantum columnas distribui, exceptis paucis paginis quadripartitis : totidem enim ad nos pervenere eius textus exemplaria varia, Bernense, Epternacense et quae ad Fontanellensem familiam pertinent aut eidem sunt affinia. Bernense primam columnam obtinet ad fidem codicis diligenter expressum, et cum eo attente collatum a Ludovico Duchesne, qui librum ipsum Berna Parisios advehendum curavit. Quae diligentia exprimendi litteras modo maiores, modo minores et scripturae compendia aliaque id genus minima debebatur tum dignitati codicis insignissimi, tum eius genuinae lectioni tradendae. Nam compendiis solutis falsae vel arbitrariae potuissent facile interpretationes in textum irrepere; quemadmodum e. g. *papae*, ubi legendum est *pap(iae)* ad diem XVI kal. oct. (1) et similia. Epternacense in columna II exhibetur, servatis quoque versuum divisione et vocabulorum compendiis, codice Parisiensi a Ludovico Duchesne cum apographo meo assidue collato. In cuius lectione priorum editorum erroribus ansam dedit litterarum distributio, quae saepe ita continuantur supra lineam, ut quae ad laterculum unius diei spectant, videantur ad praecedentem diem pertinere. Demum eadem diligentia exhibetur in columna III codex Wissenburgensis a collega meo ad fidem veteris exemplaris expressus, versuum divisione servata. Cui prae ceteris omnibus eiusdem familiae hanc praerogativam dedimus, ob eius aetatem in ipso codice testatam, anni nempe 772; quamquam textus aliorum codicum Fontanellensium plenior saepe est Wissenburgensi. Quae textus supplementa et omnis varia lectio codicum Fontanellensium et affinium in columna III subiciuntur. Codices itaque hieronymiani pleniores, quos Florentinius circiter quattuor agnovit, ego anno 1868 octo numeravi (2). Nunc, computatis uno familiae Fontanellensis (Urb. 49), quem neglegendum censui, item duplici Corbeiensi et Lucensi, addito uno Hibernico (Dungallensi), quo usus minime sum, demum fragmento Laureshamensi, sunt in totum numero tredecim.

Codices vero, quos appellamus contractos, id est breviaria martyrologii hieronymiani exhibentes, sane multos et varios non potui ad unum vel plures prototypos certos redigere; neque eorum omnes varietates referre. Tanta eorundem est multiplicitas et mutua dissimilitudo, ut, excepto breviario Richenoviensi, cuius unum et alterum exemplar paene genuinum agnovi, alium nullum reppererim, cuius totam lectionem variam cum suo prototypo potuerim exacte conferre eique subiectam adnotare. Itaque breviarium Richenoviense totum ad litteram, servata versuum divisione, textum Epternacensem subsequi volui, unde saltem ex parte videtur pendere: varietates codicum R¹, R², plerasque orthographicas, diligenter subieci. Ceteram farraginem indigestam codicum huius classis et quae censui deligenda e martyrologiis historicis, quibus constat suam hieronymiana symbolam contulisse, reieci in Excerpta varia col. II. Quae aliis nimis ieiuna visum iri satis praevideo, aliis onerata additamentis a textu hieronymiano alienis. Quorum cum neque perfectionem velim asserere, neque peccata, si quae sunt, cuncta excusare, ut his Excerptis studiosi recte utantur, qua mente et norma ea conficienda seu eligenda decreverim, paucis accipe.

Omnes textus breviatos martyrologii hieronymiani eorumque singula verba contuli cum plenioribus

(1) *Bull. della Comm. arch. comm. di Roma*, 1883, p. 248. — (2) *Roma sotterranea*, tom. II, p. XIX.

et

et breviario Richenoviensi. Quicquid in his comperi desiderari, vel praebere indicium lectionis supplendae aut emendandae, sive alicuius corruptelae, quae haud videbatur plane neglegenda, id totum adnotavi. Ea tamen lege id sum exsecutus, ut adnotatio semel fieret; neque infinita lectionum paene parilium seges e diversis codicibus in cumulum confusionis magis quam lucis accresceret. Qua in re valde vereor, ne dum brevitati studui, obscuritatem legentibus attulerim. Haec autem a me dicta sunto de varietatibus lectionum textus vere hieronymiani. Quod ad additamenta vero eius textus attinet, quae in plenioribus et in breviario Richenoviensi recepta sunt, ea tamquam ipsa hieronymiana tractavi. Quae in ceteris tantum breviariis occurrunt, plerumque censui praetereunda. Hanc identidem tamen legem fregi, ubi nonnulla additamenta visa sunt aliquo nomine annotanda, obsecutus adagio dicenti : *Quod abundat non vitiat.* Lectores tamen moneo, si velint uniuscuiusque breviarii indolem sat perspectam habere, eorum integrum contextum seu plenas editiones consulant, quae in recensione mea indicantur. Textus vero nondum vulgatos (praesertim R^3, G 914, G 915, E^1, E^2) constitueram heic edere integros, vel saltem eorum ampla specimina exhibere, commentariis subiectis. Quod cum nunc praestare nequeam, spero id lectores habituros in *Analectis Bollandianis.* I. B. R.

Codices unde Excerpta selegi, omnes in sequenti recensione descriptos invenies. Magnum vero numerum eorum cuius classis essent indagavi, vel doctos viros ut in meum usum expenderent rogavi ; plus quam ducentos praeterii, quippe quos agnoverim manifeste alienos a progenie vere hieronymiana. Quamquam hi saepe in bibliothecarum indicibus traduntur tamquam hieronymiani, eo quod praefixas praeferant fictas epistulas mutuas Hieronymi et Chromatii, idque in Usuardinis quoque recentibus usuvenit (1).

Ceterum nonnullos codices breviarii hieronymiani, qui Sollerio innotuerunt, frustra quaesivi : puta duos Casinenses (2) et Coloniensem Sanctae Mariae ad Gradus (3). Huius desiderio valde teneor; fuit enim examine dignissimus, ut e paucis, quae inde citantur, collegi. Multo magis voluissem adipisci *martyrologium S. Hieronymi*, quod hoc titulo designat index librorum coenobii Bobiensis scriptus saeculo X, editus a Muratorio (4). Cum multi codices Bobienses transierint in Ambrosianam Mediolaniensem, hanc praesertim adii et praefectum eius A. Ceriani v. cl. interrogavi. Qui respondit Bobiense martyrologium neque in Ambrosianam umquam venisse, neque in ipso coenobio Bobiensi repertum esse anno 1461, cum factum est *inventarium* librorum eius coenobii editum ab A. Peyron (5).

Denique non me fugit insigne testimonium Hilduini in epistula ad Ludovicum Pium imperatorem praefixa Vitae S. Dionysii Areopagitae. Is nempe citat *Graecae auctoritatis Martyrologion de tomochartis scrinii Constantinopolitani adeptum* (6), *qui tanta vetustate dissolvitur, ut maximam cautelam a se contingentibus exigat... Quod Martyrologium, ut antiquitas eius demonstrat, ex eo tempore constare posse non incongrue remur, quo, Constantino iubente, nata occasione martyria Sanctorum Domini de toto orbe collecta, et Caesaream sunt convecta* (7). Hunc *tomum* papyraceum fuisse aetatis vere Constantinianae et graecum exemplar ipsius martyrologii Caesareae in Palaestina ab Eusebio confecti, minime adducor ut credam. Plura fuere antiquitus apud Graecos Menologia, scilicet Acta sanctorum in compendium redacta et per singulos mensium dies distributa (8). Martyrologium ab Hilduino visum multa certe vetustate pollebat, sed nostri martyrologii graecum prototypum illud fuisse, scriptum saeculo IV, nemo, opinor, facile credet. Ceterum in codice papyraceo Constantinopolitano, Dionysii natale ita erat consignatum, ut eum *Atheniensium episcopum fuisse* esset testatum, quod Hilduinus narrat l. c. In codicibus nostris hieronymianis ad VII id. oct. de Dionysii Atheniensi episcopatu ne verbum quidem.

Nunc quem in finem tot codicum lectiones et varietates heic habeas, paucis significabo. Abhinc annis fere triginta coeperam investigare libros omnes, quorum ope et collatione primaevum ac genuinum martyrologium, quod dicimus hieronymianum, in integrum restitueretur, aut saltem huius incoepti perfectionem, quantum fieri posset, propius assequeremur (9). Quo apparatu cum satis mihi instructus viderer, rogavi amicum carissimum et huius generis studiorum supra omnes peritum Ludovicum Duchesne, ut in societatem laboris veniret et eius martyrologii in integrum restituendi sibi maximam partem assumeret, reservatis mihi potissimum fastis sacris ecclesiae Romanae regionumque finitimarum. In prima pagina codices omnes eorumque variae lectiones et testimonia erant exhibenda, in altera e conspectu prioris prodire debuisset martyrologium restitutum in integrum, subiectis commentariis, quibus fundamenta operis singillatim erant exponenda. Sed cum collega meus, usu et experientia edoctus, tempus huius restitutionis assequendae nondum advenisse censeret, eo auctore, consilium cepi

(1) Cfr. comm. de cod. Urb. 49. — (2) Vide Sollerium, *Proleg. ad Usuardum*, § 32. — (3) Vide Sollerium, l. c., § 41. — (4) *Antiq. Ital. medii aevi*, Diss. XLIII. — (5) Cfr. Th. Gottlieb, *Ueber Handschriften aus Bobbio*, in *Centralblatt für Bibliothekswesen*, tom. IV, p. 442-63. — (6) Vide annotationem sequentem. — (7) Vide *Areopagitica*, Coloniae 1563, p. 71 ; Migne, *P. L.*, tom. CVI, p. 19, ubi perperam scriptum est *Martyrologion de tomo chartiscriniis Constantinopolitanis*, quae emendanda *sunt de tomochartis scrinii Constantinopolitani*, id est de *tomis* papyraceis. Vide Marini, *Papiri*, p. 222. — (8) Vide Usener, *Acta S. Marinae et S. Christophori*, Bonnae 1886, pp. 5, 47, 48 ; eiusdem *Beiträge zur Geschichte der Legendenliteratur*, in *Jahrb. f. prot. Theologie*, 1887, p. 247 et seqq. ; Rocchi, *Versi di Cristoforo Patrizio*, pp. 6, 7, et quae scripsi in *Comm. de origine etc. bibl. Sedis ap.*, p. LXXXVI. — (9) Vide *Roma sotterranea*, tom. I, p. 112 et sqq. ; tom. II, p. x et sqq. ; tom. III, p. 196 et sqq. Cfr. tom. II, p. 39 et sqq.

collectum

I. B. R. collectum apparatum digerere et eodem adiuvante evulgare, prolegomenis auctum atque illustratum. En paucis habes rationes operis et consilii nostri ; cuius executioni invitus quidem valde defui.

Ceterum ne praesumas, martyrologio hieronymiano in integrum restituto, martyrum omnium saltem insigniorum uniuscuiusque ecclesiae censum plenissimum nos assecuturos, pauca opinor hoc loco subiungenda. Suos singulae certe ecclesiae fastos habuere seu *ferialia*, in quibus natales martyrum, depositiones episcoporum, dies denique festi uniuscuiusque loci erant consignati. Sozomenus de duabus civitatibus in Palaestina Iuliani imperio in unam rempublicam adunatis referens, testatur eas suam unamquamque ecclesiam, episcopum, clerum retinuisse et *dies festos martyrum et commemorationes episcoporum qui ipsis praefuerunt* (1). Verum huiusmodi *feriale* ecclesiae Romanae, quod Furium Dionysium Philocalum anno 354 nobis tradidisse omnes norunt, nonnisi paucos martyrum natales saeculi fere III, vix ullos antiquiores refert. Neque fasti hieronymiani, quamquam pleniores tabula Philocaliana, ad antiquiorem aetatem assurgunt, ita ut ne ipsum quidem Telesphorum pontificem nominent, quem martyrio gloriose defunctum Irenaeus testatur *(Haer. II, 31)*. Sed saeculi quoque III martyres Romae fama celebratos in fastis hieronymianis non omnes esse receptos chronica minora saeculorum IV et seqq. a Mommseno nuper collecta manifeste nos edocent. Nam recensio facta inter annos 405 et 427 chronici, quod *liber genealogus* audit, *persecutiones* christianorum enumerans, de Deciana refert : *sub ipso Decio passi sunt Romae Sempronius, Paulus et Eupater* (2). Hos martyres, quorum nomina meruerunt sola inter pugiles sub Decio Romae coronatos, ineunte saeculo V, memorari, neque tabula Philocaliana neque hieronymiana norunt ; eorum sepulcra veteres nulli topographi indicant. Quae de martyribus civitatum et regionum urbi Romae finitimarum ad fidem monumentorum exegi et exposui in *Bullettino d'Archeologia cristiana* (3), heic haud existimo repetenda. Hi martyres omnes ab auctore centonis hieronymiani prorsus sunt neglecti.

Fastos quoque martyrum ecclesiae africanae imperfectos et mancos in laterculis hieronymianis referri, sollemniori testimonio videmur edoceri. In Cypriani nempe epistula XXVIIII (ed. Hartel, p. 583) legitur : *avia (Celerini) Celerina iam pridem martyrio coronata est, item patruus eius et avunculus Laurentinus et Egnatius.... sacrificia pro eis semper offerimus, quotiens martyrum passiones et dies anniversaria commemoratione celebramus*. Celerinam fortasse eam esse, quae III non. febr. vel quae IV kal. oct. inter africanas martyres in hieronymianis recensetur, haud pernegaverim, sed Laurentinum nullum, Egnatium nullum hieronymiani codices inter africanos martyres produnt. Laurentinum latere inter martyres africanos nomine Laurentios, Egnatium in Ignatio diei VIII kal. ian., fortasse conicies. Sed ecce multo copiosiorem martyrum seriem in epistula Luciani ad Celerinum inter Cyprianicas invenies, cuius in hieronymianis nullum indicium deprehendes, licet ad nominum mutationes et corruptelas forte recurras: *Bassi in petrario, Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcere, Paulus a quaestione, Fortunata Victorinus, Victor, Herennius, Credula, Hereda, Donatus, Firmus, Venustus, Fructus, Iulia, Martialis et Ariston, qui Deo volente in carcere fame necati sunt* (ep. XVII, ed. Hartel, p. 534). Mihi haec a Cyprianicis epistulis capta testimonia indicio sunt, martyres, Cypriani aevo in Africa notos et liturgicis commemorationibus annuis celebratos, non omnes in hieronymianis laterculis inveniri. Id luculenter confirmant veteres tituli proximis annis in Africa reperti. De quibus vide quae pluribus locis dixi in ephemeride mea supra citata (4). Neque suspicor eos e secta Donatistarum fuisse. Nulla enim indicia suadent auctorem martyrologii hieronymiani compilasse ferialia Donatistarum, immo manifesta argumenta contradicunt. Nam nomina, quibus illos gloriatos maxime esse constat, in centone hieronymiano desiderantur (5). Neque obicias titulum anni 329, qui martyribus Donatistis, iisque in centone hieronymiano partim recensitis, nimis confidenter a nonnullis adiudicatur (6). Anno nempe 329 hoc in titulo designatur tempus, quo dedicatio memoriae a genitoribus martyrum facta est, non quo martyres passi sunt. Id ex imagine photographica didici ; neque dissentit collega meus Ludovicus Duchesne (7). Quam rem historia clare confirmat. Constat enim annis 329 et proxime praecedentibus et insequentibus Donatistas tranquillitate maxima usos vexationem nullam pertulisse (8).

Denique silentio non praeteribo Galliarum martyres ab insigni titulo Massiliensi aetatis fere Antoninorum nobis revelatos (9), quos in codicibus hieronymianis frustra requires. Multaque id genus, non solum e lapidibus, sed ex historicis quoque variarum ecclesiarum monumentis colligere est. In summa, certo constat ingentem martyrum copiam a centone hieronymiano exhibitam haud esse erroribus exaggeratam : immo eam esse imperfectam et a rei veritate valde dissitam.

De *catalogo* episcoporum a Petro apostolo fere ad initia saeculi IV, quem ad calcem ferialis Romani

(1) Πανηγύρεις μαρτύρων, καὶ μνείας τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων ἱερέων, Sozom., *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 3. — (2) Vide *Monumenta Germaniae historica*, etc. Chronica minora saec. IV, V, VI, VII, ed. Theod. Mommsen, tom. I, p. 196. — (3) *Bull.* etc., 1878, p. 94 et sqq. ; 1883, p. 151 et sqq. — (4) *Bull. d'Arch. crist.*, 1875, p. 162 et sqq. ; 1876, p. 59 et sqq. ; 1877, p. 109 et sqq ; 1878, p. 12 ; 1886, p. 26 et sqq. ; cfr. titulum africanum in *Melanges de l'École Française de Rome*, 1890, p. 537. — (5) Duchesne, in *Melanges* cit., 1885, p. 147. — (6) *Revue archéologique*, juillet 1893, p. 87 ; cfr. *Revue de l'Art chretien*, 1893, p. 136, n° 5. — (7) *Melanges*, etc., l. c., p. 148. — (8) Morcelli, *Africa christiana*, tom. II, p. 233. — (9) *Inscriptiones christianae*, tom. II, p. XI.

adhibiti

adhibiti ab auctore centonis hieronymiani subiectum fuisse agnovi (1), taceo; quippe quem ab annuis I. B. R.
martyrum commemorationibus secernendum esse et recitationibus liturgicis e diptychis inserviisse iam omnes, opinor, consentiunt (2).

CODICES ADHIBITI IN EDITIONE VEL DESCRIPTI IN RECENSIONE QUAE SEQUITUR.

Ado etc. = Excerpta hieronymiana e mart. hist. etc.
Aug = Breviarium Augustanum e mon. S. Udalrici.
Autissiodorensia Breviaria duo = Cod. Ven. Marc. 1478 et cod. S. Germani Autissiodorensis, nunc Bernensis 289.
Barberinianum Breviarium etc. = Cod. Barb. XI, 64.
Beda-Flor = Codd. martyrologii vulgati nomine Bedae-Flori.
C = Codd. Paris. lat. 12410, 17767.
Corb. brevius = Cod. Paris. lat. 12260.
Corbeiense Breviarium = Cod. Paris. lat. 13220.
Dungallensis, nunc FF. minorum Dublinensium.
Epternacensis = Paris. lat. 10837.
E¹ = Cod. Einsidl. 226.
E² = Cod. Einsidl. 117.
Escorialensis = Cod. Escorial. lat. I. III, 13.
F = Cod. Fuld., nunc Leid. Scalig. in IV, 49.
G = Breviarium Gellonense, nunc cod. Paris. lat. 12048.
G 914 = Cod. S. Galli 914.
G 915 et 453 = Codd. S. Galli 915 et 453.
Gallicanum breviarium = Cod. originis ignotae ed. a Martene et Durand.
Kalendaria ex hieronymianis = Huius recensionis cap. III.
L = Cod. Luc. bibl. capit. 618 et Luc. bibl. publ. 428.
Lab = Breviarium e codice Labbeano.
Laureshamense fragmentum = Cod. Vat. Palat. 238.
M = Cod. S. Marci 673, nunc Laurent. 151.
Moguntinum Breviarium = Cod. Vindob. Palat. 642.
Morbacense Breviarium = Cod. Morb. ed. a Martene.
O = Cod. Vat. Ott. lat. 38.
Cod. S. Pauli = Cod. bibl. S. Pauli, Romae via Ostiensi.
R = Breviarium Richenoviense cod. Turic. hist. 28.
R¹ = Breviarium Richenoviense cod. Augiensis CXXVIII bibl. Carlsruhensis.
R² = Breviarium Rhinoviense ed. a Sollerio.
R³ = Breviarium Remense cod. Paris. lat. 17189.
S = Cod. Paris. *Nouv. acq. lat.* 1604 et Vat. Reg. 567.
S¹ = Mart. Senonense cod. Vat. Reg. 435.
S² = Breviarium Senonense cod. Vat. Reg. 567.
T = Breviarium Treverense 1245.
Treverense = Breviarium e codice Treverensi S. Maximini.
Urb = Cod. Vat. Urb. 49.
V = Cod. Vallumbros., nunc Laurent. *(conventi soppressi)* 331.
W = Cod. Wissenburgensis, nunc Guelferbytanus.

(1) *Roma sotterranea*, tom. I, p. 114. Ad diem pridie kal. ian. fragmentum huius catalogi irrepsit in codices hieronymianos, mixtum nominibus martyrum Catanensium in Sicilia : *Stephani, Pontiani, Attali* lege *Antheri*), *Fabiani, Corneli, Syxti* Nempe erroris causa fuit codex aliquis desinens, non in IX kal. ian., sed in pridie kal. easdem. In codice Adonis Parisiensi bibl. nat. n 5256, scripto saeculo XII, ad diem X kal. ian. legitur prolixa commemoratio pontificum romanorum annotationibus historicis aucta, quae catalogum supra scriptum in codicibus hieronymianis a me agnitum vere esse manifeste confirmat. — (2) In ephemeride *The Academy*, 4 augusti 1877, E. B. Birks v. cl. de hoc catalogo a me agnito locutus verbis amplissimis contendit in eo superesse quoque nomina consulum, seu eorum indicia : puta Titiani an. 69, Traiani an. 91, Siriani an. 102, Metilii an 108. Verum neque consul an. 108 appellatus est solo nomine gentilitio Metilii, neque auctores aetatis christianae suffectos consules adhibuerunt annis designandis, quorum duo (Titianus et Traianus) superius recitantur. De primaeva Romanorum pontificum chronologia vide Lightfoot, *Apost. Fathers*, ed. 2, tom. I, p. 201-345; tom. II, p. 158.

§ I. CODICES PLENIORES.

1.

L. D. *Epternacensis* liber, nunc Parisinus 10837 (1), foliis 45 constat; quorum si primum et ultimum demas aliunde petita (2), 43 restant priscis manibus exarata. Ex iis folia 2-32 martyrologium continent; folium 33, eiusdem qui praecedentium moduli, prius vacuum fuit; in eo scilicet desinebat codex, qui nihil tunc praeter martyrologium continebat. Antiquarius subscriptionibus innotescit, f. 32ᵛ: *O lector vive lege et pro me ora* (3). — *Tuorum, Domine, quorum nomina scribsi sanctorum eorum queso suffragis miserum leva Laurentium; tuque idem lector ora.* Laurentius aliquis presbyter tria diplomata scripsit S. Willibrordo, data annis 704, 710, 711 (4). Fuisse videtur ex eius comitibus atque codex noster ab eo describi potuit. Id eo verisimilius est quod calamo Laurentii *senio(ris)* descriptus est insignis quidam codex Evangeliorum, qui nunc asservatur in oppido Mayhingen, in bibliotheca principum ab Œttingen-Wallerstein, sed fuit olim monasterii S. Willibrordi (5).

Post martyrologium sequitur (f. 34-41) quaternio foliorum 8, in quo scriptum fuit kalendarium, ea servata lege ut unaquaeque pagina unum mensem caperet. Prima tamen quaternionis pagina, id est f. 34ʳ, vacua relicta est; itaque kalendarium incipit f. 34ᵛ et cum f. 40ʳ terminatur. Post kalendarium tres paginae vacabant; in iis tres cycli paschales descripti sunt, scilicet decemnovennales, annotatis incarnationis dominicae annis, quorum primus incipit an. 703, tertius desinit in an. 759. Sequuntur duo folia, aliquanto latiora, sed paulo minus alta, scripturae diversae, minus antiquae; prius, f. 42, exhibet horologium cum tabula ventorum et orationes liturgicas; in altero, f. 43, continuatur cyclorum series, duobus additis, atque ita pervenitur ad an. 797. Superest f. 44, in quo sextus est cyclus, sed non qui praecedentibus ordine succedat; continet enim annos 684-702, atque omnibus hic descriptis praescribi debuisset. Huius ultimi cycli scriptura eadem est quae trium priorum, valde diversa a litteratura foliorum 42 et 43.

Kalendarium, antiqua manu anglo-saxonica descriptum, ad usum fuit sanctissimi viri Willibrordi Frisonum apostoli, Epternacensis coenobii fundatoris. In eo enim ad diem XI kal. decembr. ipse propria manu annotavit commemorationem ordinationis episcopalis an. 695 Romae acceptae; annus, cum scriberet, agebatur 728 ab incarnatione Domini. Sed viginti fere annis antiquiorem fuisse codicem omnino constat. Namque ut prima manu commemorantur dies obituales Ecfridi regis (685), Cuthberti episcopi (687), Hewaldorum martyrum (c. 690), demum Sergii papae (701), ita Landberichti episcopi (705) et Oedivaldi monachi natales, perscripto iam kalendario, accessere. Atqui Oedivaldus obiit sub rege Northumbriae Alcfritho († 705), XII vel amplius annis post mortem S. Cuthberti, id est inter annos 699 et 705 (6). Igitur kalendarium an. fere 702-706 conscriptum fuit.

Id tamen non pertinet ad martyrologium, cuius litteratura valde diversa est et modulus aliquanto maior. Verum, etsi prius vix aliquid commune habuerint hi duo codices, mature in unum coaluerunt. Indicio est epistula quaedam Honorii pontificis, saeculo VIII non adeo adulto descripta, ea ratione ut folium integrum ad calcem prioris codicis vacans occupet atque continuetur in prima pagina kalendarii. Ex quo patet ante medium VIII saeculum ex martyrologio et kalendario unum codicem fuisse confectum. In martyrologio sicut in kalendario Oedivaldus nominatur, sed prima manu; unde martyrologio aliquantulum praecessisse kalendarium apparet.

Anglica manu Anglis descriptus codex noster anglica ex traditione procedit; neque est cur miremur. Beda enim prae manibus habuit hieronymianum codicem (7). Ex Anglia veniunt commemorationes sanctorum Cantiae et Northumbriae, codici nostro propriae: Augustini (VII k. iun.), Paulini (pr. id. oct.), Oswaldi regis (non. aug.) Cuthberti (XIII k. apr.) Oedivaldi (XI k. mai.) Hi quattuor ultimi spectant ad Northumbriam; Cuthbertus, Oedivaldus, ipseque rex Oswaldus in magno honore apud Lindisfarnenses monachos habebantur, eius (1) scilicet regionis ex qua Willibrordus

(1) Olim *Supplem. lat.*, 1680. — (2) Primum, ex aliquo libro chorali avulsum, scripturam exhibet saeculi fere XI; insunt lectiones officii S. Willibrordi, interspersis responsoriis cum notulis musicis; ultimum pars est commentarii ad quosdam versus gnomicos, de quibus inquirere non vacat; scriptura est saeculi XIV. — (3) Hucusque rubrica, cetera atramento picta. — (4) Pardessus, n. 458, 476, 481. — De his cfr. R. Reiners in *Organ des Vereins für christliche Kunst in der Diöcese Luxemburg*, ser. III, anno 15 (1885), p. 31; cfr. *Publications de la section historique de l'Institut de Luxembourg*, tom. XL, p. 9, ubi insigni temeritate mihi exprobrat quod italicam originem vindicare voluerim codici Epternacensi, de quo numquam cogitavi; Wattenbach, *Anzeiger der german. Musaeum*, 1869, p. 289; *Revue celtique*, tom. I, p. 26-34; *Neues Archiv*, tom. XII, p. 234; — (5) Samuel Berger, *Hist. de la Vulgate*, p. 52. — (6) Beda, *Hist. eccl.*, V, 1. — (7) *Retract. in Actus Apost.*, c. I: Liber martyrologii qui beati Hieronymi nomine ac praefatione attitulatur, quamvis Hieronymus illius libri non auctor sed interpres, Eusebius autem auctor exstitisse videatur. » — (8) De his vid. Bedam, *Hist. eccl.*, V, 10; Alcuinum, *Vit. Willibrordi*, I, 1-6.

originem

originem ducebat, et in qua pater eius Wilgisus proprio monasterio praefuerat. Iisdem, nempe anglicis, originibus congruit quod in Epternacensi frequentior est mentio sanctorum Italiae inferioris, praecipue Campaniae. Nuper enim vir doctus Germanus Morin, investigatis Bibliorum codicibus, in iis qui apud Anglos Saxonesque descripti sunt, mira vestigia usus liturgici olim in Campania vigentis detexit (1), idque recte rettulit ad Hadrianum. Neapolitanum monachum, qui cum Theodoro archiepiscopo an. 668 a pontifice Vitaliano missus est in Britanniam, ut illius regionis clerum sacris disciplinis imbueret. Ad eundem fontem redeunt interpolationes quaedam codici nostro propriae, quarum elenchum accipe : L. D.

VI id. ian.	In Brundi(sio) Leuci.	k. sept.	In Casino Constanti.
III id. feb.	In Vulturno Castrensis.	III non. sept.	In Caudis Vitaliani.
XIIII k. mart.	In Camp(ania) Cumas (2) nat. Iulianae.	VIIII k. oct.	In Miseno Sossi.
XIII k. aug.	In Casino Severi.	III k. nov.	In Comsa Maximi.
XIIII k. sept.	In Fabriteria Magni.	non. nov.	In Ecas Marci episcopi.
k. sept.	In Apulia Felicis et Donati (3).	XVI k. dec.	In Capua Augustini et Felicitatis.

Neque desunt alius generis additamenta. Hic non inutiliter commemorabuntur quae ex S. Laurentii passione petita sunt ad dies XIII kal. mart. et X kal. apr. Illic recolitur S. Polychronius Babylonis episcopus, hic SS. Parmenius, Elymas, Chrysoteles presbyteri, cum sanctis diaconibus Luca et Mucio, de quibus pleniores nostri codices concorditer silent.

Inventus est a Rosweydo liber pretiosissimus, qui latebat in Carthusia Treverensi, nescio quo casu a monasterio S. Willibrordi extorris. Antverpiam delatus, ibi tanto loco apud Bollandistas habitus est ut Balthasari Moreto persuaderent eum in laminis aereis excudere. Non tamen ultra XII kal. iulias labor ille processit, contra nitentibus Epternaci monachis et suum codicem repetentibus. Neque ex laminis excusis editio umquam facta est; attamen laminae exstant Antverpiae in musaeo Plantiniano; inde a. 1660 novem exemplaria expressa sunt, quorum unum, Dacherio missum, possidet nunc bibliotheca Parisiensis (4); alterum certe habuit Florentinius dono datum ab Henschenio, qui etiam ei communicavit quod reliquum erat codicis; demum, in Propylaeo ad tomum II Aprilis, socii Bollandiani specimen scripturae satis amplum exhibuerunt.

2.

Bernensis codex 289, in eam bibliothecam dono Bongarsii venit ; Mettensis olim fuit. Oblongus est, scripturae VIII saeculi vergentis ad finem. Lineae binis columnis distribuuntur. Deest ultimus quaternio, unde fit ut textus desinat in XI kal. dec. et desiderentur 33 dies, a 22 nov. ad 24 dec. (5).

In marginibus adiecta sunt festa multa ecclesiae Mettensis propria, qualia sunt depositiones translationesve episcoporum et aliorum sanctorum, natales ordinationis, dedicationes ecclesiarum ; inest etiam obituarium (6). Ex iis commemorationibus nulla recentior esse videtur consecratione Adventii episcopi (855); unde pronum est conicere eo tempore alium codicem usui capituli aptatum fuisse, nostrumque sollemniter legi desiisse.

Descriptus fuerat non ecclesiae episcopali, sed Hilariaco monasterio, quod Novae Cellae et S. Naboris (S. Avold) nominibus etiam designatum fuit. S. Naboris reliquiae ibi colebantur, ex Urbe allatae a Chrodegango episcopo cum corporibus SS. Nazarii et Gorgonii. Huius ultimi sacra ossa Gorziae deposita sunt; reliquorum in Hilariaco monasterio; mox tamen Nazarius trans Rhenum migravit atque in Laureshamensi monasterio conditorium accepit, ita ut Nabori soli templum dedicarent Hilariacenses monachi (7). Hinc duo festa : *III non. iul. Adventus corporis ss. Naboris et Nazarii* et *XVI kal. octob. Translatio corporis s. Naboris et dedicatio ecclesiae ipsius.* Utrumque exhibet codex noster, idque prima manu, quae ceteras festivitates Mettensis ecclesiae penitus neglexit.

(1) G. Morin, *Revue bénédictine*, tom. VIII (1891), p. 481 ; *Anecdota Maredsolana*, tom. I ; *Liber Comicus*, (1893), p. 436 ; cfr. S. Berger, *Histoire de la Vulgate* (1893), p. 39. — (2) *Cod.* Cumbas. — (3) Ii quidem sancti in aliis etiam codicibus repe-riuntur, sed alio tenore ; qui cum etiam in nostro vestigia reliquerit, patet hic vetera novis cumulata fuisse. Idem dictum sit de diebus non. nov. et XVI k. dec. — (4) Cod. lat. 12159. De his vide quae disseruit Max. Rooses, Plantiniani musaei custos, in *Bulletin de l'Académie d'archéologie de Belgique*, Antverpiae, 1881, 3e série, tom. II, p. 295-300. — (5) Editus est in *Act. SS.*, Oct. tom. XIII, initio, ex apographo W. Arndt. Nos edimus ex codice Parisios misso, ad quem plagulae correctae sunt. Hic nos gratos testari oportet erga praefectum bibliothecae Bernensis Hermannum Hagen v. cl., qui tot menses insignem librum a suo domicilio abesse passus est. Neque sine memoria praeteribit amici S. Berger humanitas, qui per aestivas vacationes annorum 1892 et 1893, dum ego marino otio perfruerer, successit oneri plagularum cum codice conferendarum. — (6) De hoc necrologio cfr. quae disseruit V. Ebert, *Gebetsverbruderungen*, p. 141 et sqq. Additiones Mettenses vulgavit E. Dümmler, *Forschungen z. deutschen Geschichte*, tom. XIII, p. 596. — (7) *Ann. Fuld.*, an. 765, 766.

L. D. neglexit. Quibus commemorationibus evincitur non ante annum 766, qui translationum earum fuit, esse descriptus (1).

Exemplar ex quo descriptus est Biturigis allatus fuisse videtur, nisi in ea civitate suum antiquarius confecerit apographum. Huic enim insunt festa Biturigibus propria, quae in aliis frustra quaeras :

VII kal. sept.	Beturico, translatio corporis s. Sulpitii et dedicatio ipsius basilicae.
X kal. oct.	Beturico, vico noncupante Libroso, s. Silvani et Silvestri.
VIII kal. oct.	Beturicas, dedicatio basilicae s. Desiderii episcopi et martyris.
kal. oct.	In Gallia, civitate Beturicas, dedicatio ecclesiae s. Stephani protomartyris.
XVII kal. nov.	Beturicas civitate, depositio s. Ambrosii episcopi et confessoris.
VII kal. nov.	In territurio Beturico, monasterio Longoreto, translatio Siggeramni et dedi[ca]tio basilicae ipsius.
kal. nov.	In Beturio, Gortonis castro, depositio Rumoli presbiteri (2).

In eo etiam exemplari vel in aliquo ex progenitoribus eius sancti quidam Scoti in margine appositi, mox in textum recepti sunt, nempe Brigida (kal. feb.) (3), Patricius (XVI kal. apr.), Comgillus (VI id. maii).

Magni pretii est codex Bernensis, qui pleniores quam ceteri servavit notas locorum, civitatum, viarum, coemeteriorum. Quod multis exemplis illustravit Rossius noster tam in suo *Bullettino* quam in tomis *Romae subterraneae*. Ceterum non ea tantum Romana festa in codice nostro occurrunt quae et in aliis, sed quaedam habet propria, serius, ut videtur, adiecta. Ea sunt :

k. ian.	Martini martyris (4).
III non. ian.	Romae Antheri papae.
XI k. feb.	Anastasi martyris (5).
X k. feb.	Romae Emerentiani martyris (6).
III id. feb.	Romae Caloceri Parthemi martyrum.
XVI k. mart.	Romae Zenonis martyris.
II id. mart.	Romae Leonis episcopi et martyris.
XV k. apr.	Romae Pymeni episcopi.
VIIII k. apr.	Romae Cyri martyris.
III id. apr.	Romae Leonis papae.
IIII k. mai.	Romae Vitalis martyris.
II id. mai.	Romae Isidori, Bonefacii.
VII k. iun.	Romae Simmetri martyris.
VI k. iun.	Romae Restituti (7).
II k. iun.	Romae Petronillae virginis.
XV k. sept.	s. Martini papae urbis Romae et martyris (8).

3.

I. B. R. Insigne fragmentum Laureshamense, constans paginis quinque compactis cum codice Vat. Palat. 238, heic primo in lucem prodit in columna II; a die VIII kal. ian. ad diem pridie non. ian. et a die VI kal. febr. ad pridie kal. easdem. Feliciter servatum est ex pretioso exemplari saeculi fere VIII vel IX, ipsius facile coenobii Laureshamensis, unde totus codex videtur oriundus. Eius primam notitiam habui ab Emmanuele Schelstratio, qui in codice Veneto Marciano XIV, 78, p. 37-41, illud transcribendum curavit tamquam desumptum e cod. Palat. 283, hac subiecta annotatione. " Fragmentum hoc desumptum est ex tribus foliis, quae librarius initio et in fine Codicis „ posuit, ut solent Manuscriptorum compactores, unde colligere licet, quae olim negligentia fuerit „ in asservandis prestantissimis et Antiquissimis manuscriptis. Quantum enim ex scriptura conicere licet, hae membranae ante tempora Caroli Magnus *(sic)* exaratae sunt; et continent partem vetustissimi Martyrologii, cuius meminit Gregorius magni *(sic)* epistola 29. lib. 7. ind. 1 „ ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum „. Sed cum a cod. Palat. 283 tanti pretii membranae prorsus abessent, et volumen ipsum recenti artificio restitutum et denuo compactum appareret, fragmenti iacturam maerore summo deploravi, artificis neglegentiae, fortasse etiam furto, imputandam. Neque ulterius quaesivi. Nova autem codicum Palatinorum recensione instituta, praeter spem fauste feliciter accidit, ut collega meus Henricus Stevenson, cui primo codices excutiendi tradebantur, deploratum fragmentum reperiret in codice Palat. 238, non 283, quemadmodum errore

(1) Immo neque ante annum 770 dicerem, si constaret de tempore S. Ambrosii Cadurcini episcopi, cuius depositio ad diem XVII kal. nov. reperitur. Sed qui eum a. 770 obiisse statuerunt, id nullo argumento comprobarunt. Vita S. Ambrosii *(Act. SS.*, Oct. tom. VII, p. 1046) nullum praebet temporis indicium, sed neque diem obitus annotat. — (2) Indicium exstat leve quidem, sed non omittendum, codicem illum qui Bernensi fuit exemplar pertinuisse ad S. Symphoriani Bituricensem abbatiam ; in eo enim vigilia S. Symphoriani XII kal. sept. eximio quodam fervore recolitur : *Vigilia sancti ac beatissimi Simforiani martyris.* Si ita est, mireris nullam V id. nov. de S. Ursino mentionem fieri, cuius sepulcrum in monasterio illo servabatur (Greg. Tur., *Gl. conf.*, c. 19). — (3) Brigida etiam in Epternacensi recolitur. — (4) Hic agitur de S. Martina Romana, ut in Parvo Romano et ceteris apparet. Etiam *Rich.* et quidem plenius distinctiusque : *Romae, Martinae martyris.* — (5) Etiam in E, sed alio loco et tenore. — (6) Est S. Emerentiana, quae etiam in *Corb.*, *Rich.* et quibusdam aliis nominatur. — (7) Redit in omnibus IIII k. iun. — (8) Hoc ex *Libro pontificali*, ut videtur, derivatum est, ut superius natale Antheri papae. Sed error est in mense ; in Libro enim pontificali Martinus depositus fuisse dicitur *XV k. oct.*, non *sept.*

Schelstratius posuerat. Quare thesauri iterum recuperati laus sit tota penes Henricum Stevenson, virum aeque doctissimum atque diligentissimum. De quo invento ego et ille ipse egimus in *Bull. di Arch. crist.*, 1882, p. 109. I. B. R.

Singulare pretium huius fragmenti in eo consistit, quod exemplar exhibet unicum martyrologii hieronymiani plenioris, in quo nonnullae adnotationes historicae ex Actis martyrum adiectae sunt ad dies VIII kal. ian., III kal. ian., kal. ian., pridie non. ian. Quae ab aliis omnibus codicibus absunt; neque sunt addititiae, id est secunda manu in eum codicem vel in aliquem alium, unde directe pendeat, insertae et alienae a textu archetypo codicum nostrorum omnium, sed huius ab origine propriae et genuinae. Nam praeter harum annotationum stilum, de earum antiquitate satis testantem, ad diem pridie non. ian. manifestum est compendium Actorum martyris Cyziceni eo loco prius exstitisse, deinde esse resectum. Nempe unus codex Wissenburgensis eo loco servavit verba *qui sub Licinio,* unde incipit annotatio historica; quae in reliquis exemplaribus omnibus sunt omissa, tamquam superflua et cum textu detruncato male cohaerentia. Quare clare patet excerptum historicum ex Actis martyrum ad diem pridie non. ian. in textu hieronymiano olim exstitisse, et quae pleniora dicimus exemplaria, ea esse cuncta in compendium redacta. Eadem annotatio historica ob oculos fuit Rabano et Notkero, ab illo tamen melius quam ab altero martyrologo exscripta, quamquam ille nomen martyris corrupit, *Titum episcopum* ponens loco *filii episcopi,* Rabanus autem *Philum episcopum* substituit in locum *filii episcopi.* Vera appellatio martyris, secundum textum hieronymianum, fuit *Theogenes puer christianus filius episcopi.*

Theogenis martyris Acta valde depravata et prodigiis inferta edidit Bollandus in *Actis Sanctorum,* Ianuarii tom. I, p. 134 et sqq. Meliora dederunt nuper Bollandiani e codice Bruxellensi bibliothecae regiae n. 207 (*Analecta Bollandiana,* tom. II, anno 1883, p. 206 et sqq.), in quibus tamen omittuntur verba *cum esset episcopi filius,* quae in superiori recensione non desunt et congruunt cum codice Laureshamensi.

Haud mirum contigit nobis excerpta ex Actis martyrum in martyrologio hieronymiano antiquiore reperiri. Cassiodorus enim monachos hortatus, ut legerent *passiones martyrum, qui per totum orbem terrarum floruere,* eas quaerendas monuit, *inter alia, in epistola sancti Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum (De institutione divinarum litterarum,* c. XXXII). Hieronymi epistula (certe supposititia) ea est, quae legitur in fronte martyrologii hieronymiani. Quomodo intellegenda sint verba Cassiodori, dubitatum valde est : nunc vero fragmento Laureshamensi reperto, satis, ni fallor, liquet ea respicere martyrologium hieronymianum, auctum compendiis ex Actis martyrum sinceris et antiquioribus. Quae resecuit auctor exemplaris a Gregorio Magno Romae adhibiti; quippe dies tantum natalitios et loca *passionum* annotavit. Sed exemplar, quod praesto fuit clerico Autissiodorensi, minus ieiunum videtur fuisse ac romanum Gregorii Magni. In eo enim hac illac pauca ex Actis martyrum in compendium redactis etiam nunc servantur in codicibus plenioribus. Et ad VII id. ian., non uno in codice familiae Autissiodorensis expressum testimonium legitur textus breviati in excerptis historicis ex Actis martyrum (vid. comm. de codice S). Quare fragmentum quoque gallicanum Laureshamense ex eadem familia ad nos pervenisse probabilius existimo, quam directe a Cassiodoro eiusque bibliotheca Vivariensi.

Annotationes quoque topographicae de coemeteriis urbis Romae in codice Laureshamensi videntur plenius servatae, quam in ceteris familiae Autissiodorensis. Exemplo sint martyres Donata, Paulus, Rogatia (lege Rogantina), Dominanda, Hilarina, quae ad diem pridie kal. ian. rectissime adsignantur coemeterio Iordanorum via Salaria (vid. *Itineraria* in mea *Roma sotterranea,* tom. I, p. 176, col. IV, et cfr. cum p. 207 et *Bull. d'Arch. cristiana,* 1873, p. 7 et sqq.) Id in reliquis exemplaribus desideratur. In duobus tamen codicibus romanis familiae, quae Bedae vulgo censetur, ea annotatio topographica coemeterii Iordanorum apparet. Quare aliquod vestigium lectionis plenioris formae Laureshamensis ad diem pridie kal. ian. Romae pervenit saeculo XI vel XII.

Denique in fragmento Laureshamensi haud deest indicium lectionis topographicae falso supplemento vitiatae seu interpolatae. Nempe ad VII kal. ian. Dionysius romanus episcopus dicitur positus in coemeterio Priscillae; cuius sepulcrum longissime ab eo loco dissitum esse certo liquet. Depositus enim ille fuit in coemeterio Callisti via Appia (1). Id primitus ibi scriptum esse debuit; sed hac annotatione deleta, nescio quo errore, irrepsit *Priscillae* loco *Callisti* in textum hieronymianum fragmenti Laureshamensis.

4.

C. = Martyrologium *Corbeiense maius,* codd. Paris. lat 12410, 17767. — Codex Paris. lat. 12410 membraneus, formae quaternariae, e coenobio Corbeiensi translatus saeculo XVII in bibliothecam S. Germani Pratensis, continet exemplar plenius martyrologii hieronymiani scriptum saeculo fere

(1) Vide quae scripsi in *Roma sotterranea*, tom. I, p. 100 et sqq.

I. B. R. fere XII ineunte; inde vulgatum a Luca d'Achery (1), eadem repetita editione a Vallarsio receptum inter opera S. Hieronymi (2). Dacheriano exemplari et excerptis e codice a Dufresnio sumptis usus est Florentinius; itaque particulas in singulos anni dies dissectas subiecit singulis laterculis editionis Lucensis. Ego codicem Paris. 12410 attente tractavi et contuli cum editione Dacheriana; cuius examinis fructum summatim perstringam.

Editio codicem, ut oportuit, minime refert, his praesertim peccans capitibus. Quaecumque Lucae d'Achery visa sunt interpolata sive hieronymiano martyrologio superaddita, tametsi in codice eodem, quo reliqua, charactere scripta, litteris inclinatis in editione exhibentur et locis suis mota ad calcem cuiusque laterculi reiciuntur. Marginibus paginarum exsectis ab eo, qui volumen compegit, extremae vel primae vel mediae plurium nominum et vocabulorum litterae periere, quas editor, lectore haud monito, ope codicis Epternacensis, integravit aut ex ingenio, neque interdum successu semper felici. Quae sive inter lineas sive in marginibus antiqua manus adlevit, editor neglexit. Haec aliaque vitia editionis Dacherianae cuius momenti sint, ut intellegatur, de ipsius codicis origine et indole quicquid, eo diligenter excusso didici, exponere aggredior.

Apographum Corbeiense nunc Paris. 12410 agnovi descriptum esse saeculo fere ineunte XII ex antigrapho item Corbeiensi in 4° eiusdem aetatis, cuius fragmenta repperi in codice Paris. lat. 17767 (antea *Fonds Corbie* 5). Initio huius voluminis manus saeculi XVII annotavit : *Hic codex sedente Gossone scriptus agnoscitur, qui sub finem duodecimi saeculi regimen Abbatis cum vita finivit.* Continentur primis foliis plura ad coenobium Corbeiense pertinentia; tum f. 11ᵛ in fronte martyrologii Adonis delineata est imago monachi offerentis librum Petro apostolo, adscripto nomine oblatoris : FR NEVELO; subiecta sequenti adnotatione : *In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego frater Nevelo, huius sancti coenobii Corbeiensis alunnus* (sic) *in sancto habitu constitutus, sed conscientiae sarcina utcumque pregravatus, hunc libellum, propriis sumptibus elaboratum et propria manu prout potui descriptum, obtuli Domino et patrono nostro beatissimo Petro apostolo...* Fol. 134ᵛ redit imago Nevelonis prostrati ad pedes S. Benedicti, cuius subsequitur regula. Nevelo bibliothecae Corbeiensi augendae operam dedit exeunte saeculo XI, ineunte XII (3). Denique f. 193ʳ et sqq. fragmenta martyrologii hieronymiani eiusdem Nevelonis manu exarata; nempe a die VI idus iulias ad VII kal. nov. et V kal. nov. ad X kal. ian. : *Depositio sanctae Victoriae Romae sub Decio, quae cum esset desponsata viro pagano et* RL (reliqua)..... QVICV(m)Q; LECTOR HIC LEGERIT HOC DEESSE NON IGNORANTIA NOVERIT NEVELONIS SCRIPTORIS QVI P(ro) ANIME SVE REMEDIO SCRIPSIT. SED DETRVNCATIONE FOLII EXENPLARIS. QVI VERO ALIO REPPERERIT HOC QVOD HIC DEEST. HVIC PAGINE CARITATIS AMORE INSERERE P(ro)CVRET. Eadem verba e Nevelonis autographo descripta sunt ad calcem apographi cod. Paris. 12410, deinde deleta. Collatione instituta alterius exemplaris cum iis, quae supersunt ex antigrapho, vidi utrumque concordare. Neque idcirco collatio fructu caruit. Ipse enim Nevelo apographum (12410) cum autographo suo contulerat, lacunas expleverat, quarum supplementa inter lineas vel ad margines annotata Dacheriana editio suppressit; unde factum est, ut hoc martyrologium pluribus locis deminutum typis commissum sit. Quin etiam totum laterculum diei IIII non. nov. scriptor codicis 12410 incuriose praeteriit, Nevelo in ima pagina supplevit : editori vero neque hoc supplementum tradere nec saltem de primaeva codicis lacuna lectorem monere curae fuit. In nominibus exsecta membrana detruncatis, collatio utriusque exemplaris me docuit arbitrium supplendi litteras excisas editori saepe infeliciter successisse, mutatis finalibus syllabis generis masculini in femininum et vice versa. Denique, id quod magni facio, lectio unius loci in Corbeiensi tantum recensione sincera in ceteris omnibus falso additamento interpolata, unde originem duxerit, deprehendi. Nempe ad III idus augustas, ubi in hieronymianis exemplaribus, quotquot ad nos pervenere, post Tiburtium martyrem sepultum via Labicana errore manifesto inseruntur loco alieno nomina Valeriani (et Caeciliae), exemplar Corbeiense fallaci caret interpolatione. Quare eius auctoritas haberi potuit praestantior ceteris omnibus; quippe quod descriptum videretur ex antigrapho puriore, scilicet confecto antequam mala manus emendare praesumens lectionis integritatem depravaret (4). Verum immunitas a communi textus depravatione in recensione Corbeiensi aliis locis haud perstat. Neque ad diem III idus aug. ea integritas ab origine constitit. In autographa enim Nevelonis scriptione vidi primo nomina interpolata haud defuisse; postea, errore deprehenso, deleta esse. Qui apographum confecit (cod. 12410) deletas litteras non descripsit. Sic recensionem Corbeiensem a communi ceterarum origine et fonte alienam haud esse ipsa Nevelonis manus manifestat.

His expositis, nemo non intellegit cur in variis lectionibus recensionis Corbeiensis annotandis

(1) *Spicil.*, ed. in 4°, tom. IV, p. 617 et sqq.; ed. in fol., tom. II, col. 1 et sqq. — (2) Tom. XI, col. 473 et sqq. — (3) Delisle, *Le Cabinet des mss. de la bibl. nationale*, tom. II, pp. 118, 119; *Hist. litt. de la France*, ed. Paulin Paris, 1868, tom. VIII, p. 590 et sqq.; cfr. *Catal. codd. hagiogr. lat. bibl. nat. Paris.*, ed. a sodalibus Bollandianis, tom. I, p. 486 : codex, cuius hoc loco meminerunt hagiographi Bollandiani, *passionarium* continet, minime vero martyrologium. — (4) Cfr. *Roma sott.*, tom. II, p. XVIII et sqq.

(col.

(col. III) utriusque codicis tamquam unius eiusdemque exemplaris rationem habuerim, editionis Dacherianae nullam. I. B. R.

Martyrologium hieronymianum Corbeiense ad formam recensionis Lucensis, id est Fontanellensis, multo propius accedere quam Epternacense, iam Florentinius agnovit (p. 37). Quare eius varias lectiones recensui una cum Fontanellensibus (col. III). Annotationibus vero familiae Fontanellensis caret. Quae cum ita adiectae sint martyrologio, ut cum eo coaluerint inter annos 756-772 (vid. comm. de codice W), adhuc antiquius opinor fuisse antigraphum, unde pendeat recensio Corbeiensis. Prima origine idem est ac Fontanellensis, antequam huic peculiares annotationes eius coenobii accessissent, vel antequam eae receptae essent e marginibus in corpus martyrologii. Eadem fere conditio est codicis S.

Haec recensio carens annotationibus Fontanellensibus habuit suas proprias Corbeienses. Quarum praecipua est nonis iuniis translatio Corbeiam corporis S. Praecordii, cuius tempus Bollandus statuit quaerendum inter an. 932 et 942 (1). Vix ante medium igitur saeculum decimum pertingere videbitur recensio Corbeiensis, qualis ea ad nos pervenit. Sed Nevelo appicto signo monuit huius translationis annotationem ad marginem esse transferendam; quare eam iudicavit addititiam, minime vero ab origine recensioni Corbeiensi propriam.

Huic recensioni competit insignis praerogativa, qua ceteris omnibus vere praestat. Plurima enim in martyrologio Corbeiensi maiore offendimus nomina martyrum, quae in alio pleniorum exemplarium nullo leguntur. Saepe ultimo loco in unoquoque laterculo nomen aliquod annotatum est, quod nuspiam alibi apparet; quare vetus antigraphum, unde pendet recensio Corbeiensis, videtur fuisse paulo plenius sive potius in extremis marginibus minus detritum quam ceteri codices pleniores. Interdum tamen non unum aut alterum, sed plura nomina medio in contextu Corbeiensi sese nobis offerunt, quorum in aliis vestigium frustra quaeres. Neque his locis interpolationis indicia ulla deprehendo: quare additamenta Corbeiensia minime opinor reicienda. Attamen quid certi statuendum sit de hac Corbeiensis textus praerogativa deque eius origine et auctoritate, mihi nondum clare liquet.

Denique textum Corbeiensem nonnullis locis valde raris studiose breviatum agnosco. Sic ad III non. ian. verba *et reliqua*, ad VII idus easdem verba *qui sub Licinio* residua e particula historica pleniore suppressa sunt tamquam supervacanea, ipsius fortasse iudicio Nevelonis.

[Mihi res ita se habere videtur. In codicem Corbeiensem, qui omnium pleniorum aetate recentissimus est, ampla messis est relata commemorationum undequaque petitarum. Ideo qua parte ceteris est ditior, ea recedere videtur ab hieronymiana traditione. L. D.

Ex iis additamentis ea subter composui quae ad Galliam spectant.

VI id. ian. In Gallia civitate Belloacus passio ss. Luciani, Mariani atque Iuliani.
id. ian. Ambianis inventio s. Firmini episcopi et confessoris.
III k. feb. Cala monasterio depositio Badechildis reginae. — Corbeia monasterio dedicatio basilicae s. Iohannis evangelistae.
V id. feb. In Parrona nat. s. Fursei confessoris.
id. mart. Obiit Ratoldus abbas (2) bonae memoriae.
XVII k. apr. Natale s. Gertrudis.
k. apr. Iganon monasterio depositio b. Uualarici confessoris.
IIII non. apr. Luxovio monasterio depositio Eustasii abbatis.
non. apr. Et alibi (3) Arulfi episcopi et confessoris.
XII k. mai. Everduno depositio s. Marcellini episcopi et confessoris.
VI k. mai. Centulo monasterio in Gallia depositio s. Richarii.
k. mai. Ambianis civitate nat. ss. Agii et Cioli martyrum.
VIII id. mai. Corbeia monasterio translatio corporis b. Gentiani martyris.
non. iun. Corbeia translatio corporis s. Praecordii conf.
V k. iul. Octaviani pontificis (4). Ambianis civitate inventio ss. corporum Fusciani Victorici atque Gentiani martyrum.
k. iul. Cinomannico Anisola monasterio depositio s. Karilefi presbyteri et confessoris.
II non. iul. Depositio s. Goaris presbyteri et confessoris.
XIII k. aug. Corbeia monasterio dedicatio basilicae b. Stephani protomartyris.
V k. aug. Corbeia monasterio dedicatio basilicae s. Petri apostoli.
k. aug. In territorio Parisiacensi, in ipso loco qui dicitur Lupera, passio s. Iustini martyris.
III id. aug. Ebrocas civitate natalis s. Taurini episcopi et confessoris.
id. aug. Ebrocas civitate natalis s. Landulfi episcopi et confessoris.
k. sept. Ambianis civitate depositio s. Firmini episcopi et confessoris.
IIII non. sept. Stabulaus Remacli episcopi et confessoris. — Corbeia monasterio dedicatio basilicae s. Martini pontificis.
non. sept. Passio ss. Thothahelis et sororis eius nomine Bebeae (5).
XI k. oct. Corbeia monasterio dedicatio basilicae domni Albini et Marcellini episcoporum.

(1) *Act. SS.*, Febr. tom. I, p. 196. — (2) Corbeiensis. — (3) Catalaunis, etsi eum dixerint Bollandiani, tom. I Apr., p. 395, a catalogis illius ecclesiae abesse. — (4) Octavianum pontificem nullum novi nisi Iohannem XII, cuius neque natalis neque emortualis dies cum V k. iul. concurrit. Ceterum non is fuit qui in kalendaria referretur. — (5) Ignoti; ne ipsi quidem Bollandiani eos sanctos nominant.

L. D. VII k. oct. In Gallia Ambianis civitate passio s. Firmini episcopi et martyris.
k. oct. Treveris s. Nicetii.
VII id. oct. In Centulo monasterio translatio corporis b. Richarii conf. — Corbeia monasterio depositio Teofridi abbatis.
V id. oct. S. Nicasii (1) et aliorum martyrum.
XV k. nov. Ebrocas civitate natalis s. Aquilini episcopi et confessoris.
X k. nov. In Gallia depositio s. Gratiani martyris (2).
VIII k. nov. In Gavalis depositio b. Hilarii episcopi et confessoris.
k. nov. Festivitas omnium sanctorum. — Baiocas civitate s. Vigoris episcopi et confessoris.
XVII k. dec. Depositio s. Machuti episcopi.
V k. dec. In civitate Regiensi depositio s. Maximi episcopi.
III id. dec. *Post nomina ss. Ambianensium* Victurici et Fusciani *additur :* et Gentiani.

Satis apparet Corbeienses et totius Ambianensis dioecesis festivitates hic permultas recenseri; sed non desunt extraneae, nec tantum vicinarum, sed et remotarum ecclesiarum. Ebroicenses episcopi recoluntur tres; unde conici potest cum ea regione necessitudine aliqua textum nostrum colligari].

5.

I. B. R. S = Martyrologium Senonense cod. Paris. *Nouv. acq. lat.* 1604, cod. Vat. Reg. 567. — E martyrologio hieronymiano pleniore ad usum ecclesiae Senonensis fragmentum tantum superesse in codice Vat. Reg. 567 dixi in *Roma sott.*, tom. II, p. XIII, XIV; multo maior eius pars, i. e. ab initio ad VI idus iunias, deinde innotuit, reperto codice olim Aurelianensi, cuius varios casus breviter enarrabo. E coenobio Floriacensi S. Benedicti an. fere 1798 codex membraneus saeculi circiter X pervenit ad bibliothecam Aurelianensem, continens martyrologii nostri partem semestrem a natali Domini ad VI idus iunias, f. 1-64, compactus cum tractatu mutilo Alcuini de virtutibus et vitiis; totumque volumen tunc notatum est n. 274. Sed in locum prioris partis huius voluminis alia fragmenta varia fraude substituit Librius, ereptumque martyrologium vendidit in Britannia an. 1847 bibliothecae Ashburnhamensi. Eius vero apographum confectum exeunte saeculo XVII mansit in bibliotheca Aurelianensi, idque mihi describendum curavi an. 1884. Inde Leopoldus Delisle an. 1883 edidit excerpta, i. e. quattuor primos totidemque ultimos dies martyrologii et omnes *Notas Senonenses*, necrologium nempe, plura historica aliaque ad Senonensem civitatem et regionem pertinentia ad margines martyrologii annotata (3). Denique an. 1888 vetus codex Aurelianensis una cum ceteris Ashburnhamensibus furto ereptis e bibliothecis Galliarum rediit in patriam, curante Leopoldo Delisle, positusque est in bibliotheca Parisiensi *Nouv. acq. lat.* 1604 (4). Tunc collega meus Ludovicus Duchesne martyrologii Senonensis ex ipso vetere codice apographum fidelissimum mihi confecit, servata versuum divisione, quo usus sum in annotanda varietate lectionum col. III (5).

Codex Vat. Reg. 567 membraneus in 4°, saeculi X servat eiusdem martyrologii plenioris Senonensis, de quo nunc usque diximus, alteram partem a die VIII kal. aug. ad nonas septembres. Cetera desiderantur. Sed martyrologii continuatio usque ad finem anni in codice Reg. 567 suppleta est membranis alia manu descriptis, saeculo fere X, forma, quam dicimus breviatam sive contractam. Hunc codicem cum inspiceret Leopoldus Delisle, animadvertit in eodem volumine compactum esse sacramentarium item Senonense, ad cuius margines exaratae sunt eae, quas appellat *Notas Senonenses*, eiusdem generis atque illae, quae adiectae sunt martyrologio, ut videatur tum martyrologium tum sacramentarium in unum idemque volumen Senonense olim fuisse conglutinata et scholiis historicis aucta. Ideo Delislii animum subiit sagax suspicio codicem Vat. Reg. 567 et Aurelianensem eiusdem libri partes olim fuisse (6). Id ita re vera esse, codice Aurelianensi in patriam recepto et expenso, nunc certo agnoscimus. *Notas Senonenses* necrologicas et historicas e codice Vat. Reg. 567 ediderunt G. Julliot et M. Prou, *Le Livre des reliques de l'abbaye de Saint-Pierre-le-Vif de Sens*, Sens 1887, p. 149-152. Textum martyrologii inde mihi summa cura descripsit Henricus Stevenson. In annotanda varietate lectionum ex utroque codice, tum Paris. tum Vat. Reg. quicquid ad *Notas Senonenses* pertinet neglexi, utpote a martyrologii nostri textu prorsus alienas et superadditas saeculo ad summum decimo.

Quas inter illam particulam in primis mentione dignam reputo, quae ad extremum mensis decembris adiecta est : *In Senones beatorum Saviniani et Potentiani episcoporum qui a pontifice romano ad praedicandum directi eandem metropolim martirii sui confessione illustrem fecerunt. Et in eandem urbem in villa quae vocatur Erdona, sanctae Columbae praeclarae virginis et magnae constantiae martiris quae magni*

(1) Huius martyris pagi Vilcassini mentio est apud Usuardum; is est quem recentiores episcopum Rothomagensium primum fuisse voluernt. — (2) Territorii Ambianensis, non longe a Corbeia loci. — (3) Delisle, *Notices sur plusieurs manuscrits de la bibl. d'Orleans* in *Notices et extraits des mss. de la bibl. nat. de Paris*, tom. XXXI, P. 1, p. 403, 424 et sqq. — (4) L. Delisle, *Catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois.* Paris, 1888, p. 46. — (5) In codice, ut numeris quaternionum et foliorum edocemur, desunt initio integer quaternio cum duobus foliis secundi quaternionis; inde est ut epistularum indicisque apostolorum nullum appareat vestigium. Fol. nunc 1, olim 11, ita incipit : INCIPIUNT TITULI DE NATALICIIS SANCTORUM. *VIII k. ianuarii*, etc. Neque plura habuit apographum saec. XVII [L. D.]. — (6) Delisle, *Mem. sur d'anciens sacramentaires* in *Mém. de l'Acad. des inscr.* etc., tom, XXXII, P. 1, p, 162-167.

immensique

inmensique superata valitudine rogi mucrone cesa et capite truncata quae Aureliani spurcissimi imperatoris implever. iussa. De Saviniano et Potentiano, hac inserta particula, intrusis in martyrologium hieronymianum Senonense cfr. Duchesne in *Bulletin critique*, 15 mart. 1885, p. 188 et sqq. I. B. R.

Varietatem lectionis huius textus martyrologici plenioris usque ad nonas sept. recensui in col. III una cum codicibus familiae Fontanellensis. Annotationes quidem Fontanellenses absunt a textu Senonensi. Initio martyrologii ad calcem laterculi diei natalis Domini adnotatum est : *et dedicatio basilice beatorum apostolorum*, quae postrema verba eadem manus emendavit : *beati petri apostoli*. Quo loco fuerit haec *basilica beati Petri apostoli*, me latet. Martyrologium certe Senonense accedit ad formam codicum Fontanellensium ; neque coenobium Fontanellense ad Sequanam alienum est a regione, cuius propriae sunt huius codicis *Notae Senonenses*. Quare non sine causa varietatem lectionis S inserendam censuimus in columna III. Ceterum in textu Senonensi insignem locum notandum moneo ; in quo uno lectio integra exhibetur, in ceteris codicibus cunctis truncata. De Luciano nempe presbytero Antiocheno ad VII id. ian. in S legitur : *qui quattuor partibus factus* (lege *fractus* cum codice M) *est in mare missus alia die integer est inventus*. In codicibus Bernensi, Wissenburgensi et ceteris Fontanellensibus, excepto L, post *fractus est* adiectum : *et reliqua*. In Lucensi et in Corbeiensi particula historica desinit in *factus est*, omissa formula *et reliqua*. Quid heic suppressum sit, ab uno tantum codice S discimus. Acta martyrii Luciani Antiocheni variis modis, inde a saeculo IV, tradita sunt a catholicis et ab arianis (1) ; de eius vero corpore prodigiose restituto in integrum, postquam diffractus erat, meminit unus codex S.

[Subiungendum duxi elenchum commemorationum quas proprias inde a prima origine codex habuit. Eae prima manu notatae sunt in integra pergamena, non super rasuram aut in margine et manu posteriori, ut sunt illae notae Senonenses. L. D.

k. mart.	in Dininse Davigilisi.
id. mart.	Et in Carralis monte Rosario spinoso Regoli (2).
XVI k. apr.	Patricii episcopi.
VIIII k. apr.	Hierosolymis crux portata in campo Salvatoris.
VIII k. apr.	In Baiocassino ad duos Gemellis (3) depositio Magnovei abbatis et Iohannis episcopi.
VI k. apr.	In Baiocassino Colonica vico depositio Honorinae virginis.
III k. apr.	Silvanectis depositio Reguli episcopi.
IIII non apr.	Luxodio monte *(corrige :* Luxovio monasterio) depositio Austasi abbatis.
X k. mai.	Parisius inventio s. Dionisii episcopi cum Eleutherio presbytero et Rustico (diacono 2ª *m.)*
k. mai.	In Onellico Nanto monasterio depositio Marculfi abbati (4).
id. mai.	In civitate Fausiana Rosolae (5).
XVII k. iun.	In Abrincatino Patricii abbatis.
V k. aug.	In territurio Turonicae civitatis, Lucas castro, depositio s. Ursicini abbatis et confessoris.
k. aug.	Baiocas depositio Exsuperi episcopi.
XV k. sept.	Mettis depositio Arnulfi episcopi.
III k. sept.	In Mellizano Rausbace monasterio depositio Aghyli abbatis (6).
k. sept.	In Parisiaco Noviente depositio s. Clodoaldi regis (7).

Ex hoc indiculo apparet eorum quae codici Senonensi propria sunt nihil pertinere ad ecclesiam Senonensem, neque fieri posse ut illi ecclesiae inde ab initio exaratus fuerit. Cui vero ecclesiae ? Non omnino liquet ; sed numero praestant commemorationes Baiocassinae vel dioecesium vicinarum, Abrincatuorum, Unellorum. Deest quidem S. Vigor inter Baiocassinos celeberrimus ; at festum habuit kal. nov. et codex deficit in septembri.]

6.

W = Martyrologium Wissenburgense e codice olim Blumano (i. e. Henrici Iulii de Blum), nunc Guelferbytano inter Wissenburgenses 23. I. B. R.

Codex, olim coenobii S. Petri Wissenburgensis, quem Henricus Iulius de Blum Vindobona misit Lucam et quo utendum concessit Florentinio, idcirco ab eo appellatus Blumanus, in editione nostra integer ad litteram columnam obtinet tertiam, tamquam recensionis Fontanellensis primarius. Quem locum cur ei dederimus, inferius exponam.

Codicem Florentinius accepit " fere absoluta operis (Martyrologii) impressione „ ineunte an. 1668 ; quare non nisi ad calcem voluminis p. 1054 et sqq. de tam pretioso exemplari potuit parergon adicere. " Membranaceum volumen est (ipsa Florentinii verba refero), quarto, ut dicunt, folio compactum, optime

(1) Batiffol, *La Passion de saint Lucien d'Antioche*, Paris 1891. — (2) Ept. etiam habet *Riguli* in fine laterculi. In Tamlactensi post *Ingenuae* haec verba occurrunt : *Spinosi Innocentii Epiro Reguli et aliorum IIII*. De quo Regulo agatur plane nescio. — (3) Deux-Jumeaux (Calvados). — (4) Saint-Marcouf (Manche). — (5) Fausiana civitas episcopalis Sardiniae fuit tempore Greg. M., *Ep.* IV, 29 ; incertus est situs eius, etsi Sardi qui nunc sunt Fausianae nomen (immo *Fausaniae*) oppido Terranova indiderunt (cfr. *C. I. L.*, tom. X, p. 829). *Simplicius presbyter* Sardus hodie commemoratur in hieronymiano ; quocum Acta quaedam coniungunt alios martyres, inter quos est S. Rosula. Haec etiam in Rabano et Notkero invenitur. De his cfr. *Acta SS.* ad hunc diem. — (6) S. Aghili, Resbacensis mon. primi abbatis. — (7) S. Ambrosius Senonensis qui ad diem III non. sept. indicatur tamquam 1ª manu relatus, revera 2ª man. adscriptus est.

I. B. R. „ optime quoad nomina scriptum, sed vel incuriosi, vel laborem pertaesi librarii culpa, pluribus „ sparsim Martyrum nominibus est decurtatum: licet raro aliquibus supra libros nostros abundet.... „ Ex Traiectensi ad Mosam Ecclesia vetustius ectypum defluxisse Sancti Servatii Traiecti, vel „ Tungrorum primi Episcopi memoria, capitalibus literis die 13. Maii, ornatius scripta, *et Sanctissimi* „ praeter morem titulo ornata suadere potest; quemadmodum etiam ad diem 22. eiusdem mensis „ dedicatio Ecclesiae Sancti Michaelis, in Civitate Traiecto indicata confirmat. Sed excerptum inde „ antiquitus volumen ad usum postmodum fuisse Monasterii S. Petri Veissemburgensis, non modo ex „ primae paginae fronte convincitur, ubi recentius scriptum legitur, *Codex Monasterii S. Petri in* „ *Vuissemburgo;* sed passim in ipsius codicis marginibus pervetusto charactere indicatae occurrunt „ dedicationes, et propriae celebritates Veissemburgensis Ecclesiae. Castrum Veissemburgum, seu ut „ ibi scribitur Huuizenburg, inter Argentinam et Spiram reponitur, et adhuc in Spirensi Dioecesi „ Abbatiam S. Petri Veissemburgensis Benedictini ordinis esse, Sammarthani in Gallia Christiana „ testantur. Aetatem Blumanii huius libri, suadere facile possent marginea quaedam octavi desinentis, „ et noni incipientis saeculi parerga, anni nempe DCCXCVIII, ad VI Idus Aprilis, et anni DCCCIII, ad V „ Kal. Febr. quae illius aevi charactere signata et post scriptum Martyrologium apposita, non esset „ ambigendum. Verum omnino ex primae paginae excerptis quibusdam chronologicis constat, scriptum „ esse codicem anno Christi DCCLXXII. Scriptor enim ille, supputationis summam colligens, inquit. *Ab* „ *initio mundi usque ad Christum anni V. millia, deinde* (1) *ab Incarnatione Christi DCCLXXII.* „ His positis, prosequitur Florentinius codicis laudes, quem ob scriptionis aetatem ab Epternacensi parum dissitam magni facit, neque aliam ob causam ei nos locum Epternacensi proximum et in columna III principem dandum decrevimus. Verum in volumine Florentiniano, p. 1058 et sqq., codicis Blumani recensentur praecipuae tantum lectiones variae ab exemplari Lucensi; in nostra col. III textus integer exhibetur ad fidem veteris scripturae, ne versuum quidem divisione ullatenus mutata. Quod ut praestare potuerimus, effecit collega meus L. Duchesne, codicis iam dudum delitescentis felix repertor (2).

Florentinius enim proprio exemplari operis sui typis impresso, quod vidi in bibliotheca regia civitatis Lucensis (VI. F. I), annotavit varias lectiones omnes libri Blumani, necrologium quoque et fastos dedicationum aliaque historica ad coenobium Wissenburgense pertinentia ad margines eius codicis vel inter lineas appicta; quae in parergo ad calcem voluminis omiserat. Quo vita functo (a. 1673), filius eius Marius eidem exemplari p. 1057 haec addidit: " Die prima Octobris anni 1691 ego „ Marius Florentinius misi mss. codicem Blumianum domino Antonio Magliabechio, ut eumdem tradi „ curet Duo Leibnitio et Serenissimo Brunsvicensi duci, cui legaverat Blumius, et ab eodem Magliabechio accepi autographum parentis mei, quo restitutionem codicis promiserat Baroni Iulio „ Blumio. (3) „ Sed neque in bibliotheca Brunsvicensi neque alibi repperi codicem exoptatissimum. Eius latebram in Guelferbytana detexit L. Duchesne anno 1879; qui totum textum ad fidem veteris scripturae propria manu descripsit, accuratumque apographum typis exhibendum huic editioni paravit. Idem mihi auctor fuit, ut e codicibus recensionis Fontanellensis exemplar Wissenburgense eligerem potius quam Corbeiense in columna III integre exhibendum.

Exemplar quidem Corbeiense identidem nomina refert, quae in aliis codicibus atque adeo in Wissenburgensi, desiderantur. Quare tamquam codex omnium plenior e progenie recensionis Fontanellensis videbatur ceteris praeferendus, et principe loco in columna III ex integro exhibendus. Verum antiqua aetas codicis Wissenburgensis, tribus et ultra saeculis superans Corbeiensem, insignem ei conciliat auctoritatem. Praeterea recensio Corbeiensis affinis vere est Fontanellensi, caret autem annotationibus huius familiae propriis et peculiaribus, quae in codice Wissenburgensi haud desiderantur. His de causis minus aegre passus sum mihi persuaderi, ut Wissenburgensem substituerem in locum a me pridem destinatum recensioni Corbeiensi.

Ceterum Corbeiense brevius manifeste contractum ex eiusdem nominis maiore agnovi pendere haud quidem ab antigrapho, quo maioris scriptor Nevelo monachus usus est, sed ab exemplari propiore Wissenburgensi (vide comm. de Corbeiensi breviore). Inde quoque elucet affinitas inter W. et C.; et utrumque pertinere ad eandem progeniem Fontanellensem, utrumque optimo iure in eadem columna III a nobis esse copulatum.

Annus 772, quo hic codex est exaratus, proxime distat ab aetate, qua annotationes Fontanellenses adiectae sunt martyrologio et cum eo coaluerunt. Coenobium Fontanellense S. Wandregisili in dioecesi Rothomagensi ad Sequanam celebre olim fuit; cuius vetus *chronicon* et *Gesta abbatum Fontanellensium* habemus in *Monumentis Germaniae historicis*, ed. Pertz, Scriptorum tomo II, p. 271 et sqq. Annotationes huius coenobii proprias et peculiares Florentinius expendit (4): earum omnium postremam agnosco *depositionem Wandonis abbatis* XV kal. maias a. 756 (5). De eodem Wandone legitur in chronico

(1) Hic legendo erravit Florentinius; pro *deinde* est DVIII, ita ut 5508 anni computentur ab origine mundi ad Incarnationem. — (2) Iudicio Samuelis Berger, qui eum agnovit in catalogo bibliothecae Guelferbytanae. — (3) Giovanni Sforza, *Fr. Maria Fiorentini ed i suoi contemporanei Lucchesi*, Firenze, 1879, p. 653. — (4) P. 259, 370, 371, 391, 410, 437, 443, 447, 476, 602, 604, 676, 686, 889, 892, 994. — (5) Cfr. Mabillon, *Acta SS. ord. S. Benedicti* (ed. 1687) tom. III, P. II, p. 130.

Fontanellensi, eum dedisse monasterio martyrologium (1). Qui temporum et rerum concursus manifestat apographum Wissenburgense pendere e codice, quem Wando abbas dedit coenobio Fontanellensi, paucisque vix annis a Wandonis morte elapsis esse descriptum. I. B. R.

Fontanellensibus annotationibus secunda manus monachi alicuius Wissenburgensis nonnullas superaddidit huius coenobii proprias, quae in alio nullo codice leguntur. Fontanellenses omnes redeunt in codicibus familiae Tuscanicae L. M. V. Urb. 49.

NOTAE WISSENBURGENSES. L. D.

III non ian.	Et est transitus domni Ermberti episcopi (2).
non ian.	An. DCCCX trans. Iustulfi episcopi.
V kal. feb.	An. ab Incarnatione DCCCXIIII, V k. feb. domnus Karolus imperator obiit.
IIII kal. feb.	Et est transitus domni David episcopi.
VIII id. feb.	Et est transitus domni Ratfordi abbati.
IIII id. feb.	Signum Domini.
IIII non mart.	Et est transitus domni Chrotgango archiepiscopo.
XII kl. apr.	Bernharius episcopus obiit.
IIII kl. apr.	Babo m. obiit.
VI id. apr.	An. DCCXCVIIII, VI id. ap. luna XXVIII, feria II, or[t]o sol[e] terr[ae motu]s [in] Huuizenb.
II id. mai.	Et est dedicatio basilicae s. Petri in Uuizenb.
id. iun.	Commemoratio Baugulfi m.
IIII id. iul.	Et est dedicatio s. Diunisii ante porta in Huiuz(en)burgo.
id. aug.	An. DCCLXXXII (3), luna XXVIIII, idus ag. quasi hora sexta in die martis sic fuit terrae motus magnus in monasterio Huizunburgo.
III kal. sept.	Askarih obiit.
XVIII kl. oct.	Et est dedicatio basilicae s. Salvatoris in Uuizenb.
III non oct.	Dedicatio oratorii s. Remedii in oriente iuxta flumen Hlutra.
XIII kl. nov.	Et est dedicatio secretarii Andreae et Martini in Uuiz.
VII kl. nov.	Obiit Anghilhramnus archiepiscopus.
VII id. nov.	Dedicatio oratorii s. Angeli in uded.
II id. nov.	Castro Huuizunburg mil. uno, via montana, dedicatio s. Crucis et s. Mariae virginis an. DCCCIII.
IIII kl. dec.	Et commemoratio fratrum nostrorum qui in nostra congregatione obiti sunt.
III kl. dec.	Castro Huuizunburgo miliario uno in monte dedicatio oratorii beati Pauli apostoli egregii praedicatoris.
VIII id. dec.	Et est dedicatio basilicae s. Michahelis et s. Iohannis baptistae.
III id. dec.	Et est obitus Frittamni.
VII kl. ian.	Et est dedicatio ipsius basilicae in Uuizenburgo.
IIII kl. ian.	Et est dedicatio s. Iohannis evangelistae in Uuizen.

γ.

L — Martyrologium editum a Florentinio e duobus codicibus Lucensibus, altero bibl. Capit. 618, altero, cuius vix fragmenta supersunt ustulata in bibl. publica eiusdem civitatis, cod. 428. Franciscus Maria Florentinius Lucensis, medicus, multiplici doctrina clarus, historica praesertim et sacra eruditione inter Italos aetatis suae insignis (4), immortalem famam consecutus est edito e duobus codicibus patriis nostro martyrologio, eoque collato cum ceteris codicibus, quotquot tunc reperiri potuerunt, perpetuoque adiecto commentario. Docto volumini titulum praefixit: *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium D. Hieronymo a Cassiodoro etc. tributum*. Lucae 1668. E duobus codicibus Lucensibus a Florentinio adhibitis, alter incendio paene consumptus est an. 1822 (5); alter superest integer in bibliotheca Capitulari aedis cathedralis Lucensis. De illo prius, tum de hoc quae opus sunt dicam. I. B. R.

Codex prior ab ipso Florentinio ereptus " imminenti cultro bibliopolae involucra librorum meditantis „ fuit basilicae Lucensis suburbanae Sancti Donati, olim sedis cathedralis. " Praefert initio, „ scripsit Florentinius, kalendarium pro eadem ecclesia (S. Donati) accommodatum, in quo pariter „ aliquorum beneficorum obitus recentiori manu adnotantur et praecipue I. Prioris S. Donati Lucensis „ MCLXXVII. Deinde sequitur martyrologium Adonis, cui immediate subnectitur quod Divo Hieronymo „ ascribimus. Alia in eodem codice sequuntur, nempe canonicorum illius basilicae ordo etc. „ Quare constat totum codicem prima ab origine paratum esse in usum veteris ecclesiae cathedralis Lucensis. Quae flammis erepta sunt an. 1822 nunc servat bibliotheca publica Lucensis, cod. 428. Kalendarii et necrologii pars tantum incendio periit; sed utrumque ante eam iacturam typis dederat Sebastianus Donati, *Dittici antichi sacri e profani*, p. 257-272. Adonis martyrologium paene integrum superest, Hieronymiani vix minima pars; id est, post praemissas epistulas apocryphas, *festa apostolorum* et primae atque extremae paginae dierum totius anni. Quae cum examinaverim conferens cum editione Florentiniana, hanc cura sat diligenti membranas nunc semiustas exhibere vidi, atque in summa ei fidendum iudicavi, ubicumque vetus antigraphum vorax nobis flamma invidit. De codicis aetate Mabillonius Lucam veniens an. 1686, haec in *Itinere Italico* pronuntiavit: " octingentos annos

(1) Pertz, *Mon. Germ. hist.*, Script. tom. II, p. 287. — (2) Episcopus Wormacensis; obiit an. 793 *(Ann. Xant.)*. — (3) In textu, errore DCCXXXII; mox sci pro *sic*. — (4) G. Sforza, *F. M. Fiorentini, ed i suoi contemporanei, saggio di storia lett. nel secolo XVII*, Firenze 1879. — (5) De incendio bibliothecae Florentinianae vide Sforza, p. 155 et sqq.

 videtur

I. B. R. videtur superare (1) „. Idem fere testatur Marius Florentinius, cuius manu ad marginem editionis paternae in bibl. publica Lucensi VI. F. I annotatum legimus: “ Anno 1686 mense Aprili fuit Lucae „ doctissimus P. Mabillonius Benedictinus Gallus, qui multa in lucem protulit, et cum bibliothecam „ nostram inviseret, ego Marius Florentinius ostendi illi originalem codicem Martyrologii Hieronymiani „ a patre meo editi, et maxime laudavit, crediditque exaratum fuisse circa annum 800 et optimae „ notae eumdem existimavit „. Mihi aetas scripturae paulo recentior quam Mabillonio visa est, saeculi facile XI. Fr. Zaccaria, qui codicem adhuc integrum vidit, iudicavit exaratum saeculo XII (2).

Alter codex Lucensis praesto est in bibl. Capitulari membr. in fol. n. 618, manu saeculi circiter XI, vel ineuntis XII. Florentinius “ circa millesimum vel millesimum centesimum annum exaratum „ fuisse conicit; quamquam aliquas additiones contineat recentiori manu confectas, quae annum „ notatum praeferunt praeferunt MCIII „. Praeeunt martyrologium Adonis, aliquot vitae sanctorum (Iacobi intercisi, Pauli primi eremitae, Augustini, Paulae, Mauri abbatis), martyrologium metricum Wandelberti, tum nostrum hieronymianum e codice S. Donati, opinor, descriptum. Id ipse quoque Florentinius agnovit, quippe qui alteram ab altera lectionem haud discernendam existimarit. „ Bini codices, ait ille, ex quibus Martyrologium fideliter reddidi, integri sunt et aetate inter se fere „ suppares; vel ex eodem exemplari vel alterum ex altero excerptum „. Mansius iniquus fuit erga Florentinium, asserens eum “ neutrum (codicem) satis accurate repraesentasse (3). „ Id ille de utroque codice asserere haud potuit, quippe qui fateatur alterum a se numquam esse visum. Minuta sphalmata typographi Florentinius diligenter recensuit et emendavit initio voluminis.

Exemplaria Italica pleniora cuncta eius sunt recensionis, quam appellandam censeo Fontanellensem. Ad eandem manifeste pertinent ceteri huius martyrologii codices in Tuscia reperti; neque alia ulla Italiae regio martyrologii hieronymiani exemplar plenius ad hanc diem nobis suppeditavit. Quare Lucensis prior (S. Donati) videri poterit fons eorum, quos ecclesiae Tusciae post saeculum decimum vel undecimum adhibuerunt. Id, exacta codicum collatione, falsum comperi. Ut unico defungar exemplo, VII idus ian. codices egregii B (col. I) et W (col. III) particulam servant historicam de diro supplicio Luciani martyris in quattuor partes diffracti; eam tamen integre relatam haud esse monent adiecta formula: *et reliqua*. Quam formulam codices Lucenses, quemadmodum et Corbeiensis, supervacaneam existimantes neglexerunt: alii vero Italici eiusdem recensionis servarunt (M. V. Urb. 49). Hi pendent igitur ab exemplari fideliore et propiore melioribus, quam utrumque Lucense. Id ipsum multo clarius elucet e codice Fontanellensi Tuscanico M, de quo iam dicemus Denique de tota familia Tuscanica codicum recensionis Fontanellensis vide comm. de cod. Urb. 49.

Editionem Lucensem Florentinianam I. Dominicus Mansius voluit recudere et ampliare: id factum esse Tiraboschius affirmat (4), de opere excogitato tamquam de iam perfecto locutus. Mansii schedas de martyrologiis, quas suspicor pervenisse ad Fr. Ant. Zaccaria (5), frustra quaesivi.

8.

M. - Cod. Florent. olim coenobii S. Marci 673, nunc Laurent. 151. — Franciscus Ant. Zaccaria (6) meminit martyrologii hieronymiani in bibliotheca S. Marci Florentiae, cuius textu collato cum editione Dacheriana (vide comm. de cod. C.), praecipuas inde edidit varietates (7). Hinc facile disces hunc codicem familiae Fontanellensis-Tuscanicae aggregandum esse. Quem cum Florentiae in pluribus locis frustra quaesissem, tandem anno 1884 Nicolaus Anziani me docuit eum olim in bibliotheca S. Marci notatum 673 pervenisse in Laurentianam, ibique designari numero temporario 151. Totum, ut decuit, examinavi, et obtinui ut Romae mihi commodaretur una cum codice V, anno 1890. Liber est membraneus, formae octavae, chartis minime numeratis, scriptis saeculo fere exeunte XII vel ineunte XIII. Initio voluminis manu saeculi XV legitur annotatum : *In hoc volumine continentur infra scripta opuscula s. Martyrologium quoddam imperfectum. Liber S. Jeronimi de vita et obitu S. Paule. Liber retractationum S. Augustini imperfectus. — Conventus S. Marci de Flo(renti)a ordinis praedic. de hereditate periti viri Nicolai de Nicolis Florentini.* Periit prima charta, ubi descripta erant *festa apostolorum*. Secunda incipit : XII. kl. IAN. Natale Thomae apli, etc. Deinde martyrologium ab VIII kal. ian.; sed pluribus locis chartis male transpositis perturbatum aliisque deperditis mutilum. Ab initio (natali Domini) ad totam diem IIII nonas febr. nihil deest. A III nonas febr. ad initium laterculi diei XIII kal. mart. cuncta desiderantur. A XIII kal. mart. ad XIII kal. oct. chartae perturbatae. A XIII kal. oct. ad anni finem cuncta periere.

(1) *Museum Italicum*, tom. I, p. 188. - (2) *Iter litterarium per Italiam*, p. 35. — (3) In Fabricii *Bibl. medii aevi*, tom. V, p. 46. — (4) Tiraboschi, *Storia della letteratura ital.*, ed. Rom. 1785, tom. VIII, p. 112. — (5) V. Cuccagni, *Elogio storico del Zaccaria*, R. 1796, p. 149; Cancellieri, *Delle sante Simplicia ed Orsa*, p. 98-100. — (6) *Iter litter. per Italiam*, Venetiis, 1762, p. 60. — (7) *L. c.*, p. 60-63.

Quamvis

Quamvis hic codex pertineat ad recensionem Fontanellensem familiae Tuscanicae, nonnullis locis plenior est ceteris omnibus huius ipsius familiae, et quae plus ceteris iste habet redeunt ad litteram in codice Wissenburgensi. Id praesertim deprehenditur in particulis historicis insertis diebus V idus iulias, VI kal. aug., VII (em. VIII) kal. sept., pridie kal. sept., quae pari modo leguntur tum in W, tum in nostro M: desiderantur autem in L., V., Urb. 49, quemadmodum et in C. Quare hunc codicem ceteris familiae Fontanellensis - Tuscanicae censeo praestantiorem et ad archetypum Fontanellensem, unde tota haec familia originem duxit, propius accedentem agnosco. Ad diem VII (em. VIII) kal. sept. semel iterumque spatia vacua studiose exhibet, ut moneat ibi quicquam desiderari, apposito signo *r* (i. e. *reple*). In codice eiusdem familiae V alterum tantum ex his spatiis vacuis deprehenditur, neutrum in ceteris. Collato egregio codice Bernensi ad VIII k. sept., intellegitur quid his spatiis vacuis subsit, nempe *replendum*. Etenim ubi legitur: *Rom. in cym.* (spatium vacuum)... *ntl. sci. Basselae*, supplendum et emendandum *in cym. Bassilae. ntl. sci Maximiliani.* Ubi post: *via praenestina mil. XXII* (i. e. *miliario XXII*, quod C mutavit in *milites XXII*), sequitur spatium vacuum, supplendum nomen *Quintini martyris*. Minima haec satis sunt ad demonstrandum scriptorem codicis M antigraphum Fontanellense nonnullis saltem locis attente observasse et expressisse fidelius quam quivis alter e scriptoribus codicum eiusdem familiae, et ipsum illud antigraphum ad formam genuinam propius accessisse quam exemplar omnium antiquius Wissenburgense.

9.

V = Cod. Vallumbros., nunc Laurent. *(conventi soppressi)* 331. — Codex nunc Florentinus Laurent. *conventi soppressi* 331, membraneus, in fol. manu saec. XII, fuit coenobii Vallumbrosani, et continet martyrologii nostri egregium exemplar alterum e plenioribus familiae Fontanellensis-Tuscanicae, nondum notum neque commemoratum. Hunc mihi monstravit praeses bibliothecae Laurentianae Nicolaus Anziani et pluries examinavi Florentiae. Sed quo commodius omni erga eum cura defungerer, petii ut una cum codice M transferretur Romam aestate anni 1890. Sic totum exemplar Vallumbrosanum martyrologii hieronymiani potui mea manu describere ad litteram, servata versuum divisione, minima quaeque expendere et conferre cum altero exemplari Florentino eiusdem familiae (M).

Codex incipit f. 1: *In annuntiatione beatae Mariae sermo S. Ioannis os aurei.* Deinde f. 2, epistulae praemissae martyrologio hieronymiano; f. 2', *festa apostolorum;* tum martyrologium a *natali Domini*, sed tota pars ab eo natali ad finem decembris lineis conclusa est, tamquam expungenda, et redit ad calcem martyrologii f. 22', ita ut martyrologium incipiat a kalendis ianuariis, desinat in pridie kal. ianuarias. Ad III nonas febr. initio laterculi litteris rubricatis: *In cappad. S. Blasii*, quae a ceteris codicibus nostris omnibus absunt. Ea commemoratio debuit esse sollemnior in coenobio Vallumbrosano. Ad diem VII kal. sept. vacuum spatium studiose relictum est post *in cimit.*, nempe ut indicio esset nomen coemeterii eo loco desiderari: idem fit in codice M, ubi praeterea in margine annotatur *r* id est *r(eple)*. (Cfr. comm. de codice M). In reliquis codicibus huius familiae Tuscanicae ad VII k. sept. nullum lacunae indicium deprehendi. Haec mihi visa sunt notatione digna in textu Vallumbrosano: ceterum lectionis varietatem, qualiscunque illa est, praeter quaedam orthographica nullius momenti, totam annotatam reperies in col. III.

10.

Urb. 49 = Martyrologium recensionis Fontanellensis in cod. Vat. Urb. 49. — Cod. Vat. Urb. 49, membraneus, in folio, saeculi XV, picturis egregie ornatus, quemadmodum plerique bibliothecae Urbinatis confecti iussu Friderici ducis, continet corpus martyrologicum in hanc seriem digestum: martyrologium hieronymianum, passionarium, prologus in martyrologium Usuardi ad usum fratrum praedicatorum, martyrologium Usuardi, martyrologium in fronte voluminis Bedae attributum. Hieronymianum est purum putum Fontanellense recensionis Tuscanicae: cuius cum plura nobis praesto sint exemplaria longe antiquiora, inutile censui huius lectiones varias, si quae sunt, recensere. *Natalis* vel *natale* heic semper scribitur *nativitas;* cetera fere concordant cum recensione Lucensi Florentiniana. Minime vero inde directe pendet; id quod e minutis indiciis agnovi, praesertim e verbis *et relique* (sic) in laterculo diei VII idus ian., quae in Lucensi suppressa sunt (v. comm. de cod. S.).

Prologus, quem hic codex refert f. 179, iisdem fere verbis redit in codice aedis cathedralis Senensis, nunc bibliothecae publicae Senensis F. VI, 2. Quare, mea opinione, nequit dubitari, quin volumen Urbinas descriptum sit ex antigrapho italico regionis Tuscanicae. En ipsius prologi verba e codice Senensi. " De diversis prologis super opus martirologii per quos patet quantam diligentiam sancti et „ antiqui ad compilationem huius opusculi habebant. Notandum quod licet multi dederint opera(m) ad „ compilandum martirologium, tamen fuerunt maiores *(sic)* auctoritatis qui opus huius *(sic)* tradiderunt.

I. B. R. „ tradiderunt. Primus fuit ieronimus, cuius operi premictuntur due epistolae, videlicet duorum episcoporum ad ipsum et ipsius ad eos inferius notate. Secundus fuit beda cuius operi assignatur secundus „ prologus qui sic incipit: *Festivitates*, etc. Tertius fuit usuardus, cuius est tertius prologus in fine „ notatus et cuius opus habetur magis in usu apud multas ecclesias, quae etiam eius operi creduntur „ aliqua in locis variis addidisse precipue de sanctis et festis pertinentibus specialiter ad easdem, et „ huius est martirologium subcriptum, quod nos pro maiori parte duximus eligendum „. Sequitur martyrologium Usuardi; minime vero hieronymianum, quod in lectione liturgica penitus obsoletum erat saeculo XV. Sed aliquis eius usus videtur serius quam aliis locis perdurasse in Tuscia; id quod manifeste apparet e familia codicum Tuscanica recensionis Fontanellensis.

Codicis Urbinatis hieronymiani plenioris nemo hactenus mentionem fecit; nec ipso me excepto, qui de eo tacui, cum nihil inde profecerim.

L. D. [Ex praecedentibus patet duplicem esse traditionem, quae ex Fontanellensi martyrologio tamquam ex communi fonte orta est. Antiquitate praestat ea quam exhibet codex Wissenburgensis olim, nunc Guelferbytanus, origine, ut videtur, Traiectinus. Posterior est Tuscanica, cuius testes habemus Lucenses libros, Florentinum, Vallombrosanum, Urbinatem. Ut clarius appareat quomodo a Traiectina Tuscanica differat, hic Fontanellense kalendarium apponam, quale in utraque servatum est. Charactere recto exprimitur vel textus utrique communis vel sola traditio Traiectina (W), inclinato sola Tuscanica. Festa quae solus habet W, asterisco notavi.

XVII kl. feb. In Fontanella depositio Landoni episcopi et confessoris.
In Fontanella depositio Landoni abbatis (1).
V id. feb. In Altomonte super Sambre depositio s. Ansberti episcopi et confessoris.
IIII id. feb. In Pauliaco monasterio depositio Austerbertanae abbatissae.
VII id. mart. In territorio Rodomi in loco Paldiacro pausatio corporis s. Ansberti episcopi.
VI id. mart. In Fontanella monasterio transmigratio s. Ansberti episcopi et confessoris.
Fontanella monasterio adventus et exceptio corporis s. Ansberti episcopi (2).
XIII kl. apr. In Fontanella monasterio depositio s. Uulframni episcopi et Benigno abbate.
II kl. apr. In Fontanella monasterio transmutatio corpora sanctorum, s. Uuandoni abbatis et s. Ansberti et Uulframni episcoporum (3).
XVIII kl. mai. In Lugduno civitate depositio Landiberti episcopi (4).
XVII kl. mai. Depositio s. Paterni episcopi et Scubilionis abbatis.
XV kl. mai. In Fontanella monasterio depositio Uuandoni presbyteri et abbatis.
II kl. mai. In Gallia Fontanella monasterio depositio (5) Ermberti episcopi et confessoris.
kl. mai. In Gallia Nanto monasterio transitus s. Marculfi.
III id. mai. In Treiecto depositio SANCTISSIMI SERVATII EPISCOPI ET CONfessoris.
Treiesto depositio s. Servasiae presbyteri et confessoris et translatio et dedicatio basilicae.
* XI kl. iun. In civitate Treiecto dedicatio basilicae s. Michahelis archangeli (6).
non. iun. In Austria passio s. Bonifatii episcopi et martyris.
* VII id. iun. Passio Bonifacii episcopi qui passus est in Uuestrachia (7).
XIII kl. iul. In Fiscamno monasterio Childomarcae abbatissae.
XII kl. iul. In Fontanella monasterio depositio Baini episcopi et confessoris (8).
VIIII kl. iul. Inventio corporis s. Quintini martyris.
VIII id. iul. In Austria passio s. Kyliani.
XI kl. aug. In Fontanella monasterio depositio s. Uuandregiseli abbatis. *Et in eodem loco dedicatio basilicae s. Petri apostoli ubi ipse venerabilis pater requiescit in corpore.*
V kl. aug. Dolo monasterio depositio s. Samson abbatis.
IIII kl. aug. * In Fontanella monasterio depositio Gennardi presbyteri et confessoris.
In Fontanella monasterio dedicatio basilicae b. Petri apostoli.
III id. aug. In Cameraco nat. s. Gaurici confessoris (9).
XIII k. sept. In Toronico Kainone castro depositio s. Maximi confessoris. In Aeri monasterio depositio Fileberti abbatis.
VIIII kl. sept. Depositio b. Audoini episcopi Rodomaginsis urbis (10).
IIII kl. sept. Translatio corporis Valentini episcopi (11).
kl. sept. S. Reguli martyris.
kl. oct. In Fontanella dedicatio basilicae s. Servatii et s. Landiberti episcopi.
Remus civitate translatio corporis S. Remedii episcopi et confessoris. In Adravetis depositio b. Vedasti episcopi et confessoris.
S. Vedasti Remedii et s. Piatoni (12).
V id. oct. In Gallia Turonus s. Venanti abbatis et confessoris (13).
XIIII kl. nov. In Gallia Turonus depositio Columbani presbyteri (14).
kl. nov. Lugduno Galliae civitate depositio s. Genesi episcopi et confessoris.
* In Sidio monasterio depositio s. Audomari confessoris.
* VIIII kl. dec. In villa Sarchynio depositio b. Trudoni presbyteri et confessoris.
* II non. dec. Longorito monasterio transitus s. Siramni.
XII kl. ian. In Pennante monasterio depositio s. Saiwoldi presbyteri atque abbatis (15).

(1) In corpore W, ad calcem ceteri. — (2) In corpore W, ad calcem cett. — (3) In fine W; initio cett. qui omittunt *In Fontanella monasterio*. — (4) Pro *dep.* cett. habent *transitus domni*. — (5) *Translatio* cett. — (6) W. solus; cett. om. — (7) W. solus. — (8) W. in fine; cett. in corpore. — (9) Ita W; cett.: *In Gallia civ. Camaracum dep. s. G. episcopi et conf.* — (10) Ita W, cett.: *In Gallia civ. Rodomo dep. s. Audoeni ep. et conf.* — (11) Quis hic sit ignoratur. — (12) Remigium et Vedastum in corpore W; cett. in fine; omnes codices Remigium hodie habent, sed alii aliter. — (13) De quo Greg. Tur., *Vitae pp.* XVI. — (14) Ignotus, nisi ut celeberrimus abbas Scotus de quo ad 21 oct. — (15) Quis sit hic

Harum

Harum commemorationum recentissima est depositio Wandonis abbatis (XV k. mai) qui obiit an. 756; L. D.
sed haec non invenitur in codice Wissenburgensi, in quo post Landonem (XVII k. feb.) nullus abbas Fontanellanus nominatur; atqui hic anno 734 obiit. Itaque textus quem Fontanellensem dicimus circa medium VIII saeculi ex illo monasterio migravit, moxque in Hasbania ortum dedit codici Traiectensi, qui ipse circa finem saeculi VIII in abbatiam Wissenburgensem illatus est. Post abbatis Wandonis mortem (756), aucto iam in aliquibus kalendario Fontanellensi, aliud Fontanellae exemplar descriptus est, ex quo orta est italica recensio. Haec pluribus libris cognoscitur, quorum tamen antiquissimus ultra saeculum XI non ascendit. Italici sancti additi sunt paucissimi :

VII id. oct. Nat. s. Domnini martyris.
VII kl. dec. In Regensis monasterio nat. s. Prosperi confessoris.

Haec duo communia sunt ; Lucenses soli habent :

XIIII kl. dec. In Tuscia Lucca civitate depositio s. Frigiani episcopi.

Quae cum ita sint, non temere conicias ex Aemilia potius quam ex ipsa Tuscia Tuscanorum codicum pullulasse propaginem.]

§ II. CODICES CONTRACTI MARTYROLOGII HIERONYMIANI VEL MIXTI E CONTRACTIS ET HISTORICIS OMNE GENUS.

11.

Ado, Notk., Rab. = Excerpta hieronymiana e martyrologiis historicis Adonis, Notkeri, I. B. R.
Rabani. — Martyrologiis historicis adornandis saeculo IX Adonem, Notkerum, Rabanum codices hieronymianos adhibuisse et particulas inde decerptas inseruisse laterculis singulorum dierum manifestum est et omnes consentiunt. Sed qua norma et ratione particulae hieronymianae discerni debeant a textu Notkeri, Rabani et Adonis, quibus exemplaribus usi illi sint, nemo definire aggressus est, neque utrum id fieri ullo modo possit satis constat. Quaestionem difficillimam hoc loco discutere constitueram; sed gravi morbo, dum haec pararem, oppressus et nunc inde vix lentissime convalescens cogor in scribendo brevitati summopere studere; ita ut iis tantum contentus, quae huic editioni praefanda necessario sunt, officio defungar.

Rabanus, abbas Fuldensis, medio saeculo IX, composuit in usum coenobii, cui praeerat, martyrologium historicum ; secutus praesertim Bedam auctum a Floro, superadditis excerptis e variis *passionariis*. Totum opus Rabani contuli cum plenioribus exemplaribus hieronymianis et enotavi quicquid visum est inde pendere, veramque varietatem lectionis nobis offerre vel corruptelas dignas quarum fieret mentio.

Rabanus certe usus est exemplari hieronymiano familiae Britannicae, sive codice similiore Epternacensi, quam Bernensi et Fontanellensibus. Id e tota collatione Rabani cum codicibus hieronymianis liquido didici. E. g. pridie non. iun. Rabanus scripsit : *In Ninive natalis Dinoci* etc., quae leguntur tantum in codice Epternacensi et in eidem affini breviario Richenoviensi. Haec corruptela orta est e genuina lectione : *Nividuno civitate* etc., quae genuit monstrum *Nivi dunoci*, a correctore mutatum in *Ninive dinoci*. Verum Rabanus usus est exemplari meliore et pleniore eo, quod adhibuit Epternacensis. Sic VIII kal. oct., qua vere die Liberius episcopus depositus est in Priscillae (1), Rabanus solus notat : *Romae natale Priscillae et Liberi episcopi*. Hoc scilicet manifestum indicium est primaevae lectionis hieronymianae : *in (coemeterio) Priscillae Liberii episcopi;* quae neque in Epternacensi, neque in ullo alio exemplari, praeter eum quod Rabanus adhibuit, servata est. XI kal. aug. nomini Platonis martyris Rabanus subiungit : *cuius gesta habentur;* quae verba hieronymiana esse similia exempla et Fontanellensium codicum lectio clare docent. Ea respiciunt epitomas historicas ex Actis martyrum, quarum plures insertas fuisse primaevis codicibus hieronymianis, aliquas superesse in plenioribus, qui ad nos pervenere, in commentario ad fragmentum Laureshamense perspicue docui. In Rabano has epitomas esse repetitas, non uno exemplo discimus : vide e. g. ad pridie id. ian. et cfr. codices B. et W.: ac

sanctus, ubi monasterium eius exstiterit, penitus ignoro, nisi sit idem cum S. Sewoldo de quo tenuis est memoria diebus 16 (vel 17) septembris et 2 novembris (*Acta SS.*, Nov. tom. I, p. 420). Huius reliquiae servabantur in monasterio Leuconao sive S. Walarici ad mare et in oppido Abbeville, in ecclesia S. Wulframni. De *Pennante* monasterio nulla mentio alibi reperitur.
— (1) Duchesne, *Liber Pont.*, tom. I, p. 210.

praesertim

I. B. R. praesertim ad pridie non. ian. et cfr. fragmentum Laureshamense. His epitomis caret semper Epternacensis. Neque definio utrum Rabanus eas invenerit in codice familiae Britannicae, quo usus est, an in altero exemplari, quod fuerit simile fragmento Laureshamensi. His indiciis facile adducor ut credam alias quoque epitomas ex Actis martyrum in textum Rabani e codice aliquo pleniore hieronymiano esse derivatas. Sed quid hac in parte tamquam hieronymianum habendum sit et e Rabano excerpendum, nolui temere definire.

Rabano iungendus est Notkerus monachus coenobii S. Galli. De quo quidem dicendum esset post Adonem; nam magnam partem ex utroque sumpsit, anno fere 870. Codice autem usus est hieronymiano pleniore, quem neque Rabanus adhibuit, neque nos novimus. Lectio Notkeri melior est Rabaniana; praesertim in enuntiandis nominibus martyrum. Ego utriusque vulgatis per Canisium et Basnagium exemplaribus usus sum, codices ipsos Rabani et Notkeri haud excussi. De quorum martyrologiis vide Dümmler, *Forsch. z. d. Gesch.*, tom. XXV, pp. 195 et seqq.

Ado, archiepiscopus Viennensis, eodem tempore quo Rabanus, cuius tamen opus ignoravit, insigne martyrologium historicum confecit; adhibitis Actis sanctorum undecunque collectis, quorum epitomas singulis diebus, locis suis, inseruit diligenter. Haec Acta ab Adone *undecunque collecta*, ut ipsemet in praefatione testatur, in codicem opinor relata vel ad Adonis exemplum in id genus syllogem postea institutam sunt adunata. Nam in membrana saeculi fere XI, inter fragmenta exsecta e veteribus libris in bibliotheca Basileensi, repperi paginam e kalendario nescio cuius ecclesiae exhibentem mensem decembrem, in cuius averso folio legitur : QVISQVIS AD LEGENDVM VITAS VEL PASSIONES SCŌRV̄ QVORV̄ IN ANTERIORI PAGINA NOMINA TAXAVIM(us) ANIMVM APPVLERIT · NOVERIT NON SINE CAVSA NVNC EADĒ ITERATO RECAPITVLARI · IBI NĀQ · IVXTA ORDINEM KALENDARII · DIĒ NATALICII SVI · SINGVLA LEGITIME ET ORDINABILITER OCCVPANT · hIC AVTĒ SEPIVS INTERCISA SCDM QVOD EX DIVERSIS VNDECV̄Q · COLLECTIS EXEMPLARIB(us), Ꝑ· INT̄VALLA . . .

Sed sive haec collectio Adoniana fuerit, sive ad eius exemplum conflata, ea vix quicquam ad hieronymiana attinuit. Nam ad diem IV non. ian. insigne compendium ex Actis martyrum in fragmentum Laureshamense relatum in aliam multo breviorem formam redactum ab Adone exhibetur. Neque quicquam ex hac Adoniani martyrologii parte inter Excerpta hieronymiana col. II recipere ausus sum, quamquam aliqua ex epitomis historicis hieronymianis in Adonis textum derivata esse valde suspicor.

Martyrologium vero, quod Sollerio duce Romanum parvum appellamus, totum Ado in suum transfudit. Id antiquitus habitum esse tamquam vere Romanum, id est Romae confectum saeculo IX, reperto insigni codice coenobii Sangallensis n. 454, luculenter demonstravi in *Roma sotterranea*, tom. II, pp. XXVIII et seqq. Sed eius indolem ab hieronymiana toto caelo diversam, immo eidem contrariam, comperi (*Roma sott.*, l. c.); quare nullum ei locum in hac editione in Excerptis col. II datum esse nemo mirabitur. Semel tantum Romanum parvum censui citandum ad diem X kal. maias. Sepositis iis, quae ex Romano parvo Ado descripsit, item seclusis *passionibus* ab eo in compendium redactis, vix quicquam in Adone restat, unde Excerpta hieronymiana potuerim amplificare. Quare Adonem raro citavi.

Usuardus Adonis martyrologium contraxit in formam concinniorem; quae latissime recepta est et commentariis aucta, ut ex ampla Sollerii editione cuivis patet. Inde ego id tantum sumpsi, quod ad diem XV kal. iul. ex auctariis codicis Florentini a Sollerio adhibiti et Pistoriensis, editi per Zaccariam (1), censui annotandum, in quibus Diogenes martyr assignatur *ad septem columpnas via Salaria vetere*. Unus et alter e codicibus hieronymianis habent *palumbas* loco *columpnas*. In veteri indice coemeteriorum urbis Romae incertum est utrum *columbas* scriptum olim sit an *palumbas* (2). Tota haec adnotatio e codice aliquo hieronymiano videtur derivata, et *septem columnas* mutata esse in *columbas* et *palumbas* aut vice versa. Utra vero lectio genuina sit, non definio.

12.

AUG. = Breviarium Augustanum e monasterio S. Udalrici. — Hoc breviarium e codice Augustano S. Udalrici edidit Sollerius, *Acta SS.*, Iun. tom. VII, part. II, p. 15 et seqq. Sane IV non. iul. hoc in breviario notatur natalis S. Udalrici episcopi. Codex ipse ubi sit, ignoro. Sed quoniam vix parum differt a Labbeano, quem ad progeniem Gellonensem pertinere manifestum est, nihil fere inde duxi annotandum. Attamen codex prototypus, unde Augustanum breviarium pendet (quemadmodum et Labbeanum), nonnullis locis plenior erat quam Gellonensis. Nomina haud multa, quae ex aliis fontibus hausta hieronymianis superaddita heic sunt, ab Excerptis huius editionis aliena iudicavi. Ceterum cfr. quae de Labbeano et de Gellonensi suis locis praemonui.

(1) Zaccaria, *Bibliotheca Pistoriensis*, p. 148. — (2) *Roma sotterranea*, tom. I, p. 132; *Bull. d'Arch. crist.*, 1878, p. 47.

13.

13.

Autissiodorensia Breviaria hieronymiana duo, alterum e codice saeculi IX vel X loci ignoti ex apographo Veneto-Marciano XIV, 78, alterum e codice sancti Germani Autissiodorensis saeculi, ut fertur, VIII. — Emmanuel Schelstrate, vertente saeculo XVII, collegit in codice Veneto-Marciano XIV, 78 *Excerpta Martyrologiorum bibliothecae Vaticanae;* in quibus, pp. 70-72, *fragmentum martyrologii ante 800 facile annos conscriptum ex codice 1259*. Verum neque in eo codice Vaticano invenitur fragmentum a Schelstratio exscriptum neque in Palatino eiusdem bibliothecae, quae eius aetate erant classes codicum Vaticanorum. Unde Schelstratius hoc fragmentum desumpserit, ignoramus. Exemplum servatum in volumine Marciano totum describendum curavi, et vidi esse hieronymianum valde contractum, additis nonnullis festis gallicanis, et peculiari cura servatis illis, quae pertinent ad ecclesiam Autissiodorensem. Ab VIII idus sept. ad VI idus octob. quinquies sanctorum Autissiodorensium mentio fit. VII kal. oct. commemoratur natale *Autissiodori sancti Aunarii* (id est Aunacharii), cuius in hieronymiano martyrologio annotatur *ordinatio* pridie kal. aug. tamquam viventis, non natale tamquam inter sanctos recepti. Ante Aunarium praecedit *depositio sancti Marci episcopi*, sine ulla sedis annotatione : hic Marcus in codicibus hieronymianis haud dicitur episcopus. Breviarium ipsum appellandum censeo Autissiodorense, utpote quod eius ecclesiae proprium fuerit, vel potius ex eius proprio breviario depromptum. Nam pridie non. oct. commemoratio Marci, Romani episcopi, perperam traditur tamquam episcopi Autissiodorensis: et vice versa episcopus nomine Romanus, qui in Autissiodorensi cathedra sedit, honoris sui geographica appellatione caret. Quae errata mihi persuadent hoc fragmentum non esse directe Autissiodorense, sed potius ex Autissiodorensi exemplari parum attente depromptum. Quo minime usus sum in Excerptis col. II; quandoquidem nulla in eo nova vel mentione digna deprehendi, quae vere ab hieronymianis pendeant. Nonnulla etiam sunt addita manu secunda; puta ad V non. oct. *natale sancti Dionysii Areopagite*, de quo vide Georgium ad Adonem, p. 514. Sunt demum multa vitiata; ut Protus martyr, socius Hyacinthi (III id. sept.), male mutatus in Proiectum. Plura mihi dicenda non suppetunt de huiusmodi fragmento, cuius prototypum nuspiam repperi (V. comm. de cod. S²).

Alterum breviarium Autissiodorense integrum edidit Martene (1), *e monasterio sancti Germani* eius civitatis, et iudicavit *scriptum ante annos a Christo mille*. Est omnino diversum a fragmento, de quo supra, quemadmodum conferenti utrumque clare patet. Neque VII kal. oct. in eo ulla mentio fit Aunarii episcopi Autissiodorensis. Ego Autissiodorum non adii; neque utrum hic codex etiam nunc ibi aut alibi exstet, comperi. Cuius vestigia curiose persequi neglexi, quod viderim textum a Martene editum ad typum breviarii G propius accedere secundum formam codicum AUG. et LAB., sed adhuc compendiosiorem. Quamquam nonnulla nomina potius ex R videntur desumpta quam ex G, AUG, LAB. Qui huius breviarii progenitores cum sint omnes notissimi et in col. II satis repraesentati, nihil inde censui annotandum.

Martyrologium Autissiodorense, quod ediderunt Martene et Durand (2) *ex codice Colbertino mutilo et ex alio Autissiodorensi*, ad rem nostram haud pertinet. Est enim prorsus classis historicae. Codicem Colbertinum vidi in bibliotheca nat. Paris. n. 5253, membraneum, anni circiter 1050: et quae in eo desiderantur, id est menses ianuarius et februarius, quaerenda moneo in codice eiusdem bibliothecae 894.

14.

Breviarium Barberinianum hieronymianum e codice Barb. XI, 64 saeculi fere XI. — Codex Barberinianus XI, 64 membranaceus, formae quaternariae, exaratus est littera antiqua Langobardica seu Beneventana Casinensi, saeculo, ut reor, undecimo, Bethmanno vero iudice, nono vel decimo (3). In prima pagina manu haud antiqua legitur : *munere Ranutii Fabri canonici Reatini:* quare ex una vel altera e bibliothecis monasticis regionis Sabinorum et finitimis facile liber Reatem pervenit. Continet breviarium martyrologii hieronymiani, mancum a die pridie non. maias ad medium fere Augustum : adeo contractum, ut ad diem e. g. X kal. ian., quo hieronymiana consignant seriem episcopalem a Petro apostolo ad initia saeculi IV, lacunosam quidem, sed e duplici saepe fonte haustam, ea tota ad tria tantum nomina redacta sit : *egeni. urbani. corneli*. Ceterorum dierum laterculi adeo breviati haud sunt : sed semper valde contracti, saepe depravati. Neque ab ullo e typis huius classis nobis notis videntur pendere, ad ullum eorum accedere. E. g. ad diem IV non. ian. lectio laterculi, quae solito minus depravata videtur, in haec verba expressa est : eam exhibeo collatam cum textu codicis Vat. Reg. 435 (S¹), qui eo die, ut plurimum, optimus est.

(1) *Thesaurus novus anecdotorum*, tom. III, p. 1550 et sqq. — (2) *Vet. Script.*, tom. IV, p. 686 et sqq. — (3) Pertz, *Archiv*, tom. XII, part. I, p. 379.

I. B. R. **Cod. Vat. Reg. 435.**

Antiochiae Syriae Doni episcopi eiusdem loci. Alio loco Stratonici. Et Macharii Abbatis. In Ethiopia Rutuli cum aliis tribus.

Cod. Barb.

Antiochia Syri Doni episcopi......ini. Macharii Abbatis. rutuli. Claudie aurigie. Vitalis.

Ex huiusmodi breviario martyrologii hieronymiani nihil duxi annotandum in Excerptis col. II.

15.

Beda-Flor. codd. A. B. C. D. L. T. V. = Martyrologium vulgato nomine Bedae-Flori editionis Bollandianae. — Martyrologium Bedae et additamenta eiusdem auctore Floro Lugdunensi ab Henschenio quidem et Papebrochio (1) ita edita sunt, ut alterum ab alteris videantur praecise distincta. Verum Bedae contextus et quae ei a Floro addita sunt incertissima iure censentur a criticis (2). Celeberrimum opus Bedae eiusque supplementa videntur etiam nunc egere crisi rigidiore, ampliori indagine codicum, curis novi et sagacis editoris. In his codicibus multa sunt absque dubio derivata ex hieronymianis: alia, opinor, ab ipso Beda; alia a Floro illata: alia in codicibus praesertim Bedanis urbis Romae obvia. Quorum usus in basilicis et titulis urbanis post saeculum X sollemnior fuit, quam Usuardinorum (3). Ne ego ipse hoc loco aggrederer opus plenum aleae de tota familia codicum Bedanorum, quae multo latius patet quam editores noverunt, et ex parte tantum hieronymiana attingit, editione Bollandiana contentus, inde Excerpta in col. II posui sub vulgato nomine Bedae-Flori. Cui appellationi, ne iusto maiorem fidem habeas, moneo.

Litterae, quibus codices adhibiti in editione Bollandiana designantur, significant A Atrebatensem, B Barberinianum, C S. Cyriaci, D Divionensem, L Laetiensem, T Tornacensem, V basilicae S. Petri in Vaticano. Ex his ego vidi tantummodo B, C, D, V. Primus est Barberinianus XIV, 19, acephalus, mixtus ex elogiis Bedae et ex hieronymianis contractis, de quo Sollerius dixit (*Proleg. ad Usuardum*, § 34, 36) et cuius specimen edidit in *Actis SS.*, Iunii tom. VII, part. II, p. XI. Est saeculi fere X, auctus necrologio, in quo mentio fit obitus Gregorii VII pontificis (*VIII kal. iun. obiit Gregorius praesul sanctae romanae Ecclesiae*), et III non. dec. *Desiderii abbatis nostrae congregationis*. Is diversus est a Desiderio abbate Casinensi, quippe qui electus in summum pontificem assumpserit nomen Victoris III et obierit die XVI sept. Alter codex est Vallicellanus F. LXXXV, olim S. Cyriaci in via Lata; non Cyriaci in Thermis, id quod errore scripserunt Baronius et eum secuti Mabillonius et Sollerius (4). Est saeculi fere XI. Specimen edidit Sollerius in *Actis SS.*, Iunii tom. VII, part. II, p. XI. Eius apographum integrum servat codex Vaticanus 8264 (5); alterum apographum habuit Fontaninus (6). Tertius codex est Divionensis magni pretii, cui potissimum Bollandiana editio innititur: hunc ego vidi in bibliotheca Montispessulana Scholae medicinae notatum H. 410. Denique quartus est Vaticanus, id est basilicae S. Petri apostoli in Vaticano, formae quaternariae: cui geminus est alter similis in folio; uterque saeculi XV, sed ex antiquiore exemplari derivati (codices H. 56, H. 57 in archivo basilicae Vaticanae). Priorem laudavit Sollerius, *Prolegomena ad Usuardum*, § 35. Horum codicum notabiliores mihi videntur, qui sunt origine Romani, id est in urbanis aedibus sacris liturgicis officiis adhibiti: quippe qui genuinas lectiones hieronymianas de martyribus urbanis eorumque sepulcris identidem servarunt et ad seriora tempora propagarunt. Quas lectiones non omnes annotavi, utpote quae in codicibus plenioribus et contractis iam erant consignatae. Nam Excerpta mea textus praedictos omnes respiciunt et complectuntur; et quae iam in his leguntur integra ea mutila incassum repetenda haud curavi. Martyrologii cuiusdam eiusdem familiae, ac Vaticanum et Vallicellanum S. Cyriaci, specimen habui a nescio quo, sine ullo indicio codicis, neque loci et bibliothecae unde esset oriundus. Certe erat Bedanum-Romanum eiusdem typi, quo Vallicellanum et utrumque Vaticanum.

In Excerptis ex codd. A-V annotandis fateor me brevitati nimis studuisse, ne ea plus aequo onerarem lectionibus variis e codicibus Bedae, cum Bollandiana editio huius martyrologii praesto omnibus sit, praesertim in Mignii *Patrol. Lat.*, tom. XCIV.

Ceterum intra limites editionis Bollandianae totus thesaurus codicum martyrologii Bedani haud continetur. Cuius crisim omni ex parte absolutam si quis voluerit perficere, huic multo maior manuscriptorum librorum numerus erit conquirendus et excutiendus. Scipio Maffei monuit codicem

(1) *Acta SS.*, Mart. tom. II, p. VIII et sqq. — (2) Soller., *Proleg. ad Usuardum* § 47 et sqq.; De Buck, *Recherches sur les calendriers ecclesiastiq.*, in *Précis historiques*, 1877, p. 17, 18. — (3) Guérard, *Mélanges d'archéol. et d'hist. de l'École franç. de Rome*, 1893, p. 162, 163, 165. — (4) Baronius ad *Martyrolog. Rom.* XIX Ian.; Mabillon, *Ann.*, tom. I, p. 244; Soller., *Proleg. ad Usuardum*, § 35. Errorem emendavit Galletti, *Primicerio*, p. 147, 148. — (5) Garampius in Cod. Vat. 9022 collegit apographum necrologii additi martyrologio S. Cyriaci et plagulas typographicas editionis eius necrologii, quam paravit Ioseph Bianchini inserendam tomo V Anastasii bibliothecarii. — (6) Lucidi, *Istoria dell' Ariccia*, p. 379 et sqq.

Bedae

Bedae praestantiorem iis, quos Bollandiani adhibuerunt, servari in Capitulari Veronensi (1). Ibi ego non unum tantum, sed duos vidi codices membranaceos, saeculi IX, notatos LXV et XC, praefixo nomine Bedae; qui eius textum fere absque additamentis, ut mihi visum est, tradunt. Plures offert bibliotheca Vaticana, in quibus eminent Palatini 833, 834, saeculi IX, quos magno in pretio habuit Emmanuel Schelstrate et describendos curavit in codice Veneto-Marciano XIV, 78, inter insigniora *Excerpta Martyrologiorum* eius bibliothecae. Vaticanus 5949, origine Beneventanus, videtur constare e Beda et Usuardo, ut plurimum contractis, nonnumquam amplificatis. Sollerius dicit hunc codicem esse ex hieronymianis quoque interpolatum (2).

Codex britannicus 19725, saeculi X, martyrologium Bedae refert, in quo plures dies vacant, sicut, Floro teste, vacabant in Bedae textu primigenio.

Totum Bedam cum additamentis e codice saeculi X S. Maximini Treverensis ediderunt Martene et Durand (3), eundem breviatum d'Achery (4). Sed si codices omnes Bedanos vel huic familiae assignatos, qui in bibliothecis britannicis, germanicis, gallicanis, italicis, occurrunt, vellem describere, tam prolixae recensionis nullus prope finis esset. Quae de hoc argumento breviter dixi, pro huius operis proposito satis superque sunto.

16.

CORB. *brevius* = Paris. lat. 12260. — Codex nunc Paris. lat. 12260, prius S. Germani 479, membraneus in-4°, saeculi VIII vel IX (aetate Karoli magni), pertinuit ad coenobium Corbeiense; id quod initio codicis annotavit manus saeculi XV : *Lib(er) sci pet(ri) corbeiae.* Tum altera manus saec. XVI adscripsit : *author huius martyro(logii) vid(etu)r autissiodorensis esse, q(ui)a dedicationes altarium et cetera eius urbis speciatim commemorat.* Sed haec omnibus exemplaribus hieronymianis communia sunt, minime vero propria huius libri Corbeiensis. Inde martyrologium descripsit Martene in cod. Paris. 17189, p. 343-351, praefixo titulo : *Martyrol. e ms. Corbeiensi ante annos 800 scripto :* de quo iudicium subiecit huius modi : *Hoc m. descripsi a vetusto codice Corbeiensi; scriptus quippe est ante institutionem festi omnium sanctorum, quod altera posteriori manu additum est. Ad usum ecclesiae Autissiodorensis fuisse quidam credunt, propterea quod eiusdem ecclesiae dedicationes continet. Alii Corbeiense m. autumant propter eandem rationem. Forte ad usum fuit primo ecclesiae Autissiodorensis atque inde scriptum ad usum Corbeiensis monasterii. Nullum sanctum continet posteriorem saeculo VIII.* Idem Martene hoc martyrologium typis edidit in *Thesauro anecd.*, tom. III, p. 1571-1588. Eius vero editionem rectius curavit Sollerius in *Act. SS.*, Iun. tom. VII, p. 31 et seqq.; qui (*l. c.*, p. VI) de codicis aetate iudicavit e morte Fulconis, archiepiscopi Remensis, annotata ad XV kal. iul. *Eodem die interfectus est venerabilis Fulco archiepiscopus ab iniquo.* Fulco occisus est an. 900. Verum Martene et Durand (5) Sollerii iudicium iure exploserunt, monentes codicis aetatem e morte Fulconis colligi haud posse, quippe quae alia manu annotata sit codici antiquius exarato. Sollerius, in *Prolegomenis ad Usuardum* § 31, meminit apographi huius martyrologii ad Bollandianos missi an. 1661, curante Luca d'Achery, qui adscripsit (mense decembri MDCLXI) illud esse *exaratum abhinc saltem annis octingentis.*

Hoc breviarium manifeste pendet a Corbeiensi maiore; sed adeo contractum est, ut singulis diebus vix pauci martyres neque his semper locus, quo unusquisque passus est, annotentur. Quare cum Corbeiense maius nobis praesto sit, descriptum manu Nevelonis, ex hoc breviario parum proficien-dum, nihil inde excerpendum lectores praesumant. Collatione vero attente facta, intellexi auctorem huius breviarii Corbeiensis neque ipso exemplari Nevelonis neque antigrapho, quod Neveloni ob oculos fuit, usum esse : ea enim erant detruncata ad X kal. ian., et laterculo diei sequentis prorsus destituta; quo loco in hoc breviario nihil desideratur. Die VI kal. februarias heic legitur : *Romae Agnetis virginis;* quae pertinent ad diem sequentem, quemadmodum in apographo Neve-lonis aliisque e familia Fontanellensi exemplaribus (col. III) legitur, praeter unum Senonense, ubi ea ad VI kal. febr. primo scripta sunt, deinde deleta. Idem fit in Bernensi (col. I). Qua varietate excepta, ceterae mihi visae sunt fere omnes corruptelae manifestae, vel nomina ad diem praecedentem aut sequentem errore transposita.

Nonnumquam hoc breviarium concordat cum lectione sincera exemplarium maiorum, discordat a corrupta Corbeiensi Nevelonis; e. g. IIII kal. maias recte *Tiballi*, ubi Nevelo *et Vitalis*. Vice versa, uno alterove loco Nevelo veram lectionem tradit, breviarium cum codicibus maioribus familiae Fontanellensis falsam; e. g. kal. maiis *Africa*, Nevelo recte *Asia Hierapoli*. In summa, exemplar nobis ignotum, quod auctor martyrologii Corbeiensis brevioris contraxit, ad Wissenburgense propius accedebat quam apographum Nevelonis. Vix pauca vero inde excerpenda censui et annotanda in variis lectionibus col. III. Appellationem *Corbeiensis brevioris* adhibitam a Sollerio servavi.

(1) *Istoria teologica*, app., p. 94. — (2) *Proleg. ad Usuardum*, § 251. — (3) *Veterum scriptorum amplissima collectio*, tom. VI, p. 638 et sqq. — (4) *Spicileg.*, ed. in fol., tom. II, p. 23, 24. — (5) *Veterum script. amplissima collectio*, tom. VI, col. 632.

I. B. R. Ipsum codicem contuli cum editionibus Maurinorum et Bollandiana : hanc alteri praeferendam agnovi. Verum utraque valde peccat ad dies V et IIII idus nov., ubi nomen *donati*, quod in codice subiungitur nomini *damiani* (V id. nov. *In nicomd. nat. sanctorum damiani donati*) editores transferunt ad diem sequentem et ad Antiochiam : *in Antiochia nat. donati*. Nonnulla addita sunt eadem manu, quae totum breviarium primo exaravit; ea in Corbeiensi quoque maiore apparent.

17.

Breviarium Corbeiense = cod. Paris. lat. 13220. — Codex Paris. lat. 13220, in-8°, saec. IX, olim S. Martialis Lemovicensis, continet breviarium ex hieronymianis a kal. ian. mutilum in mense augusto, manifeste contractum e Corbeiensi maiore. Pendet autem ab exemplari propius accedente ad Wissenburgense (col. III) quam apographum Nevelonis Corbeiense. Id ipsum animadverti in eo quoque martyrologio, quod Corbeiense brevius appellamus. Breviarium, de quo nunc loquimur, paulo plenius est quam Corbeiense brevius. Plerumque auctor sat fideliter contrahit exemplar Corbeiense recensionis maioris; neque illud valde vitiat, perturbat. In errores tamen saepe incidit; praesertim mutans nomina feminina in masculina et vice versa. Exempli gratia describam laterculum diei XV kal feb.

« Rom(ae) dedicatio cathedra sci. petri ap(osto)li qui primoru(m) sedit rom(ae) sci. prisci tyrsi et gallinici turonis monasterio maioris dep. sci. leobardi conf. » Heic verba *qui primorum* corrupta sunt e lectione Corbeiensi sincera *qua primo rom(ae)*; item lectio genuina *sanctae priscae* mutata est in *sancti prisci*. Nomina quae sequuntur ad urbem Romam minime pertinent. Denique *depositio sancti Leobardi* vere pertinet ad Turonense S. Martini monasterium maius *(Marmoutier)*. Sed ea nuspiam alibi in hieronymianis commemoratur. Quare huius breviarii originem iudico Turonensem, id est contractum illud esse e Corbeiensi in usum monasterii maioris Turonensis.

Codicem ipse vidi, examinavi, inde excerpta sumpsi. Deinde L. Duchesne rogatus integrum mensem ianuarium mihi descripsit. His subsidiis, totaque re perpensa, intellexi ex hoc breviario quamquam valde antiquo eoque nondum edito, lectionem vix ullam eliciendam, quae restituendo in pristinam formam veteri martyrologio serio conducat. Uno fortasse loco debuissem lectionem ex hoc codice excerpere; nempe ad XVI kal febr. Ad quam diem legitur : *dea sci civ. dep. marcelli epi* : haec enucleanda opinor : *Dea scilicet civitate etc.*, id est Dea Augusta Vocontiorum, nunc *Die*. Adverbium *scilicet* ante vocabulum *civ(itate)* nullus allius codex profert. Paulo varia lectio ex aliis breviariis in Excerpta mea recepta est : *Deas civit.* etc., unde fortasse illud *sci(licet)* erupit potius quam e pristina sinceraque lectione. Ceterum *Deas* corruptela est : sincera lectio *Dea* exhibetur a codice Bernensi (col. I) et a nonnullis familiae Fontanellensis (col. III). In Epternacensi e *Dea* factum est *diac(oni)* : in Wissenburgensi (col. III) antiqua manus abrasit litteram *a*, ut e vocabulo geographico *Dea* fieret prima syllaba vocis *depositio*. Omne dubium sustulit, rem perspicue explicavit codex F in mea Excerpta relatus, substituens in locum *Deae civitatis* adiectivum *deensis (episcopi)* subiunctum nomini Marcelli.

Neque plura de hoc codice mihi suppetunt admonenda.

18.

L. D. De codice *Dungallensi*. — Liber qui dicitur Leinsterianus sive Glendaloughensis (1), saeculo XII inclinato in Hibernia descriptus, immensam continet farraginem scripturarum ad fabulas historiamve illius regionis spectantium. Ibi locum tenuisse videtur martyrologium quoddam mixtum, ex breviatis hieronymiani laterculis conflatum et supplementis ad sanctos Hibernicos spectantibus, quod aliquando allegatur sub nomine *Martyrologii Tamlactensis* vel *Dungallensis*.

Scilicet Colganus, dum Lovanii circa annum 1630 rei hagiographicae Hibernorum curas adhiberet, in manibus habuit codicem sive fragmentum codicis undecim foliorum, quae nunc patet scriptura, forma, magnitudine mire quadrare cum reliquo libro Leinsteriano. Ex iis quinque tantum et sexti quarta pars martyrologium continent; cetera diversi sunt argumenti. Pertinebant haec folia ad conventum Franciscanorum Dungallensem. Primum incipit a die decembris 25 et progreditur usque ad ian. 29. Ibi, uno avulso folio, totus mensis februarius periit. Secundum et tertium exhibent dies a 12 martii usque ad 20 maii. Hic rursus hiat codex, duobus avulsis foliis, et quartum folium incipit in laterculo 1 augusti; inde procedunt, tam in hoc quam in sequenti folio menses augustus, september, october; hic tamen desinit in diem 30. Post quem, uno folio deficiente, november

(1) *The Book of Leinster sometime called the Book of Glendalough*, edidit ad similitudinem scripturae R. Atkinson, Dublini, 1880.

minime

minime comparet; sextum et ultimum in laterculo 17 decembris incipit et pergit usque ad diem ultimam anni ecclesiastici, nempe 25 decembris. L. D.

Colgani folia migraverunt Romam, ubi in conventu Franciscanorum Hibernico ad S. Isidorum domicilium habuerunt usque ad an. 1870. Tunc mutatis rebus, Romani fratres codicibus suis timuerunt eosque in Hiberniam remeare iusserunt. Nunc apud Dublinenses Franciscanos reperiuntur folia quondam Dungallensia; quae cum reliquo Leinsterii libro Atkinsonius splendida editione (p. 355-365) comprehendit, ad similitudinem codicis expressa.

Verum non hic tantum liber usui fuit Colgano. Loquitur enim (1) de altero simili, id est idem continente martyrologium, qui in Hibernia repertus ipsi Colgano ex parte iam descriptus erat et totus nuntiabatur mittendus. Quae fata tulerit secundus ille codex, num re ipsa ad Colganum pervenerit, ignoramus. Apographum imperfectum quod sese iam in manibus habuisse significat, in Belgio mansit, ibique adhuc asservatur in bibliothecae regiae Bruxellensis codice signato num. 5095. Sed cum nihil contineat praeter sanctos Hibernicos, ad calcem laterculorum hieronymianorum additos, nobis curae non erit. Sufficiet dicere alterum illum codicem, etsi minime integer et ipse fuerit, lacunas tamen prioris aliquando explevisse. Ad idem exemplar utrumque redire indicia sunt evidentia (2).

Huic martyrologio Colganus dicit praefixum esse titulum *Martyrologium Aengussii et Moelruani;* qui cum in codice Leinsteriano minime compareat, necesse est ut ex alio nobis iam incognito petitus fuerit. Aengussius et Moelruannus in monasterio Tamlactensi (3) convixerunt, extremo VIII saeculo, atque prior ille famam rettulit ex opere quodam martyrologico, metrice et lingua hibernica conscripto, Festilogio scilicet, quod nuper edidit v. cl. Whitley Stokes (4).

Aengussio vult Colganus etiam breviarium nostrum tribuere una cum hibernicis supplementis. Sed id parum constat, atque ipse Colganus vidit in Tamlactensibus codicibus contineri " natales „ ipsorum SS. Moelruani et Aengussii et aliquot aliorum sanctorum qui eodem saeculo cum ipsis „ vixerunt quos et constat post ipsos obiisse. Hanc autem additionem factam arbitramur (ita „ pergit Colganus) ab aliquo Tamlactensi monacho qui sub finem saeculi noni vixit et sub ini- „ tium decimi decessisse videtur. Meminit enim S. Corprei episcopi Cluanensis qui anno 899 obiit, „ non tamen S. Cormaci regis et episcopi anno 903 mortui vel ullius sancti quem constet post „ annum 900 vixisse (5). „

In hoc pretium est Hibernici illius libri quod artae coniunctionis cum Epternacensis codicis traditione haud obscura vestigia exhibeat. Ibi reperiuntur et sancti Angliae, immo Northumbriae, quorum sermo in superioribus fuit, ibi et nomina ex passione S. Laurentii desumpta. Attamen quod spectat ad Italiae inferioris sanctos, quos proprios Epternacensis habet, res est minus clara. Bedae quod traditur martyrologio propius accedere videtur quam Epternacensi. Ut ut est, idem omnibus fons discernitur, isque ex Lindisfarnensi monasterio promanans, communis utrique Hibernorum et Anglorum liturgicae traditioni (6).

19.

E[1] = Breviarium Einsidlense e codice eiusdem coenobii 236. — Codex Einsidlensis 236, I. B. R. membranaceus, formae quaternariae, mihi olim visus est saeculi IX; nunc G. Meier, bibliothecae praefectus, dubitat utrum sit decimi an aetatis antiquioris. Continet breviarium hieronymianum integrum ab VIII kal. ian. ad finem anni, illi fere typo affine, cuius tamquam exemplar sunt Richenoviense (in editione nostra col. II) et Gellonense. Verum nonnulla habet directe e plenioribus, quae neque in Richenoviensi et congeneribus, neque in Gellonensi reperiuntur. E. g. ad IV kal. ian. typicum illud *Bonifati episcopi de ordinatione* refert, quod in neutro e breviariis sollemnioribus R et G ullo modo apparet. Quare ab uno vel altero e plenioribus videtur recta aut obliqua via, non uno loco, pendere. De eo, quem attente examinavi anno 1856, et cuius exemplar fidele a cl. memoriae monacho Gallo Morel obtinui, neque typis editum umquam est, hoc loco constitueram fuse disserere. Sed incidi in morbum, antequam quae scripturus eram chartis mandarem. Nunc iis tantum, quae necessario praemonenda sunt, contentus ero.

Martyrologium male compactum est, foliis sus deque versis. Ab initio ad V non. martias scriptum ita est, ut duo saepe versus fastos unius diei contineant. A IV non. martias ad XIII kal. dec. alia manu exaratum, compendium est breviarii Richenoviensis, ita institutum, ut singuli dies uno tantum versu contineantur. Quare primi martyris nomen locum plerumque

(1) *Acta SS. Hiberniae*, tom. I, p. 581, 582. — (2) De his vid. quae disseruit Atkinson, *l. c.*, p. 13. — (3) Hodie Tallaght, non longe ab urbe Dublino. — (4) *Calendar of Oengus* in *Transactions of the Royal Irish Academy, Irish Manuscript Series*, Dublin, 1880, tom. I, part. I. — (5) *L. c.*, p. 58. — (6) De hoc codice cfr. Sollerii *Prolegomena ad Usuardum* § 11 et 25, Rossii *Roma sott.*, tom. II, p. 41, ubi specimen datur ad d. V id. aug. pertinens. Varias lectiones inde proferre non sine fructu fuisset; quod si minime factum est, ad me culpa pertinet.

adiectum

I. B. R. adiectum habet, reliqui martyres non item: et hi pauci recensentur, quot brevis versiculus capere potest. Demum a XII kal. dec. ad finem, alia item manu parum recentiore, eadem tamen lege, variat fere semper a Richenoviensi, et aliunde petitum esse manifesto apparet. Quicquid a breviario Richenoviensi aut a plenioribus nunc notis videtur ita differre, ut eius aliqua ratio habenda sit, id totum (quemadmodum et in codicibus G 914, 915 et O) in Excerptis meis annotandum censui. Omittenda vero duxi quaecumque e fontibus haud hieronymianis manifesto pendent, id est e commemorationibus seriore aetate superadditis vel e Beda, Romano parvo, similibus; iis tamen exceptis, quae ipse quoque Richenoviensis iam receperat. Haec singula a me omissa notare seiunctim mihi proposueram; sed quoniam huius editionis postulatis id minime necessarium iudico, ab hoc censu conficiendo et expendendo abstineo. (Vid. comm. de cod. E[2]).

20.

E [2] = Breviarium Einsidlense e codice eius coenobii 117. — Hoc breviarium item coenobii Einsidlensis, nondum typis editum, eleganter exaratum est in membranis formae quaternariae, saeculo fere XII. Incipit a kal. ian. multoque contractius est quam E [1], a quo identidem variat, sed quocum saepe concordat.

Eius antigraphum, sive ut melius dicam antigraphi fragmenta, agnovi anno 1856 in codice Einsidl. 256, saeculi IX vel X; item in codicibus 128, 132, 139, 174, 258 et in duobus foliis exsectis a veteri codice membranaceo, quae anno 1856 nondum in volumen compacta erant. Nempe ianuarius apparet in codice 132, februarius in 174, item finis februarii et initium martii in codice 258, martii finis et initium aprilis in 128, medius aprilis in folio seiunctim exsecto, finis aprilis et initium maii in codice 132, finis iulii et media fere pars augusti in codice 139, september in pagina exsecta. Ibi nonnullas commemorationes aevi serioris, quae in codice 117 eadem manu qua integer textus scriptae sunt, exaratas deprehendi manu parumper recentiori. Quare haec omnia serius admissa sprevi : quaecumque a Richenoviensis breviarii manu prima variant, ea attente annotavi. In hac editione excerpta typis impressa e codicibus E [1], E [2] inde a mense martio errore ita citantur, ut E [2] semper positus sit pro E [1] et vice versa; praeter diem pridie idus iulias, ubi lectio *fogati* (G 915 et O *focati*) ep. recte attribuitur codici E [2]. Nempe scribendum fuit Focatis e recto Focas, quod ceteri codices minus bene enuntiant *Focae* vel *Foci*.

In Pertz, *Archiv*, tom. IV, p. 307 et seqq., Carolus Dümge et Franciscus Mone plurima congesserunt de *Martyrologiis* et *Passionalibus* manuscriptis in bibliothecis germanicis, ubi nonnulla quoque de codicibus Einsidlensibus, pp. 309, 320. Ea non prosequor, quippe quae historiam tantum germanicam respiciant.

21.

Cod. Escorialensis lat. I. III. 13. — Ab auctore (von Hartel) *Bibl. Patrum lat. Hispanicae* (1) didici in codice Escorialensi saeculi X, notato I. III. 13, contineri *passionarium* mutilum cuius initium (f. 1r) est : *In axiopoli. aurili. iulii*, finis (f. 7r) *stepani. potiani et alior(um)*. Statim intellexi hoc fragmentum non codicis *passionarii* esse, sed martyrologii contracti ex hieronymianis a die XI kal. maias ad pridie kal. decembres. Cum autem codicem martyrologicum hieronymianum originis Hispanae nullum nossem, apographum integrum huius exemplaris Escorialensis petii et obtinui, procurante Mariano Rampolla v. em. presb. card. S. E. R., cui plurimis beneficiis me devinctum profiteor. Apographum confecit peritissime Rodulfus Beer, ab Academia Vindobonensi missus ut Patrum latinorum codices Hispanos excuteret. Itaque martyrologii fragmentum Escorialense totum examinavi et certior factus sum id non nisi breviarium esse, ex hieronymianis maioribus adeo contractum, ut singulis diebus nomen loci vix unum, martyrum tria vel quattuor sint annotata, eaque saepissime valde corrupta. Plerumque locus, qui in codicibus col. I et III primus occurrit, integre descriptus est; deinde unum vel duo nomina martyrum eius loci propria sunt annotata; tum unum alterumve nomen arbitrio eius, qui breviarium fecit, undecunque e toto laterculo electum. Exempli gratia : *VI kal. maias. In axiopoli aurili. iulii. victuri etc.* (sic). Primum nomen vere pertinet ad Axiopolim, reliqua sunt Africana. Exemplar prototypum maius, unde hoc breviarium pendet, modo videtur esse familiae Mettensis (col. I), modo Fontanellensis (col. III), interdum etiam, quamquam raro, Epternacensis (col. II). Sic ad diem VIII kal. iul. natale Iohannis Baptistae dicitur *genuinum*, id quod in Epternacensi tantum legitur. Neque tamen ab unico pendet exemplari. Nonnumquam enim idem nomen varia forma corruptum vel parce detortum bis terve repetitum animadverti; quemadmodum ad III k. ian. *in Alax(andria) mansueti. secuti.*

(1) In *Sitzungsberichte d. k. Akademie d. Wissenschaften zu Wien*, 1885, tom. CXI, p. 495.

securi.

securi. severi. donati etc. Quo loco codices maiores efferunt : *mansueti. severi* (unus Ept. *securi) donati.* Quare non ex uno tantum exemplari maiore, facile e tribus diversis, breviarium Hispanum esse decerptum videtur stabiliendum.

Saeculo VII vel VIII *martyrologium romense* in Hispania exstitisse discimus ab antiquissimo indice bibliothecae Ovetensis, quem servat codex Escorialensis R. II. 18, ubi fol. 95' huiusmodi *liber* indicatur. Quem codicem exaratum esse saeculo VII vel VIII iudicavit von Hartel (1). Utrum hoc *martyrologium romense* breviatum fuerit, an recensionis plenioris, nullo indicio mihi fas est divinare. Ea tamen aetate *martyrologium romense* non aliud fuisse quam pseudo-hieronymianum dubitari minime posse opinor.

Breviarium Escorialense corruptissimum lectiones sinceras ab hieronymianis nobis notis vere diversas numquam exhibere iudico. *In efeso adsumsio sancti iohannis apostoli*, quam solus Bernensis assignat diei VIII kal. iulias, heic anticipatur ad VIII kal. iunias : opinor, errore. De hac *adsumptione* v. commentarium Florentinii de indiculo apostolorum, praefixo codicibus martyrologii hieronymiani, p. 123 et seqq. Die kalendarum maii vere discedit ab hieronymianis, annotans quae in his nuspiam leguntur : *In Acci civit. sanctorum Torquati et comitum eius.* Haec propria sunt kalendarii Gotho-Hispani, quemadmodum discimus e codice Parisiensi (*N. A.* 2171) nuper edito a D. Germano Morin (2). Romanum parvum et Ado eos martyres assignant idibus maiis : Ado certe ex actis Hispanis. Quare breviarium Escorialense non est purum prorsus hieronymianum.

Fere nihil inde decerpsi, praeter quae ad diem III kal. iulias annotavi de natali apostolorum Petri et Pauli. Cuius diei laterculus, desinens in verba : *Petri autem in Baticano* indicio est codicem, unde hoc breviarium pendet, natalem apostolorum tribus locis plene exhibuisse; formula tamen ab ea, quae in codicibus maioribus legitur, parum diversa.

22.

F = Breviarium Viennense e codice coenobii Fuldensis, nunc Leidensi Scalig. in-IV, n. 49. — Egregiis *Analectis Bollandianis* initium feliciter factum est (3) a martyrologio Fuldensi e codice Leidensi Scalig. in-IV, n. 49, saeculi fere decimi. Codex quidem usui fuit olim coenobii Fuldensis: id quod manifestant necrologium paginarum marginibus adscriptum (4) et series abbatum Fuldensium, martyrologio subiuncta. Verum martyrologium ipsum, quale hoc codice exhibetur fol. 1-49, prima origine fuit Viennense, contractum scilicet ex hieronymianis et historicis in usum peculiare ecclesiae Viennensis. Id facile evincam.

Hoc Breviarium ita contextum agnovi, ut prima uniuscuiusque diei pars excerpta sit et contracta ex hieronymianis, plerumque e contractis formae Richenoviensis (cuius dedicationes quoque enuntiantur XVII et XVI kal. sept.), saepe e plenioribus, praesertim inde a mense februario. Altera pars excerpta est e martyrologiis historicis, maxime ex Adone vel Notkero, Usuardo et huius auctariis. Quare parum miror, quod Ernestus Dümmler, hoc contextu partim historico martyrologii deceptus, id Bedae esse praesumpserit (5). Pontificum Romanorum ultimi in his fastis occurrunt Gregorius (III) ad IV kal. dec.; Zacharias ad pr. idus martias : ille defunctus est an. 741, hic an. 752. In alterius partis contextu, quae pendent e fastis martyrologicis formae historicae permixta sunt cum excerptis e codicibus hieronymianis plenioribus. Sed omnium frequentissima mentio est episcoporum Viennensium, item sanctorum eius ecclesiae. In his fastis commemorantur quidem unus aut alter episcopus Virdunensis, Bituricensis, Cameracensis, Mettensis, Coloniensis, Treverensis, Moguntinus, nonnullique e tota Gallia sancti delecti; sed Viennenses fere quindeni. Duplex fons huius breviarii origine Viennensis inde etiam agnoscitur, quod idem martyr vel sanctus nonnumquam bis enuntiatur nomine sive integro, sive corrupto. Sic ad XIII kal. ian. in parte priore : *Rome Cypriani episcopi*, in altera : *Rome Zepherini*. Utrumque unum idemque esse, nomine in codicibus varie corrupto, ut ex Zephirino, Cepirinus, Caprinus, Cyprianus factus sit, collatis exemplaribus plenioribus et breviatis liquido apparet.

Quae mihi visa sunt in hoc breviarium illata e fontibus haud hieronymianis, cuncta praetermisi neque iis locum dedi in Excerptis col. II.

Alterum martyrologium Fuldense e cod. Vat. Reg. 441 edidit Georgius in appendice ad Adonem, p. 656 et seqq. Pertinet ad classem, quam dicimus historicorum, conflatum ex Adone et Usuardo. Quare nulli nobis heic usui est.

(1) *L. c.*, p. 540. — (2) *Anecdota Maredsolana*, tom. I, p. 398. — (3) Tom. I, p. 1-48. — (4) Hoc necrologium edidit E. Dummler in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, tom. XVI, p. 171-177. — (5) *L. c.*, p. 168.

I. B. R.

23.

G = Breviarium Gellonense e codice olim Gellonensi, nunc bibliothecae Paris. Nat. 12048. — Breviarium hieronymianum a celeberrimo codice Gellonensi edidit d'Achery (1). Leopoldus Delisle (2) hunc codicem diligenter describit, et iudicat scriptum post medium saeculum VIII, nec in cuius coenobii usum ab origine confectus fuerit, liquere asserit. Martyrologii hieronymiani breviarium heic subiectum *sacramentario* est, tamquam eius appendix. Huius breviarii originem Sollerius docet fuisse Resbacensem. Scribit enim : " argumentis pluribus educi posse videtur (hoc martyrologium) „ spectasse ad Resbascense coenobium diocesis Meldensis (3). „ Nempe ad VII kal. iul. et ad VII et III kal. sept. leguntur commemorationes propriae monasterii supradicti. Sed XIX kal. ian. legitur quoque *dedicatio basilicae S. Salvatoris in Gellone*. Quare videtur martyrologium vere fuisse Gellonense, descriptum ex codice coenobii Resbacensis. Nec sine optimo iure Martenius (4) huic martyrologio nomen Gellonense vindicat adversus Sollerium. Codex scriptus est dum adhuc viveret Hadrianus papa I. Siquidem IV non. martias annotatum est : *Adriani romani episcopi ordinatio;* quae nonnisi eo etiam tum vivente fuit commemoranda. Hadrianus sedit ab anno 772 ad 795 (5).

Breviarium Gellonense progenie gaudet copiosa. Inde contracta brevius sunt G. 914, AVG-ustanum, LABbeanum, Treverense, Autissiodorense, Morbacense, alia quoque fortasse nondum visa aut examinata. Sed haud ipse codex G fons est ceterorum, quos dixi, et similium. In G enim errores animadverto, a quibus alii codices sunt immunes; e. g. saepe *abb.* pro *alibi*. Quare breviaria typi contractioris, quae ad formam Gellonensis accedunt, ab aliis exemplaribus, non ab ipso Gellonensi derivata esse comperimus.

Nec de breviario Gellonensi accidit idem quod de Richenoviensi, ut eius progeniem manifestam et a prototypo nullatenus variantem in pluribus codicibus agnoscamus. De Richenoviensi quidem asserere possumus propagatum illud directe esse in R¹, R², Fuldense et Moguntinum (Vindobonense Palat. 642); de G non item. Inter breviarium Richenoviense et textum Hibernicum affinitatem intercedere agnovit Victor De Buck (6). Ad Gellonensis vero originem certa via pervenire non possumus. In codice quidem G 914 (coenobii S. Galli), qui cum Gellonensi familia coniunctus manifesto est, initio martyrologii legitur : " breviarium de martyrologium circulum anni transcriptus „ de libris civitatibus lugdonensium, viennensium, acustodinensium et gratinopolitane *(sic)* urbis iuxta „ hieronimum etc. „ Sed codices Lugdunenses, Viennenses etc. martyrologii, unde breviaria familiae G videntur derivata, minime ad nos pervenere. Codex ipse G 914 ad G accedit forma simili LABbeanae, sed breviori. Interdum G 914 est ipso G plenius; e. g. ad VII kal. ian. refert nomen civitatis Antiochiae *(Antiotia)*, quod in G desideratur. In summa, familia G, et in primis codex G 914, accedit modo ad alterum e plenioribus exemplaribus nobis notis, modo ad horum nullum; et liquido patet pendere ab exemplari pleniore, quod ad nos minime pervenit. Quare mirum haud est in codice G et in uno aut altero e breviariis eius familiae nonnulla reperiri, quae in plenioribus nobis notis desiderantur; e. g. festum Hippolyti et Hadriae V id. nov. (7), de quibus vide quae scripsi in *Roma sotterranea*, tom. III, p. 199 seq.; item natalis Optati episcopi V kal. dec., de quo op. cit., tom. II, p. 222. Breviarium G cum tota etiam progenie supplendis martyrologii plenioris lacunis interdum inservit.

Quae huic breviario propria sunt, neque e hieronymianis derivata, in Excerptis meis haud notavi. Ea volueram (quemadmodum et additamenta codicum G 914, 915; AVG.; E¹; E²; F; LAB.; O; T¹) separatim recensere et singularum additionum origines vestigare: sed longum opus huic editioni minime necessarium cogor nunc praetermittere.

24.

G 914 = Cod. e bibliotheca Sangallensi 914, id est breviarium hieronymianum maius ad usum coenobii S. Galli. — G 915 et 453 = Codd. e bibliotheca Sangallensi 915 et 453, i. e. breviarium hieronymianum minus ad usum coenobii S. Galli. — Breviarium in codice bibliothecae S. Galli 914 membranaceo, formae quaternariae, exaratum est exeunte saeculo VIII, p. 234-278, cui subicitur necrologium Sangallense ineuntis saeculi IX, p. 279-285. Codex deficit a VII kal. ad idus febr., a IV ad III non. mart., a kal. apr. ad XVI kal. maias, ab XI kal. dec. ad III non. easdem. Affinis est Gellonensi, minime vero inde unice pendet. Huius codicis breviarium ego appellabo Sangallense maius; nam codex G 915 (membr. in-4°) eiusdem fere martyrologii compendium exhibet

(1) *Spicilegium*, edit. in fol., tom. II, p. 25 et seqq. — (2) *Mémoire sur d'anciens sacramentaires*, p. 80. — (3) Soller., *Act. SS*, Iun. tom. VII, P. II, p. III. — (4) *Veterum script. ampl. collectio*, tom. VI, p. 632. — (5) Mabillon, *Museum Italicum*, tom. I, P. II, p. 38; cfr. quae scripsi in *Roma sotterranea*, tom. III, p. 199. — (6) *Recherches sur les calendriers ecclésiastiques* in *Précis historiques*, tom. XXVI, 1877, p. 17; cfr. supra comm. de Adonis, Notkeri et Rabani martyrologiis. — (7) Sed haec ex aliquo codice passionis interpolata sunt. [L. D.]

brevius,

brevius, exaratum iubente Cralone abbate anno 956, cui singulis diebus insertum est necrologium. A IV kal. maias ad IV idus easdem membranae periere. In extremis paginarum marginibus litterae saepe sunt usu deletae. Idem breviarium redit, necrologio auctum (1), in codice Sangallensi 453, scripto anno 1090. Addita praefert nonnulla festa, ut Lini, Cleti, romanorum pontificum, electa e kalendariis aevi sequioris. Utrumque compendium Sangallense 915 et 453 interdum aliquid annotat, quod in breviario prototypo 914 et in Gellonensi desideratur, exstat autem in Richenoviensi. Huiusmodi insigne exemplum praebet dies VI kal. decembres, mentionem exhibens coemeterii Callisti, quae eo loco rectissima est, et in breviario Richenoviensi tantum servata, indeque in Sangallenses minores propagata (2). Aliis quoque pluribus locis affinitatem prodit cum R; sed nomina saepe vitiat. Quae in breviariis Sangallensibus vere variant a Richenoviensi, semper annotavi: codicem tamen 453 citare neglexi, utpote in hieronymianis totum similem Sangallensi 915. I. B. R.

Lucas d'Achery prioris codicis 914 varias lectiones subiecit editioni textus Gellonensis (3), sed officio functus est neglegenter. Breviario codicis G 914 praefixus est titulus indicans excerptum id esse ex exemplaribus ecclesiarum Lugdunensis, Viennensis, Augustodunensis et Gratianopolitanae (v. comm. de codice G.) Quae cuncta exemplaria periere. Quare breviarium codicis Sangallensis 914 exspectationem de se magnam commovet.

Verum propius examinatus mihi visus est pendere praesertim a Gellonensi, ad formam accedens breviarii LABbeani, nominibus martyrum minus recte servatis et generatim magis contractum. Interdum tamen plenius est, et modo derivatum e plenioribus Bernensi ac Wissenburgensi, modo ex Epternacensi. Nonnumquam partim concordat cum B, partim cum W. Plus semel videtur idem festum vario modo enuntiare et e duobus vel pluribus codicibus excerptus. Potius dixerim pendere ab exemplaribus, quae ad nos minime pervenere (vide comm. de codice G). A mense fere iunio ad anni finem accedit saepius ad plenius Corbeiense eiusque progeniem quam ad Bernense ac Epternacense. Nomina masculina saepe arbitrario mutat in feminina et vice versa; alia a genuina forma prorsus detorquet. E. g. ad XIII kal. febr. martyrem Persam Audifax enuntiat Adafletum. Series varias martyrum perturbat, quamquam a primis uniuscuiusque diei soleat incipere. Nomina geographica saepissime omittit. Haec de iis, quae ex hieronymianis fontibus derivata sunt, dico. E fontibus vero a centone hieronymiano alienis multa inserta heic sunt, praesertim e martyrologiis historicis, quorum in hac editione nulla ratio habenda fuit. Varias lectiones hieronymianas vel ad hieronymianas illustrandas aliquo modo spectantes omnes in Excerptis annotavi. Manifestos errores neglexi; ut pridie non. oct. Albini pro Balbinae, nempe coemeterio, in quo Marcus depositus est, mutato nomine loci in nomen martyris vel confessoris; et similia quamplurima. Multae notationes liturgicae adiectae sunt similes illis, quas Leopoldus Delisle explicuit in *Mémoire sur d'anciens Sacramentaires*, p. 313.

Eadem fere monenda sunt de Excerptis meis ex codice G 915. Sed quoniam hic pluries variat a G 914 et multa addit e fontibus historicis aliisque haud hieronymianis, quae ab hac editione prorsus aliena iudicavi, ea cuncta decreveram separatim recensere et expendere. Morbo interveniente, invitus coactus sum, quemadmodum in codicibus Gellonensi, Einsidlensi aliisque, a proposito abstinere.

25.

Breviarium Gallicanum hieronymianum e codice originis ignotae saeculi XI. — Martene et Durand (4) ediderunt martyrologium, cui nomen fecere Gallicanum, ex codice *ab annis circiter septingentis conscripto bibliothecae domini Chauvelin, regiorum sigillorum custodis*. Iidem prosequuntur : *non alia ratione Gallicanum appellatum conicimus, quam quia Gallicanos sanctos commemorare soleat*. Verum nulla ratio erat cur hoc martyrologium editores eo nomine appellarent. Est enim purum putum breviarium hieronymianum, quod a nullo e typis nobis notis videtur pendere. Accedit quidem ad Richenoviense; sed multa habet, quae in hoc desiderantur et redeunt in plenioribus. Nihil inde desumpsi, quoniam varietates omnes vidi esse meras corruptelas. E. g. ad diem IV non. ian. post *in Aethiopia Rutuli* (quae codicis quoque S[1] lectio est) sequuntur *Claudiae, Aurigo, Vetali, Yertiae, Stephani*. Haec mirum in modum esse depravata, a plenioribus discimus. Quae consentiunt legendum : *Claudiae, Aurigae, Vitalis, Hierosolyma Stephani*. Sic XIX kal. sept. martyr prodit ignoto nomine *Tatuli*; id corruptum est e *tituli*, quod adiectum legitur nomini Eusebii, id est *Eusebii tituli conditoris* (5). Uno verbo nihil inde bonae frugis collegi. Manu scripta volumina bibliothecae Chauvelinianae fere cuncta pervenerunt ad coenobium Sancti Germani Pratensis. Hunc codicem ego inter libros eius bibliothecae in Nationali Parisiensi minime agnovi.

(1) De necrologiis Sangallensibus vide Ebner, *Die klosterlichen Gebets-Verbruderungen*, p. 96; cfr. Pertz, *Archiv*, tom. IV, p. 318. — (2) *Roma sott.*, tom. II, pp. 70, 71. — (3) *Spicil.*, ed. in fol., tom. II, p. 25-37. — (4) *Veter. scriptor.*, tom. VI, p. 658. — (5) Vide quae scripsi *Roma sotterranea*, tom. II, pp. 111, 112.

I. B. R.

26.

LAB. = Breviarium e codice Labbeano. — Hoc breviarium e codice, quem Philippus Labbe loco ignoto descripsit, edidit Sollerius (1). Hunc codicem olim collegii Claromontani fuisse suspicor, sed ego nuspiam repperi. In bibliotheca Phillippica codicem iam Meermannianum, id est Claromontanum 734, animadverti inscriptum *S. Hieronymi martyrologium*. Sed neque hic codex, partim impressus, partim manuscriptus, ille est quem adhibuit Labbeus. Huius libri iacturam facile toleramus : ab AVGustano enim ille vix parum distat, ideoque et a Gellonensi. Textus breviarii Labbeani manifestis erroribus scatet. Excerpta mea fere nihil inde profecerunt. Cfr. quae de hoc codice scripsi in comm. ad Treverensem.

27.

Breviarium Moguntinum in cod. Vindob. Palat. 642. — Codex bibliothecae palatinae Vindobonensis 642, membraneus, olim Carthusiae Moguntinae, continet breviarium martyrologii hieronymiani, quod in catalogo eius bibliothecae dicitur *Rhinoviensi simillimum*, saeculi X. Verum Ludovicus Duchesne a me rogatus, ut codicem inspiceret, iudicavit videri scriptum saeculo IX. Incipit f. 1v *XI kal. feb.;* quae praecedebant ab VIII kal. ian. ad XII kal. feb. sunt cuncta deleta. Desinit fol. 18r : *XIII kal. ian. In tracia iulii et iconio teclae. Rome ci.* Eiusdem fol. 18, pagina versa, novem circiter versus sunt deleti : quare cum singuli dies versibus fere duobus contineantur, martyrologium pertingere debuit ad diem IX kal. ian. Hoc breviarium haud dixerim *simillimum Rhinoviensi;* est totum contractum e breviario Richenauensi (R, R[1]); quemadmodum e sequenti specimine diei id. V aug. facile disces :

RICHENAUENSE.	MOGUNTINUM.
In sirmio rustici . et in oriente crescentiani . et tiburtii . In Alexandria antonini . Rome dionisii episcopi . in urbe lemovicas martini.	In sirmio rustici . In Alexandria antonini . Rome dionisii epi . In lemovicas martini.

Cum utriusque codicis Richenauensis totum textum dederim in col. II, Vindobonensis 642 collationem exhibere prorsus inutile iudicavi.

28.

Breviarium Morbacense, id est e codice monasterii Morbacensis, dioecesis Basileensis. — Breviarium hieronymianum Morbacense integrum edidit Martene e codice eius coenobii dioecesis Basileensis (2). Editor monuit multa nomina sanctorum scripta heic esse *altera manu*, pollicitus ea a ceteris distinguere vario charactere typographico, verum promissis haud stetit. Codex Morbacensis compendium exhibet valde contractum et ieiunum breviarii Gellonensis secundum typum AUG., LAB.; admisso aliquo identidem nomine, quod inde haud videtur desumptum. E. g. ad diem pridie kal. febr. commemoratur Geminianus ep(iscopus), post Tharsicium martyrem Alexandriae. Haec corrupta opinor a nomine Gemini, qui in plenioribus et etiam in nonnullis breviatis recensetur inter martyres Alexandriae, sed absque appellatione episcopi. Quae omni carent auctoritate et videntur plane corrupta, idcirco ea minime annotavi. Neque codicem ipsum vidi.

29.

O = Breviarium partim hieronymianum saeculi IX e codice Ottob. Vat. lat. 38. — Codex Ott. Vat. lat. 38, membraneus, formae quaternariae, egregie exaratus saeculo IX, continet breviarium partim hieronymianum, partim historicum editum a Georgio (3). Mutilus est initio a kal. ian. ad XII kal. febr. Victor De Buck (4) censet hunc codicem dignum, prae ceteris omnibus contractis hieronymianis, qui commentario peculiari illustretur ; adeo singularis est eius indoles et obscura origo. Ego totum attente examinavi in ipso codice. Vidi scriptum esse sedente Gregorio IV pontifice; quoniam ad diem IV kal. apriles commemoratur *ordinatio Gregorii papae*, quae pontificis etiam tum viventis indicium est. Eiusdem *ordinationis* mentio fit in kalendario Rhinoviensi edito a

(1) *Acta SS.*, Iun. tom. VII, P. II, p. 22 seqq. — (2) *Thesauri novi anecdotorum*, tom. III, p. 1563 et seqq. — (3) Ad Adonem, p. 676 et seqq. — (4) *Recherches sur les calendriers ecclésiastiques*, l. c., p. 17.

Marzohl

Marzohl (1) et in Bedae-Flori codice A. Hic Gregorius est sine dubio eius nominis quartus. Nam Gregorii I *ordinatio* incidit in diem III septembris; Gregorii II in XIX maii; Gregorii III in XVIII martii; Gregorii V in III maii. Unius Gregorii IV dies *ordinationis* ignota est; quam ex Einhardo scimus (2) confectam *non prius quam legatus imperatoris Romam venit et electionem populi, qualis sit, examinavit.* Electio post mortem decessoris Valentini peracta est Romae mense fere septembri vel octobri anni 827. Quare iter romanum legati imperatoris necessario fuit eo exeunte anno, et electionis examen nonnisi eodem tempore vel ineunte anno 828 perfici potuit. Quare Gregorii IV *ordinatio* dilata ad exeuntem mensem martium optime convenit cum historia. Sane e pontificibus romanis nomine Gregoriis ante saeculum XI, unus nominis quartus potuit consecrari IV kal. apr.; ceterum omnium *dies ordinationis* sunt, quos dixi, plane diversi (3). Manifestum est Gregorio IV vivente hoc breviarium martyrologii hieronymiani confectum esse, vel eo tempore in codice Ottoboniano perscriptum.

Breviarii indoles ea est, quae duplicem saltem fontem prodat. Alter fons est hieronymianus e codice Bernensi vel eius simillimo. E. g. ad XIIII kal. martias, ubi Bernensis inter martyres africanos recenset *et cum eis LIIII*, hic codex mutat numerum LIIII in LXI. Natale apostolorum Petri et Pauli III kal. iulias attribuit tribus locis et viis, quemadmodum unus Bernensis. Nonnumquam vero pendere videtur potius e Corbeiensi, quam e Bernensi. E neutro, opinor, directe excerptus est, sed e simili et copiosiore deperdito. Indicium sumo ex die XV kal. ian., ubi legitur: *In Aegypto in Anaxypoli, Dioscori lectoris multa passi* (codex *passus) ad cuius memoriam multae curationes fiunt.* Extrema verba *ad cuius* etc. in ceteris codicibus plenioribus, non excepto Bernensi, desiderantur. Eas esse antiquas et genuinas didici e fragmento Laureshamensi ad diem III non. ian., ubi eadem fere verba leguntur de martyre quodam Tomitano. In martyrologio Rabani, qui eo loco manifeste pendet ex hieronymianis sinceris, lectio melior est quam in ipso fragmento Laureshamensi et concordat ad verbum cum codice Ottoboniano. Alter fons huius breviarii derivatus est e martyrologiis historicis, Beda, Romano parvo aliisque, quae additamentis variis ad Usuardum inserviere, minime ex Rabano aut ex Adone. Uno verbo pertinet ad classem mixtam ex hieronymianis puris et ex uno vel pluribus historicis. In postremis anni mensibus affinitatem aliquam videtur habere cum codice Sangallensi 915. Quae ex hieronymianis puris sunt derivata contuli cum codicibus plenioribus ac breviatis, et seclusa farragine lectionum manifeste corruptarum, annotavi in Excerptis, quae mihi visa sunt aliquo nomine haud praetereunda.

Denique de monasterio, in cuius usum hoc breviarium confectum est, pauca videntur subicienda. Ad diem XVIII kal. iul. in hoc codice legitur: *In monasterio quod est in monte petroso, depositio sancti Zosimi translati de Putheolo.* Eadem annotatio est in vetusto martyrologio manuscripto bibliothecae sanctorum apostolorum Neapoli, sed ad diem XIII kal. nov., qui dies natalis est Zosimi martyris Puteolani, secundum pleniora hieronymiana. Eius mentionem fecit Caracciolus (4) his verbis: *Putheolis civitate natalis Zosimi episcopi qui translatus est in monasterio de Monte Petroso.* In Actis Sanctorum Octobris (5), Victor De Buck disputat utrum hic Zosimus idem sit ac Zosimus episcopus, relatus in vetusta kalendaria civitatis Capuae (6), loco minime annotato, et Zosimus episcopus Benevento attributus in codice Usuardino, Vaticano n. 5949 (7). Quicquid id est, de quo Bollandiani non audent decernere, monasterio de monte Petroso videtur proprium fuisse hoc breviarium hieronymianum, in quo uno dies translationis Zosimi martyris a Puteolo in illud coenobium est commemorata et inter dies festos relata. Petii a doctis amicis Neapolitanis quo loco fuerit monasterium *de monte Petroso*: id tantum ab eis didici montem Petrosum, cui successit recenti aetate *monte Scaglioso*, esse in Apulia prope Metapontum in dioecesi Acheruntina, et monasterium dicatum esse nomini Michaelis archangeli. In hoc martyrologio nullae notationes leguntur propriae dioecesis Acheruntinae, adiectae textui hieronymiano. Id genus natales adiectos animadverto civitatum Beneventi, Capuae, Neapolis in Campania, id est: XI kal. mart. *sancti Barbati episcopi Beneventani;* VIII id. iul. *sancti Apollonii Beneventanae sedis episcopi;* III kal. nov. *In Capua sancti Germani episcopi;* V. id. nov. *Campania Neapolim natalis sancti Agrippini episcopi.*

30.

Cod. coenobii S. Pauli Romae via Ostiensi. — In bibl. coenobii S. Pauli via Ostiensi cod. XVII Miscellaneorum card. Tamburini, chartis non numeratis, insunt fragmenta veteris martyrologii " e codice scripta circa finem decimi et initium undecimi saeculi „. Ubi Tamburinius hunc

(1) *Liturgia sacra*, tom. IV, p. 766. — (2) *Annal.* 827 ap. Pertz, *M. G.*, Scr. tom. I, p. 216; cfr. Vita Hludowici imp., c. 41, apud Pertz, l. c., tom. II, p. 631. — (3) Vide Jaffé-Lowenfeld, *Regesta*, locis citatis. — (4) *De sacris ecclesiae Neapolitanae monumentis*, etc., p. 36. — (5) Tom. VIII, p. 829. — (6) Mich. Monachus, *Sanctuarium Capuanum*, pp. 401. 410, 420, 433, 547. — (7) Vide Sollerium in editione Usuardi, addenda ad xx Octobr.

I. B. R codicem viderit, aut unde eius notitiam habuerit, annotatum haud est. De eius origine nihil scimus. Primum fragmentum incipit a postremis verbis laterculi diei IV idus maias: *cum praemiis caelestibus carus et dignus d(e)o in pace dies huius vitae clausit.* Totidem verba ad eam diem leguntur in Adone. Cetera sequuntur usque ad VI nonas iulias, excerpta maximam partem ex Adone vel ex Beda vulgato. Ad diem vero III kal. iulias natale apostolorum Petri et Pauli iisdem fere verbis, quibus in codice Bernensi, tribus locis adscribitur (Vaticano, via Ostiensi, Catacumbis); quare rarissimum testimonium annotavi ad calcem columnae I (codicis Bernensis). Neque praeterea quicquam inde decerpsi. Reliqua fragmenta continent, primo partem dierum VII et VI. kal. octobres, deinde ab ultimis verbis diei VI kal. oct. ad finem anni. Quare desiderantur a kalendis ian. ad XVIII kal. apr. et a V nonas iul. ad VIII kal. oct.

31.

R = Breviarium Richenoviense, cod. bibl. publ. Turicensis *Hist.* 28. — Martyrologium hieronymianum contractum Richenoviense editum a Sollerio (1) exstat in codice membr. in-4°, saeculi IX, olim coenobii Augiae divitis (Reichenau), nunc bibliothecae publicae Turicensis *Hist.* 28, f. 154-209. Inde Keller edidit vetus necrologium Richenoviense, subiectum martyrologio (2). Huius codicis apographum accuratissimum mihi conficiendum curavi, servata versuum divisione, quod totum exhibeo in col. II, praefixis unicuique articulo litteris *Rich.* Quoties editio nostra variat a Bollandiana Sollerii, id non nisi codice attente inspecto et re perpensa factum scito. De additamentis martyrologio alia manu superadditis lectorem semper admonui, neque cuncta sunt eiusdem aetatis haud multum distantis ab ea, qua librarius Richenoviensis descripsit martyrologium. Nonnulla additamenta videntur facta manu saec. XII, id est ad XIII kal. iunias, ad XI kal. iulias (.... *enesii)*, ad IIII nonas easdem, ad XI kal. aug. Ea vero, quae annotantur ad V idus apriles de corporibus Marci evangelistae et Senesii martyris Augiam translatis multo recentiore manu addita sunt, nempe saeculo XIV. Dedicationes aedium aedicularumque sacrarum *in insula* (Reichenau) adscriptae diebus XVII et XVI kal. sept. pertinent ad ipsum contextum Breviarii Richenoviensis prioris et in aliis quoque similibus breviariis redeunt. Sed in Richenoviensi altero (R¹), in quo huius paene geminum fratrem agnosco, plures huiusmodi dedicationes occurrunt in priore Richenoviensi minime adscriptae. Quod mihi indicio est eas factas esse post confectum breviarium Richenoviense prius. Quare alterum alteri aetate praeire existimo. Richenoviense secundum (R¹) constat exaratum esse ante medium saeculum IX, Richenoviense prius aliquot ante annis confectum censeo. Ceterum in Richenoviensi priore kalendis nov. extremo loco, tamquam de recentiore instituto, mentio fit *festivitatis omnium sanctorum;* de qua alterum Richenoviense silet. Antigraphum igitur, unde hoc pendet, quamvis prima ab origine maiore quam Richenoviense prius antiquitatis praerogativa polleat, eam festivitatem videtur commemorasse, quam in Gallias inductam esse a Gregorio IV an. (827-844) Ado testis coaevus affirmat (3). Breviarium igitur Richenoviense maius post an. 827 confectum erit dicendum, ante 842, quo anno iam exstabat alterum Richenoviense.

De utriusque breviarii Richenoviensis originibus, indole, affinitate cum aliis eiusdem classis, vide comm. de Gellonensi et de utroque Sangallensi.

32.

R¹ = Breviarium Richenoviense alterum in cod. Augiensi CXXVIII bibliothecae Carlsruhensis. — Codex nunc in bibliotheca magni Ducis et civitatis Carlsruhensis inter Augienses notatus CXXVIII in fol., exstabat in coenobio Richenoviensi ante medium saeculum nonum, teste Reginberto in catalogo librorum eius coenobii confecto inter annos 838 et 842 (4). Continet Breviarium Richenoviense martyrologii hieronymiani, inde editum ab Alfredo Holder v. cl. (5). Eius similitudo cum Richenoviensi priore (R), quem typis dedit Sollerius, tanta est, ut nuperus editor Holderus unum ab altero non discreverit. De utroque Richenoviensi et quomodo alter ab altero differat, dixi in appendice ad editionem Holderi, *l. c.*, p. 249 et sqq. Breviarium Augiense CXXVIII (R¹) a Richenoviensi priore (R) parum differt. Pluribus locis contractum est, praesertim initio martyrologii, et auctum dedicationibus monumentorum sacrorum coenobii Augiae divitis XI kal. febr., XVII kal. oct., VII kal. nov.; item memoria Afrae m. in civ. Augusta non. aug. et VIII idus aug. Verum ab ipso Richenoviensi priore descriptum haud est. Caret *festivitate omnium sanctorum* kal. nov., invecta in Gallias post

(1) *Act. SS.*, Iunii tom. VII, p. 5-15. — (2) In *Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft zu Zürich*, tom. VI, 1849, p. 37 seqq. — (3) V. Georgii, *Martyrol. Adonis*, p. 555. — (4) Neugart, *Episcopatus Constantiniensis Alemannicus*, tom. I, p. 547 et sqq. Cfr. Holder, in *Röm. Quartalschrift*, 1889, pp. 204, 205. — (5) *Ibid.*, pp. 205-249.

annum

annum fere 827, quae in Richenoviensi priore annotatur. Richenoviense alterum pendere opinor ex antigrapho aetatis paulo antiquioris, ea qua Richenoviense prius confectum est. Quare omnem inter utrumque varietatem lectionis annotavi et singulis articulis textus Richenoviensis subieci.

33.

R² = Breviarium hieronymianum *Rhinoviense* e codice coenobii huius nominis prope Basileam. — Breviarium Rhinoviense martyrologii hieronymiani edidit Sollerius (1), e codice maiore coenobii Rhinoviensis (Rheinau) iuxta Basileam, cuius vestigia frustra sum persecutus. Desiderabantur membranae dierum VI kal. febr., XIV kal. apr., V kal. oct., IX kal. dec. De codicis aetate nihil monuit Sollerius; de eodem egit in Prolegomenis ad Usuardum § 27, 28. Sed miror eum non vidisse id esse manifeste contractum e breviario Richenoviensi, a quo totus pendet neque valde variat, excepta brevitate. Richenoviense enim duplo fere amplius est Rhinoviensi (R). Igitur variam lectionem Rhinoviensem, quae in orthographicis fere continetur, subieci textui integro Richenoviensi in col. II.

34.

R³ = Breviarium Remense, cod. Paris. lat. 17189. — In codice Paris. lat. 17189, chartaceo saeculi XVII, continentur *varia historica et ecclesiastica*; id est apographa miscellanea ex antiquis codicibus collecta ab Ursm. Durand, in quibus plura martyrologia. A f. 398 ad 412 descriptum est *Martyrologium antiquum abbatiae S. Remigii Remensis*, quod incipit a XVIIII kal. feb., desinit VIII kal. dec.; vetus codex ubi nunc sit, me latet. Lucas d'Achery breviarium Gellonense contulit cum codice S. Remigii; sed hunc vix semel ab eo citatum repperi ad diem kal. nov. (2). Verum breviarium Remense dignum censeo, quod attentius consideretur. Videtur enim pendere ab aliquo exemplari maiore recensionis Fontanellensis, et licet valde breviatum annotationes tamen topographicas nonnumquam pleniores exhibet quam codices maiores, quotquot ad nos pervenere. Sic ad XIII kal. febr. natale Fabiani et Sebastiani his verbis consignat *Rom. in cimit. Calisti catacumbas passio sanctorum F. et S.* Quae si conferantur cum feriali Philocaliano: *Fabiani in Callisti, Sebastiani in Catacumbas*, statim intelleges e tota quam late patet progenie hieronymiana hunc unum codicem Remensem plenae et sincerae annotationis topographicae vestigia servasse, quantumvis luxata. Coemeterium enim Callisti a loco cui nomen *Catacumbas*, debuit secerni, et alterum Fabiano, alterum Sebastiano attribui (3). Eadem fortasse sincera annotatio legebatur in vetere Romano prototypo kalendarii Silvanectensis, quod edidit Leopoldus Delisle e duobus codicibus Parisiensibus saeculi IX (4). In quibus XIII kal. febr. legitur: *Romae passio sancti Fabiani episcopi, et in Catacumbas passio sancti Sebastiani.* Manifestum est post *Romae* excidisse *in coemeterio Callisti*. Sed utrum ea annotatio ex traditione primigenia kalendarii Romani (= Philoc.), an e codicibus hieronymianis ad saeculum IX deminuta pervenerit, haud definio. (Vid. comm. de kalendariis, p. XXXVIII.)

Quae cum ita sint, Breviarium Remense totum mihi describendum curavi et perpetuo contuli cum ceteris omnibus; atque in Excerptis col. II annotavi si quid visum est haud praetermittendum. Ceterum pleraque, quae in hoc uno codice leguntur, pertinent ad additamenta gallicana, in quibus plura propria provinciae Remensis et ab antigrapho hieronymiano sunt prorsus aliena. Duobus locis annotationes animadverti singulares spectantes ad urbem Romam, quae in codicibus hieronymianis recensionis gallicanae Autissiodorensis ad hanc diem notis nuspiam occurrunt. *XV kal. iun. Rom. natal. sancti Iohannis episcopi et confessor.*; is est Iohannes I, quem *defunctum Ravennae in custodia XV kal. iun.* testatur Liber pontificalis (5). Pridie vero idus dec. in Breviario Remensi notatur: *Rom. inventio corporis sancti Pauli apostoli*, quam nuspiam alias me legisse memini. Annotationes gallicanas, quas in Excerpta col. II ex hoc codice haud recepi, moneo quaerendas esse ad dies VIIII et IIII kal. febr.; III non. mart.; VI id. apr.: XVII et XIIII et III kal. maias; III kal. iun.; III id. iun.; VIII et prid. kal. iul.; kal. iul. VI et III non. iul.; XII et VI kal. aug.; XVII et XIII et VIII et V et III kal. sept.; IIII non. sept.; VIII, VII, II id. sept.; id. oct.; XI et pridie kal. nov.; VI id. dec. Ad diem XVII kal. iun. in Breviario Remensi annotatur: *In Hierosolima dedicatio basilicae sanctae Mariae matris Domini.* Haec, opinor, spectant basilicam S. Mariae Hierosolymis conditam aetate fere Karoli Magni, quam Franci tenuere saeculis VIII et IX (6). Denique, ad diem IIII non. nov.: *Dedicatio basil(icae) s. Andreae*, quae quo loco fuerit, nescio.

(1) *Act. SS.*, Iun. tom. VII, pp. 1-5. — (2) *Spicil.*, ed. in fol., tom. II, p. 35. — (3) Delisle, *Memoire sur d'anciens Sacramentaires*, p. 314. — (4) *Roma sott.*, tom. I, p. 236 seqq. — (5) Duchesne, *Lib. Pont.*, tom. I, p. 270. — (6) M. de Vogüé, *Les Églises de la Terre Sainte*, Paris, 1860, p. 262.

35.

I. B. R.

35.

S¹ = Martyrologium Senonense partim hieronymianum in cod. Vat. Reg. 435. — Codex Vat. Reg. 435 celeberrimus est, et iam a Papebrochio proclamatus praeclarus inter hieronymianos vel ab hieronymianis derivatos. Ego eum Bedae S¹ appellavi; non ea quidem mente, quod talem appellationem vere et proprie mereatur, sed eorum consuetudini obsecutus, qui Papebrochio duce hunc codicem Bedanis aggregarunt. Quae sententia quatenus recipi queat, praesertim quae Bedae, quae martyrologii hieronymiani hoc in contextu partes sint, exponere aggredior. Codicis historiam una cum eius crisi paucis attingam.

Volumen est membranaceum, formae quaternariae, foliorum 24, mancum a VI idus sept. ad finem anni. Manifesto pertinet ad ecclesiam Senonensem; nam praeter plures sanctos eius ecclesiae, quorum natales recenset, notat VII idus ian.: *eodem die octavas scae Columbae virginis et martyris.* Quae *octavae* praesertim Senonibus celebrari consuevere. Sed pridie non. maias animadvertenda est *depositio* his verbis expressa: *Augustiduno depositio beati Placidi prbi et abbatis basilicae sci Simforiani martyris.* Quae tam distincta annotatio videtur origine plane Augustodunensis. Opinor ex martyrologio huius ecclesiae desumptum esse et auctum illud, quod usui fuit Senonensibus.

Eius primus omnium mentionem fecit Holstenius, qui in Animadversis ad martyrologium Romanum (1), singulis prope diebus laudat *ms. serenissimae reginae Sueciae.* Post diem vero VIII kal. aug. usque ad mensem dec. discernit duos huiusmodi codices reginae Sueciae. Quorum alter est modo Vat. Reg. 435; alter ille, quem descripsimus inter pleniores, a nobis designatus littera S, cuiusque partem ab VIII kal. aug. ad mensem dec. servari in bibliotheca reginae Suecorum in Vaticana n. 567, in commentario de eo codice, attente monuimus. Deinde de hoc martyrologio, ab Holstenio summa cura collato cum Baroniano, egit Papebrochius; in quo *vetustissimum et praeclarum* Bedanum exemplar agnovit. Denique totum codicem Vat. Reg. 435, praefixo nomine Sanctae Columbae Senonensis, edidit Sollerius (2). De quo praefatus est in Prolegomenis ad Usuardum § 37, his verbis sermonem concludens: " Quidquid sit de Bedae elogiis, omnino fatendum est „ martyrologium hoc, quod olim fuit *S. Columbae* apud Senones, inter illustriora hieronymiani „ martyrologii contracta apographa merito recenseri posse. „

Quod ad eius antiquitatem spectat, ea facile colligitur ex annotationibus historicis et necrologicis ad margines paginarum. Nam pridie idus iun. in margine adscriptum est manu, ut videtur, eadem qua totus codex: *Et nativitas Karolo rege filio Loduici Imperatoris et Iudit.* Nativitas Karoli Calvi incidit in annum 823; quare eo fere tempore vel annis proxime sequentibus codex videtur exaratus. Ceterae annotationes necrologicae in marginibus additae sunt alia manu et pertinent ad dies emortuales Karoli Magni et Ludovici imperatorum, nec non Ermengardis uxoris Ludovici; qui omnes incidunt in saeculum IX. Quo tempore, paulo ocius vel serius, martyrologium Senonense Sanctae Columbae videtur conscriptum.

Quod vero ad crisim textus attinet, hic manifeste praefert duplicem fontem. Alter est historicus, id est ex Actis martyrum desumptus et in eorum brevissima compendia redactus. Quas epitomas cum Bedae verbis ut plurimum convenire manifestum est, quamquam nolim affirmare nihil heic commune esse cum Romano parvo. Altera pars huius martyrologii est tota contracta ex hieronymianis, immo ex optimis eorum exemplaribus. Sic Holstenius ad IV non. ian. animadvertit in hieronymianis eo die legi *Antiochiae Siridoni episcopi eiusdem loci;* et unum codicem reginae Sueciae (id est Vat. Reg. 435) historice veram lectionem perspicue tradere: *Antiochiae Syriae Doni* (i. e. Domni) *episcopi eiusdem loci* (cfr. Florentinium, p. 220). Quare cum constet Bedam revera usum esse hieronymianis, hanc etiam partem martyrologium, de quo dicimus, ab eius textu pendere multa suadent. Sed de re nihil decerno. Certe in elogiis historicis eorumque epitomis hic textus omnino recedit ab exemplari maiore Laureshamensi; in quo uno fragmentum exemplaris hieronymiani, elogiis historicis minime resectis, agnovimus. Ibi VIII kal. ian. de Anastasia martyre, kal. ian. de Almachio item martyre, pridie non. ian. de martyre milite sub Licinio leguntur, quae ne uno quidem verbo in codice Vat. Reg. commemorantur. Optimum exemplar hieronymianum, unde hic textus pendet, ad Bernense, Wissenburgense, Corbeiense propius accessit quam ad Epternacense. Nonnullis tamen locis Epternacensi videtur affinius, quam Bernensi et ceteris. In locum martyrum, quos hoc martyrologium ex hieronymianis sumere neglexit, substituere solet numerum eosque computare. Quare varias lectiones codicis S¹ in ea tantum parte, quae ad historicas epitomas haud pertinet, annotavi, cetera neglexi.

Atque hic monendum iterum censeo studiosum lectorem, id quod aliis quoque locis inculcavi,

(1) *Passio S. Bonifatii martyris* etc. Accesserunt Animadversa ad Mart. Rom. Romae MDCLXIII. Autographum Holstenii repperi in bibl. Barb. B. IX, 17. Cfr. Guérard in *Mélanges d'archeologie et d'hist. de l'École française de Rome,* 1893, p. 155. — (2) *Act. SS.*, Iun. tom. VII, P. II, p. 37 et sqq.

Excerpta

Excerpta mea in col. II non cum breviario tantum Richenoviensi, cui subiciuntur, esse comparanda, sed ea etiam textus pleniores trium columnarum respicere, et cum illis universis debere conferri. Cuncta esse e codice 435 fidenter recipienda, cave ne credas. Luxata et male transposita nomina agnovi, praesertim VI et V kal. febr., V idus iul. et seqq., VII, VI kal. sept. Apographum fidele totius codicis confecit Horatius Marucchi, sodalis et amicus mihi carissimus, cui plurimas gratias refero. I. B. R.

Quae Gradonicus (1) securus asseruit, hunc codicem, a Georgio neglectum, esse antiquissimum omnium exemplarium Adonis sunt oppido falsa.

36.

S² = Breviarium hieronymianum a die VIII idus septembres et deinceps in cod. Vat. Reg. 567. — S² appello martyrologium Senonense codicis Vat. Reg. 567 inde ab VIII id. sept. et deinceps; quod ab initio ad VIIII idus easdem appellavi S et descripsi inter exemplaria pleniora. Iam in commentario de suprascripto pleniori codice S dixi eum ab VIII id sept. ad anni finem (i. e. ad VIIII kal. ian.) suppletum esse textu breviato (2). E. g. ad diem X kal. ian., quae commemorationem omnium romanae sedis episcoporum a Petro apostolo ad initia saeculi IV in codicibus hieronymianis exhibet, ea in hoc codice ad sequentia tantum nomina redacta est : X kal. ian. *Romae natale sanctorum eugenii, eleutheri, urbani, cornelii, traiani, victoris, castulae et alior. D^{cor}. XXX^{ta}.*

Hoc vero breviarium multa continet non ex hieronymianis, sed ex Romano parvo desumpta; neque variae lectiones in ea parte, quae ad hieronymiana pertinet, mihi visae sunt annotandae. Earum enim maximus numerus iam in Excerptis col. II consignatus est ex aliis breviariis, et quae in his non exhibentur, sunt merae nominum depravationes. Quare satis habui hac de re lectores monere, et eam partem codicis S, quae nulli mihi usui fuit, designare littera S².

37.

Tr. = Breviarium e codice Treverensi 1245, olim coenobii S. Martini. — Bollandiani ediderunt (3) " martyrologium hieronymianum e genere contractorum e codice bibl. civitatis Treverensis 1245, " quondam 1418, membraneus, foliorum (seu paginarum) 275, formae minoris ". Pertinuit ad coenobium S. Martini. Editori aetas eius partis codicis, qua continetur martyrologium, referenda videtur ad saeculum VIII vel ad exordia noni; cuius iudicii argumenta edisserit valida et a peritorum nullo improbanda. Praesertim notandum " plerosque sanctos recentiores saeculis VII et VIII in margine " vel supra lineam adiectos esse ". Cum totum textum pari diligentia et peritia typis expressum attente examinaverim, vidi contractum esse e Gellonensi ; ita tamen ut interdum ad formam Labbeani magis videatur accedere quam ad Gellonensis. Pauca propria habet additamenta, quae desunt in G. Pluries Nicomediam ciet cum codice G loco Niciae, quae Labbeani lectio est. Pridie idus et idibus ian., ubi lectio G perturbata est, Treverensis ab ea recedit, accedens ad Lab. Contra IIII non. apr. meminit Niceti confessoris, de quo Lab. tacet : VI id. febr. meminit Sebastiani, de quo G tacet. In summa pendet e breviario simili quidem Gellonensi et Labbeano, minime vero directe ab alterutro. Eius varia lectio vix raro mihi visa est aliquo nomine digna, quae in Excerpta col. II reciperetur. Additamenta huic codici propria, plerumque secunda et tertia manu exarata, a textu recensionis Autissiodorensis manifeste aliena praetermisi.

38.

Breviarium e codice Treverensi S. Maximini. — Sollerius (4) edidit martyrologium mensis iulii tamquam specimen breviarii hieronymiani e codice Sancti Maximini apud Treveros descripto ab A. Wilthemio. Neque de codicis aetate et historia Wilthemius aut Sollerius quicquam referunt. Tantummodo reperio Sollerium scripsisse codicem Sancti Maximini antiquius fuisse et brevius illis, quos *l. c.*, p. VIII, expendit, et sunt saeculi fere XI. De eodem Sollerius paucis egit in Prolegomenis ad Usuardum § 39. Huius codicis quae nunc sedes sit, ignoro; certe alius est a Treverensi (T) nuper vulgato in *Analectis Bollandianis*, tom. II, p. 9 et seqq. Quare eius non nisi mensem iulium editionis Sollerianae potui examinare. Inde agnovi huic breviario multam affinitatem esse cum Remensi (R³) : sane commemorationes proprias provinciae Remensis in codice S. Maximini haud infrequentes fuisse Sollerius testatur in proleg. ad Usuardum (§. 39). Non pauca

(1) *Brixia sacra*, p. XXXVII. — (2) In codice folia sunt male ordinata. — Priore loco ponendum est fol. 10, unde incipit breviarium ab VIII id. sept., deinde fol. 9, demum a folio 11 ad 13. — (3) *Anal. Bolland.*, tom. II, p. 9. — (4) *Act. SS.*, Iun. tom. VII, p. II, p. 47 et sqq.

tamen

I. B. R. tamen in Remensi leguntur, quae desiderantur in Treverensi S. Maximini et vice versa. Id e solius mensis iulii examine didici. Sed quae mense iulio in codice S. Maximini exhibentur neque redeunt in Remensi, cuncta pendent ex aliis breviariis vel e codicibus plenariis nobis notis; uno excepto natali S. Pancratii, sine ulla loci annotatione adscripto diei XII kal. aug., sic : *Nat. S. Pancrati. In Africa nat. SS. Victoris* (praeterea nihil). Africae Victorem cum aliis martyribus hac die assignant codices pleniores col. I et III : eadem die Pancratium neque pleniores neque breviati ulli norunt. Neque plura de codice S. Maximini mihi suppetunt monenda; quo, utpote mihi ignoto praeter mensem iulium, usus minime sum.

§ III. KALENDARIA VEL KALENDARIIS SIMILIA DERIVATA EX HIERONYMIANIS.

Quibus notis kalendaria a martyrologiis discernantur, harum rerum periti satis norunt. Kalendaria festos dies maiores et liturgicas tantum commemorationes consignant. Quorum antiquissimum ad hanc diem nobis notum est *feriale* Philocalianum Romanum (1), cuius nexus cum martyrologio hieronymiano manifestus est; neque tamen inde pendet tabula Philocaliana. Cui proxime accedit kalendarium codici liturgico Veronensi insertum, sed imperfectum; tres enim menses desiderantur. Tum succedunt libri *lectionarii*, qui *comites* dicebantur; id est sacerdotibus ad sacra facienda destinatis comites assidui (2), in quibus, saltem Romae, sola vel fere sola nomina martyrum insigniorum statis diebus praefixa erant lectionibus liturgicis. Neque enim, ut ad usum publicum totius ecclesiae et stationum sollemniorum inservirent, erant conscripti, sed ad privatum uniuscuiusque sacerdotis vel uniuscuiusque *parochiae*, ut plurimum, in agris constitutae. Huiusmodi liber *comes* recensetur in supellectili ecclesiae Cornutianae in agro Tiburtino an. 471 (3). Eiusdem classis librum *comitem* edidit Vallarsius, inter libros Hieronymo adscriptos, cui et martyrologium est attributum (4). Quare factum est, ut labente tempore hi fasti liturgici excerpti e libris *comitibus* et ex evangeliariis in capitula lectionum subdivisis redigerentur in tabulas *feriales* (capitularia evangeliorum inscribuntur), tamquam veri nominis kalendaria; praesertim in capite codicum, quos vulgo *missales* appellamus. Horum fastorum nonnulli habiti sunt pro hieronymianis, quemadmodum alii Bedani; licet a martyrologiis hieronymiano et Bedae sint indole et origine prorsus diversi et vix ullo modo inde pendeant (5). Hos ego in Excerptis meis numquam adhibui. Sed ne eorum omnis hic notitia desideretur, de hac quoque codicum classe censeo paucis agendum.

Tabula certe Philocaliana, codex liturgicus Veronensis, kalendarium Carthaginiense, capitularia evangeliorum et si quae sunt similia conferri debent cum martyrologio hieronymiano; licet sint origine prorsus distincta. Liber tamen *comes* editus a Vallarsio cum hieronymianis tali nexu coniungitur, ut huius martyrologii nonnullos errores sive lectiones interpolatas ad eum pervenisse et his inquinatum eum esse possit demonstrari. E. g. III id. aug. Vallarsii *Liber comes* habet : *Romae natale sanctorum Tiburtii, Valeriani, Ceciliae :* certo autem constat Tiburtium ea die sepultum via Labicana diversum esse ab eo, qui cum Valeriano et Caecilia via Appia conditus erat. Nomina eorum huc intrusa inscitiae alicuius interpolatoris deberi in *Roma sotterranea*, tom. II, p. 153, 154 exposui. Quare nomina martyrum in *Libro comite* Vallarsiano consignata ab exemplari hieronymiano interpolato certe hausta sunt et cum eo conferenda. Qua collatione facta, haud quicquam inde didici profuturum lectioni textus hieronymiani emendandae vel supplendae.

Prorsus oppositum dicendum est de Silvanectensi kalendario, quod e duobus codicibus Parisiensibus saeculi IX edidit Leopoldus Delisle, inter plura variae originis multique pretii id genus documenta (6). Quorum tamen nulla notas exhibent, quales praefert textus Silvanectensis, in quo annotationes topographicae occurrunt tum locorum diversorum, tum propriae urbis Romae. Urbanae conferendae quidem sunt cum feriali Philocaliano et codice liturgico bibliothecae Veronensis; sed manifestis argumentis probari potest kalendarii Silvanectensis primam originem ab exemplaribus hieronymianis, quemadmodum ea ad nos pervenere, esse prorsus alienam. Nam VIII kal. ian. in utroque codice kalendarii Silvanectensis legitur : *via Appia, depositio Urbani, papae et martyris :* quae sincera lectio est et historiae monumentis conformis. Sed in exemplaribus omnibus martyrologii hieronymiani eius formae, qua illud nobis traditum est, Urbani natale indicatur via Nomentana, miliario octavo. Cuius erroris ab interpolatore in textum hieronymianum illati quae origo fuerit, iam demonstravi (7) et collega meus Ludovicus Duchesne confirmavit (8). Kalendarium

(1) Vid. quae scripsi in *Roma sotterranea*, tom. I, p. 116 et seqq. — (2) Vetus codex *lectionarius* ecclesiae Toletanae nuper editus ridiculo errore dictus est *Comicus* loco *Comes*. Vid. Morin, *Anecdota Maredsolana*, tom. I, p. v. — (3) Bruzza, *Regesto della chiesa di Tivoli*, p. 15 et seqq. in *Studii e Documenti di Storia e Diritto*, tom. I; Duchesne, *Liber Pontificalis*, tom. I, p. 146 et seqq. — (4) Vallarsi, *Opp. S. Hieronymi*, tom. XI, p. 529 et seqq. — (5) Vid. e. g. Martene, *Thesaurus anecdotorum*, tom. III, p. 1587, 1591 et seqq., et Zaccaria, *Anecdotorum medii aevi*, p. 182. — (6) Delisle, *Memoire sur d'anciens Sacramentaires*, p. 314 seqq. — (7) Vide quae scripsi *Roma sotterranea*, tom. II, p. xxiii, xxv; pp. 53, 151 et seqq. — (8) Duchesne, *Liber Pontificalis*, tom. I, p. xlvi, xlvii; cfr. p. 144.

ergo

ergo Silvanectense ab hoc errore prorsus immune et veram stationem ad sepulcrum Urbani via Appia designans a textu hieronymiano interpolato, saltem qualem nos habemus, certe haud pendet. Sic XIV kal. iul. martyres Marcus et Marcellianus in corruptelis exemplarium hieronymianorum leguntur positi *via Ardeatina in civitate* (lege *coemeterio) Balbinae* (quod fuit inter Appiam et Ardeatinam), cum certum sit illos sepultos esse via proprie Ardeatina ad basilicam Damasi. Sane in kalendario Silvanectensi eo die legitur : *Rome, in cimiterio Damasi, Marci et Marcelliani fratrum.* Item nonis oct. in exemplaribus hieronymianis depositio Marci papae ponitur via Appia; in kalendario Silvanectensi via Ardeatina. Marcus depositus est in coemeterio Balbinae inter Appiam et Ardeatinam, ita tamen ut ad Ardeatinam potius quam ad Appiam videretur pertinere. Uno verbo kalendarium, de quo dicimus, dignissimum est, quod cum Philocaliano et codice Veronensi conferatur; et cuius ratio habeatur ab hagiographis et archaeologis, praesertim in iis quae spectant ad coemeteria urbis Romae; sed cum textu hieronymiano interpolato originis communio ei nulla intercedit. I. B. R.

Alia tamen sunt kalendaria, quae ab hieronymianis vere pendent, quamquam sint ab eius classis breviariis toto caelo dissimilia. Antiquissimum fortasse huius classis exemplum praebet kalendarium nondum, opinor, editum, uncialibus litteris exaratum exeunte saeculo VII vel ineunte VIII in codice Paris. Nat. 14086, quod fuit vere *feriale* coenobii Luxoviensis, ad hieronymianam praesertim traditionem accommodatum. Sed multo recentiora kalendaria ex hieronymianis ortum ducunt, de quibus paucis monendum lectorem censeo. Codex e. g. Vat. Ott. lat. 3, membraneus, in-8°, scriptus saeculo XII-XIII continet martyrologium breve redactum in formam kalendarii ad usum coenobii Casinensis; nam ad V kal. oct. legitur : *hic in Casino dedicatio* etc. Manifeste autem pendet partim ex hieronymianis, partim ex historicis. Sed brevitas annotationum in formam kalendarii efficit, ut quae ex hieronymianis in huiusmodi tabulas strictim referuntur, in pluribus codicibus obvia sint, neque ad textum primigenium iure supplendum vel emendandum videantur adhibenda.

Huius fere classis est *fragmentum pervetusti martyrologii ecclesiae Turonensis*, quod hoc praefixo titulo edidit Martene (1), *ex manuscripto ecclesiae Turonensis.* Kalendario magis quam martyrologio simile est : nam quibus diebus natales martyrum vel confessorum sollemniores desunt, in eorum locum substituuntur duo vel tria nomina absque ullo delectu excerpta e laterculis hieronymianis. E. g. V non. iul. in Turonensi martyrologio-kalendario legitur tantum : *Severi, Eufemiae, Eracli.* Primum nomen electum est e censu martyrum Tarsi in Cappadocia, secundum e martyribus Constantinopolitanis, tertium ex Alexandrinis. III non. easdem legitur : *Agazoni, Triphonis, Theodori* Primum et alterum nomen sunt martyrum Siculorum *(Agazoni* corruptum loco *Agathonis)*, tertium est martyris Tomitani (corruptum *Theodori* loco *Theodoti)*. Nonis iisdem : *Appollonii, Publii cum aliis XXIX.* Nomina sunt electa inter alia multa martyrum Alexandrinorum. Sed in codice Bernensi legitur *cum aliis XVIIII*, in ceteris codicibus XVIII. Hanc varietatem aliasque similes tanti non feci, ut eas censerem recipiendas e kalendariis et inscribendas in Excerptis col. II.

Specimen valde notabile huius generis kalendariorum, quae cum martyrologio hieronymiano intimo nexu sunt coniuncta vel inde derivata, dant codices italici, saeculi fere IX, Veronensis Capit. CVI et Aretinus fraternitatis Sanctae Mariae VI, 3. In quibus singulis diebus, qui sollemniori festo vacant, in huius locum substituta sunt duo tantum, raro plura, nomina martyrum cuiuslibet loci e codicibus hieronymianis; nulla habita ratione cultus celebrioris. Sic initio mensis ianuarii, praeter dies sollemnes festivitatum Domini nostri vel alicuius sancti, in utroque codice legitur :

III non.	Ysidori, machari (in codice Aretino prius *martini*, deinde partim deletum).	VI id.	Timothei, lucii.
II non.	Aquilini, hermetis.	V id.	Epicti, vitalis, etc., etc., etc.

Horum nominum varietates, si quas depravata lectio codicum exhibet, annotandas haud curavi in Excerptis col. II.

Plura de his kalendariis expendendis seorsum a breviariis hieronymianis haud censeo monenda.

(1) *Thesaurus novus anecdotorum*, tom. III, p. 1587 et seqq.

CAPUT

L. D

CAPUT SECUNDUM.

DE GALLICANA MARTYROLOGII RECENSIONE.

§ I. DE PATRIA ET AETATE RECENSIONIS.

Codices supra declarati multas multimodasque varietates exhibent; alii pleniores sunt, alii breviati: omnes pro diverso usu ecclesiarum monasteriorumve interpolati sunt, propriis additis festis vel commemorationibus. Ea tamen omnigena varietate sublata, communis apparet textus, in omnibus codicibus reperiendus. Is est ad quem studium convertimus.

Exorditur liber duabus epistulis, Chromatii et Heliodori ad Hieronymum, Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum. In illa sollicitatur Hieronymus ad laborem; in altera consilium operis aperit. Nempe " famosissimum feriale de archivis Eusebii Caesariensis „ evolvit, ut inde extraheret nomina martyrum omni die alicubi colendorum cultorumve. Sed non omnia extraxit, ne multitudo fastidium ingereret. Tot enim sunt, ut vix una dies exstet quae non plus quam quingentis insigniatur. Igitur eos tantum sanctos ex omnibus selegit " qui sunt in amplissima festivitate apud suos „. De nominibus tantum in utraque epistula sermo est, minime vero de historiis, etiam brevissimis. Ceterum apostolorum festa, etsi secundum ordinem kalendarii ea distribuerat, noluit Hieronymus diebus variis dividi, sed in prima parte libelli ea simul composuit.

Sane post epistulas sequitur in codicibus index complectens festivitates omnium apostolorum, incipiens a coryphaeis Petro et Paulo, pergensque ordine quem voluit auctor, certe diverso ab ordine kalendarii. Cum eo indice vel loco eius aliqui codices tradunt *Breviarium* quoddam *Apostolorum*, valde diversum, de cuius origine seiunctam prosequemur investigationem.

Post indiculum apostolorum incipit martyrologium, sive a kalendis ianuarii, sive a Natali Domini sumpto exordio. Anni ecclesiastici forma gallicani usus non pauca indicia praebet. Kalendis ianuarii inscribitur festum *Circumcisionis Domini*, non *Octavarum Domini* : hoc romanum est, illud gallicanum (1). Die ianuarii 18 annotantur festivitates *Depositionis b. Mariae* et *Cathedrae s. Petri in Roma* (2), quas priscus Romanorum usus, saltem eo die, penitus ignoravit, sollemnes olim habuit ecclesia gallicana. Diebus martii 25 et 27 commemorantur *Passio et Resurrectio Domini* (3); 3 maii *Inventio S. Crucis;* 29 augusti *Passio S. Ioannis Baptistae ;* 27 decembris *Iacobi et Ioannis evangelistae* communis sollemnitas: quae omnia gallicanum sapiunt ritum, discedunt a romano (4).

Maioris momenti est quod gallicanorum sanctorum festivitates quotidie fere annuntiantur, neque eorum tantum qui sub imperatoribus martyrio claruerunt, aut mox post redditam Ecclesiae pacem floruerunt, quales sunt Hilarius et Martinus, sed eorum, qui usque ad saeculum VI adultum vel senescens honore aliquo apud suos fruebantur. Atque eae commemorationes plerumque ad calcem laterculorum positae sunt, et eo facilius distinguuntur quod textus ibi apparet a consueta corruptela fere immunis. Scilicet ita res sese habuisse videtur, ut, completo et immaniter iam corrupto martyrologio, gallicani sancti accesserint, secundis curis alicuius recensoris. Qui cum reliqui textus sanationem parum curaret aut de ea desperaret, patrios sanctos adiungere satis habuit, idque non infelici omine praestitit; nam qui successerunt scribae ceteros sanctos perrexerunt pessumdare, gallicanis tamen faciem qua recognoscantur non omnino abstulerunt.

Quo Galliae loco recensio ea facta sit non obscure indicant ipsi sancti, pro civitatibus pauciores vel numerosiores. Multae sunt ecclesiae quae nullum ibi sanctum contulerunt, paucae vero quae multos, ut apparet ex tabella subiecta, in qua quae civitates quoties in martyrologio (5) nominentur enotavi.

EX PROVINCIA	
Arelatensi :	Arelate 5, Massilia 1, Vapincum 2.
Narbonensi :	Narbona 1, Tolosa 2, Nemausus 1, Helena 1.
Elusana :	Bigorra 1, Ausci 1, Vicus Iulii 1.
Burdigalensi :	Aginnum 3, Santones 4, Pictavi 6.
Bituricensi :	Biturigae 6, Arverni 8, Ruteni 1, Lemovices 2, Gabalum 1.
Viennensi :	Vienna 8, Genava 2, Gratianopolis 1, Valentia 2, Dea 1, Octodurus 1.
Lugdunensi :	Lugdunum 26, Augustodunum 25, Cabillonum 3, Lingones 4.

(1) Concil. Turon. a. 567, c. 17; cfr. Sacramentarium Bobbiense, Lectionarium Luxoviense, gallicanos libros; Duchesne, *Origines du culte chrétien*, p. 262. — (2) Duchesne, *op. cit.*, pp. 258, 267. Cfr. praeter libros liturgicos gallicanos, Greg. Tur. *Gl. mart.* 8; *Libell. de episcopis Turonicis* (Perpetui ep. kalendarium). — (3) *Ibid.*, p. 252; Perpetui kalendarium; Martini Braccarensis lib. de Pascha, c. 1 (Migne, *P. L.*, tom. LXXII, p. 50). — (4) *Ibid.*, pp. 257, 259, 264. — (5) Hic intellege textum omnibus plenioribus et Epternacensi communem, minime vero textum alicuius codicis singularis.

Senonensi :

L. D.

Senonensi : Senones 2, Autissiodorum 30, Trecae 3, Aureliani 8, Parisii 5.
Turonensi : Turones 7, Cenomanni 1, Redones 2, Andecavi 2, Namnetae 2.
Rotomagensi :
Remensi : Remi 4, Suessiones 3, Ambiani 1, Catalauni 1.
Trevirensi : Treveri 4.
Moguntina :
Coloniensi : Colonia 2.
Vesuntionensi : Vesuntio 1.

Autissiodorum, Augustodunum, Lugdunum longe praestant, Autissiodorum maxime. Id eo magis mirum est, quod ea civitas prae duobus aliis ignobilis certe fuit. De ea rara mentio apud Gregorium Turonensem, qui inter tot loca sancta solam ibi S. Germani basilicam nominat, et praeter Germanum nullum episcopum Autissiodorensem, nisi coaevum sibi Aunacharium. Lugdunenses episcopi 14 vel 15 recensentur, Augustodunenses 15, Autissiodorenses 17. Ex Lugdunensibus desunt multi, scilicet 10 inter Irenaeum et Iustum, saeculi V Martinus, Elpidius, Senator. Qui desint ex Augustodunensibus non apparet : ea enim ecclesia catalogos episcoporum non habet nisi valde mutilos. Autissiodorensium vix unus a martyrologio exsulat, id est Droctoaldus, de quo *Gestorum* (1) auctores (c. 15) " nihil memorabile reperisse „ fatentur nisi diem obitus VI id. nov. In unius Germani honorem tria festa assignantur; loca sancta, basilicae saepe nominantur; translationes, dedicationes, id est anniversaria parvi omnino momenti, quae in propria tantum ecclesia celebrari solent, hic saepe recoluntur.

Ceterum ut ea res clariorem in lucem ponatur, hic subicio tria kalendaria, Lugdunense, Augustodunense, Autissiodorense, qualia ex codicibus nostris eruuntur. In iis, nisi aliter notatum sit, *recto* charactere expressa sunt verba omnibus codicibus maioribus communia, nempe Bernensi, Epternacensi et iis, qui in tertia nostrae editionis columna apponuntur, *inclinato* charactere quae desunt in Epternacensi, *inclinato inter uncos* quae desunt in Epternacensi simul et in Bernensi.

KALENDARIUM LUGDUNENSE.

XIIII k. feb. *Lugduno ordinatio episcopatus s.* Niceti episcopi.
XIII k. feb. Lugduno *Galliae* Clementis presbyteri (2).
III non. feb. Lugduno depositio b. Lupicini *episcopi*.
id. feb. Lugduno depositio *b*. Stephani episcopi.
IIII non. apr. Lugduno Galliae depositio Niceti episcopi.
III id. apr. Lugduno Galliae *depositio* Syagrii patricii (3).
X k. mai. Lugduno Galliae *passio* s. Epipodi.
VIII k. mai. Lugduno in Gallia (4) *passio* Alexandri et aliorum XXXIIII (5) *et dedicatio criptae ubi corpora eorum requiescunt.*
VII k. mai. Lugduno civitate (6) *depositio* b. Rustici episcopi.
IIII non. iun. Lugduno Galliae XLVIII martyrum, hoc est Potini etc.
IIII k. iul. Lugduno Galliae Hirenei episcopi cum aliis VII (7).
IIII id. iul. Lugduno Galliae Viventioli episcopi.
XIIII k. aug. Lugduno Galliae Rustici *presbyteri et confessoris* (8).
II non. aug. Translatio s. Iusti episcopi (E).
Lugduno Galliae adventus corporis s. Iusti episcopi de eremo.
id. aug. Lugduno *Galliae* Antiochi episcopi.
X k. sept. Lugduno Galliae Minervini Eleazari cum filiis VIII (9).
IIII non. sept. Lugduno *Galliae* depositio Iusti episcopi *[et dedicatio basilicae ipsius].*
III id. sept. Lugduno Galliae Patientis episcopi.
II id. sept. Lugduno *b*. Sacerdotis episcopi.
XVII k. oct. Lugduno *Galliae* b. Alpini episcopi (10).
VIII k. oct. Lugduno *Galliae* depositio Lupi episcopi.
II id. oct. Lugduno *Galliae [translatio corporis s.]* Iusti episcopi.
XII k. nov. Lugduno *Galliae* (11) Iusti b. Victoris pueri *discipuli S. Iusti episcopi.*
III id. nov. Lugduno *Galliae depositio* Verani episcopi (12).
XVI k. dec. Lugduno *Galliae* Eucheri (13) episcopi.
XVIIII k. ian. Lugduno Galliae Victoris episcopi (14).

KALENDARIUM AUGUSTODUNENSE.

k. ian. Augustoduno depositio *b*. Agrippini episcopi.
II non. ian. Gai Aedui episcopi (15).
VI id. ian. Augustoduno depositio *b*. Egemoni episcopi.
non. mai. Augustoduno depositio *b*. Placiti presbyteri (16).
id. mai. Augustoduno Rheticii episcopi.
VIII k. iul. *In civitate* Augustoduno depositio s. Simplicii episcopi.

(1) *Gesta pontificum Autissiodorensium*. Labbe, *Nova Bibl.*; Migne, *P. L.*, tom. CXXXVIII; Duru, *Bibliotheque historique de l'Yonne*, tom I. — (2) Sanctus aliunde ignotus. — (3) Quis hic fuerit, ambigitur inter plures Syagrios Lugduni notos. Certe iuxta basilicam S. Iusti exstitit *conditorium Syagrii consulis*, a Sidonio (Ep. V, 17) memoratum. — (4) Ita E; *cett* : In Lugduno civitate Galliae. — (5) Et aliis XXXIIII B, W etc. — (6) Civitate E *solus*. — (7) VII E, VI *cett*. — (8) Rustici episcopi E ; si hoc verum esset, dicendum foret hic natale ordinationis commemorari, cum iam VII k. mai. depositio notata sit. — (9) Martyres ignoti ; mihi videntur esse SS. Machabei ; Ado addit : quorum corpora in crypta, quae urbi ab occidente imminet, condita habentur. — (10) Appini E, Albini *cett*. — (11) Ibi deesse videtur *in basilica* aut aliquid simile. — (12) Vinciensis. — (13) E Cessari. — (14) Sedis ignotae. — (15) Aed. ep. *om. omnes praeter* E. — (16) Ignoti.

L. D.

k. iul. Augustoduno depositio Leontii episcopi.
II non. iul. Augustoduno *depositio* (1) s. Leontii episcopi.
II k. aug. Augustoduno dedicatio ecclesiae senioris [et s. Nazarii] et translatio multorum sanctorum martyrum [in ipsa ecclesia] (2).
III non. aug. Augustoduno depositio Eufronii episcopi.
non. aug. Augustoduno Cassiani episcopi.
XI k. sept. Augustoduno in Galliis s. Symphoriani *martyris*.
X k. sept. Augustoduno Flaviani episcopi.
VIIII k. sept. In territorio Edua civitate vico Cervidunensi (3) *dep. s. Eptadii presbyteri.*
VI k. sept. Augustoduno *natale* (4) *domni* (5) Syagrii episcopi.
[IIII non. sept. Augustoduno depositio b. Syagrii episcopi.]
II id. sept. Augustoduno *civitate* Evantii episcopi.
id. sept. Augustoduno *b.* Nectarii episcopi.
VIII k. oct. In Gallia *civitate* Augustoduno *vico Sedeloco* natale *ss.* Andocii Thyrsi et Felicis martyrum.
V k. oct. *[In territorio]* Aeduae civitatis *castro Duisma* (6) natale Florentiani.
k. nov. *In Gallia* Augustoduno Pimini (7) episcopi.
II non. nov. Augustoduno Proculi episcopi.
XIII k. dec. Augustoduno Simplicii episcopi.
X k. dec. Augustoduno (8) Pragmatii episcopi.
VI k. dec. Augustoduno depositio s. Amatoris *episcopi.*

KALENDARIUM AUTISSIODORENSE.

XVII k. mai. In Autesiodero Galliae dedicatio baptisterii qui est iuxta basilicam s. Germani episcopi et confessoris [ubi sunt conditae reliquiae s. Iohannis evangelistae. In eadem die dedicatio altaris s. Iuliani martyris qui Brivate partibus est].
[XIIII k. mai. Autisiodero in Gallia dedicatio altaris senioris ecclesiae.]
XII k. mai. In civitate Autisiodoro s. Meriani (9) presbyteri et confessoris.
k. mai. Autissiodoro civitate *depositio s.* Amatoris episcopi.
VI non. mai. Altiodoro translatio *corporum* ss. confessorum Optati episcopi, Memori presbyteri et Sanciani presbyteri.
V non. mai. *In* civitate Autisiodoro depositio et translatio sanctorum (10) Eusebi presbyteri et Aviti diaconi.
IIII non. mai. Autisiodoro translatio et depositio (11) *s.* Corcodomi diaconi *in basilica s. Amatoris.*
III non. mai. Autisiodoro passio s. Iuviniani (12) lectoris *et martyris [translatio* (13) *in basilica s. Amatoris].*
II non. mai. Autisiodoro depositio Valeriani (14) episcopi.
VIII id. mai. Autisiodoro depositio Elladi (15) episcopi.
III id. mai. Autisiodoro depositio et translatio *corporis s.* Marcelliani episcopi.
XVII k. iun. Autisiodoro civitate s. Peregrini episcopi (E).
In territorio Autesioderensi vico Baiaco passio s. Peregrini episcopi primi civitatis ipsius.
XII k. iun. *In* civitate Autisiodoro depositio *b.* Valentis (16) presbyteri *et confessoris.*
XI k. iun. *In* civitate Autisiodoro depositio et translatio *corporis s.* Helenae virginis.
VII k. iun. Autisiodoro civitate passio Prisci.
Autisiodoro (17) *loco Cociaco passio s. Prisci cum sociis suis innumera martyrum multitudine.*
IIII id. iun. *In* Autisiodoro *depositio* Censuri episcopi.
XVI k. aug. Autisiodoro *[depositio b.]* Theodosii episcopi.
VI k. aug. Autisiodoro civitate (18) depositio *s.* Etherii episcopi.
IIII k. aug. Autissiodoro civitate depositio *b.* Ursi episcopi.
II k. aug. Autisiodoro depositio *s.* Germani episcopi *et confessoris* et (19) *natale* domni Aunarii (20) episcopi.
VII k. sept. Autissiodoro Eleutheri episcopi.
II k. sept. Autissiodoro Optati episcopi.
X k. oct. Autissiodoro Germani episcopi. (E)
In Gallia civitate Autisiodero (21) *adventus et exceptio corporis s. Germani episcopi et confessoris ab Italia.*
IIII k. oct. Autisiodoro Elodii (22) episcopi.
III k. oct. Autesiodoro depositio Fraterni episcopi.
k. oct. S. Germani episcopi. (E)
In Gallia civitate Autisioderinsium depositio s. Germani episcopi et confessoris.
IIII non. oct. Autisiodoro *depositio* Marsi presbyteri.
III non. oct. Autisiodoro (23) Firmati diaconi et Flavianae (24) virginis *Deo sacratae.*
II non. oct. In Gallia civitate (25) Autisiodoro Romani episcopi.
XIIII k. ian. Autisiodoro civitate b. Gregorii episcopi.

Igitur primo, ut ita dicam, conspectu, recensio nostra Autissiodorensem sese prodit. Sed maius est quod in principio cuiusvis mensis appicta sit rubrica *Laetanias indicendas*. De litaniis certis *anni* diebus peragendis documenta plurima habemus in libris liturgicis, in kalendariis, in conciliorum canonibus; de litaniis *mensualibus* nulla nisi in Gestis episcoporum Autissiodorensium. Ibi c. 19 relata

(1) Pro *dep.* E habet *passio*, errore, ut creditur; nam de eodem sancto videtur agi, qui de k. iul. iam memoratur. Sed potuit pro *Augustoduno Lugduno* scribi; Lugduni enim episcopus Leontius solus ex iis, qui saeculo VI illi ecclesiae praefuerunt, in martyrologio hieronymiano minime commemoratur. — (2) [ ] solus B. — (3) Cernon, Nièvre. Sanctus iste Clodovei temporibus vixit. — (4) Depositio E W. — (5) Sancti W. — (6) Castr. Du. *solus* B. Duesme, Côte-d'Or. Sanctus saeculi V. — (7) Ita E; Primini B; Primi *cett.* Hic in *Actis SS.*, Nov. tom. I, p. 130, ad Alexandriam refertur coniectura audaci et incerta. — (8) Leoduno Galliae *male* E. — (9) *Ita* E; *cett.* Martini. Vixit saeculo V. — (10) *Ita* E. *Cett. addunt* et confessorum. — (11) *Pro* tr. et dep., *cett. habent* depositio et translatio corporis. — (12) Iuliani *E.* — (13) *Haec solus* B. — (14) *Ita* E; *cett.* Valeri. — (15) Pelladi E. — (16) Valis *alii.* — (17) *Ita* B; *cett.* In territorio Autisiodorensi. — (18) *Ita* E; *cett.* In civ. Aut. — (19) Et-episcopi *Ita* E B; *cett.* Aunachari episcopi (natalicium C S) de ordinatione episcopati. — (20) Auinari E; Aunachari *cett.* — (21) *Ita* B; *cett.* In Autisiodoro civitate Galliae. — (22) *Ita* E; *cett.* Alodii. — (23) *Ita* E; *cett.* in Gallia civitate Aut. — (24) Flavinae E. — (25) *Ita* E B *om.* Gallia civ.; *cett. om.* Gallia.

L. D

relata est constitutio quaedam Aunacharii episcopi, quae etiam Guntramni regis auctoritate roborata fuit, quaeque spectat ad litanias. Quolibet mense, die kalendarum, Autissiodori ab una ex urbanis basilicis litania agebatur, reliquis diebus ab ecclesiis vicorum. Cum ea constitutione congruere rubricam de litaniis indicendis, initiis mensium in martyrologio praescriptam, primus Rossius vidit.

Idem inspectis nataliciis episcoporum agnovit ultimi inter Autissiodorenses praesules, qui ibi nominantur, nempe Aunarii vel Aunacharii, non depositionem commemorari, sed natale suscepti episcopatus; unde, cum non de celeberrimo aliquo episcopo agatur, cuius utrumque anniversarium potuerit etiam eo mortuo celebrari, sed de gregali, ut ita dicam, praesule, recte concludit vir (1) eximius vivente Aunachario martyrologium ad eam formam adactum fuisse quam eruimus ex codicibus. Atque idem dicendum est de Syagrio, Augustodunensi episcopo († 599 vel 600), cuius natale tantum, non vero depositio, in antiquioribus codicibus relatum est (2).

Igitur Autissiodori recensitum est martyrologium sub episcopatu Aunacharii, vivente etiam tum Syagrio Augustodunensi, id est circa finem saeculi VI, atque ex ea recensione pendent omnes, quotquot habemus, codices (3).

Verum cum diu sederint Aunacharius et Syagrius, artiores quaerendi sunt limites. Ex tot sanctis Gallicanis quos concorditer exhibent omnes codices, recentissimus est (XII k. feb.) Avitus Arvernorum episcopus, Turonensis Gregorii praeceptor et amicus. Is de eo saepe verbum facit, ita ut appareat Avitum in vivis fuisse adhuc an. 590, quo dicitur captivorum quorundam libertatem ab Eulalio comite obtinuisse (4). Ceterum etsi ultra hoc tempus in Historia Francorum minime compareat, videtur tamen perdurasse usque ad finem circiter anni 591, quo exeunte finem Gregorius posuit annalibus; nam qua erat cum Avito coniunctione devinctus, eius obitum ab eo praetermissum fuisse non facile quis existimabit. Ergo non ante diem 21 ianuarii an. 592, obiit Avitus; neque ante eum annum describi potuit archetypus omnium quotquot novimus codicum recensionis Autissiodorensis. Sed neque multo post. Constat enim codices nostros qui tot saeculi VI praecedentiumque commemorationes et easdem et iisdem terminis et eodem laterculorum loco exhibent, immaniter discordare in hagiographia saeculi VII, immo et saeculi VI extremi. Quod nunc in genere dictum clarius in sequentibus apparebit.

§ II. DE CODICUM CLASSIBUS ET AUCTORITATE.

Familias codicum quas iamdudum constituit Rossius (5) omnino esse servandas et ego censeo, et, ut arbitror, censebit quisquis paulo attentius textus inter se conferet quos in tribus columnis distribuimus.

Codex Guelferbytanus, olim Wissenburgensis, cum iis qui litteris L, M, V, designantur, exemplar nobis repraesentat saeculi VIII fere mediantis, quod erat ad usum Fontanellensis in Neustria monasterii. Ad eandem regionem pertinuit codex C Corbeiensis et codex S, origine, ut videtur, Baiocassinus. Sed omissis Fontanellensibus aliisque eius generis additamentis, textum communem omnes eodem modo referunt.

Bernensis, cuius progenitorem aliquem in Bituricensi territorio fuisse conicio, etsi in multis cum superioribus concordat, multa tamen habet sibi propria. Neque ea tantum continentur in rubricis topographicis, quae saepe ibi plenius enuntiantur, aut in festis sanctorum saeculi VII; diversitas enim attingit aliquando textum ipsum communem.

Epternacensem inter et ceteros quos nominavi, id est qui ei sunt in editione nostra a dextris et a sinistris, diversitas currit longe maior quam ea qua Bernensis discedit a superioribus. Breviatum eum dixit Rossius; utique breviatus est, maxime in rubricis locorum. Sed textus quem

(1) *Roma sott.*, tom. II, p. XVII. — (2) Etiam Nicetii ultimi Lugdunensium episcoporum ordinatio commemoratur (XIII k. feb.); sed adest et eius depositio quae contigit IIII non. apr. 573. — (3) Argumenta quae obiecit V. De Buck, *Études religieuses*, 1868, tom. II, p. 284, facile dissolvuntur. Obicit 1° die XVII k. mai commemorari dedicationem altaris S. Iuliani, quam *Gesta* referunt ab episcopo Palladio fuisse factam, altero Aunacharii successore; 2° die XIIII k. mai. aliam dedicationem altaris quae, ut *Gesta* tradunt, sub Desiderio celebrata est, Aunacharii successore; 3° die VIII k. iunii sepultura Urbani papae non ad coemeterium Praetextati attributa est, sed loco cuidam viae Nomentanae; quod Libro pontificali contradicit, atque originem habet ex perturbatis lineis tabellae cuiusdam sepulcrorum pontificum, quae non desinit nisi in Zachariam († 752). Ergo non nisi post Zachariam errore isto codices hieronymiani infecti esse potuerunt; ergo archetypus eorum post an. 752 descriptus est. Respondetur : Ad 1um. Gesta minime loquuntur de altari a Palladio exstructo, sed de puellari monasterio condito; immo referunt ante Palladium ibi fuisse S. Iuliani monasterium virorum, « parvo ambitu constructum ». — Ad 2um. In codicibus primariis Epternacensi et Bernensi, haec dedicatio minime legitur; unde apparet eam constituto iam, immo etiam evulgato textu, in quosdam codices esse adiectam. Atque id valeret etiam de praecedenti, si opus esset. — Ad 3um. Erroris fons recte detectus est; sed quomodo probatur tabellam illam VIII demum saeculo fuisse conscriptam? Certe multo ante Zachariam eam exstitisse necesse est; error enim cui ortum dedit iam prostat in codice Epternacensi, Zacharia admodum antiquiore. Ceterum si cui probavi quae asserui de origine alius erroris ex eodem fonte orti, quique spectat ad sepulcra pontificum Aniceti et Soteris (*Liber pontif.*, tom. I, p. CLVII), is ad saeculum VIum hocque non valde adultum tabellam ipsam referet. — (4) *H. Fr.*, X, 6. — (5) *Roma sott.*, tom. II, p. XI et sqq.

breviatum

L. D. breviatum tradit mire diversus fuit ab eo quem ceteri simul repraesentant. Ideo mihi videtur constituere per se solus unam classem codicum eamque originis antiquioris; ceteri simul alteram; demum, excepto Bernensi, qui reliqui sunt tertiam posteriorem. Quod stemmate prae oculis tibi pono.



De familia tertia, res est tam clara ut satis esse possit lectorem remittere ad textum, cuius duobus tribusve laterculis paulo attentius inspectis ipse videbit quam arte inter se cohaereant omnes isti codices, quam saepe tum a Bernensi tum ab Epternacensi recedant. Ut aliquod exemplum afferatur, sumi potest dies XVI k. mart. Ibi multa verba ad omnibus codicibus N absunt, quae in E et in B leguntur (1) : *Proti . Luci : [hii in mare missi sunt.] Item Cyrion presbyteri... Agathon exorcistae : [hii omnes igne combusti sunt]*. Hic Bernensi brevior est N : est aliquando plenior, ut in VIII k. ian. ubi habet *Basilei*, in VII id. ian. ubi habet *et Ianuari, in Grecia Pole*, quae etiam in E leguntur, non vero in B. In festis Augustodunensibus et Autissiodorensibus plenissimus est omnium. Solus IIII non. sept. refert depositionem S. Syagrii, episcopi Augustodunensis. Vide supra in kalendario Autissiodorensi quanta adiciat textui Bernensi ad dies XVII et XIII k. maii : solus ibi commemorat dedicationes altarium S. Iuliani et senioris ecclesiae. Hanc posteriorem scimus a Desiderio Aunacharii successore fuisse celebratam (2), ideoque post completum et vulgatum martyrologium. Quod haec absint a Bernensi textu, omnium minime decurtato, id probare videtur iam a fonte communi rivulum Bernensem currere coepisse, cum ea fuerunt in martyrologium relata. Ad eandem aetatem reducimur serie festorum saeculo VII adulto vel VIII institutorum, in quibus semper discordant B et N sive in tenore annuntiationis sive in loco. Simul quidem procedunt usque ad finem saeculi VI, eumque simul procedentes excedunt, iisdem verbis commemorantes depositionem S. Gregorii papae (604) et passionem S. Desiderii Viennensis (611); sed ultra alius alia via pergit. Ceterum passio S. Desiderii vix potuit festo recoli et kalendariis ecclesiasticis inseri, dum Brunechildis regina rebus Burgundicis praesideret, id est ante an. 614 (3). Atqui eo ipso anno primum comparet Desiderius Autissiodorensis, in concilio Parisiensi hoc anno habito.

Regnante igitur in Burgundia Clotario II, suam textus Bernensis iniit viam; neque diu fuit quin ex Autissiodoro exemplar emigraret aliud, cuius progenies per monasteria Neustriae disseminata tertiae nostrae familiae codicibus originem dedit.

De textu Epternacensi decernere non adeo facile est: est enim in multis breviatus; quare quae ei desunt non semper ideo desunt quia defuerunt in exemplari maiori ex quo breviarium fluxit; sed potuerunt ibi adfuisse et consilio esse praetermissa. Attamen nullum ibi festum post Aviti episcopi Arverni depositionem eodem modo quo in ceteris annuntiatur: praeter Columbanenses abbates duo, Attalam et Eustasium (4), unus Gallicanus occurrit sanctus saeculi VII, Desiderius Viennensis, cuius festum longe aliis verbis et alio loco annuntiatur quam in ceteris codicibus (X k. iun.): festum S. Gregorii ita indicitur : *S. Gregorii papae Romensis*, cum ceteri habeant : ***Romae depositio S. Gregorii episcopi beatae memoriae;*** aliquot sanctorum qui inter an. 580 et 600 obierunt et concorditer in aliis codicibus memorantur, in Epternacensi ne tenuissimum quidem apparet vestigium; ii sunt : k. iul. S. Eparchius († 581), id. aug. S. Radegundis († 587), VI. k. feb. S. Sulpicius I († 591), VI k. apr. Gunthramnus rex († 593). Si quos alios omittit sanctos Gallicanos, ii plerumque Pictavienses sunt vel vicinarum civitatum : III k. ian. Florentius Pictaviensis, Perpetuus Turonensis : XVIIII k. feb. S. Amantii dedicatio Pictaviensis ; IIII id. feb. Troianus, Santonensis et Baldegundis Pictaviensis ; V id. iun. Vincentius Aginnensis ; V. k. iul. S. Florentii

(1) Uncis inclusi quos E non habet. — (2) Cfr. supra p. XLIII, n. 3. — (3) Cfr. Vitam Desiderii antiquissimam in *Anal. Boll.*, tom. IX, p. 260. — (4) VI id. mart., IIII non. april. Sunt hi proprii textus Epternacensis.

Pictaviensis translatio (1): V id. iul. S. Basinus Pictaviensis; V id. aug. S. Martinus Brivensis; L. D.
k. nov. S. Hilarii Pictaviensis dedicatio. His adde Radegundem, Sulpicium, Eparchium, de quibus
supra dicebam. Quae omnia nego simul omitti potuisse, si codex plenus unde pendet Epternacensis
similis fuisset illi quem repraesentant ceteri codices. Horum textus ex interpolato vel, si malueris,
locupletato multis additamentis exemplari defluxit; Epternacensis ex puriore et antiquiore.

Atque id saepe confirmat comparatio lectionum in iis locis, ubi eadem omnes codices referunt.
Hic mihi sumas velim laterculum prid. k. ian. et ista conferas, quae spectant ad sanctos Romanos.

Codices pleni.	Eptern.
Romae [via (2) Salaria in cymiterio Iordanorum]	Romae
Donatae, Pauli,	Donatae, Paulinae,
Rogatae, Dominandae,	Rusticianae, Nominandae,
. . . .	Serotinae, Saturninae,
Hilarinae.	Hilariae.
. . . .	et in cymiterio Priscillae
dep. s. Silvestri ep.	dep. s. Silvestri. ep.

Viden Epternacensem pleniorem aliquando esse tam in sanctorum quam in locorum ipsorum
nominibus! Ex VII virginibus romanis ceteri duas omiserunt, hic totum chorum producit: Silvestri
sepulturam *in cymiterio Priscillae* indicat, de quo ceteri verbum non faciunt. Atqui, in kalen-
dariis antiquis ex quibus martyrologium conflatum est neque coemeterium defuit neque omissa est
aliqua ex sanctis virginibus.

Sed redeo ad sacras illas virgines; bis enim occurrunt in laterculo. Quae primum tradant codices
iam vidisti; quae deinde et post alia, ea sunt:

Codd. pleni.	Eptern.
Paulinae, Nominandae.	Romae, Rogatae.
Donatac, Rogatae.	Dominandae, Hilarinae.

In Epternacensi repetitio intellegitur: tria haec nomina superius male vel aliter scripta fuerunt:
pro *Rogatae Rusticianae*, pro *Dominandae Nominandae*, pro *Hilarinae Hilariae*. Correctio appicta est in
margine, mox transiit in textum. Sed quid dices de ceteris codicibus, ubi omissa prius Serotinae
Saturninaeque nomina minime supplentur, ubi Donata et Rogata sine causa repetuntur, ubi pro
recto *Dominandae* nomine, *Nominandae* falsum occurrit, ubi in solo *Paulinae* pro *Pauli* nomine
profectus aliquis est agnoscendus?

Adi nunc laterculum XV k. aug. Ibi nodus apparet inextricabilis, qui multorum eorumque
doctissimorum virorum torsit ingenium (3). Codices pleniores ita exordiuntur: *Romae via Tiburtina*
miliario VIIII Symphorosae matris VII germanorum quae cum ipsis posita est. Nomina vero germa-
norum haec sunt: Petri, Marcelliani, Ianuarii, Dionysii, Semproni, Clementis, Germani et Irenaei
quorum gesta habentur. In Dorostoro Aemiliani, Bassi, Maximi, Pauli, Secundae, Donatae. Dies XV
k. aug. sollemnis est Romae memoria S. Sympherusae, cuius VII filii die V kal. iul., id est XXII
ante die proprio festo recoluntur. Qui scripsit ea quae prae oculis habes voluit hodie non matrem
tantum, sed cum matre filios nominari idque praestitit ipse, gestis allegatis quae tum habebantur
quaeque et nos habemus. Verum valde mirum est quod pro septem filiis, sollemni numero, octo
afferat, eosque alienis plane nominibus designet. Nota enim sunt vera nomina, tam ex gestis quam
ex ipso martyrologio nostro ad V k. iul., ubi eadem quae in gestis eodemque ordine recitantur.
Nunc te conferas, quaeso, ad Epternacensem: *In Dorostoro natale Aemiliani, Secundae, Donati,*
Bessi, Maximi, Pauli Romae Senforensae matri VII germanorum Petri, Marcelliani, Ianuarii, Dionysii,
Sempronii, Clementis, Germani et Irenaei. Habemus laterculum Dorostorensem, in cuius medio inter-
polata est S. Sympherusa; tolle verba *Romae Senforensae matris VII germanorum*, aut alibi pone:
omnia recte procedent. Omnes scilicet, tam Petrus, Marcellianus, etc. quam Aemilianus ceterique
ad Dorostorum referentur; neque confusio ulla apparebit neque pugnare inter se nominibus numeroque
Sympherusae filios videbimus. Sane auctor ipse archetypi unde pendent codices pleniores vidit hic
aliquid esse mutandum, et S. Sympherusam de secundo loco transtulit ad initium laterculi. Bonum
certe consilium, in quo utinam constitisset! Sed noluit filios a matre separari et addidit: *Nomina*
vero germanorum haec sunt. Deinde minime inspectis gestis unde vera nomina proferre potuisset,

(1) Cfr. IIII non. iul. E: *Translatio S. Martini in Turnis;* cett.: *In Galliis Toronus civitate ordinatio episcopatus et*
translatio corporis S. Martini ep. et conf. et dedicatio basilicae ipsius. — (2) Uncis inclusa propria sunt fragmenti Lau-
reshamensis. Cfr. supra p. XI. — (3) Imprimis sapientissimi H. Stevenson *Scoperta della basilica di S. Sinforosa.*
Romae 1878, p. 47-92.

sibimet

L. D. sibimet finxit ea ipsa esse quae S. Sympherusam sequebantur in laterculo Dorostorensi, postquam ibi inserta fuerat. Igitur ea descripsit, ne hoc quidem curans quod octo essent non septem, iisque subdidit clausulam : *quorum gesta habentur*. Habebantur certe, sed non legebantur.

Accipe et minora quaedam. Solus E XV k. feb. habet : *Romae via Salaria, Priscellae;* solus XVII et XIII k. feb. recte profert nomen viae Corneliae, quod alii aut pessumdant aut omittunt; solus XIII k. feb. annotat huius viae *mil. ab urbe XII* coli sanctos Marium, Martham et ceteros; solus X k. feb. notam topographicam retinet : *Romae via Salaria vetere*. In laterculo IIII id. aug. solus servavit verba *et alio loco virorum XI et virginum XIII*, quae spectant ad nomina paulo infra recitata : *Crescentionis....... Mariae*. Id. aug. Synnadensis martyris verum habet nomen : *Antonini*, de quo testimonium dat syriacus menologus (1), cum pro *Antonini* pleniores codices habeant : *S. Antiochi episcopi*. At de hoc mendo inquirere iuvat. Ecce tibi utramque lectionem :

Cod. plen.	Eptern.
Sinnada Frigiae	Frigia
S. Antiochi ep.	Antonini
Lugduno Galliae	Lugduno
Anoci ep.	Antiochi ep.

Scilicet iam exstabat recensio Autissiodorensis, cum in archetypo omnium codicum pleniorum corruptum est nomen episcopi Lugdunensis et de Antiocho factus est *Anocus*. Quod cum cuidam lectori compertum fuisset, in margine verum nomen adscripsit : *S. Antiochi*. Postea superveniens antiquarius aliquis et sibi codicem describendum sumens, correctionem in textum intulit alieno loco, scilicet S. Antonini, qui non tantum a sede propria pulsus est, sed a martyrologio omnino exterminatus.

IIII id. sept. Hilarium quendam episcopum Romae depositum Epternacensis commemorat : *Romae depositio Hilarii episcopi*, qui certe diversus est a papa cognomine (2), neque ut talis producitur a nostro. Sed in plenioribus personae confusae sunt : *Romae depositio B. Hilarii papae per quem Victurius ordinem pascalem conscripsit.*

V kal. oct. *in Bizantio* celebrari dicuntur SS. Cosmas et Damianus; in Epternacensi nomen recte profertur; in ceteris corruptissime, ut factum sit *Aducie* vel *Aducia*. V id. oct. in ceteris nota geographica reperitur omnino corrupta : *In Acervo Siciliae;* in nostro *In Anazobon Ciliciae*, ubi notissimam urbem Anazarbum statim agnoscis. VIII kal. nov. de S. Gavino haec habet Epternacensis : *In Sardinia in Turribus Gavini;* ceteri : *In Sardinia Sabini*. Scilicet nomen civitatis unus servavit Epternacensis; unus etiam nomen sancti recte producit.

Atque haec satis sint, pauca de multis, ut solent dicere hagiographi; cetera proferentur si quando contigerit restitutionem textus cum idoneo documentorum apparatu publicam in lucem emittere. Non tamen a codicibus eorumque familiis distribuendis discedam quin uno verbo absolvar a diversitate quadam qua codex Epternacensis a plenioribus recedit. Nimirum initio mensium omittit formulam *Litanias indicendas*. Quod duobus modis explicari potest. Aut enim in primigenia Autissiodorensi recensione verba illa praescripta sunt aut non, fuerunt. Si prius, dicendum est ea, cum nihil utilitatis haberent extra dioecesim Autissiodorensem, consilio omissa fuisse sive in codice Epternacensi sive in aliquo ex eius progenitoribus. Si posterius, vestigium novum tenemus antiquitatis. Sed inter hoc et illud non facilis est disceptatio. Itaque sufficit in iis litaniis documentum agnoscere Autissiodorensis originis eorum qui has praescribunt codicum, vi sua manente aliis rationibus quibus probatur eiusdem originis esse omnes omnino quotquot novimus codices.

CAPUT TERTIUM.

DE MARTYROLOGII ORIGINE ET FONTIBUS

Autissiodorensis illa recensio de qua usque modo egimus, attingi non potest nisi sustuleris multimodam codicum varietatem et in hoc tantum defixeris oculos quod omnibus commune est aut de quo omnes in solido testantur. Nunc gradus est faciendus, quo de ipsa recensione Autissiodorensi ad primigeniam operis formam ascendamus et de Gallia transeamus ad veram martyrologii nostri patram. Non enim in Gallia primam vidit lucem. Gregorius Magnus pontifex et ante eum Cassiodorus illud prae oculis vel certe in mente habuerunt. Scilicet a Gregorio papa

(1) Vid. infra. — (2) *Lib. pont.*, tom. I, p. 247, n. 13.

petierat

petierat Alexandrinus episcopus Eulogius, ut sibi " cunctorum martyrum gesta quae ...Constantini temporibus ab Eusebio Caesariense collecta sunt transmitteret. „ Respondit (1) pontifex se de collectione illa nihil scire, gestorum qualemcumque collectionem frustra Romae quaesivisse, nec aliud repperisse " nisi pauca quaedam (gesta) in unius codicis volumine collecta. „ Quibus dictis ita pergit : " Nos autem paene omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus „ collecta in uno codice nomina habemus atque cotidianis diebus in eorum veneratione missarum „ sollemnia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur, sed „ tantum modo nomen, locus et dies passionis ponitur. Unde fit ut multi ex diversis terris „ atque provinciis per dies, ut praedixi, singulos cognoscantur martyrio coronati. Sed haec „ habere vos beatissimos credimus. „ Haec speciei, quam prae se fert martyrologium nostrum, apprime concordant. Igitur an. 598 martyrologium hieronymianum notum erat Romae, neque ut recens editum opus, sed ut quod et in Urbe prisco usu adhiberetur et in longinquis regionibus haberi crederetur.

In libro de *Institutione divinarum litterarum*, c. 32, Cassiodorus monachos suos hortatur ut vitas Patrum legant aliaque ad aedificationem pertinentia, inter quae recenset et passiones martyrum : " Passiones martyrum legite constanter, quas inter alia in epistola S. Hieronymi ad „ Chromatium et Heliodorum destinata procul dubio reperietis, qui per totum orbem terrarum „ floruere, ut sancta invitatio vos provocans ad caelestia regna perducat. „ Epistula S. Hieronymi de qua hic agitur, non potest diversa esse ab ea quae martyrologio nostro praefigitur; sed in ea passiones martyrum neque adsunt neque nuntiantur in martyrologio reperienda. Quae cum ita sint, suspicio confusionis oritur. In aliquo suo codice Cassiodorus habuit passiones martyrum collectas, quibus quasi praefationis loco vel ipsum martyrologium cum epistulis vel epistulae tantum praefixae erant; Hieronymianae epistulae titulum ad totum codicem pertinere credidit, atque ita in ea epistula passiones legendas esse monuit (2).

Hac aliave ratione Cassiodorum interpreteris, id certum manet ipsi notam fuisse epistulam Pseudo-Hieronymi quae martyrologio nostro praescribitur, ideoque circa medium saeculum VI ipsum martyrologium in Italia exstitisse. Sed ex codicibus illis italis, quales et Romae et in monasterio Vivariensi reperiebantur, nullum novimus; neque ulla inde progenies, nisi Autissiodorensis, ad nos usque pervenit. Ideo ut ipsos ipsamque primam operis formam nobis repraesentare possimus, Autissiodorenses codices adire oportet; qui qua via et ratione eum in finem tractandi sint, iam lectoribus exponemus.

Primo Gallicana additamenta omnia tollenda sunt, sive ad praecipuum anni ecclesiastici ordinem spectant, sive ad sanctorum commemorationes. Id parum difficultatis habet, cum Gallicana omnia optime plerumque servata sint atque a reliquo textu primo intuitu distinguantur. Verum, iis deletis, quod superest intricatissimam quandam farraginem exhibet. Eadem nomina vel eaedem series nominum in diversis laterculis recurrunt, iisque non semper vicinis; saepe in eodem laterculo bis terve repetuntur. Locorum rubricae et ipsae inepte repetitae, indebitis sanctorum nominibus praescriptae, confusionem augent magis quam dissipant. Certe videtur textus, quem ex collatis inter se codicibus nobis eruere licet, ex duobus vel pluribus exemplaribus, si non ubique, saltem multis in locis esse conflatus. Scilicet appositis in alicuius codicis margine lectionibus ex aliis petitis, supervenit infaustus scriba qui in unum omnia conglutinavit. Hoc nominum quod apte dixeris pulmentum, sive in Italia sive trans Alpes coctum est, appositum est recensori Autissiodorensi.

Sed et nobis apponitur. Unde ut nos expediamus subsidia quaerenda sunt. Ea duplicis generis sunt. Ad prius referenda sunt kalendaria ipsa quae in martyrologium coaluere. Si quae exstant, omnino sunt investiganda; ex iis enim imprimis lux est speranda. Alterius generis sunt ipsae sacri cultus traditiones, de quibus testantur libri liturgici, passiones aliaeque historiae sanctorum, inscriptiones, monumentave pictoriae artis quae spectant ad sanctos.

Verum de huius generis fontibus vix aliquid in genere dici potest; usus eorum quis sit vel esse possit commentarii diurni aliquando, ut speramus, ostendent. Hic ad proximos martyrologii fontes, ad kalendaria martyrologiave antiquissima quae hieronymiano praecesserunt tractatio est restringenda. Agedum viam ingrediamur.

Si additamenta quaedam exceperis, italica pleraque, de quibus post alia dicemus, hieronymianum corpus tribus fere constat elementis : Romano kalendario, Orientali martyrologio et Africanis laterculis.

(1) Ep. VIII, 28 (J. 1517). — (2) Aliter hunc nodum (supra, p. XI) solvit Rossius, cui tamen assentiri non possum.

§ I.

L. D.

§ I. DE ROMANO KALENDARIO.

Primum dicam de Romano kalendario, de quo Rossius saepe disseruit, dum investigandis martyrum Romanorum memoriis operam navaret fructibus insignem. In hieronymiano martyrologio saepe recurrit rubrica topographica *Romae*, sub qua ordinantur festa tam urbana quam suburbana, aliquando etiam locorum a Roma admodum dissitorum. Urbanae basilicae saepe annotantur, eae scilicet in quibus sacrae stationes celebrari consueverant; extra Urbem coemeterium indicatur, adiecto viae nomine; si quando agitur de basilicis longe positis, etiam quot miliariis ab Urbe distent admonemur. Eae rubricae saepe luxatae sunt et male cum nominibus sanctorum compositae. Verum tanta est ubertas documentorum circa sanctos Romanos, tot libris liturgicis, topographicis, tot passionibus, historiis, qualis est v. g. celeberrimus Liber pontificalis, adiuvamur, ut quae confusa sunt, studio et ingenio discerni tamen possint, spesque affulgeat fere totum illud kalendarium aliquando recuperatum iri. Cuius ut aliqua species lectoribus adumbretur, finem decembris mensis cum toto ianuario, quantum quidem potui, restitui.

VIII k. ian. Romae, Iovini, Pastoris, Basilei, Victorianae (1);
et in cymiterio Aproniani, via Latina, s. Eugeniae virginis.

VII k. ian. Romae, dep Dionysii episcopi.

IIII k. ian. Romae, Bonifatii episcopi de ordinatione.

III k. ian. Romae, in cymiterio Callisti, via Appia, Felicis episcopi (2).

pr. k. ian. Romae, via Salaria, in cymiterio Iordanorum, Donatae, Paulinae, Rogatae, Dominandae, Serotinae, Saturninae, Hilarinae (3);
et in cymiterio Priscillae, depositio s. Silvestri episcopi.

k. ian. Romae, via Appia, coronae militum (4) XXX.

IIII id. ian. Romae, in cymiterio Callisti, via Appia, depositio Miltiadis episcopi.

id. ian. Romae (5), via Lavicana, coronae militum XL.

XVII k. feb. Romae, via Salaria, in cymiterio Priscillae, depositio s. Marcelli episcopi.

XV k. feb. Romae, via Salaria, Priscillae (6).

XIII k. feb. Romae, via Appia, in cymiterio Callisti, Fabiani episcopi: et in cymiterio [ad Catacumbas] s. Sebastiani (7);
via Cornelia miliario VIIII.....: miliario ab Urbe XII, Mariae, Marthae, Audefax et Ambacum (8).

XII k. feb. Romae, s. Agnae virginis.

X k. feb. Romae, via Salaria veteri, [in cymiterio] Bassillae, Maximi (9).

VIII k. feb. Romae, translatio Pauli apostoli.

V k. feb. Romae, Agnae in genuinum (10).

Hoc specimine intellegitur duas festorum classes posse distingui, anniversaria martyrum et depositiones natalesve pontificum. Qua distinctione instituta, menti subit Philocalianus ille liber in quo tabulis duabus relatae sunt episcoporum depositiones et martyrum (11). Omnibus iam notum est eas an. 336 primum ordinatas esse, mox paucis adiectis in publicum an. 354 fuisse propositas. Pontificum depositionum series, eorum nempe qui martyrum nomine minime censebantur, incipit

(1) Cf. Sacram. Leon. *Natale Domini et martyrum Pastoris, Basilei et Ioviani et Victorini et Eugeniae et Felicitatis et Anastasiae*. Pro *Victorini* hic habemus *Victorinae*: Felicitas et Anastasia ad alia loca referuntur; Iovinus et Basileus martyres via Latina quiescebant: id discimus ex passione S. Stephani pp. (2 aug.), ubi duodecim martyres iuxta illos sepeliuntur a Tertullino, in cuius nomine ecclesia surgebat circa mil. II; ibi « ipse cum multis martyribus iacebat » *(De locis ss.)* Gesta Iovini et sociorum eius minime exstant. – (2) Apparet IIII et III k. ian. Hunc diem elegi, etsi refraget E, quia congruit cum indice Philocaliano et cum Libro pontificali Verba *in cym. Call.* non omnes codices exhibent; nulli *via Appia*: sed hoc latere suspicor in *Appiam* (III k.). — (3) SS. virgines VII bis in hoc laterculo comparent. Si codicem E inspexeris, in quo melius servatus est earum catalogus, videbis altera vice tria tantum nomina proferri, *Rogatae, Dominandae, Hilarinae*, pro quibus supra dederat: *Rusticianae, Nominandae, Hilariae*. (cfr. supra, p. XLV). Igitur repetitio ex correctione orta est. Ceterum pro *Rogata, Rogantina* scribitur in itinerariis saec. VII (De Rossi, *Rom. sott*, tom. I, pp. 176, 177). – (4) *Coronae et milites* codd.; E. om. *Rom. v. Ap.* Refert Ado hos martyres sub Diocletiano caesos fuisse. Minime omittendum puto Coranum oppidum situm fuisse supra viam Appiam circa mil. XXX. — (5) Hic codd. inserunt *Secundi*. Itiner. Salisb. (De Rossi, *Rom sott.*, tom I, p. 178), in via Lavicana ponit *in uno loco in interiore spelunca XL martyres*. Sub Gallieno confessos fuisse Ado voluit. — (6) E solus. — (7) Ita scribo, collatis duobus laterculis XVII et XIII k. feb. In illo enim sancti Romani viae Appiae et viae Corneliae indebite praelibati sunt. Verba *ad Catacumbas* suppleta sunt. — (8) Etiam hic conferendi fuerunt laterculi XVII et XIII k. febr. In priori indicatur mil. VIIII viae Corneliae, ubi fuit ecclesia SS. Rufinae et Secundae (cf. VI id. iul.), et mil. XIII qui mihi latere videtur sub mentione aliorum XIII quorum nomina Deus noverit. Ad mil. XIII *Passio* sanctorum Marii etc. eos caesos sepultosque esse refert, et cum ea congruit mil. XII in altero laterculo a solo Ept memoratum. Nomina martyrum, mire corrupta in utroque laterculo, restaurata apparent in posteriori, ope, ut videtur, alicuius codicis passionis vel liturgiae Romanae. — (9) Hic solum Epternacensem codicem secutus (silent enim ceteri), laterculos X et VIIII k. feb. adhibui Ex priore topographicam notam accepi; ex altero cum ipsa nota aliquantulum corrupta (nam ex *veteri* ibi factum est *emetri*) expiscatus sum nomen martyris Maximi, cuius sepulcrum ad S. Basillam indicatur in itin. Salisburgensi Sed haec non satis certa sunt Ceteri codices pro his habent ad VIIII k. feb. *Romae Felicissimi*. – (10) Ita E hodie; inter varias codicum lectiones haec praecipue commendatur. – (11) Satis habeo remittere ad Rossii *Roma sott*, tom. I, p. 111; tom. II, p. III; ad meam *Libri pontificalis* editionem, tom. I, p. VI et 10; demum ad Mommsenii editionem omnium novissimam; *Mon. Germ. Script. antiquissimi*, tom. IX, p. 70

a Lucio

a Lucio († 254) et cum in Silvestrum († 335) prius desiisset, postea usque ad Iulium († 352) continuata est. In altero indice, inter martyres reperiuntur episcopi Callistus, Pontianus, Fabianus, Xystus II, quos, si ultimum excipias, ante Lucium et vixisse et sedisse constat. Ceterum in martyrum indice " et reperiuntur feriae aliquot a martyrum memoria alienae (1) et sine dubio „ martyrum complurium depositiones ab hoc laterculo absunt (2) „. Immo Africana festa duo Romanis coniuncta sunt, Perpetuae et Felicitatis non. mart., Cypriani XVIII kal. octob., ut index iste vere martyrologii incipientis speciem prae se ferat potius quam simplicis kalendarii. L. D.

Sed demptis quae ad Romanorum martyrum cultum non pertinent, conferamus Philocalianas tabulas cum hieronymiano kalendario. Quam hoc prae altero abundet, disces ex infra scripto laterculo, ubi comprehendi quaecumque Philocalus habet ab VIII kal. ian. usque ad finem mensis ianuarii.

VI k. ian. Dionisi in Callisti.
III k. ian. Felicis in Callisti.
pr. k. ian. Silvestri in Priscillae.
IIII id. ian. Miltiadis in Callisti.
XVIII k. feb. Marcelli (3) in Callisti.
XIII k. feb. Fabiani in Callisti et Sebastiani in Catacumbas.
XII k. feb. Agnetis in Nomentana.

Pontificum depositiones eaedem sunt, ordinationes a Philocalo negleguntur; ex martyribus aliquot tantum insigniores selecti sunt, ceteri omissi. Neque solum in numero festorum diversitas adest; etiam stilus differt. Hieronymus plenior est : verba *depositio*, *cymiterium*, *episcopi*, quae subintellegit Philocalus, ille semper vel fere semper enuntiat. Vias commemorat, de quibus Philocalus, nisi necessitas occurrat, silere solet. Quos Philocalus observat geographicos fines ii non longe a Roma discedunt : ultra Ostia, Portum, Albanum, martyrum non curat memorias; Hieronymus evagatur usque ad Interamnam, Spoletum, Forum Sempronii.

Verum non ea est inter eos diversitas quae cum fonte communi componi nequeat. Qui plenior est, is propius accedere videtur ad exemplar. Atque id fuit sollemne aliquod kalendarium ecclesiae Romanae, sive laterculus quidam ecclesiasticus, in quem referebantur non tam a cunctis fidelibus recolenda sanctorum festa quam coemeteriorum basilicarumve festivitates, ad quas sese quisque conferebat prout pietate trahebatur. Hinc effectum est ut in libro Philocaliano, qui conscriptus est ad usum cuiusdam Valentini, laici, ut videtur, hominis, pauca festa occurrant, multa autem in hieronymiano, qui ad latiorem usum si non ab initio ordinatus, certe postea aptatus est.

Igitur ex numero sanctorum in hoc illove occurrentium nullum certum apparet aetatis indicium. Id potius considerandum est quod laterculus uterque seriem exhibeat pontificum, unde securius argumentum eruere licet. Nempe iam diximus usque ad Iulium an. 352 mortuum continuatam fuisse a Philocalo tabellam depositorum pontificum. Ultra pergit kalendarium nostrum hieronymianum, atque uno omisso Zosimo († 418), ad Bonifatium († 422) usque protenditur, cuius depositio prid. non. sept. sollemniter annuntiatur : *Romae in cymiterio Maximi ad S. Felicitatem, via Salaria, depositio Bonifatii episcopi*. De sequentibus pontificibus nulla amplius mentio fit, nisi Leonis Magni, qui pro singulari fama facile adici potuit et adiectus est sine ulla loci commemoratione. Sistendum igitur est in Bonifatio; ibi ponendus terminus catalogi pontificalis qui per depositionum commemorationes martyrologio nostro insertus est.

Sed inter Iulium et Bonifatium qui referuntur pontifices, nude referuntur, minime indicato coemeterio vel basilica ubi sepulti sunt ; quod pertinet ad Liberium, Damasum, Siricium, Anastasium, Innocentium. Nonne mirum est statim post excessos Philocaliani indicis limites, intra quos loca sepulturae commemorare sollemne fuit, de his altum servari silentium? Ex hoc aliquam inter Philocalum et Hieronymum cognationem exstitisse licet conicere.

Haec de fine laterculi pontificalis : nunc de initio quaeramus. Ante Lucium Philocalus nullos pontifices recensuit nisi quos ut martyres sive haberet ipse, sive ecclesia Romana commendaret. Callisti decessorem Zephyrinum, successorem Urbanum omisit; etiam Anterotem et Cornelium praeteriit, etsi illius emortualem diem in " catalogo episcoporum „ rettulerit, sciveritque Cornelium *cum gloria* defunctum fuisse (4). In hieronymiano kalendario Cornelius, Zephyrinus, Urbanus locum habent (5), solus omittitur Anteros. Sunt hae parvi momenti varietates. Praestat quod

(1) Natale Domini et natale Petri de cathedra. — (2) Mommsen, *op. cit.*, p. 71. — (3) Marcellini *Phil.* Sed omnino corrigendum est Marcelli. De omisso in kalendariis Marcellino dixi ad *Librum pontificalem*, tom. I, p. LXXIII. — (4) Quo tempore Cornelii corpus ex loco exsilii ad Urbem translatum fuerit, quove anno eius memoria coli coeperit, adhuc ignoramus. Emortualem eius diem, ut videtur, oblivio mature oppressit; non enim proprio die recolebatur a Romanis, sed eo qui Cypriani martyrio et festo sollemnis erat. Quae amborum in uno natalicio coniunctio cur facta fuerit ante an. 354 vel 336, equidem non video. — (5) De Urbano res non ita certa est; cfr. quae dixi ad vitam eius in *Lib. pont.*, tom. I, p. 144.

L. D. utrobique saeculum II minime attingatur et oblivione premantur pontifices a Petro ad Zephyrinum usque, si forte Clementem tanti nominis episcopum excipias, etsi aliqui martyrio ceterave fama insignes exstitere. Scilicet antiquissimis illis temporibus, ut epigraphicis monumentis edocemur, nondum in ecclesia Romana consuetudo invaluerat annua observatione defunctos recolendi. Neque hoc ad solos pontifices pertinuit; quot enim illustres viri fuere, ut consul Clemens, Acilius Glabrio, Hermas, Iustinus aliique ab ipso commemorati, Apollonius martyr insignis, quorum nomen frustra in kalendariis requiras!

Superius dixi in hieronymiano kalendario, praeter depositiones pontificum etiam eorum *natales* sive ordinationes commemorari. Hoc praesentis curae indicium est; nam ut suscepti episcopatus anniversarium eo vivente episcopo qui suscepit sollemne est celebrari, ita eo defuncto neglegi in promptu est. Igitur quorum pontificum ordinatio in kalendario aliquo recensita apparebit, eorum tempore iudicandum erit ipsum exstitisse kalendarium. Iam videamus quo nos trahat huiusmodi investigatio.

Bonifatii (418-422) *ordinatio* expressis verbis ad diem IIII k. ian. relata est; quae dies et cum dominica concurrit et aliis documentis asseritur (1). *Innocentii* (401-417) *depositio* bis annuntiatur, IIII id. mart. et XII kal. ian. Ex actis tam Innocentii quam Zosimi successoris, discimus eum post diem ianuarii 27. ante diem martii 18 esse mortuum; ergo ex duobus diebus prior ad depositionem pertinet, posterior ad ordinationem; quod etiam confirmatur reliqua huius pontificis chronologia (2). *Liberius* (352-366) in catalogo pontificum philocaliano dicitur ordinatus XI k. iun., qui dies an. 352 cum dominica minime concurrit, et ideo censendus est corruptus fuisse a librariis. In martyrologio Liberius duplicem et ipse depositionem habet XVI k. iun. et VIIII k. oct. Atqui aliunde scimus eum VIII k. oct. defunctum et anno 352 diem XVI k. iun. dominicam fuisse (3). Ita martyrologio corrigitur catalogus et ordinatio Liberii apparet. *Miltiadi* (311-314) etiam bina depositio asseritur, III id. ian. et VI non. iul. Hic omnia in aperto sunt. In philocaliano enim catalogo legitur Miltiadem sedisse a VI non. iul. an. 311 usque ad III id. ian. an. 314.

Superius ascendere non licet (4). Ceterum satis est tantae antiquitatis eruisse vestigia. Kalendarium nostrum exstitisse paulo post mortem Bonifatii (422) iam noveramus; Innocentii sedentis (401-417) vestigia non mirabimur qui Philocaliani libri vivente Liberio (352-366) secundis curis ordinati artam cum nostro kalendario cognationem didicimus. Liberii natale exspectandum erat; Miltiadis ordinatione ad superiorem generationem retrahimur, sed sine admiratione. Etenim kalendarium illud ex quo decerpti sunt anno 336 indices philocaliani, ante annos 25 scripturae fuisse mandatum mente facile concipimus. Hoc enim pacis ecclesiasticae initium fuit, ea aetate christiana res diu vexata vel turbata quietem nacta est, cuius primus fructus fuit opportunitas cultum componendi et ad antiquitatis normam restituendi. Hic meminisse oportet paschalem tabulam, quae locum invenit in Philocaliano libro, ab anno 312 initium ducere, qui primus fuit redditae christianis a Galerio libertatis, a Maxentio liberae sacrorum aedificiorum possessionis.

Igitur in martyrologio hieronymiano habemus kalendarium Romanum sedente Miltiade (311-314) ordinatum, mox sub Marco (336), Liberio (352-366), Innocentio (401-417) auctum vel recensitum, demum an. circiter 422 ad eam formam redactum quam ex superstitibus codicibus eruere possumus (5).

§ II. DE ORIENTALI MARTYROLOGIO.

Imperii orientalis sive transadriatici festa quae recoluntur in hieronymiano martyrologio et ipsa cum indicatione locorum annuntiantur, idque certa quadam forma, nempe commemorata civitate et provincia, *Corinthi in Achaia, Pergami Asiae, Salonae Dalmatiae, in Pannonia Ciballis civitate, Aphrodisiae in provincia Caria,* etc. Interdum tamen, quando de notissimis agitur, civitas tantum omissa provincia commemoratur, ut *Nicomedia, Alexandria, Antiochia, Epheso.* Qui locorum praescribendorum usus, omnino praetermissus in Gallicis Hispanisque festis annotandis, in Italicis Africanisve parum frequentatur, ut ex eo potissimum diversa facies appareat eius martyrologii partis quae spectat ad Orientem. Inde pronum erat conicere fontem aliquem exstitisse unde Pseudo-Hieronymus sanctos Orientales desumpsisset, ut ex kalendario Romano Romanos sanctos accepisset.

(1) Cfr. *Liber pont.*, tom. I, p. CCLI, 228, n. 1; Migne, *P. L.*, tom. XVIII, p. 397-406; Wilh. Meyer, in indice scholarum Gottingensi, anno 1888–9, semestri 1°: sunt celeberrima documenta collectionis Avellanae. — (2) *Liber pont.*, tom. I, p. CXL. Verum, ut ibi dictum est, non XII sed XI kal. ian. ordinatio referenda est, quae minimi momenti varietas est. — (3) *Liber pont.*, ibid. — (4) Cfr. Rossii *Roma sott.*, tom. II, p. 56 cum tom. I, p. 115. — (5) Cur Zosimi depositio desit, Bonifatii decessoris, aliquantulum docet historia. Bonifatii enim memoria cara fuit ei qui usque ad eum deduxit seriem natalium depositionumve pontificum; sed qui Bonifatio praecipue favebant, iis certe Zosimus displicuit, cuius fautor Eulalius de sede episcopali cum Bonifatio acerrime decertaverat.

Verum

Verum coniecturis supersedendum est cum res extra dubium posita sit, invento et intellecto vetere quodam martyrologio, syriace quidem exarato et valde breviato, sed a pleniore graeco textu derivato. Id nobis servavit omnium qui exstant antiquissimus syriacus codex olim Nitrianus, nunc Musaei Britannici *Add.* 12150, Edessae exaratus anno Seleucidarum 723, id est post Christum natum 411-412. In quo ante martyrologium leguntur *Recognitiones Clementinae* non integrae, Titi Bostrensis opus adversus Manichaeos, Eusebii Caesariensis *Theophania*, liber *de Martyribus Palaestinae*, oratio in martyrum laudem. Agmen claudit martyrologium, editione W. Wrightii inde ab anno 1866 notum (1). Duas partes complectitur, quarum prior cum hieronymiano convenit, posterior nullam cum eo cognationem ostendit. Haec primum quosdam enumerat martyres, *antiquos* et *orientales* dictos; mox transit ad Persidem et triplici serie nomina tradit episcoporum, presbyterorum et diaconorum in ea regione pro fide occisorum. Ea nomina, quantum agnosci possunt, pertinent ad martyres quos Constantio Romanis imperante, annis circiter 344 et 345, Sapor Persarum rex interfici iussit (2). L D

At Persis martyribus omissis, ad Romanos convertamur. Hi ordinati sunt secundum dies et menses anni ecclesiastici; menses Syris quidem nominibus designantur, sed omnino cum Romanis quadrant; dies continua serie ab initio mensis usque ad finem numerantur. Notatu dignum est quod dierum festorum series a die decembris 26 incipiat, quasi Natale Domini caput anni fuerit, cum ipsum festum Natalicium minime compareat, neque casu omissum esse videatur, neque consilio solos martyres commemorandi: sexto enim die ianuarii Epiphaniorum festum annuntiatur. Videlicet secum discordat martyrologium istud. Quae discordia quomodo componi possit non video, nisi coniecerimus graecum textum ex quo syriacum fluxit annum exhibuisse a Natali Domini incipientem, Syrum vero scriptorem suae ecclesiae mori obsecutum, festum ipsum omisisse, reliquum tamen ordinem minime turbasse.

Etiam id cum Orientalium usu congruit quod festo apostolorum Petri et Pauli non dies iunii 29, sed decembris 28 assignatur.

Mense aprili inter dies 6 et 7 annotatur in urbe Nisibi omnium martyrum commemorationem fieri feria VI post Pascha, et praecipue recoli martyrem quendam Hermem. Alibi etiam occurrunt aliquot martyres Nisibeni (iulii 30) vel Edesseni (sept. 2, nov. 15), quorum nulla est memoria in codicibus latinis. Antiochenis etiam episcopis ceterisve sanctis cura adhibita fuit. Recoluntur certe episcopi Ignatius (oct. 17), Heros (mai. 5), Maximinus (febr. 4), Serapion (mai. 14), Zebinus (ian. 13, cfr. mart. 27), quos ignorant codices pseudo-hieronymiani (3). Idem dicendum est de Proterio martyre (mai. 21), de Zenobio (iul. 12-14), de Barlaa (aug. 14), de Euprepio (sept. 1), quos vel disertis testimoniis Antiochiae in magno honore scimus fuisse, vel ex ea regione exortos decebat ibi recoli.

Verum in his paucis tota diversitas continetur. Quae amplius leguntur in codice syriaco ea omnia latini exhibent. Id tamen nolim strictius aequo intellegatur: habenda ratio est corruptelae quae utrobique late grassata est, dum primigenius textus ex graeco in aliam linguam translatus, simul hic mire breviatur, illic parum scite cum diversis kalendariis conglutinatur. Hic insignis locus dandus est confusioni qua syriacus totum fere iulium mensem sub iunii titulo transtulit, tribus tantum festis ipsi iulio retentis.

Ceterum ipse iudicet lector. Ecce enim triplici columna oculis subicio syriacum breviarium, eius versionem graecam, demum excerpta ex hieronymiano textu, quae scilicet syriacis respondent vel respondere videntur. Wrightianam editionem ad codicem conferri studuit vir illarum litterarum peritissimus R. Graffin, collega meus. Eodem dictante syriaca vocabula, quantum potui, graecitate donavi, ut pluribus usui esset tanti pretii documentum.

(1) *Journal of sacred Literature*, tom. VIII (New Series), 1866, p. 45 (syriace) et 423 (anglice). — (2) Cfr. Sozom., *Hist. eccl.*, II, 9-14. — De cognatione Wrightiani martyrologii cum hieronymiano iam dixerunt V. De Buck, *Act. SS.*, Octob. tom. XII, p. 185 et alibi) et H. Stevenson in egregia dissertatione *Scoperta della basilica di S. Sinforosa* in periodico *Gli Studi in Italia*, 1879, p. 439 et seqq., ubi ad verum proxime accessit. Ipse amplius de ea re tractavi in dissertatione *Les Sources du martyrologe hieronymien* (*Mélanges d'archéologie et d'histoire*, tom. V, 1885). Aemilius Egli an. 1887 Turici vulgavit opusculum sub titulo *Martyrien und Martyrologien altester Zeit*, in quo Wrightianum textum germanice vertit et illustrare studuit. Sed cum hieronymiani tenuem tantum notitiam haberet, neque ad eum pervenissent quae ego, Rossius, et Stevensonius de his disserueramus, omnino parum profecit. His operibus melius est usus in altero commentario Whrightiani textus, quem edidit anno 1891 in *Zeitschr. f. wissch. Theologie*, t. XXXIV, p. 273-93. — (3) Ii omnes sunt saeculorum II vel III; de episcopis saeculi IV orthodoxis haereticisve nulla mentio apparet.

L. D.

BREVIARIUM SYRIACUM — VERSIO GRAECA — EXCERPTA HIERONYMIANA

* fol. 251ʳa.

* ܫܡܗ̈ܐ ܕܡܪ̈ܝܢ ܡܘܕ̈ܝܢܐ
ܘܙܟ̈ܝܐ. ܘܝܘ̈ܡܬܗܘܢ
ܕܢܣܒܘ ܒܗܘܢ ܟ̈ܠܝܠܐ.

Τὰ ὀνόματα τῶν κυρίων ἡμῶν τῶν μαρτύρων (1) καὶ νικητῶν καὶ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἐν αἷς ἔλαβον τοὺς στεφάνους.

ܒܝܪܚ ܟܢܘܢ ܩܕܡ

Μηνὶ Κανοῦν τῷ προτέρῳ.

DECEMBER.

ܒܫܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܝܘ̈ܢܝܐ
ܡܘܕܝܢܐ ܩܕܡܝܐ
ܒܐܘܪܫܠܡ ܐܣܛܦܢܘܣ
ܫܠܝܚܐ ܪܝܫܐ ܕܡܘܕ̈ܝܢܐ.

κϛ' καθ' Ἕλληνας. — Ὁ πρῶτος μάρτυρ ἐν Ἱεροσολύμοις, Στέφανος ὁ ἀπόστολος, ὁ κορυφαῖος τῶν μαρτύρων.

26. Hierosolymis s. Stephani primi martyris diaconi et apostoli.

ܘܒܫܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܝܘܚܢܢ
ܘܝܥܩܘܒ ܫܠܝ̈ܚܐ
ܒܐܘܪܫܠܡ. ܘܒܬ̈ܡܢܝܐ

καὶ κζ'. — Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος οἱ ἀπόστολοι ἐν Ἱεροσολύμοις.

27. Adsumptio s. Iohannis evangelistae apud Ephesum et ordinatio episcopatus s. Iacobi fratris Domini qui ab apostolis primus ex Iudaeis Hierosolymis est episcopus ordinatus.

ܘܥܣܪܝܢ ܒܗ ܒܟܢܘܢ
ܩܕܡ ܒܐܪܘܗܡܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ
ܘܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܪܫ
ܫܠܝ̈ܚܘܗܝ ܕܡܪܢ.

καὶ κη' Κανοῦν τῷ προτέρῳ. — Ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει Παῦλος ἀπόστολος καὶ Συμεὼν Κηφᾶς ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

ܘܒܬܠܬܝܢ ܒܗ ܒܝܪܚܐ
ܗܪܡܣ ܡܓܫܐ ܗܘܐ
ܡܘܕܝܢܐ ܒܒܘܢܘܢܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ ∘ . ∘ . ∘∘

καὶ λ' μηνὶ τῷ αὐτῷ. — Ἑρμᾶς ὁ ἐξορκιστὴς ἐγένετο μάρτυρ ἐν τῇ πόλει Βονωνίᾳ.

31. Bononia Gai. Ratiaria Hermetis exorcistae.

ܒܝܪܚ ܟܢܘܢ ܐܚܪܝ

Μηνὶ Κανοῦν τῷ δευτέρῳ.

IANUARIUS.

ܒܫܬܐ ܒܝܘܡ ܕܢܚܗ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ. ܒܗܠܝܘܦܘܠܝܣ
ܠܘܩܝܢܘܣ. ܘܒܫܒܥܬܐ
ܒܗ ܒܝܪܚܐ ܒܡܠܝܛܝܢܐ
ܦܠܘܐܘܩܛܐ. ܘܒܗ
ܒܝܘܡܐ ܒܗܪܩܠܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܬܪܩܝܐ
ܩܘܢܕܝܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ.
ܘܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܠܘܩܝܢܘܣ
ܩܫܝܫܐ. ܘܒܬܡܢܝܐ
ܒܗ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܦܝܠܪܘܡܘܣ. ܘܒܬܠܬܥܣܪ
ܒܗ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܙܒܝܢܘܣ.
ܘܒܐܪܒܥܣܪ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܓܠܘܩܪܣ ܡܫܡܫܢܐ.

ϛ'. — Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ἐν Ἡλιοπό[λει] Λουκιανός.

6. Epiphania Domini.

καὶ ζ' μηνὶ τῷ αὐτῷ. — Ἐν Μελιτηνῇ Πολύευκτος. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ πόλει τῇ ἐν Θράκῃ Κνόδινος ὁ μάρτυρ· ἐν Νικομηδείᾳ Λουκιανὸς ὁ πρεσβύτερος.

7. In Nicomedia Luciani presbyteri. In Melitana civitate Polyeucti. In Heraclea.... Candidae.

καὶ η'. — Ἐν τῇ αὐτῇ Νικομηδείᾳ Φιλόρωμος.

11, 12. In Africa (11), in Aegypto (12) Philoromi.

καὶ ιγ' τοῦ Κανοῦν. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Ζεβῖνος.

13. Cimini.

καὶ ιδ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Γλυκέριος ὁ διάκονος.

14. In Antiochia [G]luceri diaconi de antiquis multis tormentis passi et in mare mersi (2).

(1) Pro ܡܘܕ̈ܝܢܐ quo verbo semper utitur auctor breviarii syriaci, μάρτυρ graece posuimus, etsi ὁμολογητής ad litteram propius accederet. Sensus enim minime dubius est; de veris et proprie dictis martyribus, id est morte consummatis, hic agitur. — (2) Mare decernit inter Nicomediam et Antiochiam.

L. D

ܘܒܬܫܥܣܪܐ ܒܗ ܒܟܢܘܢ
ܐܚܪܝ ܒܢܝܩܝܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܡܢ ܩܕ̈ܡܝܐ ܣܗ̈ܕܐ
ܩܘܣܩܘܢܝܘܣ ܘܙܝܢܘܢ
ܘܡܠܢܝܦܘܣ. ܘܒܥܣܪܝܢ
ܒܗ ܒܝܪܚܐ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
51 r b. ܡܕܝܢܬܐ * ܠܐܘܢܛܝܘܣ.
ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܩܘܪܝܩܘܣ ܘܩܝܢܕܘܣ
ܘܒܝܛܘܣ ܘܦܠܘܪܘܣ ܘܦܠܝܟܣ.
ܘܒܬܪܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܦܘܠܝܐܘܩܛܘܣ ܘܐܘܦܣܘܟܝܘܣ
ܘܩܠܝܡܝܣ ܘܦܪܝܡܘܣ
ܘܠܠܝܣ ܘܪܒܝܘܣ. ܘܒܐܪ̈ܒܥܐ
ܘܥܣܪܝܢ ܒܗ ܒܝܪܚܐ.
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܒܒܘܠܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܘܬܠܬܝܢ ܛܠܝ̈ܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ.
ܘܒܚܡܫܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܛܝܛܘܣ
ܘܦܪܠܘܣ ܘܣܛܘܪܘܣ
ܘܡܡܐܘܣ. ܘܒܫܬܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܒܝܛܘܣ
ܘܒܫܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܢܝܩܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ. ܦܘܠܘ
ܩܪܦܘܣ. ܘܒܬܠܬܝܢ ܒܗ
ܒܟܢܘܢ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܗܦܘܠܝܛܘܣ ܀ ܀

ܒܝܪܚ ܫܒܛ ܒܐܪ̈ܒܥܬܐ

ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܟܣܝܡܝܢܘܣ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܘܒܫܒܥܬܐ ܒܗ ܒܝܪܚܐ
ܩܢܕܝܕܐ ܘܒܬܪܬܥܣܪܐ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܩܢܕܝܕܘܣ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗ̈ܕܐ
ܘܒܐܫܬܥܣܪܐ ܒܩܣܪܝܐ
ܕܦܠܣܛܝܢܐ ܦܡܦ
ܘܦܡܦܝܠܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗ̈ܕܐ ܚܕܥܣܪ
ܘܒܬܠܬܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܐܣܝܐ ܡܢ ܣܗ̈ܕܐ
ܩܕ̈ܡܝܐ ܦܘܠܘܩܪܦܘܣ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܐܪܛܘܣ
ܘܩܘܣܩܘܢܝܘܣ ܘܡܠܢܝܦܘܣ
ܘܙܢܘܢ ܘܒܐܪ̈ܒܥܬܐ ܘܥܣܪܝܢ

καὶ ιθ' τῷ αὐτῷ Κανοῦν τῷ δευτέρῳ. — Ἐν Νικαίᾳ τῇ πόλει ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Κοσκώνιος καὶ Ζήνων καὶ Μελ[άν]ιππος.

καὶ κ' μηνὶ τῷ αὐτῷ. — Ἐν Νικομηδείᾳ τῇ πόλει Λεόντιος. — Καὶ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ ἐν Νικομηδείᾳ Κυριακὸς καὶ Κίνδος καὶ Βίτιος καὶ Φλῶρος καὶ Φῆλιξ.

καὶ κβ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Πολύευκτος καὶ Εὐψύχιος καὶ Κλήμης καὶ Πρίμος καὶ .... καὶ .....

καὶ κδ' μηνὶ τῷ αὐτῷ. — Ἐν Νικομηδείᾳ Βαβυλᾶς ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχείας καὶ τριάκοντα παῖδες μάρτυρες.

καὶ κε'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Τίτος καὶ..... καὶ Σάτυρος καὶ Μαμαῖος.

καὶ κϛ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Βίτος.

καὶ κζ'. — Ἐν Νικαίᾳ τῇ πόλει Πολύκαρπος.

λ' Κανοῦν τῷ αὐτῷ. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει Ἱππόλυτος.

Μηνὶ Σεβάθ.

δ'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Μαξιμῖνος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας.

καὶ ζ' μηνὶ τῷ αὐτῷ. — Κάνδιδα.

καὶ ιβ'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κάνδιδος καὶ ἕτεροι μάρτυρες.

καὶ ιϛ'. — Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Πάμφιος καὶ Πάμφιλος ὁ πρεσβύτερος καὶ ἕτεροι μάρτυρες ἕνδεκα.

καὶ κγ'. — Ἐν Ἀσίᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Πολύκαρπος ὁ ἐπίσκοπος καὶ Ἄρωτος καὶ Κοσκώνιος καὶ Μελάνιππος καὶ Ζήνων.

15. Crisconi.... Zenonis Menelampi.
18. In Nicea.... Zenonis Menelampi.
19. .... Menelampi.

20. In Nicomedia Leonti, Ciriaci, Biti, Cendi.... Flori, Felicis.
21. Felicis, Cendei, Viti, Flori, Leonti, Cyriaci.... Nicomedia.

24. Antiochiae Babilae episcopi cum tribus parvulis.

25. Nicomediae Viti.

26. In Nicia.... Policarpi.

29. Ippolyti episcopi de antiquis.
30. In Antiochia passio Ippoliti.

FEBRUARIUS.

14. Candidiani.... Candidi, *cum quibus multi martyres Alexandrini recensentur.*

16. Pampili, Valentis diaconi, Seleuci, Perfidi, Theofili, Iuliani, cum Aegyptiis numero V.

23. In Asia nat. Policarpi episcopi cum aliis XII Smirna nat. ss. Herotis.... Crisconi, Zenonis.... In Asia Sinonis, Heruli, Cusconi, Menalippi, Zenonis.

L. D.

ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܐܘܬܘܦܣ
* fol. 251r c. ܘܒܫܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܩܠܝܢܝܩܘܣ
ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܣܗܕܐ.
○○ ○○ ○○

ܒܝܪܚ ܐܕܪ ܒܚܕ ܒܝܪܚܐ

ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܩܘܪܝܩܐ
ܘܗܣܘܟܣ. ܘܒܬܪܝܢ ܒܝܪܚܐ
ܒܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ
ܓܘܪܕܝܢܘܣ ܣܗܕܐ.
ܘܒܐܪܒܥܐ ܒܐܕܪ
ܐܡܦܝܠܘܟܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܦܘܛܝܣ
ܘܐܪܟܠܐܘܣ ܘܩܘܪܝܢܐ.
ܘܐܚܪܢܐ ܣܗܕܐ
ܫܒܥܬܥܣܪ ܘܒܫܬܐ
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܘܝܩܛܘܪܝܢܘܣ
ܘܒܫܒܥܬܐ ܒܐܕܪ
ܒܐܦܪܝܩܐ ܡܢ ܩܕܡܝܐ
ܦܪܦܛܘܐ ܘܣܛܘܪܢܝܠܘܣ
ܘܐܚܪܢܐ ܣܗܕܐ ܥܣܪܐ.
ܘܒܥܣܪܬܐ ܒܐܕܪ.
ܩܘܪܝܠܘܣ ܘܩܢܕܐ
ܘܒܚܕܥܣܪ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܓܘܪܓܘܢܝܣ ܘܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܐܓܦܐ. ܘܒܐܘܪܫܠܡ
ܫܒܥܐ ܣܗܕܐ
ܘܒܬܪܬܥܣܪ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܡܕܪܘܢܝܣ ܩܫܝܫܐ.
ܘܣܡܪܓܕܘܣ ܘܡܓܕܘܢܝܣ
ܘܗܝܠܪܐ ܘܐܘܓܢܝܣ
ܘܡܩܣܝܡܘܣ ܘܦܛܪܘܣ
ܘܕܘܪܬܐܘܣ ܘܪܘܡܢܐ.
ܘܒܬܠܬܥܣܪܐ ܒܗ
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܡܘܕܣܛܘܣ
ܩܫܝܫܐ ܣܗܕܐ.
ܘܐܚܪܢܐ ܣܗܕܐ ܥܣܪܝܢ
ܘܚܕ. ܘܒܐܪܒܥܬܥܣܪ ܒܗ
ܒܐܕܪ ܒܬܣܠܘܢܝܩܐ
ܦܪܘܢܛܘܢ ܣܗܕܐ
ܘܐܚܪܢܐ ܬܠܬܐ
* fol. 252r a. ܘܒܚܡܫܬܥܣܪ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܩܘܠܘܬܘܣ ܡܫܡܫܢܐ

καὶ κδ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Εὐήθιος.

καὶ κϛ'. — Καλλίνικος καὶ Ἀλέξανδρος μάρτυρες.

Μηνὶ Ἀδάρ.

α' τοῦ μηνός. — Ἐν Νικομηδείᾳ Κυριακὸς καὶ [Ἡ]σύχιος.

καὶ β' τοῦ μηνός. — Ἐν Καισαρείᾳ Καππαδοκίας Γορδιανὸς μάρτυρ.

καὶ δ' τοῦ Ἀδάρ. — Ἀμφίμηλος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. — Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν Νικομηδείᾳ Φώτιος καὶ Ἀρχέλαος καὶ Κυρινὸς καὶ ἕτεροι μάρτυρες ιζ'.

καὶ ϛ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Βικτωρῖνος.

καὶ ζ' τοῦ Ἀδάρ. — Ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἐκ τῶν ἀρχαίων Περπέτουα καὶ Σατορνῖλος καὶ ἕτεροι μάρτυρες δέκα.

καὶ ι' τοῦ Ἀδάρ. — Κύριλλος καὶ Κίνδος.

καὶ ια'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Γοργόνιος, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἀγάπη, καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις μάρτυρες ζ'.

καὶ ιβ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Μα[ρδ]όνιος(1) πρεσβύτερος καὶ Σμάραγδος καὶ Μυγδόνιος καὶ Ἱλαρὸς καὶ Εὐγένιος καὶ Μάξιμος καὶ Πέτρος καὶ Δωρόθεος καὶ Ῥωμανά.

καὶ ιγ'. — Ἐν τῇ αὐτῇ Νικομηδείᾳ Μόδεστος πρεσβύτερος μάρτυρ καὶ ἕτεροι μάρτυρες κα'.

καὶ ιδ' τοῦ Ἀδάρ. — Ἐν Θεσσαλονίκῃ Φρόντων μάρτυρ καὶ ἕτεροι τρεῖς.

καὶ ιε'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κολλοῦθος διάκονος.

24. Nicomedia Editi....Nicomedia....Euiti.
26. Alexandri.

MARTIUS.

2. In Cesarea Cappadociae....

4. .... et aliorum XXVII et alibi Fati Archilai palatini in mare mersi, Asteri, Uruni. *Sequuntur multa nomina, inter quae* Quirini; *in fine :* et aliorum XVI. Nicomedia Andriani cum aliis XXIII.

6. Nicomedia Victoris Victorini.

7. In Africa.... civitate Tu[bu]rbitanorum passio ss. Perpetuae et Felicitatis, Saturi, Saturnini, Revocati, Secunduli, Revocati, Iucundi, Saturnini, Artaxi, Quinti.

8. Nicomedia Quirilli episcopi.... Cyrilli.
9. Cyrilli.... Cendei.
11. Quirilli.... Cendei Nicomedia.
10. In Nicea Gorgoni palatini....In Antiochia Agapae virginis.
11. Nicomedia eunuchi Gorgoni.... Agapiti.

12. Nicomedia [Mi]gdoni presbyteri et aliorum VII suffocatorum diebus singulis singuli, ut illis videntibus timor indiceretur .... Nicomedia Migdoni presbyteri, item Migdoni, Eugeni (Euneni, Rugini), Maximi, Domnae, Petri, Smaragdi, Hilari, Dorothei .... Mirdani presbyteri et aliorum LX.

13. Nicomedia Macedonis presbyteri, Patriciae uxoris eius et filiae Modestae.

14. In Thessalonica Dionisi, Alexandri palatini, Eufrasi, Frontonis.

18. In Alexandria Collectici diaconi, Coloti diaconi.

(1) In syriaco legi potest *Madr....* vel *Marr....*

L. D.

ܘܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܒܣܘܣ ܘܣܪܦܝܘܢ ܘܡܣܟܢܐ	καὶ ιθ'. — Βάσσος καὶ Σεραπίων.	19. Bassi. 20. Serapionis. 21. In Alexandria Serapionis monachi.
ܘܒܥܣܪܝܢ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܕܘܠܐܣ . ܘܒܫܬܐ ܘܥܣܪܝܢ	καὶ κε'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Δούλας.	25. Nicomedia nat. Dulae ancillae.
ܒܗܪܩܠܝܐ ܕܬܪܩܝܐ ܡܢ ܡܘܕܝܢܐ ܩܕܡܝܐ ܡܪܩܝܢܘܣ . ܘܒܥܣܪ̈ܝܢ	καὶ κϛ'. — Ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θρᾴκης ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Μαρκιανός.	26. In Thracia.... in Heraclea Marciani episcopi.
ܘܫܒܥܐ ܒܐܕܪ ܦܝܠܝܦܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ .	καὶ κζ' τοῦ Ἀδάρ. — Φίλιππος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας.	
○○ ○○ ○○		
ܒܝܪܚ ܢܝܣܢ ܕܡܘ̈ܬܢܐ	Μηνὶ Νισάν.	APRILIS.
ܒܬܪܝܢ ܒܢܝܣܢ ܒܬܣܠܘܢܝܩܐ ܟܝܘܢܐ ܘܐܓܦܐ ܣܗ̈ܕܝܬܐ . ܘܒܬܠܬܐ	Κατὰ τοὺς Ἕλληνας β' τοῦ Νισάν. — Ἐν Θεσσαλονίκῃ Χιονία καὶ Ἀγάπη μάρτυρες.	1. Chioniae, Agapis, Herenei Thessalonica.
ܒܢܝܣܢ ܒܛܘܡܣ ܡܕܝܢܬܐ . ܟܪܣܛܘܣ ܘܦܦܘܣ	καὶ γ' τοῦ Νισάν. — Ἐν Τόμει τῇ πόλει Χρηστὸς καὶ Πάππος.	3. In Scythia, in civitate Tomis .... Chresti ....
ܘܒܐܪ̈ܒܥܬܐ ܒܢܝܣܢ ܬܐܘܕܘܠܘܣ ܘܐܓܬܘܦܘܣ ܣܗ̈ܕܐ ܘܡܫܡܫܢܐ	καὶ δ' τοῦ Νισάν. — Θεόδουλος καὶ Ἀγαθόπους μάρτυρες.	4. Thessalonica, Theodoli, Agathopi diaconi.
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܩܠܘܕܝܢܘܣ ܘܕܝܕܘܡܘܣ ܘܒܫܬܐ	καὶ ε'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κλαυδιανὸς καὶ Δίδυμος.	5. In Nicomedia Claudiani.... In Alexandria Didimi presbyteri.
ܒܣܪܡܝܐ ܡܕܝܢܬܐ . ܐܝܪܢܐܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܩܘܪܝܩܐ ܘܒܥܪܘܒܬܐ ܕܒܬܪ ܦܨܚܐ ܕܗܘܐ ܕܘܟܪܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܒܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ . ܗܪܡܐ ܣܗܕܐ ܗܘ ܒܗܝ ܥܪܘܒܬܐ ܕܒܬܪ ܫܒܬܐ ܕܦܛܝܪ̈ܐ .	καὶ ϛ'. — Ἐν Σιρμίῳ τῇ πόλει Εἰρηναῖος ἐπίσκοπος, καὶ ἐν Νικομηδείᾳ Κυριακή. Καὶ παρασκευῇ μετὰ τὸ Πάσχα, ἥ ἐστι μνήμη πάντων τῶν μαρτύρων ἐν τῇ πόλει Νίσιβι, Ἑρμᾶς ὁ μάρτυρ, ἐν αὐτῇ τῇ παρασκευῇ μετὰ τὴν ἑβδομάδα τοῦ Πάσχα.	6. Nicomedia Sirmii Herenei episcopi.... Cyriaci.... Cyriacae.
ܘܒܫܒܥܬܐ ܒܢܝܣܢ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܦܠܘܣܝܣ ܩܫܝܫܐ . ܘܒܬܡܢܝܐ	καὶ ζ' τοῦ Νισάν. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Πελεύσιος πρεσβύτερος.	7. Alexandria nat. Peleusi presbyteri.
ܒܐܢܛܝܘܟ ܡܟܣܝܡܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ . ܘܒܬܫܥܬܐ	καὶ η'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Μάξιμος καὶ Τιμόθεος.	7. Antiochia Syriae Timothei.... Maximae.
ܒܣܪܡܝܐ ܕܡܛܪܝܣ	καὶ θ'. — Ἐν Σιρμίῳ Δημήτριος.	9. In Sirmia.... Demetri diaconi.
ܘܒܥܣܪܬܐ ܒܢܝܣܢ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܦܠܘܢܝܘܣ	καὶ ι' τοῦ Νισάν. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀπολλώνιος.	10. Alexandria Apolloni presbyteri.
ܘܒܚܕܥܣܪ ܒܣܠܘܢܐ *ܕܘܡܢܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ (fol. 252 b.)	καὶ ια'.— Ἐν Σαλώνῃ Δομνίων ἐπίσκοπος.	11. Salona Dalmatiae Domnionis episcopi.
ܘܒܬܠܬܥܣܪ ܒܦܪܓܡܘܣ ܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܡܘܕܝܢܐ ܩ̈ܕܡܝܐ ܩܪܝܠܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܓܬܘܢܝܩܐ ܘܦܘܠܘܣ ܘܡܫܡܫܢܐ	καὶ ιγ'. — Ἐν Περγάμῳ τῇ πόλει ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Κύριλλος ἐπίσκοπος καὶ Ἀγαθονίκη καὶ Παῦλος.	12. In Asia, Pergamo, nat. Carpi episcopi, Pauli [di]lac., Agatonis. 13. Agatonicae Pergamo Asiae, Policarpi episcopi, Pauli diaconi.

L. D.

ܒܩܘܪܢܬܘܣ ܕܐܟܐܝܐ
ܠܐܘܢܝܕܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܣܗܕ̈ܐ ܬܡܢܝܐ
ܘܒܬܡܢܬܥܣܪ ܒܣܠܘܢܐ
ܣܦܛܝܡܝܘܣ ܘܗܪܡܓܢܝܣ

καὶ ιϛ'. — Ἐν Κορίνθῳ τῆς Ἀχαίας Λεωνίδας καὶ ἕτεροι μάρτυρες η'.

16. In Achaia Corinto civitate.... Leonidis.... *Leonides hic comites multos habet inter quos facile agnoscuntur virgines Corinthiae quas hodie recolit ecclesia Graeca.*

17. In Antiochia Petri diaconi et Hermogenis ministri Petri.

καὶ ιη'. — Ἐν Σαλώνῃ Σεπτίμιος καὶ Ἑρμογένης.

18. Salona civitate Septimi diaconi, Victorici et alibi Hermogenis.

ܘܒܬܫܥܬܥܣܪ ܪܘܦܘܣ
ܣܗܕܐ. ܘܒܥܣܪܝܢ ܒܢܝܣܢ

καὶ ιθ'. — Ῥοῦφος μάρτυρ.

19. In Armenia, Militana civitate, Hermogenis, Gagi, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatae, una die coronatorum. Militanae Armeniae Rufi, Hilari, etc.

ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܦܪܘܣܕܘܩܘܣ
ܘܒܪܢܝܩܐ ܘܪܘܡܢܘܣ

καὶ κ' τοῦ Νισάν. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Προσδοκᾶς καὶ Βερονικὴ καὶ Ῥωμάνιος.

15. In Antiochia Syriae Prosdoci, Veronicae et Domninae filiae eius.

ܘܒܚܕ ܘܥܣܪܝܢ ܒܢܝܣܢ.
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܪܣܛܘܣ
ܩܫܝܫܐ. ܘܒܐܪܒܥܐ

καὶ κα' τοῦ Νισάν. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἄριστος πρεσβύτερος.

21. In Alexandria.... Aratoris presbyteri.

ܘܥܣܪܝܢ ..... ܐ
ܐܢܬܝܡܘܣ .....
ܘܐܚܪ̈ܢܐ [ܣܗܕ̈]ܐ
ܚܡܫܐ ܘܒܬ[ܡܢܝܐ] ܘܥܣܪܝܢ

καὶ κδ'.....Ἄνθιμος καὶ ἕτεροι [μάρτυρες] πέντε.

27. .... In Nicomedia Anthimi episcopi, Stephani episcopi, Antoni presbyteri Libandiae, Zenoni episcopi, Generi, etc.

ܒܢܝܣܢ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܐܘܣܒܝܣ ܩܫܝܫܐ
ܘܚܪܠܡܦܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗܕ̈ܐ
ܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܘܬܡܢܝܐ

καὶ κη' τοῦ Νισάν. — Ἐν Νικομηδείᾳ Εὐσέβιος πρεσβύτερος καὶ Χαράλαμπος πρεσβύτερος καὶ ἕτεροι μάρτυρες σξη'.

27. Nicomedia Victoris, etc.

28. In Pannonia Eusebii episcopi, Pollionis Ciballi.... In Tarso Ciliciae Afrodisi cum aliis CLXX, Malinae, Carilippi presbyteri, Agapi lectoris in carcere requiescentium, Eusebi eunuchi.... et aliorum LXX, Lucani et aliorum CCLXX.

ܘܒܬܫܥܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܓܪܡܢܘܣ
ܩܫܝܫܐ. ܘܒܬܠܬܝܢ

καὶ κθ'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γερμανὸς πρεσβύτερος.

29. In Alexandria civitate s. Germani presbyteri.

ܒܢܝܣܢ ܒܐܦܪܘܕܝܣܝܐ
ܕܟܘܪܝܗ ܐܬܪܐ
ܪܘܕܘܠܘܣ ܘܪܘܕܘܦܝܢܘܣ
ܣܗܕ̈ܐ °° °° °°

καὶ λ' τοῦ Νισάν. — Ἐν Ἀφροδισίᾳ τῆς χώρας Καρίας [Δι]όδοτος καὶ Ῥοδοπιανὸς μάρτυρες.

30. In Aphrodisia in provincia Caria Diodotus presbyter, Rodopianus diaconus. *(Urbis et provinciae nomina mire corrupta sunt, sed agnoscuntur).*

ܒܝܪܚ ܐܝܪ ܟܬܒܝܢ

Μηνὶ Ἰάρ.

MAIUS.

ܒܝܪܚܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܣܛܪܢܝܠܘܣ

β' τοῦ μηνὸς κατὰ τοὺς Ἕλληνας. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Σατορνῖλος.

2. In Alexandria Saturnini in carcere quiescentis.

ܘܒܬܠܬܐ ܒܝܪܚܐ
ܒܡܠܝܛܝܢܐ ܐܠܦܝܕܝܘܣ
*ܘܗܪܡܓܢܝܣ ܣܗܕ̈ܐ

καὶ γ' τοῦ μηνός. — Ἐν Μελιτηνῇ Ἐλπίδιος καὶ Ἑρμογένης μάρτυρες.

2. In Armenia civitate Militana Helpidii et Hermogenis.

3. In provincia Asiae in Luminata civitate nat. s. Hermogenis de antiquis.

* fol. 252 r.

ܘܒܐܪܒܥܬܐ ܒܢܝܣܢ
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܐܢܛܘܢܝܢܘܣ
ܣܗܕܐ. ܘܒܗ ܒܝܪܚܐ

καὶ δ' τοῦ Νισάν *(sic)*. — Ἐν Νικομηδείᾳ Ἀντωνῖνος μάρτυρ.

4. In Nicomedia Antoninae nimium tortae et variis tormentis afflictae, ab uno brachio tribus diebus suspensae et in carcere biennio reclusae; a Priscilliano praeside flammis exusta obiit. *(Haec narratio propria est cod. B.)....* Antonini.

ܒܚܡܫܬܐ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.
ܠܦܠܢܐ ܘܐܪܘܣ.
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ

καὶ ε' τοῦ αὐτοῦ μηνός. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ......, καὶ Ἥρως ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας.

5. In Alexandria Eutimii diaconi.

ܘܒܫܒܥܬܐ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܦܠܒܝܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܣܗܕ̈ܐ ܐܪܒܥܐ ܘܫܠܡܬ

καὶ ζ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Φλάβιος καὶ ἕτεροι μάρτυρες δ'.

7. In Nicomedia Flavii episcopi, Augustini episcopi, item Augustini trium fratrum et alibi Marcellini, Macrobi, Eutici.

ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܐܩܩܝܘܣ
ܣܗܕܐ . ܘܒܚܕܥܣܪܐ
ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܡܟܣܝܡܘܣ
ܘܒܬܪܬܥܣܪܐ ܒܐܝܪ
ܒܐܟܣܝܘܦܘܠܝܣ ܩܘܪܝܠܘܣ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗܕ̈ܐ
ܫܬܐ . ܘܒܐܪܒܥܣܪܐ
ܐܦܪܘܕܝܣܝܘܣ ܘܣܪܦܝܘܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܘܒܬܡܢܬܥܣܪܐ ܒܒܝܬܘܢܝܐ
ܗܪܩܠܝܣ ܘܦܘܠܘܣ.
ܘܒܬܫܥܣܪܐ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܐ
ܒܒܘܙܢܛܝܐ ܗܣܘܟܝܣ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗܕ̈ܐ.
ܘܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܣܪܦܝܘܢ
ܣܗܕܐ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܣܗܕ̈ܐ ܬܪܥܣܪ . ܘܒܥܣܪܝܢ
ܛܝܡܬܐܘܣ ܘܦܘܠܘܐܘܩܛܘܣ
ܣܗܕ̈ܐ ܘܒܚܕ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܦܪܘܛܪܝܣ
ܣܗܕܐ . ܘܒܬܠܬܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܗ ܒܐܝܪ ܒܠܘܣܛܪܐ
ܙܘܐܝܠܘܣ ܣܗܕܐ . ܘܒܗ
ܒܬܠܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܝܪ
ܢܘܚܐ ܒܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ
. . . .
. . . .
252 r a. * ܡܕܝܢܬܐ ܦܘܠܘܩܪܦܘܣ
ܘܒܚܡܫܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܢܘܒܝܘܕܘܢܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܦܠܒܝܢܘܣ ܣܗܕܐ ܘܒܫܬܐ
ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܐܘܩܪܝܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗܕ̈ܐ
ܫܒܥܣܪ . ܘܒܬܡܢܝܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܩܣܪܝܐ ܕܩܦܘܕܩܝܐ
ܩܘܪܝܠܘܣ ܣܗܕܐ .
ܘܒܬܫܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܗܣܘܟܝܘܣ ܘܒܬܠܬܝܢ
ܒܐܝܪ ܕܘܟܪܢܗ ܕܐܘܣܒܝܘܣ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܦܠܣܛܝܢܐ .
○○ ○○ ○○

καὶ ι'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Ἀκάκιος μάρτυρ.
καὶ ια'. — Ἐν Κωνσταντινουπόλει Μάξιμος.

καὶ ιβ' τοῦ Ἰάρ. — Ἐν Ἀξιουπόλει Κύριλλος καὶ ἕτεροι μάρτυρες ϛ'.

καὶ ιδ'. — Ἀφροδίσιος, καὶ Σεραπίων ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας.

καὶ ιη'. — Ἐν Βιθυνίᾳ Ἡράκλειος καὶ Παῦλος.

καὶ ιθ'. — Ἐν Κωνσταντι[νουπόλει], ἐν Βυζαντίῳ, Ἡσύχιος καὶ ἕτεροι μάρτυρες. Καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Σεραπίων μάρτυρ καὶ ἕτεροι μάρτυρες ιβ'.

καὶ κ'. — Τιμόθεος καὶ Πολύευκτος μάρτυρες

καὶ κα'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Προτέριος μάρτυρ.

καὶ κγ' τοῦ αὐτοῦ Ἰάρ. — Ἐν Λύστροις Ζώϊλος μάρτυρ, ἐν τῇ πόλει Νίσιβι.......
. . . .
. . . .

πόλει Πολύκαρπος.
καὶ κε'. — Ἐν [N]οβιοδούνῳ τῇ πόλει Φλαβιανὸς μάρτυρ.

καὶ κϛ'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Εὐκαίριος πρεσβύτερος καὶ ἕτεροι μάρτυρες ιζ'.

καὶ κη'. — Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Κύριλλος μάρτυρ.

καὶ κθ'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἡσύχιος.

καὶ λ' τοῦ Ἰάρ. — Μνήμη Εὐσεβίου ἐπισκόπου Παλαιστίνης.

8. Constantinopoli Agati militis, Maximi presbyteri. L. D.

9. In Axiopoli Quirilli, Quindei, Zenonis.

13. Alexandria, Afrodisii.

17. Nividuno, Heraclii, Pauli.

18. In Alexandria Potamonis presbyteri, Heortasii presbyteri, Serapionis presbyteri. Pantheri, Dioscori, Palmi, Petegondi diaconi, Cenroni, Dativi, Lucii et Maximae: Hermonis lectoris et aliorum IIII.... Constantinopoli Efuchi (*var.* Euchi), Serapionis etc. *(hic repetuntur Alexandrini)*, Marciani, Luciosi, Lucianae, Aeginae.
19. In Caesarea Cappadociae Poliuchi.
21. In Mauritania Timothei Polieutici diaconi. In provincia Caesarea Polieucti. In Caesarea Cappadociae Policuti.... In Brittania Timothei diaconi.
22. In Caesarea Cappadociae Poliucti.

24. Instria Zoili.... In Siria Zoeli.... it. Zoili Striae.
25. Policrati et aliorum IIII Gortuna civitate.

25. Dorostori in Africa Fabiani.... et Flavini.

27. In Alexandria Acculi presbyteri, Euangeli et aliorum XIIII.

29. In Caesarea Cappadociae Cyrilli.

30. Antiochia [I]sici palatini qui multa tormenta passus est.

21 *iun.* — In Caesarea Palaestinae depositio Eusebii episcopi historiographi.

L. D.

ܒܝܪܚ ܚܙܝܪܢ ܒܚܕ	Μηνὶ Χαζιράν.	IUNIUS.
ܒܝܪܚܐ ܕܝ̈ܘܢܝܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܘܩܛܒܝܘܣ ܘܙܘܣܝܡܘܣ ܘܒܐܪܒܥܬܐ	α' τοῦ μηνὸς κατὰ τοὺς Ἕλληνας. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Ὀκτάβιος καὶ Ζώσιμος.	1. In Thessalonica Octavi, in Antiochia Zosimi.
ܒܢܒܝܕܘܢܐ ܦܝܠܝܦܘܣ ܘܒܚܡܫܬܐ ܒܚܙܝܪܢ ܒܛܘܡܝܣ ܡܕܝܢܬܐ ܡܪܩܝܢܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗ̈ܕܐ ܬܠܬܐ ܘܒܫܬܬܐ	καὶ δ'. — Ἐν [Ν]οβιοδούνῳ Φίλιππος. καὶ ε' τοῦ Χαζιράν. — Ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ ἕτεροι μάρτυρες γ'.	4. Nividuno civitate.... Philippi. 5. In Aegypto Marciani, Nicandri et Apollonii quorum gesta habentur.
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܪܝܘܣ ܩܫܝܫܐ. ܘܒܫܒܥܬܐ	καὶ ϛ'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἄρειος πρεσβύτερος.	6 *iulii.* In Alexandria Art....
ܛܪܝܢܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗ̈ܕܐ ܥܣܪܝܢ ܘܫܒܥܐ	καὶ ζ'. — Τιρινὸς καὶ ἕτεροι μάρτυρες κζ'.	7 *iul.* In Alexandria.... et aliorum XVIII.
ܘܒܬܡܢܝܬܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܢ ܩܕܡܝ̈ܐ ܣܘܣܛܪܛܘܣ ܘܐܣܦܪܝܣ ܘܓܠܘܩܪܝܘܣ ܣܗ̈ܕܐ ܘܒܥܣܪܬܐ	καὶ η'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Σώστρατος καὶ Ἑσπέριος καὶ Γλυκέριος μάρτυρες.	8 *iul.* In Sirmio *(E; cett.* Nicea) Sostrati, Speri, Eracli.
ܒܛܘܡܝܣ ܡܕܝܢܬܐ ܡܪܩܝܢܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܫܒܥܐ. ܘܒܚܕܥܣܪ	καὶ ι'. — Ἐν Τόμει τῇ πόλει Μαρκιανὸς καὶ ἕτεροι μζ'.	10 *iul.* In civitate Tomis Marciani, Domni, Diomedis, Iohannis, Sisinnii, Aureliani, Aemiliani et aliorum XXXVIIII.
ܒܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ ܕܝܘܣ ܣܗܕܐ ܘܒܬܪܬܥܣܪ	καὶ ια'. — Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Δῖος μάρτυρ.	12 *iul.* In Caesarea Cappadociae Divi.
ܡܐܢܘܣ ܗܘ	καὶ ιβ'. — ...... Μήνιος......	13 *iul.* In Alexandria Serapionis.... Menei presbyteri, Trophimae virginis.
. . . .	. . . .	
. . . .	. . . .	
. . . .		
* ܘܦܦܝܐ ܘܡܬܐܝܘܣ ܘܒܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ ܕܝܘܣ ܩܫܝܫܐ. ܘܒܐܝܣܘܪܝܐ ܙܢܘܒܝܣ. ܘܒܚܡܫܬܥܣܪ	καὶ Παπίας καὶ Ματθαῖος, καὶ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Δῖος πρεσβύτερος. καὶ ἐν Ἰσαυρίᾳ Ζηνόβιος.	
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܝܪܐܟܣ ܘܦܝܠܝܦܘܣ ܘܥܣܪܐ ܛܠ̈ܝܐ ܣܗ̈ܕܐ. ܘܒܬܫܥܣܪ	καὶ ιε'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἱέραξ καὶ Φίλιππος καὶ ι' παῖδες μάρτυρες.	15 *iul.* In Alexandria Philippi, Zenonis.... et infantium X.
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܬܐܘܕܘܛܘܣ ܘܐܘܣܛܛܝܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	καὶ ιθ'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Θεόδοτος καὶ Εὐστάθιος μάρτυρες.	16 *iul.* In Antiochia Theodoti, Eustati.
ܘܒܥܣܪܝܢ ܒܣܪܡܝܐ ܣܩܘܢܕܘܣ ܘܒܬܪܝܢ ܘܥܣܪܝܢ	καὶ κ'. — Ἐν Σιρμίῳ Σεκοῦνδος.	15 *iul.* In Sirmia Agrippini, Secundi etc.
ܒܐܢܩܘܪܐ ܦܠܛܘܢ ܘܒܬܠܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܠܕܝܩܝܐ ܡܝܢܘܣ. ܘܒܐܪܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ	καὶ κβ'. — Ἐν Ἀγκύρᾳ Πλάτων. καὶ κγ'. — Ἐν Λαοδικείᾳ Μηνᾶς.	22 *iul.* Ancyra civitate Galatiae Platonis. 23 *iul.* In Laodicaea Phrygiae Moenis.
ܐܬܢܘܓܢܝܣ ܟܘܪ ܐܦܝܣܩܦܐ. ܘܒܫܬܐ	καὶ κδ'. — Ἀνθογόνιος χωρεπίσκοπος.	24 *iul.* .... Athenogeni.

* fol. 252^{r}b.

L. D

ܘܒܥܣܪܝܢ ܒܠܕܝܩܝܐ
ܕܦܪܘܓܝܐ ܡܢ ܓܒܐ
...... ܕܩܬܪܐ
...... ܒܐܪܕܘܦܝܐ
ܒܬ ...... ܐ. ܐܬܚܫܒܘ
ܘܩܠܒܘ ܠܥܕܬܐ ܘܗܘܝܢ
ܐܘܕܝܘ. ܬܐܘܦܝܠܘܣ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܦܝܠܝܦܘܣ
ܘܐܚܪܢܐ ܚܡܫܐ.
ܘܒܬܠܬܝܢ ܒܣܘܢܐܕܘܣ
ܕܦܪܘܓܝܐ ܡܢ ܩܕܡܝܐ
ܕܡܘܩܪܛܘܣ ܘܣܩܘܢܕܘܣ
ܘܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܣܗܕܐ ○ ○ ○

καὶ κζ'. — Ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας ἐκ μέρους.... Καθαρῶν ἐν τῷ διωγμῷ κατὰ.... ἐνώθησαν καὶ συνεψήφισαν τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἶτα ὡμολόγησαν, Θεόφιλος ἐπίσκοπος καὶ Φίλιππος καὶ ἕτεροι ε'.

καὶ λ'. — Ἐν Συννάδοις τῆς Φρυγίας ἐκ τῶν ἀρχαίων Δημόκριτος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Διονύσιος μάρτυρες.

28 *iul.* Laodicaea civitate Phrygiae Theophili, Auxentii, Pudentis, Philippi, Alexandri, Zotici, Bessiae, Secundae etc.

31 *iul.* In Phrygia, civitate Synnada, Democriti, Secundi, Dionysii, Thyrsi.

ܒܝܪܚ ܬܡܘܙ ܒܚܡܫܬܥܣܪܐ

Μηνὶ Θαμούζ.

IULIUS.

ܒܢܨܝܒܝܢ. ܕܘܟܪܢܗ
ܕܝܥܩܘܒ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܕܝܘܡܝܢ ܘܒܬܫܥܣܪܐ
ܒܣܢܕܘܣ ܡܩܕܘܢܝܘܣ
ܘܠܡܦܪܘܣ ܘܐܢܛܝܓܘܢܘܣ
ܘܝܘܒܝܢܘܣ ܘܒܩܛܘܪܝܢܘܣ
ܘܛܛܝܢܘܣ. ܘܒܬܠܬܝܢ
ܒܬܡܘܙ ܒܢܨܝܒܝܢ
ol. 252^{v}c. * ܡܕܝܢܬܐ ܐܕܠܦܘܣ ܘܓܐܝܘܣ
ܣܗܕܐ ○ . ○ . ○○

ιε' κατὰ τοὺς Ἕλληνας, μνήμη Ἰακώβου ἐπίσκοπου Νισίβεως.

καὶ ιθ'. — Ἐν Συννάδοις Μακεδόνιος καὶ Λάμπυρος καὶ Ἀντίγονος καὶ Ἰοβῖνος καὶ Βικτωρῖνος καὶ Τατιανός.

καὶ λ' Θαμούζ. — Ἐν Νισίβει τῇ πόλει Ἀδέλφιος καὶ Γάϊος μάρτυρες.

15. Et Iacobi episcopi Nizibae.

19. In Antiochia Macedonis et Lampadii.

ܒܝܪܚ ܐܒ ܒܚܕ ܒܝܪܚܐ

Μηνὶ Ἄβ.

AUGUSTUS.

ܒܢ̈ܝܢܐ ܡܩ̈ܕܝܢܐ
ܕܗܘܘ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܘܢܝ
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܗܢܘܢ ܕܡܢ
ܒܩܪܛܐ ܕܐܬܩܛܠܘ
ܒ̈ܢܝܗ ܕܫܡܘܢ. ܗܢܘܢ
ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܩܒ̈ܝܐ
ܘܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ
ܕܘܟܪܢܗ ܕܐܟܣܛܘܣ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܪܗܘܡܐ
ܘܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܦܝܠܝܦܘܣ
ܘܐܚܪܢܐ ܐܪܒܥܐ.
ܘܒܚܕܥܣܪܐ ܒܢܝܩܦܘܠܝܣ
ܦܘܠܘܣ. ܘܒܬܠܬܥܣܪܐ
ܒܣܢܕܘܣ ܕܐܦܪܘܓܝܐ
ܐܢܛܘܢܝܢܘܣ ܘܒܐܪܒܥܣܪܐ
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܒܪܠܐܐ
ܘܒܚܡܫܬܥܣܪܐ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܦܝܠܝܦܘܣ

α' τοῦ μηνὸς κατὰ τοὺς Ἕλληνας, οἱ μάρτυρες οἱ ἐκ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἤτοι ἐν Κερατείᾳ, καταθέντων, οἱ υἱοὶ τῆς Σαμουνᾶς, οἱ ἐν Μακκαβαίοις λεγόμενοι. Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μνήμη Ξύστου ἐπισκόπου Ῥώμης, καὶ ἐν Νικομηδείᾳ Φίλιππος καὶ ἕτεροι δ'.

καὶ ια'. — Ἐν Νικοπόλει Παῦλος.

καὶ ιγ'. — Ἐν Συννάδοις τῆς Φρυγίας Ἀντωνῖνος.

καὶ ιδ'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Βαρλαᾶς.

καὶ ιε'. — Ἐν Νικομηδείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων Φίλιππος καὶ Ἀντίοχος.

1. In Antiochia Machabaeorum septem fratrum cum matre sua qui passi sunt sub Antiocho rege.
6. Romae Xysti episcopi et martyris.
8. 9. Nicomediae *martyres quidam tribuuntur, sed nullus Philippus.*

11. Nicopoli passio multorum martyrum quorum nomina Deus scit.

13. Synnada Phrygiae Antonini.

15. In Nicomedia Stratonis, Philippi, Euticiani.

L. D.

ܘܐܘܠܦܝܘܣ ܘܒܫܬܬܥܣܪ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܗܪܘܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܘܒܬܡܢܬܥܣܪ
ܒܐܡܣܝܐ ܦܠܐܬܣ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܬܠܬܐ .
ܘܒܥܣܪܝܢ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܕܝܘܣܩܘܪܝܕܝܣ ܩܫܝܫܐ .
ܘܒܚܕ ܘܥܣܪܝܢ ܡܢ
ܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܡܝܐ
ܙܘܛܝܩܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܕܐ̈ܢܫܝܐ . ܘܒܐܪܒܥܐ
ܘܥܣܪ̈ܝܢ ܡܪܝܢܘܣ ܘܒܚܡܫܐ
ܘܥܣܪ̈ܝܢ ܦܘܠܝܢܘܣ ܘܒܫܬܐ
ܘܥܣܪ̈ܝܢ ܗܣܘܟܝܘܣ
ܘܒܫܒܥܐ ܘܥܣܪ̈ܝܢ ܣܒܐ
ܩܫܝܫܐ ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ
ܘܒܬܫܥܐ ܘܥܣܪ̈ܝܢ
* ܒܣܪܡܝܐ ܒܣܝܠܘܣ .
ܘܒܬܠܬܝܢ ܒܐܒ ܒܐܢܩܘܪܐ
ܓܝܠܘܣ ܣܗܕܐ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܫܬܐ . ܘ . ܘ . ܘܘ

* fol. 253ra.

καὶ ις'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Εὐοδίων ἐπίσκοπος.

καὶ ιη'. — Ἐν Ἀμασείᾳ Φιλάνθης καὶ ἕτεροι γ'.

καὶ κ'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Διοσκορίδης πρεσβύτερος.

καὶ κα'. — Ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Ζωτικὸς καὶ ἔνιοι ἕτεροι.

καὶ κδ'. — Μαρῖνος.

καὶ κε'. — Παυλῖνος.

καὶ κϛ'. — Ἡσύχιος.

καὶ κζ'. — Σαβᾶς πρεσβύτερος καὶ Ἀλέξανδρος.

καὶ κθ'. — Ἐν Σιρμίῳ Βασίλιος.

καὶ λ' τοῦ Ἄβ. — Ἐν Ἀγκύρᾳ Γῖλος μάρτυρ καὶ ἕτεροι ϛ'.

16. In Alexandria Orionis.

18. In Ponto Amasiae civitate Pontemi, Philantiae, Tatianae et Marcianae virginum.

20. In Alexandria Dioscori.

21. Synnada Phrygiae Orthosii, Diomedis, Zotici, Agathangeli.

22. In Antiochia Marini.

27. In Antiochia Sabbati et Alexandri.

29. In Sirmia Basillae virginis.

31. Ancyra Galatiae Gaiani, Iuliani, Rufini, Vincentii, Silvani et Halicae, Aemiliani etc.

ܒܝܪܚ ܐܝܠܘܠ ܒܚܕ

Μηνὶ Ἐλούλ.

SEPTEMBER.

ܒܝܪܚܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ
ܐܘܦܪܦܐ ܣܗܕܐ
ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܬܪܝܢ ܘܒܬܪܝܢ
ܒܐܝܠܘܠ . ܒܐܘܪܗܝ
ܣܗܕܬܐ ܚܒܝܒ
ܣܗܕܘܬܐ ܕܢܘܪܐ .
ܘܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܒܗ ܒܬܪܝܢ
ܕܐܝܠܘܠ ܡܢ ܣܗ̈ܕܐ
ܩܕ̈ܡܝܐ ܐܦܬܪܘܡ
ܘܩܘܣܩܘܢܝܐ ܘܙܢܘܢ
ܘܡܠܢܝܦܘܣ ܘܒ̈ܢܝܗ
ܕܬܐܘܕܘܛܐ ܘܒܬܠܬܐ
ܒܐܝܠܘܠ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܐܪܣܛܘܢ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܘܒܐܪܒܥܬܐ ܒܐܢܩܘܪܐ
ܡܪܩܠܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܬܡܢܝܐ . ܘܒܚܡܫܬܐ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܢܘܦܝܘܣ
ܩܫܝܫܐ . ܘܒܫܒܥܬܐ
ܦܘܠܝܢܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܐܪ̈ܒܥܐ . ܘܒܬܡܢܝܬܐ
ܦܘܣܛܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܘܐܡܘܢܝܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ
ܣܗ̈ܕܐ ܥܣܪܝܢ ܘܒܬܫܥܬܐ

α' τοῦ μηνὸς κατὰ τοὺς Ἕλληνας. — Εὐπρέπιος μάρτυρ καὶ ἕτεροι β'.

καὶ β' τοῦ Ἐλούλ. — Ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει Ἄβιβος πυρὶ μαρτυρήσας. Ἐν Νικομηδείᾳ τῇ αὐτῇ β' τοῦ Ἐλοὺλ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων..... Κοσκώνιος καὶ Ζήνων καὶ Μελάνιππος καὶ οἱ υἱοὶ τῆς Θεοδότης.

καὶ γ' τοῦ Ἐλούλ. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀρ[ισ]τίων ἐπίσκοπος.

καὶ δ'. — Ἐν Ἀγκύρᾳ Μάρκελλος καὶ ἕτεροι η'.

καὶ ε'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Νούφιος πρεσβύτερος.

καὶ ζ'. — Παυλῖνος καὶ ἕτεροι δ'.

καὶ η'. — Φαῦστος πρεσβύτερος καὶ Ἀμμώνιος καὶ ἕτεροι μάρτυρες κ'.

2. In Nicomedia Zenonis, Theodotae et filiorum eius Gorgoni, Menolappi, Cosconi.

3. In Alexandria Aristoni[s] episcopi.

4. In Ancyra Galatiae Marcelli, Gaiani, Helpidii, Antonini, Rufini, Silvani, Eustochii, Maximi, Eusebii etc.

5. In Alexandria Nimphidii *(var.* Nimpi).

8. In Alexandria Ammonii, Fausti, Serapionis.... et aliorum XXII.

		L. D.
ܣܠܘܢܘܣ ܘܒܥܣܪܬܐ	καὶ θ'. — Σιλβανός.	10. Silvani cum aliis V.
ܢܡܣܝܣ ܡܢܝܢܐ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܬܪܬܥܣܪ	καὶ ι'. — [Νεμέσιος] καὶ ἕτεροι ιβ'.	10. In Alexandria civitate Nemesii, Ammonii, Orionis, Herosi, Didymi, Meresori, Panoepsi, Achillei, Nicetii, it. Ammonii, Orosii, Silvani, Aroponi, Nemesini et aliorum VIII, Panemoti, Nicetii, Silvini.
ܘܒܐܪ̈ܒܥܣܪܐ ܐܘܪܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܣܪܦܝܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܒܚܡܫܥܣܪܐ	καὶ ιδ'. — Ὧρος ἐπίσκοπος καὶ Σεραπίων πρεσβύτερος.	11. In Alexandria civitate Siri et Serapionis.
ܒܓܠܛܝܐ ܣܠܘܩܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܚܡܫܐ.	καὶ ιε'. — Ἐν Γαλατίᾳ Σέλευκος καὶ ἕτεροι ε'.	15. In Ancyra Galatiae Seleuci, Valeri, Cyrionis.
ܘܒܫܬܬܥܣܪܐ ܒܐܢܩܘܪܐ ܐܘܣܒܝܘܣ ܘܒܫܒܥܣܪܐ	καὶ ις'. — Ἐν Ἀγκύρᾳ Εὐσέβιος.	14. Eusebii episcopi.
ܒܟܠܩܕܘܢܐ ܣܠܘܩܘܣ 53'b. *ܐܓܘܦܛܝܐ. ܘܒܬܡܢܬܥܣܪܐ	καὶ ιζ'. — Ἐν Χαλκηδόνι Σέλευκος ὁ Αἰγύπτιος.	17. Chalcedoniae Bithyniae Euphemiae Saleosi.
ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܐܘܩܝܢܘܣ ܘܒܬܫܥܣܪܐ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ	καὶ ιη'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Ὠκέανος.	18. In Nicomedia Oceani.
ܩܣܛܘܪ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܣܗܕ̈ܐ ܚܕܥܣܪ ܘܒܥܣܪܝܢ	καὶ ιθ'. — Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κάστωρ καὶ ἕτεροι μάρτυρες ια'.	19. In Alexandria Demetrii, Palei, Nili, Parimadi, Helii, Castoris, Saturi, Niceti episcopi....
ܒܣܘܢܐܕܘܣ ܡܢ ܣܗܕ̈ܐ ܩܕܡܝܐ ܕܘܪܘܡܕܘܢ	καὶ κ'. — Ἐν Συννάδοις ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Δορυμέδων.	20. Synnada civitate Phrygiae nat. Doromedionisi (lege Dorymedontis).
ܘܒܬܠܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܢܩܘܪܐ ܛܠܝ̈ܐ ܡܢ ܟܪ̈ܣ ܐܡܗ̈ܬܗܘܢ ܗܘܘ ܣܗܕ̈ܐ. ܘܒܬܡܢܝܐ	καὶ κγ'. — Ἐν Ἀγκύρᾳ παῖδες οἱ ἀπὸ τῆς κοιλίας τῶν μητέρων μάρτυρες ἐγένοντο.	
ܘܥܣܪܝܢ ܐܣܛܪܝܘܣ ܘܒܬܫܥܐ	καὶ κη'. — Ἀστέριος.	
ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܦܪܝܢܬܘܣ ܐܘܛܘܟܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܓܢܣܣ ܘܣܒܝܢܘܣ ܘܐܘܛܘܟܣ ܣܗܕ̈ܐ oo . oo	καὶ κθ'. — Ἐν Περίνθῳ Εὐτυχὴς ἐπίσκοπος καὶ Γενέσιος καὶ Σαβῖνος καὶ Εὐτυχὴς μάρτυρες.	29. In Thracia civitate Heraclea, Eutici.... Heracleae civitate Thraciae.
ܒܝܪܚ ܬܫܪܝ ܩܕܝܡ	Μηνὶ Θεσρὶ τῷ προτέρῳ.	OCTOBER.
ܒܬܪܝܢ ܒܝܘ̈ܢܝܐ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܐܠܘܬܪܝܣ	β' κατὰ τοὺς Ἕλληνας. — Ἐν Νικομηδείᾳ Ἐλευθέριος.	2. Nicomediae nat. Eleutherii cuius gesta habentur.
ܘܒܬܠܬܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܙܟܝ.	καὶ γ'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Ζακχαῖος.	3. In Antiochia Theoctisti.
ܘܒܐܪ̈ܒܥܐ ܬܐܘܛܟܢܘܣ	καὶ δ'. — Θεότεχνος.	
ܘܒܫܒܥܐ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܩܣܪܝܣ ܘܒܬܡܢܝܐ	καὶ ζ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Καισάριος.	
ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܦܠܓܝܐ	καὶ η'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Πελαγία.	8. In Antiochia Pelagiae.
ܘܒܬܫܥܐ ܒܠܕܝܩܝܐ ܗܪܩܠܝܣ ܘܕܝܘܕܘܪܘܣ ܩܫܝܫܐ ܣܗܕ̈ܐ.	καὶ θ'. — Ἐν Λαοδικείᾳ Ἡρακλέων καὶ Διόδωρος πρεσβύτερος μάρτυρες.	9. In Laodicaea civitate Phrygiae.... Heracli.
ܘܒܬܠܬܥܣܪ ܒܟܠܩܕܘܢܐ ܗܕܪܝܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ	καὶ ιγ'. — Ἐν Χαλκηδόνι Ἀδρίας ἐπίσκοπος.	13. In Chalcedona Adriae *(var.* Adriani).
ܘܒܫܬܬܥܣܪ ܒܐܣܝܐ. ܕܩܝܣ ܘܣܗܕ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ.	καὶ ις'. — Ἐν Ἀσίᾳ Δέκιος καὶ ἕτεροι μάρτυρες.	16. In Asia Cecae et aliorum X *(varr.* Africa, Cecrae, al. CCLXX; *cfr.* 15).

L. D.

ܘܒܫܒܥܣܪܐ ܐܝܓܢܛܝܘܣ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܢ ܣܗܕܐ ܩܕܡܝܐ
ܘܒܥܣܪܝܢ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ
ܐܘܛܘܟܣ ܘܐܚܪܢܐ
ܣܗܕܐ. ܘܒܚܕ ܘܥܣܪܝܢ
ܕܣܝܘܣ ܘܓܐܝܘܣ
*ܘܙܘܛܝܩܘܣ ܣܗܕܐ.
ܘܒܬܪܝܢ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܐܕܪܝܢܘܦܘܠܝܣ ܕܬܪܩܝܐ
ܦܝܠܝܦܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܣܗܕܐ ܘܗܪܡܣ ܕܡܢܗ̇
ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܒܬܠܬܐ
ܘܥܣܪܝܢ ܣܘܝܪܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܘܕܘܪܬܐܘܣ ܘܒܚܡܫܐ
ܘܥܣܪܝܢ ܒܗܝܪܦܘܠܝܣ
ܕܦܪܘܓܝܐ ܡܢ ܣܗܕܐ
ܩܕܡܝܐ ܩܘܪܝܩܘܣ
ܘܩܠܘܕܝܢܘܣ ܘܒܫܬܐ
ܘܥܣܪܝܢ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ
ܡܢ ܣܗܕܐ ܩܕܡܝܐ
ܣܠܘܢܘܣ ܘܡܪܩܝܢܘܣ
ܘܒܫܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܒܐܘܡܢܝܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܦܪܘܓܝܐ ܬܪܣ[ܘܣ]
ܘܦܘܠܘܩܪܦܘܣ ܘܓ[ܐܝ]ܘܣ
ܘܐܚܪܢܐ ܬܡ[ܢܝܐ]
ܘܒܬܠܬܝܢ ܒܢܝܩܘܡ[ܕܝܐ]
ܩܠܢܕܝܘܣ ܣܗܕܐ ܀ ......

* fol. 253 c.

καὶ ιζ'. — Ἰγνάτιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων.

καὶ κ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Εὐτυχὴς καὶ ἕτεροι μάρτυρες.

20. In Nicomedia Eutici, Promaci, Luci, Marcellini....

καὶ κα'. — Δάσιος καὶ Γάϊος καὶ Ζωτικὸς μάρτυρες.

21. In Nicomedia Dasci ometis Zotici, Gai et XII militum.

καὶ κβ'. — Ἐν Ἀδρι[αν]οπόλει τῆς Θρᾴκης Φίλιππος ἐπίσκοπος μάρτυρ καὶ Ἑρμῆς τῆς αὐτῆς πόλεως.

22. In Hadrianopoli Thraciae Philippi episcopi, Severi et Hermae discip[ulorum] eius.

καὶ κγ'. — [Σ]εουῆρος πρεσβύτερος καὶ Δωρόθεος.

23. In Hadrianopoli Severi et Dorothei.

καὶ κε'. — Ἐν Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Κυριακὸς καὶ Κλαυδιανός.

25. In Hierapoli Phrygiae Claudiani, Eucariae (*var.* Eugari).

καὶ κϛ'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Σιλβανὸς καὶ Μαρκιανός.

26. In Nicomedia Luciani, Marciani....

καὶ κζ'. — Ἐν Εὐμενείᾳ πόλει τῶν Φρυγων Θρασέας καὶ Πολύκαρπος καὶ Γ[άϊος] καὶ ἕτεροι η'.

27. In Phrygia Eumeni[ae] Tarsi, Policarpi, Gagi, Cumini (? *var.* Noconi), Cononis, Longi, Diodori et Metrobi.

καὶ λ'. — Ἐν Νικομ[ηδείᾳ] Καλανδίων μάρτυρ.

30. In Nicomedia Ianuarii, Calendionis etc.

ܒܝܪܚ ܬܫܪܝ ܐܚܪܝ

Μηνὶ Θεσρὶ τῷ δευτέρῳ.

NOVEMBER.

ܒܬܠܬܐ ܒܝܘܢܝܐ
ܒܩܣܪܝܐ ܕܩܦܘܕܩܝܐ
ܓܪܡܢܘܣ ܘܬܐܘܦܝܠܘܣ
ܘܩܘܪܝܠܘܣ ܘܒܬܡܢܝܐ
ܐܘܣܒܝܣ ܘܒܬܠܬܥܣܪܐ
ܒܦܪܝܢܬܘܣ ܘܗܕܝܣܛܘܣ
ܩܫܝܫܐ ܘܒܐܪܒܥܣܪܐ
ܒܗ̇ ܒܡܕܝܢܬܐ ܬܐܕܘܛܘܣ
ܘܕܡܛܪܝܘܣ ܩܫܝܫܐ
ܣܗܕܐ ܘܒܚܡܫܥܣܪܐ

γ' κατὰ τοὺς Ἕλληνας. — Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Γερμανὸς καὶ Θεόφιλος καὶ Κύριλλος.

3. In Caesarea Cappadociae Germani, Theophili.... Germani, Theophili, Cesari, Egrili.

καὶ η'. — Εὐσέβιος.

8. In Nicomedia Eusebii etc.

καὶ ιγ'. — Ἐν Περίνθῳ (1) καὶ Ἥδιστος πρεσβύτερος.

13. In Thracia Edisti etc.

καὶ ιδ'. — Ἐν τῇ αὐτῇ πόλει Θεόδοτος καὶ Δημήτριος πρεσβύτεροι μάρτυρες.

14. In Heraclea civitate Thraciae Clementini et Theodoti, Filomeri et aliorum multorum quorum nomina Deus scit. Et Eracli in ipso die.... 15.... Theodoti, Demetri.

(1) Hic nomen aliquod excidit.

L. D.

ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܣܩܘܢܕܘܣ ܘܐܘܪܢܛܝܣ ܡܘܕ̈ܝܢܐ ܡܢ ܩܕ̈ܡܝܐ . ܘܒܗ ܒܚܡܫܬܥܣܪ ܒܬܫܪܝ ܐܚܪܝ ܒܐܘܪܗܝ 53ᵛa. * ܡܕܝܢܬܐ ܫܡܘܢܐ ܘܓܘܪܝܐ ܡܘܕ̈ܝܢܐ	καὶ ιε'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Σεκοῦνδος καὶ Ὀρόντιος ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων. Καὶ τῇ αὐτῇ ιε' Θεσρὶ τοῦ δευτέρου, ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει Σαμουνᾶς καὶ Γουριᾶς μάρτυρες.	15.... Secundi.... Antiochia....
ܘܒܫܒܥܬܥܣܪ ܒܢܝܩܘܡܕܝܐ ܐܡܘܢܝܘܣ ܘܕܝܘܦܝܠܘܣ ܘܡܛܪܘܢܐ ܡܘܕܝܢܬܐ .	καὶ ιζ'. — Ἐν Νικομηδείᾳ Ἀμμώνιος καὶ Διόφιλος καὶ Μάτρωνα μάρτυρες.	17. In Nicomedia Ammoni et in Asia Filiae Matronae et Teclae virginis.... In Nicomedia Ammoni; in Asia Diophidis, Matronae, Teclae virginis. — 12 *sept.* Nicomedia Ammoni; in Asia Diofili matronae, Teclae virginis.
ܘܒܬܡܢܬܥܣܪ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܪܘܡܢܘܣ ܘܒܬܫܥܬܥܣܪ	καὶ ιη'. — Ἐν Ἀντιοχείᾳ Ῥωμανός.	18. In Antiochia Romani.
ܡܟܣܝܡܘܣ ܟܘܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܘܩܝܢܘܣ ܩܫܝܫܐ ܘܩܪܛܪܝܘܣ	καὶ ιθ'. — Μάξιμος χωρεπίσκοπος καὶ Λουκιανὸς πρεσβύτερος καὶ Καρτέριος.	19. In Caesarea Cappadociae Maximi Muciani.... Cartheri....
ܘܒܥܣܪܝܢ ܡܢ ܡܘܕ̈ܝܢܐ ܩܕ̈ܡܝܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܡܘܕܝܢܐ .	καὶ κ'. — Ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων Βασίλιος μάρτυρ.	20. In Antiochia Basilii et Dionysii.
ܘܒܚܕ ܘܥܣܪܝܢ ܒܡܠܝܛܝܢܐ ܦܠܘܛܝܢܘܣ ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܡܘܕ̈ܝܢܐ ܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܬܫܥܐ	καὶ κα'. — Ἐν Μελιτηνῇ Πλωτῖνος καὶ ἕτεροι μάρτυρες μθ'.	
ܘܒܐܪ̈ܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܒܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ ܒܪܘܢܝܩܘܣ ܘܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ [ܡܕܝܢ]ܬܐ ܦܛܪܘܣ [ܐܦܝܣ]ܩܘܦܐ ܡܘܕܝܢܐ . . . . . ܐ ܘ . ܘ . ܘ . . . . . ܘ ܡܘ̈ܕܝܢܐ ܕ . . . . ܒܐ. ܘ . ܘ . . . ܘ : ܘ . . . ܘ . ܘ	καὶ κδ'. — Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας Βερονίκιος. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [τῇ πόλει] Πέτρος [ἐπίσ]κοπος μάρτυρ..... (1)	23. In Caesarea Cappadociae Verociani.... In Alexandria Petri episcopi.

Pone sequitur in breviario syriaco elenchus martyrum qui in Perside occubuerunt; hunc etiam subicimus cum versione graeca, quam confecit et notis instruxit P. Van den Gheyn, socius bollandianus (2).

ܫܡܗ̈ܐ ܕܡܪ̈ܢ ܡܘܕ̈[ܝ]ܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܡܕܢܚܐ .	Τὰ ὀνόματα τῶν κυρίων ἡμῶν τῶν μαρτύρων, οἱ ἐφονήθησαν ἐν τῇ ἀνατολῇ.
ܐܒܐ ܡܘܕܝܢܐ ܩܕܡܝܐ	Ἀββᾶ ὁ πρῶτος μάρτυρ.
ܕܠܝ ܡܘܕܝܢܐ ܕܬܪܝܢ	Δάλι ὁ δεύτερος μάρτυρ.
ܒܘܠܚܐ ܚܙܬ ܘܐܦܪܗܛ ܘܡܢܘܦܝܠܘܣ ܡܢ	Βούλχα, Χαζὰτ καὶ Ἀφραάτης καὶ Μηνόφιλος ἐκ τῶν ἀρχαίων.

(1) Hic Wrightius supplevit ܩܕܡܝܐ (ἀρχαῖος), quod tolerari minime potest. Petrus enim Alexandrinus sollemni appellatione τέλος μαρτύρων dictus est, ut qui ultimus in Maximini persecutione pro fide occubuerit. In syriaco ܚܪܝܐ (τελευταῖος) fuisse conicit vir cl. R. Graffin. — (2) Plures ex istis martyribus innotescunt tum ex recensione eorum, quam depravatam nimis propter syriacae linguae imperitiam tradit Sozomenus, *Hist. eccl.*, II, 9-14, accuratiorem vero I. S. Assemanus in *Biblioth. Orient. Clement.-Vatic.*, tom. I, pp. 183-95, tum ex eorum Actis, quae vulgavit S. E. Assemanus, *Acta sanctorum Martyrum Orientalium et Occidentalium*, tom. I, et nuper recensuit vir cl. Abbeloos ex codice S. Pethionis in *Anal. Bolland.*, tom. IX, pp. 5-8. Multi tamen ex his nominatis aliunde adhuc non sunt noti nobis. In transcribendis graece nominibus personarum et locorum, hanc formam plerumque servavi quae apud hellenicos scriptores trita est.

L. D. ܡ̈ܪܝܐ ܡܝܠܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܐܒܪܫܡ ܘܣܝܢܝ ܣ̈ܗܕܐ ܩܕ̈ܡܝܐ. ܗܠܝܢ ܫܡ̈ܗܐ ܕܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܣ̈ܗܕܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܒܡܕܢܚܐ ..o.. .oo. .oo. .oo.	Μίλης ἐπίσκοπος καὶ Ἀβουρσὰμ καὶ Σιναῖ ἀρχαῖοι μάρτυρες (1). Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἐπισκόπων μαρτύρων, οἱ ἐφονήθησαν ἐν τῇ ἀνατολῇ.
* fol. 253 b. * ܫܡ̈ܗܐ ܕܡܪ̈ܢ ܣ̈ܗܕܐ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܕܒܝܬ ܦܪ̈ܣܝܐ ..o.. ܫܡܥܘܢ ܘܒܪܒܥܫܡܝܢ ܘܫܕܘܣܬ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܕܣܠܝܩ ܘܩܛܝܣܦܘܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܐܪ̈ܡܝܐ . ܝܘܚܢܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܗܘܪܡܙܕ ܐܪܕܫܝܪ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܗܘ̈ܙܝܐ . ܝܘܚܢܢ ܘܫܒܘܪ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܕܟܪܟܐ ܕܒܝܬ ܣܠܘܟ . ܓܕܝܗܒ ܘܣܒܝܢܐ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܕܒܝܬ ܠܦܛ ܕܒܒܝܬ ܗܘ̈ܙܝܐ . ܒܘܠܝܕܥ ܘܒܪ ܒܥܕܐ ܘܝܘܚܢܢ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܕܦܪܬ ܕܡܝܫܢ ܦܘܠܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܟܫܟܪ ܚܘܪܡܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܚܠܘܢ . ܢܪܣܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܫܗܪܩܪܬ ܝܘܚܢܢ ܘܐܒܪܗܡ ܐܦܣܩ̈ܘܦܐ ܕܐܪܒܠ .	Τὰ ὀνόματα τῶν κυρίων ἡμῶν μαρτύρων ἐπισκόπων ἐκ τῆς χώρας τῶν Περσῶν. Συμεὼν καὶ Βαρβασύμης καὶ Σαδὼθ τῶν ἐπισκόπων Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος, πόλεων τῶν Ἀραμαίων. Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀρταγείρας, πόλεως τῶν Χουζαϊνῶν (2). Ἰωάννης καὶ Σαβώρης ἐπίσκοποι Χιρχασελεύκου (3). Γαδδιάβης καὶ Σαβῖνος ἐπίσκοποι Βηθλαβᾶς ἐν τοῖς Χουζαϊνοῖς. Βολιδαῖος καὶ Βαραβδᾶς καὶ Ἰωάννης ἐπίσκοποι Μεσενῆς (4). Παῦλος ἐπίσκοπος τῶν Κασχάρων. Χυρμὰν ἐπίσκοπος Καλαχηνῆς (5). Νηρσᾶς ἐπίσκοπος Σαχαρκάρτ. Ἰωάννης καὶ Ἀβράμιος ἐπίσκοποι τῶν Ἀρβήλων.
ܫܡ̈ܗܐ ܕܩܫ̈ܝܫܐ .o. ܣ̈ܗܕܐ .o.	Τὰ ὀνόματα τῶν πρεσβυτέρων μαρτύρων.
ܥܒܕܗܠܐ ܚܢܢܝܐ ܩܘܡܐ ܒܕܒܘܝ ܦܘܠܘܣ ܙܝܙܝ ܦܘܠܘܣ ܢܩܝܒ ܐܕܢܐ ܐܝܣܚܩ ܗܘܪܡܙܕ ܗܒܠܗܐ ܒܕܡܐ ܩܫ̈ܝܫܐ ܬܪܥܣܪ ܕܣܠܝܩ ܘܕܩܛܝܣܦܘܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ	Ἀβδεχαλάας, Ἀνανίας, Καιουμᾶς, Βαδβουΐ, Παῦλος, Ζιζί, Παῦλος, Νακὶβ, Ἀδανᾶς, Ἰσαάκ, Ὁρμήσδας, Χαβαλαχᾶς, Βάδιμος, πρεσβύτεροι δώδεκα Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος πόλεων τῶν Ἀραμαίων.

(1) Isti tantum ex hac serie cogniti sunt, quorum meminit Sozomenus II, 14 et Acta videsis apud S. E. Assemanum, p. 60. — (2) Syrus ad litteram scribit *Ardashir*, at monet Le Quien, *Oriens Christ.*, tom. II, p. 1316, hanc urbem eam esse quam Strabo vocat Ἀρταγείρα. Regionem Χουζαινῶν hoc nomine signant Acta S. Sirae, *Act. SS.*, Mai tom. III, p. 181. — (3) Idem vocabulum reperies in Actis S. Sirae, *l. c.*, p. 178. — (4) Id est *Bassora*, ad Tigrim, prope sinum Persicum. — (5) Syriace *Halavan*, idem locus qui apud Strabonem Καλαχηνή.

ܕܒܝܬ ܐܪ̈ܡܝܐ. ܠܘܓܝܢ
ܩܫܝܫܐ ܕܡܫܟܢܐ
ܫܝܠܐ ܒܪ ܣܒܥܝܐ.
ܛܪܝ، ܫܝܠܐ ܥܒܕܝܫܘܥ
ܩܫ̈ܝܫܐ ܡܢ ܡܚܘ̈ܙܐ
ܕܒܝܬ ܐܪ̈ܡܝܐ ܒܝܒܐ
ܡܪܝ، ܫܡܥܘܢ ܦܦܐ
ܐܝܣܚܩ ܩܫ̈ܝܫܐ
ܕܚܘܠܣܪ ܐܢܕܪܝܘܣ
ܥܒܕܙܟܝܐ ܝܘܣܦ
ܐܒܪܗܡ ܐܢܕܪܝܘܣ
ܐܒܪܗܡ ܒܪܣܒܥܝܐ
ܢܩܝܒ ܐܕܢܐ ܫܡܥܘܢ
ܘܝܘܚܢܢ ܩܫ̈ܝܫܐ ܡܢ
ܐܬܪܐ ܕܒܝܬ ܗ̈ܘܙܝܐ
ܡܪܣܐ ܦܦܐ ܐܝܬܡܪ
ܒܪܣܒܥܝܐ ܡܢ ܚܕܝܒ
ܐܒܐ ܐܒܪܗܡ ܦܛܪܘܣ
ܦܡܒܟ ܫܘܫܝ ܦܦܐ
ܫܫܢ ܒܪܘ ܡܢ ܟܪܟ
ܓܪܡܩ. ܝܥܩܘܒ ܐܕܝ،
ܢܘܟܪܝܐ ܫܛܪܝܐ
ܐܒܪܗܡ ܐܝܣܚܩ
ܣܪܝܦܐ ܡܪܝ، ܡܢ
ܣܠܝܩ ܝܥܩܘܒ ܩܫܝܫܐ
ܣܗܕܐ ܡܢ ܬܠܬܐ
ܫܠܝܠܐ. ∘ . ∘

ܫܡ̈ܗܐ ܕܡܫܡ̈ܫܢܐ
. ∘ . ܣܗ̈ܕܐ . ∘ .

ܦܦܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܚܠܡܝܢ ܝܦܝܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܪܝܫܕܪ ܘܒܕܢ ܡܕܝܢ
ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܕܡܫܟܢܐ.
ܥܒܕܝܫܘܥ ܐܝܣܚܩ
ܡܪܝ، ܡܪܝ، ܐܝܣܚܩ.
ܥܒܕܝܫܘܥ ܝܥܩܘܒ.
ܥܒܕܝܫܘܥ ܕܕܩ.
ܟܘܣܪܘ ܡܪܝܐ ܡܠܟܝ
ܝܘܚܢܢ ܥܒܕܐ ܢܩܝܒ
ܐܕܢܐ ܡܠܐ ܥܒܕܝܫܘܥ
ܐܡܪܝܐ ܐܕܝ، ܚܒܠܟܐ
ܫܫܝ . . ∘ . .

Λογγῖνος πρεσβύτερος τῶν Σκηνῶν (1).

Σίλας, Βαρσαβᾶς, Τίραιος (2), Σίλας, Ἀβδίησους, πρεσβύτεροι Μαχούζης τῶν Ἀραμαίων (3).

Βῖβα, Μάρης, Συμεών, Πάπας, Ἰσαάκ, πρεσβύτεροι Χυλσαρᾶς (4).

Ἀνδρεῖος, Ἀβδαζακχαῖος, Ἰωσήφ, Ἀβράμιος, Βαρσαβᾶς, Νακίβ, Ἀδανᾶς, Συμεών, Ἰωάννης πρεσβύτεροι τῆς χώρας τῶν Χουζαινῶν.

Μαρσάν, Πάπας, Ἰθαμάρ, Βαρσαβᾶς ἐκ τῆς Ἀδιαβηνῆς.

Ἀβᾶ, Ἀβράμιος, Πέτρος, Παμβάκ, Σουσί, Πάπας, Σασάν, Βῆρος ἐκ τῆς πόλεως Γερμαίων.

Ἰάκωβος, Ἀδδαῖος, Νουκραῖος, Σατραῖος, Ἀβράμιος, Ἰσαάκ, Σαριφής, Μάρης ἐκ Σελευκείας.

Ἰάκωβος πρεσβύτερος μάρτυρ ἐκ Τελσαλίλα (5).

Τὰ ὀνόματα τῶν διακόνων μαρτύρων.

Πάπας, διάκονος ἐκ Χελμίν (6), Ἰαψίν διάκονος ἐκ Ῥισαδάρ, Βάδαν, Μαδιὰν διακόνοι τῶν Σκηνῶν, Ἀβδίησους, Ἰσαάκ, Μάρης, Μάρης (7), Ἰσαάκ, Ἀβδίησους, Ἰάκωβος, Ἀβδίησους, Δαδάκ, Χοσρόης, Μάριος, Μαλκής, Ἰωάννης, Ἀβδαῖος, Νακίβ, Ἀδανᾶς, Μαλᾶς, Ἀβδίησους (8), Ἀμαραῖος, Ἀδδαῖος, Χαβαλαχᾶς, Σάσιος.

(1) Hoffmann, *Auszüge aus syrischen Akten Persischer Märtyrer*, p. 41, urbem *Mashkenê* eandem opinatur ac eam quam Strabo vocat Σκηναί. — (2) Cfr. Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber*, p. 4. — (3) De Μαχούζη τῶν Ἀραμαίων lege Hoffmann, *op. cit.*, pp. 82 seqq. — (4) De Isaac, presbytero ex pago Hulsaro, cfr. Assemani, *Act. SS. Martyrum*, p. 100. — (5) Textus syriacus habet *Telâthâ-Shelîlâ*, sed in istius martyris Actis, quae videsis apud Assemanum, *Act. SS. Martyrum*, p. 122, locus vocatur ܬܠܐ ܫܠܝܠܐ, *Telâ-Shalîlâ*. — (6) Cfr. Assemani, *Bibl. Or.*, tom. I, p. 189. — (7) Duos etiam diaconos nomine Μάρης citat Assemanus, *Bibl. Or.*, p. 192; tom. I, p. 191. — (8) Quattuor istius nominis novit Assemanus diaconos, primum Saporis anno 53 interfectum, *Bibl. Or.*, p. 192; secundum anno eiusdem 66, *ibid.*, p. 191; tertium et quartum regnante Sapore anno 66 et 67, *ibid.*, pp. 192, 194.

L. D. Igitur et syriaca excerpta et latinus textus ex eodem fonte promanarunt, de quo iam est inquirendum.

De tempore primum dicam. Christianorum sub Iuliano morti traditorum nomina aliquot apparent. Ita in latinis codicibus Aemilianus (iul. 18) Dorostoro tribuitur, quem ob *ararum subversionem Dorostori a vicario incensum* tradit Hieronymus (1). Die iulii 19, syrus refert Synnadis coli Macedonium, Lampyrum, Antigonum, Iovinum, Victorinum et Tatianum, ex quibus duos tantum priores retinuit latinus, quos Antiochiae male tribuit. Atqui cum hoc numero pronum est conferre Macedonium, Theodulum et Tatianum, quos Socrates (2) testatur ob confractas apud Merum deorum statuas igni traditos fuisse a praeside Phrygiae Amachio. Praeses ille fuit Phrygiae Salutaris et sedem habuit Synnadis. Etsi Theodulus deest in martyrologio, Lampyrus vero cum Antigono, Iovino, Victorino praetermissi sunt a Socrate, dubium esse nequit de iisdem iudiciis et suppliciis utrinque agi.

Ergo ante an. 362 martyrologii exemplar ex quo syrus latinusque pendent, minime scriptum erat. Sed tanta est breviarii syriaci corruptela, tam longe ab archetypo videtur discedere, ut is consultius anno 362 proximetur quam anno 411-2, quo descriptus est codex Nitriensis. Ad Valentis potius quam ad Theodosii tempora remittimur.

Provinciae civitatesve quae in syriaco comparent, eaeque quas in latino tantum repertas in graeco tamen fuisse firma praesumptio est, fere omnes pertinent ad imperium orientale. Ex Africanis sanctis Perpetua et socii eius soli, solus ex urbe Roma Xystus in syriaco nominantur (3). Illyrici occidentalis civitates Salonae et Sirmium utrique textui, Cibalae Sabariaque et Noricum Ripense latino tantum martyres praebuere : sed quod Pseudo-Hieronymus refert de Floriano martyre in Ripensi Norico necati, hoc potuit serius ex passione suppleri, neque pertinuisse ad martyrologium graecum. Corinthus, Thessalonica, forte etiam Nicopolis Epirotica ex Illyrico orientali nuncupantur ; quibus accedit frequens mentio civitatum castellorumve ad Istri ripam inferiorem positorum, ut Bononia, Ratiaria, Dorostorum, Axiopolis, Dinogetia, Noviodunum, et provinciarum Daciae Ripensis, Mysiae et Scythiae. Ex reliqua Thracica dioecesi apparent urbes Tomi, Philippopolis, Hadrianopolis, Maronia, Heraclea-Perinthus, Byzantium-Constantinopolis (4), cum nominibus provinciarum Scythiae, Thraciae, Rhodopi, ut nulla sit illius dioecesis provincia, quae non aut ipsa nominetur, aut civitate aliqua repraesentetur.

Asiae Minoris eadem est condicio : omnium fere provinciarum nomina agnoscuntur, civitatum permultarum. Ex provinciis desunt vel deesse videntur Lydia, Insulae, Pisidia ; civitates apparent Ephesus, Smyrna, Aphrodisias, Cyzicus, Pergamus, Lampsacus, Laodicaea, Hierapolis, Eumenia, Synnada, Iconium, Lystra, Nicomedia, Nicaea, Chalcedon, Appia, Apollonia, Ancyra, Tavium, Caesarea Cappadociae, Neocaesarea, Amasia, Sebaste, Melitene.

Orientalium regionum, si Antiochiam exceperis Caesareamque in Palaestina, cuius peculiaris est condicio, minus frequens est mentio. Ciliciae tamen urbes aliquot inveniuntur, Seleucia Isaurica, Tarsus, Anazarbus, Aegeae ; cetera reducuntur ad Nisibin, Edessam, quarum etiam ratio specialis est, ad Amidam, Gindarum, Damascum et Philadelphiam.

Minor adhuc de Aegypto cura fuit, cuius praeter Alexandriam vix tres loci quattuorve occurrunt, Pentapolis Lybiae superioris, Thebais, Thmuis.

Harum regionum civitatumve non ita saepe memoria occurrit, sed semel, bis terve ut plurimum, raro frequentius. Quod tamen minime pertinet ad tres urbes Alexandriam, Antiochiam, Nicomediam, quae saepissime recurrunt, praesertim Alexandria et Nicomedia (5). Sed, ut vidimus, Alexandriae fasti totius fere Aegypti martyres complectuntur ; Nicomediae laterculi non excedunt fines ipsius civitatis. Ideo etsi satis plenos Antiochiae et Alexandriae fastos ad manum habuerit martyrologii consarcinator, plenior tamen ipsi fuit notitia Nicomediensium martyrum. Cui accedit quod distinctius et novit et digessit memorias sanctorum Asiae Minoris, Thraciae et Istrici limitis. Nicomediensium episcopos Anthimum (V k. maii) et Eustolium (VI id. iun.) commemorat, illum quidem martyrio celeberrimum, hunc vero non ita notum, de quo hoc solum didicimus, eum in Ancyrano concilio sedisse anno 314.

Igitur Nicomediensis fuit iste martyrologus aut clericatu aut certe domicilio. Sed non tantum kalendariis ecclesiarum usus est ; etiam libros adhibuit, de quibus nunc est dicendum. Eusebius, ut notum est, duos edidit de martyribus libros, unum de antiquis martyribus, id est ipsi Eusebio et Diocletiano anterioribus, alterum de martyribus Palaestinis passis inter annos 303 et 313. Priori iam perdito

(1) *Chron*, a. 362 ; cfr. Theodoretum, *Hist. eccles.*, III, 7. — (2) *Hist. eccles.*, III, 15 ; cfr. Sozom., V, 11. — (3) Quod attinet ad apostolos Petrum et Paulum syriacus codex pendet ex usu orientali, latini ex kalendario romano. — (4) Constantinopolis raro occurrit ; mirum est nullam commemorari ex translationibus dedicationibusve quae saeculo IV magno cum apparatu celebratae sunt et in consulares libros relatae sunt (*M. G., Scr. Antiq.*, tom. IX, p. 233 et seqq.), maii 12, dedicatio ipsius urbis ; feb. 15, dedicatio ecclesiae principalis ; april. 9, dedicatio basilicae SS. Apostolorum ; martii 3, translatio SS. Andreae et Lucae ; iunii 1, translatio S. Timothei. — (5) Antiochiae nomen in 74 latinis laterculis repperi, in syriacis 24 ; Alexandriae in 84 latinis, syriacis 19 ; Nicomediae in 76 latinis et in 29 syriacis.

titulus (1) fuit Συναγωγὴ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων: quae in eo continebantur Eusebii minime erant, sed eorum quibus curae fuerat diversis locis et temporibus martyrum memoriam scriptis recolere. Amplum sane fuit illud opus; ibi enim, ut ex ipso Eusebio discimus, integrae historiae cum prolixis documentis locum invenerant, cuius generis fuit epistula Lugdunensium ecclesiis Asiae et Phrygiae, cum scriptis non paucis ad montanismum spectantibus atque epistula confessorum ad Eleutherium episcopum Romanum; eidem συναγωγῇ illata fuit Pionii Smyrnensis passio, multorum versuum documentum; eidem et Apollonii Romani martyris historia, cuius armena versio, viginti abhinc annis edita, nuper ad se traxit doctorum virorum oculos et curas. Integrum graecae passionis textum ea versio minime refert, neque tamen paucas paginas complectitur (2). Etsi id expressis verbis non dicit Eusebius, coniciendum est in eadem collectione fuisse et epistulam de passione Polycarpi celeberrimam et recens inventum sanctorum Carpi, Papyli et Agathonices martyrium (3). L. D.

Ex hoc opere profecisse graecum martyrologii auctorem iis probatur argumentis :

1° Inter antiquos martyres et recentes, id est sui temporis, ita distinguit Eusebius ut illos tantum in collectionem suam reciperet, de ceteris in universum tantum referret, exceptis Palaestinensibus; horum enim historias in altero libro narravit. Atqui ea distinctio ut ipsi historiae apta, ita ecclesiastico usui quo reguntur kalendaria parum consona videtur. Ecclesiae enim interest martyrum nomina retineri cum diebus quibus passi sunt, minime vero definiri utrum ante annum 303 passi sint an postea.

Sed in codicibus nostris latinis et maxime in syriaco manifesta sunt huius distinctionis vestigia. Saepe enim in syriaco sanctus dicitur fuisse ἐκ τῶν ἀρχαίων μαρτύρων; respondent in latinis verba *de antiquis*, quae, etsi rarius obvia, eundem tamen fontem manifestant. Quod cum conferre aliquid possit ad notitiam deperditae collectionis Eusebii, subiciendos duxi dies quibus mentiones illae occurrunt.

In syriaco :

Ian.	19.	Niceae, Cosconii, Zenonis et Melanippi.
Feb.	23.	In Asia, * Polycarpi cum Cosconio etc.
Mart.	7.	In Africa, *Perpetuae et sociorum.
—	26.	Heracleae, Marciani.
April.	13.	Pergami, * Carpi, Papyli et Agathonicae.
Iul. (Iun.)	8.	(Antiochiae ?), Sostrati, Hesperii et Glycerii.
—	30.	Synnadis, Democriti, Secundi et Dionysii.
Aug.	15.	Nicomediae, Philippi et Antiochi.
—	21.	(Synnadis ?) Zotici et sociorum.
Sept.	2.	Nicomediae, Cosconii, Zenonis et Melanippi, Theodotae filiorum.
Sept.	20.	Synnadis * Dorymedontis.
Oct.	17.	(Antiochiae) * Ignatii episcopi.
—	25.	Hierapoli, Cyriaci et Claudiani.
—	26.	(Antiochiae ?) * Silvani et Marciani.
Nov.	15.	Antiochiae, Secundi et Orontii.
—	20.	...... Basilii.

In latino :

Ian.	14.	(Antiochiae ?) Glycerii diaconi.
Ian.	29. 30.	Antiochiae, Hippolyti episcopi.
April.	3.	In Mysia Agathemeri.
Mai	3.	Melitene, Hermogenis.

Ex iis sanctis qui asterisco notati sunt, plus minusve probatis cognoscuntur historiis, quibus dignoscitur eos ad aetatem Diocletiano superiorem pertinere; eorum passiones valde probabile est in collectionem Eusebianam fuisse relatas. Reliquorum tempus ignotum est; sed si formula ἐκ τῶν ἀρχαίων, vel *de antiquis*, recte apposita est, et ipsi priscae aetatis fuerunt et gesta habuerunt apud Eusebium. Ceterum cavendum est ne eorum tantum sanctorum historias in collectione Eusebiana insertas fuisse credamus, quorum nominibus illae formulae appictae sunt. Pionii certe et Lugdunensium martyrum passiones corpus illud comprehendit, qui tamen ab indice nostro absunt.

2° In passione Pionii legitur cum eo igni traditum fuisse Metrodorum, marcionistam presbyterum. Hic est, cuius nomen exstat in latinis cum ipsius Pionii nomine sub die IIII id. mart. *Smyrnae, Pionii presbyteri, Metrod[or]i presbyteri.* Scilicet bonus auctor, cui certe nulla ecclesiarum catholicarum kalendaria Metrodori nomen obtulerunt, id in passione invenit atque ea parum intellecta in opus suum rettulit. Polycarpus, quem recte *ex antiquis martyribus* syriacus fuisse notat, in latino *cum aliis XII* passus esse dicitur VII kal. mart. Etiam hoc passioni debetur; in ea enim memorantur XII vel potius XI alii martyres, multis ante Polycarpum diebus pro fide occisi, quorum dies anniversarius diversus certe fuit.

3° Eusebius ipse testatur (4) in fine scripturae de passione Lugdunensium adiectum fuisse catalogum, in quo separatim recensebantur : *a)* qui abscissione capitis consummati fuerant; *b)* qui ad bestias traditi fuerant; *c)* qui in carcere quieverant; *d)* qui supervixerant confessores. Atqui ii sancti in latinis nostris codicibus habentur die IIII non. iun. Ibi eorum nomina invenies

(1) Eus., *H. E.*, IV, 15, 48 ; Vid. prooem., 4, 21. — (2) Cfr. F. C. Conybeare, *The Guardian*, 1893, pp. 998 sqq.; Harnack, *Sitzungsberichte der kgl. Preuss. Akad. der Wissenschaften zu Berlin*, 1893, pp. 721-46. — (3) Primum a B. Aubé editum in *Revue archéologique* 1881, tom. II, p. 348; melius ab Ad. Harnack, *Texte und Untersuchungen*, tom. III, fasc. 3-4, p. 440. — (4) *H. E.*, V, 4.

quattuor

L. D. quattuor ordinibus distributa. Primo nihil praescriptum est; ceteris tituli praeponuntur iidem quos dixit Eusebius :

hii autem qui ad bestias traditi sunt :
hii sunt qui in carcere spiritum reddiderunt :
item alii Lugdunensium.

Cur primus titulus absit, id etiam facile intellegitur. Pothini episcopi nomen in tertio ordine quasi latebat; ex iis enim erat qui in carcere obierant. Ipsi primum locum ut episcopo deberi arbitratus aliquis recensor latinus, eum de tertio ordine transtulit in caput primi; ibique ei comitem adiunxit Zachariam, de quo ut de patre S. Iohannis Baptistae locuti erant confessores Lugdunenses, sed quem error Rufinianae versionis Lugdunensem fecit et martyrem. Ita turbatus est textus et primus periit titulus. Ceterum ex Eusebiana passione fluxisse catalogum nostrum stilo ipsi suo tituli docent : casu enim recto efferuntur, dum nomina martyrum prostant in obliquo. In graeco, ut syriacus testatur, omnia erant in casu recto; sed latinus interpres, cum semper verba *passio, natale, depositio* aut exprimat aut subintellegat, genitivum casum nominibus aptare studuit. Quod tamen non ita perfecit, ut formae prioris vestigia omnia deleta sint. Sufficiet hic remittere ad alium catalogum, Lugdunensis plane gemellum, quem reperies ad diem XVI kal. mart. Ibi turba quaedam martyrum Alexandrinorum his titulis distinguitur :

hii in mare missi sunt :
hii omnes igne combusti sunt :
. . . . . . decollati sunt :

Verum, quod maioris est ponderis, catalogi Lugdunensis ultima pars, nomina continens eorum qui supervixeraut, in kalendariis locum habere non potuit, habuit autem in martyrologio. Errorem intellexerunt correxeruntque Gregorius Turonensis (*Gl. mart.*, 48) et Ado in suo martyrologio. Uterque enim, etsi ex hieronymiana traditione pendet, nomina illa consulto omisit (1).

Venio nunc ad alterum Eusebii librum, de provinciae suae martyribus, iis scilicet qui sub Diocletiano et Maximino passi sunt. Cuius duae recensiones exstant, altera longior, syriace tantum tradita, quam repperit Curetonius in ipso illo codice, in quo et nostrum exstat martyrologium (2), altera brevior, in graecis servata codicibus cum historia ecclesiastica Eusebii, cuius plerumque libro VIII subnectitur. Ibi martyriis, etsi non semper, saepissime tamen assignantur anni, menses et dies. Quibus quam bene congruat martyrologium, sequens ostendit tabella, in qua ipsius Eusebii in narrando ordinem secutus sum (3).

1. Procopius (M. P. 1), Desii i. e. iunii 7 — VII id. iun.
2. Alphius et Zacchaeus (M. P. 1), Dii i. e. novembris 17 = XV k. dec.
   Romanus (M. P. 2) eodem die (Antiochiae passus).
3. Timolaus, Dionysius, Romulus, Paesis, Alexander, alius Alexander, Agapius, alius Dionysius (M. P. 3). Dystri (martii) 24 = VIIII k. april.
4. Apphianus (M. P. 4). Xanthici (aprilis) 2 = IIII non. april.
5. Agapius (M. P. 6; idem qui et c. 3), Dii (novembris) 20 = XII k. dec.
6. Theodosia virgo (M. P. 7), Xanthici 2 = IIII non. april.
7. Domninus (M. P. 7), Dii 5 = non. nov.
8. Hatha, Valentina, Paulus (M. P. 8), Panemi 25 = VIII k. aug.
9. Antoninus, Zebinas, Germanus et Ennathas (M. P. 9), Dii 13 = id. nov.
10. Ares, Promus et Helias (M. P. 10), Ascalone passi Apellaei 14 = XVIIII k. ian.
11. Petrus qui et Apselamus (10) Audynaei 11 = III id. ian.
12. Pamphilus, Valens diaconus, Paulus; Aegyptii V, sci-

(1) Adonem ex recensione Autissiodorensi pendere in aperto est; immo, si quando de fontibus eius accurate inquiretur, facile intellegetur eum pleniore codice usum esse quam nostri sunt; ideo non est cur miremur eum etiam in Lugdunensi catalogo aliquatenus abundare. Habet enim *Rogatae* nomen, in nostris codicibus omissum, quo completur numerus XLVIII martyrum; nam si Zacharias tollitur (et est utique tollendus) non iam XLVIII, sed XLVII martyres inveniuntur. Ita etiam in Adone cognomen *Epagathus* servatum est et post Helpes legitur *quae et Amnas*. Haec omnia ex pleniore textu hieronymiano desumpta sunt. De Gregorio non adeo liquet. *Epagathi* quidem cognomen et ipse retinuit, et signum, ut dicunt, Helpidis : *Elpen ipsa [e]st Amas*. Sed plura nomina omisit, *Rogatae, Attali, Apollonii, Geminiani, Iuliae, Ausoniae*; uno abundans *Mamiliae*; demum Pothini episcopi nomen etsi in fine laterculi addidit, minime exstinxit in ordine eorum qui in carcere spiritum reddiderunt. Quibus perpensis non auderem affirmare ipsa recensione Autissiodorensi Gregorium usum esse. Potuit sane curiosissimo harum rerum scriptori sub oculis venire exemplar aliquod italicae recensionis, idem forte quod adhibuit Autissiodorensis recensor. Gregorio enim cum episcopo Autissiodorensi Aunachario necessitudo fuit; ipse Autissiodorum adiit (*H. Fr.*, IX, 41; *Virt. S. Mart.*, IV, 13; *Gl. conf.*, 40). Ea fuit causa cur, cum in superioribus de aetate recensionis Gallicae inquirerem, Gregorium testem minime adhibuerim. Dubium enim est utrum ex italica an vero ex gallica recensione profecerit. Ceterum nemo mihi opponat Lugdunensem catalogum in Gallia servatum fuisse et nosci potuisse quin ad Eusebii libros recurreretur. Gallicani enim scriptores quicquid de sanctis Lugdunensibus rettulerunt, praeter pauca quae spectant ad eorum sepulturam (Greg. Tur., *Gl. mart.*, 48), totum id ex Rufino didicerunt, id est ex Eusebii historia ecclesiastica latine reddita; atqui ibi catalogus memoratur tantum, non vero traditur, fuitque petendus a Collectione antiquorum martyriorum, quae Gregorio certe nisi per hieronymianam farraginem nosci minime potuit. — (2) Edidit Cureton in opere *History of the Martyrs in Palestine*, Londini, 1861. Cfr. I. Viteau, *De Eusebii Caesariensis duplici opusculo* περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων, Parisiis, 1893. — (3) Syriaca, quando supersunt, graece protuli.

licet

licet Helias, Ieremias, Esaias, Samuel et Daniel; Porphyrius, Seleucus, Theodulus, Iulianus, martyres XII, Peritii 16 = XIIII k. mart.
13. Hadrianus Dystri 5 = III non. mart.
14. Eubulus Dystri 7 = non. mart.
15. Peleus, Nilus, Helias, Patermuthius (c. 13), 19 sept. (Heliae nomen et dies martyrii ex syriaco innotescunt).
16. XXXVIIII ex quibus Silvanus et Iohannes, mai. 4; Silvanus Gazaeorum episcopus, ceteri Aegyptii (13). (Dies ex solo syriaco notus, qui Iohannis nomen reticet.)

VI id. iun. In Caesarea Palaestinae nat...
XV k. dec. In Caesarea... Alfi, Zacchei, Romani.
XIIII k. dec. In Antiochia Romani... in Caesarea. 18 dec. Ἐν Ἀντιοχείᾳ Ῥωμανοῦ.
X k. apr. In civitate Caesarea Agatini, Alexandri... Thimodoli, Dionisi, it. Dionisi et aliorum VIII.
VIIII k. apr. Agapi, Timolai, Romuli, Pisoni, Alexandri, Diopi.
IIII non. apr. Amphiani (redit III non.). L. D.
non. apr. In Caesarea s. Amfiani.
XII k. dec. In Caesarea Cappadociae Agapiti.
III non. april. In Caesarea Palaestinae Theodosiae virginis.
non. nov. In Caesarea Cappadociae Domnini.
XVII k. aug. In Caesarea Pauli cuius gesta habentur... Valentini Theoni.
id. nov. In Caesarea Cappadociae Antonini... Zebennae, Germani Mannicae.
XVIIII k. ian. In Ascalone Alei, Promodi, Heliae.
III id. ian. Alsolami.
XIIII k. mart. Pampili, Valentis diaconi, Seleuci, Perfidi, Theofili, Iuliani cum Aegyptiis numero V.
Febr. 16. — Ἐν Καισαρείᾳ Παλαιστίνης Πάμφιος καὶ Πάμφιλος πρεσβύτερος καὶ ἕνδεκα ἕτεροι μάρτυρες.
III non. mart. Adriani, Euuoli.
XIII k. oct. Palei, Nili, Parimadi, Helii... Pilei, Nili, Patermuscii.
IIII non. mai. In Cesarea nat. Silvani. Alexandriae aliorum XL.

Qua comparatione efficitur non tantum ex Eusebii de Palaestinensibus opere martyrologum nostrum Nicomediensem profecisse, sed ipsi ad manum fuisse longiorem eius operis recensionem.

Ceterum Eusebium secutus quantum sequi poterat, ita se gratum praestitit auctori, ut eius nomen in fastus sacros referre non dubitarit. In syriaco legitur ad diem maii ultimum : *Commemoratio Eusebii Palaestinae episcopi;* aliis verbis in latino, et ad alium diem, nempe iunii 21 (XI kal. iul.) : *In Caesarea Palaestinae depositio Eusebii historiographi.* Hinc transiit ad latinos martyrologos Eusebii commendatio, quae cum eius fama apud posteros, tam graecos quam latinos, mire discordat et multis occasio fuit disserendi.

Sane, si quem umquam offendit memoria Eusebii, Athanasio acerrimi inimici, is certe non fuit Nicomediensis noster, ecclesiae addictus Athanasio infensissimae, cuius episcopi, Eusebius, Amphion, Cecropius, Marathonius, Onesimus, vel Athanasium ipsi publice damnarunt, vel ab eo notati sunt, vel ab illius adversariis collaudati. Immo Arii ipsius nomen, cuius doctrinae famaeve fautores illi episcopi fuerunt, in martyrologio Nicomediensi fuisse suspicio est non contemnenda, certe minime praetermittenda. Legitur enim in syriaco, ad diem iulii (iun.) 6 : *Alexandriae, presbyter Arius;* in latinis etiam eodem die invenimus : *Alexandriae Ar...* vel *Ari...* sed hoc nomen corruptum est ita ut post secundam tertiamve litteram scriptura incerta sit. Non ignoro multos tunc temporis Arios exstitisse praeter heresiarcham; Arius alius, Alexandrinus et ipse presbyter, eiusdem factionis fuit; Athanasii partes secutus est Arius quidam Palestinae episcopus. Arii alii sine dubio fuerunt ea aetate et superiori, quorum unus potuit esse Alexandrinus et presbyter et martyr. Igitur nihil ex iis efficitur nisi suspicio, sed quae ab auctoris patria et Eusebii commendatione aliquam vim accipiat.

§ III. DE LATERCULIS AFRICANIS.

Africae in hieronymianis frequentissima est mentio; neque tantum ubi notissima rubrica *in Africa* occurrit, Africani martyres recoluntur: etiam sine rubrica agnoscuntur nominum formis et ipsa sua multitudine. Nam turmae sunt ingentes, quas in laterculos suos nec satis recte digessit latini martyrologii compilator, nec scite descripserunt sequentes antiquarii.

Quod ad illum spectat, in graecum martyrologium a se latine redditum, ut Romana festa, ita commemorationes africanas rettulit, nempe omnes sub eadem rubrica. Nomen *Romae* multis festis praescribitur, quae non Romae, sed in vicinis dissitisve civitatibus celebrabantur; item sub rubrica communi *in Africa* indistinctim nuntiantur sanctorum turmae et rara mentio est civitatis vel provinciae.

Ex provinciis Numidia bis terve nominatur, neque sine suspicione erroris; pronum enim erat Numidiam vel *Nomediam* cum Nicomedia confundere. Mauritania decem fere diebus apparet, sed non semper recte et opportune. Coniungitur enim hoc nomen non. mart. cum Thuburbitano oppido et sanctis Perpetua, Felicitate ceterisque sociis, qui certe nullo iure ad Mauritaniam referuntur. Ex *Bittinia* nonnunquam *Brittania* factum esse liquet, ex *Brittania Mauritania.*

Ex civitatibus occurrunt Carthago, Thuburbo, Hadrumetum, Thelepte, Tuniza, Hippo Regius, Thagora, Cirtha, Lambaesis, Salda, municipium ad Gemellas, Caesarea, Tingi. Sed ea urbium nomina vel provinciarum plerumque ex passionibus desumpta fuerunt, laterculorum pars longe maior nullum loci nomen prae se fert nisi Africae.

Carthagine sollemne fuit martyrum turbas designare addito nomine civitatis, ut Maxulitanorum, Scilitanorum

L. D. Scilitanorum, Thuburbitanorum et his similibus. Cuius moris vestigia, in titulis sermonum sancti Augustini passim obvia, frequentius occurrunt in kalendario Carthaginiensi quod publici iuris fecit Mabillonius (1), quodque Actis martyrum sinceris Ruinartius subicere curavit. Atqui etiam in martyrologio nostro ea nomina reperiuntur, et saepius, credo, reperirentur, nisi obstitisset scribarum inscitia. Quod ut oculis attingat lector, simul etiam ut de indole, ut ita dicam, africana laterculorum nostrorum diiudicare possit, opportunum videtur cum ipsis conferre kalendarium carthaginiense de quo dicebam, et quatenus congruant annotare. Hoc documentum sexti saeculi est; praebet enim natales episcoporum Carthaginis inde a Grato, qui Sardicensi concilio interfuit an. 343, usque ad Eugenium, qui anno 505 exsul in Gallia obiit. Ex episcopis qui praefuerunt ante Gratum solus Cyprianus recolitur. Cum autem Bonifatii qui post Eugenium annis circiter 523-535 sedit, depositio minime referatur, hoc sedente videtur scriptum. Cui tempori congruit et indoles festorum communium, qualis in kalendario apparet. et rei ecclesiasticae restituendae opportunitas data sub rege Hilderico. Monitum lectorem esse volo, in pergamena unde kalendarium Mabillonius eruit. multa in margine resecta fuisse vel evanida, neque semper constare de numeris dierum. Annus incipit, secundum usum ecclesiae Africanae, *post mortem Domini*, id est post festa Paschalia: immo integrum Quadragesimae tempus a festis sanctorum vacat. Inclinatis litteris edidi quicquid ad Carthaginienses episcopos saeculorum IV. V. VI. ad extraneos martyres vel communia toti Ecclesiae festa referendum est.

KAL. CARTHAGINIENSE.	MARTYROLOGIUM HIERONYMIANUM.
XIII k. mai. martyris Mappalici.	*Hoc nomen XV et XIIII k. mai. legitur in laterculo Africano. De martyre Mappalico, qui cum sociis quibusdam pro fide sub Decio occubuit, mentio est apud Cyprianum, Ep. 10, 22, 27.*
III k. mai. martyris Pudentis.	*Hodie ter occurrit hoc nomen, vario modo scriptum,* Prudenti, Budenti, Pudenti, *sed sub titulo Nicomediae vel Alexandriae.*
II k. mai. martyris Claud.	Claudius *hodie occurrit in laterculo africano valde prolixo.*
III non. mai. depositio Grati episcopi.	
II non. mai. Marini et Iacobi martyris.	In Africa Secundiani episcopi, Iacobi, Mariani. — *Passio exstat, multas martyrum turbas exhibens quarum vestigia in martyrologio inveniuntur; sed de his alibi.*
Non mai. depositio Genecli episcopi.	
V id. mai. s. Maiuli.	In Africa Maiuli *et aliorum multorum.*
III id. mai. martyris Secundiani.	(II id.). In Africa Secundiani *et aliorum.*
II id. mai. s. Felicis, Caecili et comitum.	... Felicis, Rustici...
XI k. iun. ss. Casti et Aemeli.	In Africa... Casti, Emili... *(Cypr. de lapsis, 13; cfr. Aug. serm. 285, 4).*
X k. iun. ss. Luci et Montani.	In Africa Quinti, Luci, Iuliani, Montanae...— *Passio exstat.*
VIII k. iun. s. Flaviani et Septimiae.	In Africa Fabiani, Septimiae. — *Eadem passione qua praecedentes recoluntur.*
II k. iun. ss. Timidensium.	*III k. iun. legitur* In Numidia *(vel* Nicomedia) multorum sanctorum; *II k. martyres 29 Sirthae (Cirthae) tribuuntur; sed Thimidae civitatis ibi non comparet nomen; neque ea fuit in Numidia. Kal. iun. et IIII non. iun. immensae nominum series leguntur, certe africanorum; iis IIII non. praefigitur nomen* Tomathi, Thamati *vel* Thomoci, *in quo pronum est* Thimidae *vel* Thimidensium *nomen agnoscere.*
III non. iun. s. Perseveranti martyris.	
Non. iun. s. Systi.	
III id. iun. s. Galloni.	
XIII k. iul. s. Gervasi et Protasi martyrum.	
VIII k. iul. *s. Iohannis Baptistae* s. ..... et Rogati martyris.	
.... iul. s. E..... martyris.	
[III k.] iul. ss. [Petri et Pauli] apostolorum.	
..... iul.	
Id. iul. s. Catulini martyris.	In Africa, civitate Carthagine, Catulini diaconi et reliquorum martyrum qui requiescunt in basilica s. Faustae. *(Cf. Possid. Vita s. Aug. 9.)*
XV[I] k. aug. ss. Scilitanorum.	In Africa... Carthagine... Sicilitanorum. — *Passio exstat, XII nomina continens quae hodie et cras et XVI k. oct. reperiuntur.*
XIII k. aug. depositio s. Aurili episcopi.	
XI k. aug. ss. Maxulitanorum.	... Maxilitatorum. *Cfr. Aug. serm. 283.*
... *k. aug. depositio s. Capreoli episcopi.*	

(1) *Anal.*, p. 163.

	L. D.
III k. aug. ss. Tuburbitanarum et Septimiae.	In Africa, Tuburtu Lucernariae, Maximae, Secundae, Donatillae ... Septimiae. — *Passio exstat, in qua de virginibus tribus* (cfr. C.I.L, tom. VIII, n° 1392) *Maxima, Secunda, Donatilla sermo est, de Septimia mentio nulla.*
K. aug. Macchabaeorum.	
VIII id. aug. s. Systi episcopi et martyris Romae.	
IIII id. aug. s. Laurenti.	
II id. aug. de sanctos Marinus.	
Id. aug. s. Hippoliti.	
[XV] k. sept. ss. Massae Candidae.	Massae Candidae. — *Cfr. Aug. serm. 306, 311; Enarr. in Ps. 49 et 144; Prud. Peristeph. 13.*
[XIII] k. sept. s. Quadrati.	Quadrati episcopi. — *Cfr. Aug. serm. 7; Possid. c. 9.*
[XI] k. sept. s. Timothei.	
[VIIII] k. sept. s. Genesi mimi.	
IIII k. sept. depositio Restituti et Augustini episcopi.	
III k. sept. s. Felicis, Aevae et Regiolae mart.	*Memorantur in passione ss. Abitinensium* (Migne, *P. L.*, tom. VIII, p. 689).
[II] id. sept. s. Ampeli.	In Pampilia. — *Abitinensis et ipse.*
XVIII k. oct. s. Cypriani episcopi et martyris Carthag.	In Africa, civitate Carthagine, s. Cypriani episcopi.
XVI k. oct. s. Eufimiae.	
[XIII] k. oct. s. Ianuarii mart.	
[VIIII] k. oct. s. Sossi.	
VI id. oct. s. Quintasi.	In Africa... Quintasi.
III id. oct. s. Luce evangelistae et martyris.	
XVI k. nov. ss. Volatinorum.	In Mauritania Nini Victoris inbelitani *(var.* Nobilitani). — *Sequuntur nomina 21; cfr. Aug. serm. 156. Ceterum Volitanum oppidum in Proconsulari fuit, non in Mauritania.*
[XV] k. nov. s. Luci et Victurici martyrum.	In Africa, Luci, Victoris, Dasi, Leuci, Victuri, *etc.*
[VIIII] k. nov. s. Victuriae.	... Victoriae ... *Huius nominis sancta reperitur in passione ss. Abitinensium de qua supra.*
IIII k. nov. s. Feliciani et Vagensium.	... Feliciani ... III k. nov. In Africa passio martyrum CCXX, item Felicis, Quinti ... et Feliciani cum sociis suis. — *Vagenses illos multi eosdem volunt esse de quibus narratur in passione s. Mammarii; iis ego non assentior.*
K. nov. s. Octavi.	... Perseveranti, Octaviae, *inter alios Afros.*
... id nov. ss. Capitanorum.	
Id. [nov.] s. Valentini.	Ravenna civitate Valentini, Solutoris.
[VIIII] k. dec. s. Clementis.	
[VIII] k. dec. s. Chrysogoni martyris.	
[III] k. dec. s. Andreae apostoli et martyris.	
Non. dec. ss. martyrum Bili, Felicis, Potamiae, Crispinae et comitum.	In Africa, civitate Thagora, Iuli, Potamiae, Crispinae et aliorum VII. ... Felicis.
IIII id. dec. s. Eulaliae.	
III id. dec. ss. martyrum Eronensium.	IIII id. dec... Erumentium.
XVI k. ian. ss. martyrum Felicis, Clementiane, Honorate et Massariae.	XVI k. ian. In Africa... Honorati... Felicis, Vincenti et aliorum XXXIII.
X... k. ian. s. Nemessiani.	
VIII k. ian. domini nostri Iesu Christi filii Dei.	
VII k. ian. s. Stephani primi martyris.	
VI k. ian. s. Iohannis Baptistae et Iacobi apostoli quem Herodes occidit.	
V k. ian. ss. infantum quos Herodes occidit.	
Non. ian. depositio s. Deogratias et Eugeni episcoporum.	
VIII id. ian. sanctum Epefania.	
VI id. ian. depositio Quodvultdeus episcopi.	
III id. ian. s. martyris Salvi.	... Salvi, *inter Afros quosdam.*
XVIII k. feb. s. Felicis Nolensis.	
XVI k. feb. ss. Rubrensium.	In Africa Muci, Victoris... Victoriae. In Oriente natale Rubenti et Martyri.
XIIII k. feb. ss. Tertullensium et Ficariensium.	In Africa Pauli, Quinti... Tertuli et aliorum multorum... Carthagine Picariae, Piae et aliorum XXXVIII.
XIII k. feb. s. martyris Sivastiani.	
XII k. feb. s. martyris Agnes.	
XI k. feb. s. martyris Vincenti.	
VIII k. feb. s. martyris Agelei.	Carthagine Agilei.
K. feb. ss. Luciani et Vincenti martyrum.	In Africa... Vincentiae et aliorum XXIII... Luciani...
IIII non. feb. ss. Carteriensium.	In Africa Victoris... Privatulae et aliorum XXXIIII.
Non. feb. s. martyris Agatae.	
V id. feb. ss. Filicis, Victoris et Ianuarii.	III id. feb. In Africa, Felicis, Victoris, Ianuari.
XIIII k. mart. ss. martyrum Macrobi et Lucillae, Nundinari, Caecilianae et Petrensium.	... Nundinari... Cicili... In Africa... Macrobi, Lucellae *cum pluribus aliis.*

L. D. Ea collatione satis docemur magnam vigere concordiam inter martyrologium nostrum et laterculos Carthaginienses; sed est concordia maioris et minoris. Anniversaria africana 47 exhibet kalendarium; fere quotidie in martyrologio Afri sancti confertis ordinibus occurrunt. Ut plurimum, nusquam alibi commemorantur, ideoque non facile ad loca sua vel tempora reducuntur, sed neque ad dies legitimos. Longiores enim erant ordines quam ut servari commode possent, dum textus ex codice in codicem describebatur. Ea est praecipue nostri martyrologii calamitas; soluto iam agmine, Afri omnia longe lateque invaserunt, rubricas alienas perruperunt, alienis se laterculis miscuerunt, neque ad signa revocari iam possunt. Nudis enim nominibus notos quis discernet? Paucissimi historia aliqua vel commemoratione liturgica vel ceteris cultus documentis illustrantur. A millenario saeculo Africanae ecclesiae traditio interrupta est; etiam ante Arabes memoriae multae silentio et oblivione premi debuerunt. Neque id soli Vandali effecerunt: ipsi sua multitudine sibi nocuerunt Africani martyres. Singulorum quidem nomina servata fuerant in archivis ecclesiarum; sed tantorum ordinum nulla memoria tenax, nullus cultus studiosus esse potuit. In sua quisque civitate candidatus martyrum exercitus recolebatur, die, ut credo, omnibus communi. Carthagine tamen, ubi non pauci sanctorum numeri supplicia pertulerant, ubi sepultura in coemeteriis et basilicis fruebantur, par erat plures dies distinctis commemorationibus assignari, ut revera assignantur in kalendario saeculi VI. Quo ipso kalendario docemur quam onerosa esset singulorum commemoratio; turmatim enim ibi sancti procedunt atque pro nominibus martyrum urbis eorum nomen indicatur.

Immo, ut dicam quod sentio, multum distat Africana martyrologii pars a condicione regionum ceterarum. Etenim ex sanctis transmarinis, ut Afri dixissent, selectos quosdam habemus, eos nempe qui erant *in amplissima festivitate in suis locis*, ut expressis verbis monuit Pseudo-Hieronymus. Afrorum martyrum integri catalogi recitantur, iique bene multi. Itaque non satis sibi constitit auctor martyrologii: nec possum non suspicari Afros digesto iam operi accessisse, non quidem omnes, sed pro longe maiori parte. Scilicet etiam ex Africa celebriores primum pro omnibus selegerit, quales sunt Cyprianus, Perpetua, Scillitani, aliique, maxime quorum exstant passiones; postea cum catalogos illos prolixos invenisset, secundis curis in laterculos suos intulerit, quin tamen curaverit verba praefationis iam minus apta mutare.

Sed de ea suspicione satis. Quod spectat ad laterculos ipsos, antiquitas eorum prolixitate ipsa commendatur: non enim potuerunt memoria famave retineri primum, deinde longo post tempore scripturae mandari. Ipsis suppliciorum diebus conscripti fuerunt, sollemni ecclesiarum usu, de quo Cyprianus testatur ep. XII. Neque hoc ad Africam solam pertinuit. Similes habemus diversarum regionum catalogos, ut est celeberrimus ille Lugdunensis, et quem Prudentius tradidit Caesaraugustanorum martyrum; alii Alexandrini vel Nicomedienses in martyrologio leguntur. Non enim proprium fuit Africae ut turmatim ibi christiani occiderentur. Sed non ubique nominum singulorum perseveravit memoria. Romae tam in martyrologio quam in ceteris cultus documentis, multae martyrum cohortes occurrunt, quarum numerus tantum retinetur, idque non semper, nam et ipse aliquando defuit, ut in caterva illa viae Salariae de qua Damasus monuit: *Nomina nec numerum potuit retinere vetustas*. Aliquando etiam, ut suspicor, pro veris plus minusve deperditis numeris, typici quidam invecti sunt, ut VII, XL, LXXII, quorum memoria tenacius servaretur.

At Romae cum nomina saepe perierint et ipse numerus aliquando periclitatus fuerit, cum Lugduni, Caesaraugustae, Alexandriae, Nicomediae, pauci tantum catalogi servati sint, ingens eorum copia superest ex Africa, atque ea tota a Pseudo-Hieronymiano ipso vel aliquo eius sequaci reperta est. Ubi reperta? Non equidem libenter crediderim repertorem illum, quisquis demum fuerit, Africam totam perlustrasse, de oppido in oppidum transiisse, ut diversarum ecclesiarum archiva inspiceret. Omnes catalogos in uno simul loco congregatos invenire debuit, neque id alibi, nisi in metropoli earum omnium provinciarum Carthagine. Ibi tabularia ecclesiastica referta erant documentis antiquissimis, ut intellegimus ex collectionibus quibus IV et V saeculo usi sunt episcopi catholici ad retundendam Donatistarum pervicaciam; neque ipsis Donatistis studium simile defuit (1).

Ceterum iam diu notum est in infinitis illis catalogis nullum nomen offendi quod referri possit ad Vandalicam aetatem et persecutionem: neque si qui quarto saeculo ex catholicis a Donatistis caesi sunt aut ex Donatistis a iudicibus provinciarum suppliciis affecti fuerunt eorum ibi memoria vestigium ullum reliquit (2). Quod servatum est, totum ad persecutiones Romanas pertinet, estque documentum non dissectae schismatibus Ecclesiae, non barbarico furore oppressae, sed cum imperii legibus et magistratibus colluctantis.

(1) Cfr. quae dixi in opusculo, *Le Dossier du Donatisme*, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, tom. X, p. 19 et seqq. — (2) Cfr. quae supra disseruit Rossius, p. VI.

§ IV.

§ IV. DE RECENSIONE ITALICA.

L. D.

Nunc, agnitis tribus antiquissimis fontibus quibus praecipue constat compilatio pseudo-hieronymiana, ad eam ipsam accedamus. Italum auctorem fuisse iam docemur falsis epistulis, quibus ab Italis episcopis Hieronymus fingitur ad translationem Eusebianorum ferialium esse incitatus. Eandem originem indicat prima quae compareat notitia, Cassiodori dico. Sed ipse conspectus operis Italiam praedicat. Demptis enim quae ex antiquis documentis, Nicomediensi, Carthaginiensi, Romano, fluxerunt, sublatis etiam quae iam emisso vulgatoque libro in Gallia accreverunt, apparet italicis memoriis locum datum esse praecipuum. De quibus priusquam quaeramus, primum dicendum est de hispanicis aliisque transalpinis sanctis, quorum non adeo frequens agmen intra fines martyrologii receptum est.

Provinciarum Hispanicarum, Baeticae, Lusitaniae et ceterarum nulla umquam occurrit mentio. Sancti autem iidem fere sunt quos cecinit Prudentius in *Peristeph.* 4, scilicet, ut huius carminis ordinem sequar :

Cordubae, Acisculi (XIIII k. dec.).
Cordubae, Zoelli (V k. iul.).
Cordubae, Fausti, Martialis et Ianuarii (Tres coronae, III id. oct., V id. nov.).
Tarracone, Fructuosi, Augurii et Eulogii (XII k. feb.).
Gerundae, Felicis (k. aug.).
Calagurri, Emeterii et Chelidonii (V non. mart.).
Barcinone, Cucuphatis (XV et XIIII k. mart.).
Emeritae, Eulaliae (IIII, III, II id. dec.).
Compluti, Iusti et Pastoris (VIII k. sept.).
Valentiae, Vincentii (XI k. feb.).
Caesaraugustae, Martyrum XVIII (XI k. feb., XVII k. mai.).

Praeter hos, Valerius episcopus Caesaraugustae, Vincentii in confessione socius, cum eo bis commemoratur XI kal. feb. et II kal. nov. Solius Vincentii saepius memoria recurrit, III id. ian., XIII kal. feb., XII kal. sept. (cfr. XIII kal. mai). Quos adhuc celebrat Prudentius. Encratis virgo, Caius et Crementius, ii confessores tantum fuere, qua de causa videntur a martyrologio exclusi, etsi idem Valerio episcopo patuit.

His demptis diebus, aliquoties adhuc apparet rubrica *In Spaniis*, nempe 1° X kal. iun., IIII kal. iun., III id. iun., ubi nomina sequuntur nulla traditione commendata; 2° XIIII kal. sept., cum nomine *Iustae*; hic potuit *Hispalis* civitatis nomen sub formula *In Spaniis* latere: Hispali enim colebantur martyres Iusta et Rufina, quarum exstat memoria apud Adonem et in parvo Romano martyrologio ad XIIII kal. aug. (cfr. X kal. nov.); contra facit quod Rufina minime commemoratur; ceterum etiam Leocadia Toletana, Adoni nota, a Prudentio et Pseudo-Hieronymo praetermittitur; demum 3° XII kal. dec., ubi occurrit Maximus quidam presbyter. Tenuis igitur Hispanorum sanctorum in martyrologio nostro memoria, atque eorum tantum recepta est qui persecutionibus antiquis vexati sunt; nulla omnino episcoporum aliorumque sanctorum qui post pacem Ecclesiae redditam in honore habiti sunt.

Alia prorsus est Italiae condicio. Ibi provinciarum ratio est; ibi civitates multae commemorantur, integris interdum kalendariis earum admissis; ibi non martyres tantum in album referuntur, sed cum martyribus insigniores episcopi saeculi IV vel incipientis V; etiam translationibus et dedicationibus locus datur, quarum quam praesens excerpta fuerit memoria, docet ea quae postea invaluit earum ignoratio. Sed ut res in aperto sit, sequens tabella complectitur urbes provinciasque italicas, omissis tamen iis quarum ex kalendario Romano mentio petita esse videtur.

1. *Italia.*	Mediolanum, Aquileia, Ravenna, Concordia, Verona, Tridentum (Anauni), Brixia, Vercelli, Taurini Placentia, Bononia, Forum Cornelii (1).
2. *Tuscia.*	Perusium, Spoletium, Tuder, Aretium, Blera.
3. *Picenum.*	Auximum.
4. *Campania.*	Capua, Neapolis, Nola, Nuceria, Puteoli, Terracina, Baiae, Beneventum, Formiae.

(1) *Hastae* etiam (XI k. dec.). *Pollentiae* (III id. mai., V id. dec.) et *Cesenae* (XII k. aug.), nomina occurrunt, sed non sine dubio. Placet certis haerere.

L. D.

NOTITIA DE LOCIS SS. APOSTOLORUM.

III kl. iul.	Nat. apostolorum s. Petri et Pauli Rome.
II kl. decemb.	Nat. s. Andreae apostoli in civitate Patras provinciae Achiae.
VI kl. ian.	Nat. apos(tolorum) s. Iacobi fratris Domini et Iohannis evangelistae.
VIII kl. iul.	Nat. Dormitionis s. Iohannis apostoli et evangelistae in Epheso.
XII kl. ian.	Nat. s. Tome apostoli in India et translatio corporis eius in Edesa (V k. iul. *2ª m.*).
VIII kl. agus.	Nat. Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae in Hieros(olimis).
kl. mai.	Nat. s. Philippi apostoli in civitate Hierapoli provinciae Assiae.
VIII kl. sept.	Nat. s. Bartholomei apostoli qui decolatus est in India iusu regis Astiagis *(corr.* Astragis *2ª m.).*
XI kl. oct.	Nat. s. Mathei apostoli qui passus est in Persida.
V kl. noemb.	Nat. apos(tolorum) Simonis Cannanei et Simonis Zelotis qui a templorum pontificibus occisi sunt in Suanis civitate Persarum.

In Bernensi et Corbeiensi ordo festorum turbatus est; locum scilicet mutarunt festa diei VI kal. ian. et kal. mai; evanuit omnino festum dormitionis S. Iohannis, VIII kl. iul. Ad VI kal. ian. pro textu quem dedimus, repetitus est laterculus martyrologii ad hunc diem: *Ordinatio episcopatus S. Iacobi apostoli fratris Domini qui ab apostolis primus ex Iudaeis Hierosolimis est episcopus ordinatus, et adsumptio S. Iohannis evangelistae apud Efesum civitatem, cuius corpus translatum est apud Efesum civitatem*; sed pro ultimis verbis legitur in Corbeiensi: *cuius sepulcrum manna scaturit.* Ad XII kal. ian. iidem codices habent tantum: *qui passus est in India*; ad VIII k. aug. omittunt *in Hierosolimis*; ad VIII k. sept. pro *iussu regis Astiagis* legitur *interiore pro Christo.* Duo ultima festa minime comparent in Bernensi; Corbeiensis de Mattheo dicit: *Nat. s. Matthei ap. et evangelistae qui pro Christi nomine passus est in Ethiopia civitate Tharrium*; pro *Simonis Zelotis* correxit *Iudae Zelotis*; pro *civitate Persarum*, *civitate magna apud Persida.*

In codice Lucensi ordo Epternacensis fere ubique retinetur; sed et ibi festum diei VIII k. iul. exstinctum est: festum S. Iacobi (VIII k. aug.) post S. Andreae ponitur. In eo codice nihil nisi nomina reperiuntur, ad usum recentiorem accommodata, ut SS. Philippi *et Iacobi*, Simonis et *Iudae.*

Vides quanta sit codicum discordia. Nec miror: tanta enim debuit esse. Hic enim duplex mutationibus ansa porrigebatur, ex studio illis saeculis (V-IX) maxime vigente historias apostolorum investigandi, et ex vicinitate martyrologii ipsius, de quo pronum erat indicem supplere.

Sed ad corpus ipsum martyrologii accedamus. Ecce in sequenti tabella ex eo excerpta festa apostolorum, quae scilicet in cunctis codicibus eodem modo et loco referuntur et ideo in recensione Autissiodorensi prima fuisse credendum est.

1.	VI k. ian.	Adsumptio s. Iohannis evangelistae apud Ephesum et Ordinatio episcopatus s. Iacobi fratris Domini qui ab apostolis primus ex Iudaeis Hierosolimis est episcopus ordinatus et in medio Paschae martyrio coronatus. (E *add.:* Hierosolimis, cuius passio VIII k. apr.)
2.	V k. ian.	In Edessa Translatio corporis s. Thomae apostoli.
3.	VIII k. feb.	Romae Translatio Pauli apostoli.
4.	Non. feb.	In (1) Patras civitate ordinatio episcopatus s. Andreae apostoli.
5.	id. mart.	Hierosolima Iacobi apostoli, Lucae evangelistae.
6.	VIII k. apr.	Hierosolima passio Iacobi iusti (2), fratris Domini.
7.	X k. mai.	In Frigia (3) civitate Hierapoli, Philippi apostoli.
8.	K. mai.	In (4) Frigia Hierapoli provincia Asia, nat. ss. apostolorum Philippi et Iacobi.
9.		Nat. Mathei et Iacobi apostolorum.
10.	II non. mai.	In Persida nat. Mathei apostoli et evangelistae.
11.	XII k. iun.	Nat. Mathei apostoli.
12.	VIII k. iun.	Epheso Iohannis apostoli.
13.	III non iun.	Nat. s. Thomae apostoli.
14.	Id. iun.	In Persida nat. s. Bartholomei apostoli.
15.	X k. iul.	In Persida nat. s. Iacobi Alfei apostoli.
16.	VIII k. iul.	In Epheso receptio (5) s. Iohannis evangelistae.
17.	III k. iul.	Romae, nat. apostolorum Petri et Pauli, Petri (6) in Vaticano, Pauli vero in via Ostiensi, utriusque (7) in Catacumbas, passi sub Nerone, Basso et Tusco consulibus [258].

Nota. — In sequentibus littera N designat codices tertiae nostrae columnae, sive Neustricae familiae. — (1) B N *hic inserunt* Oriente, *sed omittunt* civitate. — (2) *Pro* iusti B N *habent* apostoli. — (3) In Africa B N. — (4) E *om. rubricam topographicam, sed cum* Rich. *habeat* In Asia, *credenda est in originali fuisse.* — (5) Adsumptio B, dormitio *Rich.*, natale N. — (6) *Inde nil amplius* in E. — (7) Utrumque *codd.; inde deficit* N.

18. In Persida Simonis et Iudae apostolorum.
19. K. iul. In Persida ss. apostolorum Symonis Cannanei et Iudae fratris Iacobi (1).
20. V non. iul. Translatio Thomae apostoli in Edessa (2).
21. VIII k. aug. Hierosolima passio (3) Iacobi apostoli fratris Iohannis evangelistae.
22. VIII k. sept. Natale Bartholomei apostoli in India.
23. XI k. oct. In Persida civitate Tarrium, nat. s. Mathei apostoli et evangelistae.
24. Et (4) s. Lucae evangelistae.
25. VIIII k. oct. In Alexandria Marci evangelistae.
26. XV k. nov. Nat. Lucae evangelistae (5).
27. V k. nov. In Suanis civitate Persarum (6) Simonis et Iudae apostolorum.
28. II k. dec. In Achaia civitate Patras nat. s. Andreae apostoli.
29. XII k. ian. Passio Thomae apostoli in India (7).

Ex hoc laterculo exclusi sanctos quosdam qui interdum ad apostolicum coetum referuntur, quales sunt Timotheus, Thecla, etc.; neque admisi dedicationes ecclesiarum, quales sunt Mediolanenses et Aquileiensis supra (p. LXXIV) dictae et Romana kal. aug.; omisi etiam festa duo Cathedrae S. Petri de quibus in superioribus sermo fuit. Sed evangelistis Lucae et Marco locum dedi.

In hoc laterculo Romana sunt festa 3 et 17; hoc ad antiquissimum kalendarium pro certo recedit; de altero non ita liquet. Sed et ipsum magnae esse antiquitatis suspicor: non enim agi potest nisi de translatione Romana, neque alia translatio potuit hodie commemorari nisi ea qua Pauli ossa ex latibulo ad Catacumbas reducta sunt ad viam Ostiensem, imperante Constantino. Etiam in annuntiatione festi 8 (k. mai.) vestigium Romanum offendimus. Iacobus enim, qui hic Philippo iungitur sub rubrica Hierapolis, nihil umquam habuit cum Phrygia, neque aliquo vinculo cum Philippo coniunctus est, ut pronum fuerit ambos simul uno festo celebrari. Sed *Iacobi pariterque Philippi* basilicam Romae aedificaverunt pontifices Pelagius I et Iohannes III, circa annum 561 (8): hoc fuit initium festi communis, ea causa Iacobi post Philippum in kalendaria inserendi. Quod quidem in hieronymiano factum est, sed non ubique: nam neque in Indice Apostolorum Philippo Iacobus sociatur, neque ad diem X k. maii, ubi aliquo errore praeventum est Philippi festum.

Romanis iis omissis, quae ad certam aetatem referri queunt, cetera aggrediamur. Primo intuitu apparet multas hic traditiones esse permixtas, atque omnes norunt quam silvam introeat qui singulorum apostolorum memorias tot fabulis obsitas vestigare non formidat. Sed faciam pro posse meo.

Commemoratio 1, VI k. ian., communis Iacobo et Iohanni fratribus, Zebedaei filiis, locum habet inter antiquissima Orientalis ecclesiae festa (9); fuit in martyrologio graeco, ut ex syriaco discimus. Sed qui hoc festum in martyrologio nostro tractavit, pro Zebedeno Iacobo Iacobum Iustum, fratrem Domini, substituit (10); cuius ordinationem in episcopatu Hierosolymitano celebrari voluit, idque simul cum assumptione, id est excessu, Iohannis evangelistae. Quod ultimum nec recte nec reliquo suo kalendario congruenter posuit, nam idem eventus VIII k. iunias iuliasque infra commemoratur. Praeterea Iacobum illum cuius ordinationem circa finem decembris mensis recolit, passum refert VIII k. april., qui dies *medio Paschae* convenit, eratque apud Gallos aliosque Dominicae passioni sacer.

Iohanni apostolo dixi dies VIII k. iunias iuliasque attributos, utrobique addita Ephesi mentione. Quid hos dies sacraverit, intellegitur verbis *natale, receptio, dormitio, assumptio*, in eam enim varietatem induxerunt fabulae quae de exitu Iohannis inde a II saeculo ferebantur, ubi satis ambigue refertur Iohannem sese viventem sepelisse, neque apparet utrum reipsa vivere desierit necne. Quicquid tamen Ephesi narratum creditumve fuerit, certe constat in ecclesia graeca *octavo* die maii mensis festum Iohannis sollemniter agi; apud Aegyptios *octavo* die mensis Pachon (3 maii). Qui numerus, si de kalendis iuniis iuliisve facili mutatione transferatur ad idus et in maio mense sistatur, concordiam assequimur cum graeco kalendario minime spernendam. Sed mensium notae *iun.* et *iul.* tam facile convertuntur ut unam ad alteram liceat reducere. Igitur de duobus festis VIII k. iul. et VIII k. iun. assignatis, unum faciemus, quod coniectura ad VIII id. mai. referemus.

Andreas apostolus apud Patras templum habuit frequenti memoria insigne: quod obscurare non valuit

(1) *Pro* fr. Iac. B N *habent* Zelotis. — (2) *Ita* E : *cett* : In Edissa Mesopotamiae transl. corporis S. Th ap. qui passus est in India. — (3) Passio *om.* E ; B N *om.* fr. Ioh. ev. — (4) *Locus de quo silet* E *indicatur alibi in Rich.* ; B *habet* In Pirali civi. N in Piralice civitate. — (5) B N : In Oriente translatio corporis L. ev. *Notandum est quod pridie legitur in* B : Lucae evangelistae qui obiit LXXIII anno et sepultus est in Bethan. — (6) B N *om.* civ. Persarum ; *pro* Iudae ap. *habent vel habuerunt* Simonis Zelotis. — (7) *Ita* E ; N : In Mesopotamia, civitate Edissa, nat. et translatio corporis S. Thomae qui translatus est ab India, cuius passio ibidem celebratur V non. iul. — (8) *Lib. pont.*, t. I, p. 306, n. 2. — (9) Duchesne, *Orig. du culte chrétien*, p. 254. — (10) Ceterum etiam Iacobus ἀδελφόθεος colebatur in ecclesia hierosolymitana, cum Davide rege, Christi proavo (θεοπάτωρ), decembris 25, quo die utrumque adhuc veneratur Armenorum ecclesia, in qua etiamnum ut olim Hierosolymae dies decembris 25 vacat a solemnitate Nativitatis. Cfr. *Orig. du culte*, p. 255.

L. D. valuit reliquiarum eius in urbem regiam translatio an. 357 peracta. Constantinopolitanam illam translationem minime curat noster; Andreae duo festa tribuit, utrumque Patrense. Praecipuum est II k. dec., de quo testantur et Carthaginiense kalendarium et Romana sacramentaria, inde a saeculo VI. Alterum nisi in hieronymianis codicibus non invenitur; natalis est ordinationis, non. febr.

Thomas, Edessenorum sollemni religione cultus, quater occurrit, diebus iunii et iulii 3, decembris 21 et 28. Sunt haec omnia festa Edessena, quibus commemorabantur vel passio apostoli in India vel eius translatio apud Edessam. Nec dubium subest quin similes iunii et iulii dies mala repetitione indicentur. Ex Gregorio Turonensi (1) scimus apostoli festum ab Edessenis iulio mense celebratum fuisse; etiam nunc a Syris iulii 3 Thomas recolitur; ergo dies V non. iulii recte, dies III non. iun. errore assignatus est. Ceteros duos confundi nolim: hebdomada enim solida distant; potueruntque esse ille initium, hic terminus hiemalis sollemnitatis.

Philippus, cuius sepulcro et basilica Hierapolis in Phrygia gloriabatur, festum habet kal. mai., aliquo errore, ut puto, praeventum ad diem X k. mai. Utrobique Hierapolis civitas cum Phrygia provincia, quin etiam cum Asia, nominatur; atque haec Asiae mentio antiquitatis aliquid prae se ferre videtur; non enim post saeculi III finem Hierapolis Asiae tribui potuit. An ex graeco martyrologio sacer Philippo dies acceptus est? Quicquid id est, neque aprili mense neque maio colitur Philippus in ecclesia Byzantina.

Iohannes, Andreas, Thomas, Philippus apostoli certo, ut ita dicamus, domicilio saeculis V et VI fruebantur, neque difficile erat cognoscere quibus anni temporibus apud suos colerentur. Apostolorum qui sequuntur non eadem erat condicio.

De Iacobis primum nos expediamus. De Iusto, id est fratre Domini, superius dixi; Zebedeni, scilicet fratris Iohannis, antiquissimum festum indicavi; sed aliud in nostro martyrologio habet, VIII k. aug., quo passio eius commemoratur Hierosolymis tolerata (*Act.* XII). Iacobus cum Luca redit id. mart., Hierosolymis; Matthaeus cum Iacobo kal. maii., loco non annotato. Zebedeno quidem Iacobo sacra est apud Aegyptios Byzantinosque aprilis ultima dies; sed qui kal. mai. cum Matthaeo nominatur, Alphaei filius fuisse videtur, non Zebedaei. Non enim alia ratio apparet cum Matthaeo Iacobum coniungendi, nisi quod fratres essent, ut deducitur ex *Matth.* X, 3; *Marc.* II, 14; III, 18; *Luc.* VI, 15; *Act.* I, 13. Ex iis festis unum tantum retinuit ecclesia latina, nempe VIII kal. aug.

Reliqui apostoli, id est Iacobus ipse Alphaei, Matthaeus, Bartholomaeus, Simon et Iudas, omnes in Perside culti dicuntur; Bartholomaeus tamen etiam Indis tribuitur. Scilicet exceptis iis quorum sepulcra erant in honore, ut Petrus, Paulus, Andreas, Iohannes, Philippus, Thomas, vel de quorum martyrii loco constabat, Iacobum dico Zebedenum et Iacobum fratrem Domini, ceteri omnes amandati sunt in regiones longinquas et prope fabulosas. Rem tamen penitius inspiciamus.

Saeculis quorum barbariem et fabulas excutimus, tria potissimum circumferebantur scripta ex quibus vel plurium vel cunctorum apostolorum vitas, obitus, sepulturas noscere cui intererat poterat: 1° *Leucii* quae dicitur collectio, apud Manichaeos Priscillianistas ceterosque huius generis graecos latinosve haereticos pro scripturis sacris vel cum scripturis sacris adhibita, deinde, non paucis mutatis, ad saniorem speciem redacta, atque etiam catholicis expetita; 2° collectio quam indebito quidem, sed commodo *Abdiae* nomine attitulamus, quae in Gallia circumferri coepit aetate circiter Fortunati et Gregorii Turonensis; 3° catalogi illi apostolorum quibus haerent absque ullo iure nomina *Dorothei*, Hippolyti, Epiphanii, aliorumque.

Verum de Leucio nihil ad nos attinet; eorum enim tantum apostolorum memorias excoluit quos templis insignes fuisse novimus, Petri, Pauli, Andreae, Iohannis, Thomae, quibus et Philippus addi potest. Catalogi, etsi aliter errore Lipsius dixerit (2), vix ante saeculum VII byzantinam lucem aspexerunt, ex qua mature quidem, non tamen sine mora idonea, etiam ad Occidentales plagas transierunt.

Nunc redeamus ad martyrologum nostrum. Is, Italum dico, cum ipsi Leucii usus non esset, neque magis ex posterioribus sibi Abdiae Dorotheive studiis proficere posset, tamen omnibus apostolis suum festum assignavit. Quos indicit dies unde expiscatus sit equidem non video, neque multum reluctabor si quis mihi suaserit in ea re Pseudo-Hieronymum solo ingenio usum esse. Sed ubi terrarum observari diceret illos dies? Non sane in imperio Romano, ubi ea aetate illorum apostolorum memoria nulla erat, cultus nullus. Ad Persas confugit homo sagax.

Sed extremo saeculo VI alia iam historiae apostolicae facies erat in Galliis, ubi nosci incipiebant Abdiae collectanea. Ibi mira de Bartholomaeo, Matthaeo, Simone et Iuda narrabantur: apud Indos Bartholomaeus iussu Astiagis regis decollatus; apud Aethiopes Matthaeus, in civitate magna Naddaver, ictu gladii percussus; Simon et Iudas post praedicatam Babylone fidem et conversum

(1) *Gl. mart.*, 32. — (2) *Die apocryphen Apostelgeschichten*, tom. I, p. 195; cfr. *Acta SS.*, Octob., tom. XIII, p. 689.

conversum Xerxem regem, in Suanis Persarum urbe per tumultum pontificum et populi interfectus. De Iacobo tamen Alphei filio nihil simile referebatur, nam a Iacobo fratre Domini minime distinguebatur. His fabulis usus est Fortunatus in carmine de Virginitate (1) : L. D.

> Inde triumphantem fert India Bartholomaeum
> Matthaeum eximium Naddaver alta virum ;
> Hinc Simonem ac Iudam lumen Persida gemellum
> Laeta relaxato mittit ad astra sinu.

Noster tamen non in omnibus Abdiae obsecutus est. Persidi reliquit Iacobum Alphaei, quem alium a fratre Domini esse voluit, et Matthaeum, cui etiam civitatem ignotam *Tarrium* pro sede constituit. Sed Bartholomaeus duplex festum habet, alterum die iunii 13, alterum augusti 25; illud ad Persidem refertur, hoc ad Indiam. Hic Abdiae vestigium tenemus. Aliud praefert dies octobris 28, ubi Simonis et Iudae natale dicitur celebrari *in Suanis civitate Persarum*.

Verum non in iis duobus tantum correctus est in Gallia Pseudo-Hieronymus. Si propius inspicias quae spectant ad ultimum illud par apostolorum, invenies eos primum fuisse appellatos *Simonem Cananaeum, Simonem Zelotem*, errore manifesto, nam *Zelotes* graece et hebraice *Cananaeus* idem significant. Sed alii etiam ex uno Simone duos effecerunt. In indice apostolorum ut eum servavit Epternacensis, duo illi Simones occurrunt; de Iuda nulla est mentio, etsi amborum apostolorum historia ex Abdiae scripto petita est, ab illa confusione immuni. Idem dicendum est de indictione eiusdem festi ad diem V k. nov. Ibi Bernensis Codex primigeniam lectionem habebat, *Simonis Zelotis ;* sed *Simonis* erasum est et *Iudas* rescriptus, quin *Zelotis* tolleretur. Eadem, manca utique, correctio facta est in archetypo codicum Neustricae familiae; omnes enim habent *Iudae Zelotis* prima manu Redit kal. iulii idem Iudas Zelotes, sed in codicibus B et N tantum, nam E eo vitio caret. Zelotes apostolus, ut omnes norunt, nullus fuit nisi Simon. Non ergo mirum est si misella ista correctio lectoribus minime satisfecerit. Epternacensis, qui duos Simones in indice servavit, in corpore ubique exhibet Simonem et Iudam, ad normam evangelicae traditionis cura posteriore restitutos; ipsi codices B N vera nomina semel posuerunt, nimirum ad diem III kal. iul.

Ex omnibus iis concludendum esse existimo indicem apostolorum quem praebet Epternacensis proxime accedere ad formam quam habuit laterculus ille in primigenia, id est italica, recensione hieronymiani martyrologii. Duae tantum clausulae Abdiam et Autissiodorum redolent, nempe ad Bartholomaeum : *qui decollatus est in India iussu regis Astiagis*, et ad festum die V kal. novemb. : *qui a templorum pontificibus occisi sunt in Suanis civitate Persarum*. Haec tolle, Pseudo-Hieronymum legis.

Hunc ex arbitrio ingeniove traditioni supplementum attulisse superius dixi. Nolo tamen dissimulare in quibusdam et ipsi et Abdiae viam fuisse praemunitam. Indis enim praedicasse Bartholomaeum vetus est Alexandrinae scholae traditio (2), quam ex Eusebio Rufinus excepit, ex isto Abdias. Idem Rufinus (3) Aethiopiae tribuit Matthaeum, de quo silueral Eusebius. Sed haec ad Abdiae fontes pertinent. Magis ad rem nostram facit quod Matthaeus ab Ambrosio ad Persas mittatur, a Paulino ad Parthos (4). Hoc solum invenio traditionis vestigium qua fretus noster tot apostolos Persis dare studuerit.

De diebus nihil habeo quod dicam; neque ex Perside secundum priorem fabulam, neque ex India Aethiopiave secundum recentiores Abdiae lucubrationes, caeli nostri hominibus innotuerunt. Ex nihilo nil oritur. Si Bartholomaeum excipias, omnium illorum apostolorum sepulturae saeculo VI ignorabantur atque postea ignoratae diutissime permanserunt. Anno 508, Anastasius imperator S. Bartholomaei pignus (λείψανον) Daras misit, in urbem a se recens conditam (5); quod pignus unde petierit minime novimus. Sed circa finem saeculi VI totum corpus Liparim insulam prodigiose appulisse ferebatur. Qui primus hoc narrat Gregorius Turonensis (6), *apud Asiam passum* apostolum dicit, et, quod mireris, ex *agonis ipsius historia*, id est ex Abdia, ubi non in Asia, sed in India Bartholomaeus collocatur. Quicquid id est, de Lipari nulla est mentio in martyrologio, neque in italica neque in gallica recensione.

Coronidis loco pauca verba faciam de quibusdam commemorationibus sanctorum Veteris Novique Testamenti de quibus non facile diiudicatur utrum ad Italam recensionem ascendant, an Autissiodori tantum, primis secundisve curis, accesserint.

(1) *Carm.* VIII, 3, v. 147-150. — (2) Eus., *H. E.*, V, 10. — (3) Ruf., III, 1. — (4) Ambr. in ps. 45 ; Paulin. carm. 26. — (5) Theod. Lector., II, 57 ; cfr. Theodor., *de Terra Sancta*, 36. — (6) Greg. Tur., *Gl. mart.*, 34 ; cfr. Theodori Stud., *Hom. in S. Bartholom.* Migne, *P. L.*, tom. CXXIX, p. 729. Translationis huius tempus a Gregorio non refertur ; sub Agathone, *qui illic* (Lipari) *erat episcopus* contigisse eam narrat Theodorus Studita. Atqui Liparitanus ille episcopus ex epistola Gregorii Magni, III, 53 (Jaffé, 1258) innotescit, ubi legimus eum ante an. 592 *iuxta qualitatem excessuum districtione esse canonica vindicatum*, id est episcopatu depulsum.

De

L. D. De Natali Dominico ipsique succedentibus festis ea tantum annotabo. Ipsum Domini Natale recte in codice Epternacensi nulli loco annectitur; in ceteris ad Bethlehem refertur, improprie, nam saeculo certe VI ecclesia Hierosolymitana, cuius Bethlehem parochia erat, Natale ab Epiphaniis minime distinguebat. Neque felicius secundae recensionis codices Caphargamala villam cum S. Stephani memoria die VII kal. ian. coniungunt. Huius enim villae nomen an. 415 primum auditum est, cum Stephani aliorumque reliquiae ibi inventae sunt; neque memoratur in syriaco. Sancti Infantes recoluntur V kal. ian., incertum quo auctore; sed recoluntur etiam in kalendario Carthaginiensi. Stephanus redit initio mensis ianuarii, die 1 vel 2, *Hierosolymis* vel *in Oriente* celebrari dictus, quae possunt ad octavas ipsius festi aptari.

Ex prophetis *Aggaeus* (ian. 4), *Habacuc* (ian. 15), *Iob* (mai. 9), *Tres pueri Babylonici* (april. 24), in omnibus codicibus occurrunt, quibus iungendus est Iohannes Baptista, non propter antiquiorem 24 iunii festum, sed propter festa *Conceptionis* (sept. 24) et *Passionis* (aug. 29), et cum eo *Martha et Maria sorores Lazari* (ian. 19); accedit festum *Inventionis S. Stephani* (aug. 2, 3), et aliud *Inventionis S. Crucis* (maii 3, 7), cum natali ficticii illius Hierosolymitani episcopi *Iudae, qui et Cyriacus* dictus est (mai. 1). De his omnibus testem Epternacensem habemus; non item de sequentibus. *Symeon senex*, de quo *Luc. II*, die ian. 5 recolitur in ceteris omnibus codicibus; *Aaron* etiam sacerdos (iul. 1) et *Elisaeus* propheta (aug. 29); sed et *Initium praedicationis Domini* (mai. 1). Abundat etiam in his Bernensis liber, ubi celebrantur *Eductio Iesu de Aegypto* (ian. 7), *Immolatio Isaac* (mart. 25), *Egressio Noe de arca* (april. 28).

Quid martyrologos impulerit ut earum personarum rerumve memoriam facerent, non semper liquet. De inventione Crucis et S. Stephani libelli circumferebantur, quos etiamnum habemus. Habacuc et Micheae prophetarum corpora in territorio Eleutheropolitano reperta fuisse Sozomenus (1) narravit. Ipse Iob, ut nuper ex Silviae quae dicitur Peregrinatione didicimus, sese Transiordanicis revelavit. Huiusmodi fontes qui nunc latent, potuerunt cognoscere homines saeculorum V et VI. Alexandriae certe, imperante Iustiniano, ab episcopo Apollinari aedificata est ecclesia in honorem SS. Trium Puerorum, eorum reliquiis insignis (2), ex qua petita videntur fuisse pignora in Calamensi quadam basilica deposita (3). Ceterum Coptarum qui nunc sunt et Syrorum kalendaria talibus pullulant. Ibi non modo Tres Pueros invenies, sed Adventum Christi in Aegyptum, Viginti quattuor seniores et Quattuor animalia incorporea de quibus meminit Apocalypsis, multasque alias huiusmodi commemorationes.

Dies aliquando ex libris vel reliqua traditione accepti sunt, aliquando ex ingenio definiti, in quo aliquid contulit nominum similitudo. Stylitae Symeoni qui febr. 5 recolebatur iunctus fuit senex ille Symeon qui puerum Iesum in ulnis accepit. Simili modo Habacuc propheta, Martha et Maria sorores Lazari, locum invenerunt non longe a Persis martyribus Mario, Martha, Audiface et Ambacum (*al.* Abacuc) diebus ianuarii 16 et 20 memoratis.

Sed de iis frustra quaeres cui potissimum tempori cuive recensori debeantur. Crevit eundo martyrologium: sed quod cui passui tribuendum sit incrementum diiudicare haud facile est.

Atque id censeo pertinere etiam ad historias quas passim codices offerunt plus minusve contractas. Rossii sententia est pleniores aliquando fuisse codices hieronymianos, auctos nempe narratiunculis ex gestis sanctorum excerptis, atque in libros quos habemus non pervenisse nisi recensionem unde multa huius generis exsecta fuissent. Huic eo libentius assentior quod etiam in syriaco breviario vestigia sunt huiusmodi historiarum, et in laterculis quibusdam Alexandrinis aliisve saepissime annotatus reperitur gradus clericalis militiae vel passionis modus. Scilicet inde ab Eusebio, cum Gestis martyrum pari passu processit kalendariorum vel martyrologiorum opus. Ex Gestis multa initio accepit, multa etiam supplevit. Quare nolim affirmare omnes eas historias quae in hoc vel alio codice leguntur vere pertinuisse ad recensiones primarias, Graecam dico, Italicam, Autissiodorensem. De singulis singillatim diiudicandum est.

Ceterum in Gallicanis codicibus plura olim exstitisse quam quae nunc legimus, luculentissime testantur, ut dixit Rossius, historici martyrologi. Hic Adonis praecipua ratio habenda est, cuius cura de his rebus insignis fuisse noscitur, quique multis usus est documentis quae de die in diem nobis innotescunt, aut si usque adhuc latent, non obscura sui vestigia reliquerunt.

(1) Hist., VII, 29. — (2) *Acta SS.*, 31 ian., t. III, p. 700. — (3) *Bulletin de la Société des Antiquaires de France*, 1893, séance du 27 décembre; cfr. De Rossi, *Bullett.*, 1894, p. 39.

Atque hic iam scribendi sit finis. Rossium nostrum qui casus occupaverit, dum martyrologii hoc opus edebatur, ipse dixit, legentium non sine gemitu. Laboris in se receperat partem maximam et maxime iniucundam, onus scilicet textus componendi, varias lectiones digerendi, codices recensendi. Reliquo operi successi, non quidem omnino imparatus, sed utinam per otium ! Vigiliae Natalis sanctissimi agebantur cum ab Urbe Rossii schedas accepi, Bruxellis litteras quibus Bollandiani patres instantissime iubebant, ut quam cito fieri posset eis prolegomena transmitterem, ex integro conscripta. Moras imploranti improbe restiterunt, neque me respirare siverunt donec ipsis fieret satis. Parui iussis, et iis diebus qui a Natali sacro ad B. Virginis Hypapantem decurrunt, minime intermisso docendi officio, centies milliesque hieronymianam farraginem excussi, ut et patribus ceterum sapientissimis morem gerere viderer et amicissimi magistri operas non paterer pendere interruptas.

Faxit Deus, quem *martyrum candidatus laudat exercitus,* ut ex ingrato labore fructum aliquem percipiamus, Rossius sospitatem, ego veniam delictorum, lectores securiorem et faciliorem usum libri ut perutilis ita et intricatissimi.

N. B. In sequenti pagina, locum dedi epistulis quae italicae compilationi ab initio praefixae sunt, atque inde in varias codicum hieronymianorum recensiones atque in cuiusvis generis formaeve martyrologia vel kalendaria transierunt. Quas recensui ad fidem trium primariorum codicum, maiori, ut oportuit, habita ratione libri Epternacensis, qui etiam in hoc ceteris magis commendatur.

[LXXXII]

Domino[1] sancto fratri Hieronimo presbitero Chromatius et Eliodorus episcopi in Domino salutem. Cum religiosissimus Theodosius augustus[2] Mediolanensium urbem fuisset ingressus, universosque[3] aepiscopos Italiae ad se invitasset[4], ob[5] causam aliquantorum aepiscoporum qui ex arriana fece suas animas inquinassent[6], contigit et nostram parvitatem in eodem devenire concilio. In quo cum dicenda dicta essent et definienda difinita[7], coepit christianissimus princeps sanctum Gregorium[8] Cordubensis aecclesiae in eo[9] praeferre antestitem, quod omni die sive non ieiunans[10] matutinas sive ieiunans vespertinas explicans missas[11], eorum martyrum quorum natalicia essent plurimorum nomina memoraret[12]. Factumque est ut omnes pariter statuerimus[13] ad tuam nos[14] scribere caritatem, ut[15] famosissimum[16] feriale de arciris sancti Eusebii Caesariae[17] Palestinae[18] sacerdotis inquirens, martyrum ad nos dirigas[19] festa, ut possit hoc officium per tuam sanctam industriam melius et perfectius[20] Dei[21] martyribus exhiberi[22].

Chromatio et Eliodoro sanctis[1] episcopis Hieronimus in Deo aeterno salutem[2]. Constat Dominum nostrum omni die martyrum suorum triumphos excipere, quorum passiones a sancto Eusebio Caesariensi[3] episcopo scribtas repperimus. Nam Constantius augustus cum Caesaream[4] fuisset ingressus et diceret[5] memorato antestiti[6], ut peteret aliqua beneficia Caesariensi[7] aecclesiae profutura, legitur respondisse Eusebium opibus suis ditatam[8] aecclesiam nulla[9] petendi[10] beneficii[11] necessitate[12] compelli, sibi tamen desiderium immobile extitisse ut quicquid ubique in republica[13] Romana gestum sit erga sanctos Dei iudices iudicibus[14] succedentes in universo orbe Romano sollicita perscrutatione monimenta publica[15] discutiendo perquirerent, et quis martyrum, a quo iudice, in qua provincia vel civitate, quo[16] die quare passione perseverentiae[17] suae obtinuerit[18] palmam[19], de ipsis arciris sublata[20] ipsi Eusebio regio iussu[21] diregerent. Unde factum est ut idoneus relator existens[22] aecclesiasticam historiam retexere[23], omnium pene martyrum provinciarum omnium Romanorum diligens[24] historiografus declararet. Et quoniam omni die sacrificium Deo[25] offerentes[26] eorum nomina meminisse[27] studetis[28], qui die ipso quo offertur sacrificium[29] victores diaboli existentes[30] martyrii[31] sui[32] triumpho[33] pollentes[34] atque ovantes[35] ad regem suum pervenerint[36] Christum, hac de causa singulorum mensium[37] singulorumque dierum festa conscripsimus, ut iubere dignati estis[38], perennem[39] nostrae parvitatis memoriam[40] fore credentes cum diebus omnibus per tota anni[41] spatia[42] sanctorum fuerit[43] nominum[44] festivitas[45] celebrata[46]. Et quoniam per singulos dies diversarum prouinciarum diversarumque[47] urbium plus quam octingentorum[48] martyrum nomina sunt nominanda[49], ut nullus dies sit qui[50] intra quingentorum[51] numerum[52] repperiri[53] possit ascribtus, excepto die kalend. ian., considerans inter innumeras[54] turbas lectorum[55] animum intra unum mensem posse lassescere[56], ne id[57] eveniat[58] succincte et breviter eorum[59] qui sunt in amplissima festivitate[60] in suis locis tantum pro omnibus memoratus sum, ut amputato fastidio unus pro omnibus sufficiat libellus ascribtus. Sane in prima[61] parte libelli omnium apostolorum festa conscripsimus, ut dies varii non videantur dividere, quos una dignitas apostolica[62] in caelesti gloria fecit esse sublimes.

1 *Ante epistulam legitur in* BW: Incipit epistola Chromati et Eliodori episcoporum (episcopis W) ad Hieronimum presbiterum. — 2 aug. Theod. BW. — 3 universos B, universisque episcopis W. — 4 invitare fecit B, invitaret W. — 5 ob] ut BW. — 6 inquinassent ⟨perquireret⟩ BW (-rent W). — 7 finita BW. — 8 Gregorium ⟨episcopum⟩ BW; aepiscopum *etiam* E, *sed in margine*. — 9 in eo *om.* W. — 10 eiunans E (*bis*). — 11 misas E. — 12 memorarent W. — 13 statueremus B. — 14 nos *om.* BW. — 15 ⟨quod⟩ ut BW. — 16 famosisimum E. — 17 Cessareae E. — 18 Palestinaeque BW. — 19 diregas E. — 20 perfectiusque BW. — 21 Dei *om.* B. — 22 BW: EXPLICIT. Item rescribtum s. Hieronimi presbiteri (Rescriptio [*sine* item] Hieronimi W).

1 sanctis *om.* BW. — 2 in Deo aet. sal. *om.* BW, *pro quibus habent* presbiter. — 3 Cessariensi E. — 4 Cessaream E. — 5 dicere W. — 6 episcopo B. — 7 Cessariensi E. — 8 ditatam ⟨esse⟩ E. — 9 illa B. — 10 petendo B, petenti W. — 11 benefici E, beneficia BW. — 12 necessitudine BW (-nem B). — 13 repuplica E. — 14 iudicibusque W. — 15 puplica E. — 16 qua BW. — 17 perseverantiae B. — 18 obtinerent B, obteneret W. — 19 palma W. — 20 sublatam E; sublata ⟨notitia⟩ B. — 21 iusu E. — 22 ⟨et⟩ aeccl. BW. — 23 retexerit et BW. — 24 dilegens E. — 25 Deo *om.* BW. — 26 offerens E, offerentis W. — 27 meminissent BW. — 28 studens E, studentes B, studentis W. — 29 quo die ipsum (ipsa W) qua offeruntur BW. — 30 existerent E, extitissent BW (extet W), *correxi*. — 31 martyri E, martyrio W. — 32 suo W. — 33 triumpho B. — 34 pollentes] opulantes E *prius, sed correctum in marg. I m.* — 35 obantes E, viante W. — 36 pervenissent BW. — 37 sing. mens. *om.* B. — 38 dignamini BW. — 39 perenne B. — 40 ⟨nomen⟩ mem. ⟨habiturum⟩ BW. — 41 annibus B, tot annorum BW. — 42 sp.] facta W. — 43 fuerint BW. — 44 nomina B. — 45 festivitates B, festivitatis W. — 46 caelebrate W. — 47 diversarum *secundum om.* B. — 48 oct. ⟨et nongentorum milia⟩ BW. — 49 nominata BW. — 50 qui] quae non W. — 51 quing.] E *in marg.*: CCCLXV. — 52 numero B. — 53 reperire ... ad scriptos W. — 54 innumerabiles BW. — 55 lectoris B, lectores W. — 56 lasescere E, lassisc. BW. — 57 idem *codd.* — 58 veniat BW. — 60 eos B. — 59 fest.] civitate E. — 61 prima in B. — 62 apostolatus BW.

MARTYROLOGIUM HIERONYMIANUM

CODEX BERNENSIS

VIII KL· IAN· IN· BETHLEEM NATIUITASSAL UATORIS DNI· NRI· IHU· XPI· SECD· CARN·
Rome . iouini . pastoris . uictoriane . Agellei . euticeti . sim froniane . saturnini timedi . ignati . cyriaci gagi . ianuariae datiui . et in cim̃ aproniani. uia . latina Rom̃ passio . sc̄ę eugenię uirginis . sirmi et a nastasiae . mediolan felicitatis et in pga mo saturnini . constantinopl . sc̄i anas tasi uirgiñ.

VII KL· IANUR.
In oppido hierusolimitano . uilla cafargamala pãs sc̄i stephani . primi martyr̃ diaconi//[1] . et apostoli qui lapidatus ē a iudaeis ; Rom̃ dep̃s sc̄i dionisi . helię : dorostoli . Anthiochia . iuliani . et pãs sc̄i marini martiani . Neandri :

[1] diaconus *em.* diaconi.

FRAGMENTUM LAURESHAMENSE
e cod. Vat. Pal. 238

VIII KL IANVARIAS IN BETHLEEM NATIVITAS DNI. NRI. IHV. XPI SEC. CARNE.
ROM. Iovini Pastoris Victorine Agellei Euticeti Simproniane Saturnini Timedi Ignati Cyriaci Gagi Ianuariæ Dativi
ET in cimiterio amproniani via latina rome Passio sc̄æ eugeniæ virginis . Sirmi et anastasiæ quæ de roma sc̄os secuta qua'e ad martyriū duceban tur haec gloriosam pertulit passionem
Mediolano Felicitatis
Et in Pergamo Saturnini
Constantinopoli sc̄i Anastasi

VII KL. ianuar̃
in oppido hierosolymitano villa cafargamala Passio sc̄i stephani primi martyris diac̄ qui lapidatus est a iudaeis
Rom̃ in cimit̃ priscillę depos̃ sc̄i dyonisii
Heliae Dorostoli
Antioc̃h Iuliani
Marciani Neandri
Marini Martiniani

CODEX EPTERNACENSIS
Breviarium Richenoviense. Excerpta e breviariis Hieronymianis sive puris sive mixtis et ex martyrologiis historicis

VIII k. iañ nativī dñi ñi et rom̃ iovini pastoris basilei victorianę accilae eutici simforiani saturnini | temedi ignati cyriaci zagii ianuariae dativi rom̃ sc̄ae | eugeniae virḡ et sirmi anatasiae mediolañ felicitatis et in | pergamo saturnini constantinop̃ sc̄i anastasi ∴

Rich. Bethleem natiuitas saluatoris | dni nri ihu xpi secundum carnem . Rom | iouini . Passio eugeniae uirginis . Et sirmio | Anastasiae . uirginis . Felicitatis . saturnini.

Excerpta etc. E[1]. Romae iovini pastores basiles ac iudei victuriani — E[2] G. alibi anastasiae virginis.

VII k iañ hierosõl sc̄i stefani diac̄ primi mar̃ et rom̃ depos̃ dionisi epis̃ | et alibi heliae dorostoli antioc̃h iuliani martini menandri

Rich. Passio . Sci stephani . primi mar | tyris . et diaconi . Rome. dionisii confessoris . he | liae. dorostoli . Iuliani . mariniani [1] . neandri.
[1] R[1] mariani.

Excerpta etc. G. Romae dionisii cf. heliae dorostoli iuliani neandri (Tr. niandri, Lab. maeandri) et passio sancti marini.
Beda-Flor. cod. T. Romae passio sancti marini.

CODEX WISSENBURGENSIS
cum ceteris e progenie Fontanellensi

VIII KL· IAN. IN BETHLEM NATIUI TASSALVATORISDNI.NRI.IHU.XPI. secundum carnem Rom̃ iovini pastoris basilei victorianae acellei euticeti simfronianę saturnini timedi agnati ciriaci . gagi . ianuariae dativi et in cimit̃ aproniani via latina Rom̃ pas̃ sc̄ae eugeniae virḡ sirmę et anastasiae Mediolano felicitatis et in pgamo saturnini constantinopoli sc̄i anastasi

5. C. achillei, sinfroniani; L. M. V. acelli; V. M. euticetis — 6. C. L. M. V. ignatii — 7 L. V. datilii — 9. C. sirmiae, S. *om.*

VII KL· IAN. In opido hierusolimitano villa cafarga malaa pas̃ stephani primi martyris diaconi qui lapidatus est a iudeis ∴ Rom̃ dep̃ sc̄i dionisi heliae dorostoli anthiocia iuliani martiani neandri.
[et ē dedicatio ipsius basilicae in uuizenburgo[1]]

[1] *uncis inclusa, m. 2. inter l. 3 et 4.*
1. C. in urbe hierosolymitana — 2. L. V. villa caphargamala. C. *om.* — 3. C. diaconi prothomartyris et apostoli, S. L. M. V. primi martyris et (L. M. V. *om.*) diaconi et apostoli — 4 C. *addit :* qui sepultus est in villa kafargamala.

Cod. Bern.

VI KL· IANUAR.
Adsumptio sc̄i iohannis euangel apud efesū. et ordinatio episcopatus sc̄i iacobi fratris dñi qui ab apostolis primus ex iudaeis hierusolimis est ep̄s [1] ordinatus . et medio pascha martyrio [2] coronatus.

Fragm. Lauresh.

VI. KL. Ianuar̄
Adsumptio sc̄i iohannis evangelistae apud ephesum et ordinatio episcopat' sc̄i iacobi fratris dñi qui ab apostolis primus ex iudaeis hierosolymis est ep̄s ordinatus et mediū pascha martyrio coronatus

Cod. Eptern., etc.

VI k iañ adsumptio sc̄i ioh evanḡ apud ephesū et ordinatio episcopatus [1] | sc̄i iacobi ff̄ dñi. qui ab apostolis primus ex iudaeis hierosolimis est aepiscopus ordinatus et in medio | paschæ martyrio coronatus hierosol cuius pas̄ VIII k ap̄ ·.·

[1] episcopatus *et infra* qui coronatus *in margine add. manu antiqua quae fortasse a prima diversa non est.*

Rich. In basilica montis olivueti. Nata | le . sci iohannis euangelistae . Et ordinatio epi | scopatus . sci . iacobi . fratris dni.

Excerpta etc. G. 914. iacobi alfei.

Cod. Wissenb.

VI KL· IAN. Adsumptio sc̄i iohannis evangelist̄ apud efesum et ordinatio episcopatus sc̄i iacobi fratris dñi Qui ab apostolis primus ex iudaeis hierusolimis est ep̄s ordinatus et medio . pascha martirio coronatus

3. L. M. V. *om.* episcopatus — 5, 6. C. et tempore paschali.

Cod. Bern.

V KL· IANUAR.
f. 56[b] bethlē natl sc̄orum infantium et lactantium qui sub herode pro xp̄o passi sunt ·.· Ancira gallatiae . eutici prb̄i . domitiani diāc . et in africa . castori. octaui . uictoris. gattae . rogati. eusebi . probati ianuari . saturi . catonis restitutae . saturninę. et in tracia . gaiani domicię . et in edissa translatio . corporis sc̄i thomę apostoli ·.·

Fragm. Lauresh.

V. KL. Ianuar̄
in bethleem nāt sc̄or Infantium et lactantium qui sub herode pro Xp̄o passi sunt Ancyra Gāl. Euticī p̄rbi Domiciani Diac Et in africa castori octavi victoris Gatte Rogati Eusebi Probati Ianuarii Saturi Catonis Saturninae ... in trachia. Gaiani Domiciae Et in edissa translatio corporis sc̄i thome ap̄li.

Cod. Eptern., etc.

V k iañ bethlem iuda nt̄ infantum ancira galatiae | eutici prb̄ domitiani | diac̄ et in aff̄ castori octavi victoris zatte rogatae eusebi | propati ianuari saturi catonis restituti saturninae | et in tracia gaiani domiciae et in edissa trans̄l tomę apos̄

Rich. Bethleem . natale scorum marty | rum . infantium et lactantium . Ancira . gala | tiae . eutici prbi . domitiani diaconi. Et in af | frica . castoris . eusebii . gaianae. Translatio | thomae apostoli.

Cod. Wissenb.

V KL· IAN. Bethlem natl̄ sc̄orum infantium qui sub herode pro Xp̄o passi sunt ancira galatiae eutici prb̄ domiciani diacō In affrica castori octavi victoris gattę rogati eusebi probati ianuari catonis saturi restitutae saturninę et in tracia gaiani domicię . et in edisa translatio corporis sc̄i thomae apostoli ne [1]

[1] ne *deletum*.
2. C. M. V. infantium et lactentium, L. lactantium — 3. L. ancira galis, M. gāl, V. gallis — 4. L. M. V. *om.* diaconi — 5. C. gatae, saturnini, L. M. V. gatticae — 9. L. V. edisse, M. edessa.

Cod. Bern.

IIII KL. IANUAR.
Ix africa . domici. uictori . criscenti. primiani . libosi ep̄i. secundi . saturnini. honorati . uictoriae. saturi . felicis. et rom̄ . felicis . et primiani
f. 56[c] bonefati ep̄i . de ordinatione ·.· [3]

Fragm. Lauresh.

IIII. KL. Ianuar
in Africa Domici Victurini Crescenti Primiani Libosi Secundi Saturnini Honorati Victoriae Felicis ///.//..//////
ET ROM in cimit. Calisti Felicis et primiani Bonifatii ep̄i de ordinatione

Cod. Eptern., etc.

IIII kl in aff̄ nt̄ victoris domiti crescentis et primiani | libosi ep̄i secundi saturnini honorati victurinae saturi | felicis rom̄ it̄ felicis et bonifati ep̄i ·.·

Rich. In affrica . uictoris . librosi epi . | honorati . saturi . secundi . saturnini . uicturiae. | Et rome in cimiterio . calisti . felicis. et bonifacii | epi.

Excerpta etc. Rhab. Et Rome *etc.* et bonefacii episcopi de ordinatione.

Cod. Wissenb.

IIII KL· IAN. In africa domici victuri criscenti primiani libosi ep̄i secundi saturnini honorati victorie saturi felicis et bonifaci ep̄i de ornatione
[et ē ded. basilice sci ioh evḡl in uuizen.] [1]

[1] *uncis inclusa m. 2.*
1. S. *(initio laterculi)* rome. In cimitirio caelesti . felicis . et bonifacii epi . de ordinatione . et alibi nat scorum primiani *etc. usque ad* saturnini *(praeterea nihil)* — 4. L. M. V. felicis . et romae felicis . et bonifatii episcopi de ordinatione.

---

[1] *additum m. 2* — [2] *prius* martyrium, *em.* martyrio — [3] *Ad marginem m. 2.* Eodem die obiit uuineland(us) prbt. precam(ur) ut eius memores esse dignemini.

Cod. Bern.

III KL. IANVR.
In alexandria . man
sueti . securi . donati.
Rom̄ . felicis . ep̄i
honori . pole. ppetuę.
cliti . appiani . etoia
insula [1] sc̄i florenti.
conf̄ . sereni . pauli.
stephani . papia api.
cleti ∴

Fragm. Lauresh.

III. KL. Ianuar
in Alexandr Mansu
eti Securi Donati
Rom Felicis ep̄i
Honori Polecliti
Appiani Sereni Pauli
Stephani Papiani
Cleti et beati perpetui
qui sc̄i martini basilicā
ædificavit
Et oia insula sc̄i Flo
renti confess̄

Cod. Eptern., etc.

III kl iañ in alāx nt̄ mansueti severi et appiani donati | honori policliti sereni pauli papiani cleti ∴

Rich. In alexandria . mansueti. honorii. | pauli . polecliti . stephani . cleti . Rome . felicis epi. | perpetuae . florenti confessoris. Et dedicatio . aeccle.

Cod. Wissenb.

III KL·IAN. In alexañd mansueti securi donati honori polecliti appiani et oia insula sc̄i florenti sereni pauli stephani pampiani cleti turonus perpetui ep̄i ep̄i et conf̄

2. C. honorati, policliti, appiandi — 4. S. C. L. M. V. papiani, C. cleti, clementis . turonis civitate.

Cod. Bern.

PRID. KL· IAN.
Cartagine . donati. [2]
caelestini . saturnini.
Bononia . gagi.
et rom̄ . donatae.
pauli . rogatae.
dominandę . hilarinę.
et depōs . sc̄i siluestri.
ep̄i . ritiaria . herme
tis exhorcistae.
In provintia . sicilia.
ciuit̄ . cathenas . stephañ.
pontiani . attali . fabia
ni . cornili . sixti.
floridi. quottae.
quintiani . meneruini.
sim [3] foriani . ammoni.
furtunati . sc̄i equentis.
appionis . calendionis
Cuelpisti . exsuperanti
[4] sa// turnini . agneti.
paulinae . nominandę
donatae . rogatę.
senonis [5] passio sc̄ae
columbae martyris
et uirginis.

Fragm. Lauresh.

Pridie KL· Januar
Cartagine Donati
Caelestini Saturnini
Bononia Gagi
Rom via Salaria in
cimiter Iordanorū
Donatae Pauli Rogatiae
Dominandae Hilarinae
depos . sc̄i Silvestri ep̄i
Retiaria Hermetis ex
orcistae
In Prov Siciliae. Caten
Pontiani Stephani
Attali Fabiani Cor
neli Syxti Floridi
Gothe Quintiani
Menervini Simphori
ani Ammoni Fortu
nati Sc̄i Sequentis
Appionis Calendionis
Evelpisti Exsuperanti
Saturnini Agnetis
Pauline Nominandae
Donatae Rogatae
Senonas paš sc̄ae
Columbae virgiñ.

Cod. Eptern., etc.

Pridie kl iañ rom̄ donatae paulinae rusticianae nominandae [serotinae saturninae hilariae et in cym̄ priscillae | depoš sc̄i silvestri ep̄i kartağ donati caelestini saturnini | rom̄ rogatae dominandae hilarinae retiaria hermetis | sicilia in civi athinensium stefani pontiani attali fabiani | corneli sexti floridi cottae quintiani minerviani simpho | riani ammoni furtunati sancti sequentis apionis kalen | dini evelpisti exuperati saturnini agnetis senonas paš | sc̄ae columbae virginis

Rich. Cartagine donati . gaii . bononi . Rom | donati . pauliniae. Et sci siluestri epi . et confes | soris . hermetis . stephani . pontiani. xysti . Seno | nas . passio scae columbae uirginis.

Excerpta etc. Beda-Flor. codd. A. T. L. Romae in coem. Priscillae via Salaria dep. s. Silvestri ep. — codd. C. V. Romae via Salaria in coem. Iordanorum donatae *etc. (quemadmodum in* Ept. *sed variant* saturnini, cod. V. hylarianae). Retiariae hermetis exorcistae. In provincia Sicilia civitate Catanensium *etc.* flaviani corneli *etc.*

Cod. Wissenb.

PRID KL· IAN. Cartagine donati caelestini saturnini bononia gagi . et rom̄ donati pauli rogatae dominandę hilarinae et dep̄ sc̄i silvestri ep̄i Ritiaria hermetis ex orcist. In provincia sicilię civit̄ catenñ . stephani pontiani attali fabiani . cornili sixti floredi cottae quintiani menervini sinfuriani ammoni furtunati sc̄i sequentis apionis kalendionis evelpisti exuperanti saturnini agnetis paulinae nominandę donatae rogatae senonis paš sc̄ae columbae virḡ .ↄ EXPLICIT

3. L. V. rogati — 5. V. silvestri pp. — 7. L. V. pomiani — 8. L. M. V. corneli, L. V. florili, M. flordi, L. M. V. quottae — 10. L. secundi sequentis — 13. L. domatae — 14. L. sennionis.

---

[1] a *correctum; prius* e — [2] *in margine:* Et transmigratio fratris nostri Grimoldi levitæ ex ergastulo sui corporis hinc precamur pietatem iusti et pii iudicis quatenus ei ab illo remissio delictorum concedatur — [3] sim foriani *m. 2 : prius* furiani — [4] s *m. 2* — [5] senones *em.* senonis.

Cod. Bern.

MENSIS IAN. HABET
DIES XXXI.
KL· IAN· LAETANIAS [1]
INDICENDAS
CIR CISIO DNI NRI
IHU XPI SECD CARNĒ
In oriente . stephani.
Nicomedia [2] . eufrosini [3].
ep̄i . pri//mani [4] . et
aliorum nouem ∴
f. 57a Inricia . euanti . herme
tis. In bononia . gagi.
Acti . eracli. In africa.
uictoris . felicis . Nar
cissi . Arciri . et aliorū
quattuor . papatis . pri
miani . saturnini . Itē
saturnini . uictoris.
honorati . leusi . herme
tis . Rom̄ . uia appia
coronae . et milites [5] tri
ginta . et martini.
martyris . Rauenna
deposit sc̄i seueri . conf̄
Agustiduno . dep̄ beati
agrippini ep̄i ∴

Fragm. Lauresh.

Mensis
Ianuarius
habet dies
XXX
A Kl· Ianuarias
Laetanias indicendas
Circumcisio dn̄i nr̄i
ihū Xp̄i sec̄ carnem
In Oriente Stephani
Nicomediae Eufrosini ep̄i
Primiani et aliorū VIIII
in retia Eventi her
metis in bononia Gagi
. . . . .racli
in Africa Victoris
Felicis Narcissi Argiri
Et aliorū IIII Papatis
Primiani Saturnini
itē saturnini Victoris
Honorati Leusi Her
metis
Rom̄ via appia coro
nae et milites xxx
Nāt alamachi qui iu
bente alypio urbis p̄fecto
cū diceret hodie octavas
dominicae diei s̄ cessate
a supstitionib idolorū
et sacrificiis pollutis
a gladiatorib. hac de
causa occisus est
Ravennae dep̄ sc̄i severi cōf
Agustiduno dep̄ beati
agrippini ep̄i

Cod. Eptern., etc.

Ianuarius dies XXXI∴
Kl ian̄ circūcisio dn̄i nr̄ co-
ronae qui iubente asclepio |
urbis praefec̄ cum diceret
hodie octaviae dī caeli
sunt | cessate a superstitio-
nib: idolorum et sacrificis
pullutis ā | gladiatoribus
hac de causa occisus est. In
oriente stefani | nicomēd.
eufrosini ep̄i priani et aliorū
VIIII. In retia evanti her-
metis | in bononia gai iacti
heracli. In affrī victoris feli-
cis narcissi | argiri et aliorū
IIII. papa primiani saturnini
It̄ saturnini victoris | hono-
rati leusi hermetis ∴ ∴ ∴ et
milit xxx. | Raven̄ depos̄ sc̄i
severi cum ffb : suis. augusto
duno depos̄ agrippini ep̄i

Rich. Circumcisio dni nri ihu xpi secun | dum carnem . In oriente.stephani. [Nicome [1]]dia. | eofrosini epi . primiani . Et alibi . hermetis.gagi. | Rauenna.seueri confessoris. Augustiduno. depo | sitio agrippini epi . Rom . martinae martyris.

[1] *in litura.*

Excerpta etc. E[2]. Rome martini monachi — Beda cod. S[1] et Ado. Romae via Appia coronae militum xxx — Notk. coronae et militum xxx.

Cod. Wissenb.

IANVARIVS HAB. DIES
XXXI. LV̄.XXX.
KL ianuarias . circumcisio dn̄i nr̄i ihū Xp̄i secundum carnem in oriente stefani nicomedi a . eufrosini ep̄i primiani et aliorum VIIII. In ricia evanti . ermetis. In bonoma . gagi . appi . eracli. In affrica uictoris felicis narcisci . argiri et aliorum . IIII . Papatis primi ani saturnini . Item saturnini . uictoris . honorati . leusi . ermetis . Romae uia appia . coronae.et milites. xxx . Rauenna.depositio sc̄i seueri coñf . Agusti duno depōsi beati agripini ep̄i.

IANVARIS m. 1 — 5. C. retia, eventii; L. M. V. ritia — 6. *ceteri omnes* bononia; C. gai, L. M. V. gaggi; C. S. L. M. V. acti. heracli — 8. C. S. narcissi, V. marcisci — 10. L. V. leuthi — 10, 11. S. conone — 11. C. militum, S. xxxv — 12. L. severi episcopi — 13. C. *addit:* in civitate ruspensi depositio beati fulgentii episcopi et confessoris.

IIII. NON. IAN.

Cod. Bern.

Anthiochia . siridoni
ep̄i . eiusdem loci.
stratonici . tubiae
machari . abbatis . saturi.
possessoris . firmi.
maximiani . Acutionis
timothei . herisii . artaxi.
f. 57b uitalis . Acutae . tubię
eugendę . et in aethiopia
Rutulae . claudiae
Aurigę . Vitalis . Hieru
solima . stephani ∴

Fragm. Lauresh.

IIII . Nō Ianuar̄
Antioc̄h. Siridoni
ep̄i eiusdem loci
Stratoni Tubie
Macharii ab̄b̄ Saturi
Possessoris Firmi
Maximiani Acutionis
Timothei Herissi
Artaxi Vitalis Acute
Tubie Eugendae
Et in aethiopia Ru
tulae Claudiae
Aurigae Vitalis
Hierosolyma Stephani

Cod. Eptern.

IIII Non̄ isiridoni ep̄i antioc̄
et in alio loco stratonici
maccari | abbani saturi
possesoris firmi maximiani
acutionis timothei | herissi
artaxi vitalis acuti tobiae
eugendae et in ethiop̄ ruti-
læ | claudiae aurigae vitalis
de hirosōl stefani ∴

Rich. Antiochia . isidori epi . | macharii | abbatis . saturi . possessoris . firmi . acutionis. | Et in aethiopia . rutulae . Hierosolima stephani.

Excerpta etc. E[1]. isidori ep. ac mart. — E[1]. G. tobiae abbatis — Beda cod. S[1]. Antiochia Syriae doni epi eiusdem loci — in Aethiopia rutuli.

Cod. Wissenb.

IIII NON IANUA
Antiocia . siridoni ep̄i . eiusdem loci . stratonici . machariab̄b̄ . saturi . possessoris firmi maximiani . Acucionis thimothei . herisii . arthaxi . uitalis acutę tubie . eugende . Et in ethiopia rutule claudie . aurige . uitalis hierusolima stefani.

3. L. V. stracini; C. *om.* possessoris — 4. C. acutionis, V. actionis, L. M. ationis — 5. S. artasi, C. heresii, arthaxa, L. V. herissi astaxi, M. herissi, artaxi.

[1] *prius* LAETANIAE, *deinde em.* — [2] *em. ex* Necomedia — [3] *em.* eofrosini — [4] *prius* priam. *deinde deletum* a — [5] militis *1a m.* : *em.* milites.

Cod. Bern.

III NON. IAN.
In helisponto ciuitate
pharetia . cyrici . primi.
Theugenis . et in ciuit
Thomis . claudionis.
Eugeni . Rodi . et tri
um fratrum . arget .
Narcissi . et marcellini .
pueri xp̄i. Anifili ep̄i
et digo iuni . Eugenti .
Codonis . primae.
In africa . Lucidei .
marcialis . statuliani
constanti . possessoris.
Hilarini . pennicei .
firmi . candedi
Rogatiani . eugenię
Acutae . Rom̄ . Antheri.
papę . parisius
depōs sc̄ae genoue
uę uirginis . Uienna
dep̄os . beati florenti
ep̄i .·.

Fragm. Lauresh.

II. Nona Ianuar̄.
in Ellesponto civit
Parethia Cirici
Primi Theugenis
Et in ciū Tomis Claudio
nis Eugeni Rodi
et trium fratrum
Argei Narcissi et mar
cellini pueri Xp̄iani
Fili ep̄i qui sub licinio
inter tyrones conp̄hen
sus cum nollet militare
cesus ad mortem carce
re mancipatus missus
in ceppo est donec rela
tione esset responsū
dimersoq. in mare
delato corpore eius in
litore a religiosissimis
viris depositū ē in vil
la Amanti religiosi viri
ubi fiunt orationes magnę
et vico iuvini Eugenti
Sodonis Primae
in Africa Lucidae
Marcialis Statuliani
Constanti Possessoris
Hilarini Pennicei

Cod. Eptern., etc.

III Nō in helispoñ civī parethia cirici primi theoginis et in civī tomis claudonis | eugenis rodi trium ffrm argei narcissi et marcellini pueri xp̄iani | et diogini eugenti rodonis primae in aff martialis statu liani | constanti possesoris hilarini firmi candidi rogatiani eugeniae | lucidae acutae paenicae parisī genefevae virgiñ vieñ deposˉ florenti

Rich. In helesponto . cirici . primi . Et in ci | uitate thomis. claudionis . eugenii . argei . nar | cissi . et marcellini Parisius genouefae uirgin.

Excerpta etc. E[1]. E[2]. Aug. Romae antherii episcopi (E[1]. Aug. papae) — Notk. *(ad diem praec.)* item Tomis phili ep. qui sub Licinio *etc.* — Rhab. Tomis civ. titi epi qui sub Lucinio *etc.* [1]

[1] Rhab. *quemadmodum* Lauresh., *sed* curationes *loco* orationes. — Notk. | *fere ut* Lauresh. *sed brevius.*

Cod. Wissenb.

III NON. IANUARIUS.
In elis ponto civitate parethia cirici primi theugenis et in civitate thomis claudionis eugeni rodi et trium fratrum argei narcissi . et marcellini pueri cristiani feli ep̄i qui sub licinio et digoiuni. eugenti . Rodonis primę . In affrica luci dei marcialis statuliani constanti possessores hilarini p ennice firmi candedi rogati ani eugenię agute parisius depositio genoueuę virginis Uienna depositio beati florenti ep̄i. [et est transitus domni Ermberti epi] [1]

[1] *uncis inclusa, m. 2.*

4. *A Sangallensi vero exemplari magis abscedit lectio codicum* a) *Vindobonensis n. 520 (Hist. eccl. 109, olim 32), membr., fol. min., olim Sancti Blasii Admuntensis, qui inter alias Vitas f. 103^r-113^v* Pirminii *deformiter et incomposite manu saec. XI-XII exaratam continet* (9); b) *Wirziburgensis Theol. fol. n. 53, membr., fol. min., olim Sancti Stephani Wirziburgensis, f. 27^r-34^v, pulchre et accurate saec. XII (saec. XI, secundum Mone) scripti;* c) *Monacensis lat. n. 9506 (Ober-Alt. 6), membr., fol. max., saec. XII duabus manibus scripti, qui est quartum volumen magni Legendarii Altahensis, Vitas mensium oct.-dec. comprehendens, ubi f. 66-69 Vita* Pirminii *prima manu nitide exarata exstat;* d) *Monacensis lat. 22244 (Windberg. 44), membr., fol. max., saec. XII extr., quinti scilicet voluminis magni Legendarii Windbergensis, ubi Vita* Pirminii *legitur f. 117^r-21^v;* e) *Bambergensis E. III. 9, membr., fol. max., saec. XV exa-*

(1) Cfr. infra, num. 96. — (2) *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte*, tom. I, pp. 30 et 526. — (3) *Mon. Germ.*, tom. XV, p. 21. — (4) Ibid., p. 18. — (5) *Sidera illustrium et sanctorum virorum Germaniae* (Moguntiae 1616), p. 25. — (6) *Quellensamml.*, tom. cit., p. 528. — (7) *Mon. Germ.*, tom. cit., p. 19. — (8) Cfr. infra, num. 8. — (9) Quae hoc loco de cod. Vindob. et quattuor sequentibus referuntur, desumpta sunt ex praefatione cl. Holder-Egger, tom. cit., p. 18.

ratus.

A *rati, continentis librum Andreae Bambergensis de viris illustribus Ordinis Sancti Benedicti, cui, excepto prologo, integra inserta est Vita* Pirminii, *fol. 41r-43v. — Quibus adiungendus est* f) *Codex Zwetlensis n. 14, membr., foliorum 201, mai. (0m,42×0,325), columnis binis exaratus saec. XIII, pars scilicet magni Legendarii continentis Vitas sanctorum mensium octobris et novembris, nobis a R. P. Iulio Zelenka bibliothecario humanissime commodatus; Vita* S. Pirminii *in eo codice legitur f. 119v-21v.*

numero duodecim.

5. *Duas itaque praecipuas codicum familias prae manibus habemus, quas designabimus siglis A et B; unaquaeque autem sex codices complectitur. Quos si attentius invicem conferamus, imprimis apparet exemplari Sangallensi* (A[1]), *quod archetypo (A) omnium maxime consonare iudicamus, simillimum esse Einsidlense* (A[2]), *quod proinde in eadem cognationis linea cum illo ponendum videtur. Aliquanto magis diversa est lectio codicis Engelbergensis* (A[3]), *cui paulo inferior locus assignandus. Ex reliquis autem tribus, cognatione aliqua propiori inter se coniunguntur apographum* B *codicis Sancti Maximini Treverensis* (A[4]) *et codex Weissemburgensis seu Wirziburgensis Theol. fol. 34* (A[5]), *quippe qui non paucas lectiones variantes ipsis proprias et utrique communes exhibeant: itaque ex aliquo communi exemplari eos derivatos censendum est, quamvis, ut monuimus, codex Wirziburgensis passim sive additamentis sive compendiis sive aliis adulterationibus admissis peculiarem quandam formam repraesentet. Denique Egonis apographum* (A[6]) *paucissimas habet variantes lectiones quae et in aliis codicibus appareant, multas vero singulares, sed manifeste alicuius imperiti vel temerarii scribae culpa corruptas, quas proinde cum cl. Holder-Egger fere negligendas duximus. — Alterius vero familiae (B) minime omnium a lectione exemplaris Sangallensis recedit codex Bambergensis* (B[1]). *Cuius omnes fere lectiones variantes exhibet Wirziburgensis Theol. fol. 53* (B[6]), *sed et praeterea multas ipsi proprias. Multas etiam sibi proprias, sed utrique communes (eodem circiter numero quam* B[1]), *praeter nonnullas proprias singulis, variantes lectiones habent codices Monacenses lat. 9506* (B[2]) *et 22244* (B[3]). *Idemque dicendum de codicibus Vindobonensi 520* C (B[4]) *et Zwetlensi 14* (B[5]), *nisi quod istae lectiones longe plures numero in iis occurrunt.*

Gradus illos cognationis inter diversa primae Vitae exemplaria hoce schemate, ut nobis videtur, sub uno conspectu repraesentare licet:



ineunte saeculo X

6. *Iam quod ad scriptoris aetatem et auctoritatem spectat, hunc* Pirminio *coaevum aut supparem non fuisse liquet ex prologo, ubi sancti historiam* rem *esse indicat* diu a multis omissam sapientibus et paene oblivioni traditam, *et se ideo eam scribere aggressum* ut quae diu incognita latebant sciantur a multis. *Praeterea, ubi de monasteriis agit a* Pirminio *conditis, queritur se de quibusdam nihil rescire potuisse, quod aliqui ex praefatis locis quae exinde norunt ipsi intimare neglegunt,* aliqui vero nec ipsorum locorum primordia scientes in quibus vivunt, et a quibus initium post Deum sumpserunt, omnino sunt ignari, quia ubi abundat terrena cura, refrigescit necesse est caritas divina (1). *Certe ita locutus non fuisset scriptor* Pirminii *temporibus aetate vicinus. Attamen ante annum 826, qui fere septuagesimus est post* Pirminii *obitum* (2), *Vitam conscriptam fuisse constat ex testimonio Walafridi Strabi, qui in descriptione Visionis Wettini, praedicto illo anno metro concinnata* (3), *haec scribit:*

Primus in hac *(Augia)* sanctus construxit moenia praesul
Pirminius ternisque gregem protexerat annis.
Huius quisque velit sanctam cognoscere vitam, E
Ipsa sepulcra petat: satis ipse probabit in Hornbach (4).

Ubi, ut recte advertit cl. Holder-Egger, dum Pirminii *vitam cognoscere cupientes ad Hornbacense coenobium remittit, satis perspicue indicat ibidem sancti Vitam conscriptam exstare.*

conscripta fuisse videtur

7. *Duplicem confirmationem adiungit cl. Holder-Egger* (5) *ad ostendendum Vitam non serius quam saeculo IX ineunte confectam esse. Nimirum 1° Sermo tam rudis inconditusque, narratio tam simplex, ne dicam inepta, est, ut constare videatur libellum eo tempore scriptum esse, cum studium litterarum nuper renovatum parum diffusum et radicatum erat. 2° Monendum est etiam, in Vita Hornbacense coenobium semel tantum in fine hoc nomine, plerumque vero antiquo nomine* Gamundias *nuncupatum esse, quod medio saeculo IX fere jam antiquatum erat. In diplomatibus Ludovici Pii an. 814* (6) *et aliis duobus regiis ann. 865 et 972* (7) *utrumque nomen* Gamundias *vel* Hornbach *usurpatur, in reliquis chartis saeculo IX hoc solum occurrit* (8).

a monacho Hornbacensi,

8. *Ex citato supra* (9) *Walafridi, Augiae Divitis alumni, testimonio colligitur Vitam illam primum compositam non esse in monasterio Augiensi, quod prius censuerat Mone* (10), *sed in Hornbacensi, quod et ipse deinde Mone, priori sententia mutata, agnovit* (11): *cur enim ad Hornbacenses remisisset Walafridus, si* Pirminii *Vita apud Augienses servata fuisset? Praeterea animadvertit Rettberg* (12) *in illa Vita de fundatione Augiensis coenobii nonnisi dubia vel fabulosa tradita esse, sed et auctorem regionem Augiensem male novisse, eundem vero multo dilucidius uberiusque coenobii Hornbacensis originem et quae ibidem degens egerit* Pirminius *narrasse, ut omnino huius coenobii incolam eum fuisse statuendum sit. Denique et hoc certius probari poterit* (13), *cum auctor diserte aperteque se Hornbacensem monachum prodidisse videatur, qui* (14) *felices praedicans eos qui sanctos Bonifatium et* Pirminium *in coenobio Hornbacensi congredientes et colloquentes spectare quiverint, dicat:* Sed ego indignus in Dominum confido, quod tales istinc inventi erant

(1) Cap. 8. — (2) Cfr. infra, num. 92. — (3) *Poet. lat.*, ed. Duemmler (*M. G.*, in-4°, tom. II), p. 259. — (4) Ibid., p. 304, v. 27-30. — (5) *M. G.*, tom. XV, p. 17, et ibid., not. 11. — (6) *Regest. Imperii*, tom. I, nn. 514, 515. — (7) *Comment. Acad. Theodoro-Palatinae*, vol. VI, hist., pp. 256, 263. — (8) Vid. ibid., p. 246 sqq., nn. 3-7, 11, 13, 14. — (9) Num. 6 extr. — (10) Tom. cit., p. 29b. — (11) Ibid., p. 528. — (12) *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 51. — (13) Ita Holder-Egger, loc. cit. — (14) Cap. 12.

AUCTORE C. D. S.

erant apud illos *(scilicet Bonifatium et* Pirminium), quos superna gratia fecit idoneos illorum sancto posse interesse colloquio. *Ubi vox* istinc *(pro* istic *mendose posita) ostendit scriptorem ipsum degisse in hoc monasterio.*

quem multa a S. Pirminio *gesta latuerunt.*

9. *Habemus itaque, hanc primam Vitam conscriptam esse ineunte saeculo IX a monacho quodam Hornbacensi, alias ignoto. Cuius sane lucubratio in historia* Pirminii *describenda admodum manca est et ieiuna, cum praeter exordia utriusque coenobii, Augiensis et Hornbacensis, vix quicquam de reliquis* S. Pirminii *gestis tradat, candide professus nihil sibi compertum esse de historia fundationis aliorum coenobiorum decem, quae construxit* Pirminius *in Francia, Bavaria atque Alamannia, sed nec ipsa eorum omnium nomina ad eius notitiam pervenisse, neque* quomodo in media aetate vixerit *sanctus* in illis et quantos labores tunc pertulerit, *scilicet* ob illorum culpam qui nobis de praedictis locis illud intimare debuerunt *et id vel neglexerunt vel turpi ignorantia laborantes non valuerunt* (1). *Nec, ut rursus scite advertit cl. Holder-Egger* (2), *chartas ullas vel libellos adhi-*
B *buisse, nisi narratiunculas quasdam in Willibaldi Vita sancti Bonifatii olim forte lectas ex memoria narrasse* (3) *videtur : quae vero de Augiensis et Hornbacensis coenobiorum fundatione rettulit, duntaxat domestica illorum locorum traditione nituntur. Quae quamvis maxime nobis dolenda sint, attamen, ut idem cl. editor conclusit, opusculum hoc simplicissimum suo merito non caret, utpote quod solum, si paucas chartas et breves notitias Augiensium (atque alias non ita certas traditiones) excipias, huius apostoli Alamannici memoriam posteris tradidit.*

§ II. De aliis documentis circa historiam S. Pirminii.

Vita secunda,

10. *Alteram* S. Pirminii *Vitam, cuius tamen, quamvis id non moneat auctor in suo prologo, solus fons fuit Vita illa prima, de qua modo diximus, edidit Christophorus Brower inter* Sidera illustrium et sanctorum virorum Germaniae (4), *codicem secutus Argentoratensem seu potius huius apographum ab eius ecclesiae suffraganeo seu auxi-*
C *liario episcopo Adamo Peez transmissum* (5) : *qui codex nunc amissus videtur. Postea eandem protulit Ioannes Mabillonius inter* Acta SS. Ord. S. Benedicti (6) *ex editione Broweri et codice Chesniano (nunc Parisiensi 5308, saec. XII exarato)* (7). *Ad Mabillonii editionem variantes lectiones notavit Mone* (8) *ex codicibus tribus, videlicet a) Augiensi 21, membr., saec. XII, nunc reposito in archivo Carlsruhensi, in quo Vitae initium duntaxat continetur (cap. 1-6 et compendium cap. 7-10) non paucis etiam sententiis abscissis ; unde parum subsidii ex eo codice ad emendandum textum praebetur ; b) Basileensi, signato A. VI. 36, qui Passionale continet saeculo XV exaratum ; c) Apographo quod Egon prior Augiensis saeculo XVII descripsit ex codice Augiensi nunc deperdito : apographum autem continetur inter alia eiusdem Egonis* Apographa Augiensia *in archivo Carlsruhensi* (9).

cuius unus

11. *Praeterea indicatur a cl. Holder-Egger* (10) *codex Stuttgardiensis membr., fol. max., saec. XII, olim Zwifaltensis monasterii, qui et ipse praebet eam secundam Vitam valde decurtatam, prologo et compluribus capitibus resectis : omissa sunt scilicet ex capitibus triginta et uno, quibus constat Vita in editione Mabillonii, pars capitis 14, capita 15-20, extrema pars capitis 22, ac denique capita 23-28, ubi agitur de S. Bonifatio (quae etiam in Egonis apographo praetermissa sunt). — Denique in citato iam superius codice bibliothecae regiae Bruxellensis 8930-31 (in quo et exhibetur Vita ex apographo Egonis) repperi apographum ex codice Oenipontano descriptum, cui subiecta est haec attestatio sigillo munita :* Praesentem copiam cum apographo suo (quod declinante saeculo XV circiter ex inspectis collatisque aliis scripturis eiusdem temporis confectum esse credi potest) in celeberrimae Societatis Iesu Collegio Academico Oenipontano asservato et mihi ab eodem in hunc finem concredito, rite ac attente collatam atque de verbo ad verbum consonam esse testor requisitus officii nomine. Oeniponti 17 aprilis 1739. Antonius Roschmann, Iuris utriusque Licenciatus... Publicus Nota- E
rius. *Ex eo codice folium integrum deciderat ; quod ex alio codice suppletum esse testatur idem notarius his verbis :* Fidem de hac suppletione legitima capitis 21. et 22. facit mihi aliud apographum eiusdem Collegii ad initium manuscripti ab eadem manu rubrica et nota hac insignitum, quae prius manuscriptum Illustrissimi Helfenstainii id esse collegio donatum asseruerat, haec eadem, inquam, manus hanc statim ab initio prooemii notam in margine adscripsit : Autographum P. Wendelini Volckii. Exscripsit ex vetusto Ms. codice, quem una cum sacris S. Pirminii reliquiis tradidit collegio S. I. Oeniponti Illustris DD. Schweickardus Comes ab Helfenstain a° 1576. 2 Novemb. Poterit igitur alterum ex altero rite redintegrari. Haec autem verba ita in hoc secundo codice, cum quo ea contuli, esse descripta, hisce testor requisitus ex officio. Oeniponti 4. Julii 1739. Idem Roschmann qui supra.

fons fuisse videtur Vita prima,

perperam attributa est Othlono;

12. *Auctorem huius Vitae inscripsit Brower Othlonum illum qui et S. Bonifatii Vitam expolivit decurrente saeculo XI, utrum ex auctoritate apographi an sua ipsius coniectura incertum, sed* F
certo errore. Etenim libellus, quem in codicibus saeculi XII iam habemus, nuncupatus est Liudolfo archiepiscopo, *quem Treverensem fuisse, cuiquam dubium esse nequit : nullus enim alius archiepiscopus huius nominis in Germania aut Gallia ab ineunte saeculo IX ad finem saeculi XII fuisse reperitur. Iam vero Liudolfus Treverensis e vivis excessit anno 1008* (11); *Othlonus autem floruit post medium saeculum XI, quod constat ex prologo ad Vitam S. Bonifatii, ubi hanc scriptionem se aggressum esse testatur diu post mortem S. Leonis IX papae* (12). *Deinde, ut subiungit Mabillonius* (13), *huius Vitae Pirminianae conditor nonnulla de S. Bonifatio commemorat quae cum ipsius Othloni narratione Bonifatiana pugnant. Praeterea longe gravior et maturior est scriptio de S. Bonifatio quam haec de S. Pirminio.*

probabilius auctorem habet Warmannum.

13. *Meliori iure Mabillonius* (14) *huius Vitae scriptorem fuisse censet Warmannum, Comitem a Dilingen et Veringen, Baronem in Kiburg, Winter-*

(1) Cap. 8. — (2) Tom. cit., p. 18. — (3) Cap. 12-15. — (4) Moguntiae, 1616. — (5) Op. cit., p. 25. — (6) Saec. III, part. II, p. 140. — (7) Sed cfr. dicenda infra in prooemio ad Vitam II. — (8) Op. cit., p. 38-39. — (9) Cfr. ibid., p. 37. — (10) *M. G.*, tom. cit., p. 19. — (11) Hermanni Contracti seu Augiensis Chronic. (*M. G.*, tom. V, p. 119). — (12) *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. II, p. 28. — (13) Ibid., p. 136. — (14) Ibid.

thur

ex monacho Augiensi episcopum Constantiensem,

thur et Baden, Landgravium Alsatiae, fratrem Eberhardi Constantiensium praesulis, Hermanni Sueviae Ducis praeceptorem, ex Divitis Augiae monacho Constantiensem episcopum creatum anno 1026, natione Germanum, virum omni litteratura doctissimum adeoque subtilissimum, qui testibus Gulielmo Eysengreino (1) *et Ioanne Egone priori Augiensi* (2), *Vitam* S. Pirminii *conscripsit, vita defunctum anno 1034. Certe Warmanni aetas cum Liudolfi aetate optime concordat, et per se valde credibile est voluisse Augienses, qui praeter alias litterarum etiam laudem sibi affectabant, ut et apud se scriptio aliqua de sancto suo fundatore, prima Vita elegantior, exstaret.*

non autem abbatem Hornbacensem homonymum.

14. *Novam quandam opinionem proposuit Mone* (3), *cui et calculum suum adiecit I. Friedrich* (4), *Warmannum quidem seu Garemannum huius secundae Vitae auctorem agnoscens, non tamen Augiensem illum monachum, sed abbatem Hornbacensem, qui et ipse coaevus fuit Liudolfo Treverensi, quin et eodem quo is anno 1008 vita defunctus, ut colligitur ex Hornbacensi libro de miraculis* S. Pirminii *infra edendo, ubi* (5) *annus quartus* B *Willimanni abbatis, qui Garemanno successit* (6), *anno dominicae incarnationis 1012 connectitur. Duplex huius opinionis fundamentum protulit Mone. Alterum, quod lucubratio illa, Liudolfo inscripta, auctorem habuisse iudicanda est monachum cuiusdam coenobii Treverensi archiepiscopo subiecti; Hornbacense autem monasterium situm erat in dioecesi Mettensi, quae metropolitanum agnoscebat Treverensem archiepiscopum, Augiense vero intra huius provinciam non continebatur. Alterum, quod si Augiensi monacho illa Vita deberetur, sane is non siluisset quae eiusdem fere aetatis Augiensis scriptor Hermannus Contractus (qui vixit annis 1013-1054) de* Pirminii *historia commemoravit in suo Chronico, traditiones utique Augienses sequens; at vero, si Mone audiamus, maximam partem secundae Vitae complent quae de gestis a* Pirminio *in Francia occidentali narrantur, et hinc maxime illa secunda Vita a prima discrepat. Verum quid sibi velit haec posterior observatio, omnino perspicere nequeo. Equidem, si quid video, ita, quod ad res narratas spectat, secundae Vitae scriptor vestigiis illius qui primam confecit institit ut nusquam ab eo discederet, nihil demeret, nihil* C *adderet, nisi quod Scripturae testimonia et paraeneticos sermunculos passim inseruit et quae a priori scriptore simpliciter dicta erant, ipse prolixioribus verborum ambagibus, ut sibi videbatur, exornavit. Nec quicquam magis valet prius fundamentum, cum utique Warmannus ille Augiensis, admodum nobili domo exortus, facile censeri possit cum archiepiscopo Treverensi cognatione vel amicitia coniunctus fuisse et inde adductus ut suum libellum illi nuncuparet; et certe in epistula dedicatoria nulla apparet oboedientiae aut huiusmodi obsequii professio, quae virum archiepiscopo subditum manifestet. Itaque nullam adesse rationem censeo cur Eysengreini et Egonis disertam assertionem respuamus et ab utroque dicamus Warmannum Augiensem Hornbacensi erronee substitutum fuisse. Libenter tamen fateor non tantam esse auctoritatem utriusque illius scriptoris ut conclusionem, solo ipsorum testimonio nixam, satis firmam arbitremur.*

Vita tertia

15. *Sicut primam Vitam secunda, ita multoque pressius secundam tertia ducem secuta est, adeo ut huius scriptor id solum intendisse videatur ut quae ab auctore secundae Vitae soluta oratione exposita fuerant, ipse metris alligaret. Unus eam exhibet codex saeculi XVII, qui nunc in archivo Carlsruhano servatur, apographa continens Joannis Egonis manu descripta, unde iam variantes lectiones ad utramque Vitam primam et secundam excerptas diximus a Mone : qui et tertiam hanc edidit* (7). *Quam editionem, alio quopiam deficiente subsidio, et nos inferius inter* S. Pirminii *Acta repraesentamus.*

seu metrica

16. *Vitam hanc ex metri ratione saeculo XII vel XIII compositam iudicavit Mone. Versus siquidem* sunt caudati *seu qui bini clauduntur consonante desinentia; nonnulli* (8) dactylici caudati, *qui praeter hanc consonantiam in secundo et tertio pede habent dactylos consonantes* (9); *alii* (10) *per seriem duorum vel plurium ita constructi ut quot singuli verba, tot universi sententias complectantur, quarum primam prima singulorum ex ordine versuum verba, secundam eorundem verba secunda, et ita* E *porro, conficiant: quas metricas artis elegantias illius aevi proprias ait Mone.*

non Henrico Augiensi abbati,

17. *Idem editor huius Vitae metricae auctorem fuisse coniecit Henricum illum Augiensem abbatem, de quo Gulielmus Eysengrin* (11) : Henricus Comes a Kalwe, Augiensis... abbas,... protonotarius imperatorius, legum doctor... Vir omni literatura doctissimus, vitam S. Pirminii Meldensis episcopi prolixis commentariis prosecutus est. Obiit pontificatus anno xxvij, Christi vero Mccxxxvij. *Et Ioannes Egon* (12) : Veruntamen neminem *(ex monachis Augiensibus)* expressum nominatim reperio qui *(post Hermannum Contractum)* litteris aliquid mandarit ad usque Christi annum 1206, quo Henricus Comes de Kalb Augiae clavum gubernandum accepit, qui nobilitati sanguinis raro inter homines illustriores exemplo egregiam pietatem et doctrinam coniunxit. Inter alia Vitam S. Pirminii primi Augiae abbatis ac fundatoris diserto calamo ac stylo non inconcinno composuit, quam hodieque membranis exaratam cernere licet... Gloriose denique vitam hanc mortalem finivit circa annum Christi 1234.

sed alii monacho Augiensi anonymo adscribenda est;

18. *Arguit Mone Egonem quod Vitam secundam, de qua superius diximus, Henrico tribuerit* (13). *Verum, ut recte advertit cl. v. O. Breitenbach* (14), *solus hic erravit Mone. Quippe Egon diserte secundam Vitam, auctoritate Broweri nixus, ab Othlono Fuldensi conscriptam ait* (15), *et proinde eandem non esse cum Vita conscripta ab Henrico, quam etiam prae oculis habebat, declaravit. Sed ex eodem Egone argumentum validissimum praebetur ad evertendam coniecturam Mone de Vitae illius metricae auctore. Hanc enim et ipse Egon vidit et diversam ab Henrici scriptione clarissime significavit. Nimirum, postquam cap. 29* (16) *de hac dixerat, statim post, brevissimo interiecto capite de Conrado abbate, cap. 31 agit* de aliis Augiae anonymis doctoribus *et inter hos :* Praeterea, *ait,* ut alios poetas anonymos omittam, non praetereundus occurrit is, qui Vitam Pirminii metrice cecinit,

(1) ***Catalogus testium veritatis*** (Dilingae 1565), fol. 80v, unde desumpta sunt haec omnia de Warmanno memorata. — (2) ***De viris illustribus Augiae Divitis***, part. II, cap. 26, (ap. Pez, ***Thes. Anecd.***, tom. I, part. III, p. 686). — (3) Tom. cit., p. 37. — (4) ***Kirchengesch. Deutschlands***, tom. II, p. 581. — (5) Cap. 16. — (6) Ibid., cap. 10. — (7) Tom. cit., p. 39 sqq. — (8) Vv. 66-69, 207, 405. — (9) Cfr. Mone, ***Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit***, an. 1838, p. 586. — (10) Vv. 235-238, 357-364, 397-398. — (11) ***Catal. test. ver.***, fol. 109v. — (12) ***De vir. illust. Aug.***, part. II, cap. 29 (ap. Pez, tom. I, part. III, p. 703). — (13) ***Quellensamml.***, tom. cit., p. 39a, not. — (14) ***Neues Archiv***, tom. II, p. 171. — (15) ***De vir. ill.***, part. III, cap. 1 (p. 715). — (16) Cit. num. sup.

quae

AUCTORE C. D. S.

quae adhuc charactere ferme obsoleto in tabulis valde vetustis scripta videtur. *Itaque Egon perspicue omnino Vitam ab Henrico de Calwe conscriptam et a se lectam distinguit tum a Vita edita a Browero, quam Othlono attribuit, tum a Vita metrica, a se etiam lecta et transcripta, quam* anonymo *poetae, eidemque monacho Augiensi, deberi indicat.*

Henrici vero scriptio deperdita.

19. *Libellus Henrici de Calwe amissus videtur. Cuius iactura utcumque compensari forte potest ex iis quae de* S. Pirminio *tradiderunt Ioannes Egon in notitia quam de illo confecit* (1) *et Gallus Oehem* * *in chronico suo Augiensi, concinnato lingua vernacula Germanorum extremo saeculo XV, quod accurate edidit C. A. Barack* (2). *Cum enim Henrici scriptio adhuc exstaret Augiae temporibus Egonis, vix dubitari potest quin et antiquior Oehem eam viderit: et is quidem saltem semel diserte professus est se quaedam excerpsisse ex veteri codice Augiae servato* (3). *Si qua igitur apud Oehemum vel Egonem leguntur quae ex aliqua Vita* S. Pirminii *hausisse significaverint nec tamen in iis quae ad nos pervenerunt reperiantur, iure colligi potest ea ex*
B *Henrici lucubratione desumpta esse. Cumque admodum pauca huiusmodi reperire sit* (4), *sponte oritur suspicio Vitam illam, quae ab Henrico scripta fertur, nihil aliud fuisse quam orationem aliquam in laudem* S. Pirminii, *in qua conficienda usus sit utraque Vita adhuc superstite.*

* *alias* Oheim

Liber miraculorum S. Pirminii *in coenobio Hornbacensi ineunte saeculo XI conscriptus.*

20. *Habemus, praeter Vitas modo memoratas,* Miracula S. Pirminii post mortem, *quem librum solus exhibet codex bibliothecae regiae Bruxellensis 206 (olim 87), membraneus, fol. max., saeculo XII extremo exaratus, ex quo illum ediderunt Mone* (5) *et recentius cl. Holder-Egger* (6) *et nos denuo accurate cum codice collatum infra exhibemus. Miracula refert in Hornbacensi monasterio impetrata intercessione* S. Pirminii *inter annos circiter 970* (7) *et 1012* (8). *Abrumpitur autem post narrationem miraculi quod contigit in festo pentecostes huius ultimi anni, nulla adiecta clausula qua, sicut solitum est in huiusmodi libellis, significarit scriptor se finem imponere operi, sive quod non integer liber exscriptus est in codice nostro, sive quod in mente habuerit auctor illum postea, ubi alia miracula referenda occurrerent, complere. Certe hoc ipso anno vel non diu post conscriptum esse librum colli-*
C *gere licet ex prologo, ubi protestatur scriptor:* Quae oculis vidimus, quae ab his qui interfuerunt didicimus, quae vera et incorrupta tenemus, scribendo testimoniis perhibemus (9): *quae verba illum rebus narratis, saltem ultimo loco, aequalem fuisse demonstrant. Idem monachum se Hornbacensem satis manifestat, quod non alia refert nisi quae in hoc coenobio contigerunt et* S. Pirminium patronum nostrum *appellat* (10). *Sed nullo indicio constat eundem esse auctorem libri miraculorum et Vitae secundae, quod nonnemo putavit.*

Alii fontes et recentiorum scripta de S. Pirminio.

21. *Ad fontes historiae* S. Pirminii *etiam referenda sunt diplomata quae spectant ad fundationem monasterii Murbacensis* (11), *ipsius* Pirminii *libellus qui inscriptus est* de singulis libris canonicis scarapsus (12), *Rhabani Mauri carmen de* S. Pirminio (13), *et quae in suo chronico de eo notavit Hermannus Augiensis seu Contractus ad annos 724, 727, 731* (14). — *Ex recentioribus vero praecipue de eo scripserunt M. Görringer* (15), *F. W. Rettberg* (16), *I. Friedrich* (17) *et I. Weicherding* (18).

§ III. De S. Pirminii patria.

S. Pirminius non fuit genere Francus,

22. *Iam ad singulas partes Pirminianae historiae tractandas accedamus. De* S. Pirminii *patria silent documenta antiqua. Gallum illum ortu fuisse passim indicarunt scriptores Benedictini* (19). *Alii vero ex Scotia seu Hibernia in Franciam venisse autumarunt* (20). *Et quidem apud Francos* Pirminium *primum lucem non aspexisse liquido testatur saeculo IX Rhabanus Maurus in carmine suo de sancti laudibus, ubi nempe ita canit:*

Deseruit patriam, gentem simul atque propin- [quos
Ac peregrina petens, aethera promeruit. E
Gentem hic Francorum quaesivit dogmate claro,
Plurima construxit et loca sancta Deo (21).

Sed et ex ipsa Vita I satis demonstratur Francum non fuisse Pirminium, *sed e regione a Francia longe dissita oriundum, ubi nempe significatur admiratione perculsos fuisse qui ipsum latina et* Francorum *lingua concionantem audirent* (22).

sed, ut videtur,

23. *Accedit quod in diplomate Widegerni episcopi Argentinensis pro monasterio Murbacensi socii* S. Pirminii *saepius* peregrini monachi *et* congregatio peregrinorum monachorum *appellantur* (23), *itemque* peregrini monachi *in diplomate Eberhardi comitis* (24), *et in diplomate Theodorici IV regis Francorum de ipso* Pirminio *profertur:* Igitur dum et venerabilis vir Perminus, gratia Dei episcopus, nostris temporibus cum monachis suis, Deo inspirante, pro evangelio Christi peregrinatione suscepta... (25). *Friedrich* (26) *appellationem illam* peregrinorum *monachis Pirminianis ideo collatam opinatur, quod ex instituto proprio congregationis illorum* (27), *a romano pontifice approbato, fidei christianae propagandae praecipue illis incumbendum erat, ita ut, si bene capio, vox* peregrini *idem hic sonet quod* missio- F narii. *Quae opinio mera nititur coniectura, et mihi quidem, ut minus dicam, admodum improbabili: neque enim ullum reperio indicium sive in Vitis* S. Pirminii *sive in documentis quae ad congregationem ab ipso conditam spectant unde specialis illa destinatio monachorum eius ad vitae apostolicae munera iure eruatur. Nec omnino video qua ratione sine violentia verba modo citata ex diplomate Theodorici IV* (peregrinatione suscepta) *alio sensu intellegi queant quam de itinere suscepto a* Pirminio *extra patriam suam ut ad Francorum regionem accederet.*

(1) Loc. cit. pag. praec., not. 15. — (2) *Bibliothek des literarischen Vereins in Stuttgart*, tom. LXXXIV, Stuttgart, 1866. Eiusdem chronici synopsin et excerpta vide in *Archiv*, tom. IV, p. 384 sqq. — (3) Ed. Barack, p. 8, lin. 33. — (4) Cfr. Breitenbach in *Neues Arch.*, tom. II, p. 172-174. — (5) *Quellensamml.*, tom. I, p. 45. — (6) *M. G.*, tom. XV, p. 31. — (7) Cfr. infra adnot. ad lib. Miraculorum cap. 3. — (8) *Mirac.*, cap. 16. — (9) Cap. 2. — (10) Ibid. — (11) Cit. infra, num. 62-70. — (12) Cfr. infra, § XIII. — (13) Cit. infra, num. seq. — (14) *M. G.*, tom. V, p. 98. — (15) *Pirminius; Geschichte des linken Rheinufers*, etc. Zweibrücken, 1841. — (16) *Kirchengeschichte Deutschlands* (Göttingen, 1846), tom. II, pp. 50-58, 120, tom. I, p. 514. — (17) *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II (Bamberg. 1869), p. 580 sqq. — (18) *Der St. Pirminsberg, seine Kapelle, Quelle, Einsiedelei*, etc. Luxemburg, 1875. — (19) Trithemius, *Compend. Annal.*, lib. 1, in Theodorico 60^mo rege (Oper. Hist. ed. Francofurti 1601, p. 60); Bucelinus, *Menolog. Benedict.*, ad diem 3 Nov. — (20) Cointius, *Annal.*, tom. IV, p. 665; Eccard, *Franc. Orient.*, tom. I, p. 666; H. Pertz, *M. G.*, tom. II, p. 19. — (21) *Poet. lat.*, ed. Duemmler, tom. II, p. 224. — (22) Cap. 3. — (23) Cfr. infra, num. 65-68. — (24) Cfr. infra, num. 69. — (25) Cfr. infra, num. 62. — (26) Op. cit., tom. II, p. 601-602. — (27) Cfr. infra, num. 50.

24. *Iam*

AUCTORE C. D. S.

Hibernus;

24. *Iam ut peregrinos istos monachos ac proinde ipsum* Pirminium *genere Hibernos fuisse censeamus, imprimis suadetur ex Annalibus quos vulgo vocant Guelferbytanos, at (saltem primam partem) in Murbacensi monasterio confectos fuisse recte collegerunt Eckhardt* (1) *et H. Pertz* (2), *quod continua in illis abbatum huius monasterii usque ad saeculi octavi exitum series decurrit. In iis Annalibus igitur quaedam notata leguntur Murbacensis coenobii fundatione, quae contigit anno 727 vel 728, antiquiora, videlicet ad annos* 704. mors Canani episcopi. 705. dormitio Domnani abbatis. 706. mors Cellani abbatis. 707. dormitio Tigermal (3) : *quae nomina hibernice sonare quisquis in documentis hibernicis paululum versatus est facile agnoscet. Deinde ab ecclesiasticis antiquorum Hibernorum moribus minime abhorret, quin et apprime illis congruit ut abbas vel etiam monachus abbati subiectus episcopali dignitate ornaretur* (4), *quod in* Pirminio *obtinuisse videmus* (5). *Denique Hibernorum mores etiam apprime refert quod legitur in Vitae* Pirminii *cap. 9, ubi scilicet is inducitur* versificatorem suum *alloquens : Hibernorum enim usus erat admodum receptus et forte illius gentis singularis, ut apud se habere et secum circumducere consueverint eorum duces et praecipui nobiles, sive episcopi et viri apostolici, doctum aliquem hominem qui poeticae artis peritiam profitetur* (6). — *Nec obstat sententiae nostrae quod in diplomate Eberhardi comitis* (7) S. Pirminii *socii* ex diversis provinciis coadunati *dicantur : facile enim concedi potest eo tempore, quo Murbacense coenobium conditum est, aliquos ex Francis et Alamannis ipsorum coetui fuisse adiunctos.*

opinio vero

25. *Aliam opinionem de ortu* S. Pirminii *ex nonnullorum popularium suorum adhuc ineditis scriptis recens proposuit ven. vir I. Weicherding, capellanus in Wiltz in tractu Luxemburgensi* (8), *sed, ut ipse candide fatetur, coniectura magis quam propriis argumentis nixam. Postquam scilicet ostendere conatus est* Pirminium *neque Francum fuisse neque Anglosaxonem (quod ultro concedimus), arbitratur illum unum fuisse ex triginta iuvenibus quos secum e Dania adductos S. Willibrordus, uno eorum in itinere iussu Radbodi Frisonum regis interempto, sancto abbati Gregorio, monasticam scholam Traiecti ad Rhenum tunc moderanti, educandos commisit, apostolicae vitae postea deputandos* (9). *Coniecturam autem suam huiusmodi rationibus egregie confirmari censet.*

quae illum e Dania oriundum

26. *Primo nempe, ita optime intellegitur quomodo factum sit ut Rhabanus Maurus, Walafridus Strabus et auctor Vitae* S. Pirminii *rescire nequiverint ex quanam gente ortus esset : certe omnino de ea re siluerunt. Iis nimirum simultatibus invicem inter se dissidebant Franci ac Frisones et, quibus stirps cum Frisonibus communis erat, Dani, ut* Pirminius, *ad Francos et duces eorum accedens, gentem suam sedulo reticere debuerit. — Sed hanc rationem non solum nimis subtilem, sed et inanem prorsus facile iudicabunt qui Vitas sanctorum aevi merovingici aliquantum noverint. Quam multi enim scriptores huiusmodi Vitarum, quas multas sane habemus, nihil de genere sancti referunt. Nec profecto mirum est in re praesenti quod scriptor* Pirminii *genus ignoravit, qui nec de laboribus eius apostolicis in Francia, Bavaria et Alamannia quicquam narravit, quia nihil de iis comperire valuit* (10).

et S. Willibrordi discipulum

27. *Secundo, quamvis* Pirminius *Willibrordi gentilis non fuit, non semel congressi feruntur Treveris et in Dolegiensi monasterio (quod ubi notatum reppererit Weicherding nescio : certe apud Browerum, quem citat, nihil huiusmodi legi), et Willibrordus praesentia sua et subscriptione decorarit traditionem instrumenti quod Widegernus, Argentoratensis episcopus, pro fundatione Murbacensis coenobii confecit* (11). *Unde forte colligere licet* Pirminium *fuisse S. Willibrordi discipulum.*

fuisse conicit.

28. *Tertio, S. Willibrordus non potuit brevi tempore suae in Luxemburgensi regione commorationis per se ipse perficere quaecumque eiusdem regionis scriptores circa illius conversionem ab eo peractam tradunt, sed multa per discipulos. Iam ex alia parte per oralem traditionem, ad tempora nostra usque transmissam, docemur* Pirminium *in hanc Arduennae partem venisse quae Wiltziano castello circumiacet atque ipsum illud castellum invisisse et fonti benedixisse qui non procul inde, iuxta vicum Kaundorf eius nomine insignitus est, nec eo tempore fuisse episcopum, sed presbyterum* (12). *Itaque probabile videtur Weicherdingo eum non ex meridionali Germania in tractum Luxemburgicum, sed contra hinc illuc migrasse atque in Arduenna ministerio apostolico operam dedisse ut Willibrordi adiutorem et discipulum, ac proinde ex eorum numero censeri posse quos Willibrordus e Dania adduxerit. — Quam vero imbecillis sit utraque ratio hoc et superiori numero allata, pluribus demonstrare supervacaneum videtur.*

nequaquam probabilis est.

29. *Quarto tandem, argumentum quoque ad suam opinionem firmandam inde confici putat Weicherding quod* Pirminius *evangelium praedicaverit Thuringis et Alamannis, quorum linguam cum Danica affinitatem non mediocrem habuisse censet iis temporibus. Quasi vero nativi sermonis diversitas impediverit tam multos, non solum Anglosaxones, sed et Hibernos, quominus Francis et aliis Germanae stirpis hominibus ad veram fidem convertendis allaboraverint. — His itaque rationibus perpensis, propositam opinionem, nedum cum Weicherding quasi certam* (13), *sed neque vere et positive probabilem existimamus.*

§ IV. De S. Pirminii commoratione in regione Luxemburgica.

Traditiones nonnullae Luxemburgicae

30. *Inter amoenissimas amoenae illius regionis, qua Magnus Ducatus Luxemburgicus continetur, partes procul dubio illa computanda est quae oppidulo* Esch ad Suram *circumiacet. Hanc aliquantisper incoluisse* Pirminius *fertur, eiusque memoriam hodieque servat editus locus* ad Sanctum Pirminium *dictus, tribus fere chilometris a praedicto oppidulo distans. Visitur ibi in vertice collis haud inelegans ecclesiola, ad eiusdem vero collis radicem sacellum octangulum et humi depressum, nec ianua ac fenestris quae claudi possint munitum, duos fontes suo ambitu continens,*

virtute

(1) *Comment. de rebus Franc. Orient.*, tom. I, p. 579. — (2) *M. G.*, tom. I, p. 19. — (3) Ibid., p. 22. — (4) Cfr. Todd, *St. Patrick*, p. 48-61. — (5) Cfr. infra, num. 34. — (6) Cfr. Todd, *St. Patrick*, p. 130; d'Arbois de Jubainville, *Cours de littérature celtique*, tom. I, p. 339. — (7) Cit. infra, num. 69. — (8) Op. cit. (supra p. 6, not. 18), p. 32. — (9) Cfr. Alcuin., *Vit. S. Willibrordi*, capp. 9, 11 (Ed. Wattenbach, ap. Jaffé, *Bibl. Rer. Germ.*, tom. VI, pp. 47, 49). — (10) Cfr. Vit. cap. 8 — (11) Cfr. infra, num. 68 extr. — (12) Cfr. § seq. — (13) Op. cit., p. 37.

AUCTORE C. D. S.

quorum alter, fons S. Pirminii nuncupatus, mira virtute praeditus dicitur curandi quosdam morbos, infantium praecipue, de qua re fusius infra, ubi de gloria postuma S. Pirminii agetur, ex altero aqua communis scaturit. Utriusque liquor recipitur labellis lapideis humo infixis et summo solo aequatis. Rudera eo loco reperta sunt alicuius antiquae villae romanae, balneariorum praesertim, qualia in divitum Romanorum domibus crebro exstabant, atque inter ea duo nummi aerei Antonini Pii (imp. an. 138-161) et Antonini Caracallae (an. 211-217) effigies exhibentes (1). Haec, secundum quasdam traditiones populares, idolorum quondam templum fuere, secundum alias, Templariorum domus; sed quam saepe rude vulgus antiquarum aedium ruinas perperam interpretata sit magis notum est quam ut multis edisseramus.

S. Pirminium apud vicum Wiltz

31. Quaenam autem in ea regione peregerit Pirminius non distincte commemorant traditiones Luxemburgicae, praeter duo miracula, unde orta sit veneratio erga S. Pirminii fontem. Alterum est sanatio cuiusdam pueruli. Aliquando scilicet, ut B fert popularis traditio, hiemali tempore sub vesperum ad castellum proximum vico Wiltz, quod Inferioris Wiltz * nomen obtinuit, sanctus quidam presbyter ac praeco fidei, Pirminius nomine, advenit nullo comite et hospitium sibi praeberi deprecatus est. Huius castelli dominus tunc temporis in carcere detinebatur apud Vianden, solaque domi remanserat eius uxor cum parvulo filio. Quae peregrinum presbyterum humanissime excepit, neque quicquam prius habuit quam ut filiolum sancto benedicendum offerret. Erat is infirma nimis valetudine, superiori corporis parte admodum exilis, inferiori enormiter ponderosus, eo scilicet morbo laborans quem vulgo rachitismum vocant. Piae matris petitioni libenter annuit Pirminius: infantulo benedixit, simulque matrem his verbis allocutus est: " Non benedictione mea sanabitur puer; sed habes non procul in valle fontem, quo utebantur olim gentiles ad abluenda corpora sua dum tendebant ad idolorum templum cuius rudera adhuc in summo monte apparent. Hunc fontem modo precibus consecravi. Illuc filium tuum defer et ter in aquam demitte sub invocatione trium personarum sanctissimae Trinitatis. Deinde per novem continuos dies preces ad Deum misericordiarum patrem C effundes, et sanabitur parvulus. Postea vero, in memoriam accepti beneficii, ex lapidibus qui remanent antiqui templi, ubi quondam caeca mente homines idolis litabant, oratorium vero Deo aedificabis. „ His auditis, nobilis matrona statim nudis pedibus, quamvis aspera hieme, ad salutiferum fontem perrexit, parvulum filium ulnis suis gestans; omnibusque diligenter expletis quae praescripserat Pirminius, integram sanitatem consecutus est puer. Nec multo post pater eius carcere liberatus et Wiltzium reversus est; sed miraculi incredulus, oratorium, quod postulaverat Pirminius, construendum non curavit. Unde mox temeritatis suae poenas luit, in hostili congressu ab alio quodam viro potente occisus (2).

* Niederwiltz

miraculosum fontem

32. Sed et ipsi Pirminio fons, quem benedictione sua sacraverat, salubris fuisse traditur. Cum enim sanctus vir molesta oculorum aegritudine laboraret, solebat, quotiescumque occurreret fons aliquis aut limpidus amnis, flexis ad ripam genibus, vola aquam ex eo haurire, qua lippientes oculos ablueret. D Numquam tamen aliquid sanationis ei attulerat quilibet adhibitus hactenus latex. At ubi accessit ad fontem qui postea ab eo nomen accepit, et, sicut consueverat, pia benedictione praemissa, aquam ex eo oculis admovit, repente se omni incommodo liberatum persensit prorsusque sanatum (3).

elicuisse ferunt.

33. Nihil praeterea, quod iam monuimus, nos docent monumenta et traditiones Luxemburgensia circa Pirminii in eo tractu commorationem et praedicationem. At certe ex nuncupatione memorati loci ab ipsius nomine eiusdemque ibidem veneratione, quod utrumque extremo saeculo XII iam obtinuisse ex certis documentis constat (4), omnino colligere cogimur illum re vera in eo loco praedicandae fidei operam dedisse. Cum enim S. Pirminii memoria tam brevi post eius mortem tempore quasi penitus obliterata fuerit et illius cultus fere conclusus monasteriis ab ipso conditis, Augiensi praesertim et Hornbacensi, nemini in mentem venerit cultum hunc tam procul inde ad reconditam illam solitudinem transiisse. Ceterum facile illac sancto viro iter esse poterat ex Hibernia, ut credimus, in Franciam vel Alamanniam commigranti. E — Cetera vero quae ex monumentis Luxemburgensibus circa S. Pirminium colliguntur, potius ad eius gloriam postumam spectant, de qua inferius disserendum erit.

§ V. De sede episcopali S. Pirminii.

Episcopus Mettensis vel Meldensis non fuit S. Pirminius;

34. Pirminium episcopum fuisse, praeter auctorem Vitae, clare testantur diplomata Theodorici regis et Widegerni episcopi Argentinensis pro monasterio Murbacensi data (5); sed magna exstitit inter eruditos de eius sede contentio. Cum enim in diversis Vitae codicibus legerent nomen loci ubi episcopali officio functus est diverse scriptum, Melcis, Meldis, Meltis vel Mettis, quidam eum Meldensem in Gallia, nonnulli Mettensem episcopum fecerunt. Quae tamen opiniones iam dudum abiectae sunt, quod utriusque huius civitatis antistites illorum temporum satis noti sunt ex documentis certis nec inter eos relinquitur Pirminio locus. Nec ad Meldensem illi sedem adscribendam movere debet F quod in secunda Vita legatur de Galliae finibus venisse Romam (6): nam in prima Vita, quae videtur sola fuisse fontis loco scriptori secundae (7), indicatur duntaxat venisse de occidentali parte (8); sed et facile etiam de Galliae finibus profectum dicere potuerunt Romani virum venientem ex regione Rheno flumini adiacente. Neque ullum momentum reponendum est in auctoritate aliquorum quos afferunt veterum codicum, catalogos continentium episcoporum Mettensium, ubi Pirminius signatus est ante Sigebaldum (9), qui sedebat anno 708, ut constat ex charta commutationis hoc anno confecta (10): nam praeclarum hoc nomen Pirminii utique silentio non praetermisisset Paulus Warnefridi, qui Gesta episcoporum Mettensium conscripsit sub Angilramno secundo Sigebaldi successore; itaque iudicandum est illud nomen praedictis catalogis postea insertum esse auctoritate Vitae male intellectae.

sed episcopali munere

35. Itaque apud recentiores duas praecipue sententias circa locum ubi Pirminius episcopus sedit

(1) Ibid., p. 16-20. — (2) Ibid., p. 44-45. — (3) Ibid., p. 70. — (4) Cfr. infra, § XVI. — (5) Cit. infra, num. 62 sqq. — (6) Vit. II, cap. 4. — (7) Cfr. supra, num. 14. — (8) Cap. 4. —

(9) Meurisse, Hist. de l'église de Metz, lib. II, p. 149. — (10) Baluz., Miscell., tom. IV, p. 409; Calmet, Hist. de Lorraine, tom. I, p. 267.

propositas

AUCTORE C. D. S.

A *propositas reperio. Alii scilicet, ut Ussermann* (1), *Grandidier* (2), *Hefele* (3), *Görringer* (4), *Rettberg* (5) *et Mone* (6) *vicum* Medelsheim, *non procul Biponto* * *in antiqua dioecesi Argentinensi et Palatinatu Bavarico situm; alii vero, ut Neugart* (7), *Gelpke* (8) *et aliquatenus Friedrich* (9), *potius vicum* Mels, *prope Sarganum* * *et Fabariam* *, *in septentrionali parte dioecesis Curiensis, nomine* Meldis *seu* Melcis *in Vita* S. Pirminii *significari existimant. Quorum quidem locorum neuter in aliis documentis sedes episcopalis fuisse memoratur: unde forte adductus fuerit Hermannus Contractus (siquidem ipse in aliquo huiusmodi* Pirminium *episcopalia munera exercuisse noverit vel putaverit) ut* Pirminium *non simpliciter episcopum, sed* chorepiscopum *diceret* (10). *Equidem censeo sanctum in Hibernia episcopali dignitate ornatum seu episcopum fuisse, si ita loqui fas est, monasterialem, quales non pauci forte eo tempore in Hibernia erant: cuiusmodi episcopos etiam in Gallia nonnulla monasteria ex speciali privilegio sibi praefectos habebant* (11). *Inde porro cum quibusdam monachis Hibernis, quibus forte abbatis titulo* B *praeerat, mare traiecit, ut Germaniae gentibus, quae adhuc idololatriae tenebris magnam partem immersae erant, ad veram fidem convertendis allaboraret; et primo, si traditionibus Luxemburgicis credere fas est, aliquandiu in Arduenna, deinde in vico illo Meldis seu Melcis substitit, antequam ea aggrederetur quae in Vita eius relata sunt.*

* Zweibrücken
* Sargans
* Pfävers

functus est

36. *Iam ut vicus ille censeatur fuisse* Mels *prope Sarganum, haec argumenta affert Gelpke* (12): a) *Imprimis scilicet expeditum erat commercium Augiam inter et Mels, Rheno flumine utrumque locum alluente, ut facile Augia Sinlazus ad* Pirminium *in Mels residentem venerit. Praeterea* b) *vicus ille antiquus castello munitus erat, ut proprie* Melcis castellum *a Vitae scriptore appellari potuerit; et* c) *medius erat inter non paucas valles apostolicis* Pirminii *laboribus pervias. Sed et* d) *non procul ab eodem vico condidit postea* Pirminius *coenobium Fabariense in editiori loco vallibus circumiacentibus supereminente: unde colligere licet regionem hanc illi optime notam fuisse. Ac denique* e) *in vetustissimo necrologio Augiensi memorantur inter coenobia quae cum Augiensi confraternitatis vinculo coniuncta sunt,* Sorores de C S. Gallo in Melis.

in oppidulo vel vico,

37. *Friedrich autem* (13) *quamvis non ita distincte Mels, attamen locum quendam in Rhaetia seu in dioecesi Curiensi, forte* Medels, *aut in valle quae huic oppido adiacet,* Pirminii *primam sedem fuisse opinatur. Ad quam opinionem adductus est ex traditionibus monasterii Disentinensis in extrema hac valle siti, quae hoc monasterium, exordio saeculi VII conditum, deinde, cum iam opibus valeret, ab Hunnis anno 670 eversum, denique anno 717 a Carolo Martello restitutum indicant. Restitutionis autem historiam ita narrant. Luitfrido duce Alamannorum adversus Francos rebellante, Carolus in Alamanniam exercitum contendere iussit; superatoque duce, cum pars militum per Disentinam solitudinem, in qua nonnulli monachi, post Hunnorum stragem illuc reversi, eremiticum quendam vivendi ritum instituerant, nocte praeventi equos suos in B. V. Mariae templi ruinis incluserunt: quos postridie mane exinde recepturi, omnes solo stratos atque exanimes reppererunt. Militibus insolita hac iactura perculsis damnique causam percontantibus monachi rettulerunt locum illum Deo Matrique virgini quondam fuisse sacrum: quem proinde in equorum stabulum convertere piaculum esset. Re comperta, Carolus religione adeo tactus fuisse perhibetur ut,* Pirminio *maxime ad id exhortante, templum restaurare decreverit* (14). *Secundum hoc testimonium itaque iam anno 717, id est annis septem ante exordium monasterii Augiensis, in Curiensi dioecesi versabatur* Pirminius. *Cumque ab anno 724 ad annum 727 Augiae versatus, deinde vero hinc expulsus, Alsatiam petierit, neque umquam postea in Alamanniam reversus videatur, plane sequitur eum in Alamannia primum, ante Augiense coenobium fundatum et antequam Alsatiam adiverit, episcopalia munera exercuisse non procul Disenti, ac proinde, ut videtur, in valle Medelsensi.*

38. *Egregie confirmari hanc sententiam existimat Friedrich ex historia originis monasterii Fabariensis, in eadem Curiensi dioecesi, quod etiam a* Pirminio *conditum ferunt* (15). *De quo Eichhorn* (16): Legi in veteri dissertatione quadam, *ait,* prima monasterii fundamenta circa annum 713 vel 717 posita fuisse. *Opinatur quidem Eichhorn, eo quod monasterium Augiense primum omnium a* Pirminio *institutum fuisse crederet, rem ita intellegendam esse ut antequam is Fabariam venerit, aliqui iam anachoretae vel monachi ibidem degerent, coenobium vero ipsum proprie constitutum esse anno 731, cui scilicet anno illigatur eius fundatio apud Hermannum Augiensem. Sed haec gratuito dicta ait Friedrich et Hermannum errasse, ubi ad hunc annum 731 in suo Chronico notavit:* Tria coenobia, id est Altaha, Morbach et Favarias, ex Augensibus fratribus instructa sunt, duodenis ad singula fratribus deputatis, et totidem Augiae remanentibus (17). *Etenim ex diplomatibus Theodorici IV regis et Widegerni episcopi Argentinensis certo novimus Murbacense monasterium conditum esse anno 727* (18). *Sed ex eodem Widegerni diplomate constat ante monasterium Murbacense alia, id est plura, monasteria fundata fuisse a* Pirminio. *Legitur nimirum in illo instrumento:* Quod si ibi F de se ipsis talem *(abbatem)* non invinerint, de alia monasteria iam dicti Pirminii... abbatem regolarem expediant et constituant (19). *Iam vero, si Hermannum audias, qui monasterium Augiense primum a* Pirminio *conditum fuisse refert ad annum 724 et sanctum ibi triennio commoratum, hoc solum monasterium, non vero* alia monasteria *Pirminiana ante Murbacense exstitisse reperies. Neque magis auctoritatem Vitae* Pirminii *sibi opponi patitur Friedrich, ubi et monasterium Augiense omnium primum, et* post hoc *decem alia instituta fuisse significatur* (20), *cuius quippe Vitae scriptor ingenue fateatur* (21) *admodum pauca vel etiam nihil sibi innotuisse de aliis monasteriis Pirminianis praeter Augiense et Hornbacense. Aliam confirmationem repetit Friedrich ex*

qui non videtur situs fuisse

(1) *Germ. Sacr. Prodrom.*, tom. I, p. 115, not. *b.* — (2) *Hist. de l'église de Strasbourg*, tom. I, p. 298. — (3) *Geschichte der Einführung des Christenthums in südwestlichen Deutschland* (1837), p. 337 — (4) *Pirminius*, p. 390. — (5) *Kirchengesch. Deutschl.*, tom. II, p. 53. — (6) *Quellensamml.*, tom. I, p. 30. — (7) *Episcopatus Constantiensis*, tom. I, p. 70. — (8) *Kirchengesch. der Schweiz*, tom. II, p. 286-88. — (9) *Kirchengesch. Deutschl.*, tom. II, p. 583-86. — (10) Herm. Aug. ad an. 724 (*M. G.*, tom. V, p. 98). — (11) Cfr. Todd, *St. Patrick*, p. 48-61. — (12) Loc. cit. — (13) Loc. cit. — (14) Synopsis Annalium monasterii Disentinensis ap. Th. von Mohr, *Die Regesten des Stiftens Disentis* (1853), n. 8. — (15) Vit. cap. 8. — (16) *Episc. Curiensis*, p. 266. — (17) *M. G.*, tom. V, p. 98. — (18) Cfr. infra, numm. 62. 65. — (19) Infra, num. 67. — (20) Vit. capp. 7 extr., 8. — (21) Ibid., cap. 8.

AUCTORE C. D. S.

verbis Hermanni, unde colligitur Pirminium *abbatem iam fuisse antequam Augiense coenobium instituerit.*

in Helvetia et dioecesi Curiensi,

39. *Iam ut iudicium nostrum feramus de sententia utroque superiori numero exposita, omnino fatendum est eam nullo alio fundamento niti quam incertis illis incerti temporis traditionibus de exordiis coenobiorum Disentini et Fabariensis, nullo alicuius antiqui documenti testimonio firmatis. Neque enim ulli Annales, credo, referunt Alamannos Luitfredo duce rebellasse et a Carolo Martello expeditionem bellicam adversus eos susceptam ante annum 727. Non est igitur cur iis traditionibus tantum concedamus ut contemnamus auctoritatem Hermanni Augiensis, gravis sane testis, Fabariense monasterium nonnullis annis post Augiense incohatum asserentis. Quod autem non satis accurate fundationem trium coenobiorum, Altahensis, Murbacensis et Fabariensis, sub uno anno 731 coniunxit, quorum Murbacense anno 727 conditum esse novimus, sane inde non recte colligitur adeo ab eo fuisse confusa tempora ut Fabariensis initia ab anno 717 ad annum 731* B *transtulisse existimetur. Neque commorationem* Pirminii *in monasterio Augiensi per triennium ita continuam fuisse indicat ut subinde alio ad breve tempus excurrere atque interea aliis monasteriis instituendis operam dare non potuerit. Et sic etiam refellitur confirmatio quae ex verbis Widegerni petebatur. Quamquam, etiamsi constaret Murbacense monasterium primum post Augiense a* Pirminio *conditum fuisse, non deest et altera probabilis responsio : nam ad verba citata diplomati inserenda sufficiens ratio esse potuit quod* Pirminio *in mente erat et alia deinceps constituere monasteria quae tali vinculo cum prioribus coniuncta vellet.*

sed Medelshemii,

40. *Nihil itaque movere nos debet Friedrichi argumentatio ut in Curiensi dioecesi* Pirminium *episcopali munere functum censeamus, antequam Augiense coenobium aedificaverit. Quod autem spectat ad rationes quas attulit Gelpke ut* Mels *potius quam* Medelsheim *sedes* Pirminii *fuisse iudicetur* (1), *neque hae ipsae satis efficaces videntur. Nam* a) *neque Medelsheim adeo Augia distat ut Sinlazo itineranti ad sacra loca visenda* (2) *facile illac transitus esse non potuerit.* b) *Etiam* C *Medelsheim anno 888 Arnulpho imperatore* castellum *regium fuisse significatur, quod forte diu antea exstiterit. Nec* c) *minus amplus et pervius apostolicis* Pirminii *laboribus campus patebat in Medelsheim quam in Mels, et* d) *longe plura condidit idem monasteria in dioecesi Argentinensi quam in Curiensi. Quod autem* e) *addebatur de confraternitate Sororum de S. Gallo in Melis cum coenobio Augiensi saeculo X vel XI, certe parvi momenti est ad praesentem quaestionem.*

prope Hornbach,

41. *Hinc iam constare videtur argumenta quae pro secunda illa opinione adducta sunt, aeque saltem suffragari primae. Praeterea vero alia duo in huius subsidium urgere licet. Alterum inde deducitur quod, teste Görringer* (3), *Medelshemii servatur antiqua traditio, qua fertur quondam illic resedisse episcopum, cuius quidem nomen ignoratur, sed monstrantur adhuc vestigia domus in qua degisse perhibetur. Alterum in Vita saeculi IX reperire mihi videor. Ubi scilicet legitur* (4), factum esse, *ubi Hornbacense monasterium* Pirminius *perfecerat*, ut multitudo populi undique ad eum confluE D ret, sacrae confirmationis rogans manus impositionem. Beatus *autem* vir Pirminius, cernens maximam multitudinem ad se venientem et locum artum atque incultum, quia aquae eum utraque parte stringebant, et ob femineum sexum, cuius in aliis locis ab eo factis prohibebat ingressum,...ad ministerium sanctum agendum remeavit ad priora habitacula. *Haec priora habitacula intellegit Friedrich* (5) *fuisse tugurium illud seu* umbraculum *quod* fecit *sanctus* aestivas ad declinandum auras (6) *antequam Hornbacense aedificaret monasterium. Equidem huiusmodi tugurium illa voce designari potuisse vix crediderim, sed potius priora illa habitacula fuisse locum ubi prius episcopi munera exercens* Pirminius *resederat, siquidem cum reliquis hic narratis haec opinio concordet. Concordat autem optime, si locum illum Medelsheim fuisse arbitremur. Etenim et non ita desertus et incultus erat ut multitudo populi illuc concurrens, commode ibi versari non posset, et ita distat ab antiquo coenobio Hornbacensi*, novem scilicet fere chilometris, ut facile intellegatur quam recte, oleo deficiente, iusserit* Pirminius *ministrum suum velocissime currere ad monasterium et hinc oleum sacrum reportare, quo intra ipsum diem sacramentum confirmationis omnibus qui advenerant conferretur.*

* *nunc* Neu-Hornbach

in dioecesi Argentinensi.

42. *Ex his igitur praeferenda nobis videtur sententia Ussermanni et aliorum, qui* Pirminium *episcopum Medelshemii incoluisse existimant : non quod hic vicus tunc sedes episcopalis foret, sed potius nulli episcopo proprie subiecta* (7), *episcopo primo occupanti, si ita loqui fas est, patebat ; aut forte cum licentia episcopi Argentinensis illic ad breve tempus resedit* Pirminius *cum monachis suis, donec occasio opportuna praeberetur eis aedificandi aliquod monasterium. Ceterum, licet praedictam sententiam paulo probabiliorem existimem prae illa quam propugnavit Gelpke, omnino certam vel etiam admodum per se probabilem pronuntiare non ausim. Neque enim argumenta allata id sinunt, et video adversus eam urgeri posse obiectionem sat gravem ex iis quae in antiqua Vita narrantur de fundatione monasterii Hornbacensis* (8) : *ex qua scilicet narratione constare videtur loca illa, tam prope Medelshemium sita, hactenus ignota fuisse* E Pirminio : *unde autumandum foret sanctum virum, ubi primo Medelshemii resedit, ita se in hoc vico continuisse ut adiacentes silvas explorare neglexerit. Quod quidem fieri potuit, at non omnibus forte ita probabile videbitur. Unde denique ingenue fatendum esset quaestionem illam de sede episcopali* S. Pirminii *nondum satis esse enodatam.*

§ VI. De congressu S. Pirminii cum Sinlazo et utriusque itinere romano.

Narrationem de fundatione monasterii Augiensis,

43. *Totam hanc narrationem de* S. Pirminii *congressu cum Sinlazo, utriusque itinere romano, donatione Augiae insulae a Sinlazo facta* (9), *inter fabulas reiciendam existimat Rettberg* (10), *quod non solum nullis antiquis documentis confirmatur, sed etiam traditionibus Augiensibus repugnat, quae monasterium non a Sinlazo, sed opera Nebi*

vel

(1) Cfr. supra, num. 36. — (2) Vit. cap. 2. — (3) *Pirminius*, p. 390. — (4) Cap. 10. — (5) Tom. cit., p. 598. — (6) Vit. cap. 9 med. — (7) Cfr. Comm. de S. Huberto, num. 101-104 (*Act. SS.*, tom. I Nov., p. 782). — (8) Cap. 9. — (9) Vit. cap. 2-4. — (10) Tom. cit., p. 54-57.

AUCTORE C. D. S.

A *vel Leutfridi et Bertholdi ducum a Carolo Martello conditum referunt, nulla Sinlazi mentione iniecta* (1). *Praeterea in Vita S. Meginradi* (2), *quae ante medium saeculum X a Bennone, secundo abbate Einsidlensi, conscripta videtur et certe legitur in tribus codicibus saeculi X* (3), *his verbis memoratur ea fundatio :* Qui *(Meginradus)* cum iam eam attigisset aetatem qua aptari possit litterarum studiis, a patre ducitur ad insulam quam veteres Sindleozes Augiam vocavere a nomine cuiusdam presbyteri qui, Sindleozes appellatus, primo in ea habitacula monachorum instruxit et sanctum Pirminium cum sociis ad habitandum illo induxit iussu Pertaholdi nobilissimi Alamannorum (4) temporibus Pippini regis Francorum, suoque ex nomine nomen indidit insulae. *Ubi adverte Sinlazum* presbyterum *dici et ab eius nomine insulam appellatam quia in ea habitacula quaedam monachorum instruxerat, non autem, sicut in Vita* Pirminii, virum nobilem *et possessorem totius terrae, cuius Augia insula pars erat. In diplomatibus etiam Ludovici Pii imperatoris ter* Sintleozesavia *vocatur ipsum monasterium* (5). B *Denique in Augiensi necrologio* (6), *quod saeculo IX incohatum est, nomen Sinlazi non comparet, quod utique incredibile esset, si praecipuus, ipsum locum donando, monasterii conditor celebraretur.*

qualis legitur in antiqua Vita,

44. *Haec argumenta refellere conantur Gelpke* (7) *et Friedrich* (8). *Ad primum nempe seu negativum ex silentio Hermanni Augiensis praecipue petitum, respondet Friedrich Hermannum nimis breviter et non adeo accurate de fundatione coenobiorum* S. Pirminii *locutum esse ut magni faciendum sit eius in hac re silentium. Ad secundum, vocem* presbyteri *desiderari in antiquis codicibus Augiensibus quos citat Mone* (9). *Ad tertium, facile concedi posse, anonymum Hornbacensem, qui Vitam* Pirminii *scripsit, errasse dum nomen* Sinlazau, *quo secundum documenta Augiensia sola insula vel monasterium appellabatur, toti possessioni, cuius haec insula pars erat, attribuit; non tamen quod illa loca ipsi parum nota erant, iure inde colligi totam eius narrationem esse falsam. Denique, quod Necrologium Augiense a Kellero editum, nomen Sinlazi non exhibeat, eo minus mirum videri quod et alius vir de coenobio eximie* C *meritus donis in illud collatis, Odilleoz, quem celebrat carmen extremo saeculo VIII Augiae conscriptum* (10), *etiam in illo necrologio non legitur : praeterquam quod, secundum ipsum necrologii editorem neque illud antiquissimum est monasterii in eo genere monumentum et multa nomina in eo adeo vetustate deleta sunt ut nonnisi adhibitis acidulis succis vel quasi felici casu saepius et attentius inspiciendo ea legere valuerit.*

fabulosam esse,

45. *Fateor has responsiones non ita mihi videri efficaces ut omnem scrupulum tollant. Etenim* 1° *Non solum ex silentio Hermanni, sed et ex narratione quam ex vetustissimo codice se excerpsisse testatur Gallus Oehem et ex diplomate Caroli Martelli* (11), *suppositicio quidem illo, sed tamen vetusto et Augiae sine dubio conficto, satis liquet nullam Sinlazi memoriam servatam fuisse apud Augienses.* 2° *Nomen* presbyteri, *quod in Vita S. Meginradi edita Sinlazi nomini iungitur, desideratur quidem in codicibus Augiensibus saeculi X et XII, sed legitur in codice Sangallensi 577* (12), *qui exaratus est saeculo X* (13), *sicut et in codice bibliothecae regiae Bruxellensis 7666-71, olim musei Bollandiani, quem ipsi inspeximus et etiam saeculo X descriptum scriptionis forma manifestat. — Tertia autem et quarta responsiones quamvis aliquatenus probabiles sint, attamen non plane evacuant vim rationum ex errore circa nomen loci et ex silentio necrologii deductarum, quae per se solae quidem non adeo validae sunt, sed cum utraque alia coniunctae suspicionem nimis incertae traditionis augent.*

temere arguit Rettberg.

46. *Nimiae tamen temeritatis arguendus videtur Rettberg, ubi ex his argumentis totam narrationem respuendam ducit. Non ita sane plena fide digna iudicetur, sed neque ideo prorsus falsa pronuntianda. Neque mirum videri debet quod ad sanctam sedem recurrerint tum* Pirminius, *tum etiam Sinlazus, ut quae communibus consiliis ad christianae religionis propagationem et reformationem morum in illa regione exequi intenderent, potentiori adversus quorumvis malevolorum iniurias tuerentur subsidio,* E *cum praesertim quae de misero statu rerum et vecordia sacerdotum in Alamannia tamquam a Sinlazo dicta refert Vitae scriptor haud parum ex hac parte timendum suaderent. Nec denique singulare apparet, a laico viro nobili susceptum esse iter ad limina apostolorum : quam frequentes enim essent huiusmodi peregrinationes etiam primis medii aevi saeculis, multiplici documento demonstratur.*

§ VII. De professione monastica S. Pirminii et monasteriis ab ipso fundatis universim.

Pirminius, episcopus simul et abbas,

47. S. Pirminium *cum episcopali dignitate coniunxisse monasticae vitae professionem rursus satis constat ex diplomatibus pro monasterio Murbacensi a Theoderico rege et Widegerno episcopo datis : quod et indicat Hermannus Augiensis ad annum 724 monasterii Augiensis fundationem consignans, ubi* Pirminius *dicitur* abbas et chorepiscopus (14). *Id autem apud antiquos Scotos seu* F *Hibernos frequenter usuvenisse supra* (15) *notavimus. Nullo vero antiquo documento nituntur quae aiunt Trithemius, a quo* (16) Pirminius *traditur fuisse* ex monacho coenobii Divi Mauri abbatis episcopus Meldensis, *et Bucelinus in suo Menologio* (17), *ubi dicitur* ex monacho Andegavensi et S. Mauri Glanofoliensi ad episcopatus Meldensis cathedram evectus. *Neque immorabimur in refutandis somniis quae protulit Ebrard in dissertatione sua de ecclesia quadam protestantica quam vocat Culdeorum, Romanae sedi et Benedictino Ordini inimicam, cui et* Pirminium *et alios Hibernos qui fidem illis temporibus in Germaniae regionibus praedicarunt, adnumerat* (18).

multa condidit monasteria,

48. *Secundum scriptorem Vitae I* (19), duodena S. Pirminio *auctore* facta sunt monasteria *in Francia, Bavaria atque Alamannia, quorum septem vel octo (si nempe Fabariense computas, quod in Vitae I solo codice Einsidlensi nominatum reperitur,*

(1) Cfr. infra, num. 53 — (2) Ed. *Act. SS.*, tom. II Ian., p. 381. — (3) Cfr. infra, num. 45 — (4) Vox *ducis*, hic addita apud Bollandum, deest in codicibus saec. x et saec. xii. — (5) Vid. Th. Sickel, *Die Urkunden der Karolinger*, tom. II, pp. 105, 199, 200. — (6) Recentius ed. *Necrol. Germ.*, tom. I, p. 457. — (7) Tom. cit., p. 285-286. — (8) Tom. cit., p. 587, not. 1662. — (9) *Quellensamml.*, tom. I, p. 53. — (10) Ibid., tom. III, p. 134. — (11) Cit. infra, num. 55. — (12) *Archiv*, tom. IV, p. 333. — (13) Cfr. supra, num. 2 — (14) Cfr. infra, num. 52 extr. — (15) Num. 24. — (16) *Compend. Annal.*, lib. i, in Theoderico 60mo rege. — (17) Ad d. 3 Nov. — (18) De his videsis Friedrich, tom. cit., p. 135-147. — (19) Prolog. extr.

AUCTORE C. D. S.

reperitur, sed legitur in utraque Vita secunda et tertia) distincte indicat (1), praeter Augiense et Hornbacense. Neque tamen haec ita necessario intellegenda sunt quasi omnia illa monasteria a Pirminio primum exstructa et constituta fuerint. Nonnulla enim antiquiori tempore iam exstiterunt; recte tamen dici potuerunt ab illo ordinata, quod etiam indicavit scriptor noster (2), vel etiam fundata, secundum latiorem significationem huius vocabuli iis temporibus, ubi coenobium fundare dicebantur non solum ii a quibus eius exordium repetendum esset, sed et ii qui collapsum instaurare, aut nimis exiguum aedibus augere et amplificare, vel etiam perfectius et ad monasticam regulam magis accommodatum vitae genus introducendo reformare studuerunt. Ex decem autem monasteriis quae citata sunt in Vitis S. Pirminii, Augiense et Fabariense ad Alamanniam pertinent, Altahense ad Bavariam, reliqua vero septem, Murbacense, Schutterense, Gengenbacense, Schwarzacense, Maurimonasteriense, Novovillarense, Hornbacense, ad Franciam et dioecesim Argentinensem. Praeterea vero ex aliis documentis alia quaedam coenobia a
B Pirminio fundata vel in meliorem statum ordinata traduntur, videlicet, ut Disentinum (3), Pfungenense (4) et Weissemburgense (5) omittamus, in Bavaria Lunaelacense, Niderburgense sanctimonialium, Osterhovense, Pfaffenmonasteriense; in Thuringia seu dioecesi Herbipolensi, Amorbacense, Emerezthalense et Murrhartense; in dioecesi Treverensi, Tholegiense seu Dolegiense. De quibus omnibus iam distinctius agendum est, postquam paucis dilucidaverimus quaestionem de congregatione Pirminiana.

communi vinculo in formam congregationis

49. Animadvertit nempe Friedrich (6) monasteria a S. Pirminio instituta huiusmodi vinculo fuisse invicem coniuncta ut veram constituerent societatem religiosam ex earum genere quae postea proprio nomine Congregationes nuncupatae sunt, quales fuerunt Cluniacensis, Cisterciensis, etc. Quae sententia et nobis valde arridet, eamque luculenter demonstrari censemus verbis ex diplomate Widegerni episcopi paulo inferius edendo, a Friedrich citatis: ubi singulorum coenobiorum monachis asseritur facultas abbatem sibi constituendi quemvis ex aliis, sed solis, Pirminianis coenobiis ab ipsis electum, et praeterea iisdem coenobiis committitur
C cura invigilandi rectae observationi regulae monasticae in singulis. Nimirum (7) Cum vero abba loci ipsius (Murbacensis monasterii) acciperit transitum, quemcunque perecrini monachi ibidem habitantes de semetipsis secundum Deum et regula meliorem invinerit, ipsum sibi constituant abbatem; quod si ibi de se ipsis talem non invinerint, de alia monasteria iam dicti Perminii episcopi de illas congregationes peregrinorum, quem sub uno modo petitiones vel una sancta institutione B. Benedicti quoadunavit, ipse sibi consentientes abbatem regolarem expediant et constituant. Et si ibi sanctus ordo tepuerit, quod absit, vel aliqua discordia inter ipsis monachis surrexerit, et ipsi hoc non praevalent aut non voluerint emendare, tunc qui ex ipsis rector ordene secundum regula voluerit vivere, ubicumque in alia monasteria, ubi peregrini monachi supradicti episcopi consistere videntur, et rectius regulariter invinerint, potestatem habeant expetire, et illi per eorum salubri consilio, Deo largiente, ipso sancto ordine vel ipsis monachis per regula restringere, emendare, corregere atque pacificare valeant. D

mutuo coniuncta.

50. At non ita viro docto assentiri mihi licet ubi proprium Pirminianae congregationis munus et quasi notam fuisse existimat, quod apostolicae vitae seu christianae fidei propagandae et stabiliendae incumberent, non tamen procul extra monasteria sua excurrendo, sed sermonibus suis et exemplis paganos circa illa habitantes ad fidem et morum sanctitatem alliciendo; idque deducit ex vocibus peregrini et peregrinatione suscepta, quae in diplomatibus de fundatione Murbacensis coenobii datis leguntur. Quod argumentum satis refutavimus supra (8); et vehementer miror quod ad opinionem suam confirmandam adducit (9) Cangii Glossarium, ubi peregrinari aliquo sensu idem sonare dicitur quod monachari, et diploma Resbacense an. 633, ubi iidem vocantur peregrini seu monachi. Haec enim potius eius opinioni adversantur: nam si monachi subinde universim peregrinorum nomine designati fuerint, sequitur hoc titulo non proprie designari monachos apostolicis laboribus ex peculiari instituti sui ratione deputatos. Sed neque E
perspicio qua ratione ex verbis secundum Deum et S. Benedicti regulam, quae leguntur in privilegio Gregorii V S. P. anno 998 pro coenobio Fabariensi dato et in diplomate Widegerni pro monasterio Murbacensi, colligat (10) congregationem Pirminianam litteris apostolicis institutam fuisse.

§ VIII. De fundatione monasterii Augiensis.

Augiensi coenobio

51. Sita est Augia insula (quae postea ex opibus quibus abundavit, Augia Dives, vulgo Reichenau, appellata est, quod nomen usque ad tempora nostra servavit) in Rheno prope lacum Constantiensem, in extrema parte hodierni Magni Ducatus Badensis meridiem versus. Illic monasterium fuisse constructum Leone I summo pontifice, id est circa medium saeculum V, ferebat traditio quam suae Historiae Suevorum (11) inseruit Felix Fabri seu Schmidt, sed et ipse iudicans eam esse confictam, quod in ipso titulo capitis (12) indicavit. Quicquid sit de ea re, certum est, si narrationem anonymi F
nostri Hornbacensis (13) audiamus, nulla illius monasterii vestigia exstitisse ubi Pirminius ad insulam accessit, sed eam fuisse prorsus desertam et incultam. In ea itaque insula, Sinlazo libentissime donante, primum omnium quae condidit monasteriorum constituit vir sanctus, non sine prodigio inde expulsis serpentibus quibus scatebat.

initium dedit Pirminius anno 724,

52. Habemus etiam de hac fundatione consentientes traditiones Augienses, quatenus scilicet eam Pirminio adscribunt; sed prorsus silent de Sinlazo. Sic Walafridus Strabus, abbas Augiensis (an. 839-849), in carmine de visione Wettini suam insulam describens:

Rhenus ab Ausoniis quo ducitur Alpibus aequor
Misset in occiduis diffusus partibus, ingens
Illius in medio suspenditur insula fluctu,
Augia nomen habens: iacet hanc Germania [circa:
Haec solet egregias monachorum gignere tur- [bas.

(1) Cap. 8 extr. — (2) Ibid. init. — (3) Cfr. supra, num. 37. — (4) Cfr. infra, num. 53. — (5) Cfr. infra, num. 93. — (6) Tom. cit., p. 599-602. — (7) Infra, num. 67. — (8) Num. 23. — (9) Pag. 602, not. 1908. — (10) Pag. 601 extr. — (11) Ed. a M. Goldasto inter *Suevicarum rerum Scriptores*, Francofurti, 1605. — (12) Lib. I, cap. 21 (p. 219). — (13) Vit. capp. 6, 7.

Primus

AUCTORE C. D. S.

A Primus in hac sanctus construxit moenia praesul
PIRMINIUS, ternisque gregem protexerat annis (1).

Catalogus etiam abbatum Augiensium, repertus in codice saeculi XIII, sed qui descriptus videtur ex codice iam saeculo IX in bibliotheca coenobii Sancti Galli asservato (2) : Anno 724 sanctus Pirminius episcopus primus venit in Augiam, ibique praefuit annis 2. *Qui numerus annorum duorum sane non ita aegre in concordiam adduci potest* (3) *cum testimoniis, tum citati modo Walafridi Strabi, qui* ternis annis Pirminium *coenobio Augiensi praefuisse ait, tum Hermanni Augiensis in Chronico suo haec scribentis :* 724. Sanctus Pirminius abbas et chorepiscopus a Bertholdo et Nebi principibus ad Karolum ducem ductus, Augiaeque insulae ab eo praefectus, serpentes inde fugavit et coenobialem vitam instituit annis 3 (4).

53. *Fusius haec refert in suo Chronico Augiensi Gallus Oehem* (5), *cuius narrationem latine redditam hic exhibemus. Postquam scilicet fundationem coenobii secundum Vitam primam exposuit, ita pergit :* Legitur etiam in admodum vetusto codice B Augiae descripto, quomodo S. Pirminius primo, ubi ex Francia migravit, consederit in vico quodam, vocabulo Funga *, prope Vitodurum ** *(non procul Constantia et Augia inter meridiem et occidentem)* in Thurgovia, sito, Watilone, filio Godefridi ducis Suevorum in illis partibus imperante, cum fratribus suis, numero plus minus quadraginta duobus, allatis secum libris quot apud se habere potuit, numero quinquaginta, ibique cellam seu coenobium aedificaverit, quod brevi monachorum numero et librorum copia non parum auctum est, et in eo usque ad obitum Godefridi ducis commoratus sit. Cuius sanctus labor et pia conversatio cum innotuissent duobus principibus Alamanniae regionis, nomine Berchtoldo et Nebi, hi ipsum anno septingentesimo vicesimo quarto deduxerunt ad Carolum Franciae dominum, qui Sueviam et Bavariam armis sibi subiugaverat, et hunc rogarunt ut dignaretur S. Pirminio et monachis eius Augiam insulam dono largiri ac facultatem ipsis praebere ut illic considerent et ab omni cuiusvis molestia et iniuria immunes spiritualis vitae exercitiis incumberent. Postulationi libenter annuit Carolus Martellus et praeter Augiam S. Pirminio tradidit tres C insulas, et alia dona regia contulit, quod litterae fundationis perspicue indicant (6).

operam forte

* Fungen seu Pfungen

**Winterthur

54. *Litteras inde germanice exhibet Oehem. Harum litterarum, quas Raderus* (7), *Mabillonius* (8) *et alii subinde memorarunt, exemplar latinum repperimus in codice olim musei Bollandiani, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8931, quod olim ad maiores nostros cum aliis circa S. Pirminium documentis anno 1739 transmisit P. Mauritius Chardon, e Soc. Iesu, principi episcopo Constantiensi et Augustano a sacris confessionibus. Apocryphum esse instrumentum, nemini dubium esse potest. Integrum tamen illud hic exhibendum duximus, quia satis antiquum videtur et certe in monasterio Augiensi confectum, ac proinde traditiones quae in eo monasterio de eius exordiis ferebantur, satis fideliter exponere censendum est. Sic igitur habent praedictae litterae.*

conferente

55. Cum generis humani fragilitas in fine vitae pertimescat subitaneam mutationem superventuram, oportet ut ea quemquam imparatum [non] inveniat, ne ex hoc mundo absque fiducia bonorum operum discedat. Quare qui suarum rerum adhuc potestatem habet, praeparet sibi viam per quam ad aeternam possit pervenire salutem. Igitur nos Dei gratia Carolus Maior Domus, illustris Dux Luitfride et Comes Berchtolde, magnitudini atque industriae vestrae notum facimus qualiter venerabilis vir Pirminius episcopus una cum suis peregrinis fratribus ex Francia proficiscens, in nomine Domini ad Alemanniae fines venerit. Cui nos ibidem in loco quodam ad nos pertinente gratanter suscepto insulam Sintlacis Augia dictam, inhabitandam concessimus, ut ibidem monasterio aedificato regulam D. Benedicti iuxta bene viventium Deumque timentium normam suos doceat, praedictoque viro tradatur et a nobis et ab aliis devotis augeatur. Constituimus etiam ut iam dicta insula nullius imperio nisi nominato venerabili viro Pirminio, suae sedis abbatibus et monachis Deo regulariter deinceps [ibi] servituris, posthac subiecta sit, atque ut nullus publicus Notarius, Dux, Comes, Praefectus rerum capitalium, sed nec ullus alius, fratres turbandi, aut E novas res statuendi, tributum exigendi, vel habitationes faciendi, ac homines in eadem insula in ipsorum Dei servorum famulatu manentes molestandi, exactiones, poenalia aliave iniusta excogitandi vel conventus habendi, nullis temporibus in eam intrandi, cunctaque praedicta requirendi sumat authoritatem. Omnes autem abbates cum ipsis monachis sub divina protectione piscatores, pistores, vinitores, textores, aliosque eorum servos, qui in eadem insula ad ipsorum servitia atque necessitates tantum habitare ac manere debent, regant, sub se habeant, corrigant, ac omnino pacifice habeant. Mandamus insuper ac regali nostra potestate confirmamus ut nullus abbas nec ullus ipsius servorum potestatem habeat in dicta insula cuique bona conferre vel in proprietatem dare, sed omnia in usus et necessitates fratrum serventur. Ipsis quoque monachis peregrinis cunctisque eorum successoribus damus quinque pagos extra insulam in ditione nostra Laci Bodamici sitos, ut monasterium quod servi Dei ibidem in honorem S. Mariae semper virginis et principum apostolorum SS. Petri et Pauli aedificabunt, crescat, per nos donis amplificetur et F compleatur, ita ut peregrini monachi ac eorum successores de nostris alacriter provisi pro nobis et regni nostri confirmatione Deum diligentius atque devotius deprecentur, ac bonorum operum exempla plantentur in succedentibus. Pagi sic appellantur : Marchtelfingen, Alaspach, Kaltenbrunnen, Wolmattingen, Almanstorff, cum omnibus suis attinentiis. Et in altera Rheni ripa Ermattingen pagus noster cum omnibus suis attinentiis et circuitibus, nec non viginti quatuor homines cum tributo in Thurgoia habitantibus : Rapert, Goduin, Landolt, Nappo, Petto, Cuno, Winfrid, Justur, Widlet, Pelcher, Lampercht, Arfrid, Wolfart, Theotrich, Theopert, Alfrid, Raduin, Alidolfus, Aremmanolt, Polfridus, Eteristi, Alemanfrid, Landuin, Walther, et omnibus eorum familiis succedentibus, exceptis iis qui in ipsis locis sunt liberi ac nostris temporibus eo se contulerunt, sub nostra etiam protectione maneant.

Carolo Martello

Ideo mandamus vobis ut ad id deputati com-

(1) *Poet. lat.*, ed. Duemmler, tom. II, p. 304, v. 22-28. — (2) *M. G.*, tom. II, p. 37. — (3) Cfr. infra, num. 60. — (4) *M. G.*, tom. V, p. 98. — (5) Cfr. supra, num. 19. — (6) Ed. Barack, p. 8; *Archiv*, tom. IV, p. 391. — (7) *Bavaria sancta*, tom. I, p. 104, not. *p*. — (8) *Annal. Bened.*, lib. XX, cap. 65.

missarii

AUCTORE C. D. S.

missarii nostri praedictum venerabilem dominum Pirminium et suos peregrinos monachos in supra dictam insulam introducatis ac iam dicta bona cuncta eis confirmetis, omnesque pagos praedictos hac ratione subiciatis ut nullus laicus, ut antea constituimus et confirmavimus, nullis temporibus in saepe dicta insula habeat vel deinceps consequatur imperandi ac conventus statuendi potestatem. Sed venerabilis episcopus Pirminius, cum suis monachis, omnibus ipsorum succedentibus abbatibus et monachis eiusdem sedis, super pistores, cocos, piscatores et vinitores textoresque, nec non super omnes suos servos, regendi, poenalia postulandi, iuramentis ligandi, iniusta omniaque mala opera prohibendi et in omnibus tam ecclesiasticis quam saecularibus ligandi atque solvendi praedictos famulos, qui cum monachis secundum eorum institutum in castitate viventibus in eadem insula fideli servitio degere debent, omnimodam habeat potestatem. Liberi vero in praedictis locis ad nos pertinentibus habitantes, ut praediximus, floreant et crescant. Nullus iudiciali potestate pagos nostros in actionibus et B poenis aliisque utilitatibus sibi usurpandos occupet, sed omnia in pauperum eleemosynam et monachorum ibidem Deo servientium sustentationem ad perpetuum incrementum proveniant. Ut autem haec nostrae concessionis declaratio ab omnibus firmius servetur, eam impressione annuli nostri et sigilli nostri appensione roborari mandavimus.

Illuster Vir

K L S.

Signum Domini Caroli, Maior Domus dicti, patris Pipini et Carolomanni.

Ego Calderamnus Cancellarius iussu Domini Caroli scripsi haec. Actum in civitate Iopilla 25 mensis aprilis anno Nativitatis Christi 724. Feliciter in nomine Dei. Amen.

eiusque iussu duobus principibus Alamannorum;

56. *De Sinlazo, quod iam advertimus, in his documentis nulla fit mentio. Hunc, nescio quo fundamento, praefectum seu iudicem regionis fuisse pro rege Francorum et in castello* Sandeck *in finibus Hungariae resedisse refert Gallus Oehem* (1). *Nebi autem seu Hnabi nepos erat Gode-* C *fridi ducis Alamannorum* (2). *Bertholdus quoque* nobilissimi Alemannorum ducis *titulo decoratur in Vita S. Meginradi, qualis hactenus edita fuit, sed in antiquissimis huius Vitae codicibus non legitur vox* ducis (3). *Attamen non aliud fundamentum habuisse videntur Fickler* (4) *et alii* (5) *ut Nebi et Bertholdum fratres et Alamannorum duces dicerent, qui successerint avo suo Godefrido et ipsi successores habuerint patruos suos Lantfridum et Theodebaldum. In antiquis vero Annalibus et prooemio Legis Alamannorum comparet eo tempore Alamanniae dux Lantfridus, filius Godefridi* (6), *et advertendum apud Hermannum Augiensem Nebi et Bertholdum non* duces, *sed* principes, *neque addita voce* Alamannorum, *appellari* (7): *unde nihil obstat quominus in diplomate modo recitato recte Luitfridus (seu Lantfridus)* dux *et Berchtoldus* comes *nuncupati censeantur, et ipsum diploma, quamvis apocryphum, confectum tamen esse secundum alterum antiquius et authenticum.* D *Et quidem per se admodum probabile est diploma aliquod a Carolo Martello sive suo sive potius Theoderici regis nomine datum esse pro fundatione Augiensis monasterii.*

eique praefuit annis fere tribus.

57. *Triennio fere huic monasterio praefuit* Pirminius, *ab anno scilicet 724* (8) *usque ad annum, si Hermannum Augiensem sequamur, 727, ad quem scilicet annum is in suo Chronico notavit:* Sanctus Pirminius ob odium Karoli *(Martelli)* a Theodebaldo, Gotifridi ducis filio, ex Augia pulsus, Etonem pro se constituit abbatem, et ipse Alsatiam, alia instructurus coenobia, petiit (9). *Neque Etonem diu quietum Augiae subsistere passus est Theobaldus: nam et is mox Augia expulsus est, sed deinde a Carolo Martello loco suo restitutus, teste eodem Hermanno ad an.* 732: Eto, Augiae abbas, a Theodebaldo ob odium Karoli in Uraniam* relegatus, sed eodem anno, pulso Theodebaldo, a Karolo restitutus est (10). *Numquam deinde, postquam Augiam reliquit, Alsatiam petens, illuc, vel omnino in Alamanniam, reversus esse memoratur Pirminius.* E

* Uri

§ IX. De fundatione monasterii Murbacensis.

Coenobium Murbacense,

58. *De hac fundatione habemus certissima documenta, diplomata scilicet, tum Theoderici IV regis Francorum, datum die 12 iulii anni septimi regni eius, id est anni 727, cum regnare coeperit mense decembri anni 720* (11), *tum Widegerni episcopi Argentinensis, datum die 13 maii anni sequentis, tum Eberhardi comitis, datum anno octavo Theoderici regis, alterumque eiusdem comitis datum, die 13 februarii eiusdem regni anno undecimo, quo utroque monasterium iam antea a se dotatum novis possessionibus auxit. Diplomata haec, non semel edita, nihilominus, cum ad tractationem nostram apprime pertineant, hoc loco denuo exhibenda duximus, duo priora et quartum integra, tertii vero eam partem ubi post prooemium coenobii fundatio memoratur.* Prioris *autem* testamenti *seu diplomatis ab Eberhardo dati iacturam dolemus, cuius ope sane certius definire licuisset quo loco et tempore monasterium conditum sit : nam de utraque re exstitit* F *aliqua inter eruditos dissensio.*

in Alsatia

59. *Quod ad locum spectat, situm est Murbacum seu, ut in diplomatibus nostris et aliis veteribus documentis legitur,* Maurobaccus, *in Alsatia, iuxta rivulum eiusdem nominis, distatque chilometris circiter quattuor, inter septentrionem et occidentem, ab oppido Guebweiler, triginta autem chilometris, inter meridiem et occidentem, ab oppido Neubrisack. Secundum Grandidier* (12), *consederunt prius discipuli* Pirminii *in colle quodam leucis duabus Murbaco distante, quo loco postea exortus est vicus* Bergholtzell; *deinde in proxima huic colli valle, iuxta stagnum quod inde* Vivarius peregrinorum *dictum est; ac denique, dimidia leuca ulterius progressi, in loco ubi aedificatum est coenobium Murbacense, quod usque ad annum 1764 perstitit. Attamen in citandis mox diplomatibus annorum 727 et 728 monasterium dicitur aedificatum fuisse* in loco qui

(1) Ed. Barack, p. 4; *Archiv*, tom. IV, p. 389 extr. — (2) Theganus, *Vit. Ludovici Pii*, cap. 2 *(M. G.*, tom. II, p. 590). — (3) Cfr. supra, num. 43. — (4) *Quellen und Forschungen zur Geschichte Schwabens* (Mannheim, 1859), p. CVIII. — (5) Cfr. Breysig, *Jahrbücher 714-741*, pp. 50, 55. — (6) Hermann. Aug. Chron. ad. an. 730 *(M. G.*, tom. V, p. 98); *M. G.*, Leg. tom. III, p. 84. Cfr. G. Waitz, *Deutsche Verfassungsgeschichte*, tom. III (ed. II), p. 47, not. 1. — (7) Cfr. supra, num. 52 extr. — (8) Cfr. supra, num. 52. — (9) *M. G.*, tom. V, p. 98. — (10) *M. G.*, loc. cit. — (11) Breysig, *Jahrbücher 714-741*, p. 37-38. — (12) *Hist. de l'église de Strasbourg*, tom. I, p. 253, not. 3.

vocatur

A vocatur Vivarius peregrinorum, qui antea appellatus est Muorbach (1). *Locus hic tunc subiectus erat ecclesiae Argentoratensi, postea vero Basileensi attributus est.*

anno circiter 726 fundatum,

60. *Constitutum certe fuit coenobium ante diem 12 iulii anni 727, qua die datum fuit diploma Theoderici IV. Magis definite Rettberg* (2) *illam fundationem illigat anno 726, quia putavit in diplomate Eberhardi legi ante* duos *annos. Quod quamvis non recte legerit (neque enim in diplomate ante* duos, *sed* ante hos annos *scriptum est), attamen recta manet conclusio, cum per* hos annos *saltem duo anni repraesententur et ex alia parte* Pirminius *post conditum anno 724 coenobium Augiense, ibi annos duos, secundum catalogum abbatum Augiensium, tres secundum Walafridum Strabum et Hermannum* (3) *commoratus sit : quae testimonia facile componuntur, si existimetur haec commoratio fuisse fere trium annorum, id est duorum annorum cum parte tertii.*

cui praefecit S. Pirminius *Romanum abbatem,*

61. *Nonnulla praeterea in iisdem diplomatibus notatu digna sunt. Videlicet : 1° Monasterium Murbacense non videtur ipse rexisse* Pirminius, *sed mox condito praefecit Romanum, unum e monachis suis, qui iam in diplomatibus Eberhardi anno 728* abbas *appellatur* (4). *2° Exemptio monasterii ab auctoritate episcopali, primum concessa a Theoderico rege, a Widegerno episcopo confirmata est* (5) *sive, ut putat Friedrich* (6), *ex praecepto romani pontificis, sive ex metu regis vel potius Caroli Martelli, sive ultronea benignitate. Simili privilegio fruebantur et alia quaedam monasteria, ut Lirinense, Agaunense, Luxoviense, Sancti Marcelli Cabillonense et Resbacense. 3° Ecclesia monasterii consecrata est sub titulo B. V. Mariae, S. Michaelis, SS. Petri et Pauli et* S. Leodegarii (7). *Cuius rei ratio facile assignatur; nam illius conditor Eberhardus comes, filius Adalberti Alsatiae ducis vel comitis, vinculo cognationis iunctus erat S. Leodegario : Eberhardi nempe avia Bereswinda soror fuit matris S. Leodegarii* (8). *4° Privilegium illud singulare de heribanno seu multa in poenam neglectae militiae non fisco sed monasterio attribuenda* (9), *quod G. Waitz in solo diplomate quodam Spirensi occurrere notaverat* (10). — *Iam sequuntur ipsa diplomata.*

Theodericus rex

62. — *Diploma Theoderici IV pro monasterio Murbacensi* (11). — Theudericus rex Francorum, viris apostolicis patribus episcopis, nec non illustribus viris ducibus, patriciis, comitibus, vel omnibus agentibus, tam presentibus quam futuris. Si petitionibus sacerdotum, quod ad proprietatem ecclesiarum pertinet, devota mente prestamus, retributorem omnium bonorum Dominum Jesum Christum et hoc nos habere confidimus. Igitur dum et venerabilis vir Perminus gratia Dei episcopus nostris temporibus cum monachis suis, Deo inspirante, pro evangelio Christi peregrinatione suscepta, monasterio virorum in heremi vasta, que Vosagus appellatur, in pago Alsacinse, in loco qui vocatur Vivarius peregrinorum, qui antea appellatus est Muorbach, in alodo fidele nostro Eborhardo comite, cum ipsius adiutorio Deo donante conatus est constituere, vel cenubio sancto ibidem instituere, in honore Dei et genetricis Domini nostri Jesu Christi semper virginis Mariae, seu sancti Michahelis archangeli, vel sancti Petri, et Pauli beatis apostolis, et sancti Leudegarii martyris cum sociis eorum, ubi ipsi famuli Dei sub sancta regula solitariam vitam fruantur; petiit ipse vir Dei Perminus episcopus serenitati nostre, cum ipse iam nominato fidele nostro Ebrochardo comite, talem ob hoc nostrum emanere preceptum de omni corpore possessionis ipsius monasterii, quicquid at presens tenere vel donare videtur, aut quod inantea a quocumque, Deo inspirante, ibidem recte fuerit conlatum vel delegatum, per nostrum preceptum deberemus in Dei nomen plenius confirmare. Quod nos pro mercede nostra in omnibus fecisse cognoscite, et ad praedictis famulis Dei talem emisimus decretum, ut nullus episcoporum, nec praesentis, nec qui fuerint successores, nec eorum ordinatores, aut quibuscumque iuditiaria potestas, per quacumque ingenio possint quocumque ordine de loco ipso aliquid auferre aut abstrahere, ut facilius liceat ipsa familia Christi, que ibidem in Dei nomine adunare desiderant, eorum rectam delegationem quiete per tempora possedere, et sancta regula E conservantes, proprio privilegio, que nobis pre manibus ostenderunt, Deo iubente, sub tranquillitate possint permanere: quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quicquic ad talem familiam Christi ad laudem Dei die noctuque canendum conceditur.

multis privilegiis

63. Idcirco, pro caelesti intuitu talem nobis benefitium prestetisse cognoscite ut maneat quicquid antefati viri Dei ad nostro monasterio conquesierint, vel laboraverint, et quod iam dictus fidelis noster Ebrehardus per sua strumenta ibidem adfirmavit, vel a ceteris conlata fuit aut fuerit, sub nostra emunitate eius temporibus absque ullius inquietudine, Deo auxiliante, cuncta eis profitiant in augmentis. Additur tamen, et si abbas congregationis ipsius episcopis fuerit postulatus, ut ei presbiteros vel diaconos pro missas celebrandum debeat ordinare, absque commodi acceptione instituat, et si rogatur, conditam ecclesiam, crisma, tabulas, grados ecclesiae, absque commodi acceptione faciat; quod si ipse rennuerit, alterum quemlibet pontificem, qui gratis haec tribuat, licentia habeat supplicare, et ille hoc facere. F Et nullo umquam tempore parrochiae ipsius pontificis, in cuius diocese situm est hoc monasterium, potestatem nullam habeat inquietandi, non ipse, non archidiaconus, non ecclesiae iudices, nec censum mittere, neque pastum, neque honorem in rebus monasterii requirere non audeant; et si abbas ipsius congregationis de hac luce vocatus fuerit, nullus ibidem de alio monasterio, nec de civitate, nec pro parentela, nec ab episcopo ordinatus, neque per potestatem, neque per premium aut quolibet ingenio, cuicumque iudici nullus presumat inibidem abbatem ordinare, nec quandocumque necessitas evenerit abbatem instituere, nisi quem ipsa congregatio et melior pars elegerit, secundum quod regula et privilegius ipsorum continet, ipsi sibi dignum constituant pastorem.

auxit;

64. Et illud nobis placuit pro integramente vel stabilitate regni nostri innectere, ut ipse monasterius sub defensione et tuitione Dei et nostra stirpe regia per succedentia tempora valeat con-

(1) Cfr. infra, numm. 62, 65. Adde Schoepflin, *Alsatia diplomatica*, tom. I, pp. 14, 15, nn. XIII, XIV. — (2) Tom. II, p. 88. — (3) Cfr. supra, num. 52. — (4) Infra, numm. 69 extr., 70 med. Adde Schoepflin, loc. cit. supra, not. 1. — (5) Cfr. infra, numm. 62 et 66. — (6) Tom. cit., p. 601. — (7) Cfr. infra, numm. 62 et 70. — (8) Cfr. *Act. SS.*, tom. I Oct., p. 364-366, num. 35-43. — (9) Cfr. infra, num. 64. — (10) *Deutsche Verfassungsgeschichte*, tom. II (ed. II), p. 642. — (11) Ex editione Caroli Pertz, *Mon. Germ.* fol., Diplom. tom. I, p. 84 sqq. Cfr. Niemann, in *Forschungen zur Deutschen Geschichte*, tom. IX (1879), p. 465 sqq.

sistere

AUCTORE C. D. S.

sistere inconvulsum, et nulla publica iuditiaria potestas, nec presente nec futuro tempore, in curtis vel territuriis ubicumque ipsius monasterii ad causas audiendum vel freda undique exigendum non presumant ingredere, nec fideiussores tollere; et quicquid tam de ingenuis quam de servientibus, super territuriis ipsius monasterii commanentibus fisco de freda aut harebannus unde poterat sperare, ad luminaribus vel stipendiis superscriptis famulis Dei ex nostra indulgencia ad integrum mancipentur effectui, et nobis regnantibus aut postmodum tempora succedentium regum, quod nos pro Dei amore et timore indulsimus, quemquam hoc non presumat convellere, set omne quiete et integra emunitate hoc quod decrevimus inviolabiles auxiliante Deo perseveret. Et ut preceptio erga ipso monasterio firmius habeatur, manus nostrae subscriptionibus subter decrevimus roborari.

Theudericus rex Francorum s[ubscripsit]. Gerbaldus obtulit.

Data quod fecit mense Iulio die XII. Anno VII regni nostri, Gundulfivilla. In Dei nomine feliciter. Amen.

B

quae Widegernus, episcopus Argentoratensis,

65. *Diploma Widegerni episcopi Argentoratensis* (1). — Dominis sanctis adque honore dignissima apostolicis, meisque in Christo patrebus, Widegernus gratia Dei Ecclesieque Sancte Marie in Stradburgo civitate vocatus episcopus. Noverit sancta industria vestra, qualiter pastores ecclesiae solertissimae cura summoque studio debent procurare, ut ecclesia Dei lucris animarum proficeret, et per nos monitis salutaribus, in quantum valemus, vicorem obtineat; ut his qui eterno pastoris spontaniae relictis omnibus sequi cupiunt, atque sic abnegantes semetipsos, per angusto calle artaque via gradientes, vocem aeternae regis hac redemptoris nostri audientes: Exe de terra tua et de cognatione tua et vade in terra quem munstravero tibi; vel illud: Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filius, aut agros, et cetera, propter nomen meum, centuplum recipiet, et vitam eternam possidebit; et : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam, et sequatur me. Oportet ut nos audiamus, qui dixit: Hospes sum et

C

suscepistis me, et qui vos recepit, me recepit; et quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis; ut quod a principe apostolorum in initio ecclesiae institutum est, quia omnis multitudo credentium erat in unum, et nullus suum proprium dicebat aliquit esse, sed erat illis omnia communia, et cor unum et anima una. Unde institutio sancta ex hoc a sanctis patribus in postmodum ab horiente in hoccidente, et in partibus Gallearum monasteria multa sub regula sancta horum exemplo relegio clara promulgavit, precipue monasteria Lirinensis, Agaunensis, Luxoviensis, et in universo mundo sub regulas sanctorum patrum, maxime beati Benedicti et sancti Columbani abbatibus vita commune optima disposite et per autoritate clementia regum et per privilegia sanctis atque cattholicis pontificibus firmiter roborata; et sanctae canones hoc non derogant, sed potius luculenter exobtant. Unde nos comperti, quod vir inluster Eborhardus quomis in heremo qui vocatur Vosagus in pago Aisacince infra nostra parrocia, in loco qui antea vocabatur Muorbaccus, nunc Vivarius Peregrinorum, in honore sanctorum apostolorum et sanctae Mariae Dei genitricis, ceterorumque sanctorum, cum Dei adiutorio et nostro consilio monastyrio in suo proprio a novo aedificare conatus est; at quod evocantes Perminis episcopo cum suis peregrinis monachis, ibidem cynobio vel sancto ordene sub regula beati Benedicti Dei gratia et nostro adiutorio perficere deberent. Unde nos congratulantes huius viri sancte devotione et glorioso proposito, viscirale caritate pietateque commoti, devotione prumptissima, una cum consensu fratrum nostrorum, abbatum, presbeterorum, archidiaconi, omnique clero ecclesiae ubi ego deservo, sed et ducis ac iudicium, timentiumque Deum populo huius provinciae catholico, ut ab ipso monasterio seu cynubio congregationeque peregrinorum monachorum per nostra et per vestra auctoritate privilegio conscriberem vel confirmare debemus. Quod ita et fecimus, ut ipso monasterio omnia, quidquid ad eius pertinet ditione, aedificiis, basilicis, cum ministeria vel ornamenta, de quarum omnium rerum sacrisque codicibus, strumenta cartarum, aurum, argentum, aeramentum, vel quibuslibet rebus ipsius monasterii, seu cellolas vel eius appendiciis, etiam villas cum agris, domibus, mancipiis utriusque sexu acolabus, et quod iam dictus inluster Eborhardus vel alii pro salute animae per qualibet modo donaverunt vel delegaverunt, seu et inantea tam ipse quam et munificentia regum, principum, ponteficum, clericorum, vel a quocumque hominum, Christo inspirante, largitum fuerit, cum omnia et ex omnibus per hanc privilegium confirmamus; ut ad die presente ipsi monastyrius, praefatique peregrini monachi, eorumque successores, sub regola sancti Benedicti cynubialiter congregati secundum sanctum propositum eorum iure absque ullius repititione trademus adque trebuimus potestate.

D

E

amplo

66. Neque nos ipsi, neque successores huius civitatis pontefices, neque archidiaconi, neque exactores, neque aliquis de parte ecclesiae, vel quislibet nullus, aliquid dominare, vel iubere, aut requerere censum vel dona aut qualibet munera nullumquam tempore expetire non praesumant. Cum vero necesse fuerit chrisma petire, altaria consecrare, sacros ordines benedici, aut aliquos benedictiones expetire, aut oraturia in eorum loca aedificare, rector ipsius monastirii, vel peregrini monastirii ibidem consistentes, aut si de se episcopum habent, aut a quacumque de sanctis episcopis sibi elegerint, qui hoc facere debeat, licentia sit eis expetire et ille hoc tradere, benedicere vel consecrare. Et nullus in ipso monasterio inlicito ordine contra voluntate aut votum ipsorum monastyrio eorum adire non presumant nec secretius ingredire septa. Et si aliquando pro qualicumque causa expetit, ut ipsius rector, vel ipsis peregrinis monachis congrua fuerit voluntas, et episcopus invitatus ad ipso monasterio venerit, coelebrato officio, absque ullo munere requisito mox ad propria revertatur.

F

diplomate

67. Cum vero abba loci ipsius acciperit transitum, quemcunque perecrini monachi ibidem habitantes de semetipsis secundum Deum et regula meliorem invinerit, ipsum sibi constituant abbatem; quod si ibi de se ipsis talem non invinerint, de alia monasteria iam dicti Perminii episcopi de illas congregationes peregrinorum, quem sub uno modo petitiones vel una sancta institutione beati

(1) Ap. Grandidier, *Hist. de l'église de Strasbourg*, tom. I, Pièces justif., num. 39; Schoepflin, *Alsatia dipl.*, tom. I, p. 10.

Benedicti

AUCTORE C. D. S.

A Benedicti quoadunavit ipse sibi consentientes abbatem regolarem expediant et constituant. Et si ibi sanctus ordo tepuerit, quod absit, vel aliqua discordia inter ipsis monachis surrexerit, et ipsi hoc non praevalent aut non voluerint emendare, tunc qui ex ipsis rector ordene secundum regula voluerit vivere, ubicumque in alia monastiria, ubi peregrini monachi supradicti episcopi consistere videntur, et rectius regulariter invinerint, potestatem hebeant expetire, et illi per eorum salubri consilio, Deo largiente, ipso sancto ordine vel ipsis monachis per regula restringere, emendare, corregere atque pacificare faciant; et nulla occasio sit, ut alius abba per qualicumque ingenio contra eorum sancto ordene ibidem ponatur, aut de rebus supra scripto monasterio aliquid menuitur.

confirmavit,

68. Quapropter sancto et apostolico conpatres et confratres mei, ideo vestra catholeco authoretate nostraque gemina sociamus, ut hic privilegius omni tempore firmissima habeat firmitatem, ut nullus nullumquam tempore contra agere non presumat, sed presens futuris temporibus inviolatus permaneat. Et nunc omnibus episcopis et
B Deum timentibus hominibus preco, subpleco, et per caritate coniurare presumo, ut quibus hic privilegius ostenditur, manus vestras subscribere et confirmare dignetis, ut vestra auctoritate fultus inconvulsus permaneat, qualiter eisdem peregrinis monachis ipso monasterio consistentes clarius dilectet pro statum ecclesiae et integritate sacerdotum, pro incolometate regum et pace christianorum, pro poenitentium remissione peccatorum, vel requiem fidelium defunctorum, divinae misericordiae tranquillius exorare. Preco igitur et contestor quoram Deo et beatis angelis eius cunctisque sanctis, omnibus successorebus vel omnes christianis, ut hunc privilegium, quem consenso clericorum, laicorum timentium Deum, plebs et ecclesiae nostrae decrevimus vel condedemus, in nullo erumpere presumant, sed per ineffabilem Trinitatem cunctis coniuramus, ut in quo prevaluerint, in omnibus conservare et studeant. Et si aliter obstinato animo, vel diabulo instigante, invidia, vel cupiditate deceptus, vel qualibet modo, quod Deus avertat, si nos ipsi, aut successores nostri, vel quislibet de qualecumque parte, contra
C hunc privilegium temptare conaverit, vel iam dictis peregrinis monachis vel successores eorum inquietare, vel eis aliquit minuare presumpserit, si se emendare noluerit et a mala voluntate celerius noluerit corregere, cum Dei genetricis semper virginis Mariae vel beatorum apostolorum cunctorumque sanctorum ante conspectum regis oeterni Christum Domini nostri, in cuius amore hunc privilegium ad iam dictis peregrinis vel et cynubis condedimus, se confidant pro nequissimis peccatis eorum vel iniquissima malicia oeternis incendiis concrematuros, hac illa sententia se experiendos, qua falsis sacerdotebus Dominus minatur: Vae vobis hypocritae, qui claudetis regnum Dei, quia nec vos introitis nec alius introire permittites; et: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius erat illi ut alegaretur mola asenaria ad collam ipsius, et proiceretur in profundum maris, et qui Deum timore neclexit iudicantis hominibus, inferat partebus monasterii vel peregrinis monachis ibidem habitantes cum sociante fisco auri liberas trigenta, argento ponda quinquaginta, multa susteneat atque dissolvat: et hoc quod repetit, non vindecet. Et nihilominus presens privilegius omni tempore firmas permaneat; et ut firmiorem obteneat vicorem, manos nostras subter scripsimus, et qui subscribserent vel signeverent rogavimus, stibulacione subnexa.

Actum Stratburgo civitate publice, die XIII mense Madio, in ascensione Domini, anno octavo regnum Domini nostri Theodorico rege. Ego *Widegernus*, hac si indignus episcopus, subscripsi. Ego *Wuolfradus* archidiaconus consensi et subscripsi. Ego *Libulfus* presbyter subscripsi. Ego *Haimulfus* diaconus subscripsi. Ego *Altmannus* diaconus subscripsi. Signum † *Fulcherio* tribuno in Dei nomen. Ego *Hariboldus* abba consensi et subscripsi. Ego *Hadalricus* consensi et subscripsi. Ego in Dei nomine *Ardolinus* vocatus episcopus consensi et subscripsi. Signum † *Wuolfaldo* comite. *Magobardus* archidiaconos subscripsi. Ego *Ghrbuinus* episcopus consensi et subscripsi. Ego *Willibertus* episcopus subscripsi. Ego *Hagoaldus* abbas subscripsi. Signum † *Leodofredo* duce. Ego *Ebrohardus* comis subscripsi. Signum † *Audachro*. E
Signum † *Nordoldo*. Signum † *Gundobertho*. Signum † *Withario*. Signum † *Wigrao*. Ego *Hagino* abbas subscripsi. Signum † *Leodoberto*. Ego in Dei nomine *Willibrordus* subscripsi. *Romanus* clericus hunc privilegium iussus a supra scripto scripsi.

locum et possessiones donante

69. *Ex diplomate Eberhardi comitis* (1). — *(Post prooemium).* — Ergo ego in Dei nomine Eberhardus, filius Adalberti quondam ducis, acsi vilissimus Christi famulus, dum non habetur incognitum qualiter ante hos annos, una cum consensu pontificum, sacerdotum et germano meo Leudofreudo duce et coniuge mea Emeltrude, in re mea propria, in loco qui dicitur Maurobaccus, qui nunc vocatur Vivarius Peregrinorum, in pago Alsacensi, in honore sancti Petri principis apostolorum et sanctae Dei genitricis Marieceterorumque sanctorum, a novo meo opere, in quantum michi vires Deus dedit, monasterium edificavi et illis diebus, iuxta quod in illo priore testamento continet, de rebus meis aliquid ditavi. Nunc autem salvator et redemtor humani generis, qui omnes vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, non meis meritis exigentibus, sed pro clementia sua me in corpore visitare dignatus est F
et fallax temporaleque lumen substraxit ut ad verum, quod ipse est, me acsi indignum perduceret lumen; etiam sua providentia quamvis me optante, ex proprio corpore legitimum heredem, qui michi successor existeret, similiter substraxit. Propterea considerans qua gravor sarcina peccatorum, et reminiscens bonitatis Dei dicentis: Date elemosinam et omnia munda sunt vobis, de tanta igitur miseratione et pietate Domini confisus, nullum meliorem heredem quam ecclesiam Christi et qui propter nomen ipsius militant vel pauperes fieri decreverunt habere me iudicavi. Iccirco ad monasterium supra memoratum Maurobaccus sive Vivarius peregrinorum, ubi venerabilis vir Romanus abbas cum peregrinis monachis suis in servitio Dei consistere videtur, donamus a die presente donatumque esse in perpetuum volumus...

Sequuntur recensio rerum donatarum, deinde formulae securitatum et imprecationes adversus eos qui donationem illam violare praesumerent, ac denique nota temporis:

Actum Habendo castro sive Romasco monte

(1) Ap. Schoepflin, tom. I, p. 8; Trouillat, tom. I, p. 70.

AUCTORE C. D. S.

Eberhardo Alsatiae comite.

monasterio publice, anno octavo regnante domino nostro Theodorico rege.

70. *Alterum eiusdem Eberhardi diploma* (1). — Dum fragilitas humani generis pertimiscit ultimum vitae temporis subetanea transpositione ventura, oportit christian[um] tottidie in augmentatione boni operis crescere, et dum in suo iure potestate consistit, preparet sibi viam salutis, per quam ad aeternam beatitudinem valeat pervenire. Ideoque ego in Dei nomine Ebrochardus comis et coniux mea Hemeltrudis pro remedium animae nostre et remiss[i]one peccatorum nostrorum, ut veniam in futurum consequi mereamur, cidemus a die presente cessumque in perpetuum esse volumus atque de iure nostro in iure et dominatione monasterii qui vocatur Vivarius sive Maurobaccus, in honore sancti Petri et sancte Mariae vel sancti Leudigarii citerorumque sanctorum, in pago Alsacinse, quem ego, opitulante Domino, a novo construxi et. ipso protegente. in... ame cuppio esse facturum, ubi venerabilis vir Romanus abba cum peregrinis monachis suis. quem Dominus de diversis provinciis B quoadunavit, preesse videtur. basilicas in honore sancte Marie et sancti Desiderii seu sancti Andocii, in loco nuncupante Petrosa, quem ex alode in porcione contra germano meo Leudefrido duce accipimus, situm in pago Alsacin [se], tum et ad integrum quicquid ad presens ibidem possidere videor aut mihi legibus redebitur, cum omni supraposito, domibus, mancipiis, accolabus, peculiis utriusque sexu, terris, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, a die presente ad prefato monasterio tradedimus ad possedendum, ut ab ac die habendi, possedendi vel quicquid exinde pro oportunitate ipsius monasterii iam superius nominati rectores eligerint faciendi, in omnibus libere perfruantur arbitrium, licet incessionis poenam adnecti non sit necesse, sed nobis pro infirmitate placuit inserendum. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, etc. — Actum Montumaco vico publice, anno XI regnante Theuderico rege, idus febroarias.

§ X. De aliis monasteriis praeter Augiense a S. Pirminio fundatis in Alamannia.

C

Non constat a Pirminio fundata esse coenobia Disentinense et Fungense;

71. *Non satis constat quo tempore vel etiam quo ordine exstiterint reliqua monasteria quae a* S. Pirminio *condita feruntur : quapropter ea per regiones ubi sita erant quasi distribuendo hic recensere aggredimur, adiectis traditionibus quae de singulis ad nos pervenerunt. Et primo, quod ad Alamanniam spectat, tria in illo tractu, praeter Augiense, documentis quidem admodum incertis, coenobia* S. Pirminium *auctorem vel instauratorem habuisse dicuntur, Disentinense, Pfungense et Fabariense. De Disentino nihil addendum occurrit his quae allata sunt supra, ubi egimus de sede episcopali* S. Pirminii (2). *Iam rettulimus etiam* (3) *quae de monasterio Fungae instituto ex vetusto codice excerpsit Gallus Oehem. Asserunt recentiores scriptores* (4) *fontem eo loci atque aream nomen* Pirminii *retinuisse* *, *sed nulla alia reperire usquam est illius monasterii vel commorationis* Pirminii *in vico Funga mentionem aut vestigia, et* D *nonnisi coniectando, ne contradiceret antiquis testimoniis Augiense coenobium omnium primum a* Pirminio *conditum asserentibus, existimavit Ioannes Egon* (5) *sanctum virum* numquam inibi sedem fixam, multo minus coenobium integrum cum templo et cellis monasticis constituisse, sed tantum quaedam viliora habitacula tumultuario opere, donec aerem et locum magis alicubi in ista provincia idoneum nancisceretur, cui hanc monachorum turmam inveheret, erexisse.

* St. Pirmins Brunn, St. Pirmins Hofstadt.

sed neque Fabariense:

* Pfävers, Pfäffers

72. *Fabariense* * *monasterium, duabus fere leucis in dextera ripa Rheni a Curia urbe dissitum, inter condita a* Pirminio *non memorat Vita prima* (6), *praeterquam in uno codice Einsidlensi saeculi X, ubi et vox erasa est, neque etiam Vita secunda, praeterquam rursus in uno codice saeculi XV. Ceterum ex eius mentione prius a scriptore codicis Einsidlensis facta constat iam saeculo X fundatorem monasterii creditum esse* Pirminium. *Hermannus vero Augiensis non distincte* Pirminio, *sed Augiensibus monachis hanc laudem attribuit in Chronico suo ad annum 731* (7). *Attamen ineunte saeculo XII ipsius Fabariensis monasterii traditio* E *illius originem a* Pirminio *repetebat, quod constat ex relatione quam anno 1115 Geroldus abbas coram Paschali II papa protulit, coenobii sui iura adversus Basileensem episcopum tuendi causa, his verbis :* Fuit vir quidam sanctissimus, nomine Pirminius, qui ob venerabilis vitae meritum dignitatem pastoralis curae suscepit civitatis Mettensium. Ubi dum fidelis dispensator dominica bene et ordinate composuisset ovilia, quia lux vera in tenebris non potest latere, sed oportet eam in domo Domini clare omnibus lucere, hic nutu Dei ad maiora vocatus, — audierat namque desidiam ac neglegentiam episcoporum et aliorum praelatorum. et desidiosos esse in fide Christi, ita ut, relicta religione verae felicitatis, imitarentur ritum gentilitatis, — hic sanctus Pirminius diu noctuque cogitans quibus medicaminum fomentis talibus subveniatur, — noverat tamen statutum ne quis praedicatoris sibi vendicet officium in alterius episcopi parrochia, — tandem divino factum est consilio ut beatae memoriae Gregorium secundum Romanum pontificem adiret, illique huius rei seriem pleniter insinuaret. Cuius iussu voluntario suscepit officium tanto iam tempore ardenter concupitum, videlicet ut ad quascumque F civitates aut ad quae loca perveniret, arva divini amoris igne carentia proscinderet et semen verbi Dei diligenter excoleret. Non immemor igitur suscepti oneris, statim insudare coeperat fructibus boni operis, per diversa loca quam plurima monasteria constituens. Deo servientium et maxime monachorum utilitati congruentia. Inter quae dum pervenisset in provinciam Curiensium, Dei opitulante gratia Fabariense construxit coenobium. Ad cuius praedicationis iucundam vocem ac mellifluam exhortationem non solum populi adiacentis pagi convenere, sed etiam e diversis partibus doctrinae illius suavitate exciti certatim confluxere; quos omnes, ut cuique opus erat, desiderabili oris sui dulcedine repleverat. Multi itaque salubria sectantes illius monita, renuntiantes saeculo, spe perhennis vitae regulari se subdiderunt disciplinae, et quicquid facultatum vel possessionum videbantur habere, cum animo

(1) Ap. Schoepflin, tom. I, pp. 8bis et 14; Trouillat, tom. I, p. 74. — (2) Num. 37. — (3) Num. 53. — (4) Citati apud Ioannem Egonem, *De vir. illustr. Aug. Div.*, part. III, sect. I, cap. 1, et ap. Gelpke, tom. II, p. 289. — (5) Loc. cit. — (6) Cap. 8. — (7) Cfr. supra, num. 38 med.

pariter

AUCTORE C. D. S.

A pariter et corpore eidem loco contulere. Hoc ordine, quo audistis, aedificatus est locus Fabariensis, nec * regalium donorum est amplificatus magnificentia, ut in ipsorum praeceptis comprobabimus in huius sancti concilii praesentia (1).

* leg. necnon?

nimis enim incertae fidei sunt

73. *Quo autem anno conditum sit coenobium neque relatio modo citata indicat nec satis probabiliter colligere licet ex testimonio Hermanni ad annum 731, quippe qui minus accurate sub eodem anno signavit fundationem monasterii Murbacensis* (2) *et Altahensis* (3). *Neque etiam ad illud tempus definiendum quicquam iuvat mira narratio de Fabariensis monasterii fundatione, quam* ex Actis Augiensibus *descriptam ad maiores nostros transmisit anno 1739 laudatus iam P. Mauritius Chardon, in qua illa fundatio et omnis* S. Pirminii *apostolicus labor connectitur cum temporibus Pippini regis et Leutfridi ducis. Hanc narrationem ex codice olim musei Bollandiani, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8931, hoc loco exhibere visum est. Sic igitur habet :*

quae de huius exordiis

74. Sancta aemulatione Leutfridum Ducem Agilolfingorum, Gotofridi Alemanniae et Rhetiae Ducis filium, concitante, cum Pippinus Germaniam totam atque Galliam viris apostolicis impleret et in idololatria exscindenda plurimum sumptuum et laboris impenderet, ille aeque sui muneris ratus Rhaetiae consulere, cum celebrari summis laudibus S. Pirminii Meldensium episcopi zelum propagandae fidei audisset, illum omni modo pertrahere in Rhaetiam studuit et id ipsum, quod vel maxime ambiebat, commendare. Nemo promptior ad pia eius commoda convertendarum gentium vota Pirminio fuit. Qui vix accepto Leutfridi Ducis nuntio ilico in viam se dedit, nec solus, sed dubio procul virorumque apostolicorum lectissimae vitae monachorum coloniam adduxit; quibus ut conderetur coenobium Leutfrido Duci auctor fuit, unde tanquam e munitissimis castris infernalem hostem invaderent et sese post laborem religiose confoverent et mutuo fervore accenderent. Quaesitus utilis structioni locus nec aptior visus quam prope vetustissimam Marsilinii *(Marschlins, nunc Malans, in dextera Rheni fluminis ripa, e regione Fabariae)* arcem et amnem Longarum, ubi illustrissimi Campi Mariscalli Ulyssis Salicaei sive Salinici hodie splendida habitatio est, eoque mox ligna,
C lapides, quaeque necessaria tantae molitioni, comportata. S. Pirminio hortatore, duce, largitore, fervide res agitur, sed absque operae pretio et successu, dum fabri lignarii, utcunque cauti, cavere tamen satis vulnera nequeunt, in se ipsum quivis praeter intentionem crudelior, dum trabes scindere et aptare conarentur ; nec sine prodigio comparentibus niveo candore columbis, quae non alias assulas ac fragmenta quam sanguine fabrili tincta colligere et, congeminato saepius volatu atque ablatis sanguine notatis assulis, trans Rhenum in editi montis sinum avolare easdemque uno loco deponere deprehensae sunt. Quo prodigio S. Pirminius moveri se sensit, non Marsilinii, sed notato prodigiose loco Deum sibi condendo coenobio aream elegisse et consignasse, magna quamprimum animi consolatione eo sumptibus et labore conversis, *etc.*

sunt tradita,

75. *Eadem compendio refert Gabriel Bucelinus* (4) *et brevius Ambrosius Eichhorn* (5), *qui et notat eapropter Fabariensium insigne esse columbam. Verum non insigne ex prodigioso illo eventu, sed e converso traditionem popularem de prodigio ex insigni, quod forte praeterea rubris fasciis distinctum fuerit, ortam esse haud improbabiliter suspicari licet. Nihil certe de illo prodigio memorat relatio Geroldi abbatis paulo superius descripta.*

et singulatim valde suspectum

76. *Falsitatis admodum suspectum est privilegium Zachariae, quod ex tabulario Fabariensis coenobii acceptum vulgavit Ambr. Eichhorn* (6), *et recens novis curis ex apographo Fabariensi in bibliotheca San-Gallensi asservato cl. v. I. von Pflugk-Harttung* (7), *huiusmodi tenore conceptum :*

Zacharias episcopus servus servorum Dei, Pirminio Deo amabili episcopo et abbati, venerabilium diversorum monasteriorum Deo auspice fundatori, ac per seriem omnibus successoribus eius vicissim abbatibus in perpetuum. Igitur quae postulasti a nobis, dilectissime frater, quatenus in regno Franciae, uti et ubi terrarum tibi placitum fuerit, in ruribus ac moeniis diversorum locorum, sive in his etiam quae per donationem aut per emtionis paginam tibi advenerint, sive in E rebus magnatorum tuorum, vel undecunque tibi acciderint, sacra loca et monasteria, sicut a te consentientibus Dagoberto et Theodorico filio eius Francorum regibus piae memoriae sine refragatione de aliquo iudice vel ullius reclamatione constructa sunt, ita libera sub iure sanctae Romanae ecclesiae, cui Deo auctore deserviunt, a nobis firmata privilegiis et immunitatibus in futuro permaneant. Nos igitur tam piis desideriis faventes ac nostra benedictione id quod petis effectui mancipantes, per hanc apostolicam authoritatem tibi, piissime frater, licentiam et potestatem concedimus aedificandi monasteria et alia pia oratoria, ubicunque in Franciae regno volueris, sive alibi terrarum, aut in locis proprietatis tuae, sive in his quae per comparationis pretium vel concessionem regum, ducum et aliorum piorum hominum dono vel undecunque et ubicunque tibi quolibet iusto modo obvenerint, sintque monasteria omnia a te constructa aut construenda sub apostolica protectione et potestate. Hoc autem Christi Dei et Domini nostri et beati Petri apostolorum principis et nostra, qua praevalemus, authoritate promulgantes sancimus, et ista quae dictamus ita roboramus ut nemo episcoporum de quacunque ecclesia tuas et tuorum successorum causas audire F aut aliquo cupiditatis vinculo deceptus res tuas quomodolibet constitutas invadere aut circa eas ullum ministerium ecclesiasticum celebrare praesumat, sed tibi et successoribus tuis reclamare et querelas circa te et tuos fratres forte exortas ad nostram apostolicam audientiam deportare per hanc praeceptionis licentiam et paginam liceat. Si quis autem contra hoc apostolicum documentum agere conatus fuerit, quicunque fuerit, ille sit anathema in conspectu Dei Patris omnipotentis et sanctorum angelorum eius, sit condemnatus et perpetua ultione percussus in conspectu domini Iesu Christi et sanctorum eius, sic etiam in conspectu sancti Spiritus et martyrum eius repetita anathema maranata idem triplici perditione damnatus, ut etiam de hoc saeculo, sicut Dathan et Abiron, vivus terrae continuo absorbeatur loco et tartarias poenas cum Iuda, Christi proditore, perenni perferat cruciatu.

(1) *Narratio de libertate ecclesiae Fabariensis*, cap. 7 *(M. G.*, tom. XII, p. 412). — (2) Cfr. supra, num. 38. — (3) Cfr. infra, num. 79. — (4) *Rhaetia Etrusca* (Aug. Vindel., 1664), p. 148. — (5) *Episcopatus Curiensis*, p. 266. — (6) Ibid., cod. prob., p. 33, not. *a*. — (7) *Acta Pontificum Romanorum inedita*, tom. I, n. 1.

Cunctis

AUCTORE C. D. S.

Cunctis autem ista loca servantibus sit pax et benedictio Iesu Christi in perpetuum. Amen.

Scriptum per manus Joannis scrinarii anno VII Domini nostri Zachariae. Datum II Nonas Novembr. imperante Constantino, indict. V. anno DCCXLVIII.

Zachariae papae pro eo privilegium.

77. *Suspectum hoc privilegium eruditis facit, credo, imprimis nota temporis illi affixa. Praeterquam enim quod illo aevo sane nondum usitatum erat ut diplomatibus pontificiis apponeretur annus aerae christianae, annus septimus Zachariae non respondet huius aerae anno 749, sed 748, neque indictioni* V, *sed* XV. *Praeterea offendit quod exordio diplomatis legitur nomen Dagoberti, III scilicet, qui cum iam anno 715 obierit, nullam partem in fundatione Pirminianorum coenobiorum habuisse credendus est. Hoc secundum argumentum eatenus solum praevalidum censeri debet, quatenus certum sit omnino fidendum esse auctori antiquae Vitae* S. Pirminii, *monasterium Augiense primum omnium anno 724 a sancto fundatum esse asserenti* (1). *Neque etiam primum, ex nota temporis desumptum, ita inconcussum aliquis arbitretur quin naevos illos a quodam librario in pontificia* B *epistula exscribenda admissos fuisse arbitretur et epistulam in summa esse genuinam. Nec denique plenam falsitatis demonstrationem praebere videntur quae in Zachariae privilegio notavit cl. Harttung similia iis quae in aliis eiusdem generis documentis supposititiis leguntur et singulatim in apocrypho diplomate Stephani III pro monasterio Sancti Dionysii* (2); *stipulationes enim generales sunt haec, quae forte in formulis apud cancellariam Romanam usitatis ad huiusmodi epistulas conficiendas haud ita raro occurrerent. — Quae tamen non ita intellecta velim ut Zacharianum diploma certo vel probabilissime authenticum censere videar. Valde suspectum esse libenter assentior; indicia tamen hactenus allata non ita efficaciter rem demonstrare arbitror ut certo spurium illud pronuntiare ausim.*

§ XI. De monasteriis a Pirminio fundatis in Bavaria.

Idemque dicendum de exordiis monasteriorum

78. *Ab Utilone seu Odilone duce Bavariae sex monasteria auctore* Pirminio *constructa refert Hundius* (3), *Altahense* scilicet duplex, superius et inferius, Osterhovense, Pfaffenmünsterense, Niederburgense sanctimonialium et Lunaelacense*, sed sola auctoritate nixus Aventini, scriptoris saeculi XVI ineuntis* (4). *Quorum situm ut paucis describamus, Altaha superior*, in dioecesi Ratisponensi ad laevam Danubii, Ratispona distat chilometris circiter quadraginta quinque ad orientem aliquantum meridiem versus; Altaha inferior, item in ripa sinistra Danubii, a metropoli dioeceseos Pataviensis, ad quam cum tribus sequentibus pertinet, chilometris circiter triginta quinque inter orientem et septentrionem; Osterhoven, ad dexteram Danubii, ad meridiem Altahae inferioris chilometris sex; Lunaelacense coenobium chilometris fere viginti tribus Salisburgo inter orientem et septentrionem; Niederburgense in ipsa civitate Pataviensi exstat; Pfaffenmünsterense denique in dioe-* D *cesi Ratisponensi ab Altaha superiori septem circiter chilometris inter occidentem et septentrionem dissitum est.*

* Altaich

* Mondsee

* Ober-Altaich

Altahensis,

79. *Et Altahensis quidem (inferioris) monasterii fundationem* Pirminio *adscribit etiam Vita prima* (5), *eamque anno 741 illigant Annales Hersfeldenses* (6) *et Altahenses* (7), *sicut et Vita posterior S. Godehardi episcopi Hildesheimensis, conscripta anno 1054, in qua legitur capite secundo :* Igitur septingentesimo quadragesimo primo incarnationis Domini anno... initium Altahensis monasterii a sancto Pirminio et Outilone duce Baioarico aliisque Christi cultoribus sapienter inceptum et in religione monasticae institutionis feliciter est perfectum, ante distributionem episcoporum quae decimo post anno in Baioaria a sancto Bonifacio archiepiscopo facta est decreto Zachariae papae et consensu Pippini regis (8). *Unde rursus non satis recte fundationem monasterii Altahensis ad annum 731 notavit Hermannus Augiensis* (9). *Quasnam autem possessiones eidem monasterio contulerit Odilo refert* Breviarius *seu liber rationum* Urolfi abbatis de cenobio qui vocatur Altaha E *tempore Caroli M. conscriptus, qui ita incipit :* Commemoratio de res quos Otilo dux ad casam sancti Mauritii *(cuius nomine dedicata erat ecclesia Altahensis)* cum sociis suis ad Altaha monasterium condonavit, quando ipse casam Dei edificare iussit et de Alamannia duos denos monachos per comeatum Pippini regis et Eddoni episcopi *(Argentoratensis)* hic adduxit ad iam dictum locum (10). *Ubi tamen adverte nullam mentionem fieri* Pirminii, *sicut nec apud Hermannum Augiensem, qui dumtaxat testatur Altahense coenobium ab Augiensibus institutum esse.*

Osterhovensis et Lunaelacensis,

80. *Osterhovense etiam monasterium ab Odilone fundatum ostendit diploma anni 753, ex membrana saeculi XI editum inter Monumenta Wessofontana, quod ita terminatur :* Otilo prius rex, postea, Baioaria in provincia redacta, dux, Altaha monasterium ex suo fundavit alodio, et sepultus est cum uxore in Osterhoven, quod nihilominus monasterium sub regula sancti Benedicti egregie satis dux ipse construxerat (11). *Sed neque in hoc instrumento neque in alio documento antiquo memoratur* S. Pirminius *in illa fundatione ullam partem habuisse. Idemque dicendum est de coenobio Lunaelacensi, quod utique ab Odilone duce circa* F *annum 748 conditum esse testantur vetera documenta* (12), *sed in iisdem non nominatur* Pirminius, *cuius nomen historiae fundationis ex incertis solummodo traditionibus innexum est* (13). — *Quod cetera autem tria coenobia spectat, nulla antiqua documenta praesto sunt quibus Aventini et Hundii de eorum exordio testimonia confirmentur.*

Emerezthalensis, Murrhartensis, et etiam Amorbacensis,

81. *Sed et praeterea, secundum Ioannem Egonem* (14), tria monasteria in dioecesi Herbipolensi condi coepta sunt, quorum unum adhuc extat in oppido Amorbacensi, cui divus Pirminius, ut Trithemius asserit, S. Amorem discipulum suum abbatem praefecit ; alterum fuit Emerezthal, de quo plane nihil aliud scribendum occurrit. Nam ubi fuerit, et utrum etiamnum sit, divinare non possum ; cum antiquum Chronicon nostrum praeter nudum nomen nihil attulerit, neque ego

(1) Cfr. supra, num. 38. — (2) *Diplomatisch-historische Forschungen* (Gotha, 1879), p. 167-70. — (3) *Metropolis Salisburgensis*, tom. II, p. 34. — (4) Cfr. Aventini *Annal.*, lib. III. cap. 9 (ed. S. Riezler, tom. II, p. 391); *Chronik*, lib. III, cap. 68 (tom. V, p. 92). — (5) Cap. 8. — (6) *M. G.*, tom. III, p. 35.— (7) *M. G.*, tom. XX, p. 782.— (8) *M. G.*, tom. XI, p. 198. — (9) Cfr. supra, num. 38. — (10) *Monum. Boic.*, tom. XI, p. 14. — (11) Ibid., tom. VII, p. 372. — (12) *Chronicon Lunaelacense* (Pedeponti, 1748), p. 3-6. — (13) Ibid., p. 6-7. — (14) *De vir. illustr. Aug. Div.*, part. III, sect. II, cap. 1.

hucusque

AUCTORE C. D. S.

A hucusque etiam post sedulam investigationem quidquam apud auctores scriptum repererim. Tertium quod itidem D. Pirminii hortatu in eadem Herbipolensi dioecesi Chronicon Augiae scribit fundatum est Murrhartense... *Chronicon illud Augiae, ad quod appellat Egon, est Galli Oehem, apud quem in elencho monasteriorum a* Pirminio *conditorum occurrit* Moratt in Herbipolensi dioecesi; Emeretztal, ubi sit ignotum (1). *De Amorbacensi autem monasterio idem prorsus silet, sicut et de aliis ab Hundio indicatis* (2), *praeter Altahense.*

de quo vel certo falsa

82. *Sed de Amorbacensis monasterii fundatione plura traduntur apud Ioannem Trithemium et Ignatium Groppium. Ille in suo Compendio Annalium* (3), *monasteria a* Pirminio *condita recensens, ultimo loco refert :* Monasterium in oppido Amerbach, dioecesis Herbipolensis, memorati ordinis nostri, in quo sanctum Amorem discipulum constituit abbatem, novum a fundamentis construxit. *Deinde ab abbate Amorbacensi rogatus unde haec hausisset, ita respondit litteris datis die 24 martii* B *anno 1515* (4): ... Ad quartum, ex quibus id habeam annalibus quod de fundatione monasterii tui Amorbach et Sluchtera, id est Solitaria, et quibusdam aliis per divum Pyrminium, quae in eius Vita non habentur, pridem ad te scripsi, similiter et de sancto Amore, respondeo quod ex Megenfrido chronographo Fuldensi monacho, qui fundationes et abbates pene omnium coenobiorum nostri ordinis in Germania, quae ipsum praecesserunt, satis diffuse conscripsit. Is dicit beatum Amorem, sancti Pirminii discipulum, ab ipso primum abbatem in tuo coenobio institutum, annis praefuisse tribus et quadraginta, multisque coruscasse miraculis et nomen indidisse loco, Pyrminiumque ex discipulis S. Mauri extitisse, de quibus tamen in eius Vita nihil habetur. *Hactenus Trithemius. Megenfridus autem ille Fuldensis, quem idem citat, fictitius scriptor est, ab ipso Trithemio, ut videtur, ad commenta sua firmanda excogitatus* (5).

vel dubiae admodum auctoritatis

83. *Fusius Gropp et situm loci* (6) *ad silvam Odonicam* * *et radicem montis Sancti Gothardi, olim* Franckenberg *nuncupati, in confinibus dioeceseon Moguntinae et Wirceburgensis, non procul a Moeno flumine, et duplicem monasterii fundatio-* C *nem describit. Duplicem, inquam : nam, secundum hunc scriptorem,* non unum fundatorem Amorbacum habuit, sed plures, quorum collatis consiliis opibusque surrexit. Primam fundationis occasionem et originem Ruthardus dedit, Comes a Franckenberg. Is circa annum 714 in praecelso monte, qui Amorbaco a septentrione est et vulgo St. Gothards-Berg audit, aedes et sedes suas habuit, circumiacentis late regionis dominus. Religioni christianae... addictus fuit... Unde in curis ac votis Comes habuit, quo pacto viros apostolicos accerseret, quorum opera populus ad veram fidem adduceretur. Interea, nescio qua occasione et loco S. Pirminium offendit... Pirminium Ruthardus Comes rogavit et invitavit ad se, ut populos per silvam Odonicam habitantes christianis praeceptis institueret, promittens eo loci monasterium se fundaturum. Annuit vir apostolicus Comitis precibus.... Sed et factis promissis stetit *(comes)*, cum interim monasteriolum, seu potius humiles aliquot cellulas, pro S. Pirminio eiusque monachis et praedicationis sociis, cum parva aedicula in honorem B. M. V. circa annum 714 suis ex facultatibus condidit. Notatum in perantiquo codice Amorbaci reperitur narratam hactenus rem sub Dagoberto (III) rege contigisse. Obiit is anno 715 : unde minimum anno praecedenti S. Pirminium in silvam Odonicam advenisse necesse est, ita maioribus Amorbacensium semper sentientibus; quibus insuper creditum hucusque est, fidem illorum antiquo ms. codice apud ipsos confirmante, hoc S. Pirminii monasterium in occidua valle, ubi hodie sacellum zu Sanct-Amors-Brun dictum visitur, primitus constitutum fuisse, primaque eo loci incunabula sua Amorbacum recepisse (7).

* Odenwald

testimonia proferuntur;

84. *Postea vero ad SS.* Pirminii *et Bonifatii preces operam dedisse fertur Carolus Martellus ut* novum magisque ordinatum monasterium pro monachis missionariis ad Odonicam sylvam construeretur. Largiorem etiam fundum Ruthardus Comes suppeditavit. Nova novi coenobii fundamenta sub annum 730 iacta fuisse oportet, quod in sequentibus deinde annis eo quo hodie visitur E loco surrexit, et anno demum 734 perfecti operis formam accepit. Hoc eodem anno novam monasterii hactenus aedificati ecclesiam a S. Bonifatio, tunc temporis episcopo adhuc regionario, ad invitationem S. Pirminii, mense septembri consecratam esse, antiquissima apud Amorbacenses traditio est. Adfuere consecrationi S. Pirminius et Etho, quem ille, Augia discedens, loco sui abbatem instituit, Carolus vero princeps hoc anno ad sedem Argentoratensem evexit. Ipsa porro ecclesia cum monasterio in honorem beatissimae Dei genitricis Mariae dedicata est. — Profusam in fundando hoc novo B. M. V. coenobio Caroli principis pietatem aemulatus est Pippinus filius, qui illud postea multis donationibus, praediis, silvis, redditibus, privilegiis, etc. dotavit sublimavitque. Ruthardus etiam Comes Franckenbergius, cum prolem non haberet, reliqua insuper bona sua, cum toto comitatu, constructo recens coenobio donavit et B. Virginem Deiparam heredem scripsit. Extant Amorbaci perantiquae scripturae, tam lapidibus et parietibus incisae et inscriptae quam in membranis et chartis exaratae, quae Amorbacensis coenobii (hodierni videlicet, non primi illius, F de quo n. II diximus) fundationem et fundatores singulos complectuntur. Eas hic benevolo lectori, pro dictorum hactenus compendio, repraesentamus. Prudens et historiae peritus lector eas facili labore, ubi hallucinatae sunt, emendabit : quarum tamen errores, quanquam alias graves sint, rei nostrae et fundationi nihil officiunt. — Prima. Anno. Dominicae. Nativitatis. DCC. XXXIV. tempore. Gregorii. Papae. tercii. fundatum. est. Monasterium. Amorbach. per. S. Pirminium. Sancti. Mauri. discipulum. Episcopum. Meldensem. impensis. Caroli. Martelli. et. Pippini. filii. eius. postea. Regis. Francorum. sanctique. Bonifacii. Archi-Episcopi. Moguntini. Ruthardus. quoque. Comes. montis. in. Franckenberg. divino. tactus. Spiritu. huic. operi. tam. sancto. tamque. pio. inchoando. et. in. effectum. deducendo. sese. abfore. indignum. ratus. fundum. suae. dicionis. proprium. pro. construendo. Monasterio.

(1) Ed. Barack, p. 13; *Archiv*, tom. IV, p. 392. — (2) Cfr. supra, num. 78. — (3) Lib. I, in Theodorico rege 60mo (*Op. hist.*, Francof., 1601, p. 61). — (4) Exscriptis ap. Gropp, *Hist. mon. Amorbacensis* (Francof., 1736), p. 189. — (5) Cfr. Wattenbach, *Deutschl. Geschichtsq.*, ed. V, tom. II, p. 490. — (6) Op. cit., p. 5, n. 1. — (7) Ibid., p. 6, n. 2.

sancto.

AUCTORE C. D. S.

sancto. Pirminio. dono. dedit. Primus. vero. dicti. monasterii. Abbas. fuit. S. Amor. dicti. Pirminii. discipulus. a. quo. locus. nomen accepit. praefuitque. Monasterio. annis. XLIII. (1). *Altera inscriptio, paulo brevior, iisdem fere verbis enuntiatur. Verum quam fidem mereantur isti perantiqui codices et inscriptiones a Groppio citata, ut minus dicam, admodum incertum est.*

§ XII. De monasteriis a Pirminio fundatis in Alsatia.

ac denique aliorum quinque,

85. *Praeter Murbacense* (2), *alia quinque in dioecesi Argentoratensi monasteria* S. Pirminii *opera ordinata vel constituta indicat Vita prima* (3), *Schutteranum scilicet, Gengenbacense, Schwarzacense, Maurimonasteriense* et Novivillarense**. Quae omnia Argentorato civitati circumiacent, Schutteranum et Gengenbacense orientem inter et meridiem, alterum chilometris viginti duobus, viginti tribus alterum a metropoli distantia;* B *Schwarzacense vero inter orientem et septentrionem, chilometris viginti novem; Maurimonasteriense denique ac Novivillarense inter occidentem et septentrionem, illud chilometris viginti octo, hoc triginta septem ab eadem urbe recedunt.*

*Mauersmünster, Maurmoutier ** Neuweiler

quae Argentorato civitati

86. *Quidnam autem* Pirminius *circa singula ea monasteria egerit, nobis prorsus incognitum est, deficientibus quibusvis hac de re historicis documentis. Certe non omnia ab illo primum condita esse scimus. Nam* Schutteranum, *quod nonnisi saeculo IX a fluviolo praeterlabente hoc nomen accepit, antea* Offonis cella *vel* Offonisvillare *nuncupatum, ante medium saeculum VII iam exstitisse dubium non videtur* (4). Maurimonasterii *fundationem etiam ad extremum saeculum VI vulgo referunt eruditi* (5), *diploma tamen quod profertur Theoderici IV regis (an. 724)* (6) *apocryphum iudicantes, ubi a Childeberto II illud conditum asseritur et privilegia ab eodem concessa confirmantur, postulante Mauro, quem discipulum* S. Pirminii *faciunt et a quo monasterio aiunt novum nomen inditum* (7), *cum antea Leobhardi Cella vocaretur.*

adiacebant.

87. Novivillarense *quidem coenobium ante* C *medium saeculum VIII, ac proinde* Pirminii *temporibus, a Sigebaldo Mettensi episcopo conditum refert Paulus Diaconus scriptor coaevus* (8), *sed* Pirminii *nomen prorsus reticens. Nomen* Pirminii *item omnino praetermittit Ioannes Gorziensis vel quisquis est scriptor Vitae S. Chrodegangi, ubi fundatio monasterii Novivillaris S. Sigebaldo adscribitur* (9). — *Quod ad* Schwarzacense *attinet, diploma fundationis ab Ettone seu Heddone episcopo Argentoratensi datum anno 748 ex autographo vulgarunt Schoepflin* (10) *et Grandidier* (11), *iisdem omnino formulis (praeter ea quae in Schwarzacensi leguntur de dono praestando antistiti monasterium visitanti) expressum quibus diploma supra citatum* (12) *Widegerni pro monasterio Murbacensi, nisi quod pro Eberhardo comite hic legitur Rothardus comes et pro* Pirminio *Saroardus abbas. Locus construendo monasterio* D *assignatur* in insula qui vocatur Arnulfoauga iuxta fluvium Reni; *postea vero, anno scilicet 826, nomen cum situ mutavit coenobium, ubi, postquam prius illud incendio consumptum fuerat anno 825, cum monachi iniustas vexationes Ruthelini comitis, qui circumiacenti terrae dominabatur, declinare vellent, assentiente Ludovico Pio imperatore, in alteram Rheni ripam translatum est* (13). *Sed, quod maxime mireris, in illo diplomate, quod ab Ettone,* Pirminii *discipulo eiusque in monasterii Augiensis regimine primo successore* (14), *datum est, nulla reperitur* Pirminii *mentio. Unde legitima utique suspicio oritur, non aliam partem in condendo Schwarzacensi coenobio habuisse* Pirminium *nisi quod quidam discipuli eius, ex Augiensi monasterio assumpti, initium illi dederint. — Et idem forte dicendum est de coenobio Gengenbacensi, de cuius exordiis nihil omnino novimus, nisi quod in fragmento cuiusdam diplomatis Caroli Crassi (an. 885) legitur Ruthardus quoque comes (qui hoc loco dux appellatur) illius fuisse fundator* (15).

§ XIII. De expositione doctrinae christianae a Pirminio conscripta. E

Libelli de doctrina christiana

88. *Antequam ad fundationem Hornbacensis monasterii et ultimos* S. Pirminii *actus deveniamus, locus hic esse videtur agendi paucis de libello quodam ipsi attributo nec certe qui illi adscribatur indigno.*

Inter Vetera Analecta (16) *editum est a Mabillonio* ex veterrimo codice Einsidlensi (17) *compendium quoddam doctrinae christianae hoc titulo insignitum:* Incipit libellus abbatis Pirminii de singulis libris canonicis scarapsus, *id est excerptus* (18). *Huius auctorem non dubitavit Mabillonius fuisse* Pirminium *nostrum, de quo hic agimus: cui sententiae nemo, credo, eruditorum contradixit. Non solum enim nihil in opusculo illo occurrit, sive res ipsas spectes sive et genus dicendi, quod ab aetate* Pirminii *nostri abhorrere videatur, sed ipse codex, qui adhuc servatur in bibliotheca Einsidlensi, eadem illa aetate, id est saeculo VIII, descriptus est* (19); *neque alius illis temporibus memoratur* Priminius *seu* Pirminius F abbas, *cui opusculum adscribi queat. Illud novis curis ex codice Einsidlensi edidit cl. v. C. P. Caspari* (20). *Cuius brevem conspectum hoc loco proferre non pigebit.*

synopsis,

89. *Exordium libelli pauca quaedam refert ex historia Veteris Testamenti, de creatione videlicet angelorum et hominis, de peccato originali, de diluvio et de lege data Moysi. Breviter inde, sed admodum distincte, proponit scriptor historiam Christi Domini secundum Evangelia usque ad ipsius in caelos ascensionem, nec non ex Actibus apostolorum descensum Spiritus sancti in apostolos, eorumque per totum orbem terrarum praedicationem atque hierarchiam ecclesiasticam ab ipsis institutam et Ecclesiae catholicae* usque ad finem mundi per successionem episcoporum *perpetuitatem: ubi et symbolum fidei recitat, singulis apo-*

(1) Ibid., p. 9, n. 7-8. — (2) De quo cfr. supra, num. 58 sqq. — (3) Cap. 8. — (4) Cfr. Friedrich, tom. cit., p. 528-32. — (5) Ibid., p. 532-34. — (6) *M. G.*, Dipl. tom. I, p. 204. — (7) Eccard, *Franc. Orient.*, tom. I, p. 349, n. 23. — (8) *Gest. episc. Mettens. (M. G.*, tom. II, p. 267); cfr. Friedrich, tom. cit., p. 534-35. — (9) Cap. 9 *(M. G.*, tom. X, p. 558). — (10) *Alsatia diplomatica*, tom. I, p. 17. — (11) *Hist. de l'église de Strasbourg*, tom. I, Preuves, n. 43. — (12) Num. 65-68. — (13) Cfr. Grandidier, tom. cit., p. 425. — (14) Cfr. supra, num. 57. — (15) Grandidier, tom. II, Preuves, num. 152. — (16) Paris., 1723, fol., p. 65-73. — (17) Ibid., p. 73. — (18) Cfr. Cangii Glossarium ad v. *Scarapsus.* — (19) Cfr. *Archiv*, tom. VIII, p. 739. — (20) *Kirchenhistorische Anecdota*, tom. I (Christiania, 1883), p. 151-93. Cfr. p. VIII-XI.

stolis

A *stolis articulos singulos attribuens, nisi quod Mathiam omisit et eius loco substituit Thomam, cuius inde nomen bis occurrit, quod forte librarii oscitantia factum est. Postea ad officia hominis christiani describenda progressus, primo baptismi ritum perspicue exponit; deinde, quae vitia vitanda sint, multis allatis testimoniis Scripturae sacrae, indicat: ubi praecipue notandus venit elenchus rituum idololatricorum et superstitionum haud absimilis illi quem eodem saeculo VIII medio proposuit concilium Leptinense* (1). *Denique oblationes et decimas ad ecclesiam deferendas, ac frequentem corporis et sanguinis Domini susceptionem, praemissa peccatorum apud sacerdotem confessione, si qua* capitalia *seu mortalia admissa fuerint, graviter commendat, virtutesque vitiis supra reprehensis contrarias exercendas praescribit. Totam deinde paraenesim suam denuo brevioribus verbis resumit et compendio exhibet.*

et laus

90. *Praeclarum sane hic habemus* Pirminii *fidei et apostolici zeli monumentum, eximiam praecipuorum christianae fidei et doctrinae moralis capitum expositionem, sermone admodum simplici et* B *perspicuo, qui utique, ut ferebat temporis condicio, soloecismis non vacat, conscriptam, quaeque simul argumento est quam versatus fuerit* Pirminius *in sacris libris legendis et apte citandis. Et hinc forte novam confirmationem deducere licet qua demonstretur* Pirminium *non Francum fuisse, sed ex Hibernia venisse in Franciam: neque enim in hac regione tantam litterarum peritiam reperire est quantam prodit huius libelli conscriptio, cum in Hibernia tunc illa studia maxime florerent.*

§ XIV. De ultimis S. Pirminii actibus, deque eius obitu et sepultura.

Initia Hornbacensis coenobii;

91. *Ultimum omnium a Pirminio fundatum indicat scriptor Vitae primae monasterium Gamundiense seu Hornbacense* (2), *in dioecesi Mettensi, chilometris fere quinque ad meridiem Biponto* * *dissitum, ac deinceps, secundum eiusdem scriptoris narrationem, in ea regione usque ad obitum suum vixit, et etiam episcopalia munera, sal-* C *tem confirmationis sacramentum conferendo* (3), *exercuit. Non tamen ipsum monasterium incoluisse videtur, sed propter incommoda nonnulla et praesertim* ob femineum sexum, cuius in aliis locis ab eo factis prohibebat ingressum, ne consuetudo inde feminis oriretur illuc frequenter veniendi, ad ministerium sanctum agendum *(id est ad confirmationis sacramentum administrandum)*, remeavit ad priora habitacula (4), *qua voce vicum Medelsheim designari censuimus* (5). *Itaque nec ipse monasterium rexit, sed illi praefecit quendam ex discipulis suis, Iacobum nomine. Is nobis innotuit ex diplomate quo anno 755 Adala, filia Bodoli, villas Wasselnheim et Esphenwilere donavit* ad monasterium Gamundis, quod est in honore sancti Petri et ceterorum sanctorum constructum, ubi in Dei nomine Iacobus episcopus cum monachis suis ibidem consistentibus regulariter degere videntur (6). *Quin et* Iacob vocatus Abba *iam subscripsisse legitur diplomati dato ab Ettone Argentoratensi episcopo pro monasterio Schwarzacensi anno 748* (7) : *unde concluditur coenobium Hornbacense ante hunc annum fuisse constitutum; nisi quis gratuito contendere vellet aut Iacobum illum, qui diplomati Schwarzacensi subscripsit, diversum esse ab abbate Hornbacensi, aut eius subscriptionem non statim confecto diplomati fuisse appositam, sed aliquot post annis eidem subiunctam, quod quidem aliquando factum esse aliis exemplis in re diplomatica ostenditur. At manifeste ex dictis sequitur prorsus apocrypham esse* decretalem cartam *qua monasterii Hornbacensis condendi licentiam concessisse fingitur Carolus M. imperator in diplomate Henrici IV dato anno 1072* (8).

* Zweibrücken

S. Pirminii ibidem cum S. Bonifatio congressus;

92. *Dum autem* S. Pirminius *in praedicta regione versabatur, invisit eum S. Bonifatius archiepiscopus Moguntinus. Id quoque rettulit primae Vitae scriptor* (9), *qui nec obscure significat congressum illum contigisse paulo ante Bonifatii ultimum in Frisiam iter gloriosumque martyrium* (10). *Quem tamen potius anno 751 vel 752* E *illigarint qui admittunt Pippinum regem a Bonifatio consecratum esse apud Suessiones extremo anno 751 vel ineunte 752, quod iam recentioribus eruditis certum videtur* (11) : *Bonifatio enim Suessionibus Moguntiam redeunti facile iter potuit esse per Gamundium.*

commercia sancti cum coenobiis Weissemburgensi

93. *Iisdem temporibus frequens adiit* S. Pirminius *monasterium Weissemburgense* (12), *in dioecesi Spirensi, chilometris fere quadraginta quattuor Hornbaco inter orientem et meridiem distans, cum huius coenobii monachis de vitae religiosae secundum regulam S. Benedicti institutione collaturus. Sed et codex Weissemburgensis indicat* basilicam in modum crucis factam *illic esse in eius honorem (vel forte eius opera* (13) : *unde colligeretur eum architectonicae artem fuisse peritum* (14), *quod apud Scotos seu Hibernos monachos insuetum non erat). Immo Gallus Oehem* Pirminium *Weissemburgensis coenobii fundatorem facit* (15), *sed forte non alio testimonio nixus quam ipsius Vitae, ubi id sane neutiquam asseritur. Certe monasterium istud ante annum 695 primum conditum fuit* (16).

et Dolegiensi.

94. *Praeterea, si Ioannem Egonem audiamus* (17), si quando per otium licuisset, Tholgium sive Dolegium *, Trevericae dioecesis nobilissimum asceterium a rege olim Dagoberto anno 627 fundatum sanctoque Mauritio martyri dicatum invisere solitus fuit (Pirminius), monachosque regulae nostrae monasticae observantiores non modo efficacia sermonis sed etiam inculpatae vitae exemplo reddidit; interque illos aliquanto tempore maxima eorundem spiritali aedificatione commoratus est, monasteriumque et pulchrioribus structuris exornatum et religiosioribus institutis moribusque excultum post se reliquit. *Trithemius item* (18), *mentione facta fundationis coenobii Dolegiensis :* Et sanctus Pirminius, *ait,* praesul et monachus postea pulchrius decoravit. *Sed et in* Chronico Hirsaugiensi (19), *monasterium Dolegiense a* Pirminio *constructum et sanctum Wandalinum ipsius discipulum illi praefectum esse asseritur.*

* Tholey

(1) Mansi, *Conc.*, tom. XII, p. 375. — (2) Capp. 9, 11. — (3) Cap. 10.— (4) Ibid., cap. 11 extr.— (5) Cfr. supra, num. 41. — (6) Schoepflin, *Als. dipl.*, tom. I, p. 33, n. 26. — (7) Cfr. supra, num. 87. — (8) *Mon. Boic.*, tom. XXXI, p. 350. — (9) Cap. 12. — (10) Ibid., extr. — (11) Hahn, *Jahrbücher 741-752*, pp. 146, 229 sqq.; Oelsner, *König Pippin*, p. 34. — (12) Vitae cap. 11 extr. — (13) Cfr. infra, annot. *bb*. — (14) Cfr. et num. seq. — (15) Ed. Barack, p. 13; *Archiv*, tom. IV, p. 392. — (16) Cfr. Zeuss, *Traditiones Wizenburgenses* (Spirae, 1842), p. XIII. — (17) *De vir. ill.*, part. III, sect. I, cap. 1. — (18) *Comp. Annal.* in Clodoveo II rege 52° (*Op. hist.*, p. 54). — (19) Tom. I, pp. 13, 161.

95. *Felicem*

In eodem monasterio vita functus est anno circiter 754,

95. *Felicem* S. Pirminii *obitum paulo post ipsius cum S. Bonifatio congressum contigisse innuit antiquae Vitae scriptor* (1), *cum praesertim superius* (2) *significasset sancto, ubi Hornbacensi monasterio constituendo manum admovit, proximum sibi mortis diem fuisse praecognitum. Annum inde illius obitus statuit Grandidier* (3) *fuisse aerae christianae 754 ; Rettberg vero* (4) *annum 753, quia* Iacobus abbas *iam anno 754 subscripsit cuidam instrumento* (5). *Quod argumentum non valet : gratuito enim praesumit Iacobum fuisse* Pirminii successorem (6). *Mabillonius* (7) *mortem* Pirminii *innectit anno circiter 758. Harum opinionum cur unam potius quam aliam eligamus, sufficiens ratio non apparet, neque aliud quidpiam hic affirmari posse videtur nisi hoc solum,* Pirminium *paulo ante vel non multo post S. Bonifatii martyrium ex hac vita migrasse. Sed neque ipsius huius martyrii tempus satis certo constat, quod alii anno 754, alii anno 755, die 5 iunii, contigisse volunt* (8).

die 2 novembris,

96. *Quod autem ad diem emortualem spectat, antiqua Vita depositionem* Pirminii *in monasterio Hornbacensi celebrari ait* (9) quarto die nonarum novembrium *seu die 2 novembris ; neque respondere licet forte hic mendum ab exscriptore fuisse admissum, nisi simul fingatur illud iam exstitisse in primario aliquo exemplari, unde in omnia apographa transiit; omnes enim codices hanc lectionem referunt. Attamen et Vita secunda et martyrologia inde a medio saeculo IX* Pirminii *memoriam ad diem 3 novembris assignant* (10). *Neque rursus dicatur celebritatem eius translatam esse propter occurrentem die 2 novembris commemorationem omnium defunctorum : haec enim primum post medium saeculum X auctore Odilone Cluniacensi introducta est. Quae difficultas qua ratione solvi valeat, ingenue fateor mihi non esse perspectum.*

ibidemque sepultus.

97. *Corpus* S. Pirminii *in Hornbacensi monasterio sepultum fuisse satis indicat primae Vitae scriptor* (11) *et diserte omnino Walafridus Strabus, monachus et abbas Augiensis ante medium saeculum IX, in carmine de visione Wettini, ubi post memoratam Augiensis coenobii fundationem haec subiungit :*

C

Huius (Pirminii) quisque velit sanctam cognoscere vitam,
Ipsa sepulcra petat : satis ipse probabit in Hornbach (12).

Demonstrat id etiam liber de miraculis S. Pirminii *in Hornbacensi monasterio conscriptus ineunte saeculo XI* (13), *ubi et sancti sepulcrum memoratur* (14). *Itaque nulla ratio habenda videtur traditionis illius quam propagare conati fuerint nonnulli monachi Augienses, Hornbacensium gloriae in hac re invidentes et ideo contendere nitentes paulo post mortem* Pirminii *corpus eius effosso sepulcro extractum et Augiam translatum esse. Quam traditionem referens Gallus Oehem* (15), *Augiensis et ipse, neque sibi neque aliis monachis Augiensibus sui temporis ulla fide dignam videri significat.*

D

§ XV. S. Pirminii mentio in fastis sacris.

Cultum S. Pirminii inde ab ineunte saeculo IX celebrem

98. *Brevi et forte statim post mortem* S. Pirminii *publicum cultum ei exhibitum fuisse ostendit, praeter martyrologia duo Hieronymiana* (16), *Vita prima, ineunte saeculo IX conscripta* (17), *in qua legitur* (18) : In Hornbachensi coenobio quarto die nonarum novembrium depositio est sancti Pirminii episcopi : ubi per illius merita sancta experiuntur infirmi multa beneficia Christi, caeci visum, surdi auditum, claudi gressum, variisque detenti infirmitatibus misericordiam Dei. *Eiusdem rei praeclarum testimonium praebet carta donationis monasterio Hornbacensi factae anno 827, in qua haec occurrunt :* ego in Dei nomine Adalbertus... dono atque trado ad monasterium quod vocatur Hornbach sive Gamundias et est in honorem sanctae Mariae et sancti Petri atque sancti Perminii, ubi vir venerabilis Wyrundus abbas praeesse videtur (19).

manifestant documenta non pauca,

99. *Ante medium quoque saeculum IX* Pirminium *celebravit Rhabanus Maurus tum in Martyrologio suo ad diem 3 novembris annuntians :* Eodem die depositio sancti Permenii confessoris, *tum epigrammate suo 68, quod, praefixa inscriptione* Versus juxta corpus Permenii scribendi, *ita conceptum est :*

Permenius praesul, Christi confessor, et ipse
Hanc aedem inhabitat, consecrat atque locum.
Qui propter Christum praesentia gaudia mundi
Spernens, pauperiem eligit atque sibi.
Deseruit patriam, gentem, simul atque propinquos :
Ac peregrina petens, aethera promeruit.
Gentem hic Francorum quaesivit dogmate claro,
Plurima construxit et loca sancta Deo.
Hic quoque nunc pausat deponens corporis artus,
Atque anima sursum regna beata tenet.
Adiuvat et quosque qui digne caelestia quaerunt,
Riteque conservat ipse suos famulos (20).

F

die 3 novembris

100. *Sequuntur eiusdem saeculi martyrologia Ecclesiae Germanicae* (21) *et Argentoratense* (22); *Kalendarium ecclesiasticum ex codicibus Petershusano et Solodorensi, quod ex quibusdam indiciis Hornbaci scriptum manifestatur : in quo Kalendario* Natale S. Perminii *ad diem 3 novembris signatum est litteris maiusculis, et ad diem 10* Octava S. Perminii (23); *Kalendarium diptychum in codice Augiensi, nunc bibliothecae Caesareae Vindobonensis, ubi etiam ad diem 3 novembris legitur mentio* Sancti Pirminii episcopi (24); *et Kalendarium Coloniense conscriptum inter annos 889 et 891* (25).

in plerisque martyrologiis

101. *Quibus adde martyrologium antiquissimum*

(1) Cap. 16. — (2) Cap. 9 extr. — (3) *Hist. de l'église de Strasbourg*, tom. I, p. 299. — (4) *Kirchengesch. Deutschl.*, tom. II, p. 58. — (5) Schoepflin, *Als. dipl.*, tom. I, p. 33. — (6) Cfr. supra, num. 91. — (7) *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. II, p. 186. — (8) Cfr. Wattenbach, *Geschichtsq.*, tom. I, p. 127, not. 4. — (9) Cap. 16 extr. — (10) Cfr. infra, num. 98-104. — (11) Cit. num seq. — (12) Cfr. supra, num. 6. — (13) Cfr. supra, num. 20. — (14) Cap. 9 extr. — (15) Ed. Barack, p. 16. — (16) Cfr. infra, num. 102. — (17) Cfr. supra, num. 7. — (18) Cap. 16 extr. — (19) Ed. ab Andr. Lamey inter *Commentationes Academiae Theodoro-Palatinae*, tom. I (1766), p. 295. — (20) *Poet. Lat.*, ed. Duemmler, tom. II, p. 224. — (21) Ed. a M. F. Beck. — (22) Ap. M. Gerbertum, *Monum. veteris liturgiae Alamannicae*, part. I, p. 467. — (23) Ibid., p. 480. Cfr. infra, num. 105. — (24) Ibid., p. 490 ; Boehmer, *Fontes rerum Germanicarum*, tom. IV, p. 140 (cfr. Praef., p. XXIII). — (25) Ed. A. J. Binterim Coloniae, 1824.

Augiense

A *Augiense (forte saeculi IX vel X)* (1) *et Kalendarium ex ms. Murensi saeculi XI, ubi* Pirminius *signatur ad diem 1 novembris* (2). *Praeterea inter Kalendaria edita a Fred. Althano, Gertrudianum Treverense, scriptum inter annos 979 et 993 :* Pirmini abb. (3); *Mosacense I, saeculo XII scriptum, ut videtur, pro monasterio S. Viti in Carinthia* (4); *Mosacense II, scriptum saeculo XIII pro monasterio Mosacensi in dioecesi Aquileiensi* (5); *et Kalendarium S^ae^ Elisabethae Hungarensis, ab ipsa dono datum Foroiuliensibus, ubi nomen sancti sic effertur :* Firminii episcopi (6).

eius memoriae assignata,

102. *Inter martyrologia vero quae dicuntur classica, ex Hieronymianis imprimis citandum venit quod ex antiquissimo codice Bernensi, saeculi VIII vergentis vel incipientis IX, secundum cl. v. Gulielmi Arndt apographum vulgavimus ante paucos annos in capite tomi XIII octobris; ubi ad diem III nonas novembris elencho sanctorum adicitur :* Et depositio domni Pirminii episcopi bone memorie : *quae tamen annuntiatio haud scio an potius obitualis aliqua memoria, quales non paucae in illo martyrologio passim occurrunt,* B *quam propria significatio cultus habenda sit. Attamen et in altero Hieronymiano contracto, a nobis edito ex codice Treverensi, eiusdem fere, ut videtur, cum Bernensi aetatis, legitur etiam ad diem 3 novembris :* Et depositio Perminii episcopi (7). *Praeterea Pirminium nostrum memorant ad eandem diem Fuldense seu Leidense saeculi X :* Gamundis monasterio Perminii episcopi (8), *atque iam olim edita Gellonense, San-Remigianum et Baluzianum :* Depositio Permenii episcopi ; *San-Gallense :* Depositio Pirminii, Amandi, episcoporum et confessorum; *Richenoviense :* Alibi, depositio sancti Pirminii episcopi; *Labbeanum :* Depositio domni Pirminii episcopi bonae memoriae; *Turonense :* Permini episcopi.

nonnullis tamen de eo silentibus;

103. *At, praeter Hieronymiana duo modo citata, Bernense et Leidense, et Rhabanum Maurum,* Pirminii *memoriam praetermiserunt ceteri martyrologi saeculi IX, Wandelbertus, Ado, Notkerus. Nec magis reperitur in Usuardino puro, sed tantummodo in nonnullis Auctariis. Nimirum in codice Usuardino coenobii Augiensis saeculi XI vel XII ineuntis legit G. W. Zapf :* Eodem die natale S. Pirminii corepiscopi, qui multorum C monasteriorum fundator extitit (9). *Et inter Auctaria Sollerio visa,* Pirminium *memorant Rosweydanum, Hagenoyense, Aquicinctinum, Daveronense et Altempsense. Quibus accedunt editiones Lubeco-Coloniensis, Greveni et Molani ; ac denique Martyrologium Romanum, his verbis :* Item depositio sancti Pirminii Meldensis episcopi.

sed cultus iste

104. *Eiusdem nomen suis martyrologiis vel menologiis inseruerunt scriptores Benedictini Wion, Menardus, Bucelinus et alii; Scotico menologio Thomas Dempsterus, apud Boios et Avaros illum coli indicans; Gallicano martyrologio Andreas Saussayus, qui Metas locum cultus assignat, Martyrologio et Catalogo sanctorum suis Castellanus et Ferrarius, quorum prior in finibus dioeceseos Treverensis, id est, credo, in tractu Luxemburgico, alter Ratisponae memoriam* Pirminii *celebrari aiunt.*

fere conclusus fuisse videtur infra monasteria ab ipso condita,

105. *Ceterum, quod iure miratur Friedrich, cum tam brevi post* Pirminii *mortem nomen eius beatorum catalogo adscriptum sit, simul tamen periit memoria eorum quae circa propagandam in Germania Christi fidem gessit, quod non solum inde colligitur quod scriptor primae Vitae eius ineunte saeculo nono iam nihil de apostolicis illius laboribus rescire potuit, sed et in litaniis sanctorum in codice Monacensi lat. 8114 saeculo quoque nono descriptis, inter nomina omnium eorum qui saeculis VII et VIII religionem christianam in regno Francorum praedicarunt, solius* Pirminii *praetermissum est. Unde colligere licet eius venerationem fere monasteriis ab ipso conditis* (10) *fuisse conclusam. Huius venerationis, praeter superius citata, monumentum affertur pictura qua insignitus est codex saeculi IX Solodori servatus* (11). *De quo Ambrosius Eichhorn* (12) : Extat, *inquit,* ad S. Ursum Solodori in Helvetia antiquum sacramentarium, ut aiunt, ab anonymo monacho conscriptum, quod ille Adalberto *(primo abbati Fabariensi circa annum 731)* dedicavit. Pingitur abbas librum hunc S. Pirminio offerens. *At secundum Lütolf* (13), *qui codicem* evangeliarium *vocat, in tituli pagina repraesentatur* S. Pirminius D *librum e manu angeli accipiens et Adalberto donans, qui et ipse illum tradit Ebernantuilo librario. Praeclarum hunc codicem ab Adelhaide, Ottonis I imperatoris uxore, e Weissemburgensi coenobio acceptum et ecclesiae Sancti Ursi traditum existimat idem Lütolf* (14).

§ XVI. De cultu S. Pirminii in regione Luxemburgica.

et regionem Luxemburgicam :

106. *Cultum hunc eiusque historiam satis fuse descripsit ven. vir I. Weicherding in opusculo unde iam quaedam excerpsimus circa sancti in Luxemburgico tractu commorationem* (15). *Eius exordia ab ipsa* Pirminii *aetate repetunt; nec improbabili argumento : cum enim, ut modo diximus,* Pirminii *memoria extra monasteria ab ipso condita tam brevi obliterata sit, non apparet qua ratione serius cultus iste illuc propagatus fuisset. Attamen, praeter traditiones populares* (16), *non exstat antiquius eius vestigium instrumento quo* Walterus F advocatus Arlunensis *anno 1195 concessit Henrico duci Limburgensi ius feodale in* montem Sancti Pirminii cum terra adiacente, *ea conditione ut ipse Henricus* ecclesiam Sancti Pirminii in eodem monte sitam cum adiacentibus *agris contraderet* ecclesiae Beatae Mariae in Lucemburch. *Apographum huius instrumenti repperimus in Regesto abbatiae Monasterii B. Mariae* Luxemburgensis ineunte saeculo XIV exarato et nunc reposito in archivo publico Arlunensi : unde illud exscriptum hic exhibemus. Haec est apographi inscriptio :* Privilegium prestacionis Henrici ducis de Limburch qua Walterus advocatus Arelunensis confert ecclesie montem Sancti Pirminii cum terra adiacente, de consensu ipsius ducis. *Iam sequitur ipsum documentum :*

* Munsterabtei

ubi ecclesia eius

107. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Henricus dux de Limburch. Quoniam ex revo-

(1) Ap. Gerbertum, op. cit., p. 467. — (2) Ibid., p. 499. — (3) Ap. Alth., p. 125. — (4) Ibid., p. 149. — (5) Ibid., p. 172. — (6) Ibid., p. 187. — (7) *Analect. Bolland.*, tom. II, p. 30. — (8) Ibid., tom. I, p. 44. De Pimminio vero vel Priminio seu Pigmenio Augustodunensi, qui in eodem et in Bernensi memoratur ad diem 1 nov., videsis tom. XIII Oct., p. 916. — (9) *Reisen in einige Klöster Schwabens*, etc. (Erlangen, 1786), p. 149.— (10) Et in tractu Luxemburgico. Cfr. § seq. — (11) Cfr. supra, num. 100. — (12) *Episc. Curiensis*, p. 268. — (13) *Die Glaubensboten der Schweiz vor St. Gallus* (Lucern, 1871), p. 29, not. 6. — (14) Ibid., p. 87. — (15) Supra, num. 30 sqq. — (16) Cfr. ibid.

AUCTORE C. D. S.

lucione temporum obliviones plerumque patitur humana infirmitas, quecumque digna sunt ad noticiam posterorum nostrorum transmitti immortali, mortales litterarum memorie debent commendare. Notum facimus, tam futuris quam presentibus quod Domnus Walterus advocatus Arelunensis montem sancti Pirmini cum terra adiacente sicut certis metarum terminis designatur (unus enim terminus est publica strata per quam itur ab Asc* Bastoniam; secundus via que tendit ab Asc Budeseth; tertius et quartus due valles ex utraque parte montis), quem a nobis in feodo tenebat et sui sequaces tenere debebant nobis resignavit et coram hominibus nostris, assensu filii sui Walteri et heredum suorum, tunc vivencium, ius feodale deposuit. Hac condicione tamen quod Ecclesiam sancti Pirmini in eodem monte sitam cum adiacentibus ecclesie beate Marie in Lucemburch pro libero allodio nostro contraderemus. Nos vero pie voluntati sue consencientes et pro remissione peccatorum nostrorum predictum allodium beate Marie contulimus, sed advocaciam nobis retinuimus. Facta est huius B elemosine collacio apud Lucemburch in Assumpcione beate Virginis, iudicio Domni Arnulphi illustris viri de Rupe et aliorum plurimorum nobilium virorum. Sciendum est eciam quod dictus Walterus ob veniam delictorum suorum ecclesie beati Pirmini contulit, quod fratres in eodem loco servientes, ubicumque terram suam colerent, terraginem non solverent. Anno dominice incarnationis MCLXXXXV. Testes huius facti Hen. Comes Namuc., Comes de Salma, Gilo de Cons, Gilo de Oren, Anselmus de Kalere, Nicolaus de Bettinga, Iohannes de Bursche et alii quam plures. Sigillato* autem sunt huius copie littere originales sigillo dicti domini ducis in cera virginea pressulis canabeis pendente, ut hic inferius conspicitur.

* Esch?

* sic

Collatione facta concordat p[rese]ns copia de verbo ad verbum cum suo vero originali.

Jo[ann]es Reyniers Not[ariu]s.

et fons

108. *Ex eo tempore, ut videtur, secundum morem consuetum in hoc genere beneficiorum, sacerdos unus et frater laicus ex Monasterio Luxemburgensi deputati sunt qui ecclesiolae et fontis Sancti* C *Pirminii curam gererent et agros circumiacentes excolerent : quorum habitaculo constructa est domuncula paulo amplior cella antea ibidem exstante, quam duo eremitae hactenus occupabant. Haec demonstrantur ex aliis nonnullis documentis in praedicto Regesto Monasteriensi descriptis* (1) *et ex ruderibus illarum habitatiuncularum, inter quae et lapides sepulcrales reperti sunt nomina exhibentes quorundam sacerdotum et laicorum qui ex Monasterio missi fuerant* (2). *Ex alio lapide ibidem invento constare videtur eremitorium et ecclesiolam reaedificata fuisse ante medium saeculum XIII* (3).

concursu populari admodum

109. *De pietate plebis erga* S. Pirminium *saeculo XIV ita testatur notula eidem Regesto Monasteriensi inserta :* Ad montem S. Pirminii, situm inter Bastnach et Wiltz, fit quotidie frequens populi concursus, ad S. Pirminii benignam opem implorandam. Id praestant praecipue parentes, quibus liberi sunt genere quodam morbi in his partibus valde noto laborantes. Hi parvulos suos ad sacellum vehunt vel asportant, curantque ut D missae intersint ; inter quam ad S. Pirminium preces fundunt, ut ipse apud Deum illorum sanationem imploret. Peracta missa, tendunt ad radicem montis, ubi limpidissimus fons profluit (4), cui nomen a S. Pirminio impositum est ; fonti pueros ter immergunt ; quos inde iam integra valetudine donatos domum reducere licet (5).

celebrata fuere,

110. *Postquam vero saeculo XV vicus Kaundorf ecclesiam parochialem obtinuit, iam ex Monasterio Luxemburgensi nulli sacerdotes missi sunt, sed solummodo fratres laici, qui sacellum et fontem* S. Pirminii *custodirent ; circumiacens autem fundus a Monasterii praepositis elocatus est sive laicis sive sacerdotibus. Haec docent tum citatum iam saepius Regestum seu chartularium Monasteriense tum Chronicon ineditum parochiae Kaundorf quod ante medium saeculum XVIII confecit quidam eius parochus, nomine Huberti, praecipue complectens ea quae ibidem contigerunt ab anno 1705 ad annum 1738, praeter alia nonnulla ab eodem ex traditionibus sive scriptis sive oralibus collecta. Inter eos qui agros fundi Sancti Pirminii* E *conducti habuerunt citatur sacerdos ex Wiltz, nomine Ioannes Böwen, cui concessi sunt anno 1440 pro vitae suae tempore, ea condicione ut annuum censum Monasterio praestaret florenorum trium et singulis quindenis missae sacrificium in sacello celebraret* (6).

fama miraculorum

111. *Saeculo deinde XVI, scilicet ab anno 1516, eosdem agros eodem censu florenorum Rhenanorum trium obtinuit Hartardus dominus de Wiltz ; cuius filiolus, Ioannes nomine, cum rachitismo seu, ut ibidem vocatur,* malo S. Pirminii *afflictus esset, virtute fontis sanatus est. Qui et ipse post mortem patris dominium de Wiltz hereditario iure consecutus,* villam Pirminii *conducti habuit, praestita fide se obligans ad annuum censum florenorum germanicorum (thalers) viginti Monasterio praestandum et ecclesiolam cum cella eremitoria instaurandam. At promissum hoc de aedium instauratione, temporum calamitatibus praepeditus, ipse solvere non valuit. Solvit autem filius eius, et ipse Ioannes appellatus, cognomine Quintus sive Senior, qui illi successit anno 1609 ; sed nonnisi anno 1653 perfecta est ecclesiolae structura ; cella vero, quam unus incolebat eremita, ex piorum eleemosynis vitam sustentans, restaurata non est. Antea* F *autem, decursu saeculi XVI, aediculam supra fontem exstruxerunt parochi vici Kaundorf, quae anno 1793 eam formam accepit quam adhuc servat* (7). *In ea aedicula posita est vetustissima, rudi arte exsculpta,* S. Pirminii *episcopi statua ; sed hanc recentiori tempore impia manus raptu sustulit. In ecclesia conspicitur vetustissima item sancti effigies, coloribus in tela depicta, quae illuc ex oratorio domestico dominorum de Wiltz translata est anno 1724* (8).

quae ibidem impetrantur

112. *Non cessabat interea concursus eorum qui* S. Pirminii *opem, praesertim pro pueris rachiticis, imploraturi piam ad eius fontem peregrinationem suscipiebant. Testantur id, ad annum 1600, Bertelius* (9), *et quoad posteriora tempora, Antonius Schauls ex Kaunsdorf, eremita apud oratorium S. Pirminii, in praefatione ad libellum quem anno 1711 conscripsit idiomate germanico de Vita* S. Pirminii, *excerptum scilicet ex Vita secunda edita apud Browerum. Idem eremita eremitorium*

(1) Cfr. Weicherding, p. 50. — (2) Ibid., p. 55. — (3) Ibid., p. 54. — (4) Cfr. supra, num. 30-32. — (5) Weicherding, p. 56. — (6) Ibid., p. 57-58. — (7) Cfr. supra, num. 30. — (8) Weicherding, p. 59-64. — (9) *Hist. Luxemb.* (Colon. 1605), p. 198.

A *et partem oratorii incendio consumpta anno 1714 pecuniis in vicina regione collectis instauravit* (1).

perseverante

113. *Ipsa autem eremitorii institutio, sicut et aliae omnes eiusdem generis in Belgio, suppressa fuit anno 1783 decreto Iosephi II imperatoris. Inde vetusta cellula, quae eremitae habitaculo erat, prorsus neglecta, mox iniuria temporum dilapsa est; ac postea, eo loco ubi exstabat horto instructo, ipsa rudera sublata sunt, adeo ut ab amplius quadraginta annis iam nulla eius vestigia appareant. Ecclesiola vero Sancti Pirminii et sacellum fonti impositum cum praedio et agris tempore gallicae perturbationis extremo saeculo XVIII fisco addicta et publice vendita, a laicis comparata fuerunt, semper tamen publicae pietati ex licentia possessorum patuerunt, donec tandem anno 1862 cesserunt ecclesiae parochiali vici Kaundorf* (2).

usque ad nostra tempora.

114. *Itaque usque ad haec tempora perseveraverunt tum frequentia peregrinorum tum fama sanationum, quae vix non cotidie pueris praesertim rachiticis per triplicem eorum, sub invocatione trium personarum SS. Trinitatis, in fonte immersionem illic impetrari dicuntur. Oculorum etiam* B *aegritudines per ablutionem aquae ex fonte* S. Pirminii *haustae curantur. Haec oculorum sanatio postulatur praecipue in die festo S. Mariae Magdalenae seu 22 iulii vel dominica sequente, post benedictionem fontis a sacerdote peractam. At maiori apparatu huiusmodi benedictio celebratur die secunda pentecostes, qua die instituitur sollemnis pompa seu processio, qua SS. Sacramentum huc defertur ex ecclesia parochiali vici Kaundorf, et post benedictionem fontis immerguntur aquis pueri rachitici ritu praedicto, qui plerumque, ut asseritur, inde sani domum revertuntur. Analysi autem chemica aquae fontis compertum est hunc effectum nequaquam adscribi posse peculiari cuidam et naturali huius aquae virtuti* (3).

§ XVII. De cultu S. Pirminii in monasteriis Hornbacensi et Augiae Divitis.

Hornbaci quoque S. Pirminii *sepulcrum miraculis clarum.*

115. *Novimus* S. Pirminii *corpus in monasterio Hornbacensi sepultum et miraculorum fama celebratum fuisse usque ad saeculi XI exordium, atque ad illud, praesertim die annuae sancti commemorationis, maximam populi multitudinem confluere consuevisse* (4). *Quidnam vero in eodem monasterio circa sepulcri ornatum et reliquum tanti patroni cultum praestitum fuerit, praeterquam quod festivitas eius sollemniori ritu cum octava illic agebatur* (5), *nullo documento, quod ad nostram notitiam pervenerit, compertum nobis est. Mansit autem ibidem sanctum corpus donec saeculo XVI, protestantibus eam regionem vastantibus, illud Oenipontum transferre libuit* (6).

In Augiensi coenobio ecclesia eius nomine dedicata

116. *Quod autem spectat ad Augienses, horum abbas vigesimus quintus, Wittigowo, qui ab anno 985 ad annum 997 monasterio praefuit, secundo sui regiminis anno sacellum exstruxit* S. Pirminii *nomine dicatum, teste Burchardo monacho, in carmine de illius abbatis gestis conscripto, his verbis:*

AUCTORE C. D. S.

Ut cursus anni tunc advenere secundi,
Divini cultus non immemor ille beatus
Pulchre formatam coepit fundare capellam
Porta monasterii qua pandit pervia, claustri
Omnibus aggressum demonstrans atque regres- [sum:
Quam sub Pirminii sacravit honore beati,
Qui pastor primo me rexit amore paterno (7).

Sacellum istud, quo tempore scribebat Gallus Oehem, id est extremo saeculo XV, iam dudum destructum erat; sed exstabat adhuc altare S. Pirminii, *cuius dedicatio celebrabatur die dominica post festum S. Iacobi, quodque iam ante Wittigowonem in abside ecclesiae erectum, ab hoc abbate anno primo praefecturae suae restauratum et ornatum fuit* (8).

nonnullas illius reliquias servavit;

117. *Nulla inde de* Pirminii *cultu in Augia Divite memoria servata est usque ad medium saeculum XV. Quo tempore, ut narrat Ioannes Egon* (9), Fridericus Wartenbergius abbas *(Augiensis)*, cum Basileensi concilio ad annum 1450 interesset, ibique abbatis Hornbacensis subinde familiari consuetudine uteretur, et aliquando de utriusque monasterii fundatore, S. Pirminio videlicet, sermo institueretur, rogare coepit eundem, ut de viri sancti reliquiis frustulum aliquod sibi Augiensique suo monasterio transmittere dignaretur. Quod abbas Hornbacensis stipulata manu haud difficulter se praestiturum spopondit, et abbas Fridericus per Joannem Schenkium de Landek Augiae monachum, in Hornbach ea de causa ablegatum, recepit, magnoque in pretio, praesertim quod Pirminii pollex esset, habuit. Qui pollex hucusque in Augia cum viridi sancti viri dalmatica et sacro cingulo digno honore adservatur et colitur. E

invocatur ibidem sancti patrocinium praecipue adversus venenatorum animalium

118. *De cingulo non loquitur Oehem. Dalmaticam autem sericam fuisse ait et per eam multa miracula fieri, praesertim in sublevandis mulieribus parturientibus, quibus imponi vel saltem admoveri solebat* (3). *Testatur idem scriptor multam hominum plebem ad altare* S. Pirminii *concurrere, qui se suasque domos, hortos et pecora sancto commendarent ut a venenatorum animalium noxia immunes servarentur. Nominatim quendam sibi amicum sacerdotem appellat Henricum Swartz de Rudolphi Cella*, cuius presbyteralis domus cum venenatis serpentibus infestaretur, concepto voto quotannis oblationem faciendi ad altare* S. Pirminii, *ab hac peste omnino liberatus est. Memorat denique Augiensem insulam omnino immunem esse ab iniuriis murium, quorum nulli intra eam consistere aut vivere valent.*

* Ratolfzell

infestationem

119. *Idem de serpentibus, bufonibus et lacertis, quamvis insulae solum valde udum sit, asserit Browerus* (10), *qui et subiungit:* Vim vero adversum venena cibo aut potioni noxia alexiacam universe maiores S. Pyrminio tribuerunt. Unde in apographi Vitae vestibulo scriptum reperiebam, ereditum quondam nil noxium contrahi ubi sumendum victum sic benedixerant:

Sanctificet nostram sanctus Pyrminius escam;
Dextera Pyrminii bene † dicat pocula nostra.

Eandem traditionem refert P. Joannes Bernstein, e Soc. Iesu, in Oenipontano collegio philosophiae lector,

(1) Weicherding, p. 64-66. — (2) Ibid., p. 66-69. — (3) Ibid., p. 71-76. — (4) Cfr. supra, num. 97. — (5) Cfr. supra, num. 100. — (6) Cfr. infra, num. 122 sqq. — (7) *M. G.*, tom. IV, p. 628, v. 331-337. Cfr. Gallus Oehem, ed. Barack, p. 91. — (8) Oehem, ed. Barack, pp. 26, 27, 90. — (9) *De vir. illustr. Aug. Div*, part. III, sect. I, cap. 1. Cfr. Gall. Oehem, ed. Barack. p. 16. — (10) Ed. Barack, pp. 30, 17. — (11) Vit. S. Pirminii, not. in cap. X, p. 30.

AUCTORE C. D. S.

lector, litteris datis die 5 decembris anno 1739 ad P. Mauritium Chardon, qui eas ad maiores nostros transmisit; additque geminos illos versus adhuc eo tempore in monasterio Augiensi refectorium ingredientibus, expressos maioribus characteribus, in oculos incurrere (1).

et ad aquarum copiam impetrandam.

120. *Invocari etiam solebat* S. Pirminius *ad aquarum copiam obtinendam, quippe qui et ipse Augiam ingrediens fontem aquarum e solo per miraculum elicuisse traderetur* (2). *Inter ea quae olim a P. Mauritio Chardon ad Bollandianos transmissa sunt legitur relatio beneficii huius generis ex tabulario Augiensi accepta, his verbis:*

Ducentis circiter abhinc annis moniales O. S. F. Meckingae (oppidulum est duabus circiter leucis dissitum) post operosam satis frustraneamque defatigationem in perquirendis aquarum venis, patrocinio S. Pirminii a Deo copiam sat magnam limpidissimarum aquarum, facto voto quotannis invisendi in nostra basilica eius honoribus erectum altare cum arbitraria oblatione, impetrarunt. Dum enim terram plus quam septem orgyiis altam effodissent nec vestigium B humiditatis reperissent, quod humana non potuit industria, praesens invocatum praestitit auxilium S. Pirminii, fontium excitatoris sane mirifici, quorum duo etiamnum saliunt hac in insula, quos sancto huic fundatori nostro pedo terrae infixo, ut Moysi Israelitae percussa virga petra, grato animo debemus excitatos, extinguendis febris ardoribus praeprimis salubres. Fidem aeque et admirationem merentur quae nuper rettulerunt praedictae religiosae virgines. Tum aedificiorum tum aliis negotiis detentae paucos ante annos promissi impletionem de die in diem procrastinarant. Elapso proinde implendi voti termino, aquae sensim decrescere, dum siccato fonte prorsus defecerint, quin calor aestivus aut aliud quidpiam huius defectionis causa extiterit. Hinc voti ocius memores quattuor ex sororibus destinant, quae nostram in insulam peregre susceptae obligationi pro elapso et currente tunc anno satisfacerent. Inde reduces abunde aquarum invenerunt. Idem saepius quoque evenisse plurimos ante annos constans apud easdem traditio est (3).

In utroque monasterio festivitas S. Pirminii quotannis ritu sollemni celebrata.

121. *Festivitas* S. Pirminii *in monasterio Augiensi, sicut in Hornbacensi, celebrabatur quotannis ritu duplici primae classis cum octava. Formulam officii cum lectionibus propriis de sancto, a saepe laudato P. Mauritio Chardon olim transmissam, inferius post Vitas et Miracula exhibebimus. Porro, cum tanta esset Augiae* S. Pirminii *veneratio, valde mirum est sacrae dalmaticae, quam extremo saeculo XV Gallus Oehem et paulo ante medium saeculum XVII Ioannes Egon ibidem servatam esse testabantur, et cinguli, quod et memorat idem Ioannes* (4), *iacturam factam esse, insciis, ut videtur, Augiensis coenobii monachis. Sic enim inde rescriptum est ad P. Chardon, de reliquiis S. Pirminii inquirentem:* De dalmatica viridi et cingulo sacro, quorum P. Raderus in Bavaria Sancta mentionem facit, candide sed et dolenter notificamus nec illam nec hoc, quantum nobis constat, in Augia amplius videri. Pollex vero sacer viri sancti Pirminii adhuc decenti in honore inter sanctas reliquias Augienses asservatur (5).

D

§ XVII. De reliquiis S. Pirminii eiusque cultu Oeniponti in Austria.

Sancti corpus fere integrum

122. *Inde ab anno 1575 translata est pars praecipua reliquiarum* S. Pirminii *in ecclesiam Collegii Societatis Iesu Oenipontani, ubi adhuc requiescunt. Quae iam de cultu ibidem sancto eiusque sacris exuviis exhibito, deque beneficiis eius intercessione a divina bonitate impetratis dicturi sumus, praecipue excerpta sunt e litteris annuis seu historia Collegii Oenipontani, rogante saepius iam laudato Patre Mauritio Chardon, diligenter excussis a P. Ioanne Baptista Bernstein, ibidem philosophiae lectore. Haec ad Bollandianos socios ab eodem P. Mauritio transmissa annis 1739 et 1743, continentur codicibus olim musei Bollandiani, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8071 et 8931. Pauca etiam iis excerptis adiuncta sunt ex libello germanico idiomate conscripto de Vita et gloria postuma* S. Pirminii, *quem Oeniponti ediderunt* E *Patres Societatis extremo saeculo XVII, ex eiusdem Collegii annalibus haustum: haec adiecta nota* Libell. *distinximus.*

anno 1575 donatum Collegio Soc. Iesu Oenipontano

123. *Sacra* Pirminii *lipsana acceperunt Patres a nobilissimo viro Schweicardo comite de Helfenstein, cuius pater Georgius ante medium saeculum XVI summam praefecturam in Alsatia pro archiduce Austriae gesserat. Schweicardus autem et Maria eius uxor, ex illustri domo de Hohenzollern, ambo quamvis catholicis parentibus orti, aliquandiu lutheranismi erroribus irretiti fuerant, sed deinde opera B. Petri Canisii ad veram fidem reducti, illos errores Oeniponti abiurarunt. Schweicardus interea ab archiduce Austriae Tyrolensem provinciam regendam acceperat, sed calumniis et molestiis adversariorum impetitus ac fatigatus, dignitate et officio cessit et Oeniponto, ubi hactenus resederat, se contulit Landspergium in Bavaria. Sed ante discessum suum, voluit Oenipontanis Patribus benevolentiam suam et grati animi sensum demonstrare illorum templum muneribus pietate sua et opulentis domus suae munificentia dignis exornando. Inter quae haud infimum certe locum tenuit corpus* S. Pirminii *in domo sua ab* F *aliquo tempore asservatum* (6). *Donationem hanc his verbis exponunt litterae annuae Collegii Oenipontani anno 1575* (7).

a comite de Helfenstein,

124. Praeter ceteros, inter procellas huius collegii et non mediocres tempestates, illustris comes Schwaickardus ab Helftenstain cum pientissima coniuge sua, ex comitibus de Zollern nata, Maria, egregie suam erga nos fidem et in pietate constantiam declararunt. Qui comes cum serenissimi archiducis in eius provinciis regendis per aliquot annos cum laude functus esset, nec leves insidias suae pietatis a seculo deditis hominibus sustinuisset, volens tandem a negotiorum nimia mole et aulicis tumultibus se subducere, quo liberius saluti suae incumberet, hinc se magno piorum omnium (quorum ipse et cumprimis integerrima eius coniux egregios se ad omnia pietatis et religionis opera quasi antesignanos exhibebant) luctu

(1) Cfr. infra, num. 125 extra. — (2) Cfr. infra, *Lectiones de S. Pirminio* (ad calcem documentorum), lact. II. — (3) Cod. Brux. 8931. — (4) Cfr. supra, numm. 117, 118. — (5) Cod. Brux. 8931. — (6) Cfr. numm. seqq. 124 et 125. Satis prolixum *Compendium Vitae Comitis Schweikardi Helfensteinii et Mariae Hochenzolleranae eiusdem coniugis* a P. Mauritio Chardon transmissum continet cod. Brux. 8931. — (7) Quae sequentibus numeris recitantur, leguntur in saepe laudatis codicibus nunc Bruxellensibus 8931 er 8071.

atque

AUCTORE C. D. S.

A atque dolore, Landspergium, quod Bavariae oppidum est, commigravit. Discedentes praeclara sui memoria * in templo nostro (quod multis egregiis donariis iam antea cumulaverat) tum religiosis picturis, tum novis muneribus et maxime sanctorum reliquiis, sibi constituerunt. Nam et aream chori extremi iudicii figura praeclare exornarunt et S. Pirminii omnia fere ossa, et unius e societate S^ae Ursulae caput, nec non alias SS. Thebaeorum martyrum praestantes reliquias auro argentoque ornatis arculis inclusas eidem templo nostro donarunt. Quae ut in collegium sunt receptae, adhibitis nonnullis devotis, cum accensis cereis religiosa instituta processione, per interiorem collegii ambitum circumlatae sunt ac deinde in populi conspectu productae, ante summum altare tantisper relictae sunt, donec Rector de S. Pirminio (eius enim annua sollemnitas in tertium nonas novembris, quo haec peracta sunt, incidit) missae sacrificium celebraret. Hunc actum illustris comes et religiosa eius uxor Maria laetissimis animis conspicati sunt, digni profecto ut eorum memoria in hoc collegio, cuius singulares benefactores ipsi
B exstiterunt, nullo tempore intermoriatur.

* sic

cuius pater illud Hornbacho recepisse videtur,

125. *Qua ratione corpus* Pirminii *in domum Helfenstenii venisset non plane compertum est. De qua re anno 1739 ad P. Mauritium scribebat P. I. B. Bernstein :* Ad mentem R^ae V^ae lustravimus omnia in cubiculo R. P. Rectoris, P. Praefecti templi, et ipsum archivium excussimus : non tamen ullum aliud donationis instrumentum reppererimus quam quod iam perscripsi ex collegii nostri annalibus seu historia, in qua memoratur quomodo Ill^mus Comes Schwickardus ab Helfenstein, eiusque Ill^ma coniux Maria Comes de Hochenzollern corpus hoc S. Pirminii templo nostro donaverint. Qua autem ratione sanctae eae reliquiae venerint ad ipsum Ill^mum Comitem Schwickardum ita notatum reperio in fine Vitae manuscriptae : Videtur autem praedictus D. Comes Schwickardus sanctas reliquias illas habuisse ex monasterio et oppido Hornbach prope Bipontum sito, quod monasterium ipse ultimum excitavit in eoque mortuus et sepultus est S. Pyrminius. Occasio autem acquirendi illas reliquias fuerit Praefectura Alsatiae ditionum Austriacarum superiorum, qua fungebatur (nempe Schwickardi parens)
C *[Georgius]* ; simul haeresis, quae tunc temporis Bipontum invasit et monasterium Hornbacense devastavit...

N. B. Non bene memini, an alicubi in Vita S. Pyrminii annotetur, iam tunc cum eiusdem sancta ossa templo nostro Oenipontano obvenere, in usu fuisse preces, quas qui recitaverit, nullum in cibo potuque toxicum nociturum confidebant. Constant autem eae preces ex geminis versibus, qui adhuc in monasterio Augiae Divitis, prout ipse vidi, refectorium ingredientibus expressi maioribus characteribus in oculos incurrunt :

Sanctificet nostram Sanctus Pyrminius escam :
Dextera Pyrminii benedicat pocula nostra (1).

magnam in ea civitate devotionem erga sanctum excitavit;

126. *Mox vero auctus est cultus* S. Pirminii *ob concessas indulgentias plenarias a Clemente VIII S. P. De quibus litterae annuae collegii Oenipontini ad annum 1593 :* Pietatis vero et devotionis studium hoc anno non parum auxit S. D. N. Clementis VIII diploma nuper huic collegio transmissum, quo ad annum usque iubilaei omnibus iis plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam tribuit qui diebus dedicationis et patrocinii templi nostri omniumque sanctorum et S. Pirminii episcopi et confessoris eorumque octavis, peracta confessione et communione templum nostrum inviserent ibique preces funderent. Thesauro hoc sub omnium sanctorum ferias primo Oenipontanis publicato, tantus pridie festi ibidem ad confessionem factus est concursus ut Patres septem vix omnibus facerent satis.

deinde, pestilente morbo

127. *Nova incrementa accepit devotio erga sanctum nostrum ubi anno 1611 dira pestis, quae urbem depopulabatur, post conceptum publice votum ad civitatis tres sanctos patronos, Sebastianum,* Pirminium *et Rochum, ita subito grassari destitit ut nullus iam civis per eam sublatus sit. Mirum eventum his verbis refert Libelli de Vita* S. Pirminii *caput* XIV, *a P. Mauritio Chardon latine redditum :* Vix sacra ossa venerationi publicae in templo Societatis exposita fuere, magna populi erga sanctum fiducia, nec minor sancti erga clientes suos beneficentia enituit. Ut alia primae notae beneficia taceam, archiducum sedes urbs Oenipontana iam ab anno 1611 se S. Pirminio E obstrictissimam fatetur. Pestifera lue intra et extra urbis moenia ferociter tunc grassabatur, et maiora in dies mala timenda erant. Paucissimo tempore centeni aliquot mortem obiere, et hos inter tres e collegio Patres qui pestiferis inserviebant, gloriosae caritatis victimae fortiter cecidere. Senatus civicus, cum nil remedii iam amplius in terra suppeteret, ad profligandum pestiferum malum caelo se supplicem stitit, concepto sollemni voto, si porro lues grassari desineret, se non solum SS. Pirminium, Sebastianum et Rochum civitatis electuros esse patronos, sed etiam illorum honoribus templum e fundamentis erecturos. Voti damnati sunt, nec ullus e civitate ab eo tempore peste sublatus est. Stat hodiedum sacra haec aedes, perpetuum manifesti prodigii monumentum. Inscriptiones utroque ex latere portae templi ita habent :

Ex parte laeva :

D. O. M.
MEMORIAE. TRIUM. SANCTORUM
SEBASTIANI. MARTYRIS
PIRMINII. EPISC. CONFESSORIS
ROCHI. CONFESSORIS
AEDES
AB. SENATU. CIVICO
OENIPONTANO
ANNO. CIↃ.IↃ.C.XI. EX A. D.
XI. CAL. OCTOBR.
PESTI. TUNC. GRASSANTI
PROPULSANDAE
VOTA. F

Ex parte dextra :

EIUSDEM. POSTEA. SENATUS
ET. PIORUM. AERE. COLLATO
IN. PRIMIS. VERO. MAXIMILIANI
SERENISSIMI
AUSTRIAE. ARCHI-DUCIS. TYROLIS
DOMINI
SACRAEQUE. TEUTONUM. MILITIAE
MAGNI. MAGISTRI
FAVORE. AC. MUNIFICENTIA
EXSTRUCTA
ORNATA
DOTATA
ANNO AUTEM. CIↃ.IↃ.C XIII.
III. IDUS. OCTOBRIS
CONSECRATA.

128.

(1) Cfr. Cahier, *Caractéristiques des saints*, p. 748.

semel

128. *Ad haec subiungit Chardon :* Quis autem occasionem concipiendi hoc votum dederit, habet historia Oenipontani collegii, in qua ad annum 1611 de P. Casparo Melchiore Kasslau Brixinensi Tyrolensi (qui deinde cum P. Georgio Schradaeo et P. Alberto Danner victima cecidit) ita legitur : Pater iste inter illas occupationes inserviendi peste infectis auctor fuit civitati persuasitque ut Senatus Deo, honori SS. Sebastiani, Pirminii et Rochi, pro peste evertenda aedem voveret. Quod votum illi, votis nempe damnati, iam solvere sunt aggressi... — Anno 1612. (habent iidem collegii Oenipontani Annales) civitas in Deum ob pestem penitus extinctam grata, novi templi in honorem SS. Sebastiani, Pirminii et Rochi extruendi, quod ad eam avertendam anno priore voverat, pompa ducta frequentissima, lapidem primum caeremonia sollemni, praemissa contione a nostro, posuit, et diem quidem S. Sebastiano sacrum festum sibi eo anno decrevit : quo etiam die sollemnes ad novum illud templum supplicationes instituit. — Ita Annales. Et sane in hunc usque diem festo S. Sebastiani continuantur Oeniponti supplicatio-
B nes tum civium tum studiosorum. Et cives quidem media prima deductionem sollemnem supplices in ordine bini et bini instituunt, ibique preces ac encomia Lauretana decantari curant. Pridie vero hora tertia pomeridiana Congregatio Academiae et minor studiosorum litaniis decantandis intersunt. Demum e collegio etiam nostri frequentes se illuc eo die et per octavam conferunt, his tribus sanctis pro avertenda peste supplicaturi, uti in antiquis collegii consuetudinibus annotatur.

et iterum

129. *Simile beneficium intercessione* S. Pirminii *impetratum a collegii Oenipontani sociis, annis 1634 et 1635, ex eiusdem libelli cap. 15 et collegii historia ita refert idem P. Chardon* (1) : Memoratum propulsatae luis beneficium iterato S. Pirminius anno 1634 nostro praecipue, quod Oeniponti est, collegio contulit. Pestis hoc anno adhuc ferocius maiorique cum damno ac terrore saeviebat. Nec alio securam capessere fugam licuit, cum temporum iniquitas, rerum omnium caritas et late per totam Germaniam accensa belli flamma omnem evadendi viam interciperent. Collegium insuper incolarum abundabat numero, utpote qui ex aliis provinciae domibus ab hoste
C pulsi, in tutiora se Oenipontum receperant, nunc maiori luis periculo expositi. Et certe de collegio actum fuisset nisi domus superior cum subditis suis ad sacros S. Pirminii cineres confugisset, et novum in novo templo nostro eiusdem honoribus sacellum cum ara erigendum, uti hodiedum visitur, sollemniter vovisset. Decendiales quoque preces hunc in finem indictae et persolutae sunt, quotidianis devotionibus sancti patrocinium imploratum et ut eiusdem festa dies singulos in annos sollemni officio condecoraretur promissum est. Haec erant vota collegii, et vota S. Pirminius approbavit, dum nemo unus in collegio vel mortem oppetiit vel graviore infirmitate tentatus est, quamvis unum et alterum iam intra viscera venenum habuisse non vana suspicio fuerit.

prodigiose

130. De hoc anno ita loquitur Historia Oenipontani collegii : Anno 1634. Cum in metu grassantis in vicinia pestis P. Ioannes Mittner Eustadianus Franco infectorum sese solatio, qua visitandis aegris, qua ius paenitentibus dicendo impigre impendens, e sacro tribunali in cubiculum sese recepisset et mortuus ibidem inventus esset, pectoris convulsionibus, teste medico, D
repente exstinctus, rumor extemplo per urbem volat, in collegio Patres inter iam pestem grassari. Inde externorum (nam superveniens in urbem lues auxit horrorem) passim a nostris aversio, horror et fuga. Nos, in summas reducti angustias, Deum in vota supplices vocavimus, S. Pirminii reliquias publice expositas devenerati quotidiano sacro, duobus cereis accensis, addito voto sacelli ac arae eius honori in novo templo excitandae. Id enimvero omnibus saluti fuit, quando nullus omnino e lue decessit : in urbe nonnisi ducenti.....

131. Anno sequente, id est 1635, ita dicitur : Libata unius valetudine (loquitur de valetudine nostrorum Patrum) reliquorum incolumis stetit. Id sospitatori S. Pirminio debemus, depulsori pestilitatis, cuius proinde divi memoriam annuam festa pompa et decem horarum [de]vota comprecatione recoluimus (2).

depulso,

132. *Egregium paulo post Oenipontanorum erga* S. Pirminium *pietatis specimen praebuit sollemnis supplicatio qua sancti corpus (forte, dum construeretur novum sacellum, ad aliquod tempus remotum) ad ecclesiam collegii deportatum est anno 1642. Quam ita describunt annuae collegii litterae ad hunc annum* (3) : Illo [anno] praecipue sollemnitas Oeniponti eminuit, quam tertia novembris dies spectavit : ubi circa horam tertiam ex aedibus perillustris D. L. B. de Sternbach sacrum corpus D. Pirminii, Meldensium olim episcopi, quod annis iam centum septuaginta quinque apud nos in veneratione erat, nostrum ad templum fuit deductum. Supplicatio, quam hunc in finem instituimus, si unquam celebris Oeniponti visa, haec fuit. Agmen universum praecedebat genius Universitatis : tum sex tubicines cum tympanotriba equis vecti, festivo insequentes animabant murmure. Proximi ibant cives nitidis vexillis suas in tribus distincti, quos, praeeuntibus geniis, praeter clientes coetus angelici omnes sodalitates Beatissimae Virgini sacrae insequebantur. Iungebantur his RR. PP. Servitae, RR. PP. Cappucini, RR. PP. Franciscani, ardentibus quisque cereis a nobis instructi. Fratres nostri coadiutores, qui horum premebant vestigia, suis induti palliis erant, magistri superpelliceis, Patres vestes sacerdotales ornabant. Tum musici rhythmum, quem F
noster honoribus D. Pirminii praeter Vitae ipsius synopsin conscripserat, patrio carmine cantantes. Musicis proximus ibat genius D. Pirminii, sequentibus arae ministris atque tribus religiosis Patribus ex monasterio Viechtensi Ord. S. Benedicti, qui R^{mum} suum Abbatem praeibant, pedo ac infula instructum. Sacrum denique corpus sub eleganti conopaeo ferebatur a duodecim sacerdotibus. Comitabantur illud ex utraque parte perillustres quatuor facigeri, filii nempe quatuor perillustris Domini de Sternbach.

sollemni pompa E

133. Ceterum sacri corporis ornatus, quem artifici manu elaboraverat Domicella Ill^{mae} domus de Tannenberg, et illius soror, conjux perillustris Domini L.B. de Sternbach, ante omnia spectantium rapiebat oculos. Quae sancto vertici imposita fulgebat mitra, tota pretiosissimis contexta unionibus erat, auro hinc inde largiter emicante. Per reliquum corpus palla (albam vocamus) argento per subtilissimam illius sindonem acu adeo artifici ducto ut oculis ad ipsa usque sacra ossa liber pateret aditus. Inducta huic tunicella.

et splendido ornatu

(1) Ibid. — (2) Cod. Brux. 8931. — (3) Cod. Brux. 8071.

vestis

A Vestis cum primis sacerdotalis sericum quoque ostentabat nitidissimas in figuras per aream argenteam diffusum. Quin ars ad ipsas quoque manus ac pedes progressa scitissime his quoque studiis sese impenderat. Manus enim praeter splendidissimum pedum chirothecis ornaverat, pedes calceis, tam his quam illis docte adeo depictis, ut maius ipsis propemodum pretium ab arte venerit quam ab auro, liberaliter licet admixto. Totum denique sacrum corpus in pulvinaribus recumbebat quibus pretiosissimam materiam subministraverat rubrum holosericum vivacissimi coloris, plurimo auro pulvinarium margines undequaque ambiente.

translatum est

134. Pergimus iam in describenda sollemnitate. Sacro itaque corpori imminebat universa nobilitas Oenipontana. Primi ibant Illustrissimi Consiliarii intimi; tum Consiliarii Excelsi Regiminis et Camerae; sequebatur illustrissimum gynecaeum et magistratus civilis. Totum denique sacrum agmen claudebat urbis plebs reliqua, undique ad singularem rei amoenitatem excita. Ubi tandem nostrum deventum ad templum erat, arae, quae B in medio erecta prostabat, divi corpus imponebatur: cum a Reverendissimo Praesule Viechtensi sollemnes litaniae sunt habitae. Die dominica laudes D. Pirminii facunda noster panegyri enarravit: ritu postmodum sollemni ad aras operatus est idem Reverendissimus abbas. Post vesperas decantatae iterum preces litaneuticae: quibus subiunctus, tubas inter ac tympana, divi Ambrosii hymnus uberi praesentium omnium solacio ac voluptate universam denique sollemnitatem coronavit. Sacrum corpus fidelium modo cultui ac oculis obicit altare divi honoribus iam dudum consecratum. Inclusum est sarcophago vitris venetis omni ex parte munito; qui etsi non ex alia praeter lignum materia sit, ars tamen statuaria eam ingenti studio ac dexteritate elaboravit.

ac pretiosa arca inclusum,

135. *Mox tamen pretiosiori materia confecta est hierotheca et exstructa ara quibus* S. Pirminii *reliquiae clauderentur et servarentur. De quibus iterum collegii Oenipontani annuae litterae* (1) *ad an. 1650:* Lipsana S. Pirminii tabernaculo ex ebeno, argenteis parergis ornato, inclusa et venerationem divo et ornamentum aedi conciliarunt.

C *Ad an. 1660:* Iam ad S. Pirminii venerationem laudemque spectat, quod vir honestissimi nominis expertus, factisque non minus quam verbis testatum fecit. Erat is in rei familiaris angustia utcumque gravi, quodque sciebat domi suae peculiolam iam dudum ad pias causas destinatam, hanc ne cogeretur ob aliarum rerum penuriam dissipare, ad aram S. Pirminii se contulit, atque inibi adgeniculans fortunam suam divo impensius commendavit, rite etiam sancteque pollicitus, si modum faceret penuriae suae sanctus antistes, se pro eius ara marmorea, quae id temporis in omnium votis erat, mille quos in auro asservaret florenos protinus collaturum. Et triduum nondum effluxerat cum homini insperatus nuntius plus mille florenorum debitum affert. Exinde is voti reus ilico cum centum aureis ad nostrum defert, quem orat ut hos, suppresso dantis nomine, pro felici novae arae auspicio admittat, deinceps quavis angoria secuturos alios, donec millenarium suum complesset.

pergentibus interea

136. *Qui supra relata ex annuis Oenipontani collegii litteris anno 1739 excerpsit P. Ioannes Baptista Bernstein, philosophiae in eodem collegio tunc lector, quaedam praeterea ex eodem fonte hausit de usu aquae sub invocatione* S. Pirminii *benedictae, de qua libellus non semel supra citatus haec tradit cap. 15* : Aqua nomine S. Pirminii benedicta iam pridem antea eiusdem clientibus et utilis et salutaris fuit. Erat vir primi generis, quem excrescentes in corpore copiosi vermes misere vexabant. Desperarunt de remedio cum chirurgis medici, cum ecce aqua S. Pirminii nomine benedicta et ab afflicto magna cum fiducia in potum adhibita ipsi quoque paucos intra dies saluti fuit et plaga cessavit. Testes ad manum sunt litterae, quod benedicto hoc fonte noxia varii generis insecta, quae fructus omnes adhuc in herba depascebant, ex hortis, agris et pratis penitus eliminata disparuerint (2). *Haec beneficia paulo distinctius recenset P. Bernstein, ex praedictis annuis haec citans* (3):

beneficiis sanationum

Anno 1642. Latex S. Pirminii hominibus iuxta et pecoribus propinatus salutem attulit.

Anno 1643 habetur. Limpha S. Ignatii, nec non S. Pirminii latex, praesentem salutem poscentibus propinavit. E

Anno 1646 sequentia habentur. Iuxta augustissimam caelorum reginam, alia S. Patriarcha noster Ignatius ara, rursusque alia S. Pirminius Tyrolensium patronus coluntur, qui illaudati sine iniuria non abirent; cum aqua enim Ignatiana et S. Pirminii aegrotantibus propinata non pauci illorum pristinam sanitatem biberunt.

Anno 1647 habetur. Huius templi patronus S. Pirminius aqua in honorem ipsius consecrata multis sanitatem contulit.

Anno 1649 dicitur. Sequitur S. Pirminius (prius de B. Virg. Foyensi sermo fuit), qui compluribus salutari latice aegritudines corporis animique abluit.

Similia habentur anno 1650. Item anno 1657, ubi additur: Aqua S. Pirminii episcopi hortis aspersa, mirum in modum fecunda exstitit. Et anno 1660 habetur: S. Pirminius autem suo nomine benedicta aqua aliquoties succurrit, dum dispersa per agros et gramina gurguliones (infestum frugibus hac in patria vermiculi genus est) praefocavit. Similia habentur anno 1661, et F

Anno 1666 ita habetur: Nonnemo ex magnatibus S. Pirminium beneficum habuit: qui nostro suasu aquam S. Pirminii nomine sacratam bibit, et intestinos vermes dispulit, quos nulla arte medica potuerat exturbare.

137. *Formula autem benedictionis est huiusmodi* (4):

ope aquae sub invocatione S. Pirminii *benedictae.*

℣. Adiutorium. ℟. Qui fecit.
Domine, exaudi. Et clamor meus.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Benedictio tua, omnipotens et misericors Deus, descendat super creaturam istam aquae, ut sit remedium omnibus ea devote utentibus, et praesta, ut per sanctissimi nominis tui invocationem, per pretiosissimum sanguinem tuum, merita et intercessionem S. Pirminii atque omnium sanctorum, liberationem ab omnibus malis corporis et animae percipiant. Per Christum Dominum nostrum.

℣. Amavit eum, etc. ℟. Stolam gloriae, etc.

OREMUS.

(1) Ibid. — (2) Cod. Brux. 8071. — (3) Cod. Brux. 8931. — (4) Ibid.

AUCTORE C. D. S.

OREMUS.

Exaudi, quaesumus, Domine, preces nostras, quas in B. Pirminii confessoris atque pontificis sollemnitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Christum.

HIC INTINGANTUR RELIQUIAE.

Benedic, Domine, hanc aquam benedictione caelesti in attactu reliquiarum S. Pirminii, et praesta ut assistat super eam virtus Spiritus sancti; ut ubicumque aspersa fuerit, fugiat omnis infirmitas, sitque salutaris et efficax ad evacuandam omnem adversariam potestatem inimici, ut neque hominibus neque pecoribus neque frugibus neque arboribus noceat spiritus pestilens aut aura corrumpens, ut salubritas per invocationem S. Pirminii expetita, ab omnibus impugnationibus sit defensa. Per Dominum nostrum Jesum, etc.

Nonnullae reliquiarum partes diversis locis concessae,

138. *Idem denique P. Bernstein haec nos docuit de partibus quibusdam reliquiarum* S. Pirminii *a corpore sacro Oeniponti quiescente distractis et ad diversa loca missis* (1):

1. Ex voluntate Adm. Rev^di^ Patris Nostri Generalis Mutii Vitelesci missae sunt insignes reliquiae S. Pirminii episcopi et confessoris (quales fuerint non est expressum) ad serenissimam Ducissam Lotharingiae et Abbatissam Romarici Montis anno 1636.

2. Notabilis pars reliquiarum S. Pirminii Augiae Diviti et alia Fabariensi monasterio superiorum nostrorum voluntate transmissa est. — Haec ex litteris R. P. Rectoris Collegii Oenipontani Iacobi Michaelis ad Praesulem Murensem datis, collegi: hinc nescio quo tempore aut quales sint missae. Epistola Rectoris scripta est 5 Aprilis 1655.

3. Ad monasterium Murense transmissae sunt pariter sacrae reliquiae (non est expressum quales fuerint) S. Pirminii episcopi, quas accepisse testatur ipse Reverendissimus Abbas Bonaventura dicti monasterii Murensis in litteris ad R. P. Rectorem Collegii nostri Oenipontani datis 7 Maii 1655.

4. Ex voluntate Adm. R^di^ Patris nostri Francisci Retz pars aliqua notabilis ossis de humero sinistro S. Pirminii episcopi et confessoris transmissa est ad monasterium Nieder-Altaichense 7 octobr. 1731.
C

Atque haec omnia me descripsisse ex annuis seu Historia Collegii Oenipontani Soc. Iesu testor.

P. Joannes Bapt. Bernstein Soc. Jesu, Philosophiae Prof.

praesertim coenobiis Lunaelacensi

139. *Sed et paulo post, anno nempe 1741, alia particula de corpore* S. Pirminii *donata est coenobio Lunaelacensi in Bavaria, quod et ipsum suam originem repetebat a sancto nostro* (2). *Cuius donationis fidem facit hoc instrumentum* (3).

AUTHENTICA DE PARTICULA S. PIRMINII EP.

Nos Casparus Ignatius, Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus et S. R. I. Princeps Brixinensis, etc., tenore praesentium fidem facimus et attestamur, a moderno Patre Vice-Rectore Collegii Soc. Iesu duas spectabiles partes ex ossibus Corporis S. Pirminii Episcopi Conf. in Ecclesia SS. Trinitatis praefati Collegii publicae fidelium venerationi expositis desumptas nobis dono datas D
fuisse; quarum alteram in scatula lignea filo cannabeo colligata nostroque Episcopali sigillo cerae hispanicae impresso obsignata repositam, ad maiorem Dei gloriam et S. Pirminii honorem, ad preces Bernardi moderni Abbatis Ord. S. Benedicti in Mansee, Monasterio eiusdem S. Ordinis ibidem in Mansee, elargiti fuimus. In quorum fidem hae datae in Residentia nostra Episcopali Brixina die 30 sept. 1741.

Casparus Ignat. Episcopus Brix.

et Sancti Blasii in Silva Nigra.

140. *At parum abfuit quin post suppressam Societatem Iesu quicquid reliquiarum* S. Pirminii *servaverat civitas Oenipontana eidem auferretur et ad monasterium Sancti Blasii in Silva Nigra cederet, teste praeclaro huius monasterii abbate et scriptore Martino Gerbert, qui et rei particeps fuit. Siquidem in sua* Historia Silvae Nigrae (4), *post memoratam corporis* S. Pirminii *Oenipontum anno 1575 delationem :* Inde vero, *ait,* insignis eius exuviarum pars Caesarea Mariae Theresiae Augustae munificentia ad cultum novae, quae post prioris conflagrationem anno 1768 adornatur, apud E
D. Blasii in Silva Nigra ecclesiae inferenda anno 1776 est concessa. Ultro quidem Maiestas Regia integrum indulserat corpus; sed cum ingens fieret Oeniponti ac in tota provincia tanti thesauri iacturam aegre ferentium luctus, rogatus a primoribus status, ipse piis fidelium votis cedendum existimavi, insigni quam dixi contentus particula. *Quaenam autem fuerit ea particula indicavit idem scriptor in opere cui titulum fecit* Monumenta veteris liturgiae Alemannicae, *ubi* (5) : Ex eo, *ait,* templo *(Societatis Iesu Oeniponti)* nos sinistrum S. Pirminii brachium singulari Mariae Theresiae munificentia dono acceptum die XVI iunii huius anni 1777 sollemni pompa S. Blasii monasterio intulimus, adhibitis in missa solemni orationibus quas pro festo S. Pirminii in Sacramentario Solodorensi (6) assignatas hic apponimus. — *Fusius haec digessit Trudpertus Neugart monachus Sancti Blasii in libello quem de illa translatione ipso tempore conscripsit* (7). — *Suppressa autem ineunte hoc saeculo principali abbatia Santi Blasii, Bertholdus Rottler, qui ultimus illius abbas fuerat, recessit ad coenobium Sancti Pauli in Carinthia, et brachium* S. Pirminii *secum illuc detulit, ubi* F
usque ad hanc diem religiose asservatur.

Hodiernus cultus S. Pirminii in civitate Oenipontana.

141. *Praecipua vero pars sacri corporis remansit et adhuc remanet Oeniponti. Perseveravit etiam oppidanorum erga sanctum patronum suum pietas. Sacras eius exuvias asservat vetus templum Societatis Iesu, ab anno 1773 Academiae attributum, ubi et nunc Societatis Patres sacris ministeriis dant operam. Celebratur ibidem festivitas* S. Pirminii *die tertia novembris, ritu duplici, lectionibus secundi et tertii nocturnorum desumptis de communi Confessoris Pontificis. Celebratur praeterea quotannis in eodem templo eodem anni tempore novena sollemnis sumptibus Congregationis Marianae dominorum et civium, sub qua quotidie decantantur missa et laudes vespertinae SS^mi^ Sacramenti ad altare in quo sacrum corpus honoratur. Sed et anno 1842, recurrente secundo post sollemnem illam corporis elevationem quam supra memoravimus* (8) *saeculo, sacra* Pirminii *lipsana in nova hierotheca affabre facta et eleganter adornata*

(1) Ibid. — (2) Cfr. supra, num. 76, 78. — (3) *Chronicon Lunaelacense* (Pedeponti, 1748), p. 456. — (4) Tom. I, p. 77. — (5) Part. I, p. 479, not. — (6) Cfr. supra, num. 105. — (7) *Fayerliche Uebersetzung etlicher Gebeine des H. Bischoffs und Abts Pirminius aus der Tyrolischen Haupt- und Residenzstadt Innsprück in das fürstl. Stift S. Blasii auf dem Schwarzwalde.* St. Blasien, 1777, 58 pp. in-4°. — (8) Num. 132.

composita

A *composita sunt. Denique ante hos viginti fere annos Facultas theologica Academiae Oenipontanae proposito praemio viros doctos excitavit ad disserendum de vita et laboribus* S. Pirminii. *Praemium attributum est cuidam sacerdoti dioecesis Tridentinae, cuius tamen lucubrationem non ita omnibus numeris absolutam existimarunt iudices ut typis vulganda censeretur. Haec omnia nos docuit R. P. Nicolaus Nilles, S. I., in eadem Academia Iuris canonici lector, per litteras datas die 14 ianuarii anno 1880. Ex aliis vero litteris ad nos recentissime missis a R. D. Leonardo Lambert, parocho oppidi Hornbacensis in hodierno Palatinatu Rhenano, didicimus ipsi a Patribus Soc. Iesu Oenipontanis concessas esse duas insignes particulas ossium* S. Pirminii, *in ecclesia quam brevi sub titulo eiusdem sancti construere intendit reponendas.* AUCTORE C. D. S.

His de S. Pirminii *cultu absolutis, iam ad exhibenda documenta historica et liturgica quae ad illum spectant gradum facimus.*

VITAE S. PIRMINII PRIMA ET SECUNDA.

Has Vitas simul edimus, ita ut singulis primae Vitae capitulis in conspectu obversentur paria capitula Vitae secundae, quo planius appareat quam presse posterior scriptor prioris vestigiis institerit quidve identidem adiunxerit de suo. Utrique autem praemittendum duximus indicem capitulorum, qui B *soli secundae Vitae praefixus est, idque in solo codice olim Chesniano, nunc Bibliothecae Nationalis Parisiensis lat. 5308; in ceteris vero praepositus est singulis capitulis suus numerus, sed nulla rubrica, qua indicetur materia, praeterquam apud Browerum, qui distributionem capitulorum et eorum titulos manifeste non ex codicibus excerpsit, sed ingenio suo confinxit.* E

Incipiunt capitula in vita S. Pirminii episcopi et confessoris.

Prooemium operis. Denotatio neglegentiae scriptorum.

i. Quod B. Pirminius in Meltis castello primum sedens episcopatum obtinuerit.

ii. Quod ab Alemannia Sintlaz eum adierit, praedicationis quoque eius efficaciam miratus fuerit.

iii. Quomodo eum rogaverit suae genti medelam praedicationis inferre.

iv. Quod beatus vir hoc recusat, nisi apostolica iussio urgeat, pariterque ire Romam deliberant.

v. Quomodo beatus vir Sintlacem Romae praevenit, orationique instite rit.

vi. Quomodo per baculi ipsius staturam sanctitas eius apostolico claruerit.

vii. Quomodo eidem apostolico causam sui adventus rettulerit.

viii. Adventus Sintlacis, et quomodo papa utrorumque fervori congratulatus fuerit.

ix. Quod ad Theodericum regem epistulam direxerit de C recipiendo sancto Pirminio in dioceses episcoporum Franciae sive Germaniae.

x. Quomodo vir Dei in Alemannia praedicans, a Sintlace sit interpellatus de domo orationis.

xi. Quomodo in insulam prope visam veniens, omnem venenatorum turbam inde fugavit.

xii. Quomodo eam excolens, amoenam et fructiferam fecit, coenobiumque fundavit.

xiii. Allocutio salutaris ad insulam.

xiv. De eo quod etiam alia coenobia fundaverit.

xv. De eo quod Werinherus in Franciam de Alemannia eum venire rogaverit.

xvi. Deliberatio ipsius cum beato viro de construendo inibi coenobio.

xvii. Quod vir almus modicum primo fecit sibi tugurium in honorem sanctae Dei genitricis, donec a rustico deductus sit in Gamundium.

xviii. Quod ipse emundans locum, aedem ibi construxerit.

xix. De vacuatis chrismate ampullis subito impletis. Gratulatio plebis ex perpetuo miraculo.

xx. De eo quod Werinherus posterique eius plurima praedia ad ipsum locum condonaverint.

xxi. Quomodo coenobium Wisaburg ad spiritualem gratiam promoverit.

xxii. Adventus sancti Bonifatii archiepiscopi ad beatum Pirminium, ipsorumque congratulatio.

xxiii. De eo quod sanctus Bonifatius in itinere Fresiano ancillam Dei vas fusile rogavit.

xxiv. Quod ad Fresiam veniens, multos ibi ad fidem Christi converterit.

xxv. De eo quod alii Fresonum impii praesulem sanctum sociosque interfecerint, seque mox mutuo trucidaverint.

xxvi. De reportatione corporis sacri, et de spontaneo sonitu fusilis. F

xxvii. Adventus ipsius primo ad Mogontiam, inde ad Vuldam, et miraculum de concessa ciborum copia.

xxviii. De taciturnitate campani quod Wido Horbacensi coenobio abstulerat, redditaque eius sonoritate per beati Pirminii merita postquam retulerat.

xxix. De eo quod beatus Pirminius post abscessum sancti Bonifatii ab activa se suspendit, et in solam contemplativam intendit.

xxx. Exhortatio eius ad fratres in hora exitus sui.

xxxi. Transitus eius ad Christum, corporisque sacri collocatio.

Sequitur iam tractu parallelo utriusque Vitae textus.

VITA I

VITA I.

Edita ex codicibus duodecim, videlicet: A. Sangallensi 577 (A^{1}), *saec. X; Einsidlensi 257* (A^{2}), *saec. X; Engelbergensi I 1/4* (A^{3}), *saec. XII; apographo Sancti Maximini Treverensis* (A^{4}); *Wirziburgensi Theol. fol. 34* (A^{5}); *apographo Augiensi Ioannis Egon* (A^{6}). — B. *Bambergensi E. III. 9* (B^{1}), *saec. XV; Monacensi lat. 9506* (B^{2}), *saec. XII; Monacensi lat. 22244* (B^{3}), *saec. XII extr.; Vindobonensi lat. 520* (B^{4}), *saec. XI-XII; Zwetlensi 14* (B^{5}), *saec. XIII; Wirziburgensi Theol. fol. 53* (B^{6}), *saec. XII. — Cfr. supra, Comment. praev., num. 2-5.*

Codices A^{4}, A^{6} *et* B^{5} *ipsi contulimus; cetera excepimus ex editione cl. O. Holder-Egger.*

Distributionem capitulorum non desumpsimus ex codicibus, ubi nulla vel distinctioni materiae parum accommoda reperitur, sed ipsi ordinavimus.

Incipit[1] praefatio[2] de vita[3] et actibus[4] sancti[5] Pirminii episcopi[6].

S. Pirminius, cuius gesta diu incognita latuerunt,

Multi quidem conati sunt scribendo vitam [7] actusque sanctorum patrum narrare qui, cunctis terrenis Deo iuvante superatis, iam caelibe vita[8] *a*, de terrenis ad superos evecti, fruuntur in caelis. Quorum quidem voluntatem imitari desidero, si largitor bonorum [9] omnium intellectum mihi [10] sensumque dare dignetur, saltim more infantium, qui adhuc ad perfectam aetatem loquendi non pervenerunt, sed tamen balbutiente lingua indiciis quibus possunt ea scire faciunt, illorum cognoscentes usum quae dicere vellent, si linguae illis per teneram consentirent[11] aetatem. Deum omnipotentem subnixis [12] quaeso precibus [13], ut qui totiens aperuit os mutum [14] linguasque [15] infantium fecit [16] disertas, mihi peccatori concedat rem[17] diu a multis omissam sapientibus[18], et paene oblivioni traditam, fandi atque scribendi facultatem et intellectum, et de magnifico antistite ac Dei cultore sancto Pirminio aliquid recitandi posteris relinquere, praesentibusque intimare quae adhuc ignorant, ut[19] quae diu incognita latebant sciantur a multis, qua [20] latus tenditur [21] orbis, quia Deo iubente nec ardens lychnus modio subdi nec urbs montium cacuminibus eminens vallium [22] tenebris celari debet. Non enim sub tectis eius occultantur opera, per cuius agoniam [23] duodena facta sunt monasteria [24] *b*.

Incipiunt pauca de multis actibus [1] sancti [2] Pirminii episcopi [3].

episcopus in Melcis castello,

1. Sanctissimi ac venerabilis viri Pirminii gesta actaque [4] narrandi [5] me causa [6] delectat, qui in praesenti vita diebus Theoterici [7] regis Francorum *c* Melcis [8] castello pastoralis curae episcopatum *d* sine crimine [9] tenebat, Deo desuper cuncta illius opera dispensante sacrumque officium et mysticum ministerium ad vota dirigente, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti*. Rumor vero illius minime latuit, quia non solum apud aulicos, verum etiam apud egenos peregrinosque [10] longe lateque innotuit [11], dicente Domino[12]: *Ut sciant*[13] *opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est.*

a Sinlazo nobili viro

2. Accidit autem ut quidam vir nobilis, genere Alemannus [1] *e*, in tempore illo exiens [2] inde ubi natale[3] habebat solum, nomine Sinlaz[4] *f*, qui[5] per multa sancta loca et sacra coenobia humiles et Deo dignas, ut credendum est, agens orationes, pervenit usque ad locum in quo[6] sanctum invenit Pirminium[7], cuius adventum illuc dicunt [8] accidisse nocte dominica; qui a praefato sancto honorifice susceptus est. Tunc [9] igitur [10], cunctis [11] necessariis rite peractis [12], noctem sanctam in divinis transegere colloquiis; quia necesse erat, ut quos superna caritas de remotis intervallis locorum divino nutu coniunxit, caelestia disputare decrevisset [13], et quia arbiter aetherius [14], quem nulla latent secreta, quae sunt, quae fuerant venientque, uno mentis cernit in ictu, quos sua congregavit scientia, caelestia atque terrena rimari coegit sicuti[15] voluit, ipso dicente: *Spiritus ubi vult spirat*, et: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo*, et cetera [16].

ut Alamanniam apostolico labore excoleret rogatus,

3. Dominico autem die, appropinquante hora in qua sacrum necesse erat adimpleri officium, praesul beatus, ad illum veniens locum ubi populo solebat[1] sanctae praedicationis exhibere[2] verbum, utraque [3] lingua, Romana [4] scilicet [5] Francorumque [6], magnopere decentia monita divinis officiis proferebat, quia utramque linguam adprime sciebat. Quod cuncti qui aderant[7] mirati sunt, non recordantes quia primi sanctae Ecclesiae doctores, in unam domum intrantes, unius [8] linguae tantummodo notitiam habebant, sed tamen inde egressi, quasi [9] in alios viros mutati sunt, omnium [10] genera linguarum clare loqui scientes cunctisque sub caelo gentibus propria [11] lingua divina monita proferentes. Officio itaque divino rite peracto, epularum convivia in Domino laeti celebraverunt. Post refectionem quoque surgentes, more solito hymno dicto, privatum tenuere secretum, praedictus[5] scilicet vir nobilis et viri sui ad tale consilium idonei, vicissim lamentantes tali se privatos [12] patrono, qui populo christiano in illorum patria constituto congruis temporibus semina divini verbi tali modo nuntiaret. Sanctum ergo Pirminium deprecari coeperunt subnixis precibus[13] ut, si fieri posset, apud illos aliquantum temporis conversari dignaretur, ne populus, parte

a id est B^{2}, B^{3}, B^{4}, *et ita intellegendae omnes huiusmodi notationes.*

Prol. — [1] *om.* $B^{2-4\,6}$. — [2] prologus A^{5}, $B^{2-4\,6}$. — [3] (de v.) in vitam B^{2-5}. — [4] (et a.) *om.* A^{5}, B^{2-6}. — [5] beati B^{5}. — [6] *om.* A^{5}, $B^{5\,6}$; et confessoris *add.* A^{6}, B^{4}. — [7] vitas B^{5}. — [8] *om.* B^{6}; (c. v.) caelibem vitam A^{5}, B^{5}. — [9] operum *add.* B^{4}, *post delet.* — [10] *om.* $B^{2\,3}$. — [11] sentirent $A^{2\,6}$. — [12] *om.* B^{5}. — [13] *om.* B^{2}. — [14] muti $B^{4\,5}$. — [15] que *om.* B^{4-6}. — [16] facit B^{6}. — [17] ut rem A^{5}. — [18] (o. s.) s. o. A^{5}. — [19] et B^{5}. — [20] quo A^{5}. — [21] (l. t.) t. l. B^{1-6}. — [22] (e. v.) v. e. B^{2}. — [23] agonia A^{5}. — [24] Explicit praefatio (prologus B^{6}) *add.* $B^{5\,6}$.

Cap. 1. — [1] (Inc.-act.) Incipit vita $A^{5\,6}$, B^{1-6}. — [2] beati B^{5}. — [3] *om.* A^{6}, $B^{2\,5}$; et confessoris Christi *add.* A^{5}; (s. P. e.) eiusdem B^{3}, *om.* B^{4}. — [4] atque acta A^{4}, actusque B^{5}. — [5] narrare *corr.* B^{4}. — [6] *om.* $B^{4\,5}$. — [7] Theoderici A^{3-5}, Theodorici A^{6}, $B^{4\,5}$. — [8] Meltis A^{4}, Meldis A^{5}, Mettis $B^{1-3\,6}$. — [9] (s. c.) *om.* A^{6}. — [10] et peregrinos $B^{1\,6}$. — [11] innuitur A^{5}. — [12] Luceat lux vestra coram hominibus *add.* A^{5}. — [13] videant A^{5}.

Cap. 2. — [1] Alam. A^{3}, Alemannius $B^{1\,4\,5}$. — [2] exiret A^{4}, $B^{1\,4\,5}$, cum exiret B^{6}. — [3] natalem $B^{2\,3}$. — [4] Sintlas A^{6}, *et sic deinceps.* — [5] *om.* A^{5}. — [6] (in quo) ubi A^{5}. — [7] (i. P.) P. i. B^{1-6}. — [8] (i. d.) perhibent i. $B^{1\,4-6}$. — [9] *om.* A^{5}. — [10] *om.* B^{1}. — [11] (T. i. c.) C. t. B^{1}, C. t. i. B^{6}. — [12] per *add.* B^{5}. — [13] decrevissent A^{5}, *et reliqua huius capitis om.* — [14] aethereus $B^{1\,3-6}$. — [15] sicut B^{1-6}. — [16] (et c.) ibi sum in medio eorum B^{1-6}.

Cap. 3. — [1] *om.* B^{1-6}. — [2] exhiberet, *iidem praeter* B^{2} (exhibent). — [3] scilicet *add.* A^{4}. — [4] Romanorum A^{5}. — [5] *om.* $A^{4\,5}$; (scilicet *usque ad* secretum, praedictus) *om.* $B^{1\,6}$. — [6] que *om.* B^{3}. — [7] audierant A^{4}. — [8] propriae unusquisque A^{5}. — [9] quia B^{5}. — [10] omnia A^{5}. — [11] cuiusque *add.* A^{5}. — [12] carere A^{5}. — [13] (d. c. s. p.) s. p. d. c. A^{5}, s. p. c. (d. *om.*) $B^{2\,3}$.

pastorum

A

VITA II.

Edita ex (1) *cod. Paris. lat. 5308, olim Chesniano, quo se usum esse ait Mabillonius, sed ita usus est ut ex eo, praeter indicem capitulorum, paucissimas lectiones ipsi proprias acceperit, cetera vero, illo neglecto, ex editione Broweri;* (2) *Basileensi A. VI. 36;* (3) *editione Broweri* (3[a]) *et Ioannis Mabillonii* (3[b]); (4) *apographo Augiensi Ioannis Egon (in cod. Brux. 8930-31);* (5) *apographo codicis Oenipontani (ibid.). — Cfr. supra, Comment. praev., numm. 10, 11.*

Lectiones variantes codicis Basileensis nobis praebuit Mone, cetera exemplaria ipsi contulimus. Illas vero lectiones quae manifeste ex imperitia vel oscitantia exscriptorum ortae sunt, quales non paucae occurrunt praesertim in codice Parisiensi, neglegendas duximus.

Distributionem capitulorum accommodavimus ad capitula Vitae primae, ita tamen ut numeris romanis inter uncinos [ ] inclusis initium singulorum secundum codicem Parisiensem signaremus.

B

Incipit vita sancti Pirminii episcopi et confessoris [1].

In omni creaturarum multimoda diversitate [2] opifex earum Deus magnificus atque mirabilis perpenditur; et cum solus lucem inaccessibilem habitet [3], ideoque ab homine nullo, quandiu [4] mortali tegitur carne, videri possit, per ea tamen quae condidit, aestimare [5] se concedit. In quibus omnibus dum potens ac [6] mirificus evidenter appareat, perspicacius, pulchrius, atque dulcius in sanctis hominibus magnificentia ipsius irradiat. Hi denique voluntati eius morem gerendo, praeceptorum ipsius [7] disciplinae semet penitus submittendo, conditorem suum adsciscunt sibimet intimum habitatorem, huncque habentes cooperatorem, quam mirandus, quam potens, quam bonus Israel [8] Deus, ceteris clarius ostendunt. Quod egregius prophetarum David ingenio sagaci contemplans: *Mirabilis*, inquit [9], *Deus in sanctis suis, ipse dat virtutem et fortitudinem;* ac si diceret: *Vos qui sanctorum virtutes admiramini, magis illum qui dat contemplamini.* Idem in ultimis psalmorum, ubi omnem creaturam in Dei laudes ordinat, electe atque singulariter canendo invitat: *Cantate Domino canticum novum: laus* enim *eius* praecipua *in ecclesia sanctorum.* Et iterum: *Laudate Dominum in sanctis eius.* Hymnus quoque trium puerorum, immanissimae fornacis divinitus igne sopito concelebratus [10], omnia Domini opera ad ipsum benedicendum ordine incitat. Incipiens namque a summis, id est angelis et caelis, descendit ad infima, id est terram et C maria inque his nascentia atque habitantia. Quibus omnibus decursis ita claudit: *Benedicite, spiritus et animae iustorum, Domino; benedicite, sancti et humiles corde Domino;* ac si huiusmodi verbis cantilenae vim exponat: *Omnia quidem opera Domini benedicendum illum significatis, quem in vobis miramur: ineffabiliter tamen, sancti et humiles corde, praebetis mirabilem, quem vobis prometruistis cooperatorem* [11]. Idcirco nullum oportet ambigere quin in Deum transmittatur honor qui sanctis exhibetur, et omnis qui gesta et virtutes eorum scribit atque [12] praedicat, operantem in eis Dominum glorificat [13].

Huiusmodi ergo rei consideratione animatus, simulque fratrum benignissimorum atque in Christi caritate ferventium petitione pulsatus, vitam et actus sanctissimi patris eximiique pontificis Pirminii describere conabor. Nam etsi temeritatis verear elogium, quod lingua minus limata, eloquio inculto, verborum inops, tam reverendae dignitatem materiae aggredi praesumo, tamen fiducia robur ingerit, quae de Dei gratia nullo modo desperare permittit. Ipse enim cordis scrutator et examinator plus rusticitatis benevolentiam quam periti sermonis probat affluentiam. Unde etiam regni sui evangelium magis incultis piscatoribus quam facetis commisit oratoribus. Quod tamen opus tibi, reverendissime archipraesul Liudolfe, considerandum et examinandum committo, quia fides et veritas te composuerunt, ceteraeque virtutum catervae [14] tam firma tutela muniunt, ut livore careas et ab omni ventositate immunis exsistas. Precor ergo ut, si qua fuerint insulse prolata, in melius fingas, superflua reseces, nec in aures ante [15] publicas prodire sinas quam iusti examinis libra perpensum, tuae sagacitatis [16] fuerit lima probatum. Quamvis enim mihi non insit cornea fibra, potius tamen iudico a prudentibus corrigi quam adulatorum falsiloquio commendari.

Sed iam tempus est ad explicanda memorati praesulis gesta vertere stilum. Cuius quae fuerint ab ineunte aetate meritorum [17] rudimenta, quibus in adulescentia sanctitatis rutilaverit floribus, vel quibus per omnem iuventutem usque ad promotionem pontificatus excreverit virtutum insigniis [18], nimium culpanda scriptorum incuria notare neglexit. Pauca dumtaxat, quae sub pontificatus tempore gessit, obscure exarata repperimus; ipsa, si Christus opem dederit, evidentius atque operosius exprimere studebimus. Veruntamen quod magnifica fuerint in sanctitatis fervore E quae scriptores non fecerunt cognita, manifestavit quam post operatus est miraculorum eminentia. Nam ipse qui ait: *Ego glorificantes me glorifico* [19], a consequentibus donavit argumentari, quanta fuissent quae praecesserunt.

1. [I] Obtinuit [1] itaque beatissimus vir Pirminius [2] episcopatus [3] sedem [4] in castello Melcis [5] appellato, tempore quo Theodericus rex Francorum sceptra tenebat [6]. Ubi tanto rigore tantaque [7] sapientiae ubertate eloquiique [8] dulcedine veritatis semina spargebat, ut quisquis eum audierat, compunctionis rore debriatus [9], ad reddenda pietatis germina efficeretur fecundus. Nam non solum vicinos, verum etiam [10] longe remotos mirifica praedicationis eius efficacia fama vulgante attraxerat; et sicut apes ad [11] alveare melle refertum [12], ita ad eum confluebant examina populorum, saporatissimi verbi ipsius dulcedinem haurire gestientium.

2. [II] Fuit [1] autem eodem tempore quidam vir inter Alamanniae [2] primates opinatus [3], nomine Sintlaz [4], divino cultui studiosa devotione intentus; qui loca sanctorum circumquaque sistentia [5] lustrando, precumque vota ubertim solvendo, animae suae lucra summopere [6] quaerebat. Cumque huiuscemodi officio sedulus instaret, contigit eum ad locum quo sacratissimus pontifex [7] Pirminius mansitabat devenisse. Cuius dum infatigabilem in Dei famulatu vidisset sudorem, quodque non magis nocte quam die requiei [8] quicquam concederet, simulque considerans morati nobiliterque educati ordinem cleri, necnon et [9] totius sibi commissi convenientiam populi, admiratione grandi perculsus est, ob magnifice [10] dispositam sapientissimi Salomonis familiam. F

3. Cum vero praedicationis hora [1] sermoni eius aures mentemque adhiberet [2], tum [3] suavitatis affluentia tum [4] ex efficaci in excolendis cordibus potentia supra modum attonitus, vice Aethiopum reginae, non habebat ultra spiritum. [III] Quapropter eum secreto aggressus, ita est allocutus: *O serve Dei fidelissime ac* [5] *mysteriorum eius dispensator prudentissime* [5], *beati qui adsistunt assidue tibi* [6], *oris tui gratiam sentire meriti, de inopia illorum eruti de quibus scriptum est: Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis, quia tu vividus pastor, pervigili cura creditum* [7] *caelitus talentum ipsis dispensas, quos pabulo vitae crebro satias, lucis exemplo indesinenter aedificas. Vae autem meae gentis sterilitati, cui nullus caelica propinat fluenta, cuius rectores torpori indulgent negli-*

Prol. — [1] (Inc., *etc.*) De sancto Pyrminio 2, Prologus ad Liudulfum archiepiscopum 3, *om.* 4. *Prol. om.* 2, 4, 5. — [2] universitate 3. — [3] (i. h.) h. i. 3. — [4] qui 3. — [5] aestimari 3. — [6] hac 1, et 3. — [7] *om.* 3. — [8] sit *add.* 3. — [9] *om.* 1. — [10] concelebratur 1, 2, 4, 5. — [11] cooperantem 3. — [12] aut 3. — [13] magnificat 3. — [14] *om.* 1. — [15] (in a. a.) ante in aures 3. — [16] fuerit *add.* 3. — [17] *om.* 3. — [18] insignibus 1. — [19] glorificabo 3.

Cap. 1. — [1] *Cfr. infra, not.* 6. — [2] Pyrminius 2, 3, *et ita deinceps;* (O. i. b. v. P.) Igitur v. b. P. o. 2, 3, 4. — [3] pontificatus 2, 4. — [4] (e. s.) s. pont. 2, 4, s. e. 3. — [5] Meltis 2, 3. — [6] (Obtinuit-tenebat) Sanctissimus ac venerabilis Pirminius pontifex temporibus Teoderici regis Francorum Meldis castello pastoralis curae episcopatum sine crimine tenebat 5. — [7] que *om.* 4. — [8] alloquiique 4 — [9] ebriatus 4, deebriatus 5. — [10] et 2. — [11] in 5. — [12] revertuntur 2.

Cap. 2. — [1] Erat 3, 5. — [2] (i. A.) Alem. i. 4. — [3] opinatissimus 5. — [4] Sinchlaz (*capp. 4 et 5,* Synthlaz *et* Sinthlas) 2, Sintlaz 3, Sintlas 4, Sintloz 5, *et ita porro* 3, 4, 5 (*sed capp. 4 et 5* Sintlace, Sintlacem). — [5] assistentia 2, statuta 5. — [6] summo opere 2. — [7] *om.* 2. — [8] (d. r.) in d. quieti 5. — [9] etiam 4. — [10] magnice 3[a].

Cap. 3. — [1] *om.* 3. — [2] praeberet 2. — [3] cum 2. — [4] dum 2. — [5] (ac m. e. d. p.) *om.* 4. — [6] (a. t.) t. a. (assiduo 4) 3, 4. — [7] credentium 3[b].

gentiae

VITA I

pastorum [14] orbatus, iterum gentili ritu manciparetur, quem asserebant per doctorum imperitiam in fide Christi hebetem et in antiquum errorem in multis[15] conversum *g*. Hanc responsionem dicunt eum illis [16] dedisse : non esse licitum alterius episcopi dioecesim causa docendi[17] aliquem sibi usurpare sine consensu praesulis sive iussu summi pontificis apostolicae sedis; et si illo praecipiente ei praefatum impositum esset pondus[18], non recusare laborem propter Dei amorem [19].

cum eo Romam tendit; ubi sanctitate ipsius per prodigium manifestata summo pontifici,

4. His ita dictis, sanctus Pirminius et praedictus illius amicus [1] condixerunt aptum tempus limina sanctorum[2] apostolorum visendum[3]; quod uterque, de loco proprio exiturus [4], impigre peregit [5]. Veniente ergo tempore, in quo condictum perficiendum erat iter [5], asserunt [6] sanctum Pirminium Romam praevenire amicum suum, ibique aliquot dies antequam ille veniret morari. Mansionem [7] quoque apud quendam fidelem virum habebat; cuius consilio accepto, in domo sancti Petri circuibat orando [8] altaria sancta. Cumque [7] ad requiem sanctam [9] perveniret, videbatur ab apostolico viro. Et interrogati aliqui qui aderant, B quis esset aut unde venisset, dixerunt [10] eum episcopum esse et de occidentali parte venire. Quibus [11] dixit : *De talibus nos praecavere oportet* h. Sanctus Pirminius autem [12] humiliter se misit [13] ante sepulcrum sancti apostoli [14], baculum vero [15] suum, nulli materiae acclinem [16], in limpido erectum statuit [17] pavimento; quem interim aeris [18] obsequia immobilem tenuerunt, donec eum manibus [19] ab oratione surgentis episcopi inclinaverunt *i*. Voluit enim [20] Dominus ut sanctitatem tanti viri, quam humana non cognoverunt pectora [21], famulantia demonstrarent elementa. Tali Romanus episcopus perculsus miraculo, citissime se misit [22] ad vestigia sancti antistitis, veniam deprecans de verbis quae erga illum [23] ignoranter protulit, quia [24] ante signum factum [25] talis non aestimabatur [26] qualis postea Dei nutu ostensus est [24]. Quo [27] procul dubio humiliter suscepto, in alternos [28] se inclinaverunt amplexus et alterutrum [29] se osculo amabant sancto. Sic uterque resedit [27]. Igitur post mutuam colloquiorum dulcedinem, beatus Pirminius[30] ostendit epistulam quam ei Sinlaz ferebat veniendi causa ad praedictum apostolicum *k*. Quam ille cernens, recognovit C cuncta quae ei prius de illo [31] laudabiliter erant D dicta. Tunc sanctus Pirminius dixit summo pontifici : *Valde miror, ob quam causam praedictus meus amicus* [32] *tam tarde veniat*. Respondit ei, ob itineris longitudinem tam diu illum [33] demorari posse. Non longe postea venit is cuius aspectum uterque desiderabat, papa videlicet sanctusque Pirminius.

ab eodem honorifice remissus, favente dein Theoderico rege, statum religionis in Alamannia reformat;

5. Initoque [1] consilio, ab urbe Roma a metropolitano missus est praefatus Dei servus, per virum inclitum nomine Sinlaz[1], ad Theotericum [2] regem Francorum *l*. Qui eum gloriose suscepit, et cuncta quae illi ab apostolico per praedictum imperata *m* fuerunt [3] nuntium libenti ardentique animo implevit ; et congregata episcoporum turba, missum summi pontificis, sanctum scilicet [4] Pirminium, praecepit honorifice suscipere [5] ad pastorales curas et cuncta quae ab illo imperarentur oboedienter atque libenter [6] implere [7]. Coadunata quoque antistitum ceterorumque clericorum caterva non pauca, in illorum praesentia stans missus apostolici Sinlaz, variam multimodamque eorum imperitiam a papa referebat auditam [8], atque propter illorum stultitiam populum minutum ignoranter deliquisse in multis. Sanctus E vero Pirminius, vir [9] valde venerabilis, cum reliquis fidelibus coepiscopis suis cuncta devote implevit quae erant illi imperata ab apostolicae sedis episcopo.

ibidemque primo in Augia insula, serpentibus mire expulsis,

6. Cunctisque [1] rite peractis [2], venit ad locum Sinlazesowa [3] nuncupatum *n*, ibique aliquo tempore requiescens, praedicti viri filium levans de sacro [4] fonte [5] baptismatis, in renato [6] sibi fecit filium adoptivum [7]. Post [8] haec vero per amorem divinum atque fraternum ibi morabatur tempus non modicum, dicente quodam sapiente : *His geminis qui caret alis, non habet unde volet ad regna caelorum* [9]. Praefatus vir inclitus, nimium laetus [10] effectus, Deo gratias agens [11], qui illi tantum talemque[8] ostendit patronum, simulque [12] his verbis humiliter Deum deprecans [13] : *Domine* [14], *qui me dignum fieri* [15] *voluisti praeclaram huius viri sanctitatem cognoscere, tribue ut per eius sancta* [16] *merita merear in aliquo illi* [17] *profuturus esse servitio* [18]. Ostenditque [19] illi praedia [20] sua non pauca, quia ibi [21] in gyrum lati erat [22] cespitis [23] dominus dives, et rogabat amicum suum dilectissimum [24], ut dignaretur illi ostendere [25] in qua parte ei videretur [26] ut post suum [27] F

[14] (p. p.) pastoribus A^5. — [15] esse *add.* A^5. — [16] (e. i.) beatum Pirminium $B^{1\,4\text{-}6}$. — [17] (c. d.) d. c. B^2. — [18] (ei pr. i. e. p.) p. ei i. e. pr. A^5. — [19] (n. r. l. p. D. a.) p. D. a. n. recusaret l. A^5.

Cap. 4. — [1] (i. a.) Sinlaz A^5. — [2] *om.* A^5.— [3] visenda $B^{4\,5}$. — [4] exiens A^5.— [5] peregerunt A^5, *et om. sqq. usque ad* erat. iter. — [6] autem *add.* A^5.— [7] (Mansionem-Cumque) Cumque interea quadam die altaria in domo sancti Petri circuiret et A^5. — [8] *om.* B^5. — [9] (r. s.) s. r. A^5.— [10] quidam *add. corr.* A^5. — [11] Et ille A^5. — [12] (P. a.) Ergo P. A^5. — [13] prostravit B^1, *om.* B^6. — [14] Petri $B^{1\text{-}6}$; prostravit *add.* B^6.— [15] (b. v.) et b. A^5.— [16] acclivem $A^{5\,6}$, B^5.— [17] (e. s.) s. e. $B^{1\text{-}6}$.— [18] (i. a.) a. i. $B^{1\text{-}6}$. — [19] manus A^6, *corr.* B^4, B^5. — [20] autem $B^{1\,6}$. — [21] (n. c. p.) infidelitas non agnovit, tamen A^5. — [22] (se m.) m. se A^6, B^3. — [23] eum A^5. — [24] (quia-ostensus est) *om.* A^5. — [25] (s. f.) f. s. B^6. — [26] ab illo *add.* A^4. — [27] (Quo-resedit) Hoc procul dubio ille valde expavescens, humiliter suscepit eum, et in alterutrum se osculo amantes sancto resederunt A^5. — [28] alterutros B^5. — [29] alterutro B^5. — [30] *Reliqua huius capitis ita contraxit* A^5 : narravit omnia quae eum Sinlaz rogavit et pro qua causa Romam veniret. Interea praedictus Sinlaz veniebat, quem uterque, papa videlicet et sanctus Pirminius, diu desiderabat. — [31] eo A^2.— [32] (m. a.) a. m. B^5. — [33] eum A^4, *om.* B^5.

Cap. 5. — Inito ergo B^6; *Totum caput ita expressit* A^5 : Papa vero, eorum desiderium non multum differens, inito consilio, praefato sancto de apostolica auctoritate ubicumque vellet praedicandi licentiam dedit; insuper etiam epistulam haec continentem cum eodem sancto per praedictum Sinlaz misit ad Theotericum regem Francorum. Qui eum gloriose suscepit et cuncta quae ab apostolico fuerunt concessa desideranti animo laudavit. Coadunata quoque antistitum ceterorumque clericorum caterva non pauca, in illorum praesentia iussit recitare summi pontificis epistulam, et cum consensu eorum apostolicam licentiam beato Pirminio sua concessione firmavit. — [2] Teodericum A^3, Theodericum $B^{1\text{-}4\,6}$, Theodoricum A^6, B^5. — [3] fuerant $B^{2\,3}$. — [4] videlicet B^6; et *add.* B^4. — [5] suscipi B^6. — [6] (a. l.) *om.* B^5. — [7] impleri B^6. — [8] audita $B^{4\,5}$. — [9] *om.* B^4 *(ubi post* valde *vox erasa)*, B^5.

Cap. 6. —[1] Cunctis ergo B^6.—[2] (C. r. p.) Inde laetus pergens cum praedicto suo amico A^5. — [3] Sinlazesouwa A^4, Sinlazesawa A^5. — [4] *om.* $B^{4\,5}$, sacri B^6. — [5] (s. f.) f. s. $B^{1\text{-}3}$; (praedicti-fonte) filium eius de s. f. l. A^5. — [6] (in r.) *om.* A^5. — [7] (f. f. a.) fil. a. fec. A^5. — [8] (Post-tantum talemque) Cumque ibi non modicum tempus moraretur, praefatus Sinlaz, Deo agens gratias, qui sibi talem tantumque A^5. — [9] polorum B^2.— [10] est *add.* $B^{1\,6}$, A^6.— [11] egit $B^{4\,5}$; (D. g. a.) g. a. D. B^6.— [12] pariterque A^5.— [13] deprecabatur dicens A^5; aiebat *add.* $B^{4\,5}$.— [14] inquit *add.* $B^{2\,3}$. — [15] (d. f.) indignum A^5, $B^{2\text{-}5}$. — [16] praeclara B^4. — [17] (m. in a. i.) in a. i. m. A^5. — [18] (e. s.) s. e. B^6. — [19] Deinde ostendit A^5, Haec dicens ostendit (illi *om.)* B^6. — [20] praesidia A^3. — [21] *om.* $B^{4\,5}$ — [22] erant B^6. — [23] (e. c.) c. e. A^5. — [24] dilectum A^3; (a. s. d.) eum A^5. — [25] (d. i. o.) demonstrare i. d. B^6. — [26] congruum *add.* A^5. — [27] *om.* $B^{2\,4\,5}$.

discessum

A *gentiae manum dant, Christo nihil lucrari meditantur: quia sibi viventes, pecuniam domini sui sanctae usurae accommodare non conantur. Quo si*[8] *ire atque aliquid gratiae qua tu*[9] *redundas irrorare velis, centuplo auctum*[10] *in futuro praemium provenire*[11] *tibi gaudebis. Audi, quaeso, ut*[12] *annuas*[13] *supplicanti, ariditatique nostrae pio*[14] *cordis affectu compatere: nam nisi celeri ope subvenire contendas, nostrates cunctos possidebit iterato errore paganismus.* His a praefato viro praelibatis, comites illius conquestione immensa eadem replicabant. [IV] At vir eximius, consulto sagacissimi animi[15] secreto, ita respondit: *Pia equidem sunt*[16], *o*[17] *viri Deo devoti, quae postulatis; sed in omni re, sicut ipsi nostis, plurimum valet cautela consilii prudentis. Sancitum profecto constat canonibus sacris, ne quis sibi aliquid arroget in alterius dioecesi pontificis; et quomodo me cogitis illuc migrare, quo neque a praesulibus illarum partium sum evocatus*[18] *neque ab apostolicae sedis antistite destinatus? Quare, quoniam*[19] *persuadere certatis, ut ego mihimet caelestis accumulem bravii lucra, vos eadem intentione mecum laborare delectet, quatenus itineris Romani laborem simul aggredientes, a summae sedis culmine desiderati operis*[20] *censuram studeamus perquirere.*

4. His dictis, animos eorum ad consentiendum sibi reflexit. Sintlaz domum repedabat; ac[1] ea quae itineri[2] condicto[3] forent necessaria parare satagebat. [V] Beatus autem[4] Pirminius, nimio pietatis zelo stimulatus, acri fervore instabat ut opus Domini, quod aggredi fuerat persuasus, consummaret; ad apostolicaque[5] properans limina, B longe antequam praefatus vir, Romanam venit in urbem[6]. Ubi dum apud quendam hospitii humanitatem impetrasset, cotidie orationis incenso[7] faciem Domini placare consuevit. Atque dum huiuscemodi studio frequenter insisteret, die quodam beati Petri apostolorum principis domum ingressus, cunctas ibi consistentes aras contriti cordis immolatione fumigabat. Ubi quoque ab apostolico praesule primo eum videri contigit. Qui a ceteris perquirens secreto si nossent quis esset[8] aut unde venisset, responso didicit hunc praesulem esse et de[9] Galliae finibus illuc advenisse. At apostolicus: *Multum*, inquit, *desipitis, quod*[10] *aliunde venientes minus caute observatis*[11]. *A talibus denique plura saepe perperam gesta fuisse percepimus.* [VI] Interim beato Pirminio singula perlustrante altaria, accidit eum ad sacratissimam beati Petri tumbam devenisse[12]. Ubi cum orationis gratia genua flectere in[13] voto haberet, pedum[14] pastoralem[15] limpido commisit pavimento. Qui[16] nulli adhaerens materiae attrectabili[17], tandiu, mirum dictu, immobilis perstabat[18], donec ab oratione surgentis recipientisque manui se ultro immitteret. Quod ideo fieri miraculum provida Christi voluit clementia, ut liquido pateret, quanta apud se meritorum polleret sublimitate, qui erat ignotus patria et gente; hocque voluit evangelium eius initiari signo, quod cumulato dispensaturus erat lucro. Motus autem hoc apostolicus eventu, intimam coepit habere paenitudinem, quod ante ostensionem huiuscemodi signi ullam de beato viro mali gessisset suspicionem: celeriterque[19] ad eius se provolvens vestigia[20], huiusce[21] reatus obnixe postulavit indulgentiam. Cumque vir beatus humiliter eum C susciperet, dulcibus osculis sanctisque[22] amplexibus magnopere se commendantes mutuo, ad miscenda pietatis colloquia pariter[23] consederunt. [VII] Verum ubi se plurimum caelestis vitae recreaverunt pabulis, coepit papa beatum consulere Pirminium, qua de causa illo venire disponeret. At ille cuncta ordine pandit: quomodo videlicet egregius vir Sintlaz de Alamannia[24] ad eum in Franciam devotionis causa venisset, suae gentis defectum referret, quia doctores eius[25] dormitarent, commissos neglegerent, denuoque[26] in paganismum casuram, nisi aliquis divino zelo instinctus succurrere properaret; quomodo etiam idem Sintlaz semet[27] id[28] opus aggredi suaderet, suique eum responsum accepisse, quod non esset licitum aliorum praesulum parochias discutere sive corrigere, nisi aut illorum rogatu aut apostolicae auctoritatis iussu; pariterque condicerent Romam properare hac de causa. Addidit quoque se mirari oppido, quaenam praedictum Sintlacem praepediret occasio, quod non adesset ex condicto. [VIII] Talia referenti[29] beato Pirminio, Sintlaz sui ingerens praesentiam, cunctis eius adsertionibus testificatus est, tum[30] votivo adventu tum veraci[31] relatu.

5. Tunc papa, perpendens in Sintlace sincerissimae intentionis fervorem, in beato autem Pirminio fidei constantiam, animi industriam, sapientiae plenitudinem, sermonis affluentiam, ineffabili exsultabat gaudio, ac intimo[1] cordis laudes Christi parturiit[2] iubilo, qui ad lucranda[3] populorum agmina, talium cooperatorum inflammare dignatus est pectora; veritusque se neglegentiae naevo notari, coramque Deo reum detineri, si quod ipsum decuit agere omitteret, accitos utrosque[4] sanctae exhortationis animavit eloquio suaeque auctoritatis roboravit indicio, ut opus quod divina inspiratione incohaverant[5], fiducialiter certarent[6] implere. [IX] Denique epistulam cum beato viro absque dilatione per venerabilem virum Sintlacem ad regem Francorum Theodericum[7] direxit, monens, suadens, et imperans, ut respectu divinae remunerationis, viri Dei votum pia opitulatione duceret ad effectum; edocens hoc ita demum sagaciter fieri posse[8], si cunctis tam Alamanniae quam Franciae praesulibus convocatis, imputaret neglectus ipsorum[9] desidiam, reatus notificaret pondus: quod nequirent evadere, nisi beatissimum Pirminium ad suas dioeceses ducerent pessumdati- E que gregis damna restaurare flagitarent. Porro rex, epistula pervisa[10], honorifice ab apostolico suscepit directos, ac cuncta quae mandata sunt, libenti animo perficere curavit. Nam coadunatis episcopis ceteraque cleri ac plebis caterva, missum papae[11], Sintlacem videlicet, in medio stare iussit, palamque referre, quomodo papa reverendus illorum pontificum inertiam doleret, quomodo labefactati populi dispendia lugeret, suaque iuberet auctoritate, ut inclitus Pirminius ab eis gratanter susciperetur, gemendae iacturae futurus efficax restaurator. Pontifices, talibus auditis, compunctionis stimulo sunt salubriter accensi; virumque Dei in sua adsciscentes, omnem opportunitatem ac libertatem se ei paraturos spoponderunt ad peragenda quae divinitus sunt instituta et ab apostolico imperata.

6. Accepta igitur tam congruae occasionis facultate, vir Dei primo ad Alamannorum gentem proficisci disposuit. Quo dum pervenisset, veluti caelitus imber diffusus[1], omnium ad se venientium corda fecundissimo salutaris verbi rore maditavit[2]; commoransque in loco qui vocatur Sintlacisowa[3], venienti viam paravit Domino, prava mutans in directum, et aspera in vias planas; et ex duris impolitisque lapidibus filios Abrahae quadrans. [X] Cumque non modicum tempus in huiusmodi[4] exercitio desudaret, vir eximius Sintlaz, cuius etiam filium pater sanctissimus de sancti[5] lavacri fonte levavit, humiliter adiit eum[6], dicens: *O sacerdos inclite, in tuo adventu omnia mortua reviviscunt, arida virent et florent, tellus nostra germina vitalis fructus gravida facta est. Rogamus nunc, ut pio*[7] *consilio suggeras, quo in loco, postquam hinc forsan*[8] F *discesseris, construere queamus domum*[9] *orationis.* [XI] At[10] beatus Pirminius: *Videre*, inquit, *videor*[11] *insulam prope, quam celeriter navigando quimus attingere. Properemus ad eam: fortassis ibi benignus Dominus suam nobis exprimet gratiam.* Respondens autem praedictus vir ait: *Absit*[12], *absit hoc, domine mi, quia*[13] *illa insula serpentium*[14] *exstat vermiumque horrendorum possessio, nec hominis ulla ibi poterit*[15] *esse habitatio.* Tunc pater almus: *Quid*, inquit, *loqueris, modicae fidei? Nonne Christus rettulit sibi donatam esse omnem potestatem in caelo et in terra? Nonne electis suis concessit ambulare super aspidem et basiliscum, et conculcare leonem atque draconem?* His auditis, supradictus vir beato viro annuit[16], ipsique navigii opportunitatem praebere non tardavit.

[8] tu *add.* 3. — [9] *om.* 2. — [10] (c. a.) centuplum 5. — [11] pervenire 5. — [12] animos *add.* 4. — [13] animo 2; (Audi q. ut a.) Annue, pater sancte, mihi 5. — [14] pro 3. — [15] Dei 2. — [16] (e. s.) s. e. 4. — [17] *om.* 5. — [18] vocatus 5. — [19] quomodo 2, 4, quem 3, qui 5. — [20] *om.* 2, 3b, 4.

Cap. 4. — [1] at 2. — [2] tunc *add.* 4. — [3] conducto 3, 4, conducta 5. — [4] *om.* 3. — [5] que *om.* 2. — [6] (R. v. in u.) v. in u. R. 3. — [7] intensione 4. — [8] noscerent 2. — [9] (et de) e 4. — [10] qui 4, quidem 5. — [11] (c. o.) o. c. 4. — [12] venisse 4. — [13] *om.* 1, 2. — [14] pediam 1, peram 2, baculum 5. — [15] pastorale 3a, 4. — [16] Quod 4, Quae 5. — [17] attractabili 5. — [18] (i. p.) immobile stabat 4. — [19] celerumque 2. — [20] *om.* 2. — [21] huiuscemodi 2. — [22] et sanctis 4. — [23] *om.* 4 — [24] Alemannia 3b. — [25] (d. e.) e. d. 1. — [26] denique 1. — [27] semel 4. — [28] ad 2. — [29] referente 5. — [30] cum 2. — [31] (t. v.) cum veritatis 2.

Cap. 5. — [1] intimi 5. — [2] parturivit 1, parturit 3a. — [3] lucrandum 4. — [4] (a. u.) accitosque 2. — [5] inchoarent 3b. — [6] tractarent 2. — [7] Theodoricum 2, 3b, 4. — [8] (f. p.) p. f. 1. — [9] eorum; 4 (n. i.) neglectam episcoporum 5. — [10] praevisa 5. — [11] papa 2 (?), a papa 3, 4.

Cap. 6. — [1] perfusus 5. — [2] maritavit 1, 2, 3, 4. — [3] Sintlozawe 5. — [4] huiuscemodi 2. — [5] sacri 5. — [6] (a. e.) e. a. 4. — [7] pro 5. — [8] *om.* 1. — [9] (c. q. d.) d. c. valeamus 5. — [10] Et 1. — [11] (V. i. v.) Video, i. 2. — [12] *om.* 1. — [13] in *add.* 3, 4. — [14] serpentum 2. — [15] potuit 4. — [16] annuere 3.

7. Mox

VITA I

discessum in amorem [28] illius ad Dei servitium perpetrandum [29] potuisset habere oraculum [30]. Desiderium amantissimi amici [31] audiens et voluntatem Dei ut prudens [32] intellegens : *Est* [33], inquit, *insula haec, quam intueor, prope* [33], *in quam* [34] *possum navigando cum Dei adiutorio celeriter venire* [34]. *In illam me fac* [35] *ad* [36] *opus divinum, quod optas, peragendum* [36] *navigio propere induci.* Ille [37] quoque [38] renuens : *Vermibus*, inquit, *insula haec* [39], *quam cernis* [40], *plena scaturit* [41], *et idcirco numquam homo ausus est in illam intrare.* Qui respondens ait : *Domini est terra et plenitudo eius. Primis magistris* [42] *dedit Deus potestatem calcandi scorpiones et cuncta venenata diabolica arte* [43].

pulchrum coenobium constituit;

7. In [1] praedictam insulam intrante Domini cultore Pirminio [1], Dei nutu factum est ut cuncta illa horrenda creatura [2] variorum atque inauditorum vermium de altera parte serpendo atque reptando gurgitem peteret [3], et tribus diebus ac noctibus tota superficies stagni tecta erat mira magnitudine dirorum serpentium *o*. Tunc athleta Christi Pirminius sarculis aliisque [4] ferramentis spinas et tribulos, arbusta et inutilia fruteta cunctosque [5] surculos humanis usibus otiosos [6] praecidi [7] praecepit [8], et manibus propriis, aliisque iuvantibus, in tribus diebus stirpando pulchrum peregit campum, in quo postea vivo Deo et vero [9] amoenam aedificavit domum atque suorum alumnorum [10] iucundum dimisit contubernium. Locus ille [11], ex quo die intravit in eum Christi praesul Pirminius, factus est salubris aere, iucundus flumine, fecundus terra, arboribus nemorosus et vineis uberrimus ; ideoque delectat in eo [12] vivere, qui [13] ibi Deo regulariter debent servire. Quis enim tali sapientia praeditus est, qui enumerare [14] queat quanta vel qualia mirabilis Deus in sanctis suis in loco illo mira atque miranda peregit ? Quia qui [15] ab eodem loco [16] tanta monstra diabolici figmenti subito evanescere fecit, postea inde [17] multa milia animarum sanctarum [18] per multa [19] curricula annorum in amoenissimos hortos, caelestis scilicet Ierusalem, usque ad diem ultimum [20] non desinit advocare, ut [21] numero eorum nominum [22] aliud non possit coaequari nisi stellae caeli aut bibulae harenae quae iacent in litore maris. Iste locus enim [23], de quo imperitis assertionibus aliquid narrando perstrinximus, primus est eorum in quibus vir sanctus Pirminius agonem suum post episcopatum proprium Deo et hominibus devotissime monstrare [24] coepit *p*.

o B C p

et alia

deinde decem in Francia, Bavaria et Alamannia;

8. Postea vero cum Dei timore et studio bono decem ordinavit monasteria, quia [1] *initium sapientiae timor Domini* [2], et *in studiis suis cognoscitur vir*, Paulo dicente : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi* [3], *ideoque reposita est mihi corona iustitiae* [1]. Quorum tamen coenobiorum [4] nomina aliquanta nobis [5] cognita, quaedam non sunt [6] ; in tribus tamen regnis, Francia scilicet [7], Bawaria [8] atque Alemannia [9], liquido novimus ea [10] constructa [11]. Quomodo enim in media aetate vixerit in [12] illis [13] et [14] quantos labores tunc [15] pertulerit, paucis hominibus compertum habetur, ob illorum culpam [16] qui nobis de praedictis locis [17] illud intimare debuerunt. Sunt tamen [18] aliqui [19], ut nobis sciendum est [20], ex quibusdam praefatis locis [21], de illius studiis multa scientes, qui vero [22] nobis longe positi sunt, et ad illos venire non possumus, et illi quidem quae [23] exinde sciunt nobis intimare neglegunt. Aliqui [24] vero [25] nec ipsorum locorum primordia [26] scientes [27] in quibus vivunt, et a quibus initium post Deum sumpserunt [28], omnino sunt ignari ; quia ubi abundat terrena cura, refrigescit [29] necesse est [30] caritas divina. Nomina vero praedictorum monasteriorum, quae novimus, haec sunt [31] : Altaha [32], Scutura, Genginbach [33], Suarzaha [34], Muorbach [35], Moresmunister [36], Niwenwilare [37]. Aliorum [38] vero vocabula certe [39] non scimus. In his tamen praedictus [40] vir non minoravit incohatum certamen, ut credendum est [41], secundum qualitatem uniuscuiusque loci.

E

ac denique Hornbacense,

* *Inversus est hic ordo capitulorum; itaque capitulum 14 Vitae II respondet capitulo 15 Vitae I, et vice versa.*

15. [xxviii] Ex [1] occasione siquidem adventus sancti Bonifacii ad beatum Pirminium [1], extra incohatae mate-

[5] adire 3, 4. — [6] quae 5. — [7] et 5. — [8] (d. c.) c. affantur 5. — [9] candidos 5. — [10] a *add.* 3ᵃ. — [11] verae 5; (in v.) munere 2. — [12] utilia 1, utillima 2. — [13] cohortationis 5. — [14] invenisset 4. — [15] (ad sua) in sua 1, 5. *Reliqua huius capitis et tria sequentia cum prima phrasi capitis 16 om.* 2. — [16] inferre 5. — [17] *Reliqua huius capitis et duo sequentia om.* 4, *monente scriba:* Cum autem ad vitam sancti Pirminii nihil attineat, sed tantum martyrium sancti Bonifacii contineat, omisimus. — [18] naviter 3ᵇ, immaniter 5. — [19] exercere 5. — [20] Frysonum 5. *et ita deinceps.* — [21] paganorum 5. — [22] *om.* 3.

Cap. 13. — [1] (iam p. R. f. a.) p. R. f. a. i. 3. — [2] commorabatur 3, 5. — [3] etiam 3, 5. — [4] scillam 3ᵃ, schell 5. — [5] (h. u. s. n.) u. h. n. s. 5. — [6] *om.* 3. — [7] illam 3ᵇ. — [8] terebrando 5. — [9] candidatos 3, 5. — [10] civilitatis 3, 5. — [11] manipuli 5. — [12] qui *add.* 3. — [13] cum 5. — [14] Nemroth 3ᵇ. — [15] immunditiae 5. — [16] struunt 5. — [17] captant 5. — [18] viperino 5. — [19] peragere 5. — [20] et *add.* 5. — [21] acceperit 5. — [22] conversi 5. — [23] (e. u.) u. e. 3, 5. — [24] est *add.* 5. — [25] (cunctis-sanguis) cunctisque patuit quod Deus erat vindex sanguinis 5. — [26] (s. s.) sanct. sang. 1. — [27] sibi 1, *om.* 5. — [28] (d. g. d. e.) dum eos div. gr. 3, 5. — [29] canere 5. — [30] (u. d.) d. u. 3, 5. — [31] Beala *add.* 3ᵃ. — [32] pulsu 3, 5. — [33] Vere 3, 5. — [34] animatae 3.

Cap. 14. — [1] adunato 3. — [2] *om.* 1, 5. — [3] eructuasse 3ᵃ, 5. — [4] satietatem 5. — [5] (s. p. a. q.) stupore perculsit admirationem quidem 5. — [6] *om.* 5. — [7] *om.* 1. — [8] igitur 3.

Cap. 15. — [1] (Ex-Pirminium) Haec de sancto Bonifacio 5. riae

VITA I

lum ubi pendebat, iucundum reddidit sonum; quia necesse[49] erat ut vasculum, quod antea humano auditui amabilem[50] reddebat[51] vocem, tunc autem pulchriorem, quia in Christo defunctum[52] nuntiabat episcopum.

(non minori miraculo campana ab ecclesia S. Pirminii *ablata sonum non dedit)*

14. Mirabilis vero[1] Deus in sanctis suis huic simile signum nobilitavit per sanctum Pirminium. Wido, unus de stirpe praedicti[2] Wernharii[3], praepotens[4] dominus terrenus loci Gamundii[5] fuit; qui et ipse aedificando atque[6] aurum et argentum proprium fabricando ad laudem Dei et ad ornandum[7] faciem templi sancti Pirminii in praedicto loco multa bona peregit[8]. Cloccam igitur[9] unam Sancti Pirminii praefatus Wido[10] in locum qui vocatur Lochwilere[11] deferri praecepit; quae quandiu ibi pendebat, muta et humano auditui inutilis permansit. Intellexit igitur senior praedictus[12] hoc factum[13] Deo non placuisse[14] et sancto Pirminio[15]. Praedictam campanam referri praecepit in locum de quo sumpta est; quae antequam illuc veniret, sonum assuetum clare[16] reddidit[17], et usque in hodiernum diem ad laudem Christi et sancti[18] Pirminii reddere

B non desistit. Omnipotens enim Deus per utrumque vas ad laudem sanctorum suorum pulchrum peregit signum; quod enim unum sonando, hoc aliud perpetravit tacendo atque canendo.

et piscibus prodigiose multiplicatis pascuntur plebes.

15. [1] Sanctum autem Bonifacium, ut dignus erat, honorifice duxerunt usque ad[2] sedem suam Mogontiam. Deinde etiam populo opimo[3] undique conveniente, et episcopis atque presbyteris cum aliis multis ad sacrum ministerium convocatis, cum Dei timore et gaudio magno perductus[4] est ad Fultam[5], ubi ipse corpore adhuc vivens sibi elegit habere requiem perpetuam. Et tunc[6] clemens Deus in adventu sancti Bonifacii recordatus D est populi[7] ex itinere fatigati, quia qui aliquando in deserto alite multo pavit populum innumerum, istic ab[8] amne ibi fluente piscium multitudinem ebullire fecit, ita ut populus ex itinere lassus et fame constrictus copiosam abundantiam sibi recepisset; et de Dei misericordia laeti atque iucundi redierunt ad propria[9].

Pius S. Pirminii *obitus et sepultura in coenobio Hornbacensi.*

16. Et[1] ut ad id redeam unde digressus sum, vir[2] venerabilis sanctus Pirminius in eodem mansit coenobio ubi a sancto corporaliter se[3] separavit Bonifacio, usque dum Christus de caelo recordari voluit laborum suorum atque certaminum, quae impigre et viriliter pro Christi[4] peregit nomine[5]. Cumque[6] sentiret Domino dominorum placere ut, sarcina carnis abiecta, agonum suorum praemia caperet in caelis[7], nil[8] dubitavit a corpore solvi et esse cum Christo. Convocatis[9] fratribus[10], valedicens cunctis, obdormivit in Domino. Cui vero[11] si per occisionem gladii non imputatur martyrium, dignitatem tamen martyris non amisit, quia[12] multa bona certamina in E Domino usque in finem[13] perpetravit. In Hornbachensi[14] coenobio quarto die nonarum novembrium[15] depositio est[16] sancti Pirminii episcopi[17]; ubi per illius merita sancta experiuntur infirmi multa beneficia[18] Christi[19], caeci visum, surdi auditum, claudi gressum, variisque detenti infirmitatibus[20] misericordiam[21] Dei[22], qui vivit et regnat in[23] saecula saeculorum[24]. Amen.

Explicit vita sancti Pirminii episcopi[25].

49 iustum A^{5}. — 50 amabili A^{2}. — 51 reddidit A^{5}. — 52 (in C. d.) d. in C. A^{5}.

Cap. 14. — 1 ergo B^{6}. — 2 iam dicti A^{5}, *om.* $B^{4\,5}$. — 3 Warinh. A^{5}, Werinh. B^{1-6}. — 4 valde potens A^{5}. — 5 Gamundi B^{1-6}. — 6 *om.* A^{5}. — 7 ornandam B^{5}. — 8 Sed tamen *add.* A^{5}. — 9 *om.* $A^{4\,5}$. — 10 sumpsit et A^{5}. — 11 Lohewilere A^{4}, Lohwilere *prius* B^{6}, Lohwilare $B^{2\,3\,5}$, *corr.* B^{6}. — 12 praefatus B^{2-6}. — 13 *eras.* B^{2}. — 14 placuisset B^{4}. — 15 (n. p. et s. P.) et s. P. n. p. A^{5}. — 16 dare $B^{1\,3\,6}$, clariorem *corr.* B^{4}, B^{5}. — 17 coepit B^{1}. — 18 eius *add.* A^{5}.

Cap. 15. — 1 *Tot. cap. om.* A^{5}. — 2 *om.* $A^{2\,3}$ (?). — 3 optimo A^{3}. — 4 productus A^{3}. — 5 Fuldam B^{1-6}. — 6 nunc B^{6}. — 7 *om.* $A^{1\,2}$, $B^{4\,6}$. — 8 *om.* B^{5}. — 9 patria B^{6}.

Cap. 16. — 1 At B^{3}. — 2 ergo *add.* B^{6}. — 3 (a s. c. se) se

C c. a. s. A^{5}. — 4 eius A^{5}, B^{5}. — 5 *om.* $B^{2\,3}$. — 6 Nam cum A^{5}. — 7 ut totus in Domino semper conversus *add.* A^{5}. — 8 nihil $B^{2\,3}$. — 9 Igitur conv. A^{5}; Conv. itaque $B^{2\,3\,6}$. — 10 et *add.* B^{6}. — 11 vere $B^{2\,3}$. — 12 qui $B^{2\,3}$. — 13 (in D. u. in f.) u. ad f. vitae praesentis in D. A^{5}. — 14 Hornbachcensi A^{3}, Hornbacensi B^{4-6}; vero *add.* $A^{4\,5}$, autem *add.* B^{1}. — 15 decembrium A^{5}. — 16 *om.* $A^{3\,4}$. — 17 (s. P. e) eius A^{3}; (d. est s. P. ep.) est s. P. ep. d. A^{5}; facta est *add.* A^{4}. — 18 (m. b.) b. m. A^{5}. — 19 *om.* A^{5}, *eras.* B^{4}. — 20 consequuntur *add.* B^{5}. — 21 misericordia B^{6}. — 22 (v. d. i. m. D.) et variae infirmitates sanitatis explementum. Inde laus Patri, eius et Filio, pariterque Pneumati sancto, in tribus personis simplici Deo A^{5}. — 23 Deus per cuncta A^{5}, per omnia B^{6}. — 24 (s. s.) saeculorum saecula B^{5}. — 25 (Explicit, *etc.*) *ita* $1^{1\,2}$, B^{6}, *om. cet.* F

ANNOTATA.

a Caelebs *apud hagiographos generali significatione de iis vel de eorum vita, ni fallor, usurpatur qui, sive sanctitate morum in terris, sive privilegio status gloriae in caelis, condicionis corporeae effectibus et legibus superiores evaserunt. Sic Ravennates S. Severi episcopi sui, ubi eum comperverant eodem tempore Ravennae adfuisse et Mutinae,* sanctum eius caelibatum *magis venerati esse dicuntur* (1), *eminentem scilicet sanctitatem, qua meruit a naturalibus legibus immunis esse. Sic S. Guingualoeus adhuc puer vehementer cupiebat sancti cuiusdam magistri disciplinae se tradere,* perpetuas inter caelibes affectans ducere choreas (2), *id est inter sanctos sive caelites.*

b *Cfr. Comm. praev., num. 48.*

c *Totius scilicet regni Francorum, Austrasiae et Neustriae, ab anno 721 ad annum 727, sed re vera imperium exercente Carolo Martello* (3).

d *Cfr. Comm. praev., num. 34 sqq.*

e *Id est ex ea parte Germaniae oriundus quae postea Sueviae nomen obtinuit et etiam partem aliquam septentrionalis Helvetiae complectebatur.*

f *Alicubi notatum repperi vocabulum* Sinlaz *seu (quod alii habent codices)* Syntlas, *idem sonare quod* Sündlos, *id est a peccato immunem, iustum, sanctum. Quae interpretatio vereor ut alio fundamento nitatur quam ingeniosa coniectura.*

g *De statu ecclesiae in Francia ultimis Merovingorum temporibus cfr. Breysig* (4) *et Hahn* (5).

h *Hinc argumentum deducit C. B. A. Fickler* (6) *ut*

(1) *Act. SS.*, tom. I Febr., p. 84, num. 10 extr. — (2) *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 178, lin. 4. — (3) Cfr. Breysig, *Jahrbücher des fränkischen Reichs 714-741*, p. 38. — (4) Ibid., p. 121, *(Ueber den Zustand der Kirchenzucht und Kirchengüter)*. — (5) *Jahrbücher des fränk. Reichs 741-752*. p. 128 sqq. — (6) *Quellen und Forschungen zur Geschichte Schwabens und der Ost-Schweiz* (Mannheim, 1859), p. XXII.

VITA II

A riae semitam digressi sumus. Attamen non offendet[2] ista digressio, cum ad nostrum redeuntibus Pirminium, occurrit[3] referendum per ipsius declaratum merita simile miraculum. Wido nempe, de stirpe supra memorati Werinheri progenitus, coenobium Horbacense[4] propria tenens in dicione, devotus erga id[5] nimium exstitit[6]; qui et plurima conferens donaria, oratorii sancti faciem structuris eminentioribus ornavit, amplo auri et argenti splendore polivit, et ubicumque facultas suppeditavit[7], sagaciter et strenue promovit. Verum aliquando non boni consilii vertigio[8] actus, contra haec agere non est reveritus. Quoddam[9] itaque[10] campanum, quod[11] ob electae materiae massam[12] et rite[13] mixti metalli temperaturam, magnam sonoritatis habuit elegantiam; oratorio almo auferri[14], et ad locum qui Locusvillare[15] nominatur[16] praecepit transferri. Sed quia in hoc[17] perperam atque contra sanctum Pirminium egerit, celerius recognovit, non experientia ultionis, sed clementi eventu signi mirabilis. Nam praedictum fusile[18], postquam in loco praedicto est suspensum, nullum omnino valuit edere sonum, penitusque[19] mutum manens et inhabile[20], perstrinxit omnes[21] grandi stupore. At ubi praefatus Wido, tremore et horrore perculsus, ad almum illud referre[22] iussit coenobium, iuxta pristinae[23] suavitatis dulcedinem iucundum cunctis et delectabilem recepit et edidit sonum. Hinc evidens viri beatissimi divulgata[24] est sanctitas, hinc certior spes et fiducia maior fidelibus exorta est ad eius poscenda suffragia, cuius apud Deum tantum
B cernunt ponderare merita. Hinc eius vegetatior tutela coenobio[25], cuius res non audent[26] appetere, quas norunt tam robusto protegi defensore.

16. [xxix] Qui patronus eximius, postquam ab eo beatus recessit[1] Bonifacius, alacrius in sancto fervebat opere[2]; et quasi antea[3] nil egisset, quae retro sunt obliviscens, in anteriora se extendit omni vigilantia et strenuitate. Cumque iam[4] locorum a se constructorum provectus[5] bene vidisset compositos atque stabilitos, filiosque suos, quos absque numero genuerat, vitalium operum perpendisset edere fetus, tempus esse taxans a practicae laboribus desistere, in theoricam totam mentis convertit[6] aciem, ac multifariam Liae sollicitudinem devitans, toto animi fervore in[7] Rachelis flagrabat amore. Huius cupitis amplexibus iam gliscens adhaerere, non noctibus, non diebus adolere cessabat orationis thymiama[8], crebrae lacrimarum effusioni subiciens alimentum ab irriguo superiori. Huiuscemodi intentioni deserviens agone infatigabili, perpendit iam tempus imminere, quo immarcessibile desudationis suae praemium recipere deberet. [xxx] Tunc accersitis in unum coetibus filiorum, nonne[9] hac brevi videtur eos exhortari[9] admonitione? *Nostis, fratres dilectissimi, quomodo a primo adventus mei ad vos tempore*[10], *providentiam vestrae salutis exsecutus fuerim, nil mei mihi reservaverim, nil pepercerim*[11], *vestrum meditans profectum, vestram versans utilitatem. Nunc igitur, quomodo*[12] *opitulante Christo certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem impertitae gratiae servavi, vestrum decrevi commonefacere studium, ut eum qui vos ad suam invitavit gratiam firma fide colatis, spe ad ipsum certa tendatis*[13], *in eius caritate fervida, bonorum operum*[14] *exsecutione proficere*[15] *studeatis. Recolite quod ad sustentandos vos*[16] *et in Dei servitio corroborandos*[16] *possessiones amplas et praedia vobis providi. Adstitit enim mihi superna gratia, et ad haec eroganda multorum animaverat corda. Consulite vobismetipsis, consulite*[17], *ut per terrena quae vobis praeparavi commoda, aeterna procuretis animarum lucra*[18]. *Nam si, quod absit, egeritis contra, credite mihi, credite, mutabitur in dispendium quod proficere*[19] *debuit in emolumentum. Scrutamini igitur*[20] *scripturas divinitus allegatas, in quibus considerare poteritis, quid facere iubeat Deus, quid prohibeat; quid summum sit bonum, quid infimum; quo uti oporteat, quo frui et delectari conveniat. Sedeat vobis animo, praecipue in humilitate versari, patientiam amplecti, et in fraternitatis amore absque fuco simulationis*[21] *manere. His si attenderitis, erit vobis sanctorum omnium intercessio praesentior, Christus placabilior, optatorum proventus efficacior, donec mereamini in caelesti regno aeternae felicitatis compotes fieri.* [xxxi] His dulciter prolatis, artubus corporis iam se in primordia sui resolventibus, animam caelesti viatico armavit, atque omnigena virtute redimitam ac meritorum divitiis plenam, tertio nonas novembris side- E
reis sedibus immisit. Cuius exitus licet non eveniret sanguinis effusione, martyrii tamen non caret honore; qui semetipsum penitus abnegans, omni vitae suae tempore mortificationi[22] crucis Christi carnem subigebat[23] ac totis animi incessibus Christum sequebatur. Nempe si crudelitas persequentium fortassis immineret, gaudens supplicia, quamvis[24] immania, subiret. Non ergo Abraham ideo oboedientia minor, neque Isaac immolationis merito indignior, quia de caelo veniens angelus prohibuit effici quod voto affectabatur impleri. Corpus autem sanctissimi viri a fidelibus est collectum, et in sui coenobii oratorio cum omni reverentia conditum; ubi iugiter sanitatum beneficia absque numero impenduntur. Denique caeci lumen recipiunt, claudi gressum, surdi auditum; et quocumque inaequalitatis[25] genere veniunt[26] vitiati, compotes incolumitatis effecti, redeunt laeti, obtinentibus hoc praesulis sacratissimi[27] meritis apud potentissimum restauratorem totius boni auctorem Iesum[28] Christum Dominum nostrum, cui cum Patre et Spiritu sancto manet una deitas, par potestas[29], incomprehensibilis maiestas per infinita saecula[30]. Amen.

Explicit vita sancti Pirminii episcopi castri Meltis[31].

[2] offendat 4. — [3] occurrerit 5. — [4] Horbachcense 5. — [5] illud 5. — [6] fuit 5. — [7] suppetebat 5. — [8] vertigine 4. — [9] Quondam 5. — [10] *om.* 5. — [11] (c. q.) campanam quae 5. — [12] (m. m.) mass. mat. 5. — [13] aere 5. — [14] auferre 5. —
C [15] Locwilare 3b, Loquilare 4, Novillare 5. — [16] (q. L. n.) Nov. nominatum 5. — [17] (in hoc) *om.* 5. — [18] tintinnabulum *add.* 5. — [19] que *om.* 1 — [20] inane, quod 5. — [21] *om.* 1. — [22] referri 5. — [23] pristinam 1. — [24] vulgata 5. — [25] *om.* 4. — [26] aliqui *add.* 5.

Cap. 16. — [1] (b. r.) r. b. 3, 4, 5. — [2] (in s. f. o.) f. in s. o. 4. — [3] ante 4. — [4] omnium *add.* 5. — [5] profectus 2, proventus 5. — [6] vertit 5. — [7] *om.* 5. — [8] thymiamata 2. — [9] (nonne-exhortari) hac brevi eos adhortatus est 5. — [10] (adv. mei ad vos t.) mei ad vos adv. t. 3, 4, adv. mei t. ad vos 5. — [11] perceperim 2. — [12] quoniam 2, quia 5. — [13] intendatis 5. — [14] *om.* 1. — [15] (e. p.) exsecutionem perficere 6. — [16] (vos-corrob.) *om.* 1. — [17] *om.* 4. — [18] (a. l.) l. a. vestrarum 3, 4. F
— [19] vobis *add.* 5. — [20] iugiter 2. — [21] (f. s.) simulatione 5. — [22] mortificationis 2, mortificatione 5. — [23] subiciebat 2. — [24] quaevis 5. — [25] iniquitatis 3, 4, 5. — [26] veniant 2. — [27] sanctissimi 4, 5. — [28] *om.* 4. — [29] et *add.* 5. — [30] saeculorum *add.* 5. — [31] (Explicit, etc.) *om.* 1, 3a; ab Othlono Benedictino monacho exarata *add.* 4.

ut ostendat arianam haeresim tunc temporis in Occidente et praesertim in Longobardia nondum penitus exstinctam fuisse. At verba pontificis magis generalia sunt quam ut aliquid huiusmodi ex eis probari queat.

i *Simile prodigium legitur in Vitis S. Cadroes*(1), *S. Gaugerici* (2), *S. Iuniani* (3). — *Merito irridet Friedrich* (4) *quod commentus est Ebrard, huius prodigii traditione significari* Pirminii *baculum non se inclinasse coram sceptro pontificis, seu* Pirminium *intrepide papae restitisse. Sed et ipse Friedrich nimis videtur indulgere ingenio quorundam eruditorum suae gentis dum illa narratiuncula mythice orthodoxiam professionis fidei* Pirminii *a papa probatam indicari putat.*

k *Mone*(5) *hanc partem narrationis fide dignam non iudicat : quorsum enim haec epistula, si Sinlaz* Pirminium *Romae convenire decrevisset ? Sed nonne etiam praevidere potuit* Pirminium *ante se Romam perventurum, et cum eo tempore Franciae sacerdotes ibidem male audirent ac proinde timendum esset ne non ita benigne susciperetur sicut tam sanctum virum decebat, illum muniendum iudicare epistula aliqua suis verbis concepta, viri scilicet nobilis*

(1) *Act. SS.*, tom. I Mart., p. 478, num. 28. — (2) Ibid., tom. II Aug., p. 674, num. 12. — (3) Ibid., tom. III Aug., p. 41, num. 13. — (4) *Kirchengesch. Deutschl.*, tom. II, p. 591. — (5) *Quellensamml.*, tom. I, p. 528.

A *nobilis et forte Romae noti, cum tamen in animo haberet et per se apud Romanum pontificem agere ut quod maxime in votis illi erat ab eo impetraret?*

l *Reclamat hic Rettberg* (1) *fidemque scriptoris nostri suspectam facere nititur, quod Theodericum regem imperite produxerit, et ad hunc directas fuisse litteras pontificis, eiusque auctoritate synodo convocata mandata pontificia confirmata finxerit, nullamque mentionem fecerit Caroli Martelli, qui tunc Francorum rem publicam administrabat, solo titulo regis penes Theodericum remanente. Sed hoc omnino satis erat ut omnia Theoderici nomine publice agerentur : sic, exempli gratia, fundatio monasterii Murbacensis auctoritate Theoderici, non Martelli, firmata est* (2). *Confirmationis loco memorat Rettberg, ubi Bonifatius a Romana sede ad fidem in Germania promovendam missus est, epistulas commendaticias pro eo ad Carolum Martellum ipsum directas fuisse. Sed et nonne in* Pirminii *negotio ad Carolum quoque litteras missas arbitrari licet, quamvis solius epi-* B *stulae ad regem meminerit scriptor noster ? — Alias cavillationes Rettbergi adversus totius huius narrationis sinceritatem vide supra Comm. praev., num. 43-46 et infra Annot.* n.

m *Hanc vocem primaevae scriptioni intrusam fuisse existimat Mone* (3) *pro voce* concessa, *quae legitur in textu Weissemburgensi, quem et inde antiquiorem iudicat* (4) : *neque enim tantam fuisse illo tempore auctoritatem Romani pontificis ut Francorum regem imperio cogere posset. Quod quidem satis gratuito profertur; sed nec locus erat concessioni ubi nihil rex petiverat; et minus proprie diceretur rex* libenti ardentique animo implere *quae sibi* concessa *erant.*

n Au *seu* Aue *lingua Germanorum vernacula significat locum rivis irriguum pratisque fecundum* (5) : *quo sensu non paucis locorum vocabulis admiscetur, ut* Hirsau, Ilmenau, Schönau, Schwanenau, *etc. Minus late patet quam* gau *et potius latinae voci* villae *quam* pago *respondet; nec probandus videtur F. I. Dumbeck, dum* (6) *opinatus est non aliud esse discrimen inter utriusque vocis sensum nisi quod* gau (ge-au) *definite significat quod* au *indefinite,* partem *scilicet regionis.* Sinlazau *igitur idem sonat quod* Sinlazi *villa seu* C *rusticana possessio, vel etiam* Sinlazi *insula : nam insulam vel paeninsulam antiqua voce* au *non raro designari autumant* (7).

Occurrit hic rursus Aristarchus noster, Rettberg dico, naevum apud scriptorem Vitae notans (8), *quod nempe* Sinlazau *nuncupari dixerit totam Sinlazi dicionem, cum in aliis nonnullis documentis hoc nomine designetur tantum insula illa in qua monasterium Augiense conditum est vel etiam solum monasterium : quasi vero non soleat huiusmodi nominum significatio saepe pro temporum varietate extendi aut contrahi.*

o *De sanctis* ὀφιχτόνοις *videsis Cahier,* Caractéristiques des saints, *vv.* Dragon *et* Serpent.

p *De insula Augiensi et monasterii extremo saeculo XVI statu ita Mabillonius* (9) : Non ita ingens est haec insula, quippe quae in longitudinem tantum patet dimidium miliarii Germanici, in latitudinem unum dumtaxat quadrantem, tres habens paroeciales ecclesias praeter monaste- D rium. Et nos locum illum ante aliquot annos invisimus, mirati tantam loci famam in tam exiguo quod superest monasterio, cuius restant tenues admodum census in usus tredecim monachorum, ceteris episcopo Constantiensi addictis. Bibliothecae reliquiae insignes magis loci dignitatem indicant quam aedes monasticae, perquam humiles et angustae, ne quidem excepta ecclesia, in qua Caroli Crassi imperatoris sepulcrum visitur.

q *De hoc Wernhario eiusque prosapia fuse disserit G. Chr. Crollius iunior in* Act. Academ. Theodoro-Palatinae, *tom. VI hist., p. 187 sqq. Cfr. G. Chr. Crollius senior,* Orig. Bipont., *tom. I, p. 77 sqq.*

r *Scilicet* " *Trualbe et Swalbe rivorum, qui uniti faciunt fluviolum Hornbach.* „ *Ita Holder-Egger, not. ad h. l.*

s " Gemünd *nuncupantur loca non pauca, quae ad ostium* (Mündung) *alicuius flurii sita sunt* (10)„. *Secundum Holder-Egger, illa vox* (Gemünd) *antiquo idiomate germanico* confluentiam *significat. Alii* Gamundium *derivant a voce* Gemein, *ut a* E communi *aquarum illapsu nomen inditum sit fluvio et loco. Magis ludicram opinionem proposuit Raderus* (11), *vocabulum* Gamundium *compositum existimans voce graeca* γάμος *et latina* unda.

t *Haec vox ita legitur in omnibus codicibus Vitae primae, nisi quod in apographo Egonis ea deleta substituta est vox* magalia, *quae item occurrit in omnibus exemplaribus Vitae secundae. Haec autem* (magalia) *usurpatur et in Virgilii Aeneide* (12) *ad significanda tuguria rusticorum apud Afros. Nec video quo iure Cangius in suo Glossario vocem* mappale *interpretetur* vexillum. *Certe ex uno quem affert textu haec interpretatio nequaquam comprobatur legitima : nam et illius planior est sensus, si voce* mappalia *tuguria significari admittas.*

u *Cfr. Comm. praev., num. 24.*

v *Iis temporibus nempe non solebant construi ampla et lapidea monasteriorum aedificia; sed haec constabant aediculis et domunculis separatis* (13) *circa oratorium erectis, quorum materia, ut hoc loco indicatur, ligna erant plus minus quadrata et dolata et deinde obducta caemento.*

w *Cfr. Comm. praev., num. 41.*

x *Id est partem agri seu terrae suis finibus cir-* F *cumscriptam iuxta vel infra silvam. Cfr. Cangii Glossarium, ed. Henschel, tom. IV, p. 279, col. 1.*

y *Quam vocem interpretatur Gallus Oehem* (14) Pirminii casam. *Hanc villam originem dedisse credunt vico Alsatiensi qui hodieque nuncupatur* Pirmasens, *octodecim circiter chilometris ad orientem distanti Hornbacho Veteri* (Alt-Hornbach).

z *Vox* stirpare, *quae iam supra occurrit (cap. 4 init.) latius patere videtur quam* exstirpare, *et potius respondet voci gallicae* défricher.

aa *Seu Weissemburgense. Cfr. Comm. praev., num. 93.*

bb *Codex olim Weissemburgensis addit hoc loco, ut notavimus inter lectiones variantes :* Illic enim dicunt quondam illum habere basilicam in modum crucis factam. *Sed non adeo planus est sensus huius additamenti. Prima quidem specie ita interpretandum videtur ut intellegatur ecclesiam constructam esse* S. Pirminii *nomine dedicatam. Sed huic inter-*

(1) *Kirchengesch. Deutschl.*, tom. II, p. 54. — (2) Cfr. Comm. praev., num. 62. — (3) Tom. cit., p. 528. — (4) Cfr. Comm. praev., num. 5. — (5) Cfr. J. H. Campe, *Wörterbuch der deutschen Sprache* (Braunschweig, 1807), tom. I, p. 217. — (6) *Geographia vetustae Germaniae cisrhenanorum* (Berolini, 1817), p. 4, § 6. — (7) Cfr. Fr. Kluge, *Etymologisches Wörterbuch der deutschen Sprache*, ed. III, p. 12. — (8) Tom. cit., p. 55. — (9) *Annal. Bened.*, lib. xx, n. 65 extr. (tom. II, p. 74). — (10) Ita Campe, *Wörterbuch*, tom. II, p. 304. — (11) *Bavaria Sacra*, tom. I, p. 104, not. *c*. — (12) Cfr. Forcellini, ed. De Vit, tom. IV, p. 13. — (13) Cfr. num. seq. init. — (14) Ed. Barack, p. 15.

pretationi

A *pretationi obstat quod admodum incredibile est, et* a) *in Weissemburgensi coenobio tantum honorem tributum fuisse viro qui nec coenobii abbas aut omnino monachus nec loci episcopus fuit, et praesertim* b) basilicam in modum crucis factam, *ac proinde satis ingentem, tam brevi collapsam esse ut saeculo X (nam hoc tempore exaratus est codex) iam de illa nihil notum esset monacho cuidam Weissemburgensi, cuiusmodi videtur fuisse auctor additamenti, nisi ex incerta quadam traditione* (dicunt quondam illum habere). *Itaque haud improbabili, ut videtur, sententia, per verba illa* illum habere basilicam in modum crucis factam *barbaro suo stilo significare voluerit scriptor* illic Pirminium fecisse basilicam in modum crucis : *eaque sententia forte inde confirmatur quod in hac interpretatione optime ratio redditur complementi huius* in modum crucis, *cui prorsus locus est ubi de structura aedificii fit sermo, non ita ubi solummodo memoratur illud quondam exstitisse.*

cc *Interpolatum est hoc loco in solo apographo Oenipontano capitulum de reliquiis a* S. Pirminio B *Roma allatis, quod nequaquam seriei narrationis consonat. Haec vero unde accepta sint, mihi compertum non est. Capitulum autem his verbis, passim satis barbaro stilo, conscriptum est :*

Sanctus vir apostolicus beato Pirminio Roma revertente dedit ob amorem sancti Petri suique dilectionem capsellam unam argenteam atque in ea pignus reliquiarum pretiosarum sanctorum trecentorum LX, in primis continentem partem sanguinis Christi quo totus redemptus est mundus, deinde duodecim apostolorum, quorum sancta fluens doctrina usque adhuc manens atque in reliquum Deo iuvante derivatur aevum usque dum praefatus volutat mundum *, parsque crucis Christi, in qua pependit perditi saeculi pretium. Ipsam capsellam sigillo firmavit cominus apostolicus, sanctoque praecepit Pirminio ut usque in perpetuum vasculum praefatum tali modo sit clausum. Sancto itaque Pirminio revertente de Roma, postque perfectum opus divinum superius rimatum, defuncto Theodorico nobili rege Francorum, qui adiutor voluntarius erat praedicto sancto in omnibus quae apostolicus ei mandaverat ad agendum, revisit ardua tecta Caroli incliti regis Francorum. Huic erat filia in Dei servitio pruden- C tissima, nomine Hiltrudis. In quorum enim aspectu invenit gratiam vir almus Pirminius. Nam praefati regis filia capsam auro argentoque factam sancto Pirminio parari praecepit, argenteam illam ad ornandam quam ei papa beatus tradidit reliquiasque Dei sanctorumque ad defendendum usque dum praesens volvitur vita. Cuius anteriorem partem lapides pretiosi tegunt vario colore gemmis margaritisque distinctis. Namque superior pars chrystallo praelucido imaginem hominis in

* sic

medio habet, et circo sinistroque superius et sub- D tus minutis lapillis fulvo electro tortoque auro mire ornata. Subterior etiam pars ipsius vasculi in medio huius onichinum fortem margaritis optimis circumseptum, ambabusque partibus prasius viridis lapillus, pretiosis margaritis circumdatis in pallium electrum filis aureis vallatum mire immersis. Posterior quippe pars praedictae capsellae laminas habet duas in medio, et in circuitu claviculis argenteis pulchre coniunctis. Eius superior pars media tenens nomen sancti Pirminii opere levato artificiose litteris ligatis, sperulaeque duae hinc et inde, virgulae duae subtus iacentes. Subterior enim pars medio tenens cancellas quattuor biformes, columnas et bases mire levatos, medioque cancellarum totidem formae crucis Christi levatos. In circuitu enim arcium * iacens virgula conserit cancellos, et in circuitu virgae scriptum est: In Dei nomine Pirminius episcopus in honorem Domini et Salvatoris nostri fieri iussit. Subtus vero fuste subducto deaurato argento clausa clave habens argenteum pulchre factum (sed nemo inter nos ausus est aperire quod E sanctus clausit Pirminius, ne apertione superioris capsae introitus pateat ad interiorem, quam papa beatus propriis clausit digitis clausamque esse in perpetuum praecepit) funem habet argenteum eadem difficultate connexum, qui humanis obtutibus raro intuetur, utrum claviculis intus sit convictus aut uncis argenteis, nisi quod scio hunc artificiose coniunctum, quia de foris in superficie praedicta catena tota par et rotunda, ita ut manibus palpari non possit nec videri in quo loco planior sit alteri.

* leg. arcuum?

dd *Nihil de eo congressu legitur in Vitis S. Bonifatii a Willibaldo et Othlono conscriptis. Nulla tamen inde suspicio contra rei veritatem iure moveri potest: nam et alia multa longe maioris momenti ab hagiographis medii aevi saepe praetermitti solent, et huius Vitae scriptor, utpote monachus Hornbacensis, praecipua hic auctoritate gaudet.*

ee *In sola editione Mabillonii addita est hoc loco vox* Beala, *quam neque codex Chesnianus nec ullus alius exhibet. Hoc nomen illi editioni irrepsisse putaverim ex perperam lecto textu apud Christophorum Browerum. Ubi scilicet cum pagina 20 terminaretur his verbis* quo Dei ancil, *sequentem* F *vero exordirentur quae sequuntur in textu Vitae* la beato viro, *sub ultima linea paginae 20 impressae sunt syllabae* la bea, *quae primae in summa pagina 21 leguntur, more scilicet eo tempore apud typographos passim recepto, quem et nos in nostro opere edendo servavimus. Has syllabas miro errore Mabillonius textui adiecit ita ut inde exortum sit fictitium vocabulum* Beala, *omnino delendum.*

ff Ἅπαξ λεγόμενον, *ut videtur. Origo vocis admodum obscura est. Cfr. Cangii* Glossarium *ad h. v.*

VITA METRICA S. PIRMINII.

Ex apographo Ioannis Egonis ed. Mone. Cfr. supra, Comment. praev., num. 15-17. Primus versus in Egonis exemplari deerat, et subinde aliquas voces nimis indistinctas legere non valuit.

[Prol] . . . .
est vigili..... famulatus debita iura.
Cernere te nescit mortali vellere tectus
Ullus homo, pectus te non immite capessit.
Sed licet his oculis deitas tua non videatur,
Cursus lunaris, caelorum machina, mundi
Fabrica solaris, splendor maris, ima profundi,
Agri fecundi, lati simul area fundi,
Et protestantur tibi, plaudunt et famulantur,
Ac in eis claret tua virtus, viset honestas.
Sed magis apparet [tua] in sanctis mira potestas ;
Hi se subiciunt tibi, parent, hostia fiunt,
Carnem confringunt, reprimunt, lumbos sibi cingunt,
Quam bonus Israël es rex, quam mirabilis *, isti
Clarius ostendunt aliis. David, haec cecinisti

* cod. mirabiles

Ac

VITA III

Ac si narrares: ***Virtutes qui meritorum***
Mirari non sufficiunt, actus simul horum,
Hunc admirentur potius, de quo bona manant
Omnia, virtutes stillant, quae pectora sanant.
Incipis a summis, descendis ad ima, creatum
Ipsius in laudes invitans omneque natum.
Omnibus expressis, simul ordine significatis,
Haec ita concludis: ***Hunc laudet spiritus omnis.***
Et quia, Christe, tuis, Deus, in sanctis operaris,
Actibus inque suis per saecula glorificaris,
Non dubium quin te laudet scribens sua gesta
Et cum decessu dictans natalia festa.
Hinc animo monitus, Pirminii sancti patris actus
Scribere sollicitus, sed ab ipso spem sibi nactus.
Sit limata licet mea lingua minus, ruditatis
Eloquium verear, vitium seu fatuitatis,
Confisus meritis tamen eximii patris, huius
Laus canitur, cuius vernat reverentia mitis.
Hoc opus aggredior; faveas ad nobile thema,
Christe, loqui dones per rhetoricum mihi schema,
Nectareoque meam simul imbre riga mihi linguam.
Sensus elima, mihi verba faceta propina.

1. Hic Theoderici Francorum tempore regis
Melcis in urbe fuit praesul, dans dogmata legis,
Arida corda rigans dulcedinis imbre, salutis
Verba serens, caelum gradibus dans scandere tutis.
Confluit hic ad eum gens, ad vas melle refertum
Conveniunt * ut apes, sumendo cibum sibi certum.

2. Hoc in Teutonia fuit unus tempore primas *
Sintlas nomine, dans pia vota preces, opinatus *,
Limina * lustrare solitus fuit ecclesiarum.
Contigit intrare partes hunc Francigenarum;
Cumque Dei sanctum studiis sudare videret,
Divinis tantum doctrinis eius inhaeret.
Regnat hic ecclesia, floret ius religionis,
Crescit iustitia, nec dogma deest Salomonis,
Pax viget hic, clerus gaudet, virtus dominatur,
Schisma perit, verus Salomon sub eo veneratur.

3. Talibus alloquiis adit ergo virum venerandum,
Dignum laude, piis meritis et clarificandum:
Alme pater, iuncta tibi gens benedicta, beata,
Lege Dei functa, per te fit in hac solidata;
Non est haec igitur tua gens, de qua reperitur
In sacro scripto: Panem petiere pusilli,
Hunc non invenere tamen, qui frangeret illis *.
Vae tibi, gens sterilis mea! Dia fluenta propinat
[Nunc] * *tibi nullus, ad orcum* ** *te ruditas tua minat;*
Expers legis, inops fidei nimis esse probaris,
Rectoresque tui parente, carent minus aris.
Annue, sancte pater, propera, succurre, praeesse
Senti, te partes has est intrare necesse.
Purga crimina, planta semina florida morum;
Praebe lumina veri, culmina confer honorum;
Aufer noxia, da caelestia regna mereri;
Monstra gaudia, tenta saucia corda mederi.
Almus ad haec vir ait: *Devotio vestra favore*
C
Censetur digna, quia plena videtur honore.
Consilii sed caute reor his [aurem] * *adhibendum.*
Praesulis alterius curam nego suscipiendam,
Quod sacris in canonibus fore nosco statutum.
Illud ut aggrederer * *ego non esset mihi tutum*
Cum non sim missus seu ab apostolico vocitatus
Non a praesulibus aliis sim sive rogatus.
Si placet ut faveam vobis, simul aggrediamur
Romam; quae petitis super his papaeque loquamur.

4. Istis auditis, emergunt gaudia, crescit
Mens devota, solum Sintlas natale capessit,
Ad victus usum condigna viatica secum
Ferre volens Romam, post arripiens iter aequum.
Sed pater eximius, zelo ductus pietatis,
Hanc petiit citius, opus exercens bonitatis,
Nam promissa negat infringere foedus amore
Christi, suscepit opus hoc in cuius honore.
Luce dehinc quadam cum sancti limen iniret
Ecclesiae Petri, simul illuc papa veniret,
Est ab eo visus, mox ipsum noscere gliscit
Pontificem papa; quem Francigenam fore discit;
Dicens: *Externos caute cur huc venientes*
Non custoditis? Hi sunt in fraude latentes.
Virque precum iustus incenso fumigat aras,
Cumque piis votis mentes offert ibi claras.
Ad tumbam sancti Petri veniens, meritorum
Hic demonstratur res mira notanda suorum:
Pontificale pedum, quod committit quia terrae,
Permanet erectum, casum potuit neque ferre;

D
Sed sine stat motu, donec se sponte levaret
Vir sanctus, propriis illud manibusque locaret.
Hoc viso signo, de suspicione dolere
Papa mali coepit et contritum cor habere;
Ipsius adque pedes se prosternens, ita fatus:
Hoc ignosce mihi, pie vir, quod sum meditatus.
Vir pius erigit hunc; amplexus oscula dantes
Sunt, simul eloquia divinaque multiplicantes.
Istis colloquiis dum persistunt sapienter,
Adventus causam perquirit papa frequenter.
Sicut contigerant huic ordine cuncta revelat,
De Sintlace pater dictus sibi nullaque celat:
Quomodo desidiam rectorum corripuisset
Teutoniae, sic sollicitos minus asseruisset;
In paganismum cunctum populumque redire,
Errorem primum dimissa lege subire
Propter rectores neglegentes, sicque perire,
Ni quis subveniat monstrando viam sibi veri,
Errorum sectam delendo, studendo mederi.
Ipsius adventus causam sic enucleante
Patre pio, velut acciderant recitante,
Clarus adest Sintlas, fore testans singula vera,
Dicens: ***Saepe nocent succursus tempora sera.***
Ergo favete, patres, cesset dilatio, luctum
Quae generat mihi; consensus vestri peto fructum.

5. Ambos papa videns fidei fervore calentes,
Gaudet in his inflammatas* horum fore mentes,
Glorificatque Deum, quia lucrari populorum
Agmina disposuit horum precibus famulorum;
Offensam se formidans incurrere Christi,
Si non praestaret rogitabant quod simul isti.
Ergo potestate papali quaeque petita
Roborat et munit supplendo vota cupita.
Sic Theodorico legatur epistula regi
Francorum, legi parenti, legis amico,
In qua papa monet, rogat, imperat, ut pia vota
Horum perficiat cum sollicitudine tota;
Qualiter hoc fieri queat, ingenioque capaci
Edocet, ac animo docili monet atque sagaci,
Francigenis et Teutonicis ut vociferatis
Praesulibus, praesentibus his et collateratis,
Increpet excessus illorum desidiamque,
Et quod gens errans legem pessumdat utramque;
Asserat hos etiam tanti non posse mereri
Delicti veniam, sed digna flagella vereri,
Hunc nisi suscipiant ad eorum pontificatus,
Se sibi subiciant cum plebe, Deo quia gratus.
Perficit iniuncta sibi rex mandata; vocari
Nam iubet hos cessante mora quia consociari.
In medio quorum Sintlas surgit, manifestat,
Qualiter errorum papam * sua secta molestat,
Quod dolet et luget lapsum populi fideique
Errorem, quod et hi neglegenter agunt et inique;
Ac ait hos ad Teutoniam quod papa iuberet
Hunc accersiri, curam populi quod haberet;
Morum plantaret ibi virtutes et honorum,
Ac exstirparet ibi radices vitiorum.
F
Hi mentem pungunt, divina flagella verentes,
Et cor contundunt, se noscunt esse nocentes;
Eximium patrem iuxta papale statutum
Suscipiunt, iter introitus praestant sibi tutum.

6. Sic ad eos, sparsus velut imber coelitus, ire
Concupit, hos in lege fideque studens stabilire.
Rore salutaris rigat arida cordaque verbi,
Quassat et enervat vires sic hostis acerbi.
His cum sudaret studiis Dominoque pareret,
Hic etiam et verbi doctrinam multiplicaret,
Non procul a patria quae vulgo dicitur Owa,
In qua reptilia reptabant [in] ordine plura:
Sintlas huic: ***Doctrina, pater, tua sit benedicta,***
Erroris primi per quam fit secta relicta.
Nunc humus est fructus vitali germine plena;
Arida quae fuerant sunt florida nunc et amoena;
Illa reviviscunt nunc, quae deserta fuere;
Pullulat hic fidei fons nunc, haereses periere.
Consule construere templum qua parte queamus,
Quo laudes Christo pro delictis referamus.
Hic ait: ***Insula, quae vicina iacet, tibi mentem***
Exhilaret, tenet illa situm quia convenientem.
Navigio celeri, tibi si placet, hanc adeamus,
Forte quod optamus Deus hic ostendet haberi.
— ***Mi pater, absit,*** ait; ***serpentibus illa redundat***
Mortiferis, hominum quam non habitatio mundat.
Cui pater: ***O modicae fidei, data nonne potestas***
Est omnis Christo? quid me dubitando molestas?

185 *Nonne*

---

* ad eum add. cod.
* cod. primus
* cod. opimus
* cod. Lumina
* cod. illi
* om. cod.
** cod. ortum
* in margine ap. Egon
* cod. egrederer
* cod. inflammata
* cod. papa

A *Nonne suis servis super hos dedit ipse meare,*
Istos conterere, sic conculcare, fugare?
His dictis, pariter per navigium loca poscunt,
In quibus serpentum tam spurca cubilia noscunt.
7. Hoc intrante viro, quasi vi compulsa recedit
Turba venenosa, fugit, haec loca linquit, oboedit.
Hac abeunte, die tertia noctuque repleta
Visa superficies stagni fuit et sua meta.
Mox qua deiecta, stirpes, sentes fruticesque
Hic resecat, gentes sibi succurrunt, humilesque
Sordes vanescunt, fetor perit omnis, odorum
Fons scaturit cum deliciis hic mellifluorum.
Sic studio patris hic Mariae domus aedificatur;
Ad quam ditandam multorum mens animatur:
Praedia, rura, domus, ad eam patrimonia dantur;
Haec sed praecipue per Sintlacem geminantur.
Constituuntur in hac consortia religiosa,
Officiis in divinis tantum studiosa,
In sancta quae sunt ferventia religione,
Qui mundi fluctus superant tuta statione.
O quondam sterilis, nunc dulci germine feta,
Owa, micas veluti paradisus flore repleta.
Vepribus oblita, sertibus obsita, nunc redimiris
Arbore, vite, domo, florens vernans repeririს.
Solve Deo grates, immensas praecine laudes,
Tanti patroni donis quia praedita gaudes.
In te serpentes quondam virus vomuere,
B Bufo, draco, fuligo, cubile suum tenuere;
In te filioli nunc sunt praedulce canentes
Alleluia, Sion regemque suum reverentes.
Hinc fari poteris: *Quis eos peperit mihi natos?*
Nescio quis fovit. Ego spinis obsita solis;
Sed nunc in manibus Domini sum scripta, placebunt
Cui sine fine mei muri, stabilesque manebunt.
Hic igitur primus locus est quem construit iste
Mirae virtutis pater in laude tibi, Christe;
Quo tibi sunt plures famulantes crimine puri,
Cives Ierusalem caelestis eruntque futuri.
8. Persistens hoc proposito fervoreque mentis,
Construit ecclesias hic insignes ope gentis,
Quae vulgo dictae sunt Morbach, Scutura, Swarze,
Althaha, Genginbach, Frauris, Masmunstre, Nuwilre.
Quod sine prodigiis signisque fuisse peractum
Non potuit, virtute sed ex varia scio factum,
Quam desidia scriptorum notificare
Quanta forent neglexerit, haec simul enucleare
Ecclesiam post haec Horbacensem reserabo
Qualiter orditus sit hic et breviter recitabo.
9. Exstitit hic quidam Wernherus, clarificatus
Alta progenie Francorum *, scu.. tra ** beatus, (* cod. futurorum; ** ita cod.)
Iustus, fortis, inops, clarus, locuples, pius, almus,
Lege, fide, fastu, vita, gazis, ope, factis,
Fraudem, ius, schisma, virtutes, crimina, pacem,
Sedat, amat, placat, serit, exstirpat, simul auget.
Qui de patre pio cum mentio facta fuisset,
Hunc quoque gymnasio fervere Dei didicisset,
C Quodque sub hoc ordo Benedicti sat viguisset,
Legat legatos, ad se rogat huncque venire,
Reddat ut elatos humiles, mala mitiget irae.
Praebet consensum pater huic ad opus pietatis,
Asserit assensum caeli Christum dare gratis.
Cumque morarentur pariter per tempora quaedam,
Inquit: *Secretum cordis tibi cogor ut edam.*
Hic in circuitu teneo patrimonia grata
*. . . . allodium [et sunt mihi] * praedia lata;* (* voces uncinis inclusas coniectura supplevit Mone)
[Quorum plura] dare cupio, super his [stipulatis],
Ecclesiam struere mox in laudem Deitatis,
Qua subito consortia constituantur honesta
Religiosorum: sit in illis vita modesta,
Norma patrum vigeat, ordo pateat Benedicti,
Hi nec apostatici sint filioli neque ficti.
Consule propositum qua parte loci valeamus
Istud perficere; Deus id det quod rogitamus.
Cui pater: *Huic desiderio parebo libenter;*
His si subtraherer votis, agerem neglegenter.
Sic athletarum fortissimus, asperitate
Numquam quassatus nec elatus prosperitate,
Sed fidei zona cinctus, sibi caelica dona
Sortiri cupiens, tum praefulgente corona,
Divinis studiis nolens desistere votis,
Ardens deliciis, aedem struit ille pusillam,
Ut queat hic aestus solis vitare per illam.
Accidit huc quendam villanum forte venire
Dicentem: *Si vis, patrum sanctissime, scire,*
Est locus egregius, situs, optimus, hic prope, latus,
Incultus, mundum spernentibus est quoque gratus. VITA III
Hic appellatur Gamundia, fit geminorum
Propter concursum seu confluxum fluviorum.
Si te delectat hunc visere, quaeque petita
Invenies; Deus implebit tua vota, cupita.
His dictis, pater indagat pius hunc peragrando,
Huius tesqua situs pariterque per ipsa meando.
Hinc magale subit venatorum memorati
Wernheri, Christi cultoris iustificati.
Hic erit in saeclum saecli requies mea, mente
Compuncta dicens, illud Davide canente.
Hic mox purgatur; in laude Dei genitricis
Ac adiutricis nostrae domus aedificatur,
Quam pater eximius non differt sanctificare.
Immo canonice vult consecrare, * ditare. (* leg. consecrando?)
Inde monasterium struit ex hac nobile, vitam
Quo plures ducant * hanc religione politam. (* cod. ducunt)
Aspera mutantur in plana sub hoc, speciosa
Foedaque redduntur, incultaque deliciosa.
Quo capiebatur fera tunc, ibi nunc animarum
Est captura frequens exorta salusque sacrarum,
Quae sunt legitime post certamen saturandae
Divinis dapibus et in arce poli cumulandae *. (* cod. tumulandae)
Aures surdorum patefiunt, hic reserantur
Linguae mutorum, caecis sua lumina dantur,
Gressus claudorum meritis eius reparantur.
10. Vir pius hinc Christi magis ac magis ardet amore;
Pneumatis incensus est sancti namque calore, E
Ergo catervatim concurrunt undique gentes,
Ipsius haurire doctrinae mel sitientes,
Chrismatis atque oleo confirmari cupientes.
Sed pater iste videns populum crevisse, priorum
Eligit et quaerit habitacula grata locorum,
Ut confirmanda citius plebs expediatur,
Haec olei sacrisque liquaminibus liniatur;
Aegre posse pati perpendens religiosos
Femineos coetus, luxus simul illecebrosos.
Hinc quodam signo voluit Deus enucleare
Sancti * presbyteri meritum seu notificare. (* cod. sui)
Ampullas quoniam cum chrismatis evacuisset
Prae turba gentis, oleoque sacro caruisset,
Inquit: *Festina, propera, cito curre,* ministro,
Has imple. Casu non fallitur ille sinistro;
Nam videt ampullas divinitus esse repletas,
A fundo plenas ad summas undique metas.
Quod signum populo patrique pio recitatur;
Cordis in immenso iubilo Deus hinc veneratur.
Sic pater ad Christum gemitus suspiria fundit,
His verbis mentem pangit, pectus quoque tundit:
Rex benedicte, Deus, virtus per saecula cuncta,
Imperium, diadema, decus, laus sit tibi iuncta.
Humani generis plasmator, tu secuisti
Flumina de petra, tu mandere manna dedisti;
Panibus ex quinis satiasti milia quinque,
Piscibus ex binis; tu lux, vitae medicina.
*Gloria, pax * tibi sit, quia caelitus hoc voluisti* (* leg. laus?)
Chrisma replere sacrum, quo nos ungi statuisti. F
Inceptis studet officiis hic postea fungi.
Concurrit gens, seque liquore sacro petit ungi.
Hoc exercitio sic illa luce moratur,
Donec sol nocte tetra veniente fugatur.
Omnibus expletis, parat ad sua gens remeare
Tecta, Deumque studet super istis magnificare.
11. Illico Wernherus implet quaecumque spopondit,
Ac in corde suo miracula visa recondit
Ac his exceptis dat plurima praedia, rura,
Quae non promisit, et ad haec spectantia iura.
Vosegus haec claudit, ut per sua gesta probatur,
Quo situs est villae quae Pirmenisheusna vocatur,
In qua pastorum primo magalia structa
Ac armenta gregum fuerant ad pascua ducta.
Protinus arbusta, frutices, spinae resecantur,
Ac villae breviter ibi plures aedificantur,
Ex quibus ecclesia patris huius commoda plura
Percipit, ac hodie sua possidet omnia iura.
Sic alii plures sunt zelantes sua vota
Dicti Wernheri, mundana laude remota,
Quae possederunt ibi praedia plurima dantes
Ad sustentandos coetus Christo famulantes.
Hic pensanda Dei fit dispensatio mira,
Quae mansueta per hunc faciebat pectora dira.
Hunc quia quotquot amant, succedunt prosperitati,
Iuxta propositum sancti qui sunt vocitati.
Huic non est similis; ipso duce flos puerilis
Gaudet, honoratur humilis, sic forma senilis.

VITA III

Iste fovet miseros, luxus mundi fugit ultro,
Ultro fugit mundi luxus, miseros fovet iste.
Stemmata, templa, viros, reprehendit, adornat, adunat.
Vana, dicata, sacros, ore, decore, fide,
Ore, decore, fide, reprehendit, adornat, adunat.
Vana, dicata, sacros, stemmata, templa, viros.
Pectora, membra, decus, pascit, sustentat, adauget,
Languida, pressa, pium, dogmate, rebus, ope.
Dogmate, rebus, ope, pascit, sustentat, adauget,
Languida, pressa, pium, pectora, membra, decus.
Unde stilo moveor ego texere, quomodo dictus
Wizenburg vadit, virtute decoris amictus,
Quo surgunt ad virtutes de crimine multi,
Eius nectarea verbi dulcedine fulti,
A mundi scoria quos purgando resilire
Admonet, inque bonis studet actibus hos redimire.
Thesauros ergo thesaurizant sibi plures,
Tollere quos tinea nec aerugo valent neque fures;
Nam dant allodia, patrimonia, praedia, rura
Ad loca dicta, student sine mundana fore cura.
Ex quibus ecclesia mox nobilis aedificatur,
In qua conventus fratrum Christo famulatur,
Regula servatur Benedicti, vita pudica
Floret et ordo, Deus ibi mente tenetur amica.
Inde, reformato monasterio memorato,
Hic loca prima petit, animo fervens ibi grato.
12. Sic eius fama longe lateque volante,
B Hunc animo Bonifacius [ad] visum rogitante,
Qui Moguntinae fuit illo tempore sedis
Archimandrita, tollente pericula.. edis.
Iucundo vultu Pirminius hunc et honore
Omni suscipit, et nescit quo tractet amore.
Amplexus gemini alterne... oscula gentem
Exhilarant ab eis fidei pia signa videntem.
Miscent colloquia redolentia nectare suavi,
Quae simul irrorant charismata dia suavi.
Felices oculi quos patrum visio pavit
Tantorum, fovitque, refecit et exhilaravit.
Deque statu dum tractassent simul ecclesiarum,
Deque salute pia providissent animarum,
Hoc patre se gaudet reperire pater meritorum
Semina, virtutum fontem, florem quoque morum,
Aequus uterque, bonus, dives, pauper, pius, almus
Iudicio, opera, spe, fastu, dogmate, mente.
Gaudent Pirminii cordis penetralia patris,
Ipsum quod tanti * pia visit gratia fratris.

* ed. tanta

Sic Moguntinus breviter redit ad sua praeses,
Non piger officiis diis instans atque deses;
Sed saltem terram Frisonum tentat adire,
A secta suadens erroris eos resilire.
13. Praedicat, admonet, edocet, obsecrat, increpat,
Errorem populi, lapsum fidei quoque plangit. [angit]
Sed gens impatiens, infelix, dura, rebellis,
Mox in eum virus vomit insanabile fellis.
Conspirat, ferit, insanit, perditque necatque
Ipsum, seque salute sua privat spoliatque.
C Sic pro lege suum fundit sub gente cruorem
Frisonum, Deus hinc sibi multiplicavit honorem.
15. * Extra materiam ne facta vagatio mentem
Perturbet, signetque basim vexetque legentem,
Nos ad thema iuvat inceptum vertere lora,
Pirminii meritis depingere. . . . . . . cora.
In dicione tenens Hornbach quidam memorati
Wernheri, dux Wido, nepos [supra vocitati],
Structuris loca nobilioribus ista decorat,
Argento ditat, auro polit, ornat, honorat,
Confert allodia, largitur praedia, donat
Rura, domos; reor hunc hinc vera sophia coronat;
Incitat ac alios ad reddituum revelandum
Eclipsin, paupertatem penitusque fugandum.
Immo consilio tandem ductus male sano,
Haec loca praedatur frustra, sudoreque vano.

* Praetermisit poeta quae in Vita II cap. 14 narrantur de translatione S. Bonifatii

Campanam tollit, confertque locis alienis. D
Hoc scelus esse Deus monstrat signis sibi plenis,
Aeris ob electae dignoscitur illa sonare
Materiae massam, mage dulciter ac reboare.
Hisque locis turri quae dum suspensa fuisset,
Absque sono naturali quasi muta stetisset.
Mox hanc deferri perculsus Wido stupore
Ad loca prima petit omni pietatis amore.
Plenius hinc merita declarantur patris huius,
Pluribus est exorta salus in dogmate cuius.
Hic monasterii iugis tutela probatur
Quo defensore sit, quo tutore regatur.
Hoc signo moniti, praedones ecclesiarum
Perstent attoniti, mortem metuant animarum,
Sanctos vae miseris qui non spoliare verentur:
A poenis seris succursibus eripientur.
16. Post Moguntini discessum praesulis haeret
Iste piis votis, ob gentis crimina maeret.
Cum bene disposita loca seu constructa videret,
Filiolis eius virtutum flosque niteret,
A cura Liae cessat, Rachelis amorem
Ardet Mariaeque, fugit Marthae quoque morem.
Huic thymiama precum vacat effusis adhibere
Fletibus, affectans lucis solatia verae.
Instat nam tempus, quo se caelestis honoris
Praemia capturum sperat propriique laboris.
Coetibus hinc accersitis fratrum, monet illos
Colloquiis brevibus tam magnos quamque pusillos, E
Dicens: *Novistis, fratres, quantam pietatem*
Vobis exhibui, feci simul utilitatem.
Nunc quia certavi bene, complevi quoque cursum
Servavique fidem, rogo vos, moneo quoque rursum,
Sitis ut unanimes factis, luxus fugientes,
Firmi lege, fide fortes, flagris patientes.
Ad sustentandos etiam vos quomodo grata
Praedia, pensate, lucrabar ruraque lata,
Qualiter omnibus his mihi Christi gratia favit,
*Multorum danda mentes et ad haec * animavit.*

* cod. hoc

Vivite sic, huius ob lubrica commoda vitae,
Consulo, consulo, ne: Miseri, dicatur, abite.
Credite, credite, si secus egeritis, pietatis
Expertes eritis et divinae bonitatis.
Scripturas legite, quibus in Domino stabilitur
Mens; quid sectandum fugiendumve sit, reperitur.
Vincula fraternae servate simul pietatis,
Livorem fugite, vitium contrarietatis.
Haec si feceritis, erit intercessio pura
Nobis sanctorum, removens prorsus nocitura.
Inde resolvendis pater in primordia membris
Materiae *, nonis ternis obit ipse novembris.

* cod. materia

Tellus se gaudet ditandam corpore cuius,
Caelum laetatur, animam dum suscipit huius.
Sed licet effuso sua venerit absque cruore
Mors, non martyrii tamen hic privatur honore,
Qui baiulando crucem seu carnem mortificando
Se negat, auctoris Christi gressus imitando:
Namque dedisse necem furor hostis si voluisset, F
Hanc hic amore Dei patienter sustinuisset.
Non minus ergo sui iussis factoris oboedit
Hic Isaac Abrahamque, sed omni tempore credit,
Angelus adveniens quia de caelo prohibebat
Haec fieri quod mente pia complere studebat.
Est autem monasterio corpus tumulatum
Eius quod per eum fuerat prius aedificatum.
Quo surdis aures, mutis linguae reserantur,
Debilibus gressus, caecis visus reparantur,
Haec praestante Iesu Domino nostro, memorati
Ipsius ob merita cultoris iustificati,
Cum Patre cumque sacro cui Pneumate laus et honestas,
Virtus, par deitas, per saecula parque potestas. Amen.

LIBER MIRACULORUM S. PIRMINII. *a*

a

MIRACULA SANCTI PIRMINII EPISCOPI. *b*

b

Miracula S. Pirminii *intercessione impetrata*

1. Opera, quae in sanctis suis mirabilis Deus iugiter operatur, quotiens ad memoriam redeunt, totiens mentem ardore compunctionis tangunt: quapropter silentio contegi recusat divina Scriptura posteris viae spiritalis incentiva. Quem enim Dominus sublimat in virtute, proficere debet omnibus in commune: ut qui specialem Domini gratiam promeretur, imitandus Ecclesiae in exemplum generale detur. Unde per se Veritas ait: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in caelis est.* Ad aedificationem vero fidelium a Deo omnia fieri, ipsius sermo testatur Filii, qui ante

A ante passionem suam, veniente de caelo voce Patris, circum se mirantibus et cunctantibus turbis ait: *Non propter me haec vox venit, sed propter vos. Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit neque sub modio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.*

scriptor se oculis vidisse vel per testes oculatos novisse profitetur.

2. His ita consideratis, praeceptis vestris, o sanctissimi patres, non repugnans, pauca de miraculis tango, quae per patronum nostrum Pirminium Redemptor noster dignatus est operare et quam incommutabili pietate circa genus consistat humanum, nobis etiam, in quos fines saeculorum devenerunt, dedit manifestare. Vestro igitur suffultus adjutorio, os meum ut impleatur aperio. Adiuvari me confido locuturum *, quia Sapientia aperuit os mutum. Sententias ministret fide et veritate apertas, qui linguas infantium fecit disertas. Quae oculis vidimus, quae ab his qui interfuerunt didicimus, quae vera et incorrupta tenemus, scribendo testimoniis perhibemus. Verbis utimur veritatis, ut et vos credatis. Nos discipuli Iohannis, id est gratiae Dei, debemus utique veraces B haberi, renuntiantes vobis, qui gratiam Dei amatis, quae a Iesu didicimus signa potestatis. *Euntes,* inquit, *renuntiate Iohanni quae audistis et vidistis. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.*

* cod. locutum

Immunis servatus senex in puteum prolapsus; c

3. Igitur cum monasterium beati viri venerabilis abbas Adelbertus nomine rexisset *c*, hiemantis anni tempore, pueris etiam algore constrictis, contigit fratribus quadam sabbati pedes manusque secundum mandatum dominicum lavantibus aquam in abluendis defuisse manibus. Tunc senex quidam, laicus habitu, conversatione regularis et moribus, ad hauriendam de puteo aquam regressus est. Qui, deficientibus in extrahendo viribus, aquae plenam manibus incaute relinquens hydriam, prono capite in fontem prolapsus est. Vase igitur desuper insequente, velox illum impetus praecipitavit, oppositis lapidibus impingentem. Erat autem puteus novem fere cubitos habens. Rei eventu fratribus nuntiato, incumbunt orationi corde prostrato, Domino intentius supplicantes, ut pollui vitaret homicidio aquam, per servum suum beatum Pirminium sibi C servientium usui datam. Quid multa? Plebis conventio copiosa perculsa advenit luctuosa, geminando multiplices heiulatus alternantibus suspiriis procreatos, et detestata huius condicione sortis, parabat funebria mortis. Post aliquot* autem tenebrosae noctis horas, rumpendo quidam cunctationis moras, cum lampade ingreditur fontem umbris vicinum, quasi cadaver erepturus morticinum. Res mira et post Petri apostoli et Placidi sancti Benedicti pueri puritatem tripla, descensor nondum medium fontem intravit, cum sibi senex superatis periculis obviavit. Qui accepto itineris duce egreditur, admodum gavisus de luce. Tandem ab omnibus percontatus, pronus in ima ruens qua arte sit sursum elevatus, qua in his angustiis fuerit suffultus salute, vitae aetatis olim destitutus virtute, erectis in caelum manibus ait: *Quod sum, o beate Pirmini, salvus periculis remotis, subsidio tui perfruebar melotis. Protector fidelis, in undis ab omnibus senem tuebaris aerumnis: hinc fixae reconditus menti fore scio omnia possibilia credenti.*

* cod. aliquod

itemque artifices muri ruina

4. Praefatus ergo abbas Adelbertus, a bono opere semper inrecessibilis, ad portam ecclesiae occidentalem coepta turri auxit decorem domus Dei et locum habitationis gloriae suae. Quattuordecim fere cubitis opere sublimato, ut virum Dei a sua devotione subverteret temptator affuit. Quadam vero die, operariis murum altius aedificantibus, malignus spiritus eundem parietem, qui aedificabatur, evertit, atque viros quinque simul opprimens ruina contrivit. Urbani quoque, audito fragore, adcurrunt, nimio perculsi dolore, non damno parietis, sed contritione plebis. Fit populi iugis tumultus, quaerendo collapsis lapidibus sepultos; eruentes enim singulos, continuant planctum, de exsequiis eorum solliciti tantum. Sed in manibus portati angelorum, ne forte offenderent ad lapidem [pedem] * suum, in paucis diebus * redeunte pristino vigore, reversi in suo perstiterunt labore. Quorum sospitatem supplantator mundi diabolus deflens, ab ore cuiusdam energumini confessus est, interventione cuiusdam senis, beati videlicet Pirminii, artis suae machinamenta effectu privari. Abhinc * autem sapientia fortiter vincens malitiam, parietis lapsuram supplere satagebat. Altitudine vero priorem mensuram excrescente, fratres aliqui aetate provectiores per gradus ad summa conscendentes, E quodam puero comitati sunt; qui incaute ambulando de muro prolapsus, solis manibus angularis * saxi superficiem contingens, inseparabiliter adhaesit, quousque fratribus succurrentibus instans praecipitium evasit. Puero elevato, saxum ad terram cecidit, ac si ponderis sublevatione caruisset, et quod puerum adhaerentem firmiter sustinuit, se vacuum sustinere nequivit; ut hinc omnipotens Deus ostenderet, quia saxum sua manu tenens, vitam servavit penduli, qui ab hominibus reprobatus in caput factus est anguli.

oppressi et puer e muro corruens;

* om. cod.
* cod. debet
* cod. Obhinc
* cod. angulari

vir quoque a summa turri praecipitatus. d

5. Pariete vero summa manu iam proficiente, homo alius, artificii doctus, turris cacumen per cocleas *d* ascendit, quaeque dissona suae redditurus congruentiae. Versutia autem sathanae arma ad nodum vibrare semper nova solens, ratae discretioni vacantem per tres trabium ordines impingendo ad terram labefecit virum. Fratres vero, divinitati solventes officium vespertinale, casus sono percepto, currendo elevant moribundum, statum vitae in illo vix discernentes ullum. Quid plura? Dantes se pariter in orationem quasi ab * umbrarum sedibus animae reducere calorem *, beati Pirminii meritis illud obtinentibus, ne virtutum gratia sibi in ullo deficeret servientibus.

* cod. ad
* cod. colorem

Moribundus revocatus ad vitam.

6. Eodem tempore clericus quidam, eiusdem operis architectus, morbo se premente infirmatus est. Is languore superante iacuit triduanus, excepto tenui spiramento, vitali habitu despoliatus. Tertio die finito, fratribus quibusdam coram illo residentibus, duo angelici vultus domum intrantes pueri iuxta infirmantis lectum constiterunt, quorum alter utraque manu epistulam ferens aegroto ait: *Affero tibi litteras vitae et mortis; elige ex his quod volueris. Hac dextera gero signa vivendi; in sinistra claudo terminum in hac vita manendi.* Infirmus, his auditis, ab imo suspirans ait: *Ego mundi naufragia semper exhorrens elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Post haec verba illum sinistram brevim *e* sumere studentem puer alter prohibens: *Quid,* inquit, *agis, modicae fidei? Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos; tu autem, ecclesiae profuturus exemplo disciplinae, cape chirographum vitae.* Tunc ille, oculos in caelum levans, ait: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem;*

e

LIBER MIRACULORUM

laborem ; fiat voluntas tua. Continuo pueris egre-
dientibus, infirmus ad se reversus visionem fra-
tribus indicavit et eos de incolumitate sua iam
certos laetificavit. Post paucos deinde dies inte-
grae redditus est sanitati.

Mulier clauda gressu donata

7. Rogationum autem diebus, dum sanctorum
reliquiae per loca destinata transvectae, quarta
sabbati *f* in agrum Longi-pratum *g* vocabulo deve-
nissent, utrinsque sexus examine obviam proce-
dente, cum piae devotionis odore susceptae sunt.
Missarum quippe sollemnia fratribus in eodem
prato celebrantibus, quaedam mulier, corporis
contagione clauda, cum adminiculo venit; quae
venerationi sanctorum supplicando lacrimis ma-
deus, intercedente Dei confessore, sanitate conva-
luit totinsque populi gaudia in sui convalentia *
duplicavit.

f g

* *ita cod.*

Divinitus morte perculsus S. Pirminii irrisor,

8. Recepto igitur in aeternae beatitudinis gre-
mium abbate Adelberto, Garemannus congre-
gationis suae praecipuus divina sorte in id officii
collocandus apparuit *h*. Qui oboedientiae iugo sub-
iectus, vestigiis paternis inhaerendo, viam verita-
tis elegit et iudicia Dei non est oblitus. Sed, sicut
B
pravorum mos est invidere aliis bonum quod
ipsi habere non appetunt, quidam, antiqui hostis
malitia perculsi, monasterio boni provisoris dero-
gare coeperunt. Conceptam vero a diabolo* par-
turientes iniquitatem, viros de familia Dei con-
fessoris despoliatos praesumunt foris trahere, ut
eos aut per tormenta discuterent aut gladiis
necarent. Quorum unus ingemuit, atque acriore
dolore commotus, ait : *Heu, heu, sancte Pirmini,*
placet tibi quod trahimur, et non nos defendis? Ad
cuius vocem adversariorum quidam, livore suc-
census : *Quis est ille*, ait, *quem Pirminium vocas?*
Bellare Pirminius tuus nescit ; ligneum non igneum
gladium habens, dormit, numquam vigilans. Post
haec verba, intrante in illum satana, miser sen-
sum perdidit, et miseria praeventus, oculos vivus
amisit; postremo morte mala vitam finiens, ani-
madversus est scripturam qua dicitur : *Ecce non*
dormitabit neque dormiet qui custodit Israel; et
iterum : *Haec dicit qui habet rhompheam ex utra-*
que parte acutam; et iterum : *Vae qui praedaris,*
nonne et ipse praedaberis?

h

* *cod.* dolore

et alii nequam, peregrinis Hornbacum confluentibus et ipsi oppido insultantes, subita caecitate.

9. Alio quoque tempore, beati Pirminii veniente
die natalis, maxima populi multitudo confluebat
ad diem magnum festivitatis. Ut scriptum est :
Cum astarent filii Dei ante Dominum, affuit inter
eos etiam Satan, viri impii, malitiae suae facibus
accensi, seditione orta, concordiam in Dei nomine
convenientium disturbare coeperunt. Quapropter
reliqua innocentiam custodiens turba, zelo Dei
fervens, hostes superbe operantes iniquitatem
facto grege eiecit extra civitatem, quatenus illis
coactis extra synagogam fieri, tantae gaudia sol-
lemnitatis perageret in pace Dei; ut per psalmi-
stam Dominus dicit : *Non habitabit in medio*
domus meae qui facit superbiam. At filii iniquita-
tis, de semine nati Chanaan et non Iuda, irae
depulsionis suae pudorem magni ducentes, maioris
invidiae tenebris caecati, ad ulciscendam iniuriam
certatim se invicem sunt hortati. Exercitu itaque
congregato, omnes in circuitu vias insidiando a
longe obsederunt. Etenim congregatione fidelium
servata in unitate et in vinculo pacis, cum in sua
rediret diebus consummatis, ad insidiarum pro-
gressa latibulum, invadentibus hostibus circum-
datur, atque rebus despoliatis vita singularum
affecta diverse cruciatur. His ita gestis, sicut per-
verse agentibus omnia cooperantur in malum,
ipsam urbem evertendam irrumpere nitentes,
suburbana devastant, aedificia diruunt, homines D
inventos verberando cruentant. Quibus visis,
urbani portas claudunt, et amaritudine pressi,
circumquaque decurrunt, nihil tutum aut quietum
satis habentes, mulieres timore insolito perterri-
tae. O facinus impium et crudele! Quae harum*
non ploravit in Rama cum Rachele? Ingeminant
crebros singultus et ululatus multos. Moenia ergo
putantes iam terrae coaequari, non suscipiunt
consolari. Sacerdotes autem, cum gemitu ingressi
templum, patientiae populo praebebant exem-
plum; prostratique ad sepulcrum Dei confessoris,
poscebant auxilii opportunitatem; et omnipotens
Deus immisit hostibus profundissimam caecita-
tem. Nam a iunioribus fratribus agitatis fusilibus
campanorum *i*, inimici privati sunt lumine oculo-
rum, ut vel caecitate in momento percussi, disce-
rent quam tenebrosum cor contra familiam Dei
confessoris haberent. Qui accepto itineris duce,
vix a vindice ira liberati, in finibus nostris
nusquam postea comparuerunt.

* *cod.* horum

i

Alia singularis superni patrocinii in monachos Hornbacenses

10. Abbas vero Garemannus, in bonis operibus
vitae consummato cursu*, de reliquo corona justi-
tiae remunerando, corporis infirmitate solutus,
ex hac luce migravit, stola immortalitatis indu-
tus *j*. Fuerunt judices monasterii in tempore illo
quaerendo quae sua sunt, non quae Iesu Christi,
irritantes Deum in adinventionibus suis, ut multi-
plicaretur in eis ruina; quales per prophetam
redarguit Dominus dicens : *Non ascendistis ex*
adverso, nec opposuistis murum pro domo Israel,
ut staretis in domo Domini. Hi, testamentum
Domini temerarie profanantes, electionis privile-
gium demere fratribus meditati sunt. Fratres
vero alterna caritate dimicantes testati sunt, resi-
nam esse in Galaath et malagma in Israel, ut
gloria patris filius fieret sapiens. Electo igitur
inter se Willimanno, aetate et sapientia sene,
patronos ecclesiae virili concordia adierunt, qua-
tinus electio sua facta impleretur deprecantes.
Datores igitur, in negando obstinati, ad extra-
neos, quorum dextera eorum repleta est muneri-
bus, conversi, occulta Dei censura utrinsque
partis terminum mediante, electum abbatem con-
gregationi statuerunt *k*. Quo statuto fratres cum
gaudio redierunt.

* *cod.* cursus

j

k

et adversus temerarios invasores tutelae documenta.

11. Singula denarrare longum videtur, quae
et quanta Dominus per servum suum beatum
Pirminium clementer operetur * quanta dilectione
sibi servientes foveat, superbe in se agentes mani-
festa animadversione terreat, quam gravi pon-
dere tyrannidis premat occasionem, quotiens
patresfamilias *l* Cornu *m* petunt per tumorem.
Nam a principio sui in hunc locum adventus homo
ullus nec legitur nec habetur inventus pacifico
exitu pertransiens stadium vitae, si in sancti pon-
tificis locum non timuit superbire. Quare cum
haec cotidie non legendo sed videndo * et audiendo
discamus, particularium pluralitate relicta, ad
generalia redeamus.

* *cod.* operatur

l m

* *cod.* vivendo

Cerei caelitus accensi.

12. Cuonradi ducis *n* filius in castello Stoufen-
burc *o* extrema morte praeventus, ad monaste-
rium ducitur sepeliendus. Fratres vero, adventu
feretri audito, cum crucibus et hymnis longius
ab urbe digressi sunt. Interea presbyter quidam,
cum infantis equo accelerans in urbem, cereos
quattuor incensos candelabris imponit et iam
venienti loculo obviam deportari fecit. Coepta
itaque digressione, candelae in eundo omnes,
vento exagitatae, percepti luminis gratiam perdi-
derunt. Portitores vero, vicinarum domorum
perscrutati casas, ignis offenderunt omnes immu-
nes.

n o

A nes. Assunt interea fratres cum exanimi corpore, maerentibus ceroferariis de candelabrorum restinctione. Facta est autem res mira, quam narro : quia dum feretrum in praesentiarum venisset, refulsit sol in clypeos aureos, omnesque illi cerei, caelitus dato lumine accensi, claro iubare intuentium oculos reverberaverunt. Quod omnipotens Deus miraculum evidenter fieri voluit, ut liquido daretur intellegi, illa anima corpore exempta inter spiritus beatorum quam laeto perfrueretur splendore, cereis per se obscuratis, sed de invisibili flamma praelucentibus, patrocinante Dei confessore. Manifestata autem divinae virtutis praesentia, haud facile dictu est, quanta fuerit in Dei laudibus exultatio, quae sanctissimi praesulis meritorum veneratio, quae peccatorum oborta compunctio, quam dulcis ad emendandas monasterii offensas impulsio. Officio quoque exsequiali puero persoluto, cuncti domum qua venerant redeunt, ducem demonstratae virtutis gaudio participant et eius animum de morte sobolis consolantes sanant. Nam post paucos deinde dies ipse ad monasterium veniens, omnem coram fratribus suam inaequalitatem *p* corrigit, reatus sui veniam desiderans accepit; qua accepta laetus et gaudens in sua reversus est.

Liberatus energumenus,

13. Anno abbatis Willimanni secundo rex Francorum Henricus Reni alveum navigio superans cum magno exercitu Galliam ingressus est *q*. Tunc vero christiani cum paganis quos duxerat viam ineuntes Ieroboam, qui peccare fecit Israel, depraedantur agros, incendunt villas, viros ac mulieres trahunt, initiati Beelphegor et comedentes sacrificia mortuorum. Huic ergo consuetae instantes abominationi, quandam ingressi ecclesiam, suo morem gesserunt tumori, auferendo omnem oratorii ornatum servitio divino dedicatum. Deus autem ultionum dominus, reddens retributionem superbis, quendam iuvenem permittit corrumpi a Beelzebub principe daemoniorum ; qui ad temeranda ingressus est sancta sanctorum. Illo in terram colliso, gentiles cum paganis paenitentia ducti, Deo didicerunt esse perosum, quia domum orationis speluncam fecissent latronum. Iuvenis autem domino suo Augiensium abbati in vinculis veniens, consilio eius per loca sanctorum in via ducitur sanandus ; sed C meritis sanctorum opem ferre negantibus, nulla precum intercessione ab antiquo eripitur praedone. Interea rex Bliesensem provinciam ingressus, in vico Ernestwillare *r* cum omni sedit exercitu. Hunc abbas Willimannus pro causa monasterii adiens, sincera devotione susceptus est ab eodem imperatore. Quem ad regem venisse Augiensium abbas *s* percipiens, cum festinatione conveniendo eius advolvitur genibus, humiliter * orans secum ad monasterium ducere dignari iuvenem furibundum, suae fratrumque orationis instantia a beato Dei confessore sanandum. *Confido*, ait, *per nostrum communem patronum curari hunc debere in misericordia Omnipotentis a mortifero quo infestatur veneno serpentis.* Cuius petitioni abbas benigne annuens, a vinculis solutum iuvenem suscepit in sua. Qui fremens et spumans ad monasterium ductus, fusa pro ipso ante sepulcrum Dei confessoris fratrum oratione cotidiana, infra aliquot dierum evolutionem * sanatus, ovis pastori suo iam remittitur in pace liberata de lupo rapace.

* cod. huliter

* cod. evolutione

et paulo post alii viginti sex.

14. Praeterea eiusdem Dei confessoris redundante virtute, promiscui sexus fere viginti sex, nobis videntibus, daemonis obsidione captivati, singuli in ordine vicis suae reddebantur libertati ; quorum infestationis modum supersedimus ordinare, quia ingenio et voce rauca de multis tangimus pauca.

Sanata mulier manu contracta;

15. Anno procurationis Willimanni tertio mulier quaedam in Hornbacensium urbe, occulto Dei iudicio praeventa, dextera manu in medium complicata, aruit manca. Qua infirmitate stupefacta, ad sepulcrum Dei confessoris candela directa, misericordiae Dei fiduciam habens, ingreditur ecclesiam beati Fabiani papae et martyris *t*, ipsum invocans voce, ut succurrat sibi, coniuncta Dei confessoris ope. Tunc clementia Redemptoris per prophetam dicentis : *Tunc invocabis et Dominus exaudiet, clamabis et dicet : Ecce adsum, quia misericors sum Dominus Deus tuus*, sanctorum meritis fidei succurrit mulieris atque septimana exacta pigneribus tutis suscepit dona salutis.

caecus visum recipit,

16. Anno incarnationis dominicae millesimo duodecimo, procurationis Willimanni abbatis quarto, quadam die fratribus iuxta morem sextae horae psalmodiam celebrantibus, caecus quidam oratorium sanctissimi confessoris introductus est. E Ubi diutius in faciem prostratus dum pavimentum rore contriti cordis perfunderet, lucis gratiam, quam non attulit, recepit, fratresque in laude Redemptoris pleni gaudii * tripudio ditavit.

* cod. gaudio

et surdus auditum ;

17. Sex deinde diebus evolutis dominicae resurrectionis sollemnitate instante, ad esum agni paschalis numerosa populorum frequentia confluxit. Tunc vir ille, ut pro suscepti luminis * emundatione Deo grates referret, victoriosissimae crucis vexillum in manus accepit, ac se sequentibus fratribus cum hymnis canoribus ad ecclesiam beati Fabiani martyris, quo turba convenerat, processit. Factum est autem, dum sermo ad populum pro divini ostensione miraculi fieret, homo alius, obserata diu aurium testudine surdus, auditus usum recepit, et gratiarum actiones una cum adstantibus bonorum omnium tributori geminata laetitia conclamat.

* et add. cod.

puero muto et claudo, primo loquela,

18. Puer etiam quidam parvulus, a quinto eius nativitatis anno mutus et claudus effectus, in custodia fratrum mansit nutriendus. Hic ad memoriam Dei confessoris ex industria fratrum consuete veniens, misericordia Dei in se operante, officium suscepit linguae, reliquo corpore in id F temporis priore corruptela tabente.

deinde usus membrorum restitutus;

19. Praedictae autem annorum ordinationis quinto nonas maii, inventionem vexilliferae crucis populo recolente fidelium, puer idem coenobium sanctissimi pontificis Pirminii ex consuetudine ingressus, quia fideliter pulsando perstitit, salutem qua eguit impetravit, ac confirmatis basibus eius et plantis, benedicens et laudans Dominum exilivit.

adolescens mutus et surdus plene sanatus.

20. Post haec die sanctissimi pentecostes sexto, crucis dominicae adventum ad eundem locum anni recursu praesentante *, populosa sexus utriusque caterva cum crucibus et sanctorum reliquiis ad gaudia tantae confluxit sollemnitatis *u*. Ibi adolescens, cuiusdam patrisfamilias servus, ad memoriam Dei confessoris venit adductus, qui infirmitate praeventus visu caruit, mutus et surdus repentina divini examinis sententia percussus aruit. Hunc ergo, eo quod tantae debilitatis inaequalitas *v* eum vitiavit, dominus suus ad sepulcrum pontificis nixa stipulatione *w* donavit, confidens illum eo efficacius salutem posse consequi quo devotius, humanae servitutis nodo solutus, ingenuae traderetur libertati. Quo ante tumbam beati praesulis in fide et devotione continue prostrato,

* cod. praesentate

prostrato, circa diei horam nonam, cum fratres consummatis Dei laudibus corpora cibo reficerent, soluta est lingua in locutionis ministerium, reclusae aures admisere auditum, solae oculorum fenestrae necdum exclusere densas umbras tenebrarum. Prostratus iuvenis, ut se impertitum gemino salutis munere sensit, praevio ad ostium ecclesiae baculo repsit, matrem suam iugiter vocans. Exierunt interea de refectorio fratres; qui huiusmodi vigore miraculi abundantius refecti, non facile dictu est quanta corporis exultatione, quanta mentis iubilatione praeconia Christo solvebant. Tunc misericordia omnipotentis Dei, qui se diligentes semper diligit, se glorificantibus assistens cooperando succurrit, plebis suae conventionem triplo laetificans iubilo, clausa oculorum lumina aperuit caeco, quem paulo [ante] instauravit ex muto et surdo. Putasne cum quo gemitu quantaque devotione *Gloria in excelsis Deo* cecinerunt, qui per sacri pontificis merita tot in uno homine divini muneris videre miracula meruerunt? Fit fletus fratrum prae gaudio, laus populi pro triumpho; B funduntur ex intimis praecordiis grata suspiria, tripudiant laetifico gestu cunctorum corpora, non valentium invenire quibus motibus exprimant percepta gaudia.

ANNOTATA.

a *Ex cod. Brux. 206, saec. XII extr. vel XIII. Cfr. supra, Comment. praev., num. 20. — Quam prius admiserat cl. G. Wattenbach opinionem in praeclaro suo opere de fontibus historiae Germaniae* (1), *eundem scilicet scriptorem esse Vitae secundae et libri Miraculorum, iam videtur deseruisse* (2), *et merito quidem: nam, ut notat cl. Holder-Egger* (3), *scriptor Miraculorum nec usquam indicat se Vitam edidisse, et modus dicendi ac narratio in utroque opusculo multo dispares sunt. Eodem quidem tempore vixerunt, sed Vita secunda aliquot annis ante librum Miraculorum conscriptus est* (4). *Delectatur sane subinde et scriptor Vitae secundae incisis in fine consonantibus* (5), *sed longe saepius et magis affectato scriptor Miraculorum* (6).

b *Titulus hic non est praefixus ipsi libro Miraculorum, sed legitur in summis foliis, eadem manu* C *descriptus quae descripsit textum. Scriba autem quidam saeculo XIV vel XV praemisit inepte capitulo 1 (ordo capitulorum in codice numeris notatus non est, sed singulorum exordium signatum littera maiori descripta minio) hanc inscriptionem minutis litteris:* Incipit prologus in vitam beati Pirminii, *et capitulo 2 (quod tamen est pars prologi, sed in codice exhibetur ut exordium narrationis, prima littera* H *valde ornata et adeo ingente* D *ut linearum quattuordecim spatium occupet):* Incipit vita beati Pirminii episcopi et confessoris.

c *Nomen Adalberti abbatis Hornbacensis legitur in diplomate dato ab Ottone I imperatore die 1 decembris anni 972* (7).

d Cochlea *est scala tortuosa cochleae instar* (8). Cochleas *hoc loco designare censeo scalas mobiles in modum cochleae dispositas.*

e *Id est epistulam* (9).

f *Id est feria quarta* (10).

g *Lengelsheim (?), septem fere chilometris distans ab Hornbaco (Neu-Hornbach) ad meridiem, aliquantum orientem versus.*

h *Abbas iste Garemannus ex aliis documentis notus non est.*

i Campanum *neutro genere legitur etiam in Vita secunda, cap. 15, et apud alios non paucos scriptores medii aevi* (11). *Prius in codice scriptum erat* campanarum, *sed prima manu erasa est littera* a *et substituta* o.

j *Anno 1008 vel 1009, ut liquet ex cap. 16.*

k *Et hic abbas Willimannus aliunde prorsus* E *incognitus est.*

l *Haec vox eodem sensu hoc loco usurpari videtur quo in infima latinitate solet vox* seniores. *Ita etiam inferius, cap. 20.*

m *Id est* Hornbach. Horn *enim germanice* cornu *significat.*

n " *Filii, ut videtur, Conradi I ducis Carinthiae, qui ipse anno 1036 dux Carinthiae constitutus est* „ (12).

o *Iuxta vicum Stauf, leuca cum dimidia distantem ab oppido Göllheim ad meridiem. Ducibus Carinthiae locus sepulturae erat coenobium Hornbacense, quia ab ipsius conditore Wernhario domus suae originem repetebant* (13).

p *Id est* iniquitatem (14).

q *De hac expeditione anno 1009 ab Henrico II imperatore in Lotharingiam suscepta videsis Hirsch,* Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich II, *tom. II, p. 280 sqq.*

r *Vulgo* Ernstweiler, *in pago* Bliesgau, *leucis duabus Hornbacho distans ad septentrionem.*

s *Augiae divitis scilicet, quoniam mox* S. Pirminium *vocat* nostrum communem patronum.

t *Ecclesia parochialis oppidi Neuhornbach. Cfr. Frey,* Beschreibung des baierischen Rheinkreises, F *tom. IV, p. 132* (15).

u *Locus obscurus. Cum cl. Holder-Egger opinor agi de quadam sollemnitate die sexto hebdomadae pentecostes celebrata, ubi crux in processione portabatur* (16).

v *Id est* infirmitas (17).

w *Id est subscriptione* (18).

(1) *Deutschlands Geschichtsq.*, ed. IV, tom. I, p. 301. — (2) Eiusdem operis ed. V, tom. I, p. 348. — (3) *M. G.*, tom. XV, p. 21, not. 1. — (4) Cfr. supra, Comment praev., num. 12-14 et num. 20. — (5) E. g. Vit. II prolog. — (6) Mirac. cap. 2, paulo post init. utque ad fin.; cap. 3 med. *(Plebis...)* usque ad fin.; etc. — (7) *M. G.*, ser. in-4°, Dipl., tom. I, p. 578. — (8) Forcellini, ed. De Vit, tom. II, p. 247, col. 1, num. 14; cfr. Cang. Glossar., tom. II, p. 409, col. 1 extr. — (9) Forcellini, ed. De Vit, tom. I, p. 584, col. 1 extr. — (10) Ibid., tom. V, p. 282, col. 2. — (11) Cfr. Cang. Glossar., tom. II, p. 59, col. 2 med. — (12) Ita Holder-Egger ad h. l. — (13) Crollii *Orig. Bipont.*, part. III, § 12, cit. ap. Mone, ad h. l. — (14) Cfr. Cangii Glossar., tom. II, p. 784. — (15) Ita Mone, ad h. l. — (16) Cfr. Cangii Glossar., tom. II, p. 678, col. 1. — (17) Cfr. Cang., loc. cit. supra, not. 14. — (18) Cfr. ibid., tom. VI, p. 376, col. 2 p. m.; Pardessus, in periodico *Bibliothèque de l'École des Chartes*, ser. I, tom. II (1840-41), p. 425 sqq.

A D

OFFICIUM S. PIRMINII.

Documentum hoc ad maiores nostros misit saepe iam laudatus P. Mauritius Chardon, hac praemissa inscriptione : Officium S. P. Pirminii Epi et Conf., quod olim choro Augiensi usui erat, ex Ms. volumine membranaceo bibliothecae Augiensis. *(Cod. Brux. 8931.)*

Ad Vesperas.

℟. O quam laudanda huius sancti sollemnia, quem ob virtutum insignia caelorum laudant agmina *. O Pirmini, divino iunge lumini cunctos hic congregatos. ℣. Ut apud te in patria fruamur Dei gloria. O Pirmini. **Evang. Ant.** O lumen splendidum, sancte praesul Pirmini, o lucerna lucens in conspectu Domini, o gemma sacerdotii, tu pater monachorum, qui patris Benedicti regulam bene norunt : omnes nos trahe propere ad gaudia caelorum, quos tibi cernis psallere hos B plausus canticorum.

Ad Matutinum. Invitatorium.

Voce cordis resonemus, Regem regum adoremus *, qui sanctum hunc Pirminium choris iunxit caelestium.

In I. Noct.

Ana. Beatus Pirminius in via peccatorum non stetit, sed in seminatione verbi divini viam dissuasit peccandi. **Ana.** Constitutus praesul iste ad verbum Dei praedicandum genti adhuc in fide hebeti, ne iterum traderetur ritui gentili, quo fremebat. **Ana.** Deus caput eius exaltavit, qui non solum apud aulicos, verum etiam apud egenos peregrinosque longe ac late innotuit. **Ana.** Sanctum suum mirificavit Dominus, quem in domorum Dei constructionibus devotum fecit et sedulum. **Ana.** Introivit in domum suam sanctus Dei cultor et melliflua praedicatione populum sedulo attrahebat. **Ana.** Omnia eius pedibus nonne erant subiecta, cum ex insula, Augia vocitata, horrenda portenta variorum atque inauditorum ver- C mium de altera parte serpendo sua praesentia stagni gurgitem petierunt?

℟. Laudemus Dominum in beati antistitis meritis gloriosis, qui in hac vita sub Theodorico rege Francorum * Melcis castello pastoralis curae episcopatum egregie retinebat. ℣. Beatus enim homo qui inventus est sine macula. Melcis.

℟. Deus enim super cuncta illius opera disponebat : * Eius nam sacrum officium et mysticum ad vota ministerium dirigebat. ℣. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Eius nam.

℟. Vir nobilis, nomine Sintlas, genere Alemannus, per multa sancta loca et sacra coenobia humilesque et Deo dignas orationes, usque ad locum pervenit, in quo sanctum invenit Pirminium : * Qui ab eo honorifice susceptus est. ℣. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Qui ab.

℟. Cunctis igitur necessariis rite peractis, noctem sanctam in divinis transegere colloquiis, et crastino insignis Dei praesul * Uberrima sparsit populo documenta. ℣. Utramque linguam, romanam scilicet et Francorum, optime sciebat. Uberrima.

In II. Noct.

Ana. Curam pastoralem sine crimine is tenebat, et in tabernaculo Domini frequentius habitabat, requiescitque in monte sancto eius. **Ana.** Cultum divinum Dei servus intentius affectabat ; idcirco desiderio magno, quod Dominus ei tribuebat, decem non cessavit monasteria ordinare. **Ana.** Inclitus vir Sintlas dixit ad beatum praesulem : Insula, quam cernis, vermibus plena scaturit ; idcirco nunquam homo in illam ausus est intrare. Qui respondens ait : Domini est terra et plenitudo eius. **Ana.** Insula ista, ex quo intravit in eam Christi praesul, facta est salubris aere, E iucunda flumine, terra fecunda, arboribus nemorosa et vineis uberrima ; quoniam non est inopia timentibus eum. **Ana.** Flumen Dei repletum est aquis, dum sanctus Dei praesul gratiam a Deo sibi praestitam in alios copiosius effundebat. **Ana.** Magnificata sunt opera Domini : nam unde tanta monstra diabolici figmenti ilico evanescere faciebat, postea inde multa milia animarum in amoenissimos hortos caelestis Ierusalem usque in ultimum diem non desinit advocare.

℟. Audiens vir nobilis Sintlas praesulem beatum Pirminium salubrem doctrinam populo exhibere,* Ubertim lamentans quod in sua patria tali non gauderet pastore. ℣. Igitur sanctum Pirminium enixe rogabat ut aliquantulum temporis in sua conversari patria dignaretur. Ubertim.

℟. Vere felicem praesulem, qui dum orabat, baculum suum nulli materiae acclivem in limpido erectum statuit pavimento : * Quem interim aeris obsequia ad firmandam plebis fidem immobilem tenuerunt, ℣. Donec eum manus ab oratione surgentis episcopi inclinaverunt. Quem.

℟. Tali Romanus episcopus percussus miraculo, citissime misit se ad vestigia sancti antistitis, ve- F niam deprecans de verbo quod ignoranter protulit erga illum, * Quia ante signum factum talis non aestimabatur qualis postea Dei nutu ostensus est. ℣. In alternos se inclinaverunt amplexus amantes osculoque sancto. Quia.

℟. Inclitus vir Sintlas, nimium laetus, * Deo gratias egit, qui illi tantum talemque ostendit patronum. ℣. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Deo.

In III. Noct.

Ana. Gaude, felix Augia, cum laude haec sollemnia sancto tuo Pirminio, qui motus zelo nimio, radicitus te paravit, ad laudem Dei te formavit, ut consors tu sis omnium Deo laudem canentium. Ergo iugi laude psalle, ut te Deus de valle per sanctum hunc Pirminium iungat choris caelestium.

℟. Erat insula, quam Sintlasowa vocabant, diris repleta serpentibus, quam vir Dei Pirminius manibus propriis aliisque iuvantibus * In tribus diebus pulchrum campum perfecit. ℣. In hac postea vivo Deo et vero amoenam aedificavit domum, et

OFFICIUM et suorum alumnorum contubernium dimisit iucundum. In.

℟. Locus iste, ex quo die intravit in eum Christi praesul, factus est salubris aere, terra fecundus, vineis uberrimus et arboribus nemorosus; * Ideoque delectat in eo vivere qui ibi Deo regulariter debent servire. ℣. Mirabilis Deus in sanctis suis, in loco isto mira atque miranda peregit. Ideoque.

℟. Wernharius vir nobilis, alta ortus Francorum prosapia, audito rumore sancti viri, eum ad se accersiri praecepit, ei spondens * Ut ubicumque eligeret, ibi proprium locum ei daret ad servitium Dei perpetualiter prosequendum. ℣. Multa loca propria in circuitu iacentia ei coepit monstrare. Ut.

℟. Christi servus Pirminius, iam sibi cernens tempus imminere quo agonum suorum praemia in caelis reciperet, venit in locum quem vocant Gamundium : * Ubi post multas virtutum operationes laborum suorum aeterna adeptus est praemia. ℣. Haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo. Ubi.

B

Ad Laudes.

Ana. Factum est ut multitudo populi ad virum Dei conflueret, sacrae confirmationis rogans manus impositionem, quam et prolixe agebat, ut ampullis exhaustis oleum sanctum deficeret. **Ana**. Videns venerabilis vir Dei oleum deficere : Curre, inquit ministro, velocissime ad monasterium, plus nobis de sancto oleo allaturus. **Ana**. Minister vero volens eius iussa adimplere, apprehendens ampullas, et intuens in eas, vidit ipsas oleo sancto repletas. **Ana**. Tunc ampullarum portitor recurrens ad episcopum ait : Non est necesse, senior dilecte, ad coenobium reverti, quia lecythi cuncti sancto oleo sunt referti. **Ana**. Misericordia igitur omnipotentiae divinae per incrementum visibilis chrismatis ostendit quod vivifica sancti Spiritus unctio per manus tanti sacerdotis invisibiliter emanavit.

Ad Benedictus.

Antiph. O inter, caeli, curiae tuae nunc fulgent atria; nam nostrum sanctum praesulem, qui mun-
C dum liquit exulem, ad te traxisti hodie. O Pirmini, iuva pie.

In 2dis Vesp. Ana Evang.

O Christi pietas, quam investigabiles sunt viae tuae largifluae pietatis, qui nostrum sanctum Pirminium non solum in caelis speciali privilegio decorasti, [sed] etiam in terris dulcem, dilectum atque affabilem omnibus praebuisti.

Lectiones ad Matutinum in festo S. Pirminii D

[I.] Pirminius, Francorum sanguine oriundus, Meldis apud Gallos in lucem prodiit. A prima aetate, cum artium tum pietatis studio probe iam imbutus, Sancti Benedicti instituto se addixit, assiduoque virtutis exercitio in coenobio Sancti Mauri abbatis ad Ligerim eo usque progressus est ut ad episcopatum Meldensem eveheretur. Quem sancte prudenterque administrans, in praedicationis officio suae eloquentiae, qua plurimum pollebat, vi ac suavitate omnes longe lateque dissitos ad se attraxit populos.

[II.] Post hanc praeclaram operam Romam contendit pro impetranda fidei, in Alemannia multum iam laborantis, qua stabiliendae qua aliis in locis propagandae potestate. Qua obtenta, in Franciam reversurus, pervenit in Alemanniam ad insulam Rheno lacuque ambitam, posteris Augiam Divitem appellatam, quam serpentibus aliisque huius generis virulentis vermibus totam scatentem, lignea cruce armatus et precibus ad Deum fusis expurgavit, atque ibidem loci monasterium exstruxit, fontemque pio a Deo postulatu E
impetravit, febricitantibus hodieque apprime salutarem.

[III.] Rebus ita feliciter gestis coepit viri nomen passim inclarescere, locus frequentari, mortalium multi monasticae vitae studio ad eum confluere, sub huius abbatis ab iisdem iam electi imperio vitam agere, virtutum exercitio ad religiosi hominis perfectionem eniti, Deique servitio se totos impendere. Interea loci ipse ad Carolum Martellum adductus, Augia insula atque aliis vicinis pagis ab eo donatus inque eorum possessionem immissus, aliquandiu tranquillam cum suis duxit vitam. Non tamen multo post Theobaldi Suevorum ducis factione ex Augiensi insula pulsus, constituto in vicem abbate Ethone, ipse in Alsatiam migravit, in qua, ut et in aliis regionibus, plura construi fecit monasteria.

[IV.] Novissime vero a Wernhero, nobilissimo e Francorum gente dynasta, accitus, monasterium illustre ad Gamundium, Hornbach vulgo dictum, loco perquam opportuno aedificavit ; ubi dum ipse concionibus pro more habendis sacramentisque populo administrandis frequentem navat operam, evenit aliquando ut chrismate inter con- F
firmandum deficiente, ampullae denuo fuerint repertae divinitus repletae. Ab actione tandem quiescens, decurso aetatis stadio, ad contemplationis studium se totum contulit, cui ardentissime addictus, non multo post tamquam miles emeritus ad praemium evocatus, obiit in dicto monasterio Hornbach tertio calendas * novembris, circa annum septingentesimum quinquagesimum ; ibidemque terrae mandatus est, miraculis gloriosus.

* sic

DE

D

A

DE SANCTA ODRADA

VIRGINE

BALAE IN CAMPINIA

C. D. S.

TEMPORE INCERTO.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. S. Odradae mentio apud martyrologos. De eius Actis. Quo tempore vixerit.

S. Odradae Vitam, conscriptam anno 1304,

1. *Alemium vicus est Brabantiae septentrionalis, olim dioecesis Leodiensis, nunc Silvaeducensis, non procul a civitate Silvaducensi, inter septentrionem et orientem, Mosae flumini insidens. Praecipuo ibi cultu honorata est inde saltem a saeculo* B *decimo tertio* S. Odrada *virgo, quam, antiquioribus martyrologis incognitam, Grevenus ad diem 4 novembris, Molanus vero ad diem 3 eiusdem mensis annuntiarunt. Molanum secuti sunt Canisius seu Walasserus, Saussayus, Ferrarius et Castellanus. Porro quaecumque apud eundem Molanum in* Indiculo sanctorum Belgii (1) *et inter* Natales sanctorum Belgii (2) *et inde apud alios (praeter ea quae ad cultum spectant) leguntur, excerpta sunt ex Vita quam anno 1304 ex traditione orali et picturis in ecclesia Alemiensi tunc exstantibus, amissa Vita antiquiori, conscripsit* (3) *anonymus quidam stilo satis imperito et nimis inflato dicendi genere.*

exhibent codices tres saeculi XIV et saeculi XV

2. *Vitam hanc exhibuerunt nobis tomus secundus Legendarii cuiusdam in monasterio Sancti Trudonis, cui ecclesia Alemiensis subiecta erat* (4), *saeculo XIV exarati, inter codices bibliothecae Academiae Leodiensis olim sub numero 58, nunc 210 ; et alterum Legendarium monasterii Corsendoncani prope Turnholtum, saeculi XV, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis cod. 858. Uterque textus mire concordat, ut facile conicias alterum ex altero fuisse descriptum. Quibus adiungendum breviarium antiquum ecclesiae collegiatae Alemiensis, folio-* C *rum 166 maioris formae, nunc asservatum in archivo ecclesiae Sancti Petri in civitate Silvaducensi ; unde Vitam* S. Odradae, *in lectiones novem distributam, vulgavit v. v. Ludovicus Henricus Schutjes* (5). *Desideratur in eo codice Vitae prologus et numerus ultimus, et multa passim in ea notanda occurrerunt menda.*

et apographa quaedam recentiora,

3. *Praesto nobis praeterea fuerunt duo apographa eiusdem Vitae in codice olim musei Bollandiani nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8931, ex secunda parte Hagiologii Brabantini in monasterio Rubeae Vallis a Gilmanno (ob. an. 1487) collecti desumpta (unde perperam apud nonnullos Gilmannus eius Vitae auctor dicitur). Haec ab exemplaribus modo citatis discrepant solummodo satis frequenter occurrente verborum praepostero ordine et quibusdam correctionibus seu potius adulteratio-* E *nibus, quarum nonnullae ipsi Gilmanno, aliae scriptori alterius apographi imputandae videntur. Denique ante hos quadraginta fere annos tertium apographum ex codice Rubeaevallensi descriptum a Ioanne Antonio Snijders, monasterii Corsendoncani suppriore et ab eodem missum ad Ioannem de Rover parochum vici Macharen in Campinia anno 1679-1717* (6), *in domo pastorali Millegemensi invenit v.v. P. I. Dillen, tunc vicarius parochiae Moll, et ipse accurate descripsit, variantes lectiones adiecit ex quarto apographo, quod erat penes eundem parochum Macharensem, a Servatio abbate Averbodiensi anno 1681 accepto* (7), *et cum documentis de cultu* S. Odradae *ac notis praedicti Ioannis in uno libello compactum transmisit ad museum nostrum, ubi libellus iste* (8) *adhuc servatur.*

vernacule autem libelli tres.

4. *Legendam latinam* S. Odradae *flandrice expressit anno 1682 supra laudatus Ioannes de Rover, parochus in Macharen et paucis post annis metro conclusit eodem idiomate canonicus quidam Ghelensis* (9) ; *sed non comperi haec typis edita fuisse. Nostris diebus ex ea Vita metrica alteram soluta oratione vulgavit C. Mangelschots* (10). *Novissime vero de vita et cultu* S. Odradae *absolu-* F *tissimum libellum ediderunt vv. vv. A. Geboers et F. Van Olmen, sacerdotes dioecesis Mechliniensis* (11).

Huius Vitae compendium.

5. *En tibi Vitae illius summarium.* Odrada, *Scapis (vulgo* Scheps, *qui vicus est parochiae de Baelen, prope Moll) parentibus nobilitate et divitiis atque etiam christiana virtute insignibus nata, a puerilibus annis pietate excelluit. Adolescentior facta, cum propter pulchritudinem et alias egregias dotes a multis nobilibus ad nuptias sollicitaretur, hos omnes sprevit et virginitatem Christo sponso servare elegit. Mox vero, matre mortua et patre ad*

(1) Pag. 58. — (2) Pag. 240. — (3) Cfr. infra Vit. prolog. — (4) Cfr. infra num. 6. — (5) *Kerkelijke geschiedenis van het bisdom 's Hertogenbosch* ('s Bosch, 1870-76, 5 vol. in-8°), tom. I, p. 345. — (6) Schutjes, tom. V, p. 23. — (7) Cfr. infra, num. 14. — (8) Hunc passim designabimus nuncupatione *Lib. Dilleni*. — (9) En huius lucubrationis integer titulus : *Het leven van de H. Maegd Odrada, geviert wordende den derde November, Patroonnerse tot Millegem gelegen tusschen de vryheyd van Gheel en Moll, beschreven int lateyn door den Eerw. heere Ioannes Gilemannus... in het 2e deel van zyne Hargyologue* (sic) *van brabant in het jaer 1304 opgezogt en in het vlaemsch getranslateerd door den Eerw. heer Ioannes de Rover, pastoor tot Macharen in het jaer 1682. — En om t' zelve beter bekent te maken aen de devote geloovige... door den druk ter oorzake van de oude gevonde fontyne en haer kragtig water in t' jaer 1686, in Rym-digt gestelt door Iudocus Coene, Canonik van Gheel, in het jaer 1688, bestaet uyt eene voorrede of den prologus van Tilemannus en 24 capittels en een liedeken sluyt den geheelen opstel.* Opusculum constat paginis 32 in-12°, quarum singulae 24 versus hexametros continent ; carmen adiectum versibus 162 absolvitur. *Lib. Dilleni.* — (10) *Leven der heilige maegd Odrada, gevierd wordende te Milghem, by Moll, den derden november ; byzondere patroonesse tegen kwade oogen, alle ziektens van menschen en vee. Getrokken uit eene oude berymde Levensbeschrijving dezer Heilige. Door C. M*[angelschots]. Meerhout-Gheel, 1854, 16 pp. — (11) *De H. Odrada van Baelen, haar leven en hare vereering.* Mechelen, 1891.

AUCTORE C. D. S.

secundas nuptias transgresso, multas a noverca et, huius suggestione, a patre tulit iniurias; immo, quadam die, dum tota patris eius familia ad annuam dedicationis ecclesiae Millegemensis memoriam celebrandam tenderet, ipsaque equum, quo ad illam sollemnitatem deveheretur, sibi efflagitaret, iussa est ut aliquem deligeret et sterneret ex iis qui solius pullorum propagationis causa in pascuis magno numero alebantur, freni scilicet omnino insuetis adeoque efferatis ut nonnisi cum ingente vitae periculo ad eos accedere cuiquam liceret. Intrepide tamen locum ubi conclusi erant ingressae, equi subito mansuefacti certatim et quasi venerabundi se virgini offerunt. Quorum uno ex praestantioribus delecto et instrato, mox rapido sed suavi cursu patrem, qui miliarii iam spatio praecesserat, attigit. Qui prodigio obstupefactus et in se reversus, mox ipse equo desiliit et ad filiae pedes prostratus veniam petiit, deinceps ab omni iniuria illam immunem fore pollicitus. Eadem die alterum in gratiam virginis miraculum divina omnipotentia operata est, fontem ex arenosa gleba ad eius preces eliciendo, cuius aqua et ad morbos pellendos efficaciter adhibita fertur. Brevi autem post Odrada *in* B *morbum incidit, et extremis Ecclesiae sacramentis munita, piissime obiit. Cuius corpus, ut ipsa rogaverat, plaustro impositum, duobus iuvencis committitur quo Deus eam sepeliri vellet deducendum, ac recto itinere defertur ad Alemium villam; ubi ab Ottone comite reverenter susceptum est et sepulcro mandatum, quo loco pulcherrimam ecclesiam idem Otto aedificavit atque clero et aliis ministris decenter instruxit. Deductio autem illa virginei corporis prodigio non caruit: nam truncus quercinus, iam dudum arefactus, una currus funebris rotarum casu illisus, repente revixit et crevit in arborem. Crebris praeterea sanitatum miraculis ad* Odradae *tumulum concessis, gloriose ipsam in caelis regnare divinum numen demonstravit.*

Utrum sancta floruerit saeculo VIII

6. *Haec quam vere narrata sint, difficile est dictu. Etenim, quod supra indicavimus, profitetur scriptor anonymus (quem monachum fuisse Trudonensem ex mox dicendis facile conicere licet) sibi anno 1304 Vitam* S. Odradae *concinnanti solos fontes ad manum fuisse traditionem popularem et tabulas pictas quibus decorata est Alemiensis ecclesia: quos sane certo purissimos nemo secure asserue-* C *rit; nec aliunde ullum nobis documentum suppetit quo narrationis sinceritas confirmari queat. Quin immo neque quo circiter tempore vixerit* S. Odrada, *hactenus definitum est, aliis eam saeculo VIII* (1), *aliis saeculo X, XI vel XII floruisse contendentibus. Pro qua posteriori opinione praecipuum argumentum desumitur ex mentione, in fine Vitae*(2), *Ottonis comitis, qui ibi refertur* Odradae *corpus suscepisse Alemii, illudque sepulturae mandasse et in loco sepulturae basilicam aedificasse, quam ex bonis suis ditavit. Iam vero habemus diploma a Paschali II R. P. datum die 25 maii anno 1107, quo privilegia et possessiones monasterii Sancti Trudonis confirmantur, et inter has recensetur* altare de Aleym (3). *Circa eadem autem tempora reperiuntur advocati vel subadvocati monasterii Sancti Trudonis fuisse Otto comes Durachiensis et alter eiusdem nominis, prioris nepos.* Otto *scilicet I,* comes et advocatus *vel* subadvocatus *subscripsisse legitur chartis Trudonensibus annis 1055, 1059, 1060, 1065 et 1080* (4); *Otto II, annis 1138, 1140, 1141, 1142* (5); *et praeterea in chartu-* D *lario Trudonensi servatum est diploma anno 1146 ab Henrico II imperatore pro monasterio datum*(6), *ubi haec leguntur:* Nostris itaque temporibus illustris comes Otto Durachiensis... ecclesie beati Trudonis, in usus fratrum inibi Deo servientium, fondum possessionis sue Aleym, cum ecclesia dotata et familia et universis eius pertinentiis et terminis in terris et aquis, pro suis universeque domus sue peccatorum remissione, sic tradidit sicut a predecessoribus suis relictum sibi vivens libere tenuit, tantumque advocatiam heredibus suis possidendam reliquit, quam non longe post tempore gener eius Godefridus comes et filia Juliana ecclesie beati Trudonis prompta devotione tradiderunt. Quorum larga donatio ut rata et inconvulsa perseveret, *etc.*

an saeculo XI exeunte aut ineunte XII,

7. *Hoc argumento rem plane confectam non censent prioris opinionis fautores. Etenim loco citato Vitae* S. Odradae *perspicue indicatur Otto ille comes occasione suscepti et tumulati in vico Alem sanctae virginis corporis ecclesiam primum aedificasse,* altare *vero* de Aleym, *quod Paschalis II coenobio Sancti Trudonis asseruit, ita huic attribu-* E *tum est pontificio diplomate ut* in eadem ecclesia decedentibus clericis liceat abbatem substituere monachos (7), *ac proinde antequam ecclesia illa in possessionem monachorum venerit, iam in ea ministrabant clerici, nec ulla ratione probatur id non perseverasse inde a saeculo VIII. Et similis responsio opponitur verbis citatis ex diplomate Henrici II: nam* ecclesia *illa* dotata *quam Otto Durachiensis, huic imperatori aequalis, monasterio Trudonensi* tradidit, *potuit sane iam a tribus vel quattuor saeculis Alemii exstitisse. — Verum, ut ingenue fatear quod sentio, hae responsiones nequaquam mihi videntur elidere vim argumenti. Potuit enim Paschalis II, ubi ecclesiam Alemensem attribuit coenobio Sancti Trudonis, statuere* ut in eadem ecclesia decedentibus clericis liceat abbatem substituere monachos, *etiamsi ecclesia ante paucos annos primum fundata fuisset et collegium canonicorum in ea institutum; idque et potiori ratione valet de confirmatione Henrici II imperatoris. Cum itaque documentis certis demonstretur Otto aliquis Durachiensis ecclesiam collegiatam iure proprietario donasse coenobio Trudonensi, neque ex altera parte ulla afferatur ratio alicuius momenti ut* F Odrada *saeculo VIII vixisse censeatur, non est cur gratuito fingamus eodem hoc tempore exstitisse alium Ottonem comitem Durachiensem, cuius memoria usque ad annum 1304, quo Vita* S. Odradae *conscripta est, sola traditione orali servata fuisset.*

quod posterius videtur potius indicare Vitae scriptor, adhuc incertum est.

8. *Sed et notatu valde dignum est, tam in Vita quam in diplomate Henrici II eadem loquendi formula ecclesiam Alemensem dici* dotatam *ab Ottone, et cum in privilegio Paschalis II sermo sit de clericis ecclesiae deservientibus, in quorum locum successuri sint monachi, in Vita etiam referri illam ab Ottone* cleris et ministris *insignitam. Unde vehemens oritur suspicio, quin et mihi vix dubium apparet, quae hoc Vitae loco referuntur hausta esse a scriptore ex illis ipsis diplomatibus, in chartulario Trudonensi procul dubio asservatis. Sane credibile non est ex diuturna orali traditione vel ex picturis in Alemensi ecclesia prostantibus (quos solos fontes sibi adfuisse protestatur in Vitae prologo)* (8) *innotuisse ipsi tum nomen comitis qui corpus* S. Odradae *sepelierit*

(1) Ita nominatim Castellanus et Butler. — (2) Num. 12. — (3) *Cartulaire de Saint-Trond,* publié par Ch. Piot (Bruxelles, 1870), tom. I, p. 31. — (4) Ibid., pp. 17, 19, 20, 22, 25, 26. — (5) Ibid., pp. 47, 56, 61, 63. — (6) Ibid., p. 68. — (7) Ibid., p. 31. — (8) Cfr. Vitae Prolog.

AUCTORE C. D. S.

A *sepelierit tum particularia illa de ecclesia ab eo in sanctae virginis honorem fundata. — Praeterea, secundum opinionem scriptoris Vitae* S. Odradam *obiisse extremo saeculo XI vel ineunte XII aliquatenus forte confirmat narratio illa eiusdem scriptoris de quercu quae reviruit ex attactu carpenti quo vehebatur sanctae virginis corpus* (1). *Cui scilicet subiungit haec verba :* quam arborem quidam adhuc in carne manentes se vidisse testantur. *Unde colligitur quercum illam vetustate deperiisse circa annum 1250 vel paulo ante. Porro, quamvis nonnullae eius generis arbores quadringentorum vel quingentorum annorum aetatem attigisse referantur, longe tamen plerumque centesimum et quinquagesimum annum non excedunt. Inde igitur rursus deducimur ad exordium saeculi XII, quo arbor quasi novo ortu donata fuerit.*

Ceterum libenter fateor anonymi nostri auctoritatem, quod spectat ad Odradae *aetatem definiendam, levissimi esse momenti, quippe cui nulla ad id ipsum certa praesto fuerunt monumenta. Itaque adhuc sub iudice lis est.*

B

§ II. De reliquiis S. Odradae.

Corpus S. Odradae translatum extremo saeculo XVI

9. *Corpus* S. Odradae *requievit apud Alemienses usque ad exordium saeculi XVII : quo tempore ob metum haereticorum translatum fuit iussu episcopi Silvaeducensis. De qua translatione Ioannes de Rover :* Post illud tempus *(an, 1573)* reliquiae sanctae Odradae virginis, ut furori haereticorum subtraherentur, effossae et sublevatae et in cistula repositae *(nota marginalis :* Corpus integrum totumque pulchrum repertum, at aeri expositum in cineres redactum) sunt, ut quoque mihi ab Alemensibus refertur, Silvam ducis delatae ad Cartusianos, inde Antverpiam ad eosdem (2). *Et rursus paulo inferius* Inter Alemenses fide uxor Anna van der Asmand van Empel, anno 1614 nata, mihi rettulit mariti sui patrem vidisse reliquias omnes, item ultimum pacificum pastorem Alemensem fuisse Ioannem a Geldorp, qui Alemum deseruit tempore retorsionis, intercepta iam Silva ducis, et factus [est] canonicus Embricensis et post decanus capituli Resensis, ubi obiit 1680. Hic saepe invitavit Alemenses ut ad se venirent : habere enim se dicebat multa scripta quae eis C servirent. Ego autem anno 1686, 14 augusti, Wesalia Cliviam proficiscens, incidi in consortium eximii cuiusdam canonici Resensis, qui huic a Geldorp astitit in extremis. Hic mihi narravit capituli ecclesiam habere reliquias duas diversas a Domino van Geldorp, utque aiebat, frustum sat notabile, ut putabat, brachii, non dubito quin sanctae Odradae. Ante hunc Ioannem a Geldorp fuit pastor in Alem Ioannes van Vlymen, et ante eum Dominus van Meyden : sub hoc pastore dicunt reliquias de Alem alio translatas (3).

primo Silvamducis, mox Antverpiam,

10. *Cum Roveri testimonio prorsus concordant quae anno 1747 Silvaducis scribebat Norbertus Amandus Snelle, protonotarius apostolicus, ad I. Staak, decanum ecclesiae collegiatae Sancti Iacobi Antverpiae, his verbis* (4) :

Eruditissime ac Amplissime Dne Decane,

Cum divina nos iustitia pestilentiali animalium morbo flagellare non desinat, ut populus a peccatis ad meliora efficacius provocetur, acta patriotae nostrae sanctae virginis Odradae, in Balem oriundae, in lucem brevi edenda expectavimus. Notum autem exploratumque est ex authenticis, sacrum eius corpus in Alemo districtus Maeslandiae sub ditione abbatis divi Trudonis in Hasbania, Leodiensis olim, iam Buscoducensis dioecesis, quadringentis et amplius annis incorruptum multisque miraculis clarum permansisse; sed tetricis ingruentibus bellis, ut furori depraedantium subtraheretur, defossum et brevi, aeri expositum, in pulverem redactum fuit, et sacrae eius reliquiae, in cistula collectae, Buscoducum translatae, venerandis dominis Carthusianis Silvaeducensibus, in Vucht tunc temporis degentibus, ab Illustrissimo Domino Nicolao Zoesio, Silvaeducensium episcopo, asservandae traditae sunt anno 1617, et hinc eisdem Antverpiam missae. Quare rogamus atque obsecramus, ut Amplitudo vestra largam praefatae sanctae virginis Odradae reliquiarum portionem, locis iure competentibus distribuendarum, nobis procurare et mittere dignetur, quoniam ad hoc a Reverendissimo nostro Vicario Apostolico, prout ex ore eiusdem vestrae Amplitudinis constat, specialiter rogati et deputati simus.

E Dein si de authentica Vita huius virginis Amplitudo vestra nos certiores ulterius reddere queat, pergratum nobis foret. Rogamus enixe responsum.

Qui subscribor cum omni veneratione et obsequii oblatione,

Eruditissime et Amplissime Dne Decane,

Vester paratissimus famulus

N. A. Snelle.

Buscoduci die 14 feb. 1747.

particula tantum eius ossium Alemii servata.

11. *Aliqua tamen pars sanctarum exuviarum Alemii remansit vel mox illuc relata est, ut constat ex litteris diei 8 aprilis anni 1746, in archivo ecclesiae Alemiensis adhuc asservatis, quibus laudatus Norbertus Amandus Snelle, protonotarius apostolicus, authenticas agnovit reliquias ex ossibus SS.* Odradae *et Huberti in eadem ecclesia reconditas* (5).

Reliquiae S. Odradae Averbodii et Balae;

12. *Earundem reliquiarum altera pars anno 1617 data est ecclesiae Hoogemierdensi in Campinia inter oppidula Moll et Gheel sitae; sed inde etiam metu haereticorum amotae sunt et concreditae anno 1651 abbati Averbodiensi, qui eas vel partem illarum, integram videlicet mandibulam inferiorem,* F *detulit triennio post ad ecclesiam Balensem, ex quo vico seu viculo, saeculo XVII cum Balensi coniuncto, Scapis,* Odrada *oriunda legitur. Cuius rei fidem facit sequens instrumentum, a Ioanne van Tilborgh, parocho Balensi an. 1657-1666* (6), *ad maiores nostros transmissum et inter collectanea Bollandiana in codice nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8931 servatum :*

Servatius, Dei patientia Abbas Averbodiensis, omnibus ac singulis praesentes visuris seu legi audituris, salutem in Domino.

Notum facimus et attestamur quod nos, requisiti a venerabili Domno Ioanne van Tilborgh, canonico Averbodiensi et pastore ecclesiae Balensis, sacras reliquias sanctae Odradae virginis in Balen natae, nominatim integram mandibulam inferiorem, anno 1651 mihi traditam a venerabili viro Domno Philippo Nevio in Iulio, ut easdem subtraheret furori haereticorum et alibi maiori cum honore devotioni populi fidelis exponerentur, quas quidem illi miserat Reverendissimus Dominus

(1) Vitae num. 10. — (2) *Lib. Dilleni*, p. 24. — (3) Ibid., p. 25. — (4) Ap. Schutjes, tom. III, p. 822. — (5) Ibid., not. — (6) Ibid., p. 174.

AUCTORE C. D. S.

nus episcopus Silvaeducensis Nicolaus Zoes, easdemque sic nominatas et declaratas debita cum reverentia venerati sumus et recognovimus iuxta publicum instrumentum Reverendi Domni Matthaei Langhecrucii, pastoris Hilwarebecensis et decani christianitatis, et attestationem venerabilis Domni Philippi Nevii praefati, cuius tenor sequitur de verbo ad verbum: " Anno a nativitate " Domini 1617, nona die augusti, ego infrascriptus " has reliquias sanctae Odradae virginis accepi a " Reverendissimo Domino Nicolao Zoes, episcopo " Buscoducensi, pro ecclesia Hogemierdensi: in " quorum fidem haec scripsi et subscripsi. Ita est. " Mathaeus Langhecrucius, pastor Hilwarebe- " censis et decanus christianitatis: „ et ad latus instrumenti apparebat signum sigilli, in hostia quae iam erat corrupta, suprascripti Reverendi Domni pastoris et decani christianitatis Hilwarebecensis. In alia charta sic habebatur: " Ego " F. Philippus Nevius, pastor in Hogemiert, has " sacras reliquias sanctae Odradae virginis a " Reverendissimo Domino Nicolao Zoes, episcopo " Silvaeducensi, ad nos et ecclesiam Hogemier- B " densem per Reverendum Domnum Matthaeum " Langhecrucium, pastorem in Hilwarenbeec et " decanum christianitatis, missas, una cum tota " communitate nostra Hogemierdensi processio- " naliter ex Legemiert detuli, et easdem inclusas " in certa quadam capsula, quae solet vocari ca- " psula sanctae Odradae virginis, in ecclesia Ho- " gemierdensi honesto loco reposui anno mille- " simo sexcentesimo decimo septimo in mense " augusto „. Infra erat positum: " ita est. F. Phi- " lippus Nevius, pastor in Hogemiert. „

Quas quidem reliquias sacras, maiori quo decuit honore et devotione, cum sollemni processione 27 septembris anno 1654 in ecclesiam parochialem Balensem diocesis Buscoducensis, introduximus, eique resignavimus reliquiario sanctae Odradae includendas ibidemque collocandas ad augendam incolarum et Christi fidelium devotionem. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigilli nostri impressione muniri fecimus. Datum in aedibus pastoralibus Balensibus die vigesima septima septembris anno Dominicae incarnationis millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto.

C

Loco sigilli. Subscriptum erat,

F. SERVATIUS Abbas Averbodiensis.

Haec copia collata cum originali concordat de verbo ad verbum.

Quod attestor,

F. IOANNES VAN TILBORGH,
Pastor in Balen.

Recentiori tempore, die scilicet 1 decembris an. 1830, easdem reliquias inspexit Franciscus Antonius de Méan, archiepiscopus Mechliniensis, easque authenticas agnovit et argentea theca, vitro cristallino anteriori parte munita, inclusas, venerationi fidelium exponi permisit, nullatenus tamen exaltari. *Illas etiam recognovit et iterum approbavit praedicti archiepiscopi decessor, Engelbertus cardinalis Sterckx* (1).

in vico Schijndel;

13. *Ex schedula in archivo ecclesiae Alemiensis reposita colligitur a Zoesio episcopo Silvaducensi mense iulio an. 1624 consecrata fuisse tria altaria in ecclesia vici Schijndel et in eis repositas reliquias* D *S. Odradae* (2).

in Macharen,

14. *Deinde anno 1663 aliquam etiam maxillae, de qua in instrumento modo citato* (3), *particulam accepit ecclesia Macharensis, non procul Alemio ad occidentem sita, teste saepius laudato Ioanne de Rover, eius ecclesiae parocho, qui:* Ex litteris, *ait,* Servatii abbatis *(Averbodiensis)* anno 1681, 5ª decembris, mihi una cum Vita eiusdem virginis missis, liquet reliquias quas habet ecclesia nostra Macharensis, 16 septembris, ipso dedicationis die, sollemniter cum processione ex civitate Megensi 1663 susceptas, esse de hac mandibula: sic enim scribit in prima pagina: " Reliquias ecclesiae " vestrae datas consignavimus confratri nostro " Gregorio Bedix, ex Macharen nato, qui ex natu- " rali affectu ergo patriam ibidem venerandas " donavit. Tunc temporis, quando in Balen easdem " exaltavimus, erat ibi vicepastor. „ In pagina 2ª sic scribit: " Reliquiae vobis transmissae sunt ex " inferiori maxilla, donatae a multis ven^do^ D^no^ „ Philippo Nevio. „ — In aliis litteris de 10 octobris 1685 sic iterum scribit: " Reliquiae sunt ex E " mandibula Balensi, vobis missae per F. Grego- " rium Macharensem, et asservanter et constanter " dico quod illas, extractas ex altari in Hooge- " miert, ne a Geusiis profanarentur, mihi attulerit " Philippus Nevius. „ Fratris Gregorii pastorisque Macharensis subnecto testimonium; cuius tenor est hic: " Ego infrascriptus praesentium tenore " attestor, me accepisse sanctas reliquias S. Odra- " dae virginis, natae in Balen, cum instrumento ad- " dito a R. D. Praelato Averbodiensi, ex manibus " R^di^ D^ni^ Bedix, vicarii ecclesiae de Balen, inclusas " capsula lignea, signatas et ligatas filo albo, prout " easdem signavit et ligavit R^dus^ A^dum^ et Amplis- " simus D. Praelatus Averbodiensis, quibus R^dus^ " D^nus^ Praelatus ecclesiam Macharensem dignatus " est honorare. „ Erat signatum: " Actum in Ma- " charen die 25 augusti 1663 in praesentia duorum " testium. „ Item subscriptum: " F^r^ P. van Dale, " pastor Macharensis. Ita est. F. Gregorius Bedix " vicepastor in Balen; Theodorus Bedix; Guiliel- " mus Gelij. „ Haec copia cum suo originali concordat de verbo ad verbum: quod attestor, Ioannes de Rover, pastor in Macharen, manu propria (4).

ubi sollemniter exaltatae sunt

15. *Easdem reliquias sollemniter exaltatas fuisse anno 1686 testatur sequens instrumentum:* Nos Iacobus van Lent, concilii Ossensis archipresbyter, et Ioannes de Rover, pastor de Macharen, attestamur, de facultate nobis litteratorie a Rev^mo^ D^no^ Guillelmo Bassery, dioecesis Buscoducensis vicario apostolico, transmissa, ipso sanctissimae Trinitatis festo, reliquias sanctae Odradae virginis Balensis, reserata prius capsula lignea, reliquiario argenteo conspicuas inclusisse Christique fidelium venerationi sic exaltatas exposuisse, anno aeterni principii incarnati supra millesimum sexcentesimo octogesimo sexto. Ita est, Iacobus van Lent, archipresbiter Ossensis. Ita est, Ioannes de Rover, pastor in Macheren (5).

et aliis auctae;

16. *Praeter hanc maxillam, quasdam etiam S. Odradae reliquias, extractas ex uno altarium ecclesiae de Schijndel* (6) *et argenteae pixidi inclusas accepit Ioannes de Rover die 9 maii anno 1691 a parocho Schijndelensi Henrico Clomp, quas et die 3 novembris eiusdem anni in sua ecclesia fidelibus venerandas exposuit* (7).

(1) Geboers et Van Olmen, *De H. Odrada*, p. 77. — (2) Schutjes, tom. III, p. 85. Cfr. num. 16. — (3) Num. 12. — (4) *Lib. Dilleni*, p. 34-36. — (5) *Lib. Dilleni*, p. 36. — (6) Cfr. num. 13. — (7) Schutjes, tom. III, p. 85.

in Millegem.

17. *Denique ex maxilla servata in vico Balensi fragmenta nonnulla data sunt ecclesiae Millegemensi, quod rursus nos docuit pius ille sanctae virginis cultor Ioannes de Rover his verbis :* Ut animi mei votis satisfacerem, tandem diva providentia, feria sexta 7ª septembris 1686, elapsi scilicet anni, calcavi solum a saeculis iam benedictum tantopere, puto ecclesiam vestram de Millegen. Ubi oblato ad aras sacras in honorem Deiparae et almae virginis Odradae coram respective filio et sponso, repperi tria fragmenta eiusdem mandibulae Balensis, eaque ab eadem inferiori parte, de qua in Macharen habemus, de post abscissa; [quae] eodem forte anno, adeoque a R^do^ D^no^ Ioanne van Tilborgh, acceperit amplissimus D^nus^ officialis Guilielmus Lauwen, pastor ecclesiae de Millegen (1).

§ III. De cultu S. Odradae.

Officium S. Odradae Alemii saeculo XIV recitari solitum.

18. *Antiquissimum cultus* S. Odradae *vestigium, praeter ea quae in eius Vita leguntur, praebet officium saeculo XIV ab Alemiensibus canonicis recitari solitum, in codice illius aetatis adhuc superstite, unde v. v. L. H. Schutjes accepit Vitam* S. Odradae (2) *quodque recens integrum ediderunt vv. vv. A. Geboers et F. Van Olmen* (3). *Citatur praeterea apud Ioannem de Rover Missale Ultraiectinum editum anno 1540, de quo :* In meo Missali Ultraiectino, *ait,* de anno 1540, habetur nomen S^tae^ Odradae virginis 3ª novembris (4). *Iam vero habemus in museo nostro Bollandiano exemplar illius Missalis Ultraiectensis, quod edidit Antverpiae Henricus Petrus Middelburgensis anno MDXL, illudque, dum haec scribebam, mihi versabatur prae oculis, et certum est neque ad diem 3^am^ novembris neque alio uspiam loco in eo legi nomen* S^ae^ Odradae. *Itaque mire hic hallucinatus est de Rover. Ceterum prorsus incredibile prima fronte apparebat umquam in dioecesi Ultraiectensi honoratam fuisse* S. Odradam, *cum nullus locorum, qui ipsius vel commoratione vel sepultura vel reliquiis gloriabantur, ad illam dioecesim umquam pertinuerit; sed omnes siti erant in dioecesi Leodiensi usque ad novam sedium episcopalium distributionem institutam in Belgio opera Philippi II Hispaniae regis anno 1559; quo tempore attributi sunt dioecesi Silvaducensi, postea vero, anno scilicet 1802, quidam Mechliniensi subiecti sunt.* C

De cultu eiusdem in dioecesibus Silvaducensi et Mechliniensi,

19. *Iam quod ad tres istas dioeceses attinet, in Leodiensi numquam indicta fuit aliqua dies celebrandae memoriae* S. Odradae. *De Silvaducensi autem haec docemur a v. v. L. H. Schutjes* (5). *Anno 1724 nova prodiit editio Proprii Sanctorum dioeceseos, in quo addita erat, ad diem 10 novembris, festivitas* S. Odradae *celebranda* ritu semiduplici, *officio toto* de communi *praeter orationem. Deinde vero, anno 1746, praescriptum est officium* duplex *eadem die, lectionibus propriis de sanctae Vita. Hae lectiones rursus suppressae sunt in editionibus anni 1807 et anni 1854. Nunc in dioecesi Silvaducensi celebratur festivitas* S. Odradae *prima die libera post 3 novembris, ritu duplici minori, oratione propria, ceteris de communi virginum, et in dioecesi Mechliniensi eodem ritu, die 5 novembris lectionibus duabus secundi nocturni propriis, quarum altera admodum summatim ex Vita desumpta est, altera breviter recolit translationes reliquiarum.*

AUCTORE C. D. S.

et, inde saltem ab extremo saeculo XVII, in quibusdam locis singularibus.

20. *Sed antiquius iam in nonnullis locis particularibus vigebat* S. Odradae *cultus. Ecclesia Millegemensis ipsius nomine ut praecipuae patronae dedicata fuit* (6), *sicut etiam olim ecclesia capituli Alemiensis (principalis vero seu parochialis ecclesia S. Huberti titulo dedicata erat), iam dudum diruta* (7). *In Macharensi vico aedificatum est anno 1690 sacellum* S. Odradae, *quo loco olim exstabat S. Nicolai sacellum* (8) : *supplicationem illuc instituerunt eodem anno vel anno 1692, dominica post festum Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae, vicani Alemienses, multis e proximis vicis comitantibus* (9). *Sacellum istud, iniuria temporum paene collapsum, anno 1833 instaurandum curavit et effigie* S. Odradae *ornavit Macharensis parochus* (10). *In Hoogemierdensi etiam ecclesia monumentum sarcophagi instar erectum est in honorem* S. Odradae (11). *Denique in thesauro ecclesiae cathedralis Tornacensis servabatur anno 1661* Imago argentea sanctae Odradae, ex dono Reverendissimi Domini Zoes, episcopi Buscoducensis, quondam canonici Tornacensis (12). E

Hodiernus cultus in vicis Baelen,

21. *Ad haec adiungenda iam veniunt quae in libello suo nuperrime edito nos docuerunt vv. vv. A. Geboers et F. Van Olmen de cultu* S. Odradae *in quibusdam Campiniae locis. Inter quos principem quendam locum obtinet parochia Balensis, ad quam pertinet viculus Scapensis, sanctae virginis ortu celebris* (13). *Indulgentia plenaria a Pio VI S. P. concessa est illius ecclesiam visitantibus die festo* S. Odradae, *quae die 17 iulii anni 1821 ita ampliata est, ut singulis annis illam lucrari possent uno ex octo diebus continuis ab episcopo designandis. Designati sunt autem in perpetuum ab archiepiscopo Mechliniensi Francisco Antonio de Méan dies festus* S. Odradae *cum septem sequentibus* (14). *Inde usque ad hodierna tempora dies ille inter praecipuas anni festivitates computatus est et colitur et tota die omnium venerationi exponitur sacrum pignus anno 1654 ecclesiae concessum, quae ex hoc tempore* S. Odradam *ut patronam secundariam veneratur, patrono principali S. Andrea. Visitur in eadem ecclesia insignis effigies sculpta virginis equum indomitum sternentis, cuius effigiei basi inserta est capsula qua illae reliquiae ex Hoogemierde huc translatae sunt* (15). — *In ipso* F *autem viculo Scapi in magno honore habetur* puteolus sanctae Odradae, *qui numquam siccatus fuisse traditur, quamvis non adeo aqua copiosus : haec autem aqua pie ab incolis adhibetur ad morbos depellendos, praesertim oculorum. Scapi adiacet alter viculus, vocabulo Schoor, ubi exstat sacellum veteri pictura exornatum, qua exhibetur virgo equo devecta* (16).

Millegem,

22. *At prae aliis veneratione* S. Odradae *excellit vicus Millegem, cuius ecclesia illius nomine dedicata est. In qua ecclesia, ante hos fere viginti annos iuxta antiquiorem nunc dirutam de novo aedificata, supra altare maius apparet in specularibus depicta sancta virgo genibus flexis orans, et in circuitu chori depictis tabulis memorantur quae de ea in ipsius Vita narrata sunt. Praeterea in abside laterali dextera conspicitur* S. Odradae *altare, cui eiusdem statua supereminet. Sed et cathedra concionatoria, recens posita, tribus tympanis adornata* est

(1) *Lib. Dilleni*, p. 37. — (2) Cfr. supra, num. 2 p. m. — (3) *De H. Odrada*, p. 115. — (4) *Lib. Dilleni*, p. 26. — (5) Tom. II, p. 280. — (6) Schutjes, tom. V, p. 117. — (7) Ibid., tom. III, p. 83. — (8) Ibid., tom. V, p. 21. — (9) Ibid. (et tom. III, p. 88). — (10) Ibid. — (11) Ibid., tom. IV, p. 631. — (12) *Analectes pour servir à l'hist. eccl. de Belgique*, tom. III (an. 1866), p. 101. — (13) Cfr. Vit. num. 1. — (14) *De H. Odrada van Baelen*, p. 82. — (15) Cfr. supra, num. 12. — (16) *De H. Odrada*, p. 94.

AUCTORE C. D. S. *est eleganter exsculptis, ubi rursus quaedam exhibentur de virginis historia; subtus vero posita est ingens effigies sculpta, qua repraesentatur equo insidens et ramum tiliaceum tenens manu sinistra. — Die 3 novembris celebratur quotannis in ea ecclesia memoria translationis reliquiarum* S. Odradae *sollemni missa et processione. Praecipuus autem plebis concursus ex circumiacentibus vicis fit die dominica ante festum Omnium Sanctorum, ad tria scilicet vel quattuor milia hominum, et etiam per totam eiusdem festivitatis octavam. Sed et in decursu anni statutis temporibus turmatim e singulis vicis accedunt sollemni peregrinatione: Balenses tempore quadragesimali, ex Meerhout mense maio, alii temporibus aliis. Quin et singulis anni feriis sextis non pauci ex privata devotione* S. Odradam *veneraturi illuc veniunt* (1).

Alem, 23. *In vico Alem etiam sollemni missa et laudibus cantatis celebratur festivitas* S. Odradae, *eiusque reliquiae simul cum reliquiis S. Huberti eidem capsulae inclusae venerationi publicae exponuntur. In specularibus supra altare maius repraesentatur* B *eadem cum S. Huberto et ad sinistrum altaris latus apparet eius statua manu dextera crucifixi imaginem continentis. Quondam in ea ecclesia exstiterat pia sodalitas sub auspiciis SS. Huberti et* Odradae, *nunc iam suppressa; sed ex antiqua fundatione cantatur adhuc quotannis missa anniversaria pro sodalibus defunctis* (2).

Macharen 24. *In ecclesia Macharensi singulis mensibus exponitur panniculus e veste* S. Odradae, *quam veneraturi multi accedunt. Bis in anno cantatur missa sollemnis de sancta. Visitur ibidem ducentis vel trecentis passibus ab ecclesia distans sacellum* S. Odradae (3).

et aliis. 25. *Recentiori tempore in ecclesia parochiae Hersselt effigiem* S. Odradae *posuit et sacellulum* D *sub eius nomine construxit v. v. Petrus Dillen, e Balensi vico oriundus, cuius pietatem erga sanctam suam convicaneam testantur documenta ab ipso collecta et saepius a nobis citata, qui eam parochiam rexit et ibidem obiit anno 1880. Praeterea* S. Odradam *exhibent specularia in ecclesia parochiae Desschel. Denique et in ecclesia metropolitana Mechliniensi posita est, opera Em. Cardinalis Engelberti Sterckx, inter effigies sanctorum quibus decoratae sunt sedes canonicorum praeclaro artificio in eius ecclesiae choro exsculptae, imago quoque* S. Odradae, *quam idem antistes peculiari affectu prosequebatur* (4).

Ad quaenam praecipue invocetur eius patrocinium. 26. S. Odradae *patrocinium ex antiqua traditione praecipue invocatur ad sanationem oculorum, et etiam, teste Ioanne de Rover in schedula scripta anno 1687,* adversus morbum quem[cum]que, tum hominum tum animantium, [praecipue] tamen equorum et bestiarum, [utpote quae iis] tam in vivis quam in mortuis [deportata], etiam rabidorum canum morsus, sp[ecia]li ad hoc benedictione panum seu [comest]ibilium et funiculorum (5). E *Invocatur etiam ad impetrandam pluviam tempore siccitatis aut nimiae pluviae cessationem; qua occasione ingens peregrinantium agmen condicta quadam die deduci consuevit ex Baelen ad Millegem, cui in itinere multi se adiungunt ex aliis vicis, ita ut Millegemensis ecclesia nequaquam peregrinos continere valeat. Post missam de sancta sollemniter cantatam et eius reliquiarum venerationem, eodem ordine inter pias orationes domum revertuntur, nec plerumque fallit piorum fiduciam eventus* (6).

Haec de S. Odrada *eiusque cultu colligere potui.*

(1) Ibid., p. 98. De fonte et tilia prodigiosis in Millegem cfr. infra, adnot. *f* ad Vitam; de extraordinariis processionibus ad obtinendam pluviam, infra, num. 26. — (2) Ibid., p. 103. — (3) Ibid., p. 104. — (4) Ibid., p. 101. — (4) *Lib. Dilleni*, p. 38. Litterae et voces uncinis inclusae, a tineis exesae, a v.v. Dilleno suppletae sunt. — (6) *De H. Odrada*, p. 95.

VITA SANCTAE ODRADAE

C *Ex codicibus:* (1) *Leodiensi olim 58, nunc 210;* (2) *Brux. 858;* (3) *olim Alemensi, nunc Silvaeducensi, secundum editionem v. v. L. H. Schutjes;* (4) *apographo codicis Rubeaevallensis, nunc in Brux. 8931. Cfr. supra, Comm. praev., numm. 2, 3.— Attamen non paucas variantes lectiones neglegimus, quae manifeste librarii vitio adscribendae videbantur.* F

Incipit prologus [1].

Vita antiqua amissa; alia ex traditionibus popularibus conscripta anno 1304. Laudare Dominum in sanctis suis omnes divino oraculo, psalmista teste, iubemur: non quod [2] nostra laude qui solus nullius eget, indigeat; sed eius auxilio ut indigeamus omnes ipsumque laudemus, summopere necesse est. Cum igitur almae virginis Odradae corporaliter quiescentis in Alem, villa scilicet quae Mosae fluvio superiacet, vitam actusque, nescio quo pacto, sive litteris non traditam, aut conscriptam, negligenter amissam, minime valui reperire, quod meo cordi fuerat non modico dolore ferendum. Unde [3] a sanctae sepulturae ipsius indigenis cum curiose percunctanterque rimarer [4], huiusmodi super his dedere responsa: *Fuisse scimus,* dicunt, *librum vitae actuumque ipsius, multorum miraculorum numerositate refertum, luculentissimo rhetoricoque sermone a principio finetenus usque conscriptum, sed per frequentes irruptiones aggerum, varios anfractus, inundantiasque fluminum, quae solum piscibus ibi praestabant habitationem, incaute custoditum; sed post ipsius Christo conregnantis glorificationem, surdos auditum, caecos visum, mutos loquelam, debiles gressum, infirmos quosque sanitatem per varias medelas a Domino ipsius meritis et precibus inibi ubi quiescit, impetrasse.* Quae et se referunt fidelibus oculis inspexisse. Ne igitur margaritam istud praefulgidum superni regis diademati congruentissime inserendum, lumenque persplendidum caelestis fulgore iubaris irradiatum, sub caliginosa ignorantiae nube delitesceret, et ut lux boni exempli, Domino hortante, nequaquam modio supponatur, sed ut glorificetur Deus, pro-

Prol. — [1] (I. p.) *om.* 4, Prologus in vitam sanctae Odradae virginis 2; *tot. prol. om.* 2. — [2] quia 4. — [3] Verum 4. — [4] rimare 1.

palanda

VITA

A palanda hominibus candelabro superposita, et huius virginis merita fidelibus ne remanerent incognita, opus certe ultra meae possibilitatis vires, eius piae venerationis constrictus affectu, ipsius precibus confidens aggredior, ipsamque scribere et multis incognitam palam facere attemptabo, rhetoricis phaleris omnino derelictis, verborum neglegens concinnare lepores, cum necdum in bicipiti Pernasi iugo somniaverim, neque rigaverim labra [5] fonte caballino. O lector, nec [6] expectes a me ut omnia gesta, quae de ipsa admirative dicenda sunt, etiamsi omnia corporis mei membra verterentur in linguas, si a Deo Homeriana mihi darentur eloquia, Mantuani vatis profunda vigerent ingenia, Ovidiana largirentur flumina copiosa, nequaquam valerem explicare. Sed perpauca quae fide dignis receptissimisque viris Domini sacerdotibus, monachis et saecularibus et fidelibus laicis referentibus agnovi, quae cum cana dedicavit antiquitas et a suorum abavorum tritavis suorum filiorum pronepotibus a progenie in progenies per aevum in futurum edisserenda perceperat: quod et picturae parietum ceriarum-
a que [7] *a* veterum, quae, secundum beatum papam
b Gregorium, libri sunt laicorum [7] *b*, nunc usque testantur, in anno videlicet trecentesimo quarto post millesimum aeterni principii incarnati.

Annuat ergo Deus et Odrada precatibus almis,
Ut Dominus mihi det eius sic gesta referre,
Quod nobis prosint, Domino cedant in honorem,
Qui sine fine Deus manet unus, trinus in aevum. Amen.

Explicit prologus [9].

Incipit vita eiusdem [1].

S. Odrada, claro genere orta,

1. Igitur in Campiniae partibus, in loco qui
c nunc Scapis ab incolis nuncupatur *c*, florebat quidam vir illustris christicola, nobilitate cluens [2], honore praeditus, divitiis valde praepollens, cum aequae nobilitatis, cultus ac religionis uxore; quorum nomina divina scientia libro vitae conscripta [3] reservat. Ambo ante Deum florentes castitate coniugali, potentia famosi, quoad Deum humiles et pauperes spiritu, divitiis admodum affluentes, de regali stirpe prodeuntes, non immerito rex regi-naque poterant appellari. Bene [4] regem, inquam, qui quinque vel duobus talentis a Domino acce-
C ptis, totidem sensibus, sive duobus, intellectui et
d operationi [5] *d*, appetitus noxios ad petram Christum elidendo [6], noverat dominari. Hi igitur in terris, ut ita dicam, caelestem feminei sexus prolem progenuerunt, quam sacro fonte regeneratam, chrismatis sacri unctione delibutam, Odra-
e da *e* nomen imponunt.

Quae servire Deo vovit [7] puerilibus annis;
Ecclesiae limen visebat [8] saepe terendo;
Quaeque puellares sprevit amare iocos,
Affligens carnem; miratur sexus et aetas.

Pulchra valde erat facie, sed pulchritudine merito [9] incomparabilior, ut merito de ipsa diceretur:

Tanto compluit hanc [10] dives natura decore
Quod mirata fuit nil superesse sibi.

virginitatem Deo consecrat.

2. Ista talis dum paterni census heres futura speraret [1], propter ipsius excellentissimae pulchritudinis elegantiam illustrisque prosapiae dignitatem et morum condecentium honestatem [2], a multorum nobilium filiis adamatur, qui eius copulam affectantes, in concupiscentia [3] virginis ardentissimo aestuabant amore. Qui omnes [4] ab ea cum indignatione repulsi, cum verecundia discessere confusi; nam Domino soli virginitatis pudicitiam vovendo sacravit [5]. Huic soli et non alii sponso terreno adhaerere delegit [6]; sicque spreta liberorum propagine, actu habituque redimenda [7], sponso qui in caelis est maluit applicari. Haec, inquam, cauta negotiatrix considerato agro [qui] thesaurum celabat absconditum, emit ipsum, et ne thesauro praedicto depraedaretur in via, occultare studuit aurae populari. Quae et quaesitis bonis margaritis, unaque inventa pretiosa, suis distractis omnibus, ipsam avidissime comparavit.

Defuncta matre, mox a noverca

3. Quia vero nonnumquam accidit quod divina miseratio electos suos variis tribulationibus temptari permittit, non quod hoc ex ipsorum procedat demerito, sed ut exinde, ut aurum quod per ignem in fornace probatur, ipsorum augeatur meritum et fiant inde puriores, hinc est quod, E
cum matris, quam tenerrime diligebat, potiretur solatio, Dominus hanc digne pro meritis remunerandam a viae huius incolatu ad supernae repromissionis patriam accersivit. Qua defuncta, beataque virgine, de qua loquimur, materno destituta solatio, post modicum tempus pater eius aliam, licet genere nobilem, actibus moribusque priori dissimilem, solo tantum nomine christianam, filiae suae novercam, ex secundis nuptiis sibi copulavit uxorem, sub qua multas iniurias perpessa, tolerantissimae patientiae meritum ampliavit.

multa patitur.

4. Haud multo post elapso tempore, cum ex solaris orbis revolutione annuus [1] dedicationis dies in ecclesia Milliglem [2] vocabulo affuisset, ad quam e vicino frequentia non modica populorum de more solito orandi gratia pro devotione confluebat, ad hanc sane sollemnitatem praefatus puellae genitor cum nova coniuge, comitantibus eos militibus suorum turbaque [3] satellitum, adiunctis utriusque sexus populis, non dissimili studio properabant. Virgo Deo amabilis forsan commeare concupivit, si sibi libertate frui licuisset, si iumentum, quo sedere [4] posset, non deesset opportunum. Hac occasione patrem precibus aggreditur, ut F
sibi in hoc tantillo faveret, concedendo quod optaret. Cuius precibus pater de facili satis [5] annuisset, si non hunc perniciosa coniugis suggestio immutasset; haec coniux, inquam, fomes peccati et vas fraudis diabolicae, de qua illud Iuvenalis non incongrue dici posset:

... *Vivit tamquam vicina marito,*
Hoc solo propior quod natos coniugis odit. * — *Sat. VI, vv. 509, 510.*

Nam novercae huiusmodi, odii venenato [6] zelo tabentes, secundum eundem poetam:

Oderunt natos de pellice; nemo repugnet
Nemo vetet: iamiam privignum occidere fas est. * — * *Ibid., vv. 627, 628.*

Huius nequam uxoris votis pater virginis satisfacere cupiens, virginem asperiori vultu alloquens ironice, ut sua petitione frustretur, impossibilia quasi concedit. Fuerat siquidem viro supradicto, utpote magnis opibus praepollenti, larga valde et

[5] libra 1, 2, labra *corr.* 2. — [6] ne 4. — [7] cerearumque 4. — [8] huc 4. — [9] *om.* 2, 4.

Num. 1. — [1] (I. v. e.) Vita sanctae Odradae virginis 2, *om.* 3, 4. — [2] splendens 4. — [3] transcripta 4. — [4] Bonum 4. — [5] (i. et a.) intellectu et operatione 4; bonae *add.* 3. — [6] allidendo 4. — [7] novit 1, 3, voluit 4. — [8] visitabat 3. — [9] meriti 4. — [10] (c. h.) h. implevit 4.

Num. 2. — [1] *ita* 1, 2, 3, videretur 4. — [2] dignitatem 1, probabilitatem 3. — [3] concupiscentiam 3. — [4] (Q. o.) O. autem 3. — [5] servavit 4. — [6] elegit 3. — [7] ornanda 4.

Num. 4. — [1] huius 3. — [2] *ita* 1, 2, 3, de Millegem 4. — [3] (s. t.) suorumque turba 4. — [4] decenter *add.* 4. — [5] *om.* 3. — [6] venato 1, 3.

spatiosa

VITA

spatiosa palustris et saltuosa pascualis possessio, alto circumquaque vallata munimine, quatenus ad hanc ingredi nec ab hac regredi nisi per posticum unicum cuiquam licuisset, infra cuius septa quam plures equi emissarii cum equabus mirae magnitudinis, causa propagationis pullorum, inclusi sequestrabantur ; qui multo ex tempore a conspectibus hominum alieni, in beluinam feritatem adeo fuerant immutati, ut nisi cum vitae periculo aditum intro audeat quis attemptare. Consilio pestiferae suae coniugis usus, filiam suam Odradam morsibus equorum dilaniandam in hoc reclusorium, ut unum quem e multis eligeret equum, destinavit.

Equo indomito, prodigiose mansuefacto,

5. Heu, dedit hanc [1] contagio labem. Quis enim hanc vita sospite [2] remeare speraret ? Quis non ipsam dilaniatam [3] indomitorum morsibus equorum aestimaret ? Aut quis sanae mentis nisi Deipotens tam validorum [4] cornupedum dentibus [5] occursasset ? Sed virgo, tanti ignara periculi, sancti Spiritus competens domicilium [6], signo crucis munita, nihil haesitans, incunctanter et intrepide intro usque processit. Primo seras reserat,
B denique repagulum pandit. Ad cuius adventum animalia de insueta [7] visitatione mirantur, et ut dilanient quicquid id sit, citius accurrunt. O res nova miraculi, et post prophetam Danielem, qui inter esurientes leones servabatur illaesus, vehementer admiranda ! Qui prophetam ne devoraretur custodivit, ipse ancillam suam Odradam a brutis bestiis tribuit adorari.

Quam cum prospiciunt, accurrunt protinus una,
Poplitibus flexis submittunt cernua colla
Acclives terrae, sic terga sedenda parando.

At virgo e multis quodam equo robusto viribus, forma eleganti et praeeminentiori delecto [8], eidemque [9] sella superiecta, perstringit freno mandibulas, sicque supra resedit. Cornupes, sentiens se oneratum onere [10] gratissimo, contra naturam sui generis et usum, suavissima citissimaque deambulatione festinabat, adeo ut patrem, qui iam miliarii spatio praecesserat, filia ante viae metam consequendo pedetentim anticiparet et praeteriret. Quo viso, pater insueto turbatur miraculo, et suum recognoscens errorem, equo quo sedebat desilivit, soloque prosternitur, et filiae
C pedibus provolutus, de commissis sibi veniam supplicat condonari. At virgo, paternae reverentiae in hoc persentiens derogari, asserebat secundum praecepta decalogi soboles magis genitores honorare debere. Pater vero non acquiescens, sed magis ut cum venia sibi delictum condonetur exorat, ac de cetero spondet suae in omnibus voluntati subsequendum.

Millegemum devecta,

6. Sic itaque perventum est ad ecclesiam, ubi quisque secundum sui cordis affectum exorat Salvatorem. A quo virgo sibi pro salute animae suae petenti nihil confidit denegandum, illud sollicita mente retractans : *Domus mea domus orationis vocabitur ; in ea omnis qui petit accipit, qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur.* Hoc animata promisso [1], petiit quaerendo atque pulsando, illud Davidicum intimo corde revolvens : *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Quando veniam et apparebo ante faciem tuam, Deus ?* Cuius orationis D
desiderium largus Dominus clementer exaudivit, petentem pulsantemque ne a nuptiis agni cum fatuis virginibus, oleo nitoris bonae conscientiae carentibus, pelleretur exclusa, sed ornata lampade, veniente Domino subito, quandoque mereretur intromitti.

fontem precibus e vetusto trunco elicit.

7. Protracta [1] denique oratione, non casu, sed divina, ut creditur, dispensatione accidit ut siti vehementer aestuaret, et quoniam locus ille arenosus sterilisque agnoscitur et inaquosus, aquae paululum, qua corpus reficeret, affectabat nec habebat. Digressa [2] huc [3] procul ab ecclesia, genibus flexis solotenus prostrata, divinum adiit solatium deprecatura. Mira res : necdum orationis verba compleverat, cum contra naturam ex imis terrae visceribus fons sursum ascenderet, qui a trunco arboris vetustae largissime coepit emanare ; de quo refocillata bibit virgo, hauserunt homines et iumenta. Qui fons videlicet in memoriam virginis ostenditur usque in hodiernum diem *f*, haustusque a fidelibus, Odradae meritis, *f*
languidis diversarum curam tribuit sanitatum. O E
tua sunt haec, Christe, opera, tua miracula, qui in sanctis tuis ita mirabiliter non dedignaris operari ; quodque in nobis spiritualiter impleri Odradae ipsius precibus largiaris, fluminis aquae vivae, tui videlicet sancti Spiritus, in nobis et e nobis abundanter contineri et [4] emanare concedas ; quod et credituris in te promisisti.

Piissime moritur; corpus eius

8. Ne itaque nostrae narrationis prolixitas auditoribus fastidium generet desidiosis, perplura, quae a receptissimis viris audivi, miracula huius virginis praetermittam, cum miracula facere non tam sit sanctitatis indicium quantum [1] caritatis, qua tota fervebat, effectus sit miraculorum. Sed quia sanitates in prosperitatibus nonnumquam non [2] expediunt [3] animae solum Deum acrius affectanti [4], exemplo beati Pauli in infirmitatibus coepit gloriari ; salubre filiationis Dei signum existimans in adversitatibus flagellari, gravi aegritudine diuturnaque laborabat. Quae tamen, quantum concessum est abstinere humanae fragilitati, ab omni peccati contagione fuit aliena, sed ut ipsa tamquam aurum, quod per ignem probatur, in Domini diademate nitidiori resplendeat claritate.
Sicque totius corporis valitudine destituta diuque F
fatigata, dissolvi cupiens et esse cum Christo, illud Davidicum, quod ardenti mente cupierat, frequenter ore ruminabat, iterans atque ingeminans [5] : *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei ?* Quae tandem sui corporis dissolutionem, diu exoptatam, a Spiritu sancto edocta, vicinam [6] persensiit [7] imminere, salutiferae confessionis et sacramentalis viatici communione munita, nec non et unctionis extremae sacro delibuta liquamine, terrenis terrena relinquens, vitam hanc exhalavit *g*. *g*
Beatam caelo animam sponso virginum Christo copulandam hac die angeli praesentavere. A progenitore quoque suo, loco testamenti prius quod requisierat obtinebat, quatenus sanctum cadaver ipsius includeretur in cavato trunco salicino, sicque [8] superposito novo plaustro, iuvencorum mutorum [9] iugo commendato, quorsum sine auriga currum dispositio divina dirigeret, illic suum corpus optavit humandum.

Num. 5. — [1] patris filiae *add.* 3. — [2] comite sospitem 4. — [3] delaniatam 1. — [4] rabidorum *corr.* 2, 3, 4. — [5] morsibus 4. — [6] habitaculum 4. — [7] inconsueta 3. — [8] electo 2, 4. — [9] *om.* 4. — [10] pondere 2, 3, 4.

Num. 6. — [1] (Ib. a. p.) Haec annuata promissa 3.

Num. 7. — [1] Peracta 4. — [2] Disgressa 1, 3. — [3] *ita* 1, 2, 3, hinc 4. — [4] (e nob. ab. c. et) in accolis abundantiam continenter 4.

Num. 8. — [1] quam 4. — [2] *om.* 3. — [3] expediant 2, 3. — [4] affectantes 3. — [5] ingemiscens 4. — [6] ut *add.* 4. — [7] praesensiit 3. — [8] iumentorum 3, 4. — [9] indomitorum 3.

non sine multiplici prodigio

9. Et licet mors sanctorum pretiosa et eorum cum laudibus debeat celebrari memoria, a notis, parentibus, cognatis et amicis, qui ipsam tenerrime dilexerant, lugebatur, non sapientes per temporalem obitum electis vitam non tolli, et [1] in melius immutari. Alii namque amissam consolationem defleverant, alii patronam et nutriculam et paupertatis subventricem; alii tunicas et vestes sibi ab ipsa praebitas et factas exemplo Dorcadis ostendentes, aegre poterant consolari. Sicque maeror et luctus omnium, nobilium praecipue, nec non plebeiorum [2] utriusque sexus, quo revocari poterat, si quis de morte revocabilis esset, personabat. Et ne ipsius gloriae quodammodo [3] viderentur invidere, si flere non desisterent quam sine omni dubio regnare sperarent, neve tamen [4] tam luctuosi funeris maeror invalesceret, cuius patrocinia in terris experiri didicerant, ipsius de caelo adiutoria multum [5] potiora non desperarent, pius Dominus crebris subsequentium miraculorum radiantibus signis haud distulit declarare. Funere namque, ut dictum est, ex ordine composito, alveolo sepulta [6] salicino, plaustro novo
B superponitur [7], iugo iuvencarum sine rectore committitur. Quod populis catervatim admirando comitantibus, recto incedens tramite, ad dexteram neque ad sinistram usquam declinavit: ita ut hanc in omnibus per arcam quondam testamenti, obducto iam litterali velamine [8], non plus [9] minus ut [10] ministraliter [11] crederes praecipitari.

Alemium delatum, ibidem ab Ottone comite Durachiensi honorifice sepelitur.

10. Cumque in hunc modum versus locum a Deo provisum [1] festinaret, non casu, ut arbitror, sed divina dispensatione [2] actum est, quatenus siccus villulam quandam iter habens, truncus quercinus prope staret; ad quem, ne animalia campestres fruges laederent, repagulum [3] ab antiquo quondam erat appensum [4]; qui pluviis et solis ardore putridus et arefactus, ex annosa tabebat pluralitate; iuxta quem prope transeundo [5] una rotarum axis fortiter offendens impegit et illisit. Ad cuius mox tactum ut quaedam fimbriae Dominici vestimenti virtus patenter visebatur [6] exisse. Mirabile dictu, stipes quem vetustas iam in glossem *h* mutaverat, cunctis cernentibus humectatur; virore [7] resumpto, operitur cortice momentaneae frondis glandisque vestitur onustate [8]. Quam arborem quidam adhuc in carne manentes, se vidisse
C testantur, quod et indicium sanctitatis virginis ex avita [9] fidelique [10] narratione acceperant confitentur. Sicque [11] usque ad locum a Deo sibi praedestinatum, in villa quae Alem dicitur *i*, super ripam Mosae, ab Ottone comite suscipitur reverenter, qui et eius corpus, ut decuit honorifice ecclesiasticae tradidit sepulturae, ibique in honore ipsius basilicam satis decentem, sumptus necessarios ministrando, iussit fabricari, quam cleris [12] et ministris insignivit et ob remedium animae suae, de suo proprio allodiali patrimonio large tribuendo dotavit. In quo loco Dominus per beatam Odradam crebra miraculorum signa dignatus est manifestare. Quot caeci visum, quot surdi auditum, quot debiles gressum, quot morborum genera sanitatem inibi receperunt, et opinione [13] mendacii in errore [14] est [15] longumque nimis enarrare. Quae nunc iusto Dei iudicio agente, peccatis populorum demerentibus, ibidem ut alibi pro parte [16] quiescunt.

VITA

Prolixa comparatione

11. Per istius virginis actionem et eventum curiosus lector, ut opinor, mysticam invenire poterit instructionem. Nam per hanc virginem arcam testamenti non incongrue typicari dixerim, quia in ista spiritualiter omnia invenimus quae in illa materialiter fuisse memorantur, hoc excepto quod ista spiritualiter in anima vivificat, illa secundum litteram occidebat. Legitur enim quia [1], dum [2] capta ab Accaronitis circumduceretur, manus Domini interfectionis nimiae fiebat per singulas civitates, ubi Dominus percussit uniuscuiusque urbis [3] a parvo usque ad maximum; de Bethsamitis [4], eo solum quod vidissent eam, septuaginta viros plebisque milia quingenta [5], necnon et Oza, qui tamen motus pietate, cum bos recalcitrans lasciviendo eam declinaret, interfecit. Ista siquidem nostra arca, boni operis odore, castae conscientiae refulgens exemplo, in anima peccato mortuos non desiit vivificare. Nec mirum, cum truncum iam dudum praemortuum, ut praelibatum est, haec E
beata virgo, immo verius per eam Dominus, vita vegetativa vivere fecit et germinare. Neque enim nostra, ut illa quondam, de lignis Sethim imputribilibus compaginata et fabrefacta [6] reperitur, sed mystice aeternaliter perdurantis de ligno vitae, de quo a Domino vincenti edere promittitur, suavissime depasta a nemine fideli dubitatur.

S. Odradae cum arca legis veteris

12. In priori quoque arca duo cherubim ex auro ductili, expansis alis alterius ad alterum, arcam obumbrantia fuisse leguntur. Quae in nostra spiritualiter nec defuere [1]: nam nostra duobus cherubim, idest praecepto geminae caritatis, dilectionis scilicet Dei et proximi (quae caritas, beato Iohanne teste, Deus est, qui et via et Christus est, per quam quasi alis pennatis ad Deum scanditur, qui Pater est, [2] bravium et remuneratio aeternae beatitudinis [3]) insignita reperitur. Sed et sicut quondam in illa, et in ista urnam auream manna servantem invenio, vas scilicet auri [4] solidum, omnium virtutum genere quasi lapide pretioso adornatum, non manna quod manducantes patres in deserto mortui sunt, sed ipsum vivum panem Christum, qui dixit: *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc* F
pane, vivet in aeternum. Utrobique decalogi legem invenio, in arca foederis in tabulis lapideis digito Dei exaratam, quam et hic legis plenitudinem non solum sculptura depictam, sed digito sancti Spiritus edoctam, cum impletione utriusque novi veterisque Testamenti, reperio cognitionem. Quid plura? utraeque [5] plaustro novo deductae referuntur [6]. Quid igitur per plaustrum, nisi fideles populos utriusque Testamenti, convenientius accipimus, quibus utraque arca satis innotuit? In veteri videlicet iudaismo Moysaico, legalibus hostiis caerimonialibusque decretis ab originali peccato mundabantur, per quae tamen omnia regni caelestis non pandebatur [7] introitus; in novo quidem Testamento per hanc nostram arcam Odradam, quae fuit speculum et exemplar

Num. 9. — [1] sed et 3, sed 4. — [2] populorum 3.— [3] *om.* 4. — [4] *om.* 4. — [5] *om.* 3.— [6] sepulto 1, 2, 3, sepulcrum 4. — [7] supponitur 3, 4. — [8] velamento 4. — [9] *om.* 4.— [10] *om.* 4.— [11] mysterialiter 3.

Num. 10. — [1] praevisum 3, promissum 4. — [2] dispositione 2, 3, dante gratia 4. — [3] repagulus 4. — [4] appensus 4. — [5] transitus 3. — [6] (p. v.) videbatur p. 4. — [7] vigore 4. — [8] honestate 3. — [9] vita 3, aurita 4. — [10] fidelium 4. — [11] que *om.* 4. — [12] clericis 4. — [13] opinionem 3. — [14] errorem 2. — [15] (et op. m. in err. est) *om.* 4. — [16] quieverunt et *add.* 4.

Num. 11. — [1] *om.* 2, 3. — [2] erat *add.* 3. — [3] viros *add.* 3, populum *add.* 4. — [4] vero *add.* 3. — [5] quingentos 4. — [6] fabricata 4.

Num. 12. — [1] desiere 3. — [2] dans *add.* 3. — [3] (r. aet. b.) haec nostra archa remuneratione perpetuae beatitudinis opere pro bono 3. — [4] auro 3.— [5] utraque 3, 4. — [6] (d. r.) deducta refertur 4. — [7] pandebantur 2.

VITA

ostentationis castae et Christi bonus odor, ipsius ad Deum precibus, per baptisma et paenitentiam indesinenter datur remissio[8] peccatorum, et aperto Christi latere effusus sanguis cum aqua patefecit regna coelorum. Quod plaustrum, quia volubilitate quattuor rotarum localiter transponitur, instabilem mundum designat, qui numquam in eodem statu permanet, diffusus in plagis terrae quattuor: qui vel cardinalibus virtutibus quattuor gubernatur, qui[9] pari passu ambulantes altera alteram non excedit. Quod et novum idcirco dicitur, quia qui huius arcae subsidia cupiunt experiri, secundum Apostolum veterem cum suis actibus hominem exuere debent, et novum, qui secundum Deum creatus est, induere festinabunt[10]. Ideoque duobus iuvencis creditur erecta qui iugo colligati copulantur, quorum alter sine consueto compare iugum ferre recusat, duo designans Testamenta, quorum alterum sine altero impossibile est utiliter observari; nam novum Testamentum veteris est impletivum.

narrationem suam concludit scriptor.

13. Ut igitur taedium dispendiosae prolixitatis fastidiosis auditoribus auferamus, cum praescierim nec dubitaverim in hoc tantillo opusculo aemulos me habiturum, quod non tam correctionis limae[1] quam livoris zelo reor adscribendum, ne navicula paginulae nostrae syrenarum blandientium adulationibus seducatur, ne scyllaenarum canum dentibus et detractionibus lanietur et discerpatur, ne patula charybdis voragine absorbeatur et intempestuosis flatibus ultra meae possibilitatis metas agitetur, demissis velis in optato portu litoris figatur anchora consummationis, opusculumque[2] desinat in eo qui est alpha et omega[3], principium et finis, Pater scilicet aeternus, Filius aeternaliter a Patre genitus, ab utroque Spiritus sanctus sine principio, sine fine procedens, qui in unitate substantiae, in discretione personarum unus Deus vivit et regnat per infinita saeculorum saecula. Amen.

ANNOTATA.

a *Quid sibi velint istae picturae* ceriarum, *prorsus non intellego, nec ullam video coniecturam proponendam ad explicandam hanc vocem, nisi arbitremur a librario, qui primigenium aliquod* C *exemplar Vitae descripserit, eam perperam positam esse pro* vitrearum.

b *Gregorii M. Regest. lib.* IX *Epist. 105.*

c *Vulgo* Scheps. *Mentio huius vici primum occurrit in instrumento quo Mathildis, abbatissa* monasterii Sancti Amoris in Belisia *(Munsterbilsen)* diocesis Leodiensis, *anno 1267 significavit* curiam de Scepse, sitam in parochia de Balne *(Baelen)* cum suis appendiciis, videlicet iure patronatus dicte ecclesie, hominibus feodalibus, censibus annuis, quibusdam bonis qui in dicta villa et aliis villis circumsitis bona sanctis Amoris dicuntur... que bona sunt et fuerunt allodium nostri monasterii predicti, a tempore a quo non exstat memoria *vendita fuisse monasterio Averbodiensi, Ordinis Praemonstratensis* (1). *Ipsam autem parochiam Balensem cum aliis duabus scripsit v. v. C. B. De Ridder concessam fuisse coenobio Corbeiensi veteri diplomate Zwentiboldi regis dato circa annum* 896 (2); *sed utinam significasset ubi Zwentiboldi* D *diploma legerit. Certe illud indicatum repperi neque in Mabillonii* Annalibus Benedictinis, *neque inter Auberti Miraei* Donationes Belgicas, *neque apud Brequigny,* Table chronologique des diplômes, *etc., neque apud Alph. Wauters,* Table chronologique des diplômes concernant l'hist. de Belgique, *nec denique apud Böhmer-Mühlbacher,* Regesten des Kaiserreichs 751-918. *Cur autem ius patronatus in ecclesiam Balensem pertinuerit ad dominum curiae Scapensis, haec ratio affertur quod ecclesia parochiae istius quondam sita fuisse videtur in vico Scapensi; nam et hodie locus quidam ibidem ab incolis* presbyteralis domus *vocatur* (3). *Ex aliis vero documentis colligi aiunt vicum Balensem cum aliis multis in Campinia sitis donatum fuisse coenobio Corbeiensi a S. Adalardo, Caroli Martelli nepote, extremo saeculo VIII* (4). *At nimis gratuito, meo iudicio, existimant vv. vv. A. Geboers et F. Van Olmen, et allodium Scapense non comprehensum fuisse in S. Adalardi donatione (cum praesertim ipsa advocatia de Moll iam ante saeculum XIV coenobio Corbeiensi subiecta non fuerit* (5) *et, ut supra diximus, mentio Scapis primum occurrat* E *anno 1267) et illud eo tempore iam donatum fuisse monasterio Belisiensi, et denique illi donatum fuisse a patre* S. Odradae *post huius mortem; qua multiplici coniectura concludunt ipsam* S. Odradam *floruisse saeculo VIII* (6).

d *Manifeste alludit scriptor Gregorii M. Homiliae* IX *in Evangelia.*

e *Id est, ut putant,* Odorata *seu suaveolens. In antiphona prima ad primas vesperas officii paulo inferius edendi appellatur virgo* Odor Dei.

f *Fons ille et etiam memoria loci ubi exortus fuerat iam dudum non exstabant, ubi anno 1686 pius ille* S. Odradae *cultor, Ioannes de Rover, parochus Macharensis, Millegemum venit de eo inquisiturus. Quo auctore suffodere coeperunt incolae collem quendam arenosum, quales ex natura soli non pauci in ea regione conspiciuntur, situm ad extremam partem viae quae antiquo vocabulo* platea aquosa (waterstraat) *appellabatur, et mox, die festo S. Andreae, 3 novembris illius anni 1686, maximo omnium gaudio fons repertus est. Qui ne denuo arena obrueretur, constructus est eo loci puteus latericius, unde vicini solent aquam haurire ad domesticos usus, et quidem potui valde gra-* F *tam, cum in aliis omnibus vici partibus prorsus insuavis sit. Puteum illum numquam exhaustum fuisse ferunt, etiam ubi alibi ex diuturna aeris siccitate aqua passim deficeret. Ita factum est ut anno 1858, aestate admodum calida et arida, ex circumiacentibus vicis undique eo concurreretur et centena cotidie dolia ex putei aqua repleta asportarentur, nec tamen aquae copia in puteo umquam decrescere visa sit* (7).

Alterum prodigium a S. Odrada *in eo itinere patratum refert traditio popularis. Cui si credamus, dum virgo septa intraret ubi inclusi erant equi indomiti, decerpsit ramum tiliaceum quo habenae loco uteretur ad regendum equum quem e grege delegisset. Ubi vero Millegemum advenisset, ramum istum humi defixit. Qui statim radices egit et mox excrevit in arborem, quae deinde in magno honore est habita et saepius in instrumentis advocatiae de* Moll

[8] (d. r.) dat remissionem 4. — [9] quae 4. — [10] *hic desinit* 3.

Num. 13. — [1] humanae 4. — [2] opusculum quoque 4. — [3] o 2.

(1) [J. Wolters], *Notice historique sur l'ancien chapitre de Munsterbilsen* (Gand, 1849), p. 58; *Analectes pour servir à l'hist. eccl. de la Belgique,* tom. VIII, p. 361. — (2) *Analectes,* tom. cit., p. 357. — (3) Ibid. — (4) Ibid., tom. II, p. 269. — (5) Ibid., tom. V, p. 54. — (6) *De H. Odrada van Baelen,* p. 28-31. — (7) Ibid., pp. 81, 100.

A *Moll memoratur nomine* Tiliae de Millegem, *utpote quae limitem signaret inter hanc advocatiam et territorium de Gheel. Cum autem ineunte saeculo XVIII (post sex nempe ab ortu, ut minimum, saecula) vetustate deperiisset, ex ligno eius confecta est crux quae adhuc in domo pastorali Millegemensi servatur simul cum satis ingente stipitis parte, unde desecta minuta fragmenta recipere gestiunt peregrini, in memoriam* S. Odradae *apud se servanda* (1).

g Obiit die 28 ianuarii, *in festo S. Agnetis secundo, ut fert traditio popularis, quam testatur inscriptio aureis litteris signata in basi veteris effigiei* S. Odradae, *in domo presbyterali Alemensi adhuc reposita* (2). D

h *Id est, ut videtur, in culmi seu calami tenuitatem. Cfr. Cangii Glossarium ad v.* glosses.

i *In sexta lectione Officii proprii S. Odradae in Breviario Silvaducensi edito anno 1746 haec addita sunt nescio qua auctoritate :* Corpus eius.... bobus iam ad limites Maren et Alem, vulgo Sammegat, appropinquantibus, invisibiliter motis campanis honoratur (3).

(1) Ibid., pp. 53, 101. — (2) Ibid., p. 62. — (3) Ibid., p. 140.

OFFICIUM S. ODRADAE

Ex codice saeculi XIV, olim Alemiensi, nunc Silvaeducensi, editum apud A. Geboers et F. Van Olmen ad calcem sui libelli de vita et cultu S. Odradae. *Psalmi ad Vesperas, ad Matutinas et ad Laudes iidem recitandi indicantur et eodem ordine ut in hodierno Breviario Romano pro officio de virginibus.* E

B *Lectiones omnes trium Nocturnorum desumptae sunt ex* Vita S. Odradae, *omisso prologo et ultima desinente in verbis* qui secundum Deum creatus est, induere festinabunt *(Vit. num. 13 extr.).*

AD I. VESPERAS.

Ana 1. Adest dies laetabunda, — Vitans saeculi iucunda, — Vitiorum de sentina — Trahat nos haec medicina. — Virgo sancta, Odor Dei, — Ne damnemur culpa rei.

Ana 2. Prudens virgo vigilavit — Sponsum sequens, et intravit — Ianuam caelestis viae, — Carens omni mala lite, — Vas repletum oleo — Tenens mundi termino.

Ana 3. Haec sagena, Deo plena, — Misit rete maris vena, — Non corruptum sed constructum, — Deitatis manu ductum, — Prendens semper studiose — Opus bonum, non dolose.

Ana 4. Digna laude sit Odrada, — Granum serens metit blada; — Spernens haec negotiatrix — Mundi opes, larga datrix, — Agro colans margaritam, — Comparavit sibi vitam.

Ana 5. Nata regum stirpe, bona — Virgo Christi Dei zona, — Lampas inextincta manens, — Deum caeli semper canens, — Cervo similis ad

C aquam — Currens non insatiatam.

HYMNUS.

Iesu corona virginum,
Da nobis manna caelicum
Odradae sanctae meritis,
Quam veneramur supplices.
Haec stirpe nata regia
Et corpore pulcherrima,
Optatur ad connubia :
Spernit regum prosapiam.
Matre orbata unica,
Suffert novercae tristia;
Deus qui potest omnia
Dedit electae gaudia.
Hanc pater dure respuens,
Non dedicatam transiens
Ad Milligem ecclesiam,
Sumitque vagam bestiam.
Quam pater cernens, fletibus
Descendens equo, genibus
Exorat flexis filiam;
Dat malae culpae veniam.
Orans haec in ecclesia,
Tunc sitis abundantia
Hanc artat : foris exiens
Fonte cibatur hauriens.
Da nobis, Pater caelice,
Cum Filio angelice
Et Spiritu paraclito,
Potari fonte caelico. Amen.

CAPITULUM.

Sapientia vicit malitiam. Attingit ergo a fine usque ad finem et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisivi a iuventute mea.

PROSA.

Innumerabilis virginum chorus, spreta saeculi dulcedine, carnis desideria conculcantes, Invenerunt sponsum pudicitiae praestolantem eas Ad nuptias dignae pro meritis, lampades oleo virtutis in manibus portantes cum sodalibus coronandis. De quarum collegio beata virgo Odrada inventa extitit, quam patronam cum beatis virginibus imploramus. Invenerunt, etc.

Ad Magnificat. F

Qui nos ditavit et corpore sancto beavit
Odradae Virginis, adiunctis ceteris sanctis
Reliquiis quorum fovemur, alme deorum,
Templo nostro, Deus, da nobis scandere choros
Caelorum civium, psallendo tecum in unum.

OREMUS.

Deus, qui sitienti populo Israelitico de petra aquam eduxisti potabilem, quique etiam precibus beatae virginis tuae Odradae ex arido sitis eius mirabiliter tribuisti refectionem; da nobis, quaesumus, huius sacratissimae virginis meritis et intercessione hanc aquam, ut non sitiamus in aeternum. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Regem sanctarum laudemus, agmine quarum Odradae spiritum suscepit in paradisum.

Hymnus ex i. Vesperis.

PRIMUM NOCTURUM.

Ana 1. Radix bona parit, infantem sanctificavit
Sacro lacte matris, sic crevit studio patris.

Ana

OFFICIUM *Ana* 2. Creator Christus cunctorum, forma venustus,
Hanc pulchram fecit Odradam sibique subiecit.
Ana 3. Petitur a multis decora virgoque vultus :
Coniugio summo aptari petit in caelo.

℟. 1. Accedamus mente bona, — Laudes sonant in patrona — Deo super omnia. — Quam fulcitam sanctitate — Fixit Christus castitate, — Sumens diva munera. — Pulsans hanc votis haec plebs et precibus totis.

℟. 2. Virgo more decorata — Semper vixit vita grata, — Carens omni macula. — Nosque serves tuos servos, — Sternens hostes hic protervos — Pallio ut aquila. — Tuae precis alis gregem tuum serves a malis.

℟. 3. Ista Iudith speciosa, — Forma placens generosa, — Orans pro spe gratiae. — Libera tu plebem gratam, — Christo regi affidatam, — Fidei acumine. — Ut non Holophernes noceat his nec sic aspernes.

B

SECUNDUM NOCTURNUM.

Ana 1. Ex meritis claris laus Dei, virgo, vocaris;
Linquens terrena, paradisi petis amoena.
Ana 2. Crescit flos rosa sub spinis valde formosa,
Quam Deus aeternus elegit ab utero matris.
Ana 3. Defuncta matre, tunc odia tulit a patre,
Ob novae novercae rectricem tendit in arcem.

℟. 4. Esther pia, sine mora — Placa regem et implora — Precibus iustitiae. — Ne culpemur, sed Assuerum — Redde pium per hunc clerum — Malo culpae vitio. — Culpae scripta dele, nos purga dono medelae.

℟. 5. Rosa fragrans inter spinas, — Rubens Rachel, medicinas — Ferens amicitiae. — Hanc dilexit Iacob, vero — Potans eam dulci mero — Signo pudicitiae. — Roga, virgo digna, pro nobis voce benigna.

℟. 6. Pater carnis istam odit, — Sub novercae manu fodit — Matris carens specie. — Instat nata, prece lata, — Secum iens dedicata — Visitare climata. — Feram aptavit, post patrem cito meavit.

C

TERTIUM NOCTURNUM.

Ana 1. Virtutum mola terit virgo tria grana,
Cum quibus multa suscepit dogmata fulta.
Ana 2. Multos vocavit, a faece criminum lavit,
Fontis undam Christi potabilem esse fecisti.
Ana 3. Ut rivus a fonte derivatur, scandis a monte;
Filia pulchra Dei vocaris ordine rei.

℟. 7. Qui prophetam cibo pavit, — Danielem latitavit — Lacu subterraneo — Cum leonibus modestis, — Sic ancillam tuam vestis — Tuo propugnaculo. — Serva morte dira, laudemus ut tua mira.

℟. 8. Haurit aquam, laus in caelis, — More gentis Israelis, — Fonte dato caelitus. — Haustum sumit, sitim sanat; — Surgit virgo, mox infamat — Rivus terra editus. — Lepram servorum absterge, sancta, tuorum.

℟. 9. Auro tecta arca Dei — Intus foris, nam trophaei — Tenens semper culmina, — Quae corona auri pura — Fabrefacta, Christi iura — Legens in ecclesia. — Audi, virgo pia, tu es haec arca divina.

D

PROSA.

Psallat cum tripudio caeli sumpta solio.
Veneremur cernui Odradam sanctam singuli,
Virginale gaudium dicamus nos ad Dominum,
Qui de matre virgine vult nasci mundi crimine.
Ergo nos cum cantibus pulsantes consonantibus,
Laudemus trinam machinam quam poli laudat curia.

AD LAUDES.

Ana 1. Laudes dignae dentur Deo, — Qui Odradam in trophaeo — Fortem fecit, hostem iecit — Omnis immunditiae.

Ana 2. Mundi fastum abdicavit – Virgo Christi, quam ditavit — Deus Pater caeli rector — Donis pudicitiae.

Ana 3. Deum trinum quem sitivit, — Corde puro concupivit, — Corpus tenens vinculo — Annis sub infantiae.

Ana 4. Benedicant in patrona — Deum cuncta cum corona, — Hanc ornavit propter bona — Virtutum innocentiae.

Ana 5. Sanctae Dei exultabunt, — Laeta mente voces dabunt, — Regem regum collaudabunt — Filiae prudentiae. E

HYMNUS.

Consors paterni luminis,
Sponse Odradae virginis,
Laudes canentes solvimus;
Assiste postulantibus.

Aufer Odradae meritis
Peccata quae nos fecimus,
Virtutum da constantiam,
Finis ne malus capiat.

Sit, Christe, nobis omnibus,
Odradae sanctae precibus
Indulgeas credentibus,
Ut prosit exorantibus,

Persaepe pro caelicolis
Absolvis nexu criminis
Donando indulgentiam,
Tuos ne orcus rapiat.

Odrada, cum virginibus
Dilecti fruens gaudiis,
Sis memor nostri, petimus, F
Cum tui sponsi civibus.

Sit, Christe, rex piissime,
Tibi Patrique gloria,
Cum Spiritu paraclito,
In sempiterna saecula. Amen.

CAPITULUM. Confitebor, *etc.*

Ad Benedictus.

Benedictus in throno caeli Deus Pater omnipotens, gloriosam virginem Odradam miraculose in Alem patronam sanctam constituens : quam pie petimus ut nos custodiat suis precibus ab inferni lupis, et illaesi paradisum intrare queamus.

OREMUS.

Deus, qui beatae Odradae virginis merita sanxisti, et in ea gratiam tuae divinae inhabitationis ampliasti ac arcae foederis Domini non immerito comparasti : concede propitius nos famulos tuos, sacrae virginis huius suffragantibus meritis, manna caelestis consolationis satiari, animamque verarum virtutum odore habere valeamus adornatam. Per Dominum.

COMMEMORATIO

A COMMEMORATIO FERIALIS

Gloriosa virgo Odrada, quae in numero prudentum virginum sequitur quocumque ierit Agnum.

AD HORAS.

Antiphonae de Laudibus.

AD TERTIAM. CAPITULUM.

A laqueo linguae iniquae et a labiis operantium mendacium et in conspectu astantium factus es mihi adiutor, et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui.

AD SEXTAM. CAPITULUM.

Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meae et in tempore superborum sine adiutorio.

AD NONAM. CAPITULAM.

Laudabo nomen tuum assidue et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Liberasti enim me de perditione et eripuisti me de
B tempore iniquo; propterea confitebor tibi et laudem dicam nomini tuo, Domine Deus noster.

AD II VESPERAS.

Antiphonae de Laudibus. sed quarta Ana erit: Gloriosa Virgo Odrada.

HYMNUS.

Organa cordis solvimus votis,
Preces servorum arce polorum,
Christe, precatur, suscipe, pia
Virgo Odrada.
Dator salutis, dona salutem
Omnibus nobis, merita sancta
Psallimus digna laudibus tuis
Virginis Odradae.
Redde beatam fonte renatam
Animam nostram, maculis munda.
Caeli iucunda petiit illa:
Cedas Odradae.
Auge devotam populi catervam,
Ne saevi hostis ruat sub telis;
Christe, subleva nos: tuam sponsam
Colimus Odradam.
C Da nobis sanctam ducere vitam,
Pace tranquilla; ne nos procella
Mergat in hora mortis, exora,
Virgo Odrada.
Angeli summo laudant in caelo
Trinum et unum, nunc et in aevum,
Cuius aspectu coetus sanctorum
Stat cum Odrada.

CAPITULUM.

Consideravit agrum et emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum. Gustavit et vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.

Ad Magnificat.

O Christi pietas, omni prosequenda laude, qui suae famulae Odradae merita sacravit in corpore et anima. Nam flore eius corpus aridum lignum per tactum vestiit axis. Da nobis ipsius, Christe, precibus, abiectis rebus terrenis, tecum ascendere caelum manipulis virtutum refertis.

MISSA.

INTROITUS.

Alleluia. Beata Odrada, cyclade ornata gloriae, videt revelata Deum facie.

SEQUENTIA. E

Odradae recolentes laudes, imitemur virginem: servire Deo vovit puerilibus annis.
Laudando contemptu terrenas sprevit nuptias; gloriam mundanam prudenter contempsit transitoriam.
Puellares iocos devitans, genus venustans moribus, memorias visebat sanctorum, templa saepe terens et orans. Ieiunia frequentans, profusis ad inopes manibus fertilibus, tempus distinxit laboribus.
Antiqui serpentis praecavens astutias, nullum opus faciendum relinquens.
Gloriam internam ornavit, sollicita habere supernam, parata lampade expectare venientem sponsum.
Beata haec sponsa, quae, cum venerit sponsus, sic ei occurrerit.
Probata ut aurum igne crematum, odio novercae conflatum. Dilanianda a patre relegata, malignae nequam consilia signo crucis sunt elisa, fera mitata.
Sed summus Pater, nesciens mala data dare petenti, mox oranti fontis venas de arena dedit F
sterili.
Transitus sui praescia de morte ad vitam, exhalavit praesentem. Revelata facie regem videt gloriae, apud fontem vitae residens aeternae.
Mirando tractu Alem recepit depositum clara dote resurgendum, cum quisque iuxta cursum recipiet bravium. Da, Christe, te stipendium, precibus beatae Odradae.

DE

A D

DE S. MARIANO MARTYRE

IN PRINCIPATU LUNAEBURGENSI

TEMPORE INCERTO C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Cultus S. Mariani in Bardevico oppido

1. Bardevicum *seu, ut appellatur in scholiis ad Adamum Bremensem in codice Lugdunensi saeculi XII,* vicus Bardorum (1), — Bardi *autem inter Boreales populos recensentur ab eodem Adamo* (2) *et apud Helmoldum* (3), — *oppidum fuit haud ignobile antiquae Saxoniae, immo, si famae credas, totius septentrionalis Germaniae antiquissimum : conditum enim ferunt ducentis triginta quinque annis prius quam Romam. Nulla tamen eius mentio in monumentis scriptis reperitur ante Adamum* B *Bremensem saeculo XI. Situm est super* Elvenovium *fluvium (quem olim* Lunovium *vocitatum aiunt) non procul a loco ubi nunc exstat urbs recentior Lunaeburgum. Episcopali illud sede donatum fuisse a Carolo M. nonnulli scripserunt, eiusque primum episcopum fuisse S. Suitbertum, sed non satis certa auctoritate; ad sedem potius Verdensem a stabilita in ea regione hierarchia ecclesiastica videtur pertinuisse. Decoratum tamen fuit canonicorum collegio, cuius possessiones et iura post eversionem sacrorum saeculo XVI invaserunt Lutherani. Qui plura cupit, adeat* Historiam Bardevici, *quam inter patris sui et suas dissertationes edidit Henricus Meibomius iunior* (4), *vel quae fusius et accuratius circa eandem historiam germanico idiomate digessit Christianus Schlöpken* (5).

celebris fuit saltem ab ineunte saeculo XIV,

2. *Quam celebris Bardevici fuerit* Mariani *cultus demonstrat imprimis Kalendarium veteri missali praefixum et a Schlöpkeno visum, ubi* Mariani martyris *memoria ad hanc diem 3 novembris celebranda indicabatur; praeterea* Sigillum ad causas, *quo utebatur capitulum ecclesiae collegiatae SS. Petri et Pauli illius civitatis, in quo sub imaginibus apo-* C *stolorum incisa erat effigies pontis et iuxta hunc martyris orantis : qua Marianum exhiberi ostendunt tum traditiones historicae paulo inferius commemorandae, tum tabula quae usque ad finem saeculi XVI in ecclesia collegiali appensa visebatur (ex ecclesia sive sacello* Sancti Mariani, *de qua mox sermo erit, sine dubio illuc translata), hac insignita inscriptione :* Sanctus Marianus hic in ponte martyrisatus. *Praeterea in documentis in archivo eiusdem ecclesiae asservatis memoratur* Vicaria in honorem Mariani Martyris *extremo saeculo XIII fundata a Nicolao Bartholdi, capituli decano, quam et reditibus auxit Henricus Greving, ecclesiae Bardevicensis canonicus, qui obiit anno 1344. Et in alio illius capituli libro memoriali obitus duorum canonicorum notatur his verbis :* 1347. die Mariani martyris obiit Theodoricus de Monte; *et* 1365. proxima die post Mariani martyris obiit Dominus Bertramus vicarius ecclesie Willhadi (6). *Sed et Ottone M. imperatore, saeculo decimo, hierothecam argenteis statuis ornatam* S. Mariani *martyris reliquiis recondendis donasse fertur Bruno Verdenis episcopus* (7).

et sacellum in ejus honorem ibidem constructum saeculo XV;

3. *Sacellum etiam in honorem* S. Mariani *exstructum esse eo loco ubi ferebatur martyrii palmam adeptus, demonstrat sequens diploma a Schlöpkeno ex Bardevicensi archivo descriptum :* Ioannes Dei et apostolice sedis gratia episcopus Verdensis, dilectis nobis in Christo venerabilibus Dominis decano et capitulo ecclesie BB. Petri et Pauli apostolorum Bardovicensis nostrae diec. E salutem et sinceram in Domino caritatem. Petitionibus vestris devotis inclinati, vobis, ut capellam in honorem sanctorum Valerii confessoris et Mariani martyris prope pontem ubi communis est transitus per flumen Elmenow, infra oppidum Bardewick, in loco congruo et honesto ibidem fundare et fundatam de bonis et reditibus competentibus dotare, qua dotata sacerdoti discreto committere et conferre valeatis, tenore presentium concedimus facultatem. Et omnibus Christi fidelibus dictam capellam devote visitantibus et ibidem eorum orationes admittentibus, manusque adiutrices pro conservatione eiusdem capelle porrigentibus, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presentes literas sigilli nostri iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Rodenborg anno Domini 1465, ipsa die Crispini et Crispiniani (8). *Sed nescio qua auctoritate dixerit idem Schlöpken* (9), *hoc sacellum conditum esse eo loco ubi olim exstiterat* ecclesia S. Mariani, *atque inde concluserit eandem ecclesiam iam extitisse ubi* anno MCLXXXIX in nocte Simonis et Iudae tunc Henricus Leo Dux F Brunsvicensis cepit civitatem Bardewicensem et incendit ac funditus destruxit, demtis ecclesiis (10). *Certe nullum illius rei testem affert. Idem vero sacellum anno 1540 iussu Ernesti Ducis Brunswicensis, Lutheranae sectae seduli fautoris, solo aequatum est, quod Lutheranorum oculos offendebat catholicorum erga* S. Mariani *reliquias pietas* (11), *nec unquam deinceps e ruinis suis excitatum est.*

sed valde incerta illius historia

4. *At quam certus et illustris cultus, tam incerta* S. Mariani *historia. Exstant quidem eius Acta, quorum duplex apographum ex Passionali Bodecensi et ex codice Carthusiae Coloniensis, antea vero S. Simonis Traiectensis, ad maiores nostros anno 1641 transmisit P. Ioannes Gamans, servatque codex olim musei Bollandiani, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8931, unde illa edemus. Sed quicquid in Actis illis (quorum aetas nobis incomperta est) seu sermone narratur, reducitur ad haec pauca:*

(1) *M. G.*, tom. VII, p. 322. — (2) *Gest. Pont. Hammab.*, l. 3 (ibid., p. 285). — (3) *Chronic. Slavorum*, lib. 1, capp. 16, 25, 26 (ap. Leibnitz. *Scriptor. rerum Brunswic.*, tom. II, pp. 553, 559, 561). — (4) *Rer. Germ.* tom. III, p. 51. — (5) *Chronicon oder Beschreibung der Stadt und des Stiffts Bardewick vor und nach der Zerstörung.* Lubeck, 1704, in-4°. — (6) Schlöpken, op. cit., pp. 117, 118. — (7) Ibid., p. 161. — (8) Ibid., p. 331. — (9) Ibid., p. 212. — (10) Henrici Wolteri *Chronicon Bremense* (script. post an. 1463), ap. Meibom, *Rer. Germ.* tom. II, p. 55. — (11) Schlöpken, op. cit., p. 372.

Marianum

AUCTORE C. D. S.

A Marianum *diaconum in pago Bardevicensi evangelium praedicasse atque illic occisum esse in ponte quo iungebantur Elvenovii fluminis ripae.*

et aetas.

5. *Quod autem spectat ad aetatem qua vixerit sanctus martyr, plane non consentiunt traditiones Bardevicenses. Alia enim eum tempore apostolorum, alia vero extremo saeculo VIII christianae doctrinae in illa regione disseminandae operam dedisse affirmat. Priorem secutus est Henricus de Hervordia, O. P. Mindensis (ob. anno 1370) in Chronico suo seu libro* De rebus memoriabilioribus *scribens :* Duo ex LXXII Christi discipulis missi sunt per B. Petrum apostolum in Teutoniam, unus quidem in Treverim super fluvium Mosellam, scilicet Maternus, alius autem, scilicet Aegistus, in Bardewic super fluvium Elmenow, cum Mariano, qui fuit archidiaconus eius, et in Bardewic coronam martyrii perceperunt, et adhuc eorum corpora requiescunt, Aegisti quidem in loco ignoto, Mariani in maiori altari ad S. Petrum ibidem (1). *Alteram vero consignatam repperit Schlöpken in quodam veteri codice (cuius tamen aetatem non indicat) his verbis :* Devotus Marianus, Wilhadi di-
B scipulus, evangelium Christi in ecclesia Bardevic quotidie praedicando inserviebat, et populo loci ipsius et circumiacentibus gentibus verbum Dei praedicabat (2). *Secundum haec itaque* Marianus *discipulus fuerit et socius S. Willehadi, cuius opera usus est Carolus M. ad convertendos Saxones* (3). *Acta autem nostra a controversia dirimenda prudenter abstinent. Illud tantum ex iis eruitur,* Marianum *martyrio coronatum esse ante finem saeculi VIII, cum scilicet referant partem reliquiarum eius repositam fuisse in ecclesia Verdensi,* nunc cathedrali. *Verdensis autem ecclesia in sedem episcopalem erecta sit circa annum 782* (4).

S. Mariani mentio in martyrologiis.

6. Marianum *nulla antiqua martyrologia memorant usque ad saeculum XVI. Quo tempore primum annuntiarunt illum ad diem 3 novembris editio Lubeco-Coloniensis martyrologii Usuardini:* In Bardewic, sancti Mariani diaconi et martyris; *et Molanus :* In Barduyc, cathedrali civitate, sancti Mariani diaconi et martyris. *Mire autem erravit Grevenus, in martyrologio suo indicans :* In Brabantia, pago Bardewic, sancti Mariani diaconi et martyris, *eumque secutus est Canisius seu Walasserus. Nullus enim in Brabantia reperitur pagus Bardewic, sed in Flandria non procul Alosto vicus* Baerdeghem, *quem forte, similitudine nominis decepti, intenderunt laudati scriptores. Rectius Ferrarius in suo Catalogo Generali :* Bardovici in Saxonia, S. Mariani diaconi et martyris. E

Tornaci servabatur anno 1661 corpus alicuius sancti Mariani martyris (5); *sed certe is fingi non potest aliquid habere commune cum Bardevicensi praeter nomen.*

(1) Ed. Potthast (Gottingae, 1859), p. 6. — (2) Ap. Schlöpken, p. 109.— (3) Cfr. Adam. Bremens., lib. I, n. 12-15 *(M. G., tom.* VIII, p. 287).— (4) Henr. de Hewordia, *Chron.*, cap. 69 (ed. Potthast, p. 32). — (5) *Analectes pour servir à l'hist. eccl. de la Belgique,* tom. III (1866) p. 108 extr.

VITA S. MARIANI.

Ex apographis codicum Bodecensis et Traiectensis seu Coloniensis. Cfr. supra, num. 4. — Variantes autem lectiones, utpote nullius momenti, notare visum non est.

Incipit passio sancti Mariani diaconi et martyris, qui colitur pridie nonas novembris.

Sanctus ac Deo devotus gloriosus levita et martyr Christi Marianus pro fide catholica et honore
C sancti evangelii hodierna die migravit ad Dominum. Ipse enim protomartyris Stephani et aliorum praecipuorum martyrum levitarum vestigia sequens, quasi se dignum ad sacerdotium non reputans, usque ad vitae huius temporalis finem in ordine diaconatus permansit, sanctumque evangelium in ecclesia Bardewicensi, quae per beati apostoli Petri unum discipulorum, videlicet Egistum, in ecclesiam cathedralem fuit erecta, cotidie legendo et cotidie praedicando, Deo omnipotenti per ea et alia diversa pietatis opera fideliter servivit. Ipse nempe loci illius populo et circumvicinis tunc gentibus verbum Dei adeo ferventer seminavit quod, sicut de Christo canitur : *Coepit Iesus facere et docere,* ita et de eo aestimandum non solum docuisse, sed cum Christi imitatione sic fecisse merito indubie credendum est et firmiter servandum. Nam corde et ore et vita ita devote et laudabiliter se habuit quod, nullo reprehensibili reperto, tamquam dexter laevi respectu inter aridos et tenebrosos gentiles viguit et resplenduit. Diaboli autem instigatione gentes ipsi vulgari more non bonum pro bono, sed pro dolor, potius malum pro bono reddentes, eum insequendo, sanguinem suum tam ferociter sitiebant quod iuxta Christi doctrinam qua dicit : *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam,* eum ab ecclesia in qua Christi evangelio diutine servivit, fugere oportebat. Ipse vero supra pontem fluminis Elmenowe, prope civitatem Bardewic, veniente, insecutores sui ibi eum apprehendentes, licet eum indutum F dalmatica verum Christi levitam reppererunt et invenerunt, tamen omnipotentis Dei timore deposito, gladiis et aliis armis suis sanctum Dei ferociter supra dictum pontem occiderunt. Qui quidem tunc martyr Deo fuit gloriose consecratus, et hoc per miracula diversa et praecipue in veste sua sacra dalmatica, in qua occisus fuit, visibiliter usque in hodiernum diem oculatim apparet. Nam corpore ipsius per fideles tumulato, cum postmodum medietas ossium suorum una in ecclesia Verdensi, nunc cathedrali, et alia medietas in ecclesia Bardewicensi, nunc collegiata, simul cum dalmatica praedicta sunt reposita, sanguis eius, quo dalmatica in ipsius occisione fuit tincta, in eadem adhuc ad oculum et manum mirabiliter apparet : quia miracula non modica, praecipue febriles et alias aegritudines fugando et curando, per hanc dalmaticam sic eius sanguine tinctam Deus omnipotens misericorditer et salubriter operatur. Compertum est enim multoties quod quamplures Deo devoti, febribus maxime et aliis infirmitatibus corporalibus gravati, sanctum Dei Marianum ex toto corde invocantes et ex meritis illius gratiam Dei consequi sperantes, qui cum devotione debita

dalmatica

VITA

dalmatica ipsa se indui fecerant, statim ex hac salvi et sani facti, Deo omnipotenti pro ipsorum incolumitate et salute ad honorem sancti martyris gratias immensas ex toto corde eorum attentissime referentes, in ipsius gratiarum actione usque ad finem vitae suae laudabiliter permanserunt. Animo igitur et cultu, fratres dilectissimi, huius D sancti martyris Mariani festa annuatim devote et sollemniter recolamus, ut ipsum pro nobis exorantem tam in praesenti saeculo quam futuro pro salute corporis et animae efficaciter sentiamus.

DE SANCTO GOBRIANO SEU GIBRIANO

EPISCOPO VENETENSI

IN BRITANNIA MINORI

C. D. S.

TEMPORE INCERTO

S. Gobriani, noti solummodo ex kalendariis saeculo XV non antiquioribus et scriptore saeculi XVI

1. *In Kalendario abbatiae S. Mevenni saeculi XV et in Kalendario breviarii Dolensis typis excusi anno 1519* (1), *ad diem 3 novembris annuntiatur commemoratio* Gobriani episcopi ; *itemque in Kalendario veteris breviarii Briocensis* (2) : Gobriani episcopi Venetensis. *Ad eandem diem signatur idem episcopus apud Castellanum et in martyrologio Parisiensi iussu Card. de Noailles superiori saeculo edito, ubi* Gibrianus *vocatur. Porro nullus reperitur scriptor, qui de hoc sancto aliquid distinctius expresserit, antiquior Roberto Caenali (Cénau) episcopo Abrincensi. Is autem haec tantum tradit* (3) : Cui *(Paterno, primo Venetensi episcopo)* mox successit Gobrianus, alter a primo pontifex, genere clarus, vita clarior, miraculorum copia clarissimus. Passim enim igne sacro laborantes obvios quosque nullo negotio curabat. Inde secutum est ut cum ad eum undecumque eo aegritudinis genere laborantes turmatim affluerent, compulsus sit divus ille pontifex ab urbe secedere, ne scilicet aegrotantium contagione urbs ipsa inficeretur. Volens itaque mansuetus ille pontifex tumultuantium cedere furori, ne torrenti se opponeret, secessit in locum solitarium, anachoresin exercens, pone flumen quod Oudum gens illa appellat. Illicque vitae suae decursum post multos algoris, inediae et vigilantiarum exantlatos labores, fine conclusit optato diuque desiderato, cupiens ipse cum Paulo dis- C solvi et esse cum Christo.

ac lectionibus breviariorum

2. *Proliziorem historiam* S. Gobriani *tradit Proprium Sanctorum dioecesis Venetensis anno 1630 impressum, ubi ad diem 10 novembris legitur:* In festo S. Gobriani Episc. et Conf. semid. fuit die 3 huius mensis... Lectio quarta. Gobrianus, natalibus illustris, in minori Britannia, morum probitate et vitae sanctitate clarior extitit. Qui cum rudes annos liberalibus disciplinis excoluisset, postmodum caelestium rerum meditationi et lectitandis sacrarum litterarum oraculis applicuit. Unde terrenorum affectus fastidio, totum se divino cultui tradidit, integras noctes in orationibus posuit, ieiuniorum crebritate et quotidiano cilicio corpus subegit carnisque repressit lasciviam, quo solutior animus divinis attenderet. — Lectio quinta. Adeptus in ecclesia Venetensi praebendale beneficium, tot exhibuit virtutum genera ut, defuncto civitatis illius episcopo, magno omnium studio in eius locum suffectus fuerit ; cumque tantum onus detrectaret, invitus et reluctans altari sistitur, paucisque post diebus in urbe Dolensi consecratur. Quo in munere gerendo, tum praedicando, tum opes suas erogando, verum se pastorem praestitit. — Lectio sexta. Cum accessisset ad eum quidam affectus morbo qui pusula, aliter sacer ignis, dicitur, intuens in E hunc sanctus ait : In nomine Iesu Christi surge sanus. Qui surgens protinus ire coepit incolumis. Cuius miraculi in dies percrebrescente fama, magna hominum vis in urbem undique confluebat; qui variis morborum generibus, maxime vero pusula, laborantes, Gobriani precibus convalescebant : ita ut civitate excesserit, ne infirmorum fetore infecto aere, lues pessima grassaretur, perrexitque in locum quendam divinitus sibi indicatum prope fluvium Oust nomine, a castro Iosselini duobus fere milibus distantem. Illic sacellum exstrui curavit, ubi ad se venientes infirmos sanabat. Demum tot miraculorum gloria illustris, tertio nonas novembris obiit in Domino.

3. *Easdem omnino lectiones, eodem praemisso titulo de die festo a 3 ad 10 novembris remisso, habet Proprium Venetense anni 1652. At in Proprio quod integro fere post saeculo, anno nimirum 1757, typis mandatum est, quo tempore scilicet, ut videbatur hominibus illius aevi, elegantius et accuratius quam in antiquioribus breviariis officii divini ritus in liturgicis libris singularum ecclesiarum ordinatus est* (4), *lectiones novae de* S. Gobriano *ad diem 10 novembris concinnatae sunt, non* F *paucis auctae, et non solum in titulo officii suppressa mentione translationis a die 3 eiusdem mensis, sed etiam, quod gravius est, in ipso textu ultimae lectionis* die decima *pro* tertio nonas, *quod in antiquioribus legebatur, substituta. En tibi has novas lectiones.* Lectio iv. Gobrianus anno post sexcentesimum circiter sexagesimo in territorio Venetensi nobili stirpe natus est. Suscipiendo statui maturam adeptus aetatem, ad clericalem a Deo se vocatum intellexit. Dehinc ad sacros codices sacramque theologiam omne studium convertit. Huic ut totus incumberet, ad Rhuvigiense coenobium se contulit, unum e religiosis ut audiret sacras hic litteras erudite explanantem. In hocce litterario et religioso secessu quantum eruditionis, tantum et evangelicae perfectionis accretione profecit. Studiorum stadio perfunctus, sacerdotium suscipit, et paulo post Venetensi capitulo canonicus aggregatur. Lectio v. Fervore spiritus quotidie flagrantior, ab oratione vix animum relaxabat,

(1) Ed. Ap. Lobineau, *Vies des saints de Bretagne*, App. pp. 1, 3 ; ed. Tresvaux (Paris, 1836), tom. I, pp. XXIX, XXIII. — (2) Ap. Lobineau, App. p. 2 ; ed. Tresvaux, tom. I, p. XXX. — (3) *Histor. Gallic.* (Paris., 1557, fol.), p. 178. — (4) Cfr. Tresvaux, *Notice sur les anciens bréviaires et Propres de Bretagne*, op. cit., tom. I, p. XXV.

AUCTORE C. D. S.

A laxabat, sed in ea ut plurimum pernoctabat. Cilicio diu noctuque retento, vigiliis, ieiunio, corpus suum continenter affligebat. Parcissime victitando quicquid sibi subtrahebat, in pauperes effundebat. Cellae suae ac solitudini sic affixus erat, ut in urbe tamquam in eremo degens, non nisi ad chorum et munia charitatis in publicum prosiliret. In celebrando lacrimis plerumque perfundebatur. Tot tantisque virtutibus sanctitatis apud omnes opinionem adeptus, Morvanno seu Mauricio, nominis huiusce primo, subrogandus unanimi suffragio eligitur, et electioni quantumvis renitens, Dolam ductus, consecratur vigesimus quartus Venetensis episcopus. Lectio vi. Ad episcopale ministerium evectus, sibi rigidior adhuc, victu austerior, in pauperes factus effusior, continuo miraculis clarescere coepit. Morbum enim tunc serpentem, qui sacer ignis dictus est, in omnibus ad ipsum confluentibus mirabiliter exstinxit. Septemdecim annis sanctissime perfunctus episcopatu, digno sibi subrogato successore, soli Deo et saluti vacaturus, in eremum duobus a Iosselini B castro milibus distantem se recepit. Constructo ibi sacello, iugi caelestium contemplatione et corporis sui afflictatione octo annorum spatio morti sese praeparavit. Hanc adventare praenoscens, successoris sui praesentiam evocavit. Perceptis ab ipso piissime sacramentis, die decima novembris, anno septingentesimo trigesimo quinto, in Domino obdormivit. In suo sacello, ubi suum vivus adhuc curaverat effodi sepulcrum, sepulturae datus, quam plurimis ab obitu miraculis percrebuit.

recentiorum, 4. *Harum lectionum auctores easdem* ex Robert. Cenalis Abrinc. Episc. de re Gall. *excerptus indicarunt. Quod quam vere dictum sit, facile iudicabit prudens lector recolendo quae de* Gobriano *apud Robertum dicta exscripsimus supra* (1). *Longe autem probabilius est quaecumque in illis lectionibus traduntur desumpta esse ex Alberti Le Grand* Vitis Sanctorum Britanniae *primum editis anno 1636, sive ex eiusdem operis editione secunda vel tertia, quae vulgatae sunt annis 1659 et 1680, ubi tamen non signatur* S. Gobriani *dies emortualis, quam timendum videtur ne breviarii reformatores arbitratu suo statuerint fuisse 10 novembris, ut iam cum die celebrationis festi in dioecesi Venetensi* C *concordaret. Porro Le Grand fontes a se adhibitos citat breviaria Venetensia et Proprium Sanctorum dioecesis Rhedonensis ad diem 16 novembris, legendaria mss. Nannetensia, et scripta Roberti Caenalis* de re Gallica, *Benedicti Gononi* de Vitis PP. Occid. *atque Augustini du Pas, Claudii Robert et Ioannis Chenu catalogos episcoporum Venetensium* (2). *Iam vero apud hos tres ultimos vix quicquam praeter nudum* Gobriani *nomen reperitur; Gononus autem exscripsit ea quae leguntur apud Robertum Caenalem; Proprium Rhedonense editum anno 1620, quod prae oculis habemus, nihil omnino habet de* S. Gobriano. *Restant itaque sola legendaria Nannetensia, quae num quicquam continuerint praeter ea quae rettulit Robertus Caenalis aut Proprium Venetense ann. 1620 et 1652, cuiusve fuerint auctoritatis, adhuc incompertum est.*

aetas 5. *Annum obitus* S. Gobriani *in huius Vita indicaverat Albertus fuisse Christi 762* (3), *postea tamen in Catalogo episcoporum Venetensium hanc opinionem correxit et obitum illum innexuit anno 725, cui annum 735 substituit Proprium Venetense anni 1757. Lobineau autem* (4) Gobrianum *nonnisi saeculo XII floruisse censuit, tum quia putavit de igne sacro apud antiquiores scriptores sermonem non fuisse, tum quia Morvannus, cui successisse traditur, anno 1118 adhuc Venetensem regebat ecclesiam* (5). *At prior harum rationum certe valida non est : nam ignem sacrum saeviisse anno 945 referunt Flodoardi annales* (6), *et anno 1089 annales Leodienses* (7) *et Chronicum Sigeberti Gemblacensis* (8). *Ad alteram autem facile respondebunt patroni Alberti Le Grand et lectionum Venetensium, fingendo praeter Morvannum illum qui saeculo XII sedem Venetensem occupavit, priorem fuisse huius nominis qui eidem impositus fuerit ineunte VIII.*

adhuc incerta. 6. *Ceterum validam confutationem opinionis Lobineau praebet catalogus episcoporum Venetensium, quem edidit cl. v. Ludovicus Duchesne e Cartulario Kimperlegiensi exarato ipso saeculo XII* (9), *et in quo neque post Morvannum neque alio loco signatum est nomen* Gobriani. *Qui si saeculo XII praesedisset ecclesiae Venetensi, certissime praetermissus non fuisset. Sed ex omissione huius nominis in eo documento iure concludere non licet* Gobrianum *inter Venetenses episcopos nullatenus esse computandum, cum non minus octo vel novem episcopos citare potuerit doctissimus editor, qui ex documentis certis demonstrantur Venetensem sedem occupasse saeculo VI et saeculo IX, et quorum nomina in eodem catalogo non leguntur.—Sed et quam fidem mereatur Robertus Caenalis, scriptor medii saeculi XVI, ubi* S. Gobrianum *primum post S. Paternum, id est paulo post medium saeculum VI, sedisse asserit* (10), *nullo suffragante documento veteri, pronuntiare non ausim.*

De illius reliquiis 7. *Sacellum valde elegans in quo repositae sunt sacrae* Gobriani *exuviae et adhuc servatur eius caput, exstare ait Tresvaux in viculo pertinente ad parochiam Sancti Servanni, leuca a Iosselino distante, qui vicus illum ut patronum veneratur* (11); *sed per litteras unius e sacerdotibus qui nunc sacro ministerio in vico Sancti Servanni deserviunt, ad nos transmissas dum haec prelo committebamus, docemur neque ullas reliquias* S. Gobriani *nunc ibidem servari et antiquum sacellum eiusdem sancti nomine et effigie decoratum, ubi usque ad annum 1743 sacrum celebrari consuevit, iam ante annum 1750 prorsus fuisse dirutum. — Alterum sacellum* S. Gobriani *adhuc superstes indicatur in vico Camortii, Venetensis dioecesis* (12).

et cultu. 8. *Sollemni olim officio eius memoria quotannis colebatur in dioecesibus Dolensi, Briocensi et Venetensi atque in monasteriis Sancti Melanii, Sancti Mevenni et Sancti Gildae, nunc autem in sola dioecesi Venetensi* (13), *die 10 novembris, ritu duplici* (14).

(1) Num. 1. — (2) *Les Vies des saints de la Bretagne-Armorique* (éd. D. L. Miorcec de Kerdanet, Brest-Paris, 1837), p. 722. — (3) Ibid., p. 721. — (4) *Les Vies des saints de Bretagne*, p. 218. — (5) Cfr. *Gall. Christ.*, tom. XIV, p. 924. — (6) *M. G.*, tom. III, p. 393. — (7) Ibid., tom. IV, p. 29. — (8) Ibid., tom. VI, p. 366. — (9) *Les anciens catalogues épiscopaux de la province de Tours* (Paris, 1890), p. 76. — (10) Cfr. supra, num. 1. — (11) Tresvaux, tom. II, p. 230; cfr. Rosenzweig, *Répertoire archéologique du département du Morbihan*, p. 249. — (12) Rosenzweig, op. cit., p. 249. De fabulis quibusdam popularibus circa S. Gobrianum videsis Henr. du Noday (V^te) in periodico *Revue de Bretagne et de Vendée*, tom. VII (1860), p. 393 sqq. — (13) Tresvaux, loc. cit. — (14) *Ordo divini officii in dioecesi Venetensi pro anno 1854*, p. 81.

A

DE SANCTO GULIELMO

EREMITA

IN DIOECESI ARGENTORATENSI.

C. D. S.

CIRCA MED. SAEC. IX.

S. Gulielmus, de quo pauca tradit scriptor saeculi XIII,

1. *Quicquid de huius sancti et eius successoris Acherici historia apud recentiores refertur, desumptum est ex Richerii* Chronico Senonensi, *conscripto paulo ante medium saeculum XIII, ubi* (1) *haec leguntur :* Eodem vero tempore (2) exstitit quidam Metensis primicerius, Blidulphus nomine, vir iustus et prudens, qui relictis omnibus quae possidebat, appetens locum suae conversioni aptum quaerere decrevit. Quem diu quaesitum, tandem in valle quae Lebrath dicitur, intra montes inclusam adiit valliculam, in qua in clivo montis ad meridiem cellam erexit, et eam Bellum montem appellavit. Qui ibidem ecclesiam aedificavit, et in ea novem altaria cum cancellis et cryptis instruxit. Officinas enim circa illam et claustrum pro positione loci ad usum monachorum erexit : aliquantos vero redditus ibidem acquisivit, et adunatis fratribus, Deo devotus caelibem (3) duxit vitam. Audientes vero multi sanctitatem viri Dei, eius se conversationi sociare studuerunt. Inter quos exstiterunt duo genere et fide nobiles, Villelmus et Achericus, qui etiam ambo ipsius loci fundatori meritis coaequari potuissent. Unus nempe duorum tam evidentibus et in vita et post vitam claruisse fertur miraculis ut eius sacrum corpus de loco sepulturae in scrinio transferretur : cuius reliquiae postea in theca nova argento et auro ornata tempore cuiusdam sacerdotis, Hesso nomine, repositae, adhuc in ipsa ecclesia reservantur. Alter vero, Achericus, eiusdem Villelmi successor, aliquandiu ipsam rexit ecclesiam et locum : qui tanta exstitit fama ut ipsum, dimisso nomine Bellimontis, quo prius nominabatur, Achericum appellarent locum, quod adhuc eo nomine ipsa villa nuncupatur. In qua postea nobiles exstiterunt viri, quorum diebus argentariae fossae repertae sunt, in quibus multum argentum esse fertur effossum. De quorum nobilium progenie postea exierunt viri qui temporibus nostris in ipsa valle Lebrath castrum construxerunt, quod nomine supradicto Acherich vocaverunt. Ille vero sanctus Achericus plenus dierum migravit ad Dominum. Cuius corpus in medio chori in ipsa ecclesia ante altare B. Mariae sepultum videtur. Ipsa deinde cella Acherich Mediano Monasterio * olim per dictos viros fuit attributa. In qua cella monachi Medii Monasterii fere usque ad tempora nostra feruntur habitasse. Modo vero ecclesia parochialis per negligentiam monachorum est effecta.

* Moyenmoutier

floruit ante medium saeculum IX;

2. *Quo tempore vixerit* S. Gulielmus *noster, prima specie videtur facile colligi ex laudato loco* Chronici Senonensis. *Nam eiusdem libri* II *cap.* 7 *refert Richerius ea quae contigerunt anno 894, et cap. 8 quae subsecuta sunt* secundo anno post... et sequenti anno *et* duobus inde annis elapsis. *Dein sequitur narratio supra citata :* Eodem vero tempore... ; *caput autem sequens seu 10 incipit his verbis :* Anno igitur Domini DCCCCXLII..... *Ex his itaque omnino concludendum videretur fundationem cellae Bellimontis et ipsam loci nuncupationem illigandam esse exordio saeculi decimi, ac proinde paulo post floruisse* S. Gulielmum. *Sed huic conclusioni obstat diploma Lotharii II regis, quo anno 858 confirmavit donationem ecclesiae Bellimontis factam, hoce tenore :* Lotharius divina praeveniente gratia rex. Imploraverunt sublimitatem nostram venerabilis Ackrich et Hesso decanus, humiliter deprecantes, quatenus per privilegia celsitudinis nostrae confirmaremus et corroboraremus quicquid a Lutardo comite et Hugone fratre concessum est ecclesiae quae dicitur Belmont, ex bonis quae habebant tam in mansis quam in hominibus in dicto loco, et quae iure hereditario ad eos per obitum Luitfridi comitis, eorum parentis, pervenisse dignoscuntur. Nos igitur implorationibus eorum assensum praebentes, per hos nostrae regiae dignitatis apices confirmamus et corroboramus quicquid dictae ecclesiae Belmont praedicti comites per manus venerabilis Ackrich et Hessonis obtulerunt, quatenus illud pacifice possideant et dictae ecclesiae firmiter et perenniter acquirant. — Signum Lotharii regis. Ego Benzelinus ad vicem Ercemboldi cancellarii recognovi et subscripsi. Data id. octobr. anno Christo propitio regni domni Lotharii regis IV, indictione VII. Actum Strasburg palatio regio in Dei nomine (4). *Itaque iam exstabat ecclesia Bellimontis anno 858, et quidem sub regimine Acherici, successoris* Gulielmi, *qui proinde tunc iam obiisse omnino supponendus est. Unde tandem colligitur hunc vixisse ante medium saeculum nonum.*

statim post obitum publico cultu honoratus fuit,

3. *Porro ex duplici documento citato, siquidem, quod vix dubitari potest, Hesso sacerdos, de quo in narratione Richerii, idem sit cum Hessone decano, qui nominatur in diplomate Lotharii, constat mox post mortem suam* Gulielmum *beatorum caelitum honoribus fuisse dignatum, quoniam ab Hessone* reliquiae *eius* in thecâ nova argento et auro ornata repositae *sunt, cum iam antea* eius sacrum corpus de loco sepulturae in scrinio *fuisset translatum* (5). *Illius festivitas a monachis Mediani Monasterii celebrabatur die 3 novembris, teste huius monasterii martyrologio, in quo legebatur :* III nonas novembris. Apud Echericum vicum S. Willelmi eremitae, magnae virtutis viri (6). *Ad eandem diem sanctum nostrum annuntiant Grevenus in editione sua martyrologii Usuardi :* Guillermi confessoris, *et Philippus Ferrarius in suo* Catalogo Generali : In territorio Argentoratensi S. Willelmi eremitae. *Sed et nostris diebus colitur memoria* SS. Gulielmi et Acherici *die 3 novembris in dioecesi Argentinensi*

(1) Lib. II, cap. 9 (ap. d'Achery, *Spicileg.*, tom. II, p. 614). — (2) Cfr. num. seq. — (3) Cfr. supra, p. 44, annot. *a* ad Vitam S. Pirminii. — (4) Schoepflin, *Alsatia diplomatica*, tom. I, p. 89. — (5) Supra, num. 1 med. — (6) Cit. ap. Ruyr, *Recherche des sainctes antiquitez de la Vosge* (Espinal, 1633), p. 229.

ritu

A *ritu simplici, adiecta scilicet officio de octava Omnium Sanctorum lectione propria de illis et commemoratione in primis vesperis et ad laudes.*

et antiquitus ecclesia eius nomine dicata. 4. *Acherico vico* (1) *adiacebat olim vicus* Sancti Gulielmi (2), *cuius ecclesia*, S. Gulielmi *titulo dedicata, frequente illuc piorum peregrinorum concursu celebris, parochiae loco erat catholicis proximi oppidi Sanctae Mariae ad Fodinas* (3), *in tractu Colmarensi. Sed extremo saeculo XVII Ludovicus XIV rex ecclesiam in ipso oppido aedificavit S. Ludovici patrocinio consecratam, ad quam parochia Sancti Gulielmi translata est. Ipse vicus nunc a Sancto Blasio nuncupatur* (4). *Ecclesia autem Acherici circa finem saeculi XVI a Lutheranis haereticis occupata fuit et deinceps penes eos remansit* (5). AUCTORE C. D. S.

(1) Vulgo *Escherich* seu *Eckirch*, gall. *Échery* (G. Stoffel, *Dict. topographique du département du Haut-Rhin*, p. 40). — (2) Ibid. — (3) Vulgo *Sainte-Marie-aux-Mines*, germ. *Markirch* (ibid., p. 162). — (4) Hunckler, *Histoire des saints d'Alsace* (Strasbourg, 1837), p. 510. — (5) [Belhomme] *Hist. Mediani Monasterii* (Argentorati, 1724), p. 185.

DE SS. BAYA ET MAURA

VIRGINIBUS

IN SCOTIA

SAEC. IX? C. D. S.

SS. Baya et Maura, saltem ab ineunte saeculo XVI, officio ecclesiastico celebratae,

1. *Rursus de sanctis virginibus* Baya et Maura *unum habemus documentum principale, lectiones Breviarii Aberdonensis, primum typis editi annis 1509 et 1510* (1), *ad diem 3 novembris* (2), *numero sex, ita conceptas :*

Lectio prima. Adest nobis, fratres dilectissimi, sanctarum virginum Baye et Maure preclara festivitas, quam earum in honore una sub celebritate interdum in ecclesia Dei venerare * et colere satage * debemus ob earundem continenciam et virginitatis coronam, quam a Domino feliciter percipere meruerunt, cum utrasque continentes ambasque castas, pudicas, sobrias et verecundas invenimus : que non ut fatue virgines oleo extincto, sed ut prudentes oleo accenso propter opera bona intraverunt cum Domino ad nuptias. (* sic; * sic)

Lect. ii. Quarum unam, Beyam videlicet, quam nunc Dumber Laudonie colit et veneratur, in Cumbria insula maris occeani inhabitasse legimus, longissima spacia marinis invenitur circumdata fluctibus : que quidem insula nullo incolitur habitatore, sed tantum feris avibusque derelicta, ad C quam nullus nisi navigio patebat ingressus. Ad quam beata Maura frequenter divinis cum beata Beya frui colloquiis venire solebat.

Lect. iii. Quecumque beata Maura a prefata virgine Beya in prefata insula a consorcio hominum regni adipiscendi celestis gracia frequenter conversando discebat, ea sine intermissione aliis suis convirginibus palam enunciabat. Atque hinc et hinc verbis congruentibus beatam Beyam et suos parentes, sorores et amicos, quibus ad eam denegabatur accessus, consolabatur.

Lect. iv. Sic enim iugum Domini portare meruerunt cum altra alternis invicem in caritate Christi onus subveniebat. Quid enim illis defuisse potuit, cum Christus Dominus eas in sua elegit tabernacula mansuras? Nec eas non castas astruere phas erit, cum carnem et diabolum ieiunio et oracione assidua, ciborum inedea et parcimonie victus, que diabolo luxurie inimica sunt, castigabant, mundum et eius gloriam fluxam atque fragilem, tenuissimis et habitibus ornate, ut non peccati culpam, sed ipsius occasionem fugerent?

Lect. v. Sed cum virgineas et tenerrimas suas carnes ita dilacerarent et compescerent, beata Maura, infirmitate correpta, terram applicuit, et in loco, qui a vulgo Kilmauris dicitur, in sancta senectute vitam in Domino finivit. Beata autem Beya paulo post in prefata insula in ferventi dilectione Dei perseverans usque ad mortem, tercio nonas novembris animam Deo commendabat, et ibidem traditur sepulture. In cuius postea honore capella satis decenter extructa reperitur : ad quam pie venientes suis iustis non defraudantur desideriis.

Lect. vi. Nam sicut in vita solitariam ducebat vitam, ita et in morte de prefata insula corpus suum de eadem extrahi minime permittit. Nam cum quidam rector parrochialis ecclesie de Dunbar, que in eius, ut supra, veneracione dedicatur, reliquias sancte virginis ibidem transferre disposuerat, paratisque navibus insulam prospero vento aggreditur; sed cum ossa eiusdem in sarcophago quodam ligneo in navicula collocaret, vicibus iteratis ventus et maris tempestas ita excreveral[n]t F quod eos submersioni darent; sed statim reliquiis depositis desiderato cursu denuo redierunt (3).

ex eodem tempore memorantur 2. *Huic legendae subiungo annuntiationes martyrologiorum et kalendariorum, quorum antiquissima sunt martyrologium Aberdonense et kalendarium praefixum breviario eiusdem ecclesiae, unde exscriptae sunt lectiones modo recitatae. In martyrologio, ad diem 3 novembris legitur :* In Scocia, sanctarum Baye et Maure virginum non martyrum apud Kylmawar; *in kalendario vero breviarii :* Baye et Maure plurimarum * virginum. *Ad eandem diem sola* Baya *signata est in martyrologii Usuardini editione Lubeco-Coloniensi :* Eodem die, beatae Bayae virginis, *et Greveniana :* In Scotia, Bayae (4) virginis. *In aliis vero martyrologiis scoticis recentioribus* S. Baya *memoratur ad diem 1 novembris*, S. Maura *vero ad diem 2. Sic Kalendarium Adami Regii : (1 nov.)* S. Bayae virginis in Scotia sub Donaldo rege, 896; *(2 nov.)* S. Maurae virginis in Scotia, ex qua Kilmaures in Cunninghame nomen accepit, sub Donaldo rege, 899. *Thomae Dempsteri Menologium Scoticum : (1 nov.)* (* sic)

(1) Denuo secundum illam primam editionem eodem typorum genere impressi Londini an. 1854. — (2) Quod constat ex kalendario volumini praefixo. — (3) Brev. Aberd., fol. cxlv^{v}-cxlvi^{r}. — (4) Ita in editione prima an. 1515, sed in secunda an. 1521, *Hayae*.

In

AUCTORE C. D. S.

In Scotia Bey virginis sanctissimae, Donaldo VI regi familiaris; *(2 nov.)* In Kuningam Maurae virginis, anachoreticae vitae abstinentia clarissimae, quae pervenit ad S. Constantinum III regem, unde locus Kilmaure. *Davidis Camerarii Kalendarium Scoticum : (1 nov.)* Sancta Beia virgo et abbatissa magno fuit in honore apud Donaldum Scotorum regem huius nominis sextum; *(2 nov.)* Sancta Maura virgo miraculis celebris, a qua locus ille Kilmaure dictus in provincia Cuninghamiae indigitatur.

in martyrologiis;

3. *Ex Dempsteri Menologio manifeste desumpsit Philippus Ferrarius ea quae de sanctis virginibus notavit in suo Catalogo Generali, videlicet : (1 nov.)* In Scotia sanctae Bey virginis, *adiecta adnotatione :* Ex Kal. Scotico. Vixit mira sanctitate circa an. 896. Sub Donaldo rege, cui familiaris fuit; *(2 nov.)* In Scotia apud Kuningham sanctae Maurae virginis, *adiecta adnotatione :* Ex Kalend. Scotiae. Vixit sub S. Constantino rege vitam anachoreticam ducens. Locus Kilmaure ab ea nominatur. *Ex Camerarii vero Kalendario Arturus a Monasterio, in suo sacro Gynecaeo : (1 nov.)* In B Scotia, sanctae Beyae *[seu* Bayae, *ut legitur in nota adiecta]* virginis, abbatissae Benedictinae, quae omnium virtutum genere decorata, egregiis exemplis eluxit partisque sanctitatis copiosae meritis obdormivit in Christo. *Et ex eodem fonte, ad quem diserte appellat, Gabriel Bucelinus seu Robertus Schindele in supplemento Menologii Benedictini ad diem 1 nov. :* In Scotia sanctae Beyae virginis monialis et abbatissae Benedictinae, omni virtutum ornatu decoratae, quae ad nuptias Agni praeparatissima, sub annum Christi 896 nuntium advenientis sponsi inhiantissime expectavit. *Denique Richardus Challoner in suo Martyrologio Anglicano anglice conscripto,* S. Baya *praetermissa, ad diem 2 novembris* S. Mauram *annuntiavit his verbis :* In Scotia festivitas S. Maurae virginis, quae celebratur hac die in breviario Aberdonensi; cuius beata mors ibidem memoratur contigisse anno 899 : nomen eius adhuc servavit oppidum ab ea nuncupatum Killmaure.

sed earum aetas incerta.

4. *At certe in hoc elogio duplicem errorem admisit Challoner circa breviarium Aberdonense. Neque enim in hoc breviario indicatur memoria* S. Maurae *celebranda die 2 novembris, sed die 3; neque de* C *anno obitus eiusdem quicquam notatum est. Undenam autem Adamus Regius, Dempsterus et Camerarius acceperint* S. Bayam *vixisse Donaldo VI rege Scotiae, id est extremo saeculo IX* (1), *divinari nequeo. Certe nihil huiusmodi referunt lectiones breviarii Aberdonensis, quibus et contradicit Adamus Regius, dum* Mauram Bayae *superstitem fuisse significat. Sed et utramque antiquiori, et forte longe antiquiori tempore floruisse indicant veteres litaniae Dunkeldenses* (2), *siquidem documentum illud genuinum et integrum, non autem interpolatum, iudicare liceat. Has litanias scilicet decantari solitas rege Gregorio, Donaldi VI decessore* (3), *colligitur ex invocatione illa, quae inter ceteras eiusdem generis legitur :* Ut regem nostrum Girich *(id est* D *Gregorium)* cum exercitu suo ab omnibus inimicorum insidiis tuearis et defendas, te rogamus, audi nos (4). *Iam vero inter* Nomina sanctarum virginum et viduarum *comparent* S. Bega *et* S. Maara (5), *quo posteriori nomine alteram sanctarum, de quibus nunc agimus, designari nemo dubitarit. Sed litanias illas saltem interpolatas esse probavit Alexander Penrose Forbes* (6) *argumento validissimo (ut alia ab eodem allata praetermittam, quae non ita inconcussa sunt), quod scilicet inter* nomina sanctorum confessorum *recitatur in iis* S. David rex (7), *quo rursus significari Davidem I, regem Scotiae ab anno 1124 ad annum 1153* (8), *certum videtur, cum praesertim nomen istud seriei sex regum, quorum alii quinque certissime reges Scotiae sunt apud suos ut sancti celebrati, quarto loco insertum sit. Itaque firma omnino ex illis litaniis pro antiquitate cultus* SS. Bayae *et* Maurae *demonstratio deduci nequit; ac denique fatendum est nullum nobis solidum praesto esse argumentum, unde qua aetate eaedem vixerint satis probabiliter statuatur.*

S. Baya non fuit abbatissa Benedictina.

5. *Omnino autem repudianda est temeritas Arturi a Monasterio et Bucelini,* S. Bayam *fuisse* Benedictinam abbatissam *pronuntiantium* (9). *Cui assertioni nec ulla monumenta suffragantur et refragatur sanctae virginis Vita, quam ex breviario Aberdonensi recitavimus. Secundum hanc, anachoreticam prorsus vitae rationem ad obitum usque duxit in Cumbria insula.*

Vestigia cultus illius in insula comitatus Bothae.

6. *De hac insula et de vestigiis memoriae* S. Bayae *ibidem haec leguntur apud Samuelem Lewis* (10) : Cumbria* Minor *(nam altera insula eiusdem nominis huic adiacet, quae Maior appellatur),* insula in comitatu Bothae*, octo continet incolas. Insula ista sita est in aestuario Glotae* fluminis, inter insulam Botham et promontorium de Portincross, duobus fere miliariis utrimque distans... Ad unum fere miliarium in longitudinem, dimidium vero in latitudinem extenditur... Semper videtur fuisse inculta. Paucae fraxini apparent in extrema eius parte, qua ad meridiem et ad orientem spectat, ceterum arboribus plane nuda nihilque aliud e saxoso solo gignens praeter exile pabulum pascendis exiguis ovium et buculorum pecoribus. *(In media insula)* visuntur adhuc vestigia antiqui sacelli dedicati S. Bayae*, quae illic sepulta fuit in sarcophago ad septentrionale aediculae latus; parietes scilicet ex parte diruti, crassitudine fere trium pedum, rudi opere exstructi, quibus includitur area longitudine pedes triginta, latitudine quindecim attingens. Sepulcrum quattuor parietibus lapideis cinctum fuisse videtur; at non amplius duo lapides supersunt quadrati, quorum alter confractus est in duas partes. Hi lapides reticulatis lineis ornati sunt, sed nullam exhibent epitaphii speciem. *Hactenus Lewis. De ecclesia autem quam in oppido Dunbar titulo* S. Bayae *dedicatam refert Vita et de cultu* S. Maurae *in Kilmaurs nihil praeterea uspiam notatum repperi.*

* Cumbray
* Bute
* Clyde
* Vey

(1) G. Buchanan, *Rer. Scotic. Hist.* (Edinburgi, 1715), p. 96. — (2) Editae ap. Al. Forbes, *Kalendars of Scottish Saints*, p. lvi. — (3) Cfr. Buchanan, p. 95. — (4) Forbes, p. lxiii extr. — (5) Ibid., p. lxi. — (6) Ibid., p. xxxiv. — (7) Ibid., p. lx. — (8) Cfr. Buchanan, p. 119-22. — (9) Cfr. supra, num. 3. — (10) *Topogr. Dict. of Scotland*, tom. I, p. 251.

DE

A D

DE SANCTO ERMENGAUDO

ANNO MXXXV. EPISCOPO URGELLENSI IN HISPANIA C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De genere S. Ermengaudi et eius promotione ad regimen episcopale.

De S. Ermengaudi nomine,

1. *Gesta* S. Ermengaudi, *qui ecclesiae Urgellensi ante medium saeculum XI praefuit, ex documentis sive antea editis sive a se primum prolatis ita digessit Iacobus Villanueva* (1) *ut nobis eadem tractare aggredientibus vix aliud praestandum videatur quam ut eius vestigia prementes, quae ille hispanice,* B *idque in opere non adeo frequenter in bibliothecis occurrente, conscripsit, latinitate donata, in collectionem nostram transferamus. Imprimis itaque nomen sancti nostri notat Villanueva multis idem videri cum celebrato apud Hispanos nomine* Hermenegildi, *idque confirmatur ex subscriptionibus comitum Urgellensium homonymorum, quas Vallisoleti vidit Ambrosius Morales, his verbis conceptas :* S*[ignum]* Hermenegildi comitis Urgelli. *Longe tamen frequentius in antiquis documentis, ubi vel aliquis eorum comitum vel antistes noster nominatur, latine* Ermengaudus *aut* Ermengodus *dici solet, atque inde prodiit in vulgari idiomate* Ermengol.

parentibus et fratre.

2. *Parentes habuit* Ermengaudus *episcopus Bernardum vicecomitem, quem Villanueva* (2) *Confluentinum, Urgellensem ait Baluzius* (3), *filium Isarni et Ranlanae, et Guislam seu Wislam (Wisclam, Wisilam), filiam Seniofredi de Luciano (Llusa) : quae omnia constant ex instrumento publico et coaevo, paulo inferius citando* (4). *Perperam itaque Baluzius* (5) *Guislam illam, Bernardi vicecomitis uxorem, eandem facit cum altera Guisla, quam sororem* S. Ermengaudi *ac proinde* C *prioris filiam fuisse indicant alia instrumenta quae a se visa testatur Villanueva* (6), *atque forte ex his deceptum fuisse Baluzium suspicatur. Fratrem etiam* Ermengaudi *Arnaldum vicecomitem nominat alterum instrumentum eiusdem aetatis, scriptura scilicet venditionis factae Guislae vicecomitissae et filiis eius* Ermengaudo *atque Arnaldo,* nonis septembris anno septimo regnante Roberto rege *Francorum seu Christi nati anno 1001, sic exordiens :* In Dei nomine. Ego Honorata, Deo dicata, et filiis meis Petrus et Tedbertus, venditores sumus tibi, Wiscla vicescomitessa, et filiis tuis Ermengaudus archilevita et Arnaldus vicescomes, emptores... (7).

Sallani patrui sui, episcopi Urgellensis,

3. *Ex eiusdem chartae modo citatis verbis colligitur eo tempore fuisse* Ermengaudum *archilevitam seu archidiaconum, Urgellensem utique, cuius ecclesiae pontificatum gerebat patruus eius Salla* (8). *Reliqua autem ipsius historia ante episcopatum, deficientibus penitus documentis, altis tenebris obvoluta est. Quo vero tempore Sallae seu Sallano successerit facile definitur, cum is mense septembri anni 1010 obierit* (9), *atque* Ermengaudus *ante ipsius mortem in successorem eius designatus vel etiam adiutor cum iure, ut aiunt, successionis ordinatus fuerit. Hoc posterius constat ex instrumento quod ex archivo ecclesiae Urgellensis protulit Villanueva* (10), *promissione scilicet iureiurando* E *confirmata Ermengaudi I comitis Urgellensis, his verbis :*

successor designatus

4. Iuro ego Ermengaude comes, filius quod fuit Borello comite et filio quod fuit Letgardis coniuge, ut de ista ora in antea infra..... dies, quod Sallane episcopo, filius quod fuit Isarnus et filius quod fuit Ranlane, me Ermengaude supra scripto commonuerit per nomine de isto sacramento, quod ipso episcopato de comitatum Urgello sedis Vicco donare faciam ad Ermengaude, filio Bernardo vicecomite et filio Wisila vicecomitissa; ego Ermengaude comite donare faciam ad isto Ermengaude, filio Bernardo, et vesticione ad illum faciam. Et de ista ora in antea ego Ermengaude comite supra scripto non decebre isto Ermengaude, filio Bernardo vicecomite supra scripto, de ipso episcopato de sancta Maria sedis Vico, quod est in Urgello. Et si Sallane episcopo ordinare voluerit suo nepoto Ermengaude supra scripto in sua vita, ego Ermengaude comite supra scripto adiutor illi ero ad ordinare ipso Ermengaude, filio Bernardo supra scripto, sine sua decepcione, de ipso Ermengaude, filio Bernardo supra scripto et filio Wisila; si Sallane episcopo, aut Bernardo fra- F tre suo, aut aliquis ex parentibus vel amicis de isto Ermengaude clerico supra scripto, donare mihi faciant pessas c, aut pessatas valibiles, aut pigdo* valibiles de pessas cc pro ipsas pessas c, quod donare mihi faciant infra dies LX quod isto Ermengaude, filio Bernardo supra scripto, fuerit ordinatus, et mihi donaverint pigdo valibiles de pessas cc pro alias pessas CL quod mihi donent post obitum Sallane episcopo supra dicto, infra medium annum ipsa medietate, et ad alium medium in alia medietate. Et si Sallane episcopo non fecerit ordinare ipso Ermengaude suo nepoto supra scripto in sua vita de Sallane episcopo, et ego Ermengaudes comite vivus fuerit, et ipso Ermengaude, filio Bernardo supra scripto, vivus fuerit, ego Ermengaude comite supra scripto ordinare illum faciam, si facere potuero, si Ermengaude clerico supra scripto donare mihi voluerit, aut aliquis ex parentibus vel amicis suis mihi donare voluerint et donaverint ipsas pessas, aut

* *id e. pignus*

(1) *Viage literario a las iglesias de España*, tom. X (Valencia, 1821), p. 129 sqq. ; Append., p. 284 sqq. — (2) Ibid., p. 129 ; cfr. pp. 268, 271. — (3) *Marca Hispanica*, p. 409. — (4) Infra, num. 4 init. et extr. — (5) *Marca Hispanica*, p. 409. — (6) *Viage*, tom. X, p. 130. — (7) Ibid., p. 284. — (8) Ibid., pp. 123 extr., 124. Cfr. p. 287 extr. — (9) Cfr. ibid., p. 124-28. — (10) Ibid., p. 285.

pessatas,

AUCTORE C. D. S.

pessatas, aut ipso pigdo supra scriptus. Et ego Ermengaude comite supra scripto non faciam nullum disturbatio ad ipso Ermengaude clerico suprascripto de ipsa sua ordinacione de ipso episcopato de Urgello, neque nullum malum ingenium, nec ego, nec nullus omines nec nullas feminas per meum consilium, neque per nulla mea absencione. Et ego Ermengaude comite supra scripto adiutor ero ad isto Ermengaude, filio Wisila supra scripta, ipso episcopato de Urgello a[d] tenere et ad abere, sicut Sallane odie tenet, contra omnes omines aut feminas, quod ad eum tollere voluerint aut tulerint, sine sua deceptione de Ermengaude clerico suprascripto post obitum Sallane episcopo suprascripto aut in diebus suis, si Sallane episcopo ad illum dimiserit, aut quantum ad ille donaverit de ipso episcopato, si Ermengaude, filio Bernardo vice comite, frater Sallane, et filio Wisila vicemcomitissa, filia quod fuit de Seniofredo de Luciano, mihi voluerit facere fidancias et fidelitatem super altare dedicatum vel super reliquias, et fecerit unde ego Ermengaude comite firmiter fidare possem......

decennio, ut minimum, ante illius obitum,

5. *Instrumentum istud, quamvis nullis subscriptionibus firmatum nec temporis nota distinctum, genuinum esse non dubitavit Villanueva* (1), *cum et genus loquendi, soloecismis utique innumeris scatens, et scriptura et ligaturae tempore Sallani confectum prodant. Omnibus autem documentis huiusmodi illorum temporum, quibus continetur sacramentum fidelitatis vel, ut aiebant, homagii, commune esse asserit ut et omittantur subscriptiones ac notae temporis quo confecta fuerunt, et quotiescumque nominantur ii qui per ea invicem obligari volunt, toties et parentum eorum, vel saltem alterutrius, nomina, immo et hi ipsi quos genitores habuerint, indicentur. Itaque et huius ope, de quo nunc sermo est, non solum quibus* Ermengaudus *noster, sed etiam quibus et pater ac mater eius parentibus geniti fuerint edocemur. Praeterea illud saltem decennio fere ante obitum Sallae confectum fuisse ex eo colligimus quod in eo adhuc vivens memoratur Bernardus* Ermengaudi *pater, qui anno 1001 vita functus est.*

non tamen per simoniam,

6. *Facile autem documentum perlegenti cogitatio subire potest, non aliqua suspicione simoniae vacasse* Ermengaudi *ad episcopatum promotionem.* C *Cui obiectioni occurrit Villanueva advertendo nec ipsum Sallam aliquid ad concedendam* Ermengaudo *episcopalem dignitatem pecuniae accepisse, sed solum Ermengaudum comitem, et huic ipsi eam pecuniam datam videri ad redimendam iniustam vexationem aut intercessionem: quod posterius eo probabilius apparet quod certe nullum ius patronatus comiti in Urgellensem episcopatum attributum ullo verbo in laudato documento significatur. Non est itaque cur vel* Ermengaudo *vel Sallae adeo gravem, sed miseris iis temporibus nimis communem, ecclesiasticorum canonum transgressionem imputemus. Quicquid autem de ea re iudicandum sit, recte etiam advertit Villanueva, eo exemplo comprobari quam antiqua sit disciplina nostris temporibus non infrequenter usurpata, ut episcopus aliquis designetur cum iure successionis, vivente adhuc et sedi praesidente illo cuius in locum substituendus est.*

episcopus consecratus fuit anno 1006,

7. Ermengaudum *anno 1006 pontificali dignitate ornatum fuisse infertur ex catalogo episcoporum Urgellensium qui saeculo XII confectus est in monasterio Gerrensi editusque a Villanueva* (2), *si modo auctoritati huius catalogi satis confidere liceat. In eo catalogo indicatur* Ermengaudus *episcopali munere functus annos 29; mortuus est autem, quod infra demonstrabitur, die 3 novembris anni 1035. Illud certum est, die 6 novembris anni 1010 eum ecclesiae Urgellensi iam fuisse praefectum, qua die vulgavit testamentum Sallani patrui ac decessoris sui* (3).

aut certe, ut videtur,

8. *Necdum elapso decem hinc dierum atque adeo post mortem Sallani nondum aut vix bimestri spatio, perfecit* Ermengaudus *quod iam meditatus fuerat nonaginta fere ante annis Sisebutus* (4), *vitam canonicam scilicet inter clericos ecclesiae Urgellensis instituendo secundum formam capitulari Aquisgranensi anni 816 praescriptam (quod fuse demonstrat Villanueva)* (5), *certosque redditus in eum finem ex ecclesiae fundis assignando. Diploma istius institutionis et donationis editum habes apud Petrum de Marca sive Baluzium* (6) *simul cum confirmatione Sergii IV papae* (7) *et mox secuta amplissima bulla Benedicti VIII anno 1013 in* E *eandem rem data* (8). *Quam posteriorem non incredibile existimat Villanueva obtentam esse ab* Ermengaudo *occasione cuiusdam itineris Romani, quod ab eo susceptum probabile faciunt et mores eorum temporum et pietas ac zelus antistitis nostri, et quae tam proprie de ipso memorantur in laudata bulla Benedicti.*

... ac super- ... Sallano.

9. *At minus consentire licet cum eodem scriptore ubi censet nullum alicuius ponderis argumentum erui posse ex illa institutione tam cito post obitum Sallani perfecta, quo probetur iam ante hunc obitum episcopali munere in ecclesia Urgellitana functum esse* Ermengaudum. *Quamvis enim concedat haud exiguum temporis spatium necessarium fuisse ad rem tanti momenti meditandam, digerendam et tandem integrae exsecutioni mandandam, facile fieri potuisse putat ut iam diu ea ab ipso Sallano intenta, ordinata et quasi ad maturitatem deducta fuerit ubi is e vita discessit. Equidem omnino fieri potuisse non infitior, probabile tamen non arbitror, etiamsi fingas simul* Ermengaudum *Sallani consiliorum participem fuisse et adiutorem. Vix enim credibile videtur,* Ermengaudum *in ipso diplomate non nuntiaturum fuisse aut in omnium memoriam* F *revocaturum quantam partem seu potius quam omne meritum illius praeclarae institutionis tribui oportuisset ipsi Sallano, non sibi, qui eius voluntatem tantum exsecutioni mandasset seu potius quod ille paraverat, immo et omnibus numeris iam perfectum morte praereptus tantum promulgare nequiverat, publice, quod unum desiderabatur, denuntiasset.*

§ II. De primatu in ecclesiam Rotensem a S. Ermengaudo suae sedi Urgellensi vindicato.

...nstru- ...ntis ...ionis ...rmatae ...Roda

10. *Difficultatem, et quidem non minimam, habent acta a* S. Ermengaudo *anno 1017 circa confirmationem electionis et consecrationem Borrelli episcopi Rotensis*, cuius duplex instrumentum, a Baluzio iam prolatum* (9), *rursus ex primario*

(1) Ibid., p. 132. — (2) Ibid., p. 215. — (3) Ibid., p. 124. — (4) Ibid., p. 52. — (5) Ibid., tom. IX, p. 169-79. — (6) *Marca Hispanica*, Append., p. 974. — (7) Ibid., p. 978. — (8) Ibid., p. 992. — (9) *Capitular. Reg. Franc.* (Paris., 1677), tom. II, pp. 630, 632.

exemplari

A *exemplari in archivo ecclesiae Urgellensis servato edidit Villanueva* (1), *neque denuo hic exscribere pigebit. Sic igitur denuntiata est confirmatio electionis :*

et consecrationis episcopi Rotensis

Anno trabeationis Domini nostri Ihesu Christi millesimo XVII, era millesima quinquagesima quinta, indicio XV, ɔ.* I, pacta XX. Auctor et Dominus, cum Patre et Spiritu sancto, omnium creaturarum quibusque sub illius gracia conmanentio omne monarchia disponuntur regimina. In quo reverentissime nominando domno Wilielmo illustrissimo comite, cum omne vulgus populi, qui degent in comitato Ripacurcensis tellure, una cum domno Ermengaude presule, qui est in sinu matris ecclesie sancte Marie sedis Vico Orgellensis, qui est caput omnium ecclesiarum iam dicto comitato, venit quidam domnus Borrellus, filius Rechildis femina, una cum consensu et voluntate supra dicto excellentissimo comite, sive optimatibus vel principibus eius, necnon etiam religiosorum clericorum atque abbatum, id est... *(sequuntur nomina abbatum octo).* Nos simul in unum cum canonicis sancti Vincentii martiris Christi, B cuius sedis sita est in civitate Rota, idest... *(sequuntur nomina septem).* Subiungimus etiam fidelium laycorum, id est... *(sequuntur nomina tredecim, adiunctis ad singula, praeter unum, vocibus* et fratres eius). Et expetivit electionem et obedientiam et benedictionem pontificalem ante sacrosancto altario alme Marie sedis prefate, et ante domno presule prenotato, sive multorum clericorum in Christo agonizantes obsequio, id est... *(sequuntur nomina viginti septem, quibus additus est titulus* archilevita, sacer, *vel* levita) vel aliorum cannonicorum venerabilium, quorum nomina longum est scribere. Adiuvante Domino et Salvatore nostro Ihesu Christo, helegimus hunc Borrellum prefixum, ut ad electionem et honorem presulatus perveniat, divina miserante clementia. Est namque prudens, docibilis, moribus temperatus, vita castus... Cum his tantis et aliis virtutibus decoratum prefatum Borrellum agnoscimus, nos omnes eligimus illum uno animo, unoque conventu decrevimus et corroboramus, ut ad ordinem sui presulatus susceptione tranfundat, atque in Domino fisus accedat. Iterum atque iterum ego Ermengaudus, prefatus episcopus, una cun kaC terva clericorum predictorum advocamus, adclamamus atque eligimus iam dicto Borrello, ut per divina manu Salvatoris protegente vel donante ad honorem et benedictionem atque ordinacionem sui presulatus accedat, et susceptione perveniat, sub tuitione alme Marie sedis prefate, et sub dominatione domno Ermengaudo episcopo et successores eius. Exaratus est autem hec titulus electionis presulatus XI° kalendas decembris, anno XXI regnante Rothberto rege. — Witardus sacer, qui hanc electionem per volumptatem domno Wilielmo comite, et per iussione domno Ermengaudo episcopo scripsi et subscripsi die et annoque prefixo.

** i. e. concurrente*

11. *Consecrationis vero instrumentum his verbis conceptum est : (Post prolixum prologum, ubi memorantur praescripta canonum circa episcoporum electionem et consecrationem)* Quapropter ego Ermengaudus, sedis Orgellensis ecclesiae episcopus, una cum caterva venerabilium clericorum alme Marie sedis prefate, cognoscentes obitum beate memorie Aimerici pontificis, Rodensis civis, eccleсieque Sancti Vincentii ipsius loci sedem, cuius memoria ethereo describat in albo, uti sacra cannonum auctoritas iubet, cum consensu domno Wilielmo comite, cum eius optimatibus ac plebe non exigua concione expostulantibus, cannonico calciati privilegio, Borrellum, filium Richellis femina, urbis prefate Rodensis, una per vocationem et adclamationem archidiaconorum, cenobitarum et ruralium clericorum, vocamus, aclamamus, et petimus, ac prodesse poscimus episcopum subrogandum, consecrandum et intronizandum Borrellum prenotatum in gremio sancte sedis ecclesiae Vincentii Rotensem civem, et eum principem constituimus ecclesie sanctorum, quorum predicte urbe site sunt.... *(Sequitur Borrelli laus).* Hunc ergo Borrellum ego Ermengaudus prefatus episcopus, una cum cetu clericorum alme Marie sedis iam dicte, et cum consensu domno Wilielmo inclito comite, adclamamus eum, et advocamus sub tuicione vel dominatione prefate sedis Orgellensis, sive domnum episcopum Ermengaudum vel omnes episcopi qui post eum venturi sunt. Postulo itaque ego Ermengaudus episcopus prefatus domE num Adalbertum Karchasensem civem pontificem, ut per singulos grados ecclesiasticos sit ordinatus, et ministerio sacerdotali sit dedicatum, Igitur in Dei nomine interrogamus populum, hunc Borrellum prefatum adclamantem : Vultis eum abere episcopum? — Volumus. Usque tertio respondit omnis clerus et populus..... Volumus. Nos quidem humiles Ihesu Christi pontifices Ermengaudus prefate sedis Orgellensis, in qua ordinacio ista consistit, et Adalbertus pontifex Karkasensis, et Petrus episcopus Comenensis, audientes et cernentes tantam adclamatorum unanimitate, proficuam ecclesiam utilitatem, recipimus in nostro episcopali numero atque collegio preclamatum Borrellum, et eum per auctoritate cannonica benedicendo ordinamus, et electum episcopum in ipsa sede Sancti Vincentii episcopum exaltamus, et in nomine sancte Trinitatis intronizamus et ipsis ecclesiis pastorem constituimus, sub dominatui alme Marie sedis Orgellensis, et domno Ermengaudo episcopo, vel successores eius. Acta scedula huius indaginis a corporea trabeacione Verbi divini anno millessimo XVII, era millesima quinquagesima quinta, indicio XV, ɔ. I, F pacta XX, VIII kalendas decembris, anno XXI regnante Rothberto rege. — Witardus sacer, qui hanc aclamacionem scripsit domno episcopo Borrello sub die annoque superius exarato, ad laudem et honorem et gloriam sancte Dei Genitricis Mariae sedis Vico Orgellensis et episcopos ibidem permanantes feliciter. Amen

12. *Utique mirum non apparet quod, deficiente utroque metropolitano, Tarraconensi scilicet episcopo, quae civitas tunc sub duro Maurorum iugo episcopis suis carebat* (2), *et qui Tarraconensis locum supplebat episcopo Narbonensi, nuper vita defuncto, ut notatur in exordio posterioris instrumenti modo citati* (3), *ceterorum comprovincialium episcoporum auctoritate confirmata sit Borrelli electio, isque in episcopum consecratus, eisque praesederit in hac re* Ermengaudus, *proximae Rotensi sedi ecclesiae antistes : id enim nequaquam per ecclesiasticos canones vetabatur, sed potius eorum menti consentire videtur, qui defuncto aliquo episcopo, vicinioris sedis antistitem illius ecclesiae curam gerere iubebant usque ad electionem*

colligitur hanc ecclesiam aliqua ratione subiectam fuisse ecclesiae Urgellensi,

(1) *Viage*, tom. X, pp. 288, 291. — (2) Cfr. *España sagrada*, tom. XLIX, p. 117 sqq. — (3) Unde iam certius definire licet annum obitus Ermengaudi episcopi Narbonensis XXIV. Cfr. *Gallia christiana*, tom. VI, p. 31.

successoris

AUCTORE C. D. S.

successoris (1) : *qui canones et innuuntur in instrumento confirmationis. Illud vero magis animum percellit, quod, cum Urgellensis sedes metropolitanae dignitatem numquam sibi vindicaverit, attamen in priori documento Borrellus ad honorem et benedictionem atque ordinationem sui praesulatus admitti significatur* sub tuitione alme Marie sedis *(Urgellensis)* prefate, et sub dominatione domno Ermengaudo episcopo et successores eius ; *itemque rursus in documento altero :* sub tuicione vel dominatione prefate sedis Orgellensis, sive domnum episcopum Ermengaudum vel omnes episcopi qui post eum venturi sunt, *et denique tertio in fine eiusdem instrumenti : (Borrellum)* pastorem constituimus sub dominatui alme Marie sedis Orgellensis et domno Ermengaudo episcopo vel successores eius. *Immo et in priori scriptura Urgellensis ecclesia dicitur* caput omnium ecclesiarum iam dicti comitatus, *Ripacurcensis nimirum, in quo sita erat Rotae civitas.*

ex antiquo iure

13. *Nodum solvit Villanueva opinando, eo tempore quo restaurata est ecclesia Urgellensis eiusque possessiones diplomate Ludovici Pii imperatoris* (2) *confirmatae anno 819, cum nondum exstitisset sedes Rotensis, immo in iis regionibus vix ulli degerent christiani, easdem omnes cum suis ecclesiis Urgellensi sedi subiectas fuisse. Ubi vero postea, circa medium saeculum X, condita est sedes Rotensis ac proinde ab Urgellensi distractum quicquid dicionis ipsi concessum est, quasi in compensationem quandam illius imminutionis collata fuerit Urgellensi ecclesiae primatus aliquis in Rotensem seu ius quasi metropolitanum. Et quamquam amisso iam dudum instrumento fundationis ecclesiae Rotensis, alibi huius rei nullum vestigium hactenus repertum est, facile tamen potuit occasione consecrationis episcopi Rotensis deficiente metropolitano provinciae, memoria revocari iuris illius singularis ad sedem Urgellensem spectantis.* B

diserte agnito paulo post mortem Ermengaudi

14. *Porro ea quae dicta sunt de iure ecclesiae Urgellitanae in sedem Rotensem egregie confirmari existimat Villanueva* (3) *diplomate dato anno 1040 a Ranimiro rege, rogante Eribaldo* Ermengaudi *successore, quod ex authentico exemplari ecclesiae Urgellensis in lucem protulit Baluzius* (4), *his verbis concepto :* Notum sit omnibus hominibus qualiter venit Eribaldus Urgellensis episcopus ante C domnum Ranimirum regem in locum castrum qui vocatur Laquerz, et ibi querelavit se praefatus episcopus ante iam dictum regem de episcopatu Ripacurcense, eo quod iniuste abstulerat pater eius Sancius rex praedictum episcopatum Ripacurcensem atque Iestabiensem de iure et dominatione atque dioecesi ecclesiae Sanctae Mariae sedis Urgellensis. Et ostensum est sibi a praelibato episcopo per scripturam dotis quae facta est sub Ludovico imperatore quod praedictus episcopatus Ripacurcensis atque Iestabiensis praedictae sedis Sanctae Mariae omnimodis esse deberet. Quapropter in Dei aeterni nomine ego Ranimirus rex, cognoscens huius rei veritatem, et approbans omnia vera esse quae ostensa sunt a praedicto episcopo huiusmodi assertione et aliorum auctoritate, restauro atque recupero praefatum episcopatum Ripacurcensem atque Iestiabiensem in ius et potestatem iam dictae sedis Sanctae Mariae, atque in perpetuum valiturum hoc esse modis D omnibus confirmo. Praeterea ego Ranimirus rex dono atque concedo et trado in ius et diocesim praedictae sedis ecclesiae perpetuae virginis Mariae terram illam quae a paganis diu fuit detenta, postea Deo iuvante a christianis est in diebus patris mei domni Sancii regis recuperata, illam scilicet terram quae dicitur Rota, cum omnibus sibi pertinentibus quae nunc habet et deinceps habitura est, denique sub iugo trado praedicto episcopo atque successoribus suis.... ut pleniter ordinent atque disponant, et cum Dei adiutorio sit illis detinendum et possidendum et Dei cum timore dispensandum atque regendum sine cuiuspiam inquietatione aut contradictione...

ubi sedes Rotensis, aliquandiu suppressa,

15. *Qua itaque ratione suae sedi vindicasset Eribaldus Urgellensis restitutionem ecclesiae Ripacurciensis sive Rotensis (nam indiscriminatim duplici hoc nomine designari solebat ea ecclesia) nisi aliquod ius in eam semper servassent Urgellenses antistites ? Neque enim fingi posse censet Villanueva, quod innuit Baluzius* (5), *episcopatum Rotensem suppressum fuisse quo tempore paulo post exordium saeculi XI ipsam civitatem Rotensem obtinuerunt* E *Sarraceni, ut inde potuerit Eribaldus ecclesiae suae repetere in eam civitatem antiquum ius quod ipsi attributum erat diplomate Ludovici Pii. Ratio vero cur haec hypothesis omnino reicienda videatur Villanuevae ea est, quod eo ipso tempore sedi Rotensi praesidebat Arnulfus, qui circa annum 1023 successit Borrello et ipso etiam illo anno 1040 ab Eribaldo invitatus est ut secum interesset consecrationi ecclesiarum et aliis negotiis* (6). *At argumentum hoc ipse Villanueva satis efficaciter refellit alio loco, ubi de episcopis Rotensibus et proprie de Arnulfo agens* (7), *miratur quod Arnulfus anno 1063 subscripsit Actis concilii Iacensis hac formula :* Arnulfus ecclesiae Rodensis episcopus, quamvis postea ab ordine privatus, subscribo, *et biennio post donationi factae monasterio Labaxensi :* Arnulfus, qui Dei nutu fui episcopus, sum testis ; *ac denique Sancius II rex, filius Ranimiri, anno 1068, paulo post mortem Arnulfi, reddens civitatem Rotensem Salomoni, in episcopum Rotensem designato, de ea ecclesia testatur :* Nomen solummodo dignitatis retinebat, et privilegio pontificalis apicis omnino carebat. *Ex his igitur admodum probabilis apparet Baluzii opinio, Arnulfum nempe, quamvis munere* F *episcopali in ecclesia Rotensi iam non fungeretur, usque ad mortem tamen episcopalis dignitatis nomen et insignia et, praeter administrationem sedis suae, privilegia servasse, consentientibus in id episcopis comprovincialibus.*

instaurata est.

16. *Quicquid autem sit de hac re, ex duplici documento superius citato nullatenus confirmatur, immo potius refutatur opinio eorum qui existiment vel clerum Rotensem ideo Urgellum venisse ad electionem novi episcopi faciendam quia civitas eorum tunc temporis a Mauris occupata esset, vel Borrellum fuisse tantummodo chorepiscopum seu vicarium episcopi Urgellitani ; perspicuum enim apparet agi hic de proprio episcopo Rotensi, eoque iam in ipsa hac civitate electo, eiusque electionis confirmationem tantummodo expetitam esse a clero et praecipuis civibus Rotensibus in hunc finem Urgellum profectis.*

(1) Conc. Regiens. (an. 439) can. vi (Mansi, *Conc.*, tom. V, p. 1194) ; Conc. Valentin. in Hisp. (an. 524) can. ii (Mansi, tom. VIII, p. 621) ; Conc. Aurelian. II (an. 533) can. v, vi (ibid., p. 836). — (2) Edit. ap. Petrum de Marca seu Baluzium, *Marca Hispanica*, Append. n. 1 (p. 761). — (3) *Viage*, tom. X, p. 165-71. — (4) *Marca Hispanica*, Append. n. 219 (p. 1068). — (5) *Marca Hispanica*, p. 440. — (6) *Viage*, tom. X, p. 167. — (7) Tom. XV, pp. 188, 189.

§ III.

A

§ III. De reliquis a S. Ermengaudo in pontificatu usque ad obitum gestis.

Monasteriorum iura et possessiones tuetur

17. *Inter primos actus episcopales* Ermengaudi *hunc reperio apud Baluzium* (1) *memoratum:* Circa eadem tempora *(an. 1012-1014)*, cum simul alicubi, in dioecesi, ut reor, Urgellensi, convenissent Raimundus comes Barcinonensis et Bernardus Bisuldunensis cum primatibus et iudicibus suis, Ermengaudus episcopus Urgellensis et Atala abbas monasterii Sanctae Gratae querelam suam coram eis proposuerunt adversus quendam, nomine Beleram, qui ecclesiam novam aedificabat intra limites monasterii Sanctae Gratae absque consensu episcopi. Conquesti praeterea sunt adversus Mironem iudicem, quod nemus ad monasterium pertinens vendidisset Bernardo comiti, rogaveruntque eundem Bernardum uti nemus illud monasterio restitueret. Utrumque pervicerunt episcopus et abbas.

et auget;

18. *Non ita multo post, anno 1019, procuravit et ad effectum perduxit* Ermengaudus *accessionem monasterii Sancti Laurentii in valle Lordensi, post mortem Lobatonis abbatis, celebri monasterio Sancti Saturnini in comitatu Urgellensi, tradens illud huius abbati Pontio, ut prioratum in ea constitueret Sancti Saturnini monasterio subiectum. Instrumentum huius traditionis edidit Villanueva* (2).

itemque iura

19. *Quam sollicitus esset sanctus antistes servandi ac tuendi possessiones et iura ecclesiae suae demonstrant acta quaedam iudicialia a scriptoribus rerum Hispanicarum edita. Die scilicet 1ª novembris anni 1024, discussa in villa Pontensi, coram Ermengaudo Urgellensi comite et aliis iudicibus lite quam moverat* Ermengaudus *episcopus adversus Durandum, abbatem monasterii S. Caeciliae in valle Elinensi, de ecclesia Curticitensi et decimis parochiae de Castellono, quas bona fide ab amplius centum annis sibi vindicabat istud monasterium, agnoverunt iudices titulum istius possessionis, donationem videlicet Borrelli comitis, illegitimum esse, utpote iura violantem quae contulerant ecclesiae Urgellensi authenticae et antiquiores donationes* C *regum Francorum, ideoque sententia pro* Ermengaudo *dicta, ecclesiae ipsius illa bona restituta sunt* (3).

et possessiones

20. *Postridie huius diei, seu die 2ª novembris eiusdem anni 1024, per procuratores suos Mironum de Pontibus, Bonumfilium et Guitardum, in civitate Gissona veteri, iudicio prosecutus est* Ermengaudus *Gulielmum quendam Lavanciensem, a quo possessiones non paucas repetebat circa Gissonam*, quam ipse *episcopus* de manibus paganorum, *id est Maurorum*, abstraxerat *et ecclesiae suae acquisierat. Hanc etiam causam omnino vicit* Ermengaudus. *Totius iudicii instrumentum satis prolixum edidit Villanueva* (4), *recteque notat ex illo constare Gissonam civitatem ab* Ermengaudo, *devictis Mauris, receptam fuisse non multo ante hunc annum 1024.*

ecclesiae suae.

21. *Adversus ipsum comitem Urgellensem Ermengaudum II vindicavit suae ecclesiae Ermengaudus episcopus villas Tuxenenses, quas sibi asserere tentaverat comes, ac denuo coram legitimis iudicibus ita iura suae ecclesiae demonstravit ut illarum possessio ipsi unanimi cognitorum sententia adiudicata sit. Instrumentum istius sententiae, a Baluzio editum* (5), *notam temporis habet III id. martii, annum vero Roberti regis Francorum XXXIII seu Christi nati 1028 vel 1029.*

22. *Aliam denique chartulam citat Villanueva* (6), *qua recepit* Ermengaudus, *die 29 novembris anni 1032, donationem, quam ipsi contulerunt Trasverus et Raymundus huius filius,* castri prope Fontaned.

Multa dona per testamentum suum confert capitulo ecclesiae suae cathedralis

23. *Liberalitatem vero suam et pietatem demonstravit praecipue sanctus antistes in instituenda inter clericos ecclesiae suae cathedralis vita communi* (7), *amplosque fundos in hanc rem conferendo inde iam ab exordio episcopatus sui post mortem Sallani decessoris, quos et multo adauxit per testamentum suum fideicommissale, quod a Villanueva felici casu repertum atque editum* (8), *inferius inter acta* S. Ermengaudi *lectorum oculis subiciemus. Quam autem ipsi cordi esset ut haec institutio, quam iure merito tam proficuam clero suo et ecclesiae iudicabat, integra perseveraret, ex* E *eodem testamento perspicue apparet. Post enumeratas scilicet possessiones peramplas quas canonicis suis tribui vellet, animum eius circa hanc rem manifestare pergunt fideicommissarii, his verbis:* In tale vero pactum precepit ut teneant ipsi cannonici sancte Marie ibi cotidie Deo servientes ipsos suos alodes supra nominatos solidos et quietos, et sine iugo de ulla parva magnaque persona, et vivant cotidie in comunia in servitio sanctae Dei genitricis, cum alia terra qui modo ibi est, vel in antea Deo ausiliante adquisituri erunt... Et iussit ut ipsi prepositi, qui supra nominata cannonicha tenendi erunt in servitio sanctae Mariae sedis, sint electi in capitulum sanctae Mariae per ipsis cannonicis cum illorum voluntate. Idcirco precepit Ermengaudus prefatus episcopus, ut iam dicti cannonici filioli sui, qui hodie ibi sunt, vel in antea venturi erunt, rogavit et amonivit, simulque excomunicavit per Deum Patrem omnipotentem, et Ihesum Christum Dominum nostrum, et per beate genitricis eius, atque sanctorum omnium, ut post mortem suam episcopum non elegant nec adclament, nec consortium cum eo non abeant F infra ianuas almae Mariae sedis, donec iuret manibus supra sancto altario almae Mariae sedis, ipsa cannonicha ut fideliter eis teneat sicut superius scriptum est.

et ecclesiae S. Michaelis a se conditae,

24. *Ex eodem testamento docemur ecclesiam collegiatam ab* Ermengaudo *aedificatam esse in honorem S. Michaelis archangeli. De aliis enim possessionibus suis non paucis* precepit ut remaneant a sancto Michaele archangelo, quem ille edificavit in sede Vicco, propter remedium animae domno Sallano episcopo et sua. *Notat autem Villanueva* (9) *hanc sedem* Vicco, *quae hic indicatur, non intellegendam esse sedem Vicensem in civitate quae hodiedum eo vocabulo nuncupatur, sed ipsam Urgellensem, quam usque ad medium saltem saeculum XI eo nomine appellatam fuisse ostendit charta donationis anno 1048 ab Ermengaudo III comite traditae Gulielmo episcopo, in qua legitur:* in sede beatissimae Mariae Orgellitensis, qui ab incolis huius loci appellatur Vicho (10). *Sacellum autem Sancti*

(1) *Marca Hispanica*, p. 424. — (2) *Viage*, tom. XII, p. 221. — (3) Baluz, *Capitul. reg. Franc.*, Append. n. 145 (ed. Paris. 1677, tom. II, p. 1545). — (4) *Viage*, tom. X, p. 294. — (5) *Marca Hisp.*, Append. n. 205 (p. 1046). — (6) *Viage*, tom. X, p. 145. — (7) Cfr. supra, num. 8. — (8) *Viage*, tom. X, p. 300. — (9) Ibid., p. 148. — (10) Ibid., tom. IX, p. 166.

AUCTORE C. D. S.

et diligenti opera subvenit coenobio Portellensi.

Michaelis in civitate Vicensi iam conditum erat integro anno ante obitum Ermengaudi (1).

25. Denique et paulo ante obitum suum S. Ermengaudus operum contulit instituendae cuidam piae confraternitati, cuius praecipuus scopus erat ut provideretur necessitatibus monasterii sancti Petri Frontanianensis, postea nuncupati Portellensis, quod tunc ad dioecesim Urgellensem pertinebat. Convenerat huc die 21 septembris anni 1035 Ermengaudus cum Wifredo archiepiscopo Narbonensi et Wifredo episcopo Carcassonensi, ad consecrationem novi episcopi Barcinonensis Guislaberti et dedicationem ecclesiae monasterii nuper exstructae. Ea itaque occasione consuluit Ermengaudus ut confraternitas illa a duobus antistitibus confirmaretur, ac paulo post ampliorem confirmationem obtinuit in concilio quodam Narbonensi. Instrumentum utriusque confirmationis ex autographo in archivo monasterii S. Petri de Portella asservato edidit Villanueva (2).

Paulo post concilium Narbonense, cui interfuisse videtur,

26. Negat idem Villanueva (3), Ermengaudum interfuisse isti Narbonensi synodo, hac sola ratione adductus quia mortuus est die quadragesima tertia post conventum cum utroque Wifredo Narbonensi et Carcassonensi in monasterio Portellensi, quod scilicet spatium temporis ipsi non videbatur suffecisse ut concilium istud convocaretur et congregaretur. Cumque eiusdem synodi decreto, in apographo Portellensi, primo loco subscriptum legatur nomen Ermengaudi, existimat idem Villanueva mandatum fuisse Wifredo monasterii fundatori ut diploma confirmationis, iam Urgellensis et Narbonensis episcoporum subscriptionibus firmatum, deferret ad concilium Narbonense, ut et Patrum huius concilii approbatio accederet, qui libenter post nomina duorum illorum antistitum suas subscriptiones in spatio data opera a Wifredo donatore in delata charta vacuo relicto adiunxerint (quibus deinde et aliae multae additae sunt eorum qui postea eam confraternitatem in dioecesibus suis propagandam approbarunt). Haec tamen omnia non satis necessaria coniectura conficta videntur. Quid enim obstat quominus Ermengaudus intra dictum amplius quadraginta dierum spatium Narbonam venerit synodoque forte iam ante conventum Portellensem indictae interfuerit? Interfuisse autem probat ipsius subscriptio decreto synodali primo loco C apposita, et cum septemdecim episcopi synodum celebrasse legantur, nisi Ermengaudus inter eos computetur, integer non reperitur iste numerus : nam decimus octavus inter subscriptiones in apographo Portellensi occurrit Berengarius episcopus Tarraconensis, qui sedit ab anno 1174 ad 1194. Praeterea coniectura Villanuevae vel ex eo refutata videtur quod nomen Wifredi Carcassonensis, qui simul cum Ermengaudo et archiepiscopo Narbonensi primum in ipso conventu Portellensi confraternitatem approbarat, non signatur inter subscriptiones statim post utriusque illius nomen, sed solummodo octavo postea loco. Probabilius itaque videtur re vera Ermengaudus inter Patres Narbonensis synodi sedisse.

obiit die 3 novembris anni 1035.

27. Porro ex laudato documento liquet errasse scriptores historiae Hispanicae qui Ermengaudum anno 1033 vita functum tradiderunt, decepti forte (quod conicit Villanueva) ex testamento sancti edito a Baluzio (4), quod anno tertio Henrici regis seu Christi 1033 confectum notatur. Sed advertere debuissent diem qua scriptum est indicari decimam quartam decembris. Unde, cum et ipsi consentiant mortuum esse Ermengaudum die tertia novembris, eum saltem usque ad annum 1034 in vivis fuisse concludendum esset. Ceterum iam certo constat ex documento authentico superius citato, denuntiatione scilicet iudiciali testamenti fideicommissalis Ermengaudi, hunc diem supremum obiisse die tertia novembris anni 1035. Denuntiatio enim illa facta conscribitur III nonas decembris anno V regni Enricho rege, id est die tertia decembris anni 1035, idque infra sex menses ab obitu testatoris, sicut in lege est constitutum. Paulo superius vero testantur mandatarii : obiit de hoc seculo (Ermengaudus) III nonas novimber. D

§ IV. De libello Vitae S. Ermengaudi et de eius gloria postuma.

S. Ermengaudi Vita prorsus digna fide.

28. Quae hactenus dicta sunt colliguntur ex documentis coaevis indubiae fidei. Habemus praeterea Vitam Ermengaudi et nonnulla de eius cultu et miraculis post obitum, quae ex Sanctorali ecclesiae Barcinonensis et Breviario Urgellensi a Villanueva prolata (5), hic denuo Actorum loco edimus. Ea Vita a quonam vel quo tempore conscripta sit, nullo indicio manifestatur. Sermo satis barbarus et subinde admodum obscurus est. Ceterum nihil continet quod documentis hucusque citatis contradicat, immo vero non apprime consentiat. Id certe locum habet ubi laudat scriptor Vitae fortem non minus quam sollicitum pontificis animum in tuendis suae ecclesiae iuribus; subicit vero, quod ex iis documentis notum non erat, multa eum in prosecutione illorum iurium perpessum esse ab iis quorum avaritiam et iniurias tam intrepide reprimebat, adeo ut etiam aliquando insidiis interceptus, diu in carcere detentus sit (6). Verum, quod in hoc genere scribendi nimis frequenter usuvenire solet, admodum ieiunam esse circa singularia facta enarranda hanc Vitam dolemus. Unum refert miraculum ab Ermengaudo dum in vivis ageret patratum, aversam scilicet eius precibus inundationem aquarum multa damna ecclesiae Urgellensis possessionibus minitantem (7). Sancti praesulis ad superos transitum contigisse die tertia novembris, eumque infausto casu, cum pontem quendam exstruendum curaret, atque opifices exemplo suo ad gnaviter laborandum excitaret, exstinctum narrant Acta Barcinonensia (8). Et quidem subitanea morte occubuisse Ermengaudum etiam satis perspicue significatur in denuntiatione testamenti ipsius fideicommissalis non semel superius citata, ubi in fine legitur : Et precepit, si aliquid de eo contigisset aut mors subitanea ei evenisset, sicut et fecit, ipsum suum testamentum firmum perseverasset, sicut superius scriptum est. F

Sacrae eius exuviae intra septem annorum ab obitu spatium bis elevatae.

29. Ex documentis coaevis confirmatur etiam quod anonymus ait de tempore translationis corporis Ermengaudi, quam secuta est publica veneratio et cultus sanctis tribui solitus. Facta primo refertur quaedam elevatio sex post sancti obitum mensibus, ubi incorruptum corpus eius repertum est, quasi adhuc spirans nihil laesionis pateretur, statimque, ea elevatione peracta, impetrata est imbrium copia quam, diuturna et funesta siccitate compulsi, sanctum praesulem honorando per eius

(1) Ibid., tom. VI, pp. 146, 180. — (2) Ibid., tom. VIII, p. 258. — (3) Ibid., p. 115 et tom. X, p. 147. — (4) *Marca Hisp.*, Append. n. 210 (p. 1054). — (5) *Viage*, tom. X, p. 306 sqq. — (6) Numm. 1, 2. — (7) Num. 3. — (8) Num. 4.

intercessionem

A *intercessionem expetebant* (1). *At illustrior fuisse videtur translatio altera septem post annos celebrata* (2), *ubi sanctum corpus in loco honoratiori compositum est, quaeque secundum instituta illorum temporum, pro sollemni, ut nunc aiunt, canonizatione erat.*

Inde cultu publico honoratus est,

30. *Et re quidem vera, circa illud tempus, annum videlicet 1042,* Ermengaudus *sancti titulo ornatus in documentis publicis primum reperitur. Nondum ita honoratum anno 1040, indicant verba Eriballi successoris eius ita de eo loquentis:* Quae religiosissimus reverende memorie Ermengaudus episcopus dedit ad predicte sedis seu eius canonice opus, ob quam meriti causam Deus retribuat requiem et vitam, et Christi mater virgo adquirat delictis eius in caelis veniam, quod ipse in terris illi fabricavit ecclesiam ipsam sedem beatae Mariae iam dictam (3). *Sed iam anni 1043 habetur instrumentum hac nota temporis insignitum:* facta scriptura donationis anno XII Enrici regis Franchorum, die sabbati, IN FESTIVITATE SANCTI ERMENGAUDI, mense novembris (4). *Itemque aliud die 20 maii 1046 confectum, in quo a Gulielmo episcopo saepius nominatur* sanctus Ermengaudus (5). B *Ex eo tempore autem multae deinceps occurrunt donationes factae canonicis ecclesiae cathedralis S. Mariae in die festo* S. Ermengaudi, *id est, die 3 novembris* (6).

etiam extra suam dioecesim.

31. *Neque intra fines dioecesis Urgellensis se continuit cultus* S. Ermengaudi, *sed et in ceteras partes Catalauniae principatus propagatus est, idque non ita multo post eius obitum. Nam ex charta quadam donationis anni 1070 constat eo anno iam in dioecesi Vicensi exstitisse ecclesiam collegiatam titulo* S. Ermengaudi, *et in alia simili charta anno 1071 conscripta, nuncupatur ecclesia quaedam in villa Aquatebeda* ecclesia Sancti Felicis et Sancti Ermengaudi. *Erat autem Aquatebeda sedes praecipua illius domus e qua ortus erat* Ermengaudus, *in comitatu Confluentis, cuius illa domus dominium tenebat. Commemoratio* S. Ermengaudi *signata etiam erat in breviariis Ilerdensi, Barcinonensi, S. Cucuphatis de Valle et aliis nonnullis* (7). *Insertum est eiusdem nomen ad diem 1 novembris martyrologio Usuardino in prima editione Molani typis minoribus* (In Hispaniis, sancti Ermengaudi episcopi Urgellensis) *et ad eandem diem in martyrologiis Galesinii, Canisii seu Walasseri et Castellani, ad diem vero 3 eiusdem mensis in Martyrologio Romano:* Urgellae in Hispania, sancti Ermengaudi episcopi.

Festivitas illius cum octava olim officio proprio celebrata.

32. *In ipsa dioecesi Urgellensi celebrabatur festum* S. Ermengaudi *die 3 novembris cum octava, officio proprio, quod ex breviario Urgellensi, typis impresso Venetiis anno 1487, edidit Villanueva* (8). *Officium istud, in quo praecipue notanda est series miraculorum post mortem quae in lectionibus matutinis per singulos octavae dies recitandis referuntur, Vitae* Ermengaudi *inferius subiciendum duximus. Omnino autem suppressum est ubi a S. Pio V usus breviarii Romani omnibus ecclesiis est iniunctus, eique substitutum officium de communi, quamvis officii proprii concessionem frequenter deprecati sint canonici Urgellenses,* E *praesertim vero circa annum 1730* (9).

et preces ad invocandum eius patrocinium adversus siccitatem Rituali insertae.

33. *Invocari solet* S. Ermengaudus *ut patronus praecipuus contra aeris siccitatem. Rituali anno 1536 typis mandato preces propriae et litaniae insertae sunt, ad obtinendum per eius intercessionem adversus eam calamitatem remedium destinatae*(10).

Reliquiarum ipsius sollemnis translatio anno 1618.

34. *Reliquiae* S. Ermengaudi *repositae sunt in sacello eius nomine dedicato, reclusae ingenti arca argentea, et in die eius festo publice exponi consueverunt. Translatio illius arcae facta est anno 1618, quod constat ex litteris invitatoriis in hunc finem consulibus vici Puigcerdae directis, quas inspexit Villanueva, et inter acta capitularia Sanctae Mariae Urgellensis decretum legitur quo ad eam translationem celebrandam indicantur festi pentecostes dies illius eiusdem anni* (11).

(1) Num. 6. — (2) Num. 7. — (3) Cit. ap. Villanueva, *Viage*, tom. X, p. 153. — (4) Ibid. — (5) Ibid., p. 154. — (6) Ibid. — (7) Tamayo de Salazar, *Martyrol. Hisp.*, tom. VI, p. 61. — (8) *Viage*, tom. X, p. 312-21. — (9) Ibid., p. 155. — (10) Ibid., p. 156. — (11) Ibid. — (12) Ibid.

C F

VITA S. ERMENGAUDI

Edita a Iacobo Villanueva, Viage literario a las iglesias de España, *tom. X, p. 306-12, ex* Sanctorali II ecclesiae Barcinonensis, *fol. 334. Cfr. supra, Comment. praev., num. 28.*

S. Ermengaudus dum strenue reprimit audaciam invadentium possessiones ecclesiasticas,

1. Beatus Ermengaudus regis aeterni athleta et signifer erat, Ecclesiae Dei paranymphus et pastor bonus, pater patriae atque patronus; nobilis nascendo, pulcher corpore, pulchrior fide inter filios Dei computabatur. Quam felix Urgellensis patriae locus, ubi electro purior, auro carior, talis ac tantus creditur inesse thesaurus. Gaudeat Urgellus, gaudeat Urgellensis populus, laetetur clerus, tanti ponderis sibi creditum meruisse talentum. Exultet, inquam, Urgellus, quae patrocinio tanti confessoris atque pontificis virtutibus illuminatur. Qui contra sacrilegos aciem dirigens, propter decus ecclesiae conservandum, cuius ipse pontificalem cathedram susceperat, saepius iniuriam non tardabat ulcisci; sed tamen spiritualibus potius confisus in armis, avidos terrenorum excessus coartans ab illecebris, iustitiae suadens habenis, ecclesiae praedones quosdam directum vertebatur aditus *, et quos non poterat, inter crudeles indomitosque et sceleris publici magistros, orthodoxae legis auctoritate post trinam contestationem reputabat.

* sic

multis iniuriis ab eisdem afficitur.

2. Iste vir Dei adversa quodammodo sustinebat; nam sub sui cuiusdam principis a dominatu multa perpessus est in episcopatu. Aliquotiens enim ab ecclesia, cuius erat pontifex, eiusdem principis cum festinatione promotus, aliquotiens ab ecclesiasticis promptuariis privatus, aliquotiens efficiebatur alienus. Tanto amore sanctus praesul Ermengaudus sibi commissam diligebat ecclesiam, ut defendendo, honorificando, animam suam habuerit odio, quo eam * melius inveniret, teste veritate, in caelo. Frequenter namque ferens corporis damna, ut inter quaedam diutine detinebatur ergastula, captus insidiis ex improviso pro ecclesia. Quam felix regis caelestis armiger, cuius victoria

a

* ed. eo

VITA victoria semper erat in Christo. Unde in caelesti alvo inter heroum caelibes *b* pugnans adscriptus, palmam gloriae et lauream vitae perennis possidet.

Fluminis inundationem oratione compescit.

3. Ad eum quasi ad fontem vivum Urgellensis populi caterva, sitiens salutis consilia, unanimiter concurrebat, et quae conveniebat et optabat, promerebatur. Plurima quippe beati praesulis Ermengaudi dignis moribus suppetunt, quae si enucleassemus, et omnia scriberentur, fortassis incredibilia crederentur. E quibus unum admiratione dignum stupendum est miraculum, quod praesentibus idoneis viris, quorum relatione est cognitum, gessisse non diffiditur. Fluvius quidam, cui nomen est Sicoris *c*, qui a Pyrenaeis iugis non longe a basilica gloriosae Matris virginis defluit, et meandroso * decursu ab alveo oberrans, in funda ecclesiae eo tempore amplificabatur. Quod confessor Dei et pius pontifex Ermengaudus intuens, tristi exagitabatur languore ; et quoniam alio nullo poterat aquam derivare labore, ilico quibusdam accersitis ex clero, se in oratione dedit humi prostratus, deprecatus Christum, ut a praediis virginis matris fluminis averteret impetum. B Nec cessat humo tenus * artubus diffusus, vultu prostrato conquiescens publico flexu sanctus antistes sibi sistere precibus, atque pectus sanctum tundere, et rigando genas madescere lacrimis, ecclesiae fundos * ut Dominus exsiccaret ab undis. *Cur*, inquit episcopus sanctus, *o latex, audes hoc agere sacrilegium, ut serrando tui cursus taedium, diluas ecclesiae praedium ? Desine, eia, ab hoc crimine, temerator, divino te nomine contestor, meis monitis deprecor.* Ab hoc tantae in crastinum factus est oboedientiae, Domino famulatum * exaudiente, ac si auditum putaretur habere, sicque in alveum iussus est se totum convertere, quasi si illinc nullo umquam pertransisset tempore. Mirabile visu, mirabile auditu! Quis tam novo tempore talia faciente * vidit, vel huius * fecisse audivit ? Legitur fecisse quidam episcopus antiquitus, sicuti sanctorum Petri et Gregorii commemorat dialogus *d*. Quomodo beatissimus Ermengaudus miraculis resplendeat, quo ordine coruscet signis virtutum, agit hoc opus post mortem vitae meritum. Exultet ergo Urgellensis populi multiplex legio, quem solebant habere C pontificem atque pastorem, iam promerentem retinere pro se intercessorem.

Dum construendo ponti propriis manibus allaborat, repentino casu atteritur.

4. Patronus totius Urgellensis populi dictis et factis, non tantum urbanis, sed et curabat prodesse rusticis. Imminente utique in kalendis novembris Sanctorum omnium sollemnitate, venerabilis antistes Ermengaudus solito more studuit missam sollemnem celebrare. Et quia in diem tertium vitae corporeae exitus illi erat futurus, tantam ei gratiam contulit Deus, ut de manu sua susciperet sacrificium in festivitate illorum cum quibus erat coronandus. Non immerito igitur pontificis nomine Dei cultor fungebatur, quia si animarum saluti pontem parabat, quo iter in caelum dirigeretur, corporum etiam substantiae subiciens, pontem iter facientibus componere nitebatur. Est autem in Urgellensis Cerdaniensisque parrochiae confinibus locus quidam, Barensis nuncupatus *e*, inter montium latera angustissimus, per quem tunc temporis nisi per scopulos et per praerupta hominum aderat * incessus, pecorum vero nullatenus reperiebatur transitus. Ad hunc siquidem locum praelibatus athleta veniens, artificibus praemissis, coepit ipse manibus propriis operando pontem construere, et quid ceteri agere deberent, suo reverendo ingenio disponere. D Cernens autem humani generis conditor suum pastorem bonum opus exercere, ore pontem ad aetherea, opere in tellure commissis sibi ovibus praeparare, nolens illum mundano diutius conteri labore, sed immarcessibilis stemmatis gloriam recuperare, quatenus in caelis martyrum frueretur collegio, corpus in terris hocce permisit decorari martyrio. Sedens etenim vir Dei super trabem desuper lapidum struem positam, dum propriis operaretur manibus, deorsum corruit in solum. Mox confracto inter silices cerebro, spiritum Domino exspirans consecravit innocuum.

Eius exequiae,

5. Audiens igitur sedis Urgellensis clerus suum taliter migrasse patronum, cum immenso luminum fulgore atque thymiamatis incensique dulcifluo odore, sacri praesulis corpus feretro imponitur, ad praelibatam sedem insigniter attulere; ibique intra fores sacrae Dei genitricis ecclesiae laevo in latere divali industria nimio cum fausto sepeliere. Virtutes equidem per eius merita a Domino declaratae testantur illum ita vivere et regnare in Christo.

prima elevatio corporis sexto post obitum mense

6. Igitur athleta Dei Ermengaudus sepultus laevo in ecclesiae latere sex mensibus iacuit : qui ubi quantis pollebat meritis tunc temporis raro plebi inclaruit. Volens ergo Dominus sacrum suum thesaurum revelare populis, deputans dedecus fore Ecclesiae si tam pretiosa praesulum gemma occultaretur in latebris, plerosque per visionem alloquitur, quatenus a priori busto effossus in dexterum ecclesiae sinum transferretur. Tandem, divina inspirante gratia, siccitas ingruit praenimia, in tantum ut pecora nec virides herbas invenirent per pascua, nec sata nascerentur, sed quanta fuerant morerentur siccata. Extemplo divali ostensione comperitur, quod nisi reverendus episcopus pontifex ad praedictum locum transmearetur, nullatenus imbrium copia concederetur. Quod cognoscentes populi una in sede cum clero congregatione facta sancto in corpore, posuerunt illud dextero in sinu ecclesiae. Tunc ilico sacratissimum corpus de mausoleo eductum, tam recens caro eius reperitur, quasi adhuc spirans nihil laesionis pateretur. Datur itaque imbrium summa plebibus in crastino copia.

et altera post annos septem.

7. Completis autem septem annis, visum est voluntate pontificis, ut iuxta altare sanctae Dei collocaretur genitricis : quod equidem noluerunt agere, nisi prius aeris compulsi siccitate. Quo denique cognito, quodam Rogationum die, egressis ab ecclesia omnibus, honorabilis eiusdem basilicae sacricustos, cum tribus clericis venerabilibus, cum caementario se occultatur * interius ; obtrusis et intrinsecus foribus, ad tumulum almi patroni solvendum venerunt quantocius. Ceterum cum idem sacrista incensum tolleret in tabernaculo, dissolutoque iam sepulcro, omnis ecclesia * confestim odore est completa ambrosio ; et non solum basilicam vel claustra repleverat, verum etiam villam exterius plebemque ineffabiliter occupaverat. Inquirentibus omnibus unde tantus odor egrederetur, concurrentibus cunctis ad ecclesiam venerunt. Quid plura ? tunc caelum conspiciebatur serenissimum, sed antequam sacrum corpus excederet tumulum, ita caelum factum est nubilosum * quod vix socius valebat intueri socium. Tunc detecto almi praesulis corpore, a semoto capite recens sanguis mox coepit emanare, tamquam si eadem die reduplicarentur ferientis vulnera. De capillis equidem eius, et de fluxo in terra sanguine, Tolosani viri qui aderant, furtim

Marginal notes: *b*; *c*; * ed. meadroso; * ed. tenens; * ed. fundens; * sic; * sic; *d*; *e*; * ed. aberat; * ed. occultaretur; * ed. ecclesiae; * ed. nubulosum

A furtim conati sunt ad patriam tollere, sed tandem cre[bris] correpti * verberibus, unde sumpserant retulere. Positus itaque in feretro, prope altari gloriosae Dei genitricis excubatur triduo. Iam vero die eminente tertio, post plurima virtutum mirabilia, iuxta Dei matris Mariae altare reconditur cum gloria, propitiante Domino Iesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto honor, virtus et gloria per immensa saecula saeculorum. Amen.

* ed. correptum

VITA

ANNOTATA.

a *Aliunde quoque novimus cum Ermengaudo II comite Urgellensi lites habuisse sanctum nostrum. Cfr. supra, Comm. praev., num. 21.*

b *Cfr. supra, pag. 44, annot.* a *ad Vitam S. Pirminii.*

c *Vernacule* Segre, *quo fluvio alluitur civitas Urgellitana.*

d *Nimirum Sabinus episcopus Placentinus, ut narratur apud Gregorium M.,* Dial. III, *cap. 10.*

e *Vernacule* Bar, *cuius situm paucis optime descripsit auctor. Tota autem haec narratio mortis* S. Ermengaudi *ipsa simplicitate sua admodum commendat scriptoris sinceritatem.*

TESTAMENTI S. ERMENGAUDI

IUDICIALIS PUBLICATIO

Edita apud I. Villanueva, Viage literario, *tom. X, p. 300, ex autographo in archivo curiae saecularis Urgellensis.*

B Condicione sacramentorum, atque per ordinatione domno Miro sacer, et Wilelmo iudice, et in presentia Radulfo archipresbiter, et Geiraldo archilevita, et Wilelmo proli Bernard archilevita, et alio Wilelmo archilevita, et Seniofredus Dela, et Wisadus levita, et Wifredus levita, et Gundeberto sacer, et Isarno sacer, et Miro proli Chalvucio sacer, et Wilelmo sacer, et Seniofred Tiufad, et Arnaldus Esclua, et Wittard Borrell, et aliorum bonorum hominum, qui ibidem aderant; in eorum presentia testificant testes prolati, quas proferunt homines nomine Seniofredus sacricustos, et Wilelmo Ardman, et Eriman Miro, et Raimundo Geirucio et Geirald Miro, ad comprobandam elemosinam et suam voluntatem de Ermengaudo episcopo, qui est condam. Et haec sunt nomina testium, qui hoc testificant, sicuti et iurant, id est Raimundo Wilelm, et Wadaldo presbitero, et Ratfredo presbitero, et Petrus levita et Miro sacer.

Iurati autem dicimus per Deum Patrem omnipotentem, et per Ihesum Christum Filium eius, sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus et verus Deus, et per hunc locum venerationis sancti C Pauli apostoli, cuius altare situs est in atrium sancti Petri apostoli, intus in sede Vicco, supra cuius sacrosancto altario et ara posita, ubi has condiciones manus nostras tenemus, et iurando contangimus, quia nos supra scripti testes sumus, et bene in veritate sapemus, et occulis nostris vidimus, et aures audivimus, et de presente eramus ad eadem ora, quando volebat Ermengaudus prefatus pergere ad limina beati Iacobi apostoli, sana mente et memoria integra. Et tunc nos videntes et audientes comendavit vel iniuncxit omnem suam elemosinam ad istos suos supra nominatos elemosinarios, quod si de eo aliquid contingisset, sicuti et fecit, antequam alium testamentum fecisset, isti sui elemosinarii plenam potestatem abuissent omnem rem suam adprehendere, et dare pro animam suam.

In primis precepit dare ad domna sua sancta Maria sede Vico Orgello ipsos suos alodes quem abebat in comitato Ausona, tam de parentorum quam de comparacione vel per cualescumque voces, remaneant ad ipsa opera; simul cum suos alodes quem abebat infra terminos de Castell Edral in potestate de iam dictos manumissores suos, simul cum ipsos alodes quem abebat infra terminos de Solsona, et cum ipsum alodem que dicunt Alterag, simul cum ipsa Edra et ipsum alodem que abebat in Gaveto, simul cum ipso quem abebat in ipsa Petra; similiter remaneant ad iam dicta opera sancta Maria sedis. Et iussit ut vindant eos sine fraude supra scripti elemosinarii sui, et ipsum precium mittant in potestate Seniofred Dela, et Mir Calvucio, et Seniofred sacricusto, et Gundeberto sacer. E

Et mandavit ipsum suum alodem de Garamos post obitum Seniofred, simul cum suum alodem quem abebat in ipsa valle de An, et ipsum alodem que dicunt Vilva, simul cum ipsum alodem quem abebat in Sardina, et omnes suos alodes quem abebat in valles que dicunt Riopullo, simul cum ipso manso quem abebat in Pedreria, et ipsos suos mansos quem abebat in Duaria, cum ipsas suas vineas de Nevano, precepit ut remaneant a sancto Michaele Archangelo, quem ille edificavit in sede Vicco, propter remedium animae domno Sallano episcopo et sua.

Et ad ipsa canonicha sanctae almae Mariae sedis, vel ad ipsos cannonichos ibi Deo servientes, iussit ut remaneat ipsa civitate que dicunt Gissona, cum terminos et fines et omnia sibi pertinencia, et ipsum suum castrum que dicunt Bordell, simul cum ipsum alodem de ipsa Rete, et ipsum suum castrum de Pedra Rua, cum ipsum alodem de Abrull, post obitum Arnaldi, et ipsum suum castrum de Fontaned cum omnia sibi pertinencia, et ipsum suum castrum de Corneliano cum terminos et fines, et ipsum suum alodem de Pino, simul cum ipso de Cirinna, vel de Vilavredre, et ipsa medietate de Aquatebeda cum terminos et fines et omnia sibi pertinentia; iussit ut remaneant istos supra nominatos alodes ad ipsa cannonicha ab omni integrietate. Et ipsum suum alodem quem abebat in valle Confluenti, vel in valle Astover, sive in valle Lintiliano, iussit ut remaneant ad sancta Maria sedis pro anima domni Sallani episcopi et sua et genitores suos; in ea videlicet racione, ut teneat ipse custus almae Mariae virginis prefatos alodes, et donet per unumquemque annum oleum ad xrisma conficiendum, et oleum ad sanctos altarios inluminandos, qui infra domum sunt sanctae Mariae aut erunt, et sancti Mikaelis arcangeli, et sancti Petri apostoli. Et precepit ad altare sanctae Mariae die et nocte, et ad ipsa cannonicha iussit dare oleum in F

TESTAMENTUM in sancta quadragessima, vel in diebus adventum Domini. Et ipsum alodem quem abebat in Rosselione, qui est in Pontellano, remaneat ad supra scripta cannonicha per pisces. Et ipso suo lecto de ligno constructo iussit ut remaneat a domno pontifice de iam dicta sede. Rogabat, et supplicabat, et per Christum filium Dei amonebat, ut eum absolvat, et intercedat ad Dominum Deum nostrum.

Haec omnia superius scripta tradidit, et corroboravit in potestate Dei omnipotentis et domina sua sanctae Mariae sedis et ad ipsa cannonica, sicut superius insertum est, propter remedium animae domno Sallano episcopo bonae memoriae et sua vel genitores suos. In tale vero pactum precepit ut teneant ipsi cannonici Sancte Mariae ibi cotidie Deo servientes ipsos suos alodes supra nominatos solidos et quietos, et sine iugo de ulla parva magnaque persona, et vivant cotidie in comunia in servitio sanctae Dei genitricis, qum alia terra qui modo ibi est vel in antea Deo ausiliante adquisituri erunt. Et mandavit simul et rogavit, per singulos dies sacerdos, qui supra sacro- B sanctoque altario sedis missam celebriter canendus erit, dicatur missa pro anima domni Sallani presuli et sua, *Deus qui inter apostolicos*, excelsa voce, sicut et missa, exceptus diebus dominicis et Natalis Domini. Sin autem hoc facere noluerint, sit Deus inter praefatum episcopum et illos, et iudicet eos iusto iuditio.

Et iussit ut ipsi prepositi, qui supra nominata cannonicha tenendi erunt in servitio Sanctae Mariae sedis, sint electi in capitulum Sanctae Mariae per ipsis cannonicis eum illorum voluntate. Idcirco precepit Ermengaudus prefatus episcopus, ut iam dicti cannonici filioli sui, qui hodie ibi sunt, vel in antea venturi erunt, rogavit et amonivit, simulque excomunicavit per Deum Patrem omnipotentem, et Ihesum Christum Dominum nostrum, et per beate genitricis eius atque sanctorum omnium, ut post mortem suam episcopum non elegant nec adclament, nec consortium eum eo non abeant infra ianuas almae Mariae sedis, donec iuret manibus supra sancto altario almae Mariae sedis ipsa cannonicha, ut fideliter eis teneat sicuti superius scriptum est.

Et iussit ut vendant ipso alaude de Angustrina, C et de Torba, per ipsa opera, audiente Eriman, et Raimon, simul cum ipso de Cereia. Et iussit ipsum suum mobilem, ubi invenire potuissent prefati manumissores in quocumque loco, simul etiam cum pane et vino, mandavit ut donent ad ipsos presbiteros Sanctae Mariae sedis, ut offerant sacrificium Deo pro supra scripto episcopo; et recognovit indignum se esse, et fragilem peccatorem. Et hoc quod remanebat, iussit dare in pauperibus.

Rogavit iam dictos elemosinarios suos propter D amorem Dei omnipotentis, et fraternam dilectionem, ut sic dividere faciant, et dividant omnem suam substantiam quomodo superius insertum est. Et si aliquis homo magna parvaque persona, qui suum testamentum disrumpere, aut frangere voluerit, nisi resipuerit, auctoritatem Dei et beatae almae virginis Mariae genitricis Dei, et sancti Mikaelis arcangeli, et sancti Petri apostolorum principis, cum aliis undecim, et omnibus sanctis et electis Dei, iam dictus Ermengaudus episcopus excomunicavit, et anathematizavit et a liminibus sanctae Dei Ecclesiae extraneavit, et a consortio christianorum segregravit et cum Iuda traditore in perpetua damnacione damnavit. Et oravit ad Dominum, ut qui custus et observator extiterit hoc quod superius insertum est, benediccionis et gratia a iusto iudice Domino nostro Ihesu Christo accipiat, et vitam eternam possideat.

Et precepit, si aliquid de eo contigisset, aut mors subitanea ei evenisset, sicuti et fecit, antequam alium testamentum fecisset, ipsum suum testamentum firmum perseverasset sicut superius scriptum est. Et cum haec omnia ordinavit, E atque praecepit, postea sua bona voluntas mutata non fuit, nos scientes; sed simul cum sua bona voluntate ita obiit de hoc seculo III nonas november. Et nos prefati tutores sic iuramus in omnia et in omnibus, quia quantum isti testes in istum iudicium testificaverunt, verum est, et nulla fraus nec malo ingenio ibi impressum non est, sed secundum voluntatem illius conditoris est factus et editus. Et ea quae scimus, recte et veraciter testificamus atque iuramus per super anixum iuramentum in Domino.

Latae condicionis III nonas decembris, anno V regni Enricho rege.

Ratfredus sacer +. = Petrus levita. = Raimundus levita subscribo. = Guedald sacer. = Isarnus sacer subscribo. = Paucius sacer subscribo: qui testes sumus et hunc testamentum iuramus +. = Seniofredus sacer sacricustus +. = Guilelm archilevita subscribo. = Reymundo +. = Sig + num Eriman Miro. = Sig + num Seniofredus sacer: isti auditores fuerunt et sub praesentia eorum actum est hoc.

Nos manumissores sumus et similiter iuramus, atque infra sex menses, sicut in lege est constitu- F tum, eventilare curavimus. = + Sendredus iudex. = Sig + num Guilielmus iudex. = Gerallus archilevita subscribo. = Miro sacer subscribo. = Orial levita subscribo. = Wifredus levita subscribo. = Witardus levita +. = Suniarius sacer subscribo. = Seniofredus sacer, qui has condiciones rogatus scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

OFFICIUM S. ERMENGAUDI

Editum apud Villanueva, Viage literario, *tom. X, p. 312 sqq.,* ex breviario eccl. Urgell. edit. Venetiis, 1487.

AD VESPERAS.

Ans. Astutus, *etc., ut ad Laud.*— **Ps. de feria.** — **Capit.** Ecce sacerdos. — ℟. Quamvis exclusum curabat militis usum, Mensque manebat ei plena timore Dei.—℣ Nobilium more nimio pollebat honore. Mensque.

Hymnus.

Aeterna caeli gloria
Ermengaudum glorificat,
Vitae cuius insignia
Chorus noster magnificat.
Solutis iam gemitibus

Et

A Et huius vitae taediis
Laetus transit cum laudibus
Fruens sanctorum gaudiis.
Vergente mundi vespere
Ermengaudus emicuit;
Quem sol ortus in sidere
Christus in luce posuit.
Hostem repellas longius,
Christi confessor inclite,
Donumque pacis gratius
Des in hoc mundi tramite.
Extingue flammas litium,
Fortis protector patriae,
Nobisque fac propitium
Regem caelestis gloriae.
Sit laus Patri et Filio,
Sit decus sancto Flamini,
Per quem vivit in gaudio
Iste confessor Domini. Amen.

℣. Sacerdos Dei. — **Ad Magn. ana.** Praeveniamus omnes Ermengaudum sanctissimum festive gaudentes, ut ipse pro nobis orando Christum
B praeveniat.

Oratio. Deus qui hodierna die beatum pontificem Ermengaudum angelicis sociare dignatus es choris : praesta, quaesumus, ut sicut sacris illum decorasti virtutibus, ita eo suffragante nos a peccatorum nostrorum exuas sordibus. Per Dominum.

IN DIE.

Invitator. Christus adoretur quod Ermengaudus habetur Caelitus athleta : sonet haec in laude dieta. — *Hymnus ut supra.*

In 1° Noct. ana. Nobilis genere, sed fide nobilior Ermengaudus emicuit. — **Ps. de com. confessor.** — **Ana.** Quamvis honore saeculo pollens vir gloriosus, tamen humilis erat. — **Ana.** Sub habitu saeculari pater Ermengaudus spiritualis manebat.

Lect. 1. Incipit vita S. Ermengaudi confessoris Christi. Sol iustitiae rex regum Christus Deus, postquam devicto mundi principe caelum ascendit, vicarios suae lucis bissenos radios instruitque prudenti divinitus consilio iuxta septimplicem Spiritus sancti gratiam in domo Domini septem constituere ministros.

C ℟. 1. Fulgeat aeterna praeclara dies hodierna : Qua sancti celebratur transitus omnis. ℣. Fiat solemnis, fiat lux ista perhennis. Qua.

Lect. 2. Nos quidem in praesenti inter omnes pontifices saeculi virum laudabili triumphantem memoria, beatum scilicet Ermengaudum, nostro tempore lampade virtutum fulgentem.

℟. 2. Ad supernum thronum gaude transisse patronum, Quisquis ad exemplum Dei petis hoc, homo, templum. ℣. Crede quia vivit Ermengaudus quod obivit. Quisquis.

Lect. 3. O quam praeclarum virum Ermengaudum! O quam egregium Dei ministrum, caelo approbatum, in terra positum! quem Dominus vere dignum sibi inhabitando sanctificaverat templum, ut cunctis fieret in exemplum.

℟. 3. Praefuit Urgelli populo nulloque rebelli : Iura sacerdotis tenuit pariter ordine votis. ℣. Nutritor cleri silet et defensor veri. Iura.

In 2° Noct. Ana. Sanctus Ermengaudus sub militari cingulo stringebatur charitatis vinculo. — **Ana.** Ergo quia bonus probatur, Urgellensis ecclesiae episcopus ordinatur. — **Ana.** Tantum enim lumen latere non potuit, et ideo Deus sic eum esse voluit.

Lect. 4. Quam felix Urgellensis patriae locus, ubi electro purior, auro charior, talis ac tantus creditur inesse thesaurus. OFFICIUM

℟. 4. Pastoris nomen et subiens nominis omen : Quod dici potuit, esse pius voluit. ℣. Persistens norma cleri, populi quoque forma. Quod.

Lect. 5. Beatus Ermengaudus, regis aeterni athleta et signifer, contra sacrilegos aciem dirigens, propter decus ecclesiae conservandum, cuius ipse pontificalem cathedram susceperat, saepius iniuriam non tardabat ulcisci.

℟. 5. Quamvis, *ut supra in Vesp.*

Lect. 6. Quem nemo ambigat, quod Deus exercituum, Dominus fortis et potens in praelio, Ecclesiae pro defensione fieri vellet tali famosissimo tropheo.

℟. 6. Quem peragebat opus Barensis pontis adhibuit, Et subito lapsus de culmine pontis obivit : Quem Deus assumi voluit tali consumatione. ℣. Exuitur membris in terna luce novembris. Quem.

In 3° Noct. ana. Ergo sanctus pontifex Urgellensis ecclesiae minister assiduus coepit illius esse. E
— **Ana.** Omnibus enim erat Ermengaudus et pater et mater et socius. — **Ana.** Pater in docendo, mater in nutriendo, et socius in compatiendo.

Lect. 7. Secundum Matthaeum. In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc : Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. *Et reliqua.* — **Homil. B. Gregorii papae de eadem lectione.** Lectio sancti Evangelii, fratres carissimi, sollicite considerare nos admonet, ne nos, quod plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab auctore gravius inde iudicemur.

℟. 7. Hic vir apostolicus, homo pacis amicus, Sic obiit morum praedives, dives honorum. ℣. Simplex, astutus, Domini praecepta secutus. Sic.

Lect. 8. Imminente itaque in kalendis novembris Sanctorum omnium sollemnitate, venerabilis antistes Ermengaudus more solito studuit missae sollemnia celebrare. Et quia in diem tertium vitae corporeae exitus illi erat futurus, tantam ei gratiam Dominus contulit, ut de manu sua susciperet sacrificium in festivitate illorum cum quibus aderat coronandus.

℟. 8. Si lapis hunc celat, meritorum fama revelat : Per quem sit sospes accurrens debilis hospes. F
℣. Vere non moritur iustus, si morte preitur. Per quem.

Lect. 9. Est autem Urgellensis Cerdaniensisque patriae confinibus locus quidam Barensis inter montium latera augustissimus, per quem tunc temporis nisi per scopulos et rupta hominum aberat incessus, pecorum nullatenus reperiebatur transitus. Ad hunc locum praelibatus athleta veniens, artificibus praemissis, coepit ipse manibus propriis operando pontem construere.

℟. 9. Omni sermone populi laudande patrone, Ermengaude pie, fac nos sociare Mariae. ℣. Cuius praesul eras, vel cuius iussa repleras. Ermengaude.

Verbetta. Mater fidelium celebrat Ecclesia, — Ermengaude, tui funeris obsequia. — Quod si dedit obitum çabulo invidia, — Te suscepit martyrum splendida victoria. — Quamvis enim gladius non perfodit viscera, — Palmam tamen martyris non amisit anima. — Ut nos ergo facias frui caeli patria, — Laude tua resona[n]t Virginis haec atria.

Ps. Te Deum.

IN

OFFICIUM

IN LAUDIBUS.

Ana. Astutus, iuxta Domini vocem, ut serpens, Ermengaudus columbae simplicitatem non amisit. — **Ana.** Secundum autem apostolum, tanquam nihil habens et possidens omnia fuit. — **Ana.** Totum enim bonus pastor quod habuit, in manus pauperum libenter erogavit. — **Ana.** Auxit ecclesiam plurimo beneficio Ermengaudus, populum disciplinatu divino. — **Ana.** In omnibus et per omnia exibuit se servum Dei et almae virginis Mariae.

Capit. Ecce sacerdos magnus.

Hymnus.

Magnus athleta moritur
In terris, qui coniungitur
Summis caelorum civibus :
Exultet caelum laudibus.
Hinc Ermengaudus transiit,
Caelorum claustra subiit,
Iam possidet in aethera
B Aeterna Christi munera.
Cum pastor pontem construit,
De ponte lapsus corruit ;
Sic praeparat in patria
Beata nobis gaudia.
Cuius obtentu corrige
Mores et actus dirige
Ad te pie clamantium,
Christe, redemptor omnium.
Ad te solum confugimus,
Quem peccatis offendimus ;
Adsis parcendo caelitus
Nunc, sancte, nobis, Spiritus.
Sit laus Patri et proprio
Eius aeterno Filio,
Simul cum sancto Flamine,
Gloria tibi, Domine. Amen.

In Evangelio ana. O regio Urgellensis, te tantum habere patronum gaude, quia pro te supplicaturus ad Christum hodie pius pastor Ermengaudus migravit.

Si ista festivitas sit in die Dominica, celebretur sollemniter sicut fit de festo Omnium SS.

C

AD OMNES HORAS.

Anae de Laud., cetera de comm. confessor. — ℣. Qui caelos roras, Ermengaudumque decoras ℣. Sacerdos.

AD VESPERAS.

Anae de Laudibus. — Ps. de confessor. — ℟. 9. Omni sermone. — **Hymnus** *ut in primis Vesp.* — **Ad Magn. ana.** Oramus te, praesul insignis, sancte sancte Ermengaude, ut qui assiduis premimur piaculis, tua quoque assidua sublevemur prece.

INFRA OCTAVAS.

Invitator. Adoremus regem saeculorum, in quo vivit Ermengaudus honor sacerdotum. — *Fiat commemoratio S. Odonis quotidie in Laudibus per añam* Iussa Dei, *et in Vesp. per añam* Virginitas.

Prima die octav.

Lect. 1. Audiens igitur sedis Urgellensis clerus suum taliter migrasse patronum, cum inmenso luminum fulgore atque thymiamatis incensique dulcifluo odore sacri praesulis corpus in feretrum D imposito, ad praelibatam sedem insigniter attulere.

Lect. 2. Et ibi inter fores ecclesiae [Dei] genitricis laevo in latere divali industria nimio cum faustu sepeliere. Virtutes quidem per eius merita declaratae a Domino testantur illum vita vivere et regnare cum Christo.

Lect. 3. Igitur athleta Dei Ermengaudus sepultus in laevo ecclesiae latere divali sex mensibus iacuit, quia ubi quantis pollebat meritis tunc temporum raro plebi innotuit.

Secunda die.

Lect. 1. Volens ergo Dominus sacrum suum thesaurum revelare populis, reputans dedecus fore Ecclesiae, si tam pretiosa praesulum gemma occultaretur in tenebris, plerosque per visionem alloquitur.

Lect. 2. Fuit quidam Pallariensis vir, nomine Elemaus, a primaevo tirocinium exercens, in aula sacri praesulis Ermengaudi educatus est. E

Lect. 3. Coepit itaque eum precibus pulsare, pulsando frequentare, frequentando insistere orationi, ut oculum sibi restitueret.

Tertia die.

Lect. 1. Factum est autem, ut cuiusdam noctis opaco increbescente crepusculo, ac post completorium illo altaria revisente orando, sancti praesulis altari sacer Christi Ermengaudus illi apparuit monoculo.

Lect. 2. Puer quoque Bigorriensis, matris ab alvo caecus natus, cum iam esset decem annorum, divina revelatione ad huius sacris antistitis sepulcrum est adductus.

Lect. 3. Qui ibi se tota devotione obtulit, lumen insuetum accepit, ex quibus antea minime usus fuerat obstupescens conspexit.

Quarta die.

Lect. 1. Puella necne Tholosana, generoso sanguine inclita, paralysis morbo comprehensa, in tantum quod pedes et crura a natibus non valebat F disiungere neque manum dexteram aptare; at ubi ad eius exequias adducta, illum precibus coepit pulsare, integra usa est sospitate.

Lect. 2. Rusticus quidam, cuius oculorum aciem fulva caligo obtexerat, ad huius sancti misericordiam veniens, buculam quam ei presentaverat adducebat.

Lect. 3. Neglexit * igitur ei gratias pro beneficio impenso * tribuere; reversusque ad locum, in quo lumen receperat, gravi iungitur sopore *, unde spergefactus nil valuit penitus videre.

* *ed.* Perrexit
* *ed.* impendere
* *ed.* grani iung. sopor

Quinta die.

Lect. 1. Fuit quidam vir Teutonicus, nomine Gaufridus, nobili prosapia urbe Spira oriundus, cui scilicet Mago[n]tiensis est metropolis, armis a pueritia militaribus deditus.

Lect. 2. Qui cum alimentis caruisset, tandem esum carnis vaccinae panisque sigilinei percepit, et statim paralysis illum morbus invasit, erogataque substantia physicis, nullatenus additum recepit sanitatis. Tandem ad huius sacri praesulis sepulcrum est adductus. — *Lect. 3 vacat.*

In

OFFICIUM

A

In octavo die.

9. Lects.

Lect. 1. Laudabilis vitae egregios mores, quibus gloriosus antistes Ermengaudus indiciis verae sanctitatis effulsit, praeclaro praeconio futuris saeculis praedicandos in alta credimus memoria.

Lect. 2. Ipsa enim nos tanti pontificis manifesta cogunt miracula testificari verbis quod ostensum est gestis, palam facere quod novimus de eiusdem sancti praesulis vita, cum etiam testimonium beata mors reddat.

Lect. 3. Sed hic quosdam virtutum flores delectat decerpere, quos de pratis rosidae telluris utpote exortos adhuc latius in spatio voluminis libebit transferri, quo ea quae succincte intexta sunt, et non possunt ad plenum concipi.

Lect. 4. O quam praeclarum patronum in Urgello populo! O quam bonum pastorem in clero sibi commisso! Erat enim divinae pacis amator et salutaris iustitiae cultor, Dei et proximi dilectionis non immemor.

Lect. 5. Erat namque Spiritus sancti templum, et cunctis bonis operibus dabat exemplum; factus est autem, dilectissimi, membrum Christi, et discipulus tanti magistri.

Lect. 6. Magnum thesaurum Urgellensis patriae eximii praesulis Ermengaudi membra, cariora omni orbis munere; felix valde locus ille est, qui confessoris Christi ac tantae ecclesiae paranymphus reliquiis extat decoratus. — *Ceterae lectiones de Evang.*

B E

DE SANCTO AMICO

MONACHO

IN APRUTIO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. D. S.

CIRCA ANNUM MXLV

§ I. S. Amici memoria in fastis sacris. Num idem censendus sit cum Amico sacerdote Rambomensi.

S. Amici mentio apud martyrologos Benedictinos,

1. *De* S. Amico *haec tradit Matthaeus Lauretus in notis ad lib. III* Chronici Casinensis *Leonis Ostiensis :* In provincia Aprutii celebris habetur memoria sancti Amici confessoris, cuius corpus venerandum in castro Sancti Petri de Avellana (quod in spiritualibus et temporalibus sacro Casinensi monasterio subditum est) honorifice conditum requiescit : de quo antiquum Casinense Martyrologium die tertia novembris agit in hunc modum : Eodem die, apud castrum Sancti Petri, depositio sancti Amici monachi et eremitae, qui multis claruit miraculis. C Habentur eius acta manuscripta in bibliotheca Casinensi, sed non produnt quo tempore floruerit. Eius festum praedicto die celebratur in ecclesia Casinensi sub duplicis officii ritu (1). *Similia fere Arnoldus Wion in martyrologio suo Benedictino, ubi cum ad diem 3 novembris annuntiasset* S. Amicum *his verbis :* In monte Casino, depositio sancti Amici confessoris, miraculis et sanctitate clarissimi (2), *deinde in nota haec subiunxit :* Huius natalem communicavit mihi D. Nicolaus de Lucio Neapolitanus et monachus Casinensis ex Breviario suo, ubi erat annotatus sub festo duplicis minoris. Fuit monachus Casinensis, eiusque Vita ibidem reperitur per lectiones distincta; quis tamen eam composuerit, non proditur. De aliis rebus eius gestis, aut quo tempore claruerit, nihil aliud rescire potui, nisi quod sacrum eius corpus digno honore requiescat in ecclesia S. Petri de Avellana, monasterio Casinensi subiecta (3). *Ad eandem etiam diem 3 novembris* S. Amici *memoriam signaverunt ceteri Benedictini hagiologi, Menardus, Bucelinus, Heredia, Cherle et Lechner.*

ab aliis perperam confusi

2. *Ferrarius vero in Catalogo generali et in Catalogo Sanctorum Italiae, praeterquam quod monasterium S. Petri de Avellana cum coenobio S. Crucis seu Fontis Avellanae apud Eugubium in Umbria confundens, ad hoc posterius memoriam* S. Amici *transfert, eiusdem etiam diem festum assignat die 2 novembris, citans monumenta Casinensia et Petrum Diaconum in libro de vita et obitu Sanctorum Casinensium, cum Petrus Diaconus in eo libro de* S. Amico *omnino sileat, et Casinenses, ut superiori numero dictum est,* S. Amicum *colerent die 3 novembris. Duplicem Ferrarii errorem in suo* F *martyrologio universali gallice conscripto admisit Castellanus, illique ex parte favet auctarium Usuardini martyrologii in codice Vaticano 5949, ubi ad diem item 2 novembris annuntiatur* Transitus Domni Amici Sacerdotis. *Iacobilli autem* (4) *perperam indicat apud Wionem* Amicum *notari ad diem 4 novembris, apud Bucelinum vero ad diem 2. Uterque enim, ut diximus, mentionem eius habet ad diem 3.*

cum sancto homonymo

3. *Videndum iam num* Amicus *ille, quem referunt monumenta Casinensia, idem sit cum eo quem ad diem 3 novembris in suo Catalogo generali annuntiat Ferrarius his verbis :* Arabonae in Piceno S. Amici eremitae, *notans Arabonam seu Arambonam nomen esse abbatiae in Piceno, apud Polentiam oppidum praeclarum, quod nunc* Monte Melone *dicitur, atque suae indicationis de cultu* S. Amici *hac die Arabonae celebrato vades citans martyrologium Monasticum, Menardi videlicet, et Baronium ad annum 993. At vero apud Menardum signatur quidem ad diem 3 novembris* depositio S. Amici confessoris, *sed* in monte Casino, *non*

(1) Cit. *Biblioth. Casin.*, tom. I, p. 304. — (2) *Lignum vitae*, part. II, p. 359. — (3) Ibid., p. 361. — (4) *Vite dei sancti e beati dell' Umbria*, tom. II, p. 11.

AUCTORE C. D. S.

Arabonae. Baronius autem loco laudato (1) *nihil aliud indicat quam* canonizationis sanctorum usum hoc tempore in Ecclesia frequentem reperiri, *idque confirmat ex verbis Petri Damiani in epistula seu tractatu ad Henricum episcopum Ravennatem de quibusdam sanctis viris,* quos constat a simoniacis ad sacerdotium provectos, *ita scribentis :* Nostra quippe aetate beati viri, videlicet Romualdus Camerinensis, Amicus Ramibonensis, Guido Pomposianus, Firmanus Firmensis, et quamplures alii sanctae conversationis studio floruerunt : super quorum videlicet veneranda cadavera ex sacerdotalis concilii auctoritate sacra sunt altaria erecta, ubi nimirum divina mysteria miraculis exigentibus offeruntur (2). *Arabonae vero abbatia, quae fuit Ordinis Cisterciensis, primum fundata est anno 1208 in Aprutio, in dioecesi Theatinensi* (3), *nec ullae, credo, memoriae exstant unde colligi possit viguisse aliquando in ea cultum* S. Amici.

abbate

4. *Sed alia nota est abbatia* Rambone *dicta, in Marchia Anconitana seu Piceno posita, quattuor passuum milibus a civitate Tolentino versus aquilonem* (4), *in dioecesi olim Camerinensi, postea* B *Maceratensi, quam extremo saeculo IX vel ineunte X fundasse fertur Ageltrudes, Widonis, qui a Formoso summo pontifice imperator coronatus est, vidua. De quo coenobio Octavius Turchius* (5): Rambonense monasterium, vulgo dictum de Rambona, ex illustrioribus et vetustioribus Picenae provinciae, fundatum pariter fuit ab Ageltrude.... [illegible]a habet Rambonensis abbatia latifundi[illegible] quae plurima[illegible] habent sa[illegible]erdotia. *Et* [illegible] *testimonium Petri Damiani quod superiori numero attulimus :* Amicus iste, *ait* (6), a Damiano memoratus est celebris ille abbas Rambonensis, cuius exuviae in monasterio Rambonae venerantur. P. Camerinius in suis additionibus ad Lilii historiam *(Camerini)* nonnulla profert de nostro S. Amico quae indigent castigatione. Asserit enim Guidonem, Ronaldum seu Romualdum, Firmanum et Amicum episcopali honore fuisse insignitos ; quod nequit sustineri. Damianus idcirco hos recolit sanctos viros ad probandum quod, quamvis ii a simoniacis episcopis fuissent ordinati, inter sanctos tamen ab Ecclesia recenserentur. Insuper Amico sedem C episcopalem, immo et patriam, laudatus scriptor dat Ratisbonam *(in Bavaria).* Quod si verum esset, quae sedes danda foret Guidoni ? Num Pomposa ? Quae Firmano ? Num Firmum ? In serie episcoporum Firmanorum non habetur Firmanus, sicuti nec in serie nostra *(episcoporum Camerinensium)* locum habet Romualdus sanctus, ut probare contendimus. Quattuor ii sancti viri fuerunt abbates, Guido Pomposae, Firmanus in coenobio ad oram Potentiae in dioecesi Firmana, Romualdus Vallis Castri in dioecesi Camerinensi, ubi sanctissime obiit, et Amicus in monasterio Rambonae. Ex his colligimus, longe diversum esse Amicum nostrum ab illo monacho Cassinensi cuius acta scripsit monachus Bernardus (7) et habentur mss. in monasterio S. Petri de Avellano in comitatu Sagrensi in Samnitibus ; cuius lipsana venerantur in illa ecclesia. Nostri vero S. Amici exuviae coluntur in ecclesia Rambonensi, in qua supersunt adhuc de hoc sancto viro non obscurae D reliquiae.

5. *Ex his igitur satis constat hallucinatum esse* Rambonensi. *Ferrarium dum* Ramibonensis *appellationem a Petro Damiani adiectam* Amici *nomini corruptam censuit pro* Arabonensi, *atque etiam dum Amicum Rambonensem apud Menardum ad diem 3 novembris annuntiatum censuit. Attamen, quod ad nomen loci attinet, in hoc forte tantummodo erravit quod Rambonam etiam Arambonam vulgo vocatam, atque inde, cum non nesciret monasterium aliquod extitisse Arabonense, illud non diversum esse putavit a Rambonensi. Nam locum ubi colebatur S. Amicus Rambonensis recte collocavit in Piceno, in agro Montis Melonis, ubi revera monasterium Rambonense situm esse indicant scriptores Camerinenses* (8). *Sed ex dictis indubium videtur, Amicum Rambonensem diversum fuisse ab Avellanensi. Neque tamen de Amico illo Rambonensi, quamquam ex testimoniis S. Petri Damiani et Octavii Turchii supra citatis* (9) *plane constat eum cultu publico et* sacerdotalis concilii auctoritate *approbato* (10) *honoratum fuisse, hoc loco distincte* E *agendum censuimus, quia nullam mentionem repperimus in martyrologiis nec indicium ullum unde colligatur memoriam eius celebratam fuisse die 3 novembris.*

§ II. Duplex Vita S. Amici, altera saltem coaeva. Sancti historiae breve compendium.

6. *Duplicem* Amici *Vitam in codicibus suis penes* Vitam S. Amici *se servabant maiores nostri : alteram, quae continetur in codice nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8299, a Ludovico Iacobillo e Lectionario antiquo ecclesiae cathedralis Spoletanae extractam et ad ipsos transmissam, sed sive exemplaris sive exscriptoris vitio adeo mendis deturpatam ut in capite codicis adnotaverint hoc et alia eiusdem generis apographa idonea non esse ut hinc Vitae imprimantur. Altera legitur in codice item nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8931, hac inscriptione insignita :* Incipit Vita vel obitus S. Amici monachi et eremitae. Haec Vita descripta est a Domno Bernardo monacho Casinense ad Amicum Casinensem monachum, *et ad marginem adiectum est* F *nomen* P. Ugelli, *cuius opera, ut conicere licet, hoc apographum ad Bollandianos pervenit. Utraque ea Vita iam edita prostat; prior scilicet apud Mabillonium inter* Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti (11), *ubi desumpta indicatur* ex cod. ms. Casinensi, *et inscripta est* Incipit vita et obitus S. Amici sacerdotis et confessoris, *cum tamen nihil omnino de obitu* S. Amici *referat, tribuiturque etiam Bernardo Casinensi; altera in Florilegio quod tomo I* Bibliothecae Casinensis *adnexum est* (12). *Haec longe prolixior ; illa brevior, eiusque prior pars* (13) *ex prolixiori excerpta et in compendium redacta videtur* (14). *Quae vero in posteriori parte* (15) *leguntur, fere omnino desiderantur in Vita a Casinensibus nuper edita. Utramque igitur in praesenti nostro volumine recudere visum est.*

7. *Codicem Casinensem qui Vitam* S. Amici prolixiorem *continet his verbis describunt editores* (16) : Codex

(1) Num. 8. — (2) Petri Damiani Opusc. VI, cap. 29 (Migne, P. L., tom. CXLV, p. 142). — (3) Manrique, *Annal. Cisterc.*, ad an. 1208, cap. 8, n. 5 (tom. III, p. 496); Ughelli, *Italia sacra*, tom. VI (edit. II), p. 712; Lubin, *Abbatiarum Italiae brevis notitia*, p. 22. — (4) Lubin, op. cit., p. 313. — (5) *De ecclesiae Camerinensis pontificibus* (Romae, 1762), p. 12, not. 3. — (6) Ibid., p. 145, not. 1. — (7) Cfr. infra num. 6. — (8) Turchius, loc. cit. — (9) Numm. 3, 4. — (10) Supra, num. 4 extr. — (11) Saec. VI, part. I, p. 767. — (12) Pag. 244. — (13) Num. 1-6. — (14) Cfr. infra, num. 9. — (15) Num. 7-12. — (16) *Bibl. Casin.*, tom. cit., p. 304.

A XXXIV. Signatus numeris exterioribus 34 et 217, interiori vero 1188, pluteo N. Codex membranaceus in fol. parvo, longitudinis metri $^{33}/_{0}$, latitudinis $^{24}/_{0}$, habet 348 paginas characteribus gothicis saec. XIV. De eius aetate perspicue nos monet eius pagina 89, in qua oratio legitur ad Patres nostros, et in ea fit mentio de abbate nostro Andrea. Is ex Camaldulensium congregatione inter Casinenses adscitus, eorum abbas dictus, ab anno 1369 ad 1373 eis praefuit (1). Exteriori titulo praesignatur : Breviarium Monasticum in quo sunt vitae aliquorum sanctorum. Plures habet hymnos, quorum nonnullos adhuc ineditos in nostro Florilegio dabimus; et vitas sanctorum. S. Amici monachi Casinensis et S. Bertharii abbatis vitae nondum lucem aspexisse videntur, et typis eas tradere nostrum erit.

conscripsisse videtur Bernardus Casinensis

8. *Recte quidem monuerunt Lauretus et Wion* (2), *in Vita* S. Amici, *qualis in codice Casinensi legitur, nec nomen auctoris, nec ipsius sancti aetatem indicari. Nomen quidem auctoris prodere videtur Petrus Diaconus,* De viris illustribus Casinensibus, *cap. 37, haec scribens :* De Bernardo. Bernardus Casinensis monachus, liberalibus studiis B optime eruditus, descripsit miracula sancti confessoris Christi Amici Casinensis monachi; fecit et alia multa, quae recensere superfluum duximus. Obiit autem nostro paene sub tempore (3), *adeoque extremo saeculo XI vel ineunte XII.* Amici Casinensis *nomine apud Petrum designari* Amicum *nostrum, quamvis huic cum Casinensibus nullum vinculum religiosae cognationis fuerit, non adeo mirabitur qui consideraverit coenobium Sancti Petri de Avellana anno 1069 subiectum fuisse monasterio Casinensi* (4), *et inde monachos illius coenobii a scriptore saeculi XII facile dici potuisse Casinenses, licet non sine aliquo anachronismo ubi de iis agitur qui ante illam unionem e vivis excesserant. Sed, ut ad quaestionem nostram redeamus, inquirendum restat num ex testimonio Petri alteram ex duabus Vitis, quas prae manibus habemus, Bernardo scriptori attribui oporteat. Brevioris utique Vitae scriptori apprime convenit quod de Bernardo ait Petrus :* descripsit miracula sancti Amici; *nam praeter miracula vix quicquam refert Vita ista. Verum non unum, sed plures libellos* de miraculis S. Amici *iam pridem editos fuisse significat auctor Vitae prolixioris* (5), *qui et ipse saeculo XI scripsit* (6); *unde, nisi iudicetur is per* C *aliquam emphasim voce* prudentiores *unum tantummodo respexisse scriptorem, nondum satis certo pronuntiare licet a Bernardo breviorem Vitam compilatam fuisse. Accedit quod, cum altera duarum Vitarum manifeste ex altera desumpta sit, quippe quae multa communia et iisdem verbis expressa contineant, breviori videtur praeluxisse prolixior, non vice versa. Etenim brevior omnia prorsus miracula refert quae in prolixiori narratur* S. Amicus *patrasse dum in vivis erat, et praeterea quaedam alia; porro incredibile est haec alia praetermissurum fuisse scriptorem prolixioris Vitae, qui certe brevitati non studuit, si illa legisset in breviori. Hoc autem posito, nulla iam apparet ratio cur Bernardum Casinensem huius libelli, quem Vitae brevioris nomine designamus, potius quam illius vel unius ex illis qui ante Vitam prolixiorem editi sunt, scriptorem fuisse arbitremur.*

ante finem saeculi XI.

9. *Sed et ne Vita prolixior Bernardo adscribatur, obstare videtur imprimis quod minus recte opusculum* de miraculis S. Amici *diceretur; deinde quod Bernardus fuit monachus Casinensis, scriptor vero Vitae certissime monachus coenobii Sancti Petri de Avellana, quod et diserte* nostrum *appellat* (7). *Attamen neque adeo urgent haec argumenta. Nam et haec prolixior Vita praecipue constat enarrationibus miraculorum et potuit Bernardus a Petro Diacono* Casinensis *dici eadem ratione qua ipse* S. Amicus, *immo et forte iure longe maiori, quia scilicet, apud Casinenses monasticam vitam amplexus, ad coenobium Sancti Petri inhabitandum missus sit, postquam illud unitum fuerat Casinensi. Qua opinione et optime explicatur quod Vitam legenti haud aegre perspicitur et prima specie mirum videri potest, auctorem nimirum huius Vitae cum ipso* S. Amico *conversatum non esse, sed tamen in coenobio Sancti Petri vixisse cum sancti familiaribus, quorum ex ore accipere potuit quicquid de illo digessit. Sane nulla alia ratio apparet cur nomina quattuor* fratrum, *qui alicui miraculo* S. Amici *interfuerunt, distincte recensuerit* (8), *nisi* E *quia iidem adhuc superstites erant quando scribebat vel certe coenobii incolis bene noti. Et simile aliquod argumentum inde eruitur quod Racterius ille, qui* discipulus *fuit et* socius S. Amici *ac* monasterii Sancti Petri monachus (9), *alio loco bis vocatur* frater Racterius (10). *Denique, cum* domnus Amicus *ille, quo suadente Vitae scriptor se manum operi admovisse testatur* (11), *paulo inferius* (12) *dicatur* sacri corporis custos fidus post eius (S. Amici) obitum, *haud obscure significat idem scriptor hunc Amicum familiarem fuisse sancti homonymi sui dum is viveret. — Quicquid autem iudicandum sit de nomine auctoris, illud ex dictis certum est, Vitam prolixiorem conscriptam esse in iis adiunctis quae illi iure merito magnam auctoritatem conciliare valeant.*

Ipse sanctus vixit usque ad annum circiter 1045.

10. Ad ipsius *vero* sancti *aetatem quod pertinet,* etsi incertus sit beati Amici mortis annus, duo tamen (13) constitui possunt annorum termini, intra quos eius obitus necessario locandus est. Narrat quippe Vitae auctor (14) Amicum, etsi absentem, cognovisse Hugonis Farfensis obitum : unde concludemus eum adhuc anno 1039, quo re ipsa Hugo e vivis excessit, fuisse superstitem. Ex F altera autem parte certi sumus eum ad annum 1052 non pertigisse : nam Petrus Damiani in opusculo VI, quod eo anno scripsit, inter sanctos viros qui a simoniacis episcopis ordinati fuerant, Amicum laudat iam defunctum (15). *Secundum haec igitur inter annos 1040 et 1050 statuendus esset obitus* S. Amici. *Quae conclusio non ideo omnino nutat quod posterior terminus spatii temporis intra quod concludendus videtur annus obitus* S. Amici, *a Mabillonio nimis labili fundamento constitutus sit, testimonio videlicet Petri Damiani, in quo probabilius de* Amico *Avellanensi sermo non est* (16). *Nihilominus enim, cum revelatio illa mortis Hugonis ad ultima tempora vitae* S. Amici, *ubi iam in monasterio Sancti Petri de Avellana reclusum agebat* (17), *referenda sit, non multo post ex hac mortali vita ad superos migrasse credi potest. Quod si quis, non satis confidens auctoritate scriptoris Vitae secundae, aliquam confirmationem, quod ad aetatem* S. Amici *spectat, ex prima Vita,*

(1) Gattula, *Hist. Casin.*, tom. II, p. 510. — (2) Cfr. supra, num. 1. — (3) Migne, P. L., tom. CLXXIII, p. 1043. — (4) Cfr. infra, annot. *g* ad Vit. I. — (5) Vit. I, num. 27 init. — (6) Cfr. num. seq. — (7) Vit. I, num. 19 init. — (8) Ibid., num. 5 extr. — (9) Ibid., num. 12; Vit. II, num. 9. — (10) Vit. I, num. 26. — (11) Ibid., num. 27. — (12) Ibid., num. 28. — (13) Ita Mabillonius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. VI, part. I, p. 766. — (14) Vit. II, num. 7. — (15) Cfr. supra, num. 3. — (16) Cfr. supra, num. 5. — (17) Vit. II, num. 7. Cfr. infra, huius commentarii num. 11.

quae

AUCTORE C. D. S.

quae antiquior videtur, desideret, haud difficile reperiet, considerans monasterium Sancti Petri Avellanae, ubi sanctus postremam vitae suae partem transegit (1), *conditum fuisse anno 1025* (2), *Vitam autem eiusdem a Bernardo monacho conscriptam esse saeculo XI* (3): *unde omnino consequens est eidem huic saeculo* Amici *obitum innectendum esse.*

Illius historiae

11. *Seriem autem gestorum* S. Amici *ita confuse digesserunt Vitae illius scriptores ut eorum chronotaxin ordinare, seu quando singulas quas ex ordine amplexus est vivendi conditiones exorsus sit definire, omnino temerarium videatur. Quae tamen ut quasi sub uno conspectu summatim exhibeamus (omissis miraculis, quorum narratio non minimam partem utriusque lucubrationis complet), docemur ex Vita prima seu prolixiori* (4), S. Amicum *in Camerinensi territorio nobili genere ortum, puerum a parentibus* Domini servitio mancipatum, *id est, ni fallor, alicui monasterio educandum traditum esse, ut ibidem postea, adultam aetatem ingressus, monasticam vitam profiteretur. Quod tamen non praestitit, sed adolescentior factus, ut* B *parentum ac fratrum suorum spiritualibus commodis inserviret, aliquandiu saecularem vitam degit et saeculari clero adscriptus, sacerdotio initiatus est. Mox autem* (5) *patrem suum induxit ut, relictis uxore et filiis, monachalem habitum reciperet; matrem vero ut, ampla re familiari in pauperes distributa, iam nonnisi pietati et bonis operibus incumberet; fratres denique et eorum filios, ut et ipsi valedicerent saeculo et religiosae militiae nomen darent.*

synopsis.

12. *His igitur ante se praemissis, iam omni sollicitudine solutus, ultimus post eos monasterium quoddam ingressus est* (6), *ubi aliquandiu omnium religiosarum virtutum exercitio excelluit; sed cum videret regularem disciplinam in eo monasterio minus florere, solitariam vitam ducere statuit* (7). *Secessit itaque in speluncam montis Taurini* (8), *in* D *dioecesi Asculana* (9), *ibique per triennium omnino solus mansit* (10); *deinde quosdam ad habitandum secum admisit discipulos* (11), *et cum eis ad viginti annorum spatium in eodem vitae genere perseveravit* (12): *quo tempore, cum famis calamitate illa regio affligeretur, insignia praebuit erga egenos caritatis documenta* (13). *Tandem accessit ad monasterium S. Petri de Avellana* (14), *in quo residens, etiam circumiacentia loca apostolico ministerio excoluit* (15). *Ultimos autem vitae suae annos ibidem in cellula reclusus, secundum* reclusorum *scilicet disciplinam, transegit* (16). *Obiit in eodem monasterio, annos natus centum viginti* (17), *postridie vel perendie kalendarum novembrium : neque enim satis distincte scriptor Vitae* (18), *postquam die kalendarum illum morbo correptum rettulit, et usque ad vesperam omnibus ad se ingredientibus spiritualia praebuisse alimenta, ac dein, rogantibus fratribus et ipso sponte in id consentiente, e cellula sua in ampliorem domum fuisse transvectum, non satis distincte, inquam, indicat quandiu deinde beata eius mors exspectanda fuerit. Attamen satis probabiliter eum die tertia novembris obiisse inde* E *colligitur quod ea die eius memoria celebrabatur apud Casinenses* (19). *Nisi rursus quis finxerit ad hanc diem translatam fuisse illam celebritatem, quod praecedens commemorationi omnium fidelium defunctorum assignata esset.*

De eiusdem reliquiis.

13. *Corpus* S. Amici *in monasterio S. Petri de Avellana conditum est* (20), *sepulcrumque eius multis illustratum miraculis. Praecipue vero enituit illius intercessionis efficacia in sanandis herniis* (21), *eoque morbo afflictis specialis proponebatur patronus* (22). *Quaedam etiam eius reliquiae pervenerunt ad basilicam Bononiensem Sancti Stephani* (23), *si tamen ipsius et non alterius* Amici *iudicandae sint.*

(1) Vit. I, num. 10, paulo post init. — (2) Cfr. infra, adnot. g ad Vit. I. — (3) Cfr. num. praec. — (4) Num. 1. — (5) Vit. I, num. 2. — (6) Vit. I, num. 3. — (7) Vit. I, num. 4. — (8) Ibid. et Vit. II, num. 8. — (9) Vit. I, num. 5. — (10) Vit. I, num. 4. — (11) Ibid. et num. 5. — (12) Vit. II, num. 8. — (13) Vit. I, numm. 11, 12. — (14) Vit. II, numm. 7, 8; Vit. I, num. 10. — (15) Vit. I, num. 10. — (16) Vit. II, num. 7 init. et num. 8 med.; Vit. I, num. 13 extr. — (17) Vit. I, num. 13. — (18) Ibid.— (19) Cfr. supra, num. 1. — (20) Vit. I, num. 10 init.; Vit. II, num. 7 init.; Turchius, *Camerin. Sacr.*, cit. supra, num. 4.— (21) Vit. I, numm. 17, 19, 24; Vit. II, num. 12. — (22) Vit. I, num. 17; Vit. II, n. 11. — (23) Masini, *Bologna perlustrata*, (Bologna, 1666, in-4°), tom. I, p. 506.

C F

VITA PRIMA S. AMICI

Ex (1) *codice Bruxellensi 8931 et* (2) Bibliothecae Casinensis *tom. I (Cfr. Comment. praev., num. 6). Sed plerumque lectiones variantes editionis Casinensis notandas non duximus, utpote manifeste mendosas et absonas.*

Incipit vita vel obitus sancti Amici monachi et eremitae.

S. Amicus, prius sacerdos saecularis, *a*

1. Beatus igitur Amicus, genere nobili ortus in finibus comitatus Camerini *a*, in praedio, quod Martis vocatur, est alitus ac nutritus. Denique parentes eius, sagacem pueri animum conspicientes, se invicem exhortati sunt ut Domini servitio illum manciparent. Puer autem Domini, litterarum traditus studiis, ardenti discebat desiderio et memoriae cordis recondebat armariolo. Cumque inter adolescentiam [et] pueritiam medius incederet, coepit huius mundi innumerabilia naufragia animo revolvere, atque qualiter ex tanta procellarum saevitia evaderet, sollicita mente tractare. Angebat siquidem illum parentum sollicitudo et praecipue pia fratris miseratio, quos saecularium illecebris videbat irretitos. Si enim eos post se, ipse monachalem habitum accipiens in saeculo reliquisset, verebatur ne sui absentia leo ille perniciosissimus, qui circuit quaerens quem devoret, in eos libere desaeviret; si autem illorum causa ille in tantis fluctibus conversaretur, ambigebat ne forte et ipse cum eisdem ab immanissima charybdi absorberetur. Deliberato itaque consilio, obiecit se undarum cumulis, quatenus suis eos incitaret exemplis, ut mortis carerent periculis. Illud sedulo volvebat in corde, quod beatissimum Paulum apostolum noverat dixisse, ut non quae nostra sunt quaeramus, sed quae Iesu Christi. Dumque beatus Amicus, ut praefatus sum, magis corpore quam corde, affinium devictus pia miseratione,

A ratione, saeculari adhuc degeret habitu, convicaneorum atque propinquorum magno desiderio, sacerdotii, quamquam renuens multumque reluctans, accepit gradum. Consecratus autem sacerdos, anxie coepit insistere, qualiter quod dudum corde conceperat mentis opere adimpleret, atque ex huius mundi naufragio iam liber evaderet. Verumtamen interim in quantum valebat, a mundanis commerciis se subtrahebat, caelestibus mandatis inhaerebat; commemorans illud apostolicum : *In carne ambulantes, non secundum carnem vivamus.* Iam etenim Deo devotus vir carnis incentiva assidua inedia studebat atterere, et iugibus precibus divinam misericordiam implorare; quatenus pia miseratione se a mundanis tueretur illecebris atque cum suis, quibus magis metuebat in portum introduceret salutis. Dum autem his et huiusmodi insisteret, pernoctans in precaminibus, caeleste ei non defuit auxilium, semper sese optantibus qui spopondit affuturum.

praemissis ad religiosam vitam patre et fratribus atque horum filiis,

2. Venerabilis siquidem Amicus non sine magno praesagio hoc sortitus est nomen, futurus procul dubio Domini amicus. In perfecto ponebatur nomine, quatenus dum ad perfectam attingeret Redemptoris nostri lineam amoris, ceu quondam famosissimus ille Dei amicus Abraham, qui die circumcisionis divina attestatione cum nominis supplemento consecutus est excellentissimam familiaritatem, sic etiam iste dignitatem susciperet nominis et robur fortitudinis. Re enim vera Dei extitit amicus, quia eius religionis tyrocinio praecepti exstitit non tepidus obtemperator. Pius siquidem Dominus dignatus est dicere : *Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis.* Praecepta quippe eius multa sunt et unum; diversa in exhibitione operis, unum in radice dilectionis. Nam venerabilis Dei famulus Amicus cum ipse saeculo ardenti desiderio cuperet renuntiare, sagacissima tamen sollertia curavit ad sacrae religionis habitum suae carnis auctorem Dei providentia praemittere; ut sicut ille carnis exstitit propagator, ita ipse versa vice in Dei servitute patris fieret propatrator. Dum huius itaque conversione aliquantisper liberior existeret, de cetero quid agendum foret, coepit non modicum aestimare. Non modicam pater venerabilis et saepe nominandi Amici, relictis uxore et filiis, dimiserat facultatem, C quam indigentium subsidiis vir sanctus inhiabat deservire. Cumque mater conspiceret filium ad alta succrescere, crebris eius exhortationibus acquiescens, quatenus sua omnia, stipendio dumtaxat vitae sibi reservato, in Christi pauperes erogaret, etiam ipsa coepit instigatrix existere. Protinus ille Dei famulus innumerabilem collegit pauperum multitudinem, caecorum, claudorum, ceterorumque indigentium; deinde permaximam turbam convicaneorum sacerdotum; quos abundantissime refectos, nonnullis munusculis donatis, abire permisit. His ita gestis, iam de matris continentia securus, fratrum et nepotum, quorum alii effrenatae iuventutis, alii adolescentis pubertatis rotam ineffabilem conscenderant, periculi sollicitus, quo pacto eorum indomita colla mordaci ac leni Domini iugo domanda innodaret, instantissime ruminabat. Reperto demum consilio, dum eos nequiret alio modo a mundialibus illecebris subducere, decrevit cum eis omnibus universa mundana, quae dudum mente, nunc etiam et corpore funditus deserere : non tantum in eodem, quo pater eorum sanctae conversationis sumpserat * propositum, verumtamen diverso modo.

*sumserunt 2 ipse dein

monasterium ingressus,

3. Hic vir igitur beatissimus Amicus non ulterius mentis dissimulavit ardorem, sed exposuit foris, quae vis fuit intus ardoris. Regulari siquidem iure contumeliis pulsatus et iniuriis, in omnibus se probabilem reddens, non modo contubernalibus, verum etiam ipsis suis praecessoribus venerandus necnon et imitandus claruit. Coepit ergo procedente tempore de virtute in virtutem ubertim proficere, et se ipso cotidie robustior existere, mundanaque atque caduca universa, veluti quisquilias vel etiam frivola, ex alto calcare. Cumque in coenobiali conversatione nulli pateretur se fore secundum, a Domino tamen instantissime salutaris viae flagitabat subsidium, memorans illud evangelicum dictum : *Nisi conversi fueritis et efficiamini ut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum.* Igitur cum iam ab omnibus amaretur, non ut moris est tepidorum, aliquatenus a proposito rigore remisit, sed ut potior esset quam dicebatur elaboravit. Nam paucis post haec elapsis annis, ad spiritualis theoriae religionem conatus est ascendere, quo caelesti contemplationi liberius et quietius inhaereret. Adhuc in coenobiali commorans societate, perniciosissime conspiciebat a regulari tramite E confratres exorbitare. Nam frigescente spirituali fervore, multo magis in mundanis occupabantur exercitiis et pervicacitate *b*; idcirco intrinsecus b tactus dolore, illud Davidicum corde et ore coepit revolvere : *Ecce elongavi,* inquit, *fugiens et mansi in solitudine : exspectans Deum, ut salvum me faciat a defensione spiritus et perturbatione.*

mox in asperam solitudinem secedit, ubi et discipulos nonnullos sibi adiungit.

4. Prophetico igitur vir sanctus instigatus ac roboratus oraculo, propositi itineris arripuit fastigium, volens mundialium fetidum vel solus evitare volutabrum, quam priorum aut collactaneorum attaminari consortio, commodius perpendebat comitari agrestibus feris. Perlustrans autem deserta vastissima ac ferarum diversarum lustra terribilia, cuiusdam altissimi ac praerupti montis solitudo sibi visa est apta *c*. c Non scopulorum illum terruit asperitas, nec fatigaverunt iuga connexa vel in aeris sublimitate porrecta cacumina ; sed robusta mente, quamquam defecto corpore, montis ascenso vertice, repperit speluncam divina sibi virtute praeparatam, artiori vitae aptissimam. Unde maximo gavisus gaudio, gratias reddidit Deo, qui sibi optatum praeparavit habitaculum. F Oratione autem facta, crucis signaculo se circumsignans, praefatam introivit speluncam : ubi per triennium *d* ferme in corporis contritione iugiter, d absque ullius hominis solatio, perstitit infatigabiliter. Ibi omni humano solatio destitutus, divino tantummodo fulciebatur adminiculo, iuxta Salomonis vaticinium dicentis : *Fili, accedens ad servitutem Dei, praepara animam tuam ad tentationem.* Quanta autem et qualia ibi solus degens perpessus fuerit diabolica molimima solius animi advertere poterit sollertia, qui huiuscemodi aggressus fuit arripere normam theoriae. Robustissimus igitur ille Domini praeliator, ter beatissimus scilicet Amicus, veluti novum in axe resplendebat sidus : eratque speculum rectitudinis omnibus a se discere cupientibus. Per multa itaque annorum curricula praelibatus Domini miles caelestia gestabat arma, plurimosque suorum commilitonum laureatos supernam praemisit ad curiam, ubi felicia consecuti sunt praemia. Reliquos vero adhuc secum perseverantes in acie facundissimis animabat exhortationibus, spondebatque Domini auxilium non defuturum omnibus pro eo certantibus in stadio.

Saxum

5. Cum autem moraretur idem beatus Amicus

in

ingens eius precibus disiectum.

in territorio Esculano prope flumen, quod nuncupatur Clarinus *e*, longe semotus ab habitatione hominum, molestum satis visum est fratribus commorantibus secum, quod nimis abessent ab oratorio. Venerabilis namque Domini Amicus, omnibus omnia factus ut omnes faceret salvos, fratrum non sprevit preces, licet diu reluctasset, tamen * quoque praebuit assensum. Reppererant siquidem cryptam a Dei hominis cellula ferme septem millia passus disiunctam, quam decernebant oratorio fore congruam. Ingressus autem cryptae vergens ad orientem, largum introeuntibus praebebat aditum ; sed saxum ingens imminens ingressui reddebat speluncam tenebrosam et deformem. Beatus tamen Amicus, invitans Esculanum episcopum, dedicari fecit in praedicta crypta altare in honore sancti archangeli Michaelis. Cumque saepius illuc cum fratribus convenirent, et de loci obscuritate tractarent, vir Dei cum virga quam manu gerebat, gyrum in circuitu praeminentis rupis quodam die faciens, dicere fratribus coepit : *Utinam summae Dei placeret potentiae, quod hoc imminens saxum sic abscisum* B *nobis facilem praeberet incessum et cryptae conspiceretur lumen infusum, quatenus ad divina celebranda mysteria supernae lucis non deesset lucerna.* Quo dicto, fratribus ante ianuam relictis, ipse paululum secessit, et pro saxi huius remotione Dominum rogavit. Divina autem pietas, ceu quondam exaudivit voces cordis precantis Moysi, ita etiam nunc dilecti sui Amici. Festinanter igitur illud praetaxatum saxum, quemadmodum beatus gyraverat cum virga Amicus, ingentem dedit crepitum, atque a suo corpore divisum, ante ianuam deorsum in terram cecidit. Deinde super discipulos viri Dei atque maximam multitudinem rusticorum, qui ad praedicti loci convenerant opportunitatem, quippe etiam ientaculum capiebant, eis omnibus aspicientibus, ruinamque vitare diffidentibus, dedit terribilem saltum et usque ad vallis ima cum fragore nimio ingentem traxit ruinam. Fratrum autem nomina qui illam evasere ruinam sunt haec : Bonifacius, Iohannes, Petrus et Dominicus. Qui postquam in se reversi sunt, ad fores cryptae quantocius properantes, conspiciunt locum illum unde saxum fuerat irruptum, et ecce apparebat planior atque politior C omnibus parietibus intrinsecus. Mons autem ille, in cuius constat hoc oratorium corpore, Petra Ianuae vocatur a circummanentibus.

e

* tandem 2

Opificis pedem trabis casu contritum sanat.

6. Dum quadam die idem venerabilis Dei Amicus cellulae suae repararet cum non pauca multitudine parietes, dum trabem ipsi rustici traherent, minusque caute, ut illorum mos est, agerent, trabs, quam alter trahebat, super pedem alterius transiit, quae mox etiam ipsa ossa contrivit. Qui confestim acerrimo dolore adstrictus, ingentibus Dei hominem inclamat vocibus ut illum faceret salvum. Vir autem Domini, eius compatiens dolori, festinus advenit, pedemque attriti hominis, impresso signaculo sanctae crucis, ambabus manibus astrinxit ; statimque dolore fugato, hominem sanum reddidit. Iterumque illum signans, dicebat : *In nomine Domini nostri Iesu Christi, fili, ecce sanus factus es. Surge, vade ad reliquum tibi perficiendum opus.* Qui continuo surgens, quasi nil laesionis habuisset, de incohato sollicitus opere, Deum laudans atque famulum eius Amicum, coepit abire.

Panem sancto destinatum

7. Alio autem tempore quidam vir illustris, qui alimoniam praebebat beato Amico, dum panes, quos eidem famulo Dei dirigere deputaverat, apud se haberet, praecepit suo dapifero ut cani, quorum multitudine pollebat, tribueret. At ille parvipendens atque incaute de pane Dei homini deputato cani proiecit. Ille vero, ut canum est aviditas, occurrit, ac si cibum accipere vellet ; sed videns panem, expavit atque in terram se proprio more extendens, et circa eundem discurrens, lingebat, et non mordebat, quasi diceret et manducare se velle et viri Dei alimoniam comedere non audere. Quamvis animal brutum, malebat tamen divino monitu manere ieiunum, quam sancti hominis consumere cibum. Minister autem, hoc prospiciens et admirans, rettulit universa domino suo. Quibus ille auditis, ilico intellexit hunc ex panibus fuisse sancti Amici, cuius tactum refugerat canis. Panis autem pars collecta illa, non parva veneratione servatur recondita. Cuncti autem hoc audientes, nam per cunctorum ora haec fama volitabat, gratias reddebant Deo et Amico fideli famulo eius.

comedere renuit canis.

Viro, qui bovem cuiusdam egeni rapuerat, imminentem necem praedicit Amicus.

8. Eodem tempore quidam miles, surripiente cupiditate, cuidam rustico rapuit solum, quem possidebat, bovem. Cumque rusticus ille pedibus provolveretur militis, atque ut sibi misereretur oraret, et ille nullo modo acquiesceret, tunc, nimio exagitatus cordis dolore, quid ageret ignorans, ad solum confugit beati Amici solatium ; erat siquidem vir Domini afflictis valde compatiens. Cumque rusticus ad virum Dei pervenisset, afflictus coepit eum rogare, ut bovem suum sibi redderet. Cognito autem beatus Amicus quod miles eum ipsi extorsisset, ad rogandum pro supplice perrexit ad militem. Cumque illum fuisset intuitus, humiliter studuit eum exorare, quatenus afflicto inopi bovem, quem surripuerat, miserans restitueret. At ille non solum admonitionibus eius non acquievit, sed etiam obstinate respondit, dicens : *Neque episcopus, neque presbyter, nec monachus, nec laicus poterit obtinere, ut istius hominis restituam bovem.* Audiens hoc famulus Domini, contristatus, non damno bovis, sed periculo militis, dixit ad eum : *Scito, miserrime, repentinam tibi imminere mortem, qui non es veritus omnes ministros Domini parvipendere ; nam, crudelis, vita extorquebitur a te hodie.* Quibus ille auditis, irrisit. Exorto autem post paululum tumultu in eodem vico, accurrit, atque in eodem iurgio incaute F agens, vulneratus est, eodemque die, ut vir Domini praedixerat, meritam obiit mortem. Qui autem viri Dei cognoverant super militem increpationem, eo defuncto, inopi homini quem perdiderat restituerunt bovem.

Sacerdotem furem reprehendit.

9. Quidam rusticus dum, ut pauperum moris est, cum asino pomis onusto ad propriam domum a pago quodam repedaret, duo presbyteri, dum et ipsi eandem viam carperent, eminus illum aspicientes, coepit alter alteri dicere : *Si quid nobis habile vehit hic rusticus, violenter auferamus ab eo.* Respondens alter, dixit : *Iniquum est nobis talia facere ; cum praesertim sacerdotii fungamur honore.* Rusticus interea nihil mali suspicans appropiavit. Iunior autem presbyter, concitato equo, corde et corpore eum impetiit proterve atque violenter ab eo extorsit quicquid sibi libuit. Deinde paululum procedentes, viderunt beatum Amicum venientem. Mox ut eum viderunt, continuo descensis equis ei occurrentes, solito more eius benedictionem petierunt. Uno denique benedicto, cum alter se ab eo benedici simili crederet exemplo, ab osculo manus suae eum removit, dicens : *Scias te nostra benedictione indignum, qui ausus fuisti hominem depraedari egenum.* Quo dicto,

A dicto, equus eius fuga lapsus, tanta coepit velocitate fugere quanta nullus homo exagitare quivisset verbere. Sed cur attentamus beati viri innumera miracula describere? Quae nostro non possunt constringi, maiori et diligentiori exaranda relinquimus stilo.

Latrones, qui mulam ipsius vi abstulerant, divinitus puniti.

10. Interea dum quadam die more suo circumquaque villas et castella circuiret, ut monita salutis opportune importune praedicaret, pergeretque ad comitatum Valvensem *f*, incidit in duos latrones. Qui confestim ut eum viderunt, gaudio gavisi, nam et eum non dignoscebant, quoniam idem vir Domini in vita sua semper studuit despicabili et contemptibili habitu incedere. Vir itaque Domini beatus Amicus a monasterio beati Petri apostoli *g*, ubi nunc corpus eius requiescit, egressus, ad comitatum, ut praetactum est, pergebat Valvensem. Cum venisset in montem qui dicitur Primus Campus, ut praediximus, praelibati fures impetum in eum facientes, de mula, cui insidebat, eum deiecerunt. Ille vero, ut erat serenissimus vultu, dum eos prospiceret pariter super mulam sedere, post B tergum eorum clamavit hilari vultu, dicens: *Tollite, filii, vobiscum etiam nostra calcaria, quibus hanc minare possitis mulam, vestraque velocius peragere valeatis itinera.* At illi in incohata perdurantes malignitate applaudebant sibi, se lucrum non parvum repperisse; unde valde incedebant gaudentes. Vir autem Dei ibidem paulisper substitit, omni a corde propulsa huiuscemodi damni molestia, a proposita nequaquam subtraxit se via. Cumque vir Domini longiuscule processisset, iamque nimis fatigatus, aliquantulum a via divertens sub arbore quiesceret, et illi pernici intentione abirent, devenerunt ad quendam torrentem, qui vocatur Vera. Sed dum absque aliqua ambiguitate, ut illorum mos erat, transirent; mula, cui insidebant, divino, ut credimus, tacta verbere, in medio substitit amne. Illis autem latera eius nunc virgis, nunc calcibus tundentibus, iam nimis mula fatigata, coepit se subrigere, et calcibus aquam pulsare, donec eos in flumine decuteret. Fortasse enim aliquid secreti mula illa videbat, ceu prisco tempore contigit asinae arioli Balaam; vel ideo contigerat, quia postquam beati Amici gestaverat membra, latronum dedignabatur sufferre sarcinam. Non est contenta C mula tantum illos a se decussisse, nisi eos post deiectionem in aqua calcibus subrueret. Infelices autem illi ab unda sursum elevati, sed ab eadem miserrima rotatione aliquanto spatio fuerunt asportati: merito enim rotabantur voragine qui Dei ausi fuerant famulum impetere. Postquam autem a fluminis evaserunt alveo, ad invicem conferebant, et de hoc, quod illis acciderat, nimis admirabantur. Tandem intellexerunt idcirco haec eos fore perpessos, quoniam viro Dei Amico maximam iniuriam fecissent. Mula autem postquam latrones deiecit, et conculcavit, recto itinere, quasi odorisecus * canis, post beatum virum abiit. Veniens vero ad diverticulum, quasi ab aliquo traheretur, et ipsa continuo a via divertit, atque ad beatum Amicum festina venit et coram eo stetit. Latrones etiam et ipsi, arrepto cursu, mulam insequebantur: quam prius consequi nequiverunt quam illuc devenirent ubi famulus Domini quiescebat Amicus. Mula siquidem applaudebat venerabili viro, lambensque pedes ipsius, quasi laetabatur latronum evasisse dominium. Quod videntes latrones, obstupuerunt, et tunc tandem intellexerunt ipsum esse Dei famulum Amicum; moxque coram eo prostrati, cum lacrimis veniam postulabant, seque errasse seque nequiter gessisse profitebantur. Quibus vir Domini inquit: *Ecce nunc, filii, quam prius rapuistis, cum benedictione habete mulam; tantum a perversitatis abstinete rapina.* At illi munus non acquieverunt suscipere, a furto autem se professi sunt deinceps cunctis, Deo annuente, temporibus abstinere. Tunc clementer eos prope accedere iussit, atque indicta paenitentia, post opulentissimam verbi Dei saginam illos remisit ad sua. Sed ipse coeptam pertendit viam.

* i. e. odorem sequens

Fame laborantibus

11. Cum quodam tempore maxima panis penuria in regione desaeviret Esculana, beatus Amicus ducebatur misericordia super pauperum inopia, quorum ad eum confluebat turba infinita. Sicut enim vas electionis beatus apostolus Paulus, cum Hierosolymitanam regionem fames opprimeret, undique a fratribus collectione facta, per manus Barnabae mittebat sanctis Hierosolymam, ut istorum abundantia illorum sustentaret inopiam (an hoc ita fuerit, quisque beati apostoli fuerit epistolas scrutatus, vel eius et apostolorum actus, plenissime advertere valebit): beatus autem E hic, huius secutus exemplum, a ditioribus viris non tantummodo rogabat, verum etiam extorquebat, unde fieret collecta, quam pauperibus pauperior ministraret. Cum iam plurima congregasset et indigentium necessitatibus divisisset, atque adhuc fames miserabiliter populum vastaret, dixit beatus Amicus dispensatori suo (tres dumtaxat erant fratres, adiuncto eodem ipso venerabili patre): *Crudele satis mihi videtur, fili, dum nos totius anni reposita habeamus alimenta pro nobis, pauperum turba horribili crucietur inedia. Quapropter unius nostrum expensa pauperum aliquantisper sustentet inopiam.* Ille autem tamquam divinum praeceptum absque ulla refragatione perduxit ad effectum. Interiectis deinceps paucis diebus, iussit idem vir Domini, ut simili modo expensa alterius fratris sine cunctatione distribueretur egenis. Cum maxima siquidem penuria de residua tertia parte sancta congregatio victitabat illa: ut puta quae herbarum lautissima pabula, quarum locus ipse non modicam patiebatur inopiam, haberet. Comestibilia enim ibi quomodo forent germina, cum loci illius solitudo usque adeo extiterit inaccessibilis, ut etiam a F vicinis difficulter frequentaretur?

multiplici ratione subvenit.

12. Eodem tempore, adhuc inopia perdurante, cum beatus idem aliquantulum pecuniarum congregasset, quatenus ad ecclesiam memoratae cryptae libros congruentes emeret, occurrit ei venerabilis sacerdos Lupus, qui maximam apud eum pro vitae merito consecutus fuerat familiaritatem, dicens: *Utilius creditur, pater venerabilis, ut haec universa erogentur fratribus, quam perituris impendantur chartis.* Quod audiens vir Domini, quasi divinum amplectitur oraculum quod misericorditer fuerat suggestum. In tantum hic vir Domini paupertatem approbatur dilexisse, et nihil in mundo possidere velle, ut nec librum ex membranis ad sui opus possidere, sed ex tiliacis tabulis sibi libros laevigatis dolaret. Decrevit enim nudus* et pannosus in mundo vivere, quatenus cum beatis apostolis a Domino mereretur audire: *Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam aeternam possidebitis.* Tanta gratia superni muneris erat suffultus, ut per viginti annorum cursus nullo alio victu nisi fungis aut pomis silvestribus uteretur. Itemque per quadraginta annos tanta abstinentia macerabat corpus, quod neque pane neque somno satiaretur.

* mundus 1, 2

VITA PRIMA

retur. Quid autem de eleemosynarum largitate dicere possemus, cum equos, adhuc saecularis, inopum necessitatibus erogarit? Haec familiari colloquio cuidam suo socio Racterio sacerdoti et monacho interdum memorare solebat, sub obsecratione ne cuiquam revelaret. Malebat quippe huiuscemodi famam secretam teneri, quam gloria mundana elevari. Nunc igitur qualiter deposita terrena sarcina siderea regna petierit, prosequamur.

Piue eius obitus.

13. Beatus igitur Amicus obitum suum quamquam longe ante praescisset, ante septem verumtamen menses ultimum fratribus denuntiavit diem. Denique cum quidam de fratribus cum eo loqueretur de gaudiis caelestis vitae, tunc beatus Amicus exorsus est dicere: *Commoneo vos, fratres dilectissimi, ut undecumque interrogare vultis meam humilitatem, in his septem interrogate mensibus, quoniam non licebit vobis amplius.* Tunc siquidem patuit eius innuere obitum, quem trepide praestolabantur ceu universale excidium. Erat itaque vir Domini senex et plenus dierum, iamque pene centum viginti annis *h* robustam in Domini famulamine gerens mentem, cum iam cunctae sibi defecissent corporeae vires. Nam cum kalendarum novembrium, omnium sanctorum festivitate celeberrimus, illuxisset dies, post septem mensium elapsionem, beatissimus Domini Amicus hora tertia ad divina peragenda simulque percipienda cum fratribus processit mysteria. Ante octavum vero diem gravi fuerat vexatus dentium dolore; idcirco videbatur incurrisse aegritudinem. Stans igitur vir Domini Amicus iuxta Domini altare, astantibus fratribus simul et intuentibus, cum maxima devotione atque veneratione vivifici et sacratissimi corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi curavit se muniri perceptione, ad imminentis universitatis itineris tuitionem. Sed dum tempus dormitionis suae multis longe ante praedixerat, articulum extremi diei per spiritum certissime sciens, lignum vivificae crucis et mortis, in qua salus totius mundi pependit, ad se deferri praecepit. Cumque eam eminus videret, hanc orationem fusis lacrymis ad Dominum fudit: *Te deprecor, ineffabilis misericordiae clementissime Deus, ne me sinas in perpetuum perire, neque condemnes* C *cum iis qui descendunt in lacum mortis, neque obliviscaris in finem, sed iubeas me ab angelis tuis suscipi et ad patriam superni paradisi eorum manibus deduci, quem generi humano per passionem et crucem aperuisti, ascendens in altum, captivitatem nostram tecum captivam duxisti, gratis dona hominibus dedisti; ubi te credo verum Deum et unicum Patris Filium cum Spiritu sancto regnantem in saecula saeculorum. Amen. Te iterum atque iterum totis visceribus flagito, et per virtutem huius vitalis ligni, ubi tu sacerdos et hostia pro salute totius mundi fieri voluisti, omnino deposco, quam nudus sacris humeris de praetorio exiens baiulasti, in qua diabolum et tartareas legiones roseo cruore captivasti, ut hoc signum sanctae crucis sit mihi ad te revertenti scutum inexpugnabile contra omnes accusatores tenebrarum, quaerentes animam meam. Sed neque princeps tenebrarum occurrat mihi gaudens, sed confusus et irretitus procul absistat.* Sed postquam haec dicta dedit, et oratione lacrymabiliter finita resedit, tunc Racterius monachus interim blande requisivit eum dicens: *Ubi vis, tibi, Domine, praeparari sepulturam? — In forea,* inquit, *extra basilicam, sicut dignum est, ligate mihi funem in pede, trahentes extra fores ecclesiae et sic in defossum me sepelite.* D Deinde sine ullius hominis adminiculo ad proprium nobilem regressus est stratum (erat enim cinere et cilicio decoratus et ornatus); in quo recubans usque ad vesperam non cessabat omnibus ad se ingredientibus spiritualia praebere alimenta. Exitus iamiamque imminente hora, cunctos ad se fratres revocat. Cumque conferto agmine convenissent, ut tanti patris exitum pariter conspicerent, et domus, in qua aeger quiescebat, illos capere non posset (erat denique illa domus pretiosa ab angulo in angulum mensura quinque pedum), tunc fratres abbatem coeperunt rogare quatenus beatum virum peteret egredi de cella illa, ut antequam defungeretur, eius fruerentur benedictione et praesentia. At ille, verens ne forte sancto viro molestum existeret, profitebatur se dicere non audere. Beatus autem Amicus, Deo sibi revelante, cognoscens, iussit se capaciorem domum introduci; quod audientes fratres magnas Deo gratias rettulerunt. Introductus vero vir Domini domum, mox fratribus iussit pro sui commemoratione* Davidicos imponere psalmos cum sollemnibus orationibus. Illis autem instanter orantibus, sancta illa anima, carne soluta, regna petivit caelestia, ubi cum Domino feliciter regnat in saecula saeculorum. Amen.

* commonitione 2

Miraculis post mortem claret.

14. Quamquam enim omnipotens Deus beati viri Amici divinissimis* clarificavit vitam virtutibus eo in carne posito, multiplicioribus tamen miraculis irradiavit eo in caelum recepto. Venerabilis itaque Dei famulus cum martyribus martyr, cum confessoribus confessor, dolebat cum dolentibus, gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus. Pro his et huiuscemodi aliis a Domino meruit coronari. Nam si in fragilibus vivens artubus, omnibus, ad quos benignitatis suae extendere poterat dexteram, subvenit, multo magis, iam carnis vinculo absolutus omnique metu carneae contagionis exemptus, subvenit ad se confugientibus suumque suffragium impendit devote postulantibus.

* diversis 2

Sacerdos paralyticus sanatus;

15. Homo quidam infirmus Apuliae fuit de castro quod dicitur Monticellus. Hic autem homo tribus annis continuis dissolutus paralysi, decubuit in lecto ita gravissime, ut nec ambulare posset nec stare nec sedere nec manus ad os ducere. F Nocte autem quadam dum gravissime de aegritudine vexaretur, apparuit ei vir quidam venerabilis aspectus et dixit ad eum: *Surge, vade in provincia quae vocatur Sangritica. Ibi in monasterio beati Petri apostoli requiescit corpus venerabilis Dei Amici. Ipse te, Deo propitiante, pristinae restituet saluti.* At ille suae infirmitatis conscius: *Surgere,* inquiens, *non valeo, quoniam circumquaque me opprimit dolor.* Venerabilis autem vir aegrotum hominem iterum exhortatus est, dicens: *In nomine Domini nostri Iesu Christi, surge et ambula in pace.* Cumque ille necdum intellexisset se a Domino curatum, et surgere conaretur, repente sanus effectus est. Gratias autem referens Deo et Amico eius famulo, laetus et gaudens exiliit a lectulo. Qui non post multos dies cum magnis muneribus ad venerabilis viri perrexit tumulum, ibique aliquantisper orationibus incubuit. Qui postquam se a pavimento erexit, omnia, quae sibi contigerant, coram omnibus astantibus clara voce et gratanti corde, Christum Dominum laudans, aperuit.

itemque monachus gravi hernia laborans

16. Relatione quorundam eiusdem coenobii fratrum et praecipue Alrerii *, vita et moribus honesti, miraculum didici inusitatum, quod gestum est de proprio patre iam praefati Alrerii, habitante

* Alterii 2, *hic et infra*

VITA PRIMA

A habitante in Quinquemillio castro. Fuit in eadem arce quidam religiosus saecularis vir, nomine Iohannes, in quo Dei gratia, iuxta nomen eius, undique pollebat. Qui cum uxore et filiis, et cuncta domo sollerti cura studuit Deo placere, diesque festos plurimorum sanctorum sollemniter celebrare, scilicet sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae Assumptionem et Nativitatem, et, ut ceteros praetermittam, sanctae Agathae virginis diem festum officiosissime procurans, sacerdotes, clerum, pauperes, viduas et orphanos pro posse suorum bonorum studiosissime recreans. Sed venerandus idem vir in talibus dum se assidue exerceret disciplinis, et in terris degens debito, non sponte, vitam teneret caelestem, coepit de virtute in virtutem, tamquam per gradus eburneos caelestia scandere. Cingulum militiae relinquens, monasterium Sancti Petri, quod est summae perfectionis, Deo militaturus, festinus intravit, ibique barbam deposuit, comam totondit, vestem mutavit, sanctae conversationis se habitum induit, et quod male gesserat in saeculo, vigiliis, orationibus et ieiuniis omni studio correxit, B et ita se irreprehensibilem reddidit, et sine querela omni tempore de cetero vixit, ut merito de eo diceretur : *Haec est mutatio dexterae Excelsi.* Proinde, sicut in saeculo digne Deo vixit, ita nihilominus et in coenobio dignius per omnia iuxta normam sanctae institutionis vivens, et quod nequiter gesserat, lacrimis detersit.

gravi hernia laborans,

17. Quamquam enim venerandae memoriae vir in multis se exerceret, praeclaris armis oboedientiae omnes praecedebat ; et si qua fortia gerenda forent in monasterio, spretis ceteris, sibi tantum fratres custodienda commendabant. Interea causa exstitit, utramque molendini molam, ad quam deducendam in monasterium idem Iohannes niteretur. Casu contigit molam uno axe regente quodam arto itinere, bubalos gyrando, deducerent immobilem. Mox idem vir venerandus ne molae eadem nocte in via remanerent, arrepto ligno, ut molas gyrando toto nisu corporis submoveret, illud crepuit et intestina in sacellum testiculorum defluxerunt. Hic experitur veridica Domini sapientia quae dicit : *Corrigit et castigat omnem filium quem recipit.* Verum beatus idem vir patientissime Domini flagella sustinens, neque stultum quid C contra Deum locutus est, servans in pectore, quod per quendam dicitur: *Iustus non conturbabitur, quicquid ei acciderit, quia Dominus firmat animum eius ;* et item : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae.* Vere per patientiam iste probatus est, per tentationem coronatus, per flagella caelum est adeptus. Per quinquennium enim, et eo amplius, hoc suae corruptionis incommodum ita sane pertulit, ut nulli prorsus propter pudoris opprobrium propalaret. Sed lamentabilis ruptio tanti doloris celando magis crescebat, eundo et redeundo obtinens sudorem turgida vesica, velut follis genuterius *i* ex intestinis divisus intumescebat. Quadam enim die dum greges ad necessaria loca destinata, ut moris est annuatim, peterent, huic bonae memoriae viro hanc curam praepositus monasterii indixit *k*; sed quamvis multis precibus et causa tantae passionis renitens, tamen devictus prioris sui sententiis, oves custodiendas insecutus est. Cumque sic maerens equitaret, et dolore nimio torqueretur, somnus eum oppressit. Cui primo beata Agatha per visum apparuit, sicque eum affata est : *Quid habes,* inquit, *frater Iohannes, et cur ita diris singultibus anxiaris ?* Ad quam ille, tamquam sibi bene notam, sic exorsus est : *Bene, domina, tristis incedo, quia heu, pro dolor, te meam, quam sperabam, mei doloris adiutricem non invenio.* At illa : *Noli,* inquit, *mi frater, maerere, quia cito curaberis. Habes enim Amicum quendam de prope, cui Deus huius infirmitatis curandi gratiam proprie concessit, a quo quantocius scito te curandum.* Et haec dicens, visio evanuit. Cumque expergefactus a somno visa secum tractaret, iterum obdormivit. Et ecce subito circa diei crepusculam quidam monachus similiter in visu, quem nondum noverat, sibi apparuit, dicens: *Quid, frater, quid habes ? Cur ita murmurando tristis incedis ?* Qui ait : *Dirae mortis dolore premor satis, et oboedientiam mihi iniunctam, languore nimio constrictus, supplere nequeo.* At ille extendens manum, tetigit vesicae contagium, leniterque subductis digitis, intestina, quae in sacellum fluxerant, introrsus reduxit. Qui statim adeo incolumis surrexit, ut in petigine nulla ruptura vel ruga aliqua remaneret.

cui et mandat prodigium propalare ;

18. Sed praelibatus frater prae gaudio pristinae receptae salutis beneficium Domini sub silentio abscondit. Cumque transirent tres aut quattuor dies, ecce iterum monachus, qui prius salutem in somnis dederat, durissime eum increpans, ait : *Quid est, frater ? Miraculum secretum segniter oblivioni tradidisti ? Dicit enim Scriptura : Secretum regis celare bonum est, opus autem Domini propalare honorificum est. Et ut evangelica sententia te alloquar : Vade, inquit, in domum tuam et annuntia omnibus, et iis qui foris sunt, quae et quanta tibi Dominus fecerit.* Qui evigilans, et in his, quae viderat, miratus obstupuit, et mira deinceps, quae circa se Dominus gesserat, non silentio praeterivit, sed sine rubore omnibus patefecit.

et alter item monachus hernia afflictus.

19. Fuit in hoc coenobio nostro Sancti Petri frater quidam, Racco nomine, qui cum ex oboedientia porcorum invigilaret gregibus, invidia diaboli quadam die sibi quasi furtim subripiuntur. Cum duobus diebus quaereret et invenire nequiret, taedio quaerendi iam affectus, ad beati Amici subsidia conversus est. Tandem ergo die tertia quibusdam abruptis praecipitiis, eos a se dividentibus, grunientes repperit. Prae nimio autem gaudio praecipitia transiliens, eodem generis humani F inimico faciente, verenda foeditate crepitavere, et in immensum excrevere. Quod licet ad hoc fecisset inimicus ut inimicitias erga homines habitas ostenderet, tamen in quo magnificari voluit, in eodem prostratus est. Idem namque frater in monasterio eodem fratrem nomine Azonem habuit sacerdotem, cui foeditatem suam denudare non abhorruit. Hic ergo cum eum consolari satageret, neque tantum patiens ei acquiesceret, tandem ad beatum Amicum sese uterque declinaverunt. Cui insistentes nimiis petitionibus, ut quoquo modo per eum relevari mereretur, neque interstitione aliqua temporis ab utroque cessaretur, demum a beato Amico, Deo propitiatore, audiuntur. Quadam enim nocte cum evigilaret, et loca sibi dolentia tangeret, invenit utrique inguini, quod ab utraque parte crepuerat, sigilla quasi cera utrique crepiturae inhaerentia. Hoc autem cum in crastino fratri nuntiaret, uterque sibi tripudiaret, enodatis sigillulis illis, sanitatem sibi redditam infirmus comperit. Gratificantes ergo Deo, et beato se commendantes Amico, in eiusdem sancti patris perstiterunt servitio. O quam stupenda Dei clementia ! O quam admiranda eius erga nos benignitas, quae numquam dare miseriis nostris destitit

VITA PRIMA

destitit huiusmodi mediatores in quibus reconciliemur sibi, et reconciliati connectamur militiae caelesti. Hoc autem non uni soli provinciae destinavit; sed cum unicuique suum dederit, hanc etiam Sangrinam, omnibus bonis viduatam aliis, solo beati Amici thesauro non privavit.

Atho, Teatinus episcopus, quod imprudenter sancti sepulcrum calcaverat, pede debilitatus, et deinde sanatus.

l

20. Contigit autem quodam alio tempore, Athaonem quendam Tethinensem episcopum *l* ad has partes Sangriae devenisse. Qui cum ex debito a fratribus honorifice susciperetur, et circa ecclesiam commoraretur, tandem ad tumulum sancti huius patris nostri digreditur. Cui cum ignoranter se appodiasset, Deo propitiante, ne lux posita sub modio celaretur, pes episcopi, quo tumulo innitebatur, nervatim contrahitur; neque inde amoveri potuit sua vi, nisi quorundam suorum baiulorum sustentatione reportaretur. Stupens ergo episcopus de hoc quod sibi contigerat, ignoransque qua de causa factum fuerat, exquisivit quis ibi iacebat, cui Deus tantum honorem exhibebat. Intimatum est ei igitur, beatum Amicum ibi requiescere, cuius vita Deo comprobatur placuisse. Perpendens autem episcopus, quod sanctus a Deo
B sit iam sublimatus in caelestibus, utpote per quem talia facere dignetur in terris, ad eundem redire tumulum nititur, ut quoad viveret asinum oleo oneratum ad luminare annuatim sancto mitteret; sicque ex causatione voti sanitas pedis restituta sibi est. et gaudenter ad sua rediit. Sed pro dolor, cum verba sacerdotis vera sint vel sacrilega, rediens ad propria, non meminit se vovisse talia. Quandiu enim vixit saeculo, numquam ipse totius corporis caruit tormento; unde, timeo, maior subiit infirmitas.

Visus redditus famulo repentina caecitate affecto

m

21. In Borellorum *m* domo quidam nutritus fuerat, et cuidam Borello itidem nominato familiarissime adhaerebat, quem Iohannem Franconis vocitatum me vidisse memini et ab eodem istud percepi. Cui cum prae nimia iuventute non acquievissem (haec enim aetas proclivis est ad mendacium), fratres quidam monachi, quibus idem erat certum, uniti sunt ad certificandum. Erat ergo Borrellus huius dominus apud Sanctum Petrum Avellanae, ubi beatus Amicus noscitur iacere. Quia locus ipse piscibus destituitur, eidem puero iniunxisse dicitur, ut ad Sanctum Vincentium properaret, et a piscatoribus suis pisces quantocius
C deferret. Statim itaque puer oboediens mandatis domini sui, perrexit et piscibus repertis rediens, secum detulit quadraginta trottas*. Sed in via incommoditatem pluviosi aeris perpessus, ita in reditu lumen oculorum amisit, ut equum oneratum, quem sequebatur, penitus non videret, ac pro defectu visus ducem sui itineris accepit, a quo Avellanam usque deductus, inter brachia contubernalium ad praesentiam Borrelli deportatus est. Cui dominus non parum compassus, monachos ad se venire mandavit, eisque multis precibus commissum servum ad sepulcrum beati Amici deferre fecit. Ubi fratres, multis pro eo orationibus profusis, semivivum collocari praecepere, si fieri potuisset, somni aliquid accepturum. Ibique fere unam per horam decubans, lampadis se lumen videre acclamat, omnique aegritudine fugata, qui baiulorum manibus deportatus advenerat, resumptis viribus, pedibus suis suum remeavit ad dominum.

* i. e. tructas

itemque mulieri,

22. Quaedam nempe mulier, quindecim annis lucis munere privata, audiens beati viri Amici miraculorum famam, instantissime coepit Deum exorare, dicens: *Deus omnipotens, in cuius nomine beatus Amicus multa mirabiliter narratur gessisse,* *si hic verus tuus famulus est et vera sunt quae de* D
eo narrantur, oro suppliciter, ut eius meritis et precibus lumen oculorum amissum recipiam. Quo dicto, continuo Dei misericordia affuit, ac clarissimum lumen recipere promeruit, sanaque reversa est, omnibus mirantibus et Deum laudantibus famulumque sanctum eius Amicum, ad domum suam.

et aliis caecis duodecim.

23. Alii insuper duodecim fuerunt, qui morbo pustularum ingruente, lumen oculorum amiserant. Cumque ad sepulcrum Dei famuli Amici venissent, luctuosis vocibus beati viri efflagitabant solatium atque iuvamen, et ut eis suis precibus a Domino misericordissimo lumen oculorum impetraret amissum. Mira res atque stupenda, vix finita oratione illuminati sunt, statimque recepto lumine, immensas gratias rettulerunt Deo et sanctissimo Amico famulo eius.

Herniosi quattuor sanati

24. Quattuor alii homines incurrerunt infirmitatem turpissimam, ita ut eorum intestina dilaberentur in inguine. Qui et ipsi fatigati nimio pondere infirmitatis, ad beati viri Amici auxilium festinabant, ita ut erant debiles et infirmi, concurrere, ut imminens vitae periculum suis sanctissi- E
mis precibus quivissent evadere. Qui plena fide accedentes, continuo ut viri Domini Amici contigerunt tumulum, non sunt spe fraudati, sed sancto pro eis Amico obsecrante, Deus misericorditer flebilitatem eorum sua pietate convertit in gaudium.

et duo epileptici,

25. In eadem ipsa provincia fuit quidam homo qui habebat duos filios infirmitate gravissima laborantes. Nam caduco morbo continue et sine intermissione crudeliter vexabantur, ita ut per ora horrendam, omnibus intuentibus et compatientibus, proicerent spumam. Sed et ad haec mala illud accedebat, ut paralytica imminente dissolutione, totius corporis officiis redderentur inutiles. Pater vero, nimiis angustiis agitatus, quid faceret cum dolore et tristitia cogitabat. Tandem recordatus miraculorum sancti Amici, filios vehiculo impositos duxit ad sanctum sepulcrum. Ubi orationibus suppliciter Deo se recommendantes et famulo suo sancto Amico, continuo ambo filii sanitatem integram recipere meruerunt.

Poma prodigiose praebita monachis esurientibus.

26. Quadam autem die fratres longitudine itineris fessi et fatigati reversi sunt ad monasterium, nihilque invenerunt unde humana fragilitas et eorum lassitudo confortari ac refocillari posset, scilicet ad edendum, praeter modicum panis durissimi. De quo frater Racterius humiliter edens, cupiebat et exhortabatur ceteros omnes ut de ipso quoque et ipsi comederent cum gratiarum actione: qui statim et ipsi de eodem pane comederunt. Unus autem illorum dicebat se nullum cibum manducare posse, nisi aliqua poma haberet. Intuens autem frater Racterius in terram, vidit iuxta quendam sterilem cespitem tria pulcherrima poma et ad edendum habilia, quibus necessitatis inopiam Deo donante expulit.

Vita haec scripta rogante sacerdote sancti homonymo

27. Licet multiplicibus prudentiores de huius sanctissimi viri Amici miraculis affatim et composite scriptitarint, rogatu tamen domni Amici monachi et sacerdotis, ceterorumque confratrum, sancti Amici et amore, pauca ex innumerabilibus praedicti viri virtutibus, exiguo isto officio, utpote inculti, divina illustrante gratia, exarare quod quivimus, hoc libavimus. Nempe si tot linguarum ritu, quot membrorum compage corpus texitur, fungeremur, universa clarissimi viri Amici miracula enumerare nullatenus possemus.

et quondam

28. Ad primam quidem partem ipsius sanctissimae

familiari. simae vitae conabimur attingere. Idem igitur Dei famulus Amicus, periculosum hominum intuitum fugiens vitamque solitariam agens, in monte, qui vocatur Taurinus *n*, commorabatur. Abstinentiae
n et largitatis instantiam tegere noluit, qui domno Amico sacerdoti et monacho, sacri corporis custodi fido post eius obitum, prout noverat, reseravit. Pauca haec quae praelibavimus de vita sanctissimi patris nostri Amici, ex mera devotione vobis transmittimus, ad laudem et gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Explicit vita sancti Amici confessoris. Deo gratias.

ANNOTATA.

a Camerini *dicio* marcha *erat ; sed sicut* marchiones *saepe* comites *dici consueverunt, ut in epistula Ottonis III imperatoris ad Silvestrum II papam, ubi nominat* Co[nonem ?] comitem Spoletinis et Camerinis praefectum (1) *et in aliis testimoniis non paucis* (2), *ita et* marcha *designari saepe*
B *potuit nomine* comitatus.

b *Ludovicus Iacobilli in Vita* S. Amici *quam vulgari idiomate edidit in suo opere* Vite de' santi e beati dell' Umbria, *tom. III (Foligno, 1661), p. 6, haec narrat de primo accessu illius ad vitam monasticam :* Dopo la morte della madre, circa l'anno mille de N. S. e nell' età sua di circa anni 27, si trasferì al celebre monastero di Monte Cassino, ed in esso si vestì l'habito sacro Benedettino; dove fece il suo novitiato, ed imparò da quelli osservantissimi monaci le cose spettanti al suo instituto..., *et in margine citat* Breviarium ant. MS. in vita huius sancti. *Sed haec certe non conveniunt cum iis quae leguntur in Vita antiquiori, ubi monasterium quod ingressus est sanctus nequaquam dicitur fuisse monasterium Casinense, et tantum abfuit ut ab illius* observantissimis *monachis instituta regularis vitae acceperit, ut narretur* a coenobiali *discessisse* societate *quia* perniciosissime conspiciebat a regulari tramite confratres exorbitare, *et* refrigescente spirituali fervore, multo magis in mundanis occupabantur exercitiis et pervicacitate.

c *Mons iste, ut in fine huius Vitae (num. 28) et*
C *in Vita breviori (num. 8) notatur, appellabatur* Taurinus. *Non unus reperitur vicus fere similis vocabuli, et quidem duplex in Aprutio, quorum alter, vulgo* Torano dell' Aquila, *situm est 16 fere chilometris a civitate Asculo ad orientem, aliquantum meridiem versus, fere ad tertiam partem viae inter Camerinum et monasterium Sancti Petri de Avellana, quo postea concessit sanctus.*

d *Per triennium scilicet* solus *mansit, sed deinde cum sociis* per multa annorum curricula *(ut in fine huius numeri notatur), ad viginti scilicet annos, secundum scriptorem Vitae brevioris (num. 8).*

e *Nimirum, ut existimo, in monte Taurino (cfr. annot.* c). *Nullum flumen nomine Clarini in territorio Asculano signatum repperi, sed vicum* Torano dell' Aquila *praeterlabitur fluviolus vulgo* Trontino *dictus. An is forte olim* Clarinus *nuncupabatur ? — Rursus Iacobilli confingit (tom. cit., p. 7) hunc locum fuisse monasterium quoddam Benedictinum, observantia regulari conspicuum, quo ad breve tempus se contulerit sanctus discedens e monte Taurino et mox ad eremiticam vitam rediturus; et id se hausisse significat ex* Lection. ant. MS. in Arch. Epis. Spoleti, tom. I, pag. 162. *Verum hae lectiones sunt ipsissima Vita secunda paulo inferius edenda (ut patet ex huius Vitae inscriptione in cod. Brux. 8299), ubi certe nihil istiusmodi legitur.*

f *In regione Sulmonensi. Comitatus Valvensis in ea regione ab ineunte saeculo VIII exstitisse fertur. Cfr. Ughelli,* Italia sacra, *tom. I, p. 1358.*

g *Hoc loco primum nominatur coenobium Sancti Petri de Avellana, quo, ut supra notavimus, concessit* S. Amicus *postquam, secundum scriptorem Vitae brevioris, viginti annos in monte Taurino transegerat* (3). *Monasterium istud condidit S. Dominicus Soranus, auctore et possessiones ad id tribuente Borello comite Valvensi, ut narratur in Vita S. Dominici a Ioanne eius discipulo conscripta et ante paucos annos a nobis edita* (4), *num. 6 :* Praeterea non paucis a Burello maiore precibus intervenientibus, in Sangro construxit coenobium, E
quod ab hominibus illius terrae incolis Sancti Petri de Avellana dicitur, quod ipse Burellus multis ditavit praediis atque divitiis. *Coenobium autem conditum esse anno 1025, colligitur ex Chronico Casinensi, lib. III, cap. 39, ubi de filio illius Borrelli :* Borellus autem comes, Borrelli maioris filius,...monasterium Sancti Petri quod vocatur de Avellana, quod videlicet pater ipsius beato Dominico ante quattuor et quadraginta annos ad construendum tradiderat,... beato Benedicto devotissimus optulit (5) ; *porro diploma huius donationis, quod ex Regesto Petri Casinensis nobis servavit Gattula* (6), *anno 1069 confectum est. Locum vero, ubi monasterium Sancti Petri constructum est, indicat idem diploma situm esse in dioecesi Teatina (Chieti), iuxta flumen quod et hodie* Sangro *appellatur, unde et regio* Sangria (7) *et* provincia Sangritica *vel* Sangrina (8) *vocitata est ;* in Avellana *seu* de Avellana *dictus fuisse fertur ab enormi arbore avellana, quae olim iuxta constiterat* (9). — *Ex dictis constat errasse Lubin* (10), *ubi monasterium Sancti Petri de Avellana anno 995 a S. Dominico Loricato conditum fuisse significavit.*

h *Qui tam longaevam sancti viri senectutem haud* F
libenter admiserint, suspicabuntur forte in aliquo antiquiori exemplari huius Vitae scriptum fuisse numerum LXX, quem incuriosus librarius CXX legerit.

i *In editione Casinensi legitur* genutenens, *quae vox manifeste corrupta est. Crediderim legendum esse* geniterius *seu* genetarius. *Cfr. Cangii Glossarium, ad v.* genitalia.

k *Nota morem mittendi monachum annuatim extra monasterium qui gregibus multo tempore in pascuis dissitis invigilaret.*

l Atho *seu* Acto, *Teatinus episcopus, sedit ab anno 1056 ad annum 1071* (11). *Subscripsit diplomati quo monasterium Sancti Petri anno 1069 Casinensi a Borellis subiectum fuit* (12).

m *Comitum Valvensium, ut ex chartis editis a Gattula* (13) *constat.*

n *Cfr. supra, adnot.* c, d, e.

(1) *Gerberti epist.* 216 (al. 158, al. 217), ed. J. Havet, p. 203. — (2) Cfr. Muratori, *Antiq. Ital.*, tom. I, p. 268-70. — (3) Cfr. supra, annot. *c* et *e*. — (4) *Anal. Bolland.*, tom. I (1882), p. 282. — (5) *M. G.*, tom. VII, p. 731. — (6) *Ad historiam abbatiae Casinensis accessiones* (Venetiis, 1734), p. 179. — (7) Cfr. Vit., num. 20. — (8) Vit., numm. 15, 19. — (9) Mabillon, *Annal. Bened.*, lib. IV, cap. 90 (tom. IV, p. 365). — (10) *Abbatiarum Italiae brevis notitia*, p. 36. — (11) Ughelli, *Italia sacra*, tom. VI, p. 686-90. — (12) Cfr. supra, adnot. *g*. — (13) Loc. cit. supra, not. 6.

VITA

A

VITA SECUNDA S. AMICI

Ex cod. Brux. 8299 et Mabillonii editione Act. SS. O. S. B., *saec. VI, part. I, p. 767. Cfr. supra, Comment. praev., num. 6.*

Incipit vita et obitus sancti Amici sacerdotis et confessoris.

S. Amicus, *prius sacerdos, dein monachus et eremita, multos ad pietatis opera et ad religiosam vitam allicit.*

1. Beatus igitur Amicus, genere nobili ortus in finibus comitatus Camerini, in oppido, quod Martis vocatur, est alitus ac nutritus. Qui litterarum traditus studiis, cum iam plenius est instructus, sacerdotii accepit gradum; dehinc non multo post tempore monasticum adeptus est habitum. Coepit ergo de virtute in virtutem proficere et se ipso cotidie robustior exsistere. Perlustrans autem deserta vastissima, montis ascenso vertice, expetiit speluncam divina sibi providentia praeparatam. Mox igitur oratione facta, crucis B signaculo se circumsignans, praefatam introivit speluncam; ubi per triennium mansit absque ullius hominis solatio, divino tantum fulciebatur amminiculo. Fama itaque viri domini Amici crescente, circumquaque ex omni parte homines ad eum confluebant, vitae aeternae expetentes alimenta ab eo; quorum non parva multitudo eius * hortaminibus largas in pauperes largiti sunt eleemosynas, nonnulli vero saeculo relicto Domini servitio se devinxerunt.

* *cod. et ed.* et

Latrones, qui mulam eius vi abstulerant, divinitus puniti.

2. Interea dum quadam die ad comitatum pergeret Balluensem *a*, in duos latrones incidit, qui confestim ut eum viderunt, de mula cui insidebat appropinquantes illum deiecerunt. Ille autem dum eos perspiceret super mulam sedentes, post eos clamavit dicens: *Tollite, filii, vobiscum et nostra calcaria, quibus hanc minare possitis mulam, ut velocius pergere valeatis itinera.* At illi pertinaci incohata perdurantes malignitate, applaudebant se lucrum non parvum repperiisse, unde valde incedebant gaudentes. Vir autem Dei ibidem paulisper subsistit, depulsa omni a corde perpessi huiusce damni molestia, et a proposita se nequaquam subtraxit via. Cumque iam nimis fatigatus, C aliquantulum a via divertens, sub arbore quiesceret, et illi pertinaci intentione abirent, devenerunt ad torrentem quendam, qui vocatur Vera. Sed dum absque aliqua ambiguitate se transire putarent, mula cui latrones insidebant, divino, ut credimus, tacta verbere, medio substitit amne. Illis autem latera eiusdem mulae nunc virgis et nunc calcibus fundentibus, iam nimis fatigata, coepit se subrigere et calcibus aquam pulsare, donec in flumen eos decuteret; non autem est tantum contenta mula illos a se decussisse, nisi eos post deiectionem in aquam calcibus subrueret. Illi autem infelices ab unda sursum elevati, sed ab eadem miserrima ratione aliquanto spatio fuerunt apportati. Postquam autem a fluminis evaserunt alveo, ad invicem conferebant, et de hoc, quod illis acciderat admirabantur; tandem intellexerunt idcirco haec se perpessos fuisse, quoniam viro Dei Amico maximam iniuriam fecissent. Mula autem, postquam latrones deiecit et conculcavit, recto itinere, quasi odore, sicut canis, post beatum virum abiit. Veniens vero ad Dei famulum, quasi ab aliquo traheretur, et ipsa continuo a via divertens, atque ad beatum Amicum festina venit, et cum eo stetit. Latrones etiam et ipsi arrepto cursu mulam insequebantur, quam prius consequi nequiverunt, quam illuc devenerunt, ubi famulus Dei quiescebat Amicus; mula siquidem tamquam applaudebat venerabili viro, lambensque pedes ipsius, tamquam laetabatur de latronum se evasisse dominio. Quod videntes latrones, obstupuerunt, et tunc tandem intellexerunt ipsum Dei famulum esse Amicum. Moxque coram eo prostrati, cum lacrimis veniam postulabant, seque errasse seque nequam gessisse profitebantur. Quibus vir Domini inquit: *Ecce nunc, filii, quam prius rapuistis, cum benedictione habetote mulam; tantum a perversitatis abstinete rapina.* At illi munus non acquieverunt suscipere; a furto autem professi sunt deinceps cunctis, Domino annuente, E temporibus abstinere. Post haec igitur vir Domini Amicus eos ad se propius accedere iussit, atque indicta paenitentia, illos quidem remisit ad sua, ipse vero coeptam pertendit viam.

Vir potens, qui bovem cuiusdam pauperis rapuerat, secundum sancti praedictionem, repentina nece multatus.

3. Eodem tempore quidam miles, iniqua subripiente cupiditate, cuidam rustico rapuit solum quem possidebat bovem. Cumque rusticus ille pedibus provolveretur militi, atque ut sibi misereretur oraret, et ille nullo modo acquiesceret, tunc nimio exagitatus cordis dolore, quid ageret, quo se converteret ignorans, ad solum confugit beati Amici solatium. Erat siquidem vir Dei sanctus Amicus afflictis valde compatiens, et super oppressos pia gestans viscera. Cum igitur ad virum Dei pervenisset afflictus, coepit eum rogare ut bovem suum sibi redderet. Cognito autem beatus Amicus quod miles eum ipsi extorsisset, ad rogandum prece supplici festinus coepit abire. Pervenit autem ad militem; cumque illum fuisset intuitus, humiliter satis illum studuit exorare atque exhortari, quatenus afflicto inopi bovem, quem inique subripuerat, miserans restitueret. At ille non solum sanctis eius admonitionibus minime acquievit, sed etiam obstinate atque praesumptuose F respondit, dicens: *Neque episcopus, neque presbyter, neque monachus, neque laicus, nec omnino aliquis mortalium, poterit umquam obtinere quatenus istius hominis restituam bovem.* Audiens haec famulus Dei sanctus Amicus, contristatus, non tam damno bovis quam periculo miseri militis, dixit ad eum praesaga voce: *Scito, homo miserrime, repentinam tibi imminere mortem, quoniam non es veritus omnes ministros Domini parvipendere; ideoque, crudelis, vita extorquetur a te hodie.* Quibus ille auditis, non solum contempsit virum Dei, sed etiam irrisit. Exorto autem post paululum tumultu in eodem loco, dum putaret se aliquid fortiter acturum, accurrit, atque in eodem iurgio incaute agens vulneratus est; eodemque die, ut vir Dei praedixerat, merita obiit morte. Qui autem viri Dei Amici cognoverunt super militem increpationem, eo defuncto, inopi homini quem perdiderat restituerunt bovem.

Saxum, quod speluncae a S. Amico in oratorium conversae imminebat,

4. Cum autem moraretur idem beatus Amicus in territorio Esculano, prope fluvium, qui nuncupatur Clarinus, longe semotus ab habitatione hominum, molestum satis visum est fratribus commorantibus secum, quod nimis abessent ab oratorio.

eius precibus mirabiliter discissum.

oratorio. Venerabilis namque beatus Amicus, omnia factus omnibus ut omnes salvos faceret, fratrum non sprevit preces; licet diu reluctasset, tamen quandoque praebuit assensum. Reppererunt siquidem cryptam a Dei hominis cellula ferme septem milia passus disiunctam, quam decernebant oratorio congruam fore. Ingressus autem cryptae vergens ad orientem largum introeuntibus praebebat aditum, sed saxum ingens imminens tenebrosam [reddebat] et deformem. Beatus tamen Amicus invitans Esculanum episcopum, dedicari fecit in praedicta crypta altare in honorem sancti archangeli Michaelis. Cumque saepissime illuc cum fratribus conveniret, et de loci obscuritate tractarent, vir Domini, cum virga quam manu gerebat gyrum in circuitu prominentis rupis quodam die faciens, dicere fratribus coepit: *Utinam summae Dei placeret potentiae, quod hoc eminens saxum sit abscissum, et nobis facilem praeberet incessum, et cryptae conspiceretur lumen infusum; quatenus ad divina celebranda mysteria supernae lucis nobis non deesset lucerna.* Quo dicto, fratribus ante ianuam relictis, ipse seorsum paululum se-
B cessit, et pro saxi huius remotione Dominum rogavit. Divina autem pietas, sicut quondam exaudivit voces cordis precantis Moysi, ita etiam nunc dilecti sui Amici. Intuentes igitur illud postea saxum, quemadmodum beatus Amicus gyraverat cum virga, ingentem dedit crepitum, atque a suo corpore divisum, ante ianuam deorsum in terra cecidit; deinde super discipulos viri Dei atque maximam multitudinem rusticorum, qui ad praedicti loci venerant opportunitatem, quique etiam ientaculum capiebant, iis omnibus conspicientibus ruinamque vitare diffidentibus, dedit terribilem saltum, et usque ad ima vallis cum fragore nimio, ingentem traxit ruinam. Qui autem aderant, postquam in se reversi sunt, ad fores cryptae properantes, conspiciunt locum illum, unde saxum illud fuerat abruptum; et ecce apparebat planior atque politior omnibus parietibus intrinsecus et extrinsecus. Mons autem, in cuius corpore hoc exstat oratorium, Petra Ianuae vocatur a circummanentibus.

Opificis pedem, trabis casu contritum, impresso signo crucis repente sanat.

5. Cum quadam die idem venerabilis Dei Amicus cellulae suae cum non parva multitudine repararet parietes, dum ipsi rustici trabem traherent, minusque caute, ut illorum moris est, se agerent, trabs quam attrahebant super pedem alterius transiit; quae mox et ipsa ossa contrivit. Qui confestim acerrimo dolore constrictus, ingentibus Dei hominem vocibus inclamabat, ut illum faceret salvum. Vir autem Domini, eius compatiens dolori, festinus advenit, pedemque attriti hominis, impresso sanctae crucis signaculo, ambobus manibus adstrinxit; statimque dolore fugato, hominem sanum reddidit. Iterumque illum signans, dicebat illi: *In nomine Domini nostri Iesu Christi, fili, ecce sanus effectus es; vade ad reliquum tibi perficiendum opus.* Qui continuo surgens, quasi nil laesionis habuisset, de incohato sollicitus opere, laudans Deum atque famulum eius Amicum, coepit abire.

Panem ipsi destinatum comedere renuit canis.

6. Alio quodam tempore quidam illustris vir alimoniam praebebat sancto Dei Amico. Dum panes, quos eidem Dei Amico dirigere destinaverat, apud se haberet, iussit suo dapifero ut canibus, quorum magna multitudine pollebat, cibum tribueret. At ille, parvipendens, incaute de pane Dei homini dedicato cani proiecit. Ille vero, ut canum est aviditas, accurrit ut cibum accipere vellet ex panibus, atque in terram se proprio more extendens, circa eundem panem coepit mirari; et lingebat, et non mordebat: quasi diceret et manducare se velle, et tamen viri Dei alimoniam comedere non audere. Quamvis enim animal brutum, malebat tamen divino monitu manere ieiunus quam sancti hominis consumere cibum. Minister autem, haec conspiciens, admirans rettulit universa domino suo. Quibus ille auditis, ilico intellexit hunc ex panibus fuisse domni Amici, cuius tactum refugiebat canis. Panis autem pars illa collecta, non parva veneratione servatur recondita. Cuncti autem haec audientes, nam per cunctorum ora haec fama volitabat, grates reddebant Domino et sancto Amico, fideli famulo eius.

Obitum Hugonis abbatis Farfensis divina revelatione cognoscit.

7. Quodam itaque tempore, cum idem sanctus Amicus apud beati Petri monasterium commoraretur, ubi nunc etiam, Domino provisore, sacratissimum eius corpus requiescit, dum haberet idem vir sanctus ante ipsam ecclesiam quandam suam cellulam parvam, in ea die ac nocte iugiter sanctis operibus exercebatur. In hac igitur cella constitutus, prophetiae instinctus spiritu, Farfensem quendam abbatem, nomine Ugonem, venerabilis E
utique memoriae virum, aspexit a mundo excessisse mediae circiter noctis, in Dominica scilicet Nativitate *b*. Pulsata autem cellulae fenestra, *b*
quendam fratrum convocat, qui assiduus eius assecla fuerat: *Rateri,* inquit, *frater, accurre, et hanc chartulam abbati ceterisque confratribus in capitulo porrige, et pro domino Ugone Farfensi abbate eos orare commone. Hac enim nocte media excessit e vita columna maxima.* Quis, o Deus, benignitatem tuam non stupeat, cum etiam in omnibus vitae temporis partibus prophetiae non abneges monstrare prodigia? Longe enim semotus et cellula inclusus, quod corporeis oculis denegabatur, visibus est intuitus interioribus: quod non multo post claruit. Venientes namque quidam fratres eiusdem Farfensis coenobii, nuntiaverunt sancti Amici sociis fratribus pro abbate suo defuncto preces Deo caritative fundi; a quibus cum dataria mortis inquireretur, itidem ut dictum fuerat a sancto, ab eisdem fratribus intimatur.

Mira ipsius abstinentia.

8. Idem igitur Dei famulus Amicus, periculosum hominum fugiens aspectum, antequam Sancti Petri monasterium adiret, vitam solitariam peregit, in monte scilicet, qui vocatur Taurenus. Ubi per F
viginti annorum spatia nullo alio victu nisi fungis aut pomis silvestribus usus est; itemque per quadraginta annos tanta abstinentia maceravit corpus, ut neque pane neque somno satiaretur. Quid autem de eleemosynarum largitate dixerimus, cum sanctus vir Domini Amicus omnia necessaria erogavit? Omnia itaque pauperibus erogavit, qui nihil sibi retinuit. Praeterea eidem sanctissimo huic viro Amico talis erat mos, ex quo Sancti Petri Avellanensis monasterium adiit, ut a festivitate sancti Martini usque ad Pascha nullo alio victu uteretur nisi pane et aqua; in hoc quoque tam parvum usum tenebat, ut cuique credibile esse possit magis illum angelico quam humano cibo foveri. Denique dominica quaque die tres tantum panes cellula sua clausus a fratribus accipiebat; ex quibus uno tantum contentus, duos eadem feria, qua alios tres accepturus erat, egenorum stipendiis ministrandos reddebat. Contigit autem ut ex oblivione fratrum bis diebus statutis panes non administrarentur eidem Dei famulo Amico; quo intervallo omnipotens Deus, qui numquam patitur servos suos male perire, delegavit angelum suum, qui et illum Dei famulum et caelesti alimento pavit et, quousque fratrum

VITA SECUNDA

trum visitatio adfuit, cum ipso stetit. Post aliquantum temporis vero, rememorati fratres introierunt ad eum pascendi visitandique causa; quos ut Dei famulus vidit, eo quod angelica custodia privaretur, in illorum introitu vultu tristissimo apparuit.

Aviculae micas in sinu eius collectas comesturae advolant.

9. Item dum quodam tempore iste sanctus vir Domini Amicus solitum iter ageret cum quodam discipulo suo et itinerum ipsorum socio, nomine Raterio, monasterii Sancti Petri monacho, post comestionem, dum micarum fragmenta in suo sinu cerneret, vultu hilari dixit: *Utinam adessent qui has micas comederent.* Mox ad hanc vocem hominis Dei, parvi volucres adfuerunt, et quod optaverat sanctus adimpleverunt.

Socii sui avaritiam, superna illustratione sibi manifestatam, castigat.

10. Alio quoque tempore idem vir Domini sanctus, ad quendam presbyterum, gravi infirmitate laborantem, rogatus venit; et mox oratione pro eo ad Dominum fusa, sanitati protinus restitutus *. Post paucos igitur dies ipse presbyter beato Dei famulo Amico unum par boum equamque unam, cum capribus ovibusque numero quadraginta, ac panni brachia quindecim, Domino et B sancto viro gratias agens, fideliter attribuit. Quae omnia sanctus vir iam superius memorato monacho Raterio tradidit, ipsique haec egenis dispertiri praecepit. Qui, mucrone avaritiae percussus, pannum sibi retinuit, reliqua vero ut fuerat imperatum dispendit. Quod virum Dei minime latuit. Mox autem ut illum vidit, percontari coepit de distributione praedictarum rerum, quibus et qualiter erogasset. *Domine,* inquit, *omnia, ut mihi iussisti, expendi.* Cui homo Dei sensit arridens: *At,* inquit, *de panno quid, de quo tibi bracas suere putasti?* Quo audito, monachus ille valde erubuit, genibusque eius provolutus, veniam postulavit. Cui sanctus Dei Amicus paenitentiam indicens, ait: *Vade, iterumque pauperibus pannum ipsum tribue, unicuique brachia dans quinque.*

* ita cod. et ed.

Saxum ex alto decidens, ne virum Dei conterat, divinitus avertitur.

11. Interea causa exstitit ut pro utilitate monasterii domno Petro, venerandae memoriae eiusdem loci abbate, iubente, fornax calcaria construeretur. Quapropter Amicus Dei famulus e monasterio egressus ad locum venit, in quo praefatus abbas cum aliquantis fratribus morabatur, ibique secundum ipsam calcis machinam assedit. Quo in loco grandia robora rusticorum manibus C per acclivia montis praecipitata confregerunt quendam molarem lapidem, qui grandissimo impetu corruens, videbatur ipsum Dei famulum D Amicum totamque calcariae machinam comminuturus. Sed mirum in modum, dum praecipitando ad hominem Dei pervenit, cum admiratione omnium, eximium saltum faciens, sine cuiuslibet laesione transivit c.

Presbyter quidam a gravi hernia per S. Amicum sanatus. c

12. Presbyter quidam fuit in partibus Furconensium, cuius viscera impraeviso casu ita crepuerant, ut omnia in unum collecta viderentur. Qui audiens opinionem sancti viri Amici, nimium fidens, quodam die, omnibus suis ignorantibus, solus arripuit iter; et vix tandem per decem dies ad sancti viri mausoleum nimium fatigatus devenit. Prostratus igitur circa sancti viri corpus, lacrimis et precibus Domini misericordiam et sancti Amici incessanter precabatur. Circa pullorum vero cantum fratribus in ecclesia* Domino laudem referentibus, apparuit sanctus Amicus eidem presbytero in visione, dicens, super tumulum suum sedens: *Quid,* inquit, *habes, fili, et tantum cur lamentaris?* Et ille: *Domine,* inquit, *tanta infirmitate tamque turpi detineor, quod mallem mori quam vivere.* Et sanctus: *Ostende mihi,* inquit. In ipsam autem aegritudinis ostensionem applicans E vir Domini Amicus, ut videbatur, albis indutus vestibus, impressit tres suos digitos ex parte qua crepitudo inerat, ac impressione in modum apis aculei pungentis facta abscessit. Mox presbyter ille, a somno exsurgens sanus et incolumis, Deo gratias reddidit et sanctum Amicum, suae salutis auctorem, semper miro coluit affectu.

* ed. coacta

ANNOTATA.

a *Id est Valvensem. Quod hoc loco narratur, ad ultima sancti vitae tempora referendum est, ubi iam in monasterio Sancti Petri de Avellana versabatur. Cfr. Vit. I, num. 10.*

b *Hugonis abbatis Farfensis obitus contigit anno 1039. Cfr. supra, Comment. praev., num. 10.*

c *Nihil, ut in Commentario praevio diximus, memoratur in hac secunda Vita de obitu* S. Amici, *et unum tantummodo sequitur miraculum ab eo post mortem patratum. Quod minus mirum videbitur consideranti eandem, ut ex titulo in cod. Brux. 8299 illi praefixo constat, excerptam esse ex Lectionario ecclesiae Spoletinae, ita scilicet concinnatam ut lectioni inter divinum officium inserviret: in quo genere scripturae non tanta cura habebatur in-* F *tegritatis.*

DE SANCTA IDDA

COMITISSA DE TOGGENBURG, IN HELVETIA

COMMENTARIUS PRAEVIUS

TEMPORE INCERTO

§ I. Recensio documentorum de S. Idda.

J. D. B.

Bruxellis multa documenta de S. Idda *asservantur, nempe in codice 8930*

1. *In dicione Turgoviensi, quae est pars Helvetiae ad orientem lacu Constantiensi definita, die tertia mensis huius celebris habetur memoria* S. Iddae *comitissae Toggenburgensis, de cuius vita cultuque non pauca documenta servat bibliotheca regia Bruxellensis inter codices manuscriptos sub numm. 8545 et 8930. Codex signatus num. 8930, praeter amplum commentarium de cultu legitime adhibito beatae comitissae, de quo statim dicetur, quattuor habet apographa legendae Iddianae. Primum, quod infra typis mandatur, descriptum est ex vetustis ipsius regionis, nempe coenobii Fischingensis, codicibus;*

A *cibus; secundum, a primo vix quicquam dissimile, nullum suae originis vestigium servat; tertium inscribitur:* Lectiones antiquae divini officii, *sed istae lectiones ipsam legendam exhibent; tandem quartum, Actis nostris etiam inserendum, desumptum est* ex pergrandi pergameno Blaburensis Ordinis S. Benedicti prope Ulmam coenobii, passionali sanctorum decimo, circa annum 1480 elegantissime per F. Bartholom. Krafft mns., parte 2ª, fol. 97, *his adiectis notulis:* Vita obscure scripta, sed accurate collata 1649. Misit P. Io. Gamans anno 1659, augusto mense. *Hoc insuper sibi proprium habet, quod legendae praefigitur epistula Alberti a Bonstetten, decani loci Eremitarum, et annectitur excerptum aliquod e miraculis beatae viduae. Quattuor haec apographa, ad res narratas quod spectat, optime inter se conveniunt; stilo tamen ita differunt, ut in uno genere duplicem speciem efforment, quarum prior tria prima complectatur, posterior quartum. Et hoc quartum ceteris praeponendum opinor, tum quia ipsam Alberti a Bonstetten versionem praebere videtur, tum quia* B. Iddae *mariti nomen prudenter valde omisit, ac* B *miranda quaedam minus asseveranter refert. Horum vero hic postea erit usus ut in priori columna edatur apographum Fischingense cum duobus aliis sedulo collatum, in posteriori autem Blaburense.*

et in codice 8545, 2. *Codex vero Bruxellensis signatus num. 8545, praeter tres delineationes, totam fere Vitam beatae comitissae exprimentes, ac libellum qui nuncupatur:* Elogium divae Idae, comitissae in Toggenburg, miraculis clarae, in monasterio Fischingensi quibusdam decisionibus philosophicis intercisum, praeside R. P. Carolo Printener a Brunberg in dicto monasterio Ord. S. Benedicti capitulari et philosophiae professore ordinario, defendentibus R. P. Francisco Besler, praenob. DD. Francisco Antonio Tschudi Glaronensi et Ioanne Sartorio Fischingensi, ad diem 25 mensis septembris 1696, *continet summarium probationum sanctae Sedi oblatum ad obtinendam confirmationem cultus iamdudum adhibiti* B. Iddae. *Cui tomello titulus est:* Notanda quaedam Vitae S. Iddae Toggenburg comitissae illustrandae deservitura, ex actis et documentis archivi monasterii Fischingensis collecta et excerpta per P. Wilibaldum Huffner, ibidem professum, subpriorem, archivistam et C notarium apostolicum anno 1745. *Sed paucis exceptis, puta litteras aliquot apostolicas et cuiusdam miraculi enarrationem, quicquid P. Huffner collegit, invenimus etiam in alia commentatione de qua iam disserendum.*

quae fere ex integro traduntur. 3. *Etenim cum praecipue intra muros coenobii Fischingensis et in Turgoviae tractu sit restrictus cultus* B. Iddae, *cuius se habere sacrum corpus monachi istius monasterii gaudebant, cumque ex una parte non ita pro certo tenendum esse existimaverim illam devotam feminam quam tanto honore Fischingenses prosequebantur dicendam esse* Iddam *Toggenburgensem, ex altera vero parte summopere cavendum sit ne quicquam omittatur eorum quibus certitudo legendae fulciatur, ideo imprimis exhibenda censui lectori omnia documenta quae, anno 1745, antecessoribus nostris transmisit P. Mauritius Chardon, tunc temporis rector collegii Constantiensis, quaeque hodie asservata sunt in codice 8930 bibliothecae regiae Bruxellensis. Unde haec ipse acceperit P. Chardon docet nos scribens:* Haec pleraque ex antiquis monumentis aliisque posterioribus temporibus in archivio Fischingensi Ord. S. Benedicti asservatis cum studio collegit ac fere in eum ordinem redegit, divaeque Iddae amantissimae patronae suae dedicavit R^mus et amplissimus D. Franciscus monasterii Fischingensis abbas. *Sunt autem sequentia, ipsis compilatoris verbis relata.* AUCTORE J. D. B.

§ II. De legenda Iddiana apud Fischingenses edita et rescripta.

Legenda S. Iddae valde antiqua 4. "*Cum in summario varii recenseantur auctores extranei, qui Vitam* S. Iddae *in lucem ediderint, ante omnia hic merito adducemus aliquos domesticos monasterii Fischingensis, sive eos quos ex monumentis et documentis eiusdem monasterii concludere licet. Igitur ex legenda Alberti a Bonstetten clare deducitur nullas legendas et historias de* S. Idda *ante ipsum et iam ab antiquo in lucem esse editas. Fatetur enim ipse in sua praefatione ad Henricum, abbatem Fischingensem, se legendam* S. Iddae, *quam ex germanico in latinum ad preces eiusdem domni abbatis transtulit, desumpsisse* E *ex legenda iam obsoleta. Similiter ad initium suae legendae asserit, annales, et quidem antiquos, referre* S. Iddam *ex comitibus Kirchbergensibus esse oriundam. Cum ergo praedictus pater suam historiam de* S. Idda *typis mandavit anno 1481, atque iterum 1486, et ipso fatente, plures annales seu fasti de* S. Idda *praecesserint et quidem antiqui, consequenter ea post annum 1300 vel 1200, quo beata nostra* Idda *obiit, scripta aut in lucem data fuerunt. Habetur legenda de* S. Idda *latino idiomate transcripta in archivio Fischingensi cuius auctor et initium ignoratur, et licet sit antiquissima, ut ex scriptura et stili simplicitate agnoscere licet, tamen et ipsa ex antiquioribus descripta esse ex eiusdem titulo ex hac formula perhibetur:* Ex antiquis codicibus descripta. *Exhibetur legenda* S. Iddae, *cum assignatione miraculorum, idiomatis germanici, a domno Ioanne Dolder, notario publico et scriba dicasterii Taneg, in pergameno descripta anno 1593, et lignea tabula, in qua imago* S. Iddae *depicta visitur, inclusa. Haec legenda, quia ex iussu domni abbatis Christophori ex antiquis codicibus est descripta, apud omnes maxima auctoritate et reverentia habetur.*

saepe est typis excusa 5. "*Idem abbas Christophorus Brunner, tam in temporalibus quam spiritualibus monasterii Fischingensis secundus fundator, regimen abbatiale post apostasiam Zwinglianam anno 1578, 1ª aprilis, suscepit. Hic ex zelo divino, quo subditos suos neophytos haereticos, detestantes sanctorum cultum et invocationem, domestico magno nomine patronae monasterii sui* D. Iddae *refutaret exemplo, et ad antiquam religionem et sanctorum reduceret cultum, historiam* S. Iddae *cum annotatione miraculorum de novo typis mandare statuit. Quam ut a noviter acatholicorum cavillationibus conservaret immunem, et veritati in omnibus conformem, vocavit D. Gasparum Moser, civem urbis Wilensis, territorii Sancti Galli, notarium publicum, qui legendam* S. Iddae *omni studio et diligentia ac sub iurata fide rigidissime examinaret, an omnia vera sint quae in ea referuntur. Hic, longiore mora perlectis, scrutatis documentis, antiquitatibusque, item hominibus, qui notitiam de vita, miraculis et cultu* D. Iddae *vel ex propria scientia vel ex auditu maiorum suorum habere poterant rite examinatis, testatus est historiam hanc documentis, codicibus, fastis, antiquitatibus, attestatis hominum fide dignorum, in omnibus et per omnia convenire, nullumque*

A *que de veritate historiae ambigendi locum permanere. Verum praedictus abbas necdum volens acquiescere, legendam hanc* D. Iddae, *ut foret opus numeris omnibus absolutum, rite examinatam et approbatam venerabili et eximio sanctitatis viro et Helvetiarum antiquitatum peritissimo, R. P. Petro Canisio e Soc. Iesu, Friburgum Aventiorum recognoscendam, et sua etiam auctoritate approbandam, tandemque prelo dandam transmisit. Devotus P. Canisius domni abbatis piae devotioni lubentissime annuens, legendam* S. Iddae *in ultima sua aegritudine, ut videre est apud ill^mum^ Henricum Moser in eius Vita, quasi de novo resumpsit, conscripsit, impressis hinc inde mirificis annotationibus et doctrina morali, maxime contra noviter acatholicos, sanctorum invocationem et cultum blasphemantes, ampliavit et tandem in lucem dedit Friburgi anno 1590 ad initium anni. Postea haec ipsa legenda iterum Constantiae 1612, 13 maii, impressa est. Ex his breviter videre est cum historia* S. Iddae *toties fuerit discussa, iuridice examinata, authentice approbata, nullum dubitationis scrupulum de historiae veritate esse admittendum.*

et a multis expetita. 6. " *Ioachim abbas historiam* S. Iddae *maxima cura et studio, iuxta antiqua monasterii nostri Wiblingensis et arcis Kirchbergensis monumenta, sermone germanico, anno 1660, in lucem dedit, sed tam devoto, utpote et ipse devotissimus, et suavi stilo, ut miram in legentium vel audientium animis devotionem excitet, immo ad sanctae vitae conversationem efficaciter persuadeat; quare summa aviditate, non tantum a domesticis et vicinis, sed et ab exteris ex Suevia, Bavaria, Alsatia, Austria et ad sacrum* D. Iddae *sepulcrum peregrinantibus, immo et ab heterodoxis desideratur et petitur. Unde iam septima editione prelo subacta et ab anno 1660 usque ad annum 1701 ultra 8000 exemplaria distracta sunt. Vitam* S. Iddae *manuscripte in suis chronicis posteritati reliquerunt ill^mus^ Iacobus Buecher et Placidus Stopell, ambo monasterii Fischingensis professi et antiquitatum peritissimi, uti videre est in archivio Fischingensi. Denique omissis aliis, Vitam* S. Iddae *commemorant lectiones secundi nocturni matutinorum, quae infra dabuntur quaeque a monachis Fischingensibus in solemnitate* S. Iddae *ad diem 3 novembris ab immemoriali tempore, et adhuc ante 100 annos, sunt reci-* C *tatae. Earum autem initium, ob antiquitatem, quam etiam simplicissima dicendi forma satis indicat, nec a maiorum traditione habetur. Verum anno 1612 cum reformatione breviarii benedictini in Helvetia hodiernae, stili elegantioris, prae prioribus sunt assumptae, quas R. P. Iodocus Mefler San-Gallensis Roma redux pro xenio gratissimo circa annum 1610 dono attulit.*

§ III. Vitae S. Iddae chronotaxis.

Annorum aetae viduae series. 7. " *Iuxta diploma eminentissimi et serenissimi DD. Andreae, cardinalis Austriae et episcopi Constantiensis, quod infra tradetur num. 23,* S. Idda *vixit circa annum 1085. Verba diplomatis sunt :* Itta ex domo et familia comitum de Kirchbeg inter quingentos et quindecim annos innocenter vitam toleravit. *Hoc autem diploma datum est anno 1600, 29 februarii. Demptis ergo 515 annis restant adhuc post Christum natum 1085. Hisce videtur consentire Ill^mus^ D. Ranutius Scottus, in Helvetia nuntius apostolicus, infra num. 27 citatus, qui obitum* S. Iddae *refert anno 1100, R. P. Gabriel Bucelinus vero an. 1184. Communior tamen, et documentis archivii Fischingensis, Wiblingensis et San-Gallensis conformior opinio est* S. Iddam *vixisse* D *post annum 1100. Nata enim est circa annum 1156, in arce Kirchberg, nuptiis tradita anno aetatis suae vigesimo tertio Henrico comiti, anno 1179. Addit vero V. P. Petrus Canisius cum scriptoribus aliis,* S. Iddam *cum suo coniuge in concordia maritali multis vixisse annis; quare si concedatur* S. Iddam *aliquot annis, saltem decem et septem, in arce Toggenburgensi habitasse, decem et septem in solitudine, uti communiter habent scriptores, decem in domuncula Augiensi, octo Fischingae apud sacrimoniales, ut inclusa, concludendum est,* S. Iddam *obiisse circa annum 1226, aetatis suae septuagesimo, plenam dierum et meritorum. Verum haec nonnisi divinando refero, et catalogum vitae et mortis secundum dicta hunc appono :*

S. Idda *in arce Kirchberg nata est ad ann.*	*1156*
Aetatis suae 23 Henrico comiti nuptiis tradita	*1179*
Ex arce Toggenburgi innocenter proiecta	*1191*
In solitudine vixit ab a. 1191 usque ad annum	*1208* E
In domuncula Augiensi ab anno 1208 usque ad annum.	*1218*
Fischingae in monasterio monialium ab anno 1218 usque ad	*1226*
Mortua et sepulta in monasterio monachorum Fischingensium	*1226*

Si quis certiorem annorum vitae et mortis S. Iddae *calculum ducere poterit, faciet, me neutiquam invito, cui certiora reperire in documentis etiam antiquissimis non licuit.*

§ IV. De translatione corporis S. Iddae.

Ex incendio anni 1414 caput S. Iddae illaesum, anno 1534 amissum est. 8. " *Cultus sanctae patronae nostrae* Iddae *non tantum privatus, sed et publicus, est antiquissimus. Beatae enim huius sacrum caput de sepulcro translatum publicae piorum fidelium venerationi iam ab antiquo et immemoriali tempore, nimirum post annum 1300 vel etiam citius, expositum fuit; quare negari non potest sacrum* D. Iddae *caput Christi fideles iam ultra 300 vel 400 annos in summa vene-* F *ratione habuisse, uti ex dicendis patebit. Anno 1414, sexta martii, sub Ioanne III abbate Hörlin utrumque monasterium virorum ac mulierum cum omni templi suppellectili saeva ignis flamma, non sine miserabili spectaculo, totum quantum absumpsit, et in cineres redegit. Tertia post die, domitis utcumque et restinctis flammis, sacrum* D. Iddae *caput in mediis ignibus triumphans, illaesum integrumque repertum est; tametsi tota imago, cui insita erat, tota quanta cum omni ornatu fuerit penitus exusta. Quare cum omnium admiratione ob hoc magnum et manifestum prodigium hic pretiosus thesaurus sublatus est, et in monasterio Fischingensi usque ad apostasiam Zwinglianam, quae anno 1532 coepit, servatus. Ob hanc sacrum hoc caput alio est ablatum, et usque ad hodiernum diem ignotum permansit. Et ita omnia Fischingensis monasterii antiquissima documenta, chronica germanica P. Iacobi Buecher manuscripta, et latina P. Placidi Stopell, monachorum Fischingensium, quorum uterque antiquitatum huius monasterii peritissimus fuit. Idem testatur P. Albertus a Bonstetten in sua legenda, quam anno septuagesimo secundo post dictum incendium in lucem dedit : item V. P. Petrus Canisius,*

A *nisius, Hennicius Murer, Iohannes Dolder, Ioachim abbas et alii. Testis horum est etiam constans et perpetua traditio, ab omnibus ut verissima accepta et numquam revocata. Nam Placidus abbas, qui anno 1616 electus est, novit senem quendam ultra centum annorum, qui oculatus erat testis, populo ante Hörelin in honorem* B. Iddae *ex eiusdem cranio vinum propinatum fuisse. Idem abbas per Christophorum Wilhelmum Seufrid anno 1632 depingi curavit in pergameno prodigium illud venerabilis capitis* S. Iddae *in mediis flammis illaesi. Abbas Ioachimus, Placidi praesulis successor, similiter novit seniculum cuius parens suismet oculis venerandum hoc caput vidit et veneratus est.*

Aliae tamen S. Iddae *reliquiae servatae sunt et Fischingae in sepulcro reconditae,*

9. „ *Placet hic apponere quod P. Iacobus Buecher in sua chronica ad annum 1532 hisce propemodum formalibus in latinum idioma translatis refert :* Sacrum Iddae caput cum aliis reliquiis monasterii Fischingensis in exordio apostasiae ad arcem Landenberg, in valle S. Terbani, ceu ad tutissimum asylum deportatum est. Nobilibus autem illius arcis a vera fide etiam deficientibus, quidnam cum venerabili D. Iddae capite in lamentabili hoc B casu actum usque in hanc horam ignoratur. Hoc unum pro certo habetur notabilem particulam de brachio S. Iddae reservari in castro Herderen in Turgoia. Qua autem occasione illuc delata sit pariter nescitur : probabile tamen est dominum de Herderen a domino castri Landenberg dono accepisse, utpote a germano suo. Quidam P. Capuccinus de hisce reliquiis a domino de Herderen parvam quandam particulam obtinuit, quam postea monasterio nostro condonavit. *Ita ille. Et haec ipsa particula modo asservatur Fischingae, in tabula lignea argento ornata, cuius lamina ex argento figuram* S. Iddae *refert. Videre etiam licet aliam particulam, quamvis minimam, in cruce argentea inclusam, quam clarus ac generosus dominus Wolfgangus Rudolphus Reding de Biberegg archigrammataeus Turgoiae a PP. Capuccinis apud montem S. Gotthardi acceptam nostro monasterio anno 1687 dono dedit* (*). *Indubitatum autem est, excepto sacro capite et brachiis, reliquias* D. Iddae *esse adhuc reconditas hoc ipso loco, quo eius sepulcrum visitur, quod ex sequentibus clare patet. R. P. Albertus a Bonstetten refert corpus* S. Iddae *sepultum esse iuxta altare D. Nicolai, eiusque sa-* C *crum hodiedum videri, a multis visitari et honorari*

miraculisque clarescere. Quare et ipse in praefa- D *tione ad domnum abbatem Henricum rogat recommendari apud nominatum sepulcrum pro mercede laboris in translatione legendae* S. Iddae *ex germanico in latinum habitum. Ea autem versio facta est an. 1481. Praedictus vero pater testatur ad finem legendae tumulum* D. Iddae *statim miraculis celebrem et venerabilem fuisse : ergo certitudo loci sepulturae* S. Iddae *indubitanter ad nos pervenit, estque is ipse qui modo visitur et ab omnibus colitur. His ergo pie motus Henricus Scheuctius, Fischingensis abbas anno 1465 factus, qui fuit annus quinquagesimus primus post totius monasterii incendium, in quo* D. Iddae *caput illaesum triumphavit, sepulcro* D. Iddae *novum honorem habuit. Nam illud maioribus sculptis lapidibus in modum mausolei cuiusdam praeclaro et conspicuo opere anno 1496 exstruxit. In qua forma etiam nunc hodie visitur. Insuper hic abbas Henricus* D. Iddae *caput publico fidelium cultui expositum, et ipse est veneratus ; et quia non erat professus ex gremio, sed postulatus e S. Galli monasterio a conventualibus Fischingensibus, intellexit reliquas* E *corporis partes* D. Iddae *adhuc in tumulo reservari. Nam religiosi seniores illius temporis, scilicet anni 1465, plenam huius rei notitiam facile habere poterant a suis maioribus, qui vel translationi sacri capitis aderant, vel saltem hi oculatos noverant testes. Quare dictus abbas, hac informatione accepta, ut* D. Iddae *sepulcrum deinceps foret gloriosius et in fidelium mentibus devotio erga sanctum tumulum, ceu communem miserorum asylum, magis augeretur, ex sectis politisque lapidibus magnifice exstruxit; quod utique non fecisset; nisi pro certo habuisset pretiosum hunc thesaurum adhuc in terra absconditum esse.*

quarum cultus frequens per miracula comprobatus est

10. „ *Christophorus vero abbas Fischingensis, electus anno 1574, antiquitatum monasterii Fischingae indagator accuratissimus, in praefatione ad legendam* D. Iddae *anno 1590 Friburgi Aventiorum impressam, ita loquitur :* Ex speciali Dei favore in ecclesia nostra pretiosa haec margarita, sacrae nimirum D. Iddae reliquiae matronae, integerrimae reservantur. Has misericors et omnipotens Deus miraculis et beneficiis claras reddere non dedignatur; quare devotae animae ad D. Iddae tumulum, tamquam ad commune in F afflictionibus asylum, confugere solent. *Hacte-*

(*) *Ex codice 8545, de quo diximus num. 2, exscribere iuvat quae tam de sacro capite quam de quibusdam aliis reliquiis ibi sunt tradita. Primo quidem, p. 95 :* Nihil magis indoluit pientissimus praesul Ioachimus Seiler, quam venerandissimum D. Iddae caput et alia eiusdem sanctae lipsana tempore apostasiae ita fuisse deperdita, ut nec vestigium, quo distracta fuerint, amplius supersit. Varii propterea in varias abierunt opiniones. nihil tamen certi divinare potuerunt. Non destitit tamen ipse revmus domnus abbas undique conquirere, nullis parcens expensis, quibus nihil nisi aquam cribro hausisse visus est, donec.... a duobus viris fide dignissimis relatum fuerit pretiosum thesaurum hunc Vitroduri cum aliis ornamentis ecclesiasticis, illuc ab abbate Henrico Stoll translatis, in hunc usque diem reservari, et locum et ferream portam, qua custodiretur hic thesaurus, fuisse demonstratam. Verum dominus consul Vitrodurensium qui erat, ceteroquin domno abbati, et alii clam requisiti rem totam negaverunt, asserentes quod si eiusmodi ossa ibi fuissent, procul dubio, more aliorum locorum reformatae religionis, in coemeterio fuisse humata. Ad haec necdum quievit sacrarum reliquiarum sitientissimus praesul, vota votis duplicavit et ecce duo domini Vitrodurenses R. D. abbatem honoris causa invisentes, dum inter alia sacellum etiam et sepulcrum divae Iddae lustrarent, sponte sua nostris dissimulantibus edixerunt caput huius comitissae Vitroduri asservari. Unde revdus abbas nihil amplius haesitavit, quod tam anxie hactenus conquisivit, certo Vitroduri haberi. At ubi intellexit sacrum hoc caput custodiri in bene munita et cancellata sacristia, in qua domini Vitrodurenses suum aerarium publicum habeant, ad quem accessus nulli pateat, nisi tribus diversis reipublicae iuratis clavigeris, iam de recuperando pretioso thesauro oleum et operam deperditurus sibi visus est, nisi Deus, cui omnia possibilia sunt, adiuverit piam suam intentionem.— *Dein, p. 111 :* Placidus II Vogt, abbas factus anno 1735 die 6 iunii, est nactus occasionem promovendi cultum D. Iddae in remotiores etiam regiones, dum ex litteris R. P. Antonii Hermann S. I., qui reginae Poloniae a sacris confessionibus est, intellexit eandem serenissimam Poloniae reginam et Saxoniae ducissam felicitatis loco habituram, si aliquid de sacris exuviis huius sanctae nancisci posset. Pientissimis huius reginae desideriis satisfacturus, anno 1743, die 24 ianuarii, satis notabilem particulam de sacris D. Iddae exuviis crystallo inclusam, adiunctis aliquot libellis et imaginibus historiam S. Iddae exprimentibus, Dresdam submisit. Quam clementissime acceptarit sacras submissas reliquias serenissima regina, vel ex eo patet quod sacram particulam iusserit dividi in duas, quarum unam sibi retinuit, alteram serenissimo regi ipsam et obtulit, simulque consilium suggessit de proprio altari honoribus S. Iddae erigendo in novo templo Hubertoburgi regiis sumptibus extruendo ; de huius consilii felici successu reverendo domino praesuli magnam fecit spem P. Antonius Hermann in responsis suis.

A *nus ille. R. D. Balthasar Wuoher, episcopus Ascalonensis, illustrissimi domini principis et episcopi Constantiensis suffraganeus, vir notae doctrinae et apud posteros nomen sanctitatis relinquens, iam anno 1582, 14 novembris, in relatione ad SS. D. Gregorium Papam XIII, quam alias citandam hic integram damus, ita habet :*

Sanctissimo Domino nostro Domino Gregorio divina Providentia Papae XIII humiliter exponitur.... qualiter monasterium Fischingense Ordinis S. Benedicti, Constantiensis dioecesis, in comitatu Turgoiae situm, iuxta communem famam sit antiquissimum in toto Helvetiorum dominio, et forte etiam in dioecesi Constantiensi. Siquidem ante mille et trecentos annos monasticam vitam eo in loco actam esse constat. Ante annos vero quinquaginta defecerunt subditi monasterii a fide catholica, Zwinglianorum haeresi adhaerentes : qui tamen hoc tempore diligentia, cura et labore praelatorum, et doctrina ac eruditis concionibus conventualium, magna ex parte reducti sunt ad verae fidei catholicae confessionem. Praeterea non procul a dicto coenobio vixit olim quaedam B comitissa a Dockenburg, Itta nomine, in magna sanctitate vitam solitariam agendo, cuius sanctum corpus in ecclesia dicti monasterii sepultum, religiose a pluribus piis colitur ac veneratur, ita ut in illius memoria subditi monasterii ac alii fideles quandam confraternitatem ex singulari pietate erexerint ac fundarint, post ab ipso etiam Ordinario confirmatam, quorum devota ordinatione factum est, ut subinde plurima misericordiae opera fiant. Ut autem cultus divinus augeatur, ac populus in dies magis accendatur honore aliquo spirituali excitatus, abbas et conventus totusque populus supplicibus precibus contendunt, ut ecclesia eorum ac abbas ipse tamquam pastor ornetur mitra aut infula cum suis privilegiis et pertinentiis, maxime ut possit consecrare et benedicere calices, corporalia, indumenta sacerdotalia, campanas et eiusmodi, cum monasterium illud longe distet a Constantia residentia episcopali, iter etiam sit difficillimum, praesertim hiemali tempore. Quo beneficio impetrato confiditur non solum auctoritatem abbatis, eiusque conventus, sed etiam populi ac subditorum pietatem et oboedientiam promovendam ac de die in diem Dei cul- C tum et erga S. Sedem apostolicam devotionem augendam.

BALTHASAR, episcopus
Ascalonensis et suffraganeus
Constantiensis.

Actum in Monasterio Vinearum
die 14 nov. a° 1582.

Ex his clare constat maiores nostros, et quidem primis temporibus post obitum D. Iddae, *nimirum anno 1200, 1300 ac 1400, hodiernum sepulcrum tamquam locum indubitatae eius sepulturae, et in quo reliquiae sacri eius corporis adhuc reservantur, pie esse veneratos. Haec itaque velle revocare in dubium et asserere antecessores nostros una cum sacro capite reliquas* D. Iddae *corporis partes omnes elevasse e tumulo, nulla amplius in eodem relicta, nemo sanae mentis credere poterit ; cum ipsa prudens ratio, constans maiorum nostrorum traditio, sancti sepulcri ab ipso* D. Iddae *obitu continua et usque ad hodierna nostra tempora numquam interrupta veneratio cultus, odorque circa sepulcrum suavissimus, quem devotae quaedam animae saepius sentiunt et sentire merentur, contrarium nobis efficaciter probent ac persuadeant. Nec* D *silendum, quod R. D. Ioachimus abbas piissimam quandam personam, Catharinam Lendein, ex Suevia, insigni virtute et devotione praeditam iusserit ad sepulcrum* D. Iddae *preces fundere, ad intentionem quam ipse sibi soli notam formarat. Praestitit illa, et postea ab abbate rogata quaenam sibi sub precibus in mentem venerint, hunc in modum respondit :* Videbar mihi ac si quispiam e sepulcro mihi acclamaret : Eleva me, eleva me. *Et haec quaerebat D. abbas curiose, num forte omnipotens Deus per devotae huius famulae preces dignaretur revelare qualiter se res circa* D. Iddae *reliquias habeat. Et haecce reverendus domnus abbas Franciscus successor, utpote ex ore ipsius antecessoris una cum aliis ex conventu audita, peculiariter hic annotari voluit.*

§ V. De festo S. Iddae.

11. « *Sollemnis celebratio festi sanctae patronae nostrae* Iddae *etiam cum magno fidelium concursu in monasterio Fischingensi ad diem 3 novembris est antiquissima ; nam P. Albertus a Bonstetten citatus iam anno 1481 testatur festum* S. Iddae *in Fischingen quotannis post diem animarum celebrari, et cum eius legenda solum sit translatio alterius perantiquae germanicae in latinum, negari non potest, festum* S. Iddae *multo tempore ante praedictum patrem, post annum 1300 vel etiam 1200 esse solemniter celebratum. Legenda latina in archivio Fischingensi asservata, licet sit perantiqua et forsan ipso Patre a Bonstetten anterior, tamen et haec est ex vetustioribus desumpta, et eadem habet de celebratione festi* S. Iddae *hisce verbis :* Itaque ex terris ad caelestia templa in Christo commigravit ad diem omnium animarum ferias consequentem, quo etiam tempore dies illius anniversarius quotannis peragitur. *Idem festum in monasterio Fischingensi ad 3 novembris sollemniter celebrari ab antiquo testatur etiam D. Ioannes Dolder de anno 1583, similiter venerabilis Canisius de anno 1590 sequentibus verbis :* Memoria S. Iddae post diem animarum sollemniter celebratur in Fischingen ex constanti consuetudine usque ad hodiernum diem. *Idem habent alii scriptores. Antiquissimum item martyrologium Fischingense ex pergameno ad diem 3 novembris ita habet :* In F Fischinga natalis B. Iddae viduae. *Sic kalendarium manuscriptum de anno 1586, ad initium breviarii monasterii, Venetiis impressi anno 1556, ad diem 3 novembris ita habet :* S. Itae patronae nostrae summum, id est 1ae classis.

Celebrationem festi S. Iddae *attestantur tum documenta Fischingensia,*

12. « *Cultum publicum, sicut et antiquitatem sacelli ad* S. Iddae *honorem dedicati, necnon eiusdem festi celebrationem ad diem tertiam novembris probat efficaciter anniversarium a praenobili domina Anna Schwendis, nata de Braiten Landenberg, fundatum, et a monachis Fischingensibus hodiedum celebratum, quod, verbis ex germanico in latinum versis, tam in litteris fundationis, quam in libris anniversariorum monasterii Fischingensis annotatur.* Die quarta novembris anniversarium domina Anna Schwendis, nata de Braiten Landenberg constituit. In nomine Christi, *ita habent verba litterarum fundationis,* et ad honorem et laudem venerabilis S. Iddae in monasterio Fischingensi pro salute animae suae et suorum propinquorum quinque missas cum hac conditione, ut qualibet angaria dicatur una missa in sacello et altari S. Iddae pro pluribus : quinta autem dicatur annuatim cum cantu *(sunt verba litterarum)*

tum anniversaria ibidem fundata,

A *rum)* in festo S. Iddae, quod est die secunda post festum omnium sanctorum. *Hoc autem anniversarium a praedicta nobili domina Anna Schwendi fundatum est anno 1504, ut videre est in dictis litteris, quae in archivio Fischingensi asservantur et ex his facile cultus sacelli et festi sanctae* Iddae *antiquitas concludi potest. Celebratum est autem hoc festum Fischingae tam in choro quam in foro et in tota parochia sub ritu duplici primae classis cum octava et officio proprio infra apponendo, et quidem adhuc sub abbate Christophoro, qui regimen anno 1574 adiit, et tribus sequentibus abbatibus, Iacobo, Benedicto, Matthia, usque ad reformationem breviarii monasterii anno 1612.*

tum benedictione sollemni, tum aliis officiis in honorem S. Iddae *fieri solitis.*

13. " *In sollemnitate* S. Iddae *populus catholicus ab abbate in missae sacrificio benedicebatur ab antiquo sequenti sollemni benedictione :* Benedicat vos omnipotens Deus noster, sanctaeque patronae nostrae Itae interventu sacris repleat virtutibus. — Respondetur : Amen. — Adiuvetque ut sicut haec sancta sine sanguinis effusione supernam intravit patriam, sic vos absque peccatorum laesione aeternae felicitatis intretis gloriam. — R. : B Amen. — Ubi et vos aeterni Patris contingat intueri Filium, cum quo perpes vobis sit vitae regimen et gaudium. — Amen. — Quod ipse praestare dignetur cuius regnum et imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. — Amen. — Et benedictio Dei omnipotentis Pa✝tris et Fi✝lii et Spiritus✝sancti descendat super vos et maneat semper. — R. : Amen.— Et pax eius, etc. *Ita liber manuscriptus a fratre Adamo Oechslin religioso monasterii Fisching. in pergameno sub Christophoro abbate anno 1587, 24 ianuarii. Haec omnia, sicut et translatio sancti capitis* D. Iddae *cum duobus brachiis de sepulcro cum praescitu et approbatione reverendissimi domni Ordinarii et episcopi Constantiensis facta esse, constat ex diplomate eminentissimi domini Andreae S. R. E. cardinalis et episcopi Constantiensis, anno 1600 19 februarii, quo praecepit, ut festum* S. Iddae *ad diem 3 novembris per totum comitatum Kirchbergensem celebraretur sollemnissime, tam in choro, quam in foro. In eo autem diplomate, quod infra integrum dabimus, inter alia motiva huius decreti allegat, quod idem festum sollemniter agatur Fischingae, hisce verbis :* Sancta Ita in Fischingen, C monasterium id nomen in Turgoia est, sepulta miraculis coruscavit, ideoque ibidem loci quotquot annis sollemnibus sacri culta est. *Est clarum testimonium ipsius reverendissimi domni Ordinarii de sollemni celebratione festi* S. Iddae *in Fischingen, iam ante centum annos datum, adeoque antiquitas celebrationis huius festi Fischingae ulterius negari non potest. Deinde quod celebratio festi et eiusdem translatio facta sit cum approbatione reverendissimi domni Ordinarii exinde constat, eo quod monasterium Fischingense huic quoad disciplinam monasticam et spiritualia plene et immediate fuerit subiectum usque ad exemptionem a Gregorio XV anno 1622 vigesima maii concessam, illudque singulis annis vel per se vel per suos visitaverit; unde eiusmodi translatio et celebratio absque illius praescitu et approbatione fieri non potuit. Nunc quidem hoc festum cum octava a modernis monachis maiori cum sollemnitate et pompa peragitur. Nam in pervigilio eiusdem festi, ex unanimi consensu capitulari de anno 1698, in conventu ieiunant; extra conventum autem reliqui claustrales, etiam advenientes hospites, cibis solum quadragesimalibus reficiuntur; recitatur officium proprium sicut ab antiquo, sed ad formam rubricarum* D *correctum et emendatum; missa dicitur de communi nec virginis nec martyris, excepto introitu, oratione, secretis et postcommunione; matutinum hora duodecima nocturna in festivitate* D. Iddae, *ob prodigium quo cervus duodecim lucernis illustris* D. Iddam *ad monachorum preces nocturnas ex Augia Fischingam duxit et reduxit, celebratur cum terno compulsu omnium campanarum, accursu populi, et hymnus Ambrosianus finaliter cum instrumentis musicis; laudes vero cum organis decantantur, fiuntque cum ministris et ture, sicuti vesperae sollemnes primae classis : ad primum autem officium, quod abbas pontificaliter celebrat, processionaliter veniunt parochiae Tusnang, Buchlsee et Augia, et haec quidem ab immemoriali tempore, reliquae duae ab anno 1700. Cultum* D. Iddae *publicum ab antiquo et immemoriali tempore probat etiam missa votiva de* S. Idda *iam ante trecentos annos vel ultra, singulis feriis sextis totius anni, in sacello venerabilis* Iddae *cum cantu et accursu populi celebrata. Eam missam ab antiquo et ultra hominum memoriam esse decantatam testatus est Benedictus, abbas Fischingensis, anno 1600* E *1 maii cum aliis tribus testibus iuratis: Ioanne Meylin nonaginta annorum, Henrico Scheüchi octoginta et Ioanne Ladmann septuaginta. Cum ergo iam inter hos testes totum fere saeculum vitae suae, alii vero optimam illius partem numeraverint nec tamen initium missae huius votivae, publicae et sollemnis, aut per se, aut a traditione suorum maiorum sciverint, negari non potest quin a tempore dati testimonii, nimirum anno 1600, duo saltem saecula antecedentia, si non tria, pro missae huius initio concedi debeant, et sic iam ultra trecentos annos haec missa votiva celebrata est. Immo valde probabile est, cum illius initium penitus ignoretur, esse inceptam a tempore translationis sacrarum reliquiarum* D. Iddae *factam post annum 1300 aut 1200, uti habet archivium Fischingense. Post saeculum autem decimum sextum, sub abbate Placido haec missa votiva sollemnis per dispensationem commutata est in privatam, quae a primissario singulis sextis feriis de* S. Idda *in eiusdem sacello et altari persolvitur. Quodsi die illa rubricae prohibeant missam votivam, anticipari vel sabbato sequenti suppleri debet. Si autem tota hebdomada missa votiva dici non potest, saltem missa* F *lecta iuxta rubricas a primissario in sacello et altari* D. Iddae, *iuxta mentem fundationis feria sexta applicari debet. Simili modo dicitur et alia missa votiva de* S. Idda *qualibet feria sexta totius anni a fratribus et sororibus confraternitatis* D. Iddae, *anno 1580 fundata. Haec autem missa votiva hactenus lecta est ab ipso domino abbate. Toto anni tempore, quotiescumque in laudibus et vesperis iuxta rubricas suffragia sanctorum dicuntur, toties a monachis Fischingensibus, tam intra quam extra monasterium, commemoratio propria de sancta patrona nostra* Idda *canitur et recitatur: hanc autem initium sumpsisse tempore, quo primum* D. Idda *in officiis divinis a dictis religiosis culta est, tradunt maiores nostri. Similiter in missa, in suffragiis sanctorum cum aliis sanctis et patronis ab iisdem monachis invocatur, sicut et litaniis maioribus. Sic ante missam, et completorium, et sub prima, confessio, sicut et professio monastica sollemnis, fit etiam ad nomen* D. Iddae, *et quidem ab antiquo et immemoriali tempore. Sic et in litania recitata coram infirmo sacro oleo inungendo invocabatur* S. Idda. *Quae ita habet :* Kyrie eleison. — Christe, audi nos. — Salvator mundi, adiuva eum. — S. Maria, ora pro eo. —

S. Virgo

A S. Virgo Virginum, ora pro eo. — S. Dei genetrix, ora pro eo. — S. Michael, ora pro eo. — S. Ursula cum sodalibus tuis, ora pro eo. — S. Idda, ora pro eo. — Omnes sanctae virgines et viduae, orate pro eo, etc. *Ita antiquum obsequiale monasterii Fischingensis manuscriptum in pergameno anno 1589.*

§ VI. De antiquo officio et missa in honorem beatae Iddae.

Officium et missa de S. Idda ex integro tradita.

14. « *Officium proprium, quod olim et ab immemoriali tempore monachi Fischingenses in sollemnitate* S. Iddae *adhuc ante centum annos, ita ut eius initium non habeatur, recitarunt, prout repertum est in antiquo vespertinali et antiphonario adhuc in monasterio asservatis, reliqua habentur in summario num. 12. Hoc officium autem de verbo ad verbum ita transcriptum est.*

B **Antiph. ad Vesperas**. Adest dies celebris, quo soluta nexu carnis sancta Patrona nostra assumpta est cum angelis ubi gaudet cum caelicolis. Alleluia.

Capit. Invocavi Dominum, Patrem Domini mei.

Resp. Fulget dies hodierna, — digna laude sempiterna, — qua nostra mater et patrona — optima Idda migravit polum. ℣. Gaudeamus in Domino diem hanc celebrantes et devote laudantes Dominum nostrum hac in die.

Hymnus.

Caeli cives, applaudite,
Et vos, fratres, concinite:
Matri nostrae sollemnia
Solis reduxit orbita.

Hinc ergo psalmi resonent,
Hinc lectiones concrepent*,
Et hymnorum dulcisona
Multiplicentur carmina.

Conemur totis nisibus,
Iungamus preces precibus,
Ut S. Iddae meritis
Caeli fruamur gaudiis.

C Quae hic licet viro data,
Christo tamen desponsata,
Utriusque sponsalia
Simul servans illibata.

Multis signis claruit,
Et quae esset apparuit,
Gratuletur Ecclesia
Cernendo mirabilia.

Nobis, mater gloriosa
Et patrona clementior,
Sis ad regna gaudiosa
Nobis, via securior.

Ut peccatorum veniam
Cunctorum hic consequamur,
Quo tantorum post laborum
Finem tecum nanciscamur.

Christe, precamur fragiles,
Ut solvas nostra crimina
Qui es cum Patre Filius
Semper cum sancto Spiritu. Amen.

* cod. constrepent

℟. Ora pro nobis, beata mater et patrona Idda. ℣. Ut digni...

Antiph. ad Magnificat. Quanto in caelis anima beatissimae matris et patronae nostrae Iddae cum Domino vel quali perfruatur honore, D ad sepulcrum eius virtutes signorum frequentissime liquido demonstrant, alleluia.

Oratio. Dominus ineffabilis potentiae, cuius providentia vitae nostrae momenta decurrunt, adesto servorum tuorum precibus et praesta, ut qui gloriosissimae matris ac patronae nostrae Iddae sacram memoriam veneramur, et Unigeniti tui limpidissimam maiestatem suis praeclaris meritis cernere feliciter mereamur. Qui tecum vivit....

Ad Matutinum, invitator. In matris nostrae festo — mente pura, corde praesto, — ad psallendendum rite — cum jubilo venite.

Hymnus.

Fidelis universitas
Collaudet Dei filium,
Adest sacra festivitas
Iddae sacratissimae.

Quam mundi de tumultibus
Elegit pius Dominus,
Per quam perit perditio E
Vitaeque datur meritum.

Christo vocatur dulciter,
Amatur spiritaliter,
Alma dotatur gloria,
Inter sanctorum agmina.

Precamur te, sanctissima,
Absolve nostra crimina,
Ut mereamur liberi.
Primo servire principi.

Hinc ergo, Dei famula,
Felix Idda per saecula
Christo conregnans, veniam
Nobis poscas et gratiam.

Sit virtus, honor, gloria,
Potestas et oratio
Trinitati deificae
Per infinita saecula. Amen.

In 1mo Nocturno Antiph. Beatissima Idda stirpe nobili procreata, matrimonio coniuncta fuit cuidam comiti de Toggenburg.

Ut pro lege coniugali fidelis esset, annulum ex auro arabico a sponso accepit.

Quem post aliquot tempus una cum vestibus F radiis solis exposuit.

Corvus quidam ipsum locum attingens, viso annulo, secum in nidum, ubi pullos enutriebat, comportavit.

Venator comitis feras investigandi gratia descendens montes, pullos super abiete crocitantes audivit.

Continuo ascendens abietem, reperto annulo magna affectus est laetitia et digito suo illum aptavit.

℟. Diffusa est gratia. *[Subsequitur lectio I: haec cum aliis est ipsius beatissimae viduae legenda].*

℟. Nobilissima stirpe progenita patrona nostra Idda clarum sanguinem quo fulgebat prima devotione exornavit, et floruit sicut palma vivens in caelesti curia. ℣. Flagravit amore Dei spernendo vana mundi gaudia.

℟. B. Idda copula matrimonii fuit coniuncta comiti; Christus tamen eam dedicavit sibi in sponsam. ℣. A comite acceperat annulum qui fuerat ex auro purissimo.

℟. Volantibus ex valle multis simul corvis, factum est, ut unus locum illum ubi vestes erant positae peteret, annulumque pronubum secum in nidum

A nidum comportaret. ℣. Contigit sic volente divino numine.

℟. Decursis aliquot diebus misit comes venatorem quaesitum feras. Hic in venatu pullos super abietem crocitantes audivit. ℣. Cumque venator iussu comitis facessens descendisset montes.

In 2° Nocturno. Fortunam ignorans venator annulum longo tempore quasi suum gestavit.

Videntes autem confamuli, mutuis se contuebantur oculis, quorum unus annulum agnovit.

Illustris comes nescio quid rei est ? Nam annulum uxoris tuae pronubum venatoris digito affixum conspexi.

Ideoque obscenas corporis voluptates cum ea exercuisse mirum non est.

Furore magno repletus comes, venatorem capit, feri et indomiti equi caudae alligari praecepit.

Deinde aestu quasi quodam percitus, arreptam Iddam in locum quadringentos cubitos profundum deiecit.

℟. Specie tua et pulchritudine tua...

℟. Conscendens venator abietem, annulum prae-
B dictum invenit. et illum digito suo aptavit. ℣. Fortunam ignorans venator multum gavisus est.

℟. Cumque conspexissent ceteri famuli annulum venatoris digito affixum, mutuis se intuebantur oculis. ℣. Multo tempore ignorans venator fortunam, annulum quasi suum gestavit ; videntes autem conservi.

℟. Comes arripiens beatam Iddam de editiore arcis suae parte in locum, Rapenstein dictum, horrore plenum ac asperum, deiecit. ℣. Furore magno et oestro quodam percitusque comes arreptam Iddam coniugem.

℟. Cum sic atrociter ageretur cum beata Idda divina ope solum freta, Deum ex animo est precata, ne sic crudeliter exstingueretur. ℣. Vovendo nec mariti thalamum nec alterius etiam quoad viveret umquam repetitura.

In 3° Nocturno Antiphona. Cunctipotens Deus precibus beatissimae matris nostrae Iddae clementer annuit, ut citra omnem corporis iniuriam ad terram aspiraverit.

℣. Dilexisti iustitiam.

Evang. cum homilia Simile est regnum
C caelorum thesauro abscondito.

℟. Postquam invenisset venator beatam Iddam in specu, confestim rettulit pedem et rem comiti ordine aperuit exclamando : Laus Deo beatisque superis, coniugem tuam huius adhuc lucis usura frui. ℣. Si te fallo, cervices mihi praecidas : ipsa enim iniuste hac poena se affectam mihi est locuta.

℟. Comes ad pedes beatae Iddae se proiciens, petit ut domum secum redeat, et peccati a se patrati in illam veniam poscit. ℣. Cumque comes adiuncto sibi venatore ad locum pervenisset, confessus est uxorem suam illatam iniuriam omnemque suspicionem immerito tulisse.

℟. Erat id aetatis etiam monasterium sacrarum virginum Fischingae, quae percipientes huius feminae sanctum vitae cursum, multum illam rogitabant, ut eadem vitae ratione retenta ipsarum monasterium incoleret. ℣. Postquam fama de admirabili illius sanctimonia increbuisset.

℟. Caeli fulgens solio, amicta pallio, inter astra gloriae novum sidus gratiae, sanctissima patrona Idda perfidiae tenebras retundit. Quae lucem laetitiae maestis, lapsis veniae gaudium refundit. ℣. Huius per suffragia infinita fiunt miracula.

Oratio. Deus qui sanctam huius diei sollemni- D
tatem in honorem sanctissimae matris nostrae Iddae consecrasti, adesto servorum tuorum precibus, et dona ut cuius festa celebrare incepimus, eius precibus et auxilio sublevemur. Per Dominum.

Ad Laudes, Antiph. Laus Deo beatisque superis, coniugem tuam huius adhuc lucis usura frui. Alleluia.

Respondit comes hoc non esse credendum, siquidem, nisi in mille partes distracta, terram non attigerit.

Si te fallo, cervices mihi praecidas : ipsa enim iniuste hac poena se affectam mihi est locuta.

Tandem persuasus his dictis itineri se accingit, et venatore sibi adiuncto ad locum monstratum pergit.

Quo cum pervenisset, ad pedes feminae se proicit et peccati a se patrati veniam poscit.

Capitulum. Invocavi. ℟. Specie tua.

Hymnus.

Patronae nostrae meritae E
Feminae atque optimae
Cum canticis memoriae
Hymnum canamus gloriae.

Ad cuius tumbam sedulam
Multa fiunt miracula,
Claudis gressus conceditur,
Caecisque visus redditur.

Ergo mater egregia,
Inventrix piissima,
Ora pro nobis Dominum
Deum et Regem omnium.

Nostris rogamus precibus
Omnesque pie poscimus,
Ut nos ad aeternam patriam,
Ducat Christus hanc post vitam.

Ut te videre liceat
Et nobis tecum luceat
Lux lucis et aeternitas,
Praesta, beata Trinitas. Amen.

℣. Ora pro nobis.

Ant. Ave, nostra dulcis mater, precibus nostris in hoc exilio petimus, fac pellatur sathan acer ho- F
stis callidissimusque, per quem, heu, ter quaterque in peccata ruimus, da ut nos caelestis Pater salvet benignissimus.

Oratio ut supra.

Ad Tertiam Antiph. Beatissima femina singulos dies ad preces matutinas audiendas monasterium Fischingae frequentare solita est.

Capit. cum oratione ut supra.

Ad Sextam. Cervus quidam semper cornibus suis duodecim lumina sustinentibus nostram patronam abeuntem et redeuntem praecessit. Alleluia.

Capitulum. Liberasti me... ℣. Specie tua...

Oratio. Concede, quaesumus, Domine, fidelibus tuis beatae Iddae sic digne sollemnia celebrare, ut eius quae tibi placuit et intercessionis experiantur auxilium, et beatitudinis capiant te miserante consortium. Per Dominum.

Commemoratio de S. Idda in Vesperis. In hoc ergo loco experiuntur infirmi quantum Dei famulam conveniat honorare, ubi muti loquelam, steriles

A steriles fecunditatem, debilitas gressum et obstrictae aures recipere merentur auditum.

Et hoc officium anno 1702 in meliorem formam redegit reverendissimus D. abbas Franciscus, et pro suo monasterio in episcopali typographia Constantiensi imprimi curavit.

Missa de S. Patrona nostra Idda. Omnia de communi pro nec virgine nec martyre, praeter ea quae hic ponuntur.

Introitus. Gaudeamus...

Oratio. Deus qui nos annua B. Iddae sollemnitate laetificas, da ut quam veneramur officio, etiam piae conversationis sequamur exemplo. Per Dominum.

Secreta. Suscipe Domine munera quae in B. Iddae solemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Communio. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deum.

Postcommunio. Auxilientur nobis, Domine, B sumpta mysteria, et intercedente B. Idda, sempiterna faciant protectione gaudere.

Missa votiva de S. Patrona nostra Idda. Omnia de communi pro nec virgine nec martyre, praeter ea quae sequuntur.

Introitus. Cognovi, Domine.

Oratio. Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut beatae Iddae memoriam recensentes, meritis ipsius protegamur et precibus.

Secreta. Vota populi tui, Domine, propitiatus intende, et cuius nos tribuis memoriam celebrare, fac gaudere suffragiis.

Postcomm. Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut intercedentibus sanctis tuis et tua in nobis dona multiplices et tempora nostra disponas.

§ VII. De sacello, sepulcro et imaginibus S. Iddae.

In sacello antiquitus aedificato ad S. Iddae honorem,

15. " *Antiquitatem cultus publici* S. Iddae *satis probat sacellum in eiusdem honorem erectum. Quandonam autem vel a quo abbate primum sacellum* S. Iddae *exstructum sit, ob causas allegatas certo non constat. Antiquitatem vero sacelli suadet anniversarium de anno 1504 dominae Annae Schwendi natae de Braiten Landenberg celebrandum in sacello* S. Iddae. *Similiter sacelli antiquitas habetur ex anniversario Benedicti Keller de Balterschwill cum una missa persolvendo; hic sacelli fabricae dedit 5 libras obolorum, vulgo* pfennig. *Huius autem anniversarii initium nescitur, unde valde probabile est, priori esse antiquius, maxime cum de hac familia iam ab hominum memoria nemo superstes fuerit. Nec minus vetustatem sacelli* D. Iddae *probat missa votiva qualibet septimana, forte iam ab anno 1200 vel 1300 in eodem sacello decantata, ut audivimus supra.*

anno 1554 erectum est altare.

16. " *Primus post apostasiam, quantum invenio, in huius sacello altare erexit Ioannes Rudolphus abbas anno 1554 et in honorem* D. Iddae *dedicari fecit per episcopum Constantiensem quod ex dedicationis tabula videre licet.* Illustri simul et eximio domino Christoforo Mezler Constantiensis sceptri quasi praedestinatione quadam et virgula divina, gubernatore, claro antiquae religionis assertore, et Desiderio Ioanne Rudolpho Reuthe D monasterii huius, divo Benedicto sacri, antistite et abbate, est altare hoc D. Iddae, matronae integerrimae, divorum Martini et Nicolai episcoporum et Antonii confessoris item, pie consecratum. Quod quidem negotium ad confirmationem christianae et catholicae dexteritatis omne, anno a Christo nato 1554, die divo apostolo Mathiae sacra, decisum est. Iacobus abbas sacrum hoc sacellum anno 1595 ampliavit. *Abbas vero Placidus anno 1622, ut expresse habet R. P. Iacobus Buecher oculatus testis in sua chronologia Fischingensi, idem de novo exstruxit, et in ampliorem et magnificam formam, tribus altaribus ornatum redegit, et a R. D. Ioanne Antonio Fridd, canonico cathedralis ecclesiae et suffraganeo Constantiensi, sub honore* S. Iddae *dedicari fecit anno 1627.*

Ibidem exstat sepulcrum ad quod, pietatis causa, multi peregrinantur.

17. " *In sacello* S. Iddae *exstat eius sepulcrum ab D. abbate Henrico Scheütin anno 1496 ex maioribus lapidibus sculptis, in modum mausolei praeclaro opere exstructum. Desuper* B. Idda *ut mortua, in fronte vero authenticum illud miraculum cerei abs daemone extincti et a mortuo reaccensi repraesentatur. Quod autem a sacro hoc sepulcro argumentum cultus sanctae patronae nostrae* Iddae *immemorialis deduci possit, constat ex frequentissima fidelium usque in hanc horam continuata ad praefatum sepulcrum peregrinatione toto anni tempore, maxime aestivo, fieri solita, non tantum ab Helvetis, Suevis, sed etiam Bavaris, Alsatis, Rhaetis, Tyrolensibus, Salisburgensibus, Austriacis, pias oblationes facientibus et anathemata appendentibus; et cum dictum sepulcrum interius sit concavum, fideles et peregrinantes, voti et devotionis causa, capita, manus et pedes imponunt. Quolibet etiam anni sabbato ad honorem* D. Iddae *in eiusdem sacello litaniae lauretanae ab eiusdem religiosis cum accursu fidelium decantantur. Nec silendum quod plures etiam ecclesiastici ad sacrum* D. Iddae *sepulcrum devote orantes suavissimum odorem, omnem naturalem longe superantem, frequentissime dignentur. Quod autem peregrinatio ad* D. Iddae *sepulcrum sit antiquissima, testatur Pater Albertus a Bonstetten saepius iam citatus anno 1481; quin et ipse precibus domni abbatis ceterorumque religiosorum ad dictum sepulcrum fusis sese devote commendat. Idem videre* F *licet ex litteris R. D. Balthasari, episcopi Ascalonensis, suffraganei Constantiensis, in monasterio Vinearum die 14 novemb. anno 1582 ad Gregorium XIII datis. Formalia litterarum sunt:* Cuius sacrum corpus (Iddae) in ecclesia dicti monasterii sepultum religiose a pluribus piis colitur ac veneratur. *Idem testificatur, anno 1590, R. P. Canisius hisce verbis:* Sepulcrum D. Iddae usque ad nostra tempora a multis pie visitatur ac colitur. *Placuit tandem Altissimo ad maiorem devotissimae suae famulae* Iddae *honorem et ad maius piorum fidelium solatium sacrum sepulcrum tempore apostasiae, cui monasterium Fischingense, ut supra iam meminimus, proh dolor, circa quindecim annos subiectum fuit, illaesum conservare. Etsi enim apostatae altaria, imagines et omnia sacra everterint, destruxerint, tamen venerandum* D. Iddae *sepulcrum intactum reliquerunt. Exstat etiam in sacello* D. Iddae *ab antiquo lampas iugiter die noctuque ardens, similiter et candela cerea coram sepulcro, quae sub missa conventuali, sub vesperis et completorio a monachis decantatis accenditur. Ab antiquo autem tres candelae cereae maioris ponderis et magnitudinis accendebantur, uti vestigia ad sepulcrum adhuc relicta testantur.*

18. " *Cum*

Fischingae, S. Iddae effigies repraesentatur in scutis fenestralibus, in sigillo,

18. “ *Cum* B. Idda *apud monachos Fischingenses post sanctissimam Virginem Mariam primaria sit patrona et tutelaris, ubique in horum locis et habitaculis divae* Iddae *imagines, in ecclesiis parochialibus, quarum octo numerantur, et capellis sibi subiectis erecta altaria, ad huius sanctae honorem dedicata, sicut et imagines et statuae eiusdem beatae conspiciuntur, in publicis processionibus deportantur honoranturque. In sacra monasterii Fischingensi suppellectile asservatur lamina, maiori tabulae ligneae inclusa, ex argento, sicut et statua ex argento magnitudinis trium pedum cum medio, etsi solum formam superioris hominis praeferat,* D. Iddae *imaginem repraesentantes. Iidem religiosi, ut Christi fideles ad maiorem devotionem erga* S. Iddam *magis ac magis incitare, longe lateque dilatare valeant, imagines eiusdem sanctae aeri incidi et imprimi curaverunt, scalpro adeo felicissimo, ut ars et affectus in quibusdam in unum conspirent et vix non de primatu contendant. Tot autem numerantur formae et figurae diversae, novae et veteres, talium imaginum, ut numerum quadragenarium ascendant; huiusmodi autem* B
imagines maiores in folio et minores avidissime desiderantur, non tantum a domesticis, sed et peregrinis, quare singulis annis aliquot centuriae distrahuntur. Sic et mercatores numismata effigiem huius sanctae repraesentantia ex metallo argento, imagines in pergameno pictas passim et in copia divendunt. Domini abbates asceterii Fischingensis in litteris suis abbatialibus utuntur formula sequenti : Nos Dei gratia NN. abbas monasterii apud D. Iddam in Piscinis. *In scutis fenestralibus quae hinc inde donant, praeter monasterii et suorum insignia, semper unum aut alterum mysterium* S. Iddae *repraesentari curant. Sic scutum fenestrale abbatis Ioannis Meylin de anno 1513 repraesentat* S. Iddam *a mortuo lumen accipientem, ipsum vero abbatem flexis genibus supplicem coram* D. Idda. *Hoc scutum adhuc videre est in valle S. Urbani in ecclesia eiusdem sancti, quae licet modo sit acatholica, scutum tamen hoc fenestrale manet integrum et illaesum. Habetur aliud scutum Marci Schencklin primi abbatis post apostasiam anno 1542. Hoc repraesentat annulum a corvo ablatum, a venatore inventum, praecipitationem* S. Iddae *ex arce Toggenburgica, habitatio-*
C *nem eiusdem sanctae in deserto, cervum praelucentem et ducentem* D. Iddam *ad nocturnas preces Fischingam. Eadem vide in scuto fenestrali Ioannis Rudolphi abbatis de anno 1554. Horum antecessorum successores abbates exemplum sectantur. Venerabilis autem conventus Fischingensis pro minore sigillo conventuali utitur effigie* D. Iddae. *Multi etiam exteri, scribentes conventuali Fischingensi inscriptionem epistulae ita formant :* Adm. rev^do^ NN. monasterii Fischingensis apud D. Iddam capitulari. *Immo nec acatholici hac inscriptione nonnunquam uti verentur.*

necnon in bene multis imaginibus,

19. “*Confirmant cultum sanctae patronae nostrae immemorialem antiquissimae imagines a maioribus nostris semper cum radiis et gloria circa caput pictae et sculptae, quemadmodum videre licet in Vita a Patre Alberto a Bonstetten anno 1486, et publicis typis commissa ab ipso auctore, anno citato. In hac enim* S. Idda *cum candela a daemone ex-* D
stincta repraesentatur. Vetustissima Fischingae asservatur picta tabella S. Iddae *cum cervo duodecim luminibus illustri, quae religiosam virginem ex ordine S. Dominici exhibet flexis genibus* D. Iddae *supplicem. Hanc tabellam esse antiquissimam demonstrat peregrinus et prorsus ignotus* S. Iddae *vestitus, similiter scriptura ob vetustatem penitus deleta. Scutum fenestrale perantiquum a nobili domino Rudolpho Escher proconsule Tiguri, Tiguro adhuc catholico, Fischingam missum circa annum 1499, exhibet autem* S. Iddam *lumen a mortuo accipientem. Imago* D. Iddae *ex ligno sculpta ob antiquitatem asservata. Haec olim posita fuit iuxta B. Virginem in altari proprii sacelli erecto anno 1513. Reservatur adhuc in monasterio Fischingensi parva quaedam campanula ex aere, interius et exterius deaurata, cum qua olim in sacello* S. Iddae *dabatur signum ad sacra facienda. Hanc autem esse antiquissimam ipsae litterae scripturae manubrio eiusdem campanulae impressae satis indicant. Scriptura vero ita sonat germanice:* S. Idda, bid für die abgestorbene Seelen; S. Idda, ora pro E
fidelibus defunctis. *Ceterum cum etiam huius campanulae usus excedat omnem hominum memoriam, valde probabile est iam exstitisse ante 200 vel 300 annos vel ultra.*

e quibus nonnullae ad antiquiora tempora videntur pertingere.

20. “ *Dum sacellum* D. Iddae *ab R. D. Placido abbate anno 1622 erectum, sed anno 1704 die 24 aprilis iterum destructum est, in muri pariete super* S. Iddae *sacrum sepulcrum, coemento prius raso, apparuit historia vitae* S. Iddae *in antiquissima capella, quam abbas Iacobus anno 1595 latiorem fecit, coloribus repraesentata. Nimirum desponsatio* S. Iddae *cum Henrico comite, annuli inventio, et* S. Iddae *ex arce proiectio, inventio* S. Iddae *in eremo, iter* D. Iddae *ad nocturnas monachorum preces cervo lumen praeferente, accensio cerei a mortuo. Et cum haec historia pennicillo valde antiquo sit formata, abs quodam pictore Leonardo Rüssi cive Wilense delineata est, anno 1704, die 28 aprilis, ut posteritati recommendaretur, quae ex prisco vestium habitu antiquitatem picturae facile diiudicabit. Pro certo enim habeo hanc picturam esse vel cum ipsa vetere capella depictam, vel saltem cum sepulcro anno 1496 exstructo factam. Ceterum quidam ex peregrinantibus infra hanc* F
picturam nomen suum muro creta rubra appinxit anno 1576 ; ex quo aliqualiter antiquitas huius picturae elucet (*).

§ VIII. De festo beatae Iddae extra monasterium Fischingense.

Indictum est S. Iddae *festum in ecclesiae Constantiensis missali*

21. “ *Primo placuit Altissimo devotam famulam suam* Iddam *per famam sanctitatis magis ac magis gloriosam reddere, et lucernam hanc in aureo ecclesiae candelabro per prodigia sublimem extollere, ut luceret omnibus, qui in magna mundi domo sunt. Cum ergo fama sanctitatis et miraculorum divae* Iddae *in omnem late regionem exiret, R. domnus Ordinarius decrevit, ut eius memoria publico cultu*

(*) *Ex codice 8545 addendum est, p. 46 :* Reservatur in archivio nostro imago S. Iddae in habitu monastico sanctimonialis, in altera manu rosarium, in altera baculum tenentis, quae repraesentat mysterium eiusdem S. Iddae praelucente cervo... Haec imago est coloribus delineata ad instar illius, quae fuit reperta in breviario Constantiensi in magno folio, de mandato D. episcopi Hugonis de Landenberg impresso per Erhardum Radtold, Augustae Vindelicorum anno 1499. Hoc breviarium R. F Iudocus Hessi professus in Ittingen Ordinis Carthusiani dono dedit parochiae Winterthurensi anno 1511 adhuc catholicae, et licet modo sit acatholica, tamen hoc breviarium adhuc ibidem asservatur cum praedicta imagine in bibliotheca.

coleretur

A *coleretur per totum episcopatum Constantiensem, qui ob amplitudinem suam regno potius, ut quidam loquuntur, quam dioecesi similior est, et plus quam ducentis milliaribus germanicis, mille italicis circumscribitur, nec unam aut alteram sub se conticet civitatem, sed aliquot provincias, Helvetiam, Sueviam, Brisgoiam, Wittenbergam, Hercyniam, Algoiam, etc. Celebratur ergo festum* D. Iddae *ad diem 3 novembris ex ordinatione domini Ordinarii in toto hoc episcopatu per modum commemorationis tam in missa quam in horis canonicis, de communi nec virginis nec martyris; et quidem ab antiquissimo tempore, teste reverendissimo et illustrissimo D. Ioanne Georgio, episcopo Constantiensi in praefatione* missalis Constantiensis *sua auctoritate et iussu editi anno 1603, in qua inter alia sic loquitur:* Ceterum clero Dei benignitate iam aliqua ex parte ad romanum ritum exculto et informato, breviarium prelo commissum et feliciter superioribus annis absolutum fuit, in quo sane ad vivum omnia quae in romano breviario iussu Pii V pontificis maximi edito continentur, et nihilominus peculiarium nostrae ecclesiae Constantiensis B sanctorum patronorum officia iuxta antiquissimum usum dioecesis Constantiensis, ne quippiam iure desiderari posset, inserta fuerunt. Ad eandem formam, quod sanctissimo Domino Clementi probaretur et sacri concilii Tridentini decretis in continuatione sessionis vigesimae quintae congrueret, non solum divinorum officiorum diurnum sed et novum missale revocare statuit. Verum morte praeventus, in successorem quod operi deest transmisit. Nos igitur vestigia antecessoris nostri insistentes, et opus multo maxime sanctum ac necessarium ad finem optatum perducere cupientes, missale hoc ad usum romanum, quod per propria huius nostri episcopatus fieri potuit exactum, conformatum prelo mandari iussimus, idque pro cura nobis commissa quantum tenebamur, et ratio temporis postulare videbatur, curavimus, ut unde omnis religio et divinus cultus sumpsit exordium, Romanam Ecclesiam dicimus, ad eius petrae soliditatem summo studio revocaremus, et ita quidem, ut tamen proprias et peculiares sanctorum patronorum nostrorum missas, sicut iam dictum est, pro recepta et a summis pontificibus approbata consuetudine minime in-C termittendas censuerimus. *Hactenus nominatus episcopus.*

et breviario. 22. « *Vide etiam breviarium Constantiense ex decreto rev*^mi^ *ill*^mi^ *domini principis Andreae ab Austria, S. R. E. cardinalis titulo Mariae Novae diaconi, episcopi Brixinensis et Constantiensis, anno 1599 editum, ubi festus dies* S. Iddae *ad diem 3 novembris assignatur. Idem etiam R. D. episcopus in praefatione ad dictum breviarium inter alia ita loquitur :* Breviarium nostrae dioecesis Constantiensis non sine gravissimis sumptibus excudi fecimus, idque absolute romanum reddidimus, praeterquam quod officia divorum tutelarium dioecesis nostrae Constantiensis debitis locis intersuerimus, ita ut deinceps maximus minimusque vestrum sine difficultate rite et romane pensum cotidianae suae precationis possit implere. *Idem confirmat rev*^mus^ *et ill*^mus^ *D. Rudolphus Marquardus episcopus Constantiensis in suo attestato de anno 1692 die 23 februarii sequentibus verbis :* Quemadmodum non tantum in breviario nostro Constantiensi antiquissimo tempore, sicuti aliorum sanctorum, ita quoque istius sanctae annuatim ac in ipso tremendo missae sacrificio recolitur memoria. *Hinc ex decreto rev*^mi^ *ill*^mi^ *D. principis Andreae ab Austria dies festus* D S. Iddae *publico breviario et missali anno 1599 insertus usque ad hodiernum diem praedicto modo ab omnibus domno episcopo Constantiensi subiectis celebratur.*

Cultus S. Iddae *in arce Kirchbergensi et locis vicinis.*

23. « *In Suevia, in arce Kirchberg, in qua* S. Iddae *oriunda, magno cum accursu fidelium et nobilium, festum eius ad diem 3 novembris sollemnissime, tam in foro quam in choro, peragitur. Similiter in toto territorio et districtu Kirchbergensi, etiam locis attinentibus, Wibligensi monasterio Ordinis S. Benedicti, in parochia Reglisweiler et arce Orsenhausen, etc., ex praecepto et decreto irrevocabili de anno 1600 die 19 februarii domini Ordinarii em. cardinalis ab Austria episcopi Constantiensis, ab utriusque sexus fidelibus praesentibus et futuris festum* S. Iddae *ad diem 3 novembris tam in choro quam in foro singulis quibusque annis sollemniter celebratur. Verba diplomatis sunt :* Quapropter, implorato sanctissimae Trinitatis nomine, perpetua et irrevocabili constitutione decernimus, ordinamus et instituimus ac mandamus, ut festus dies sanctae Iddae, quae erit 3 dies mensis novembris, deinceps E perpetuis temporibus in toto territorio et districtu comitatus Kirchbergensis, etiam in locis attinentibus, Wibligensi monasterio, in parochia Reglisweiler et arce Orsenhausen, ab utriusque sexus Christi fidelibus praesentibus et posteris in choro et foro singulis quibusque annis sollemniter celebretur. In quorum fidem et testimonium praemissorum litteras praesentes inde fieri sigillique nostri pontificalis iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Constantiae, in aula sive palatio nostro episcopali, anno 1600, die vero 19 mensis februarii, indictione XIII. — *In Helvetia, in landgraviatu Turgoiae cantonibus subiecto festum sanctae patronae* Iddae *ad diem 3 novembris tam in choro quam in foro ab utriusque sexus fidelibus praesentibus et futuris sollemniter celebratur in toto baronatu Tannegensi et in huius parochiis, nimirum in parochia Syrnach, Bichellsee, Tusnang, Augia, Bettwisen. Celebratur itidem, tam in choro quam in foro, festum* S. Iddae *ad diem 3 novembris in toto dominio Lommensi, similiter in toto territorio Spiegellbergensi. In territorio illustrissimo principi Sangallensi subiecto celebratur festum sanctae patronae* Iddae. *In celeberrimo monasterii* F *Maggenaw sacrimonialium Ordinis Cisterciensis, sub ritu duplici, et quidem iam ab antiquo et ab immemoriali tempore. In venerabili monasterio apud B. V. Mariam Angelorum, sacrimonialium ordinis S. Francisci, sub ritu duplici iam ab antiquo. In eodem territorio illustrissimo principi Sangallensi subiecto die 3 novembris in honorem sanctae patronae nostrae* Iddae *ferias agunt. Vallis seu silva fratrum, pagus Schönaw inferior, vogtia Buemberg, vogtia Einstall, villa Schönaw superior, villa Reuthi, villa Oberblaicken, villa Eisgatten, villa Schlattberg, villa Buechhorn, pagus Wallenweill, viculus Möricken, Herderen, pagus Bueswyll. In cantone Vramiensi Helvetiae in quodam loco, vulgo Baunen, ubi pactum helveticum initium sumpsit, exstat sacellum filiale parochiae Seedorffensis in honorem* S. Iddae *exstructum, et tribus altaribus ornatum. Incolae illius loci festum* S. Iddae *die 3 novembris sollemnissime in choro et foro celebrant. Ad hoc autem sacellum per totum anni tempus est satis frequens Vramiensium et Schwitensium peregrinatio voti causa, multaeque fiunt virtutes per intercessionem sanctae patronae nostrae* Iddae ; *prae ceteris vero inde medicinam referunt mortales aegri, qui dentibus, tussi et febri laborant. Primi huius*

A *huius sacri sacelli initium ob antiquitatem penitus ignoratur : licet circa annum 1580 a torrentis inundatione media illius pars fuerit absumpta, brevi tamen fuit restaurata et ampliata. Post quinquaginta annos, denuo a fluvii inundatione fuit penitus ablatum; quare incolae in tutiore loco, in quo modo visitur, cum tribus altaribus et non ignobili pennicillo exornatum aedificarunt. Imago* S. Iddae *ex ligno sculpta et in maiori altari posita ob faciei amabilitatem spectatores mire ad devotionem excitare solet. In parochia Lommensi, landgraviatus Turgoici, erectum est sacellum et altare perpulchrum in honorem* S. Iddae, *in quo Christi fideles* D. Iddam *pie et religiose venerantur, frequenterque sacra fiunt. Celebrant festum sanctae patronae nostrae* Iddae, *ad diem 3 novembris, tam in choro quam in foro, sacrimoniales monasterii Wunnenstein, tertii Ordinis S. Francisci, in cantone Helvetiae Abbatiscellano, et quidem cum consensu sui R. domini Visitatoris D. Conradi Ferdinandi Geist, suffraganei et vicarii generalis domini episcopi Constantiensis. In celeberrimis monasteriis Murensi Helvetiae, nec non Engelbergensi, utroque*
B *Ordinis S. Benedicti, ad diem 3 novembris, festum* S. Iddae *per modum commemorationis cum lectione duodecima in matutinis celebratur.*

§ IX. De reliquis signis cultus S. Iddae adhibiti.

S. Iddam *coluerunt et ceteri Helvetiae tractus,*

24. " *In praecedentibus assignavimus loca in quibus festum sanctae patronae nostrae* Iddae *in missa et divinis officiis celebratur; nec tamen desunt loca alia quam plurima, in quibus* S. Idda *a Christi fidelibus pie colitur et honoratur. In Helvetia, cantone Lucernensi, in oppido Malters dicto, exstat capella* S. Iddae *sacra, in qua* D. Idda *propitia est, et magna populi veneratione colitur, et variis frequentatur peregrinis, multaeque per intercessionem* D. Iddae *fiunt virtutes, ac pro more quasi invaluit, ut cephalia laborantes iconem aliquam* S. Iddae *capitibus suis admoveant, perque id saepius liberentur. In landgraviatu Toggio, illustrissimo principi Sangallensi subiecto, exstat sacellum Müllenreuthi dictum, spectans ad parochiam Mosnang, et S. Iosepho quidem sacrum, ubi per*
C *anni tempora saepius divina peraguntur officia, in altaris tamen latere posita est imago* D. Iddae *ex ligno sculpta, quam Christi fideles pie colunt, et in suis necessitatibus devote invocant, quod testantur votiva ex cera ab iisdem appensa. In eodem landgraviatu exstat ecclesia Gäwill, filialis quidem parochiae Kirchberg, ubi in altari* D. Iddae *imago picta visitur et a Christi fidelibus religiose colitur. Nec mirum* D. Iddam *in hac ecclesia a fidelibus honorari, nam et ipsa, tempore quo vixit cum comite marito in arce Toggenburgica, saepius hanc ecclesiam, utpote arci Toggenburgicae vicinam et proximam, religiose visitavit et divinis officiis interfuit. Per totam dioecesim Constantiensem ecclesiae, sacella, altaria in honorem* D. Iddae *abs R. D. Ordinario sollemniter consecrantur, statuae ex ligno vel imagines pictae huius sanctae in altaribus vel ecclesiis collocantur, sicut et in aliis dioecesibus vicinis, immo dissitis ; similiter* D. Iddae *imagines in viis et plateis erectae vel in domibus forinsecus pictae videntur. Quam plurimae etiam familiae, maxime in Helvetia et Suevia,* S. Iddae *imagines intra domos suas affigunt, et ut patronam domesticam pie venerantur.*

et in Italia

25. " *Devotio erga* S. Iddam *etiam apud Italos, maxime apud Laudenses in Insubria exoriri videtur. Nam illustrissimus D. Bartholomaeus Menattus, episcopus Laudensis et nuntius olim apostolicus apud Helvetos, singulari devotione erga* S. Iddam *affectus, cultum eius etiam in sua dioecesi et vicinia dilatare et propagare statuit: quare per Udalricum Uttenberger, Lucernae canonicum et commissarium episcopalem, petiit a me Vitas, imagines, numismata huius sanctae. Devotae huic petitioni satisfacturus, misi eidem sex libellos de Vita* S. Iddae, *aliquot imagines et sex numismata metallina. Qui ad accepta in hunc modum respondit:*

dioecesis Laudensis

R^mo Pater, domine colendissime. Oblata munera imaginum, numismatum ac libellorum admirabilis Vitae S. Iddae, quae, ex ordine R^mae Paternitatis vestrae, ad me transmissa sunt a domno canonico Nicolao Udalrico Uttenberger, acceptissima pervenerunt, non modo in satisfactionem propriae meae devotionis erga tantam patronam, verum etiam ut eius cultum facilius extendere possim in hac civitate et dioecesi; quod quidem futurum spero, cum nobilis vir huius meae civi- E tatis, in grati animi argumentum pro gratia impetrata, eiusdem Vitam italice in lucem edere voverit. Quare etiam pro maiori eius notitia et instructione suggeram invisere quid de eadem sancta matrona ill^mus nuntius Scottus, olim in Helvetia legatus apostolicus, [in *Helvetia] profana et sacra.* Ego vero interea amicissimas gratias refero r^mae Paternitati vestrae, quae tam libenti animo mihi complacuit, et si quid ulterius repromere valeam, totum eiusdem mandatis exhibeo, manens semper futurus

R^mae Paternitatis vestrae studiosissimus
ex corde

Bartholomaeus, episcopus Laudensis.

Laudae, 7 decembr. 1697.

Acceptis hisce litteris, scire gestiens num nobilis ille, cuius mentio in litteris, opus suum de S. Idda *lingua italica perfecerit; quare post tres annos ill^mo domino Menatto de hac re iterum scripsi; qui vicissim sequentibus respondit:*

Nobilis ille vir huius civitatis, qui in grati animi argumentum pro gratia impetrata, iam decreverat in lucem edere italica lingua Vitam mirabilem F sanctae matronae Iddae, adhuc opus non perfecit, utpote aliis publicis curis praepeditus, praesertim hisce temporibus tam periculosis nostrae Insubriae. Hoc scio, multas in scriptis implevit paginas eleganti et erudito stilo, et statim ac vacuus erit, expediet quod superest perficiendum. Postquam autem fuerit typis cusum, satisfaciam petitionibus et mandatis r^mae Paternitatis vestrae eo libentius, quo liberaliores ipsa offert suae studiosae voluntatis effectus erga me. Cui propterea singulares referens gratias, maneo semper futurus

R^mae Paternitatis vestrae studiosissimus
ex corde servus,

Bartholomaeus, episcopus Laudensis.

Laudae, 1 aprilis 1701.

Et haec de celebratione et cultu sanctae patronae nostrae Iddae, *praeter dubium quin aliis adhuc locis colatur; quia tamen nobis necdum constat, dicta pro argumento tituli probando sufficiant.*

Anno 1705, Vincentius Pichius,

26. " *Silentio hic non praetereundum factum r^mi ill^mi D. Vincentii Pichii ex marchionibus Albineae et comitibus Reschii, archiepiscopi Laodiceae,*

nuntius apostolicus, invisit arcem Toggenburgensem.

diceae, nuntii apostolici a Clemente XI ad Helvetos missi, qui, anno 1705 die 12 maii, ex Lommis venit Fischingam, die vero 14 eiusdem, sumpto prandio, cum toto comitatu montem S. Iddae *ascendit, ibidemque adhuc rudera arcis Toggenburgicae, ab Abbatiscellanis olim dirutae, quamque* D. Idda *aliquot incoluit annis, et ex qua innocenter proiecta fuerat, suismet oculis spectavit, specialemque devotionis affectum erga sanctam hanc monstravit: qui in tremendo missae sacrificio de eadem commemoravit. Domini vero officiales eiusdem illustrissimi principis albo confraternitatis eiusdem sanctae petiere inscribi, nimirum admodum reverendus et praenobilis dominus Odoardus Antonius Poliferus, secretarius, et dominus Bartholomaeus Bonnova, aulae praefectus* (*).

§ X. De miraculis et sanctitate S. Iddae.

Miraculis coruscasse S. Iddam *asserunt scriptores multi,*

27. " *Miracula et plurima beneficia ab omnipotente Deo, intercessione sanctae patronae nostrae* Iddae, *petentibus concedi testantur unanimi consensu tam veteres quam moderni scriptores Vitae* S. Iddae. *P. Albertus a Bonstetten testatur sacrum* D. Iddae *sepulcrum clarere miraculis, quorum aliqua refert, et hoc a plurimis visitari et coli; ita in sua Legenda de anno 1486. Venerabilis et eximius P. Canisius in sua historia de anno 1590:* Paucis, *inquit,* recensemus D. Iddae miracula innegabilia : haec enim causa sunt, ob quam sacrum beatae Iddae sepulcrum usque ad hodiernum diem a multis invisitur et honoratur, ac ipsa experientia habetur Deum, ob merita D. Iddae, Christi fidelibus varia elargiri beneficia, immo eos a diversis liberare languoribus et in suis petitionibus facile exaudiri. *P. Henricus Murer, post aliqua enarrata miracula, sic concludit in* Vita D. Iddae, *fol. 298:* Sufficiant miracula enumerata : et plura recensere supervacaneum foret, nam horum veritas omnibus est adeo manifesta, ut nullus D. Iddae sanctitatem in dubium revocare valeat. Prae omnibus autem maternam et beneficam opem accipiunt a B. Idda ii qui spectris se infestatos, aut gravi cephalia, aut lepra se cruciatos sentiunt. *Similia habent et alii scriptores,* C *quos vide, si placet, maxime P. Buccelinum, qui in* Constantia *sua* Rhenana *ad annum 1184 de obitu* S. Iddae *ita loquitur:* S. Idda, comitissa, monialis Fischingae, in caelos recipitur, ut inde potentius fidelium devotioni patrocinetur ; usque hodie rite invocata et honorata prodigiose in omni necessitate opitulatur. *P. Basilius Finck de miraculis* D. Iddae *ita loquitur:* In religiosa vitae austeritate ad extremum usque spiritum perseverans et multis adhuc in vita, pluribusque post mortem coruscans prodigiis. *Ad finem:* Patrona de facto est eorum qui orci patiuntur divexationes. *Tandem concludit :* Mortua quiescit perennantibus miraculis. *Pro confirmando nostro titulo testimonium omni exceptione maius est breviarium episcopale Constantiense, quod in festo* S. Iddae *in* D *lectione nona inter alia ita habet :* Cuius sanctitatem Deus miraculis testatam esse voluit. *Quis autem fuerit tantae audaciae, ut praesumat asserere R. dominum Ordinarium haec absque praemissa et authentica inquisitione publicis clericorum breviariis inseruisse? Accedit aliud testimonium R. D. Ordinarii cardinalis Andreae ab Austria, episcopi Constantiensis, in decreto suo de anno 1600 supra citato; inter alia enim sic loquitur:* S. Idda defuncta in Fischingen miraculis coruscavit. *Sic illustrissimus dominus Ranutius Scottus, olim apud Helvetos nuntius apostolicus, in sua* Helvetia profana et sacra, *ita scribit :* Mori questa sancta a di 9 settembre del 1100, et ivi sepelita e per li grandi miracoli operati in essa da Dio. *Nec praetereundum est martyrologium, germanico in idiomate anno 1599 Dilingae typis cusum, quod brevi enarratione Vitae* D. Iddae *hanc annectit clausulam :* Fischingae, apud D. Nicolai altare sepulta miraculis claret. *Testimonium efficax pro confirmatione miraculorum et virtutum* D. Iddae *desumi potest ex antiquissimo* E *monasterii proprio.*

quod etiam elucet ex concursu fidelium.

28. " *Asservatur in monasterio Fischingensi antiqua tabella lignea, in qua quaedam miracula annotantur intercessione* D. Iddae *facta; haec autem a maioribus nostris ut indubitata ad nos pervenerunt, maxime cum per notarios et iuratos, iussu Christophori abbatis anno 1580, iterum examinata, ut authentica sunt inventa et approbata. Sacrum* D. Iddae *sepulcrum anno 1496 ab Henrico abbate, ut supra audivimus, erectum, authenticum probat testimonium miraculorum et beneficiorum acceptorum; ni enim Christi fideles per* D. Iddae *merita frequentiora impetrarent beneficia, peregrinantes ad sacrum hunc tumulum, tamquam ad commune asylum miserorum et languentium, nec in tanto affluerent numero, nec devotio erga hanc sanctam magis ac magis in fidelium mentibus augeretur. Ex incremento enim devotionis merito concluditur impetratio beneficiorum. Probant etiam huiusmodi miracula et beneficia varia anathemata votiva ex cera in sacello* D. Iddae *hinc inde in magno numero appensa, quaeque magis ac magis multiplicantur. Et cum devotis Christi fidelibus longe lateque certissime constet, plurima a Deo per intercessionem* F D. Iddae *impetrari beneficia, nulla amplius a religiosis Fischingensibus notantur vel examinantur, licet patres confessarii huiusmodi innumera referre et recensere valerent. Ceterum patronam nostram* Iddam *non tantum Fischingae, sed et in Bauuen, in Malters, aliisque locis, esse propitiam et prodigiosam supra iam annotavimus. Tot etiam pro confirmanda hac materia in testes vocari possent, quot ad invocationem sanctae matronae nostrae* Iddae *in suis petitionibus sunt exauditi, quorum multitudo excessivum plane componeret numerum.*

S. Iddae *sanctitatem gravissimi viri*

29. " *Quod sanctitatem divae* Iddae *attinet, probatur haec. Cum* D. Idda *sanctissimam duxerit vitam in terris, magnum suae sanctitatis nomen et* odorem

(*) *Haec ex codice n. 8545 p. 34, addantur :* Ex pervetustis manuscriptis Vitoduro nobis communicatis, habemus iam ante apostasiam processiones Vitoduro, vulgo Winterthur, Fischingam ad D. Iddam fuisse institutas. Tunc nempe ad annum 1509 et 1510 cum ex more cives novae urbis Vitoduri, qui hucusque collegiatam ecclesiam veteris Vitoduri tamquam suam frequentaverant, non pridem antea propriam parochiam in hac urbe ad S. Albanum obtinuissent, coeperunt etiam suam superstitionem plurimum augere, sacras quoque reliquias conquirere, conceptis variis votis et peregrinationibus ad sanctos Dei Berenbergam, ad praeposituram Emberach, et ad suam dominam Fischingam apud Matrem Dei in Augia. Auctor horum manuscriptorum fuit Laurentius Bosshardus, ecclesiae collegiatae ad B. Iacobum in Monte sancto prope Vitodurum canonicus. Haec autem scripsit iam factus apostata, qui in apostasia perseverans mortuus est anno 1530. Berenberg erat monasterium sub tertia regula S. Francisci, prope castrum Altenwulfflingen anno 1360 a comitibus Kyburgensibus fundatum. Emberach erat ecclesia collegiata habens praepositum, sexdecim canonicos et sex capellanos.

laudibus extollunt,

odorem apud posteros reliquit suavissimum; quare sanctitatis eius fama statim longe lateque percrebuit, Christi fideles ad eius cultum non tantum privatum, sed et publicum, immo et ecclesiasticum promovit. Et cum nemo illius gloriam et beatitudinem in dubium vocaverit, eius imagines et statuae iam a maioribus nostris cum radiis et gloria circa caput semper et ubique pictae et sculptae sunt, ut praecedente articulo in antiquissimis imaginibus observare licet. Plures quidem et magnos sanctos nominat dioecesis Constantiensis; inter quos tamen non minima numeratur et colitur sancta patrona nostra Idda, *cuius sanctitas tantum invaluit, ut ab utriusque sexus hominibus sancta mater* Idda *et patrona ab immemoriali tempore vocetur et depraedicetur, et pro tali ubique devotissime colatur. Quare absque scandalo maximo non tantum piorum fidelium, sed et haereticorum, quibus, pro dolor, Helvetia abundat, nomen sanctitatis eius in dubium amplius vocari non potest; sicque magna haec sancta voce populi ac voce Dei ad exemplum quorundam aliorum sanctorum iam ab antiquo* B *canonizata est. Ceterum quod sanctitas sanctae patronae nostrae* Iddae *nec Sedem apostolicam lateat, immo et eiusdem saltem approbet et Christi fideles ad huius sanctae venerationem et cultum excitet, dicemus infra. Non desunt etiam gravissimi viri, et pietate et doctrina conspicui, omnique exceptione maiores, qui sanctitatem* D. Iddae *miris laudibus et encomiis depraedicant. Nam illustrissimus monasterii Einsidlensis decanus P. Albertus a Bonstetten* D. Iddam *sequentibus extollit elogiis de anno 1481 :* Mira Divinitatis speculatrix, sectatrix omnium virtutum, regula puritatis, speculum verecundiae viduarum decor, honor feminei sexus, auctrix religionis, corona nobilitatis, bonorum operum plena, septimum caelorum firmamentum, in ecclesia Dei lucens et miraculis clarescens. *R. dominus Balthasarus Wuoher, episcopus Ascalonensis, illustrissimi principis domini episcopi Constantiensis suffraganeus, vir notae doctrinae et apud posteros nomen sanctitatis relinquens, iam ante centum octodecim annos, nempe anno 1582, die 14 novembris, in litteris ad sanctissimum D. Gregorium Papam XIII datis e monasterio Vinearum, Ordinis S. P. Benedicti, inter alia testatus est super sanctitate* S. Iddae, *ut* C *supra diximus, et etiam in summario num. 14 habetur. Eminentissimus D. Andreas, S. R. E. cardinalis et episcopus, pro sanctitate* D. Iddae *clarum dat testimonium in suo decreto de anno 1600, die 19 februarii, supra citato. In illo enim decreto probatur ex sacra scriptura invocationem sanctorum esse sanctam, salubrem et utilem; postea hisce concludit verbis :* Haec, ut de aliis vera sunt sanctis, sic vera procul dubio sunt de S. Idda ex domo et familia comitum de Kirchberg oriunda, quae ante quingentos et quindecim annos innocenter vitam toleravit suam, defuncta in Fischingen, monasterium in Turgoia est, sepulta miraculis coruscavit, ideoque ibidem loci quotquot annis sollemnibus sacris culta est. *Et post pauca :* Nos pietate plenae petitioni non potuimus non annuere, utpote quae ad Dei imprimis gloriam cederet, et S. Iddae multis nominibus in patria praesertim debitum honorem, denique in populi etiam, si haec patrona bonis recordationibus, precibus publicis piisque et sollemnibus institutis coleretur, insignem utilitatem. *Ecce a tanto sanctae romanae Ecclesiae antistite clarum sanctitatis* D. Iddae *testimonium.*

confir-

30. " *Non est silentio praetereundum quod P. Buccelinus, monachus Weingartensis supra citatus, in variis suis opusculis pro sanctitate* D. Iddae *affert.*

mantque scriptores

In Constantia Rhenana, *ad annum 1172, ita loquitur :* Illustrissima et admirabilis sane stella dioecesim (Constantiensem) magno splendore et gloria implet sancta Idda, Henrici comitis Toggenburgi nuper coniux, nata comitissa de Kirchberg, mulier sanctissima. *Ad annum 1176 :* Persuasa monialium Fischingensium Ordinis D. Benedicti precibus eo se transfert, cucullum amplexa, arcta tamen conclusa cellula angelicam plane instituens vitae rationem, locumque illum ceteroquin sanctissimum multo reddit illustriorem. *Ad annum 1184 :* Sub hoc fere tempus stella lucidissima dioeceseos nostrae, sancta Idda in caelos recipitur, ut inde potentius fidelium devotioni patrocinetur, quibus usque hodie rite invocata et honorata prodigiose in omni necessitate opitulatur. *Hactenus ita loquitur in* Constantia Rhenana. *In* Germania *vero* sacra, *typis edita 1655, pro altera, verbo* Fischingen *inter alia sic habet :* S. Idda, eiusdem loci Deique sanctimonialis, miraculorum gloria dum viveret et a E morte illustrissima colitur. *In Menologio Benedictino suo, anno 1656 in lucem dato, ad diem 3 novembris :* In Helvetia, in monasterio Fischingensi S. Iddae viduae, comitissae Doggenburgicae, virtutibus et miraculis clarissimae. *Hactenus P. Buccelinus, pietate et doctrina nominatissimus. Famam sanctitatis divae* Iddae *acerrime propugnabunt omnes fratres et sorores albo confraternitatis eiusdem sanctae inscripti, quorum ab anno institutionis 1580 usque ad hodiernum 1704 diem 5 aprilis, numerantur 6012, nimirum in Deo iam requiescentium 2809, virorum autem, clericorum, regularium et saecularium utriusque sexus 3203. Inclita autem haec confraternitas in honorem et sub patrocinio* D. Iddae *initium sumpsit in celeberrimo monasterio Fischingensi anno 1580, sub Christophoro abbate, ac 27 iunii anni eiusdem confirmata est ab eminentissimo principe ac cardinali S. R. E. Marco Sittico, archiepiscopo Salisburgensi et episcopo Constantiensi, postea vero anno 1617 a Paulo V, pontifice maximo, praeclaris indulgentiis exornata est. Omni studio sanctitatem* D. Iddae *defendet, praeter alias dioeceses, amplissimus episcopatus Constantiensis, qui* D. Iddam *a multis iam saeculis ut notam et indubiam sanctam coluit.* F *Singulis etiam annis passim in hoc episcopatu parochi et curatores festum huius sanctae ad diem 3 novembris Christi fidelibus ex cathedris denuntiant. Stabunt pro sanctitate divae* Iddae *episcopi, praesules et abbates, omnes scriptores Vitae huius beatae, qui decretis et scriptis suis* D. Iddam *ut magnam et quidem admirabilem sanctam toti mundo depraedicant.*

ac testatur tum recitatio litaniarum,

31. " *Pro coronide appono litanias de* S. Idda *quas piissimus antecessor meus Ioachimus abbas, vir magnae pietatis, ex doctrinalibus R. P. Canisii S. I. in Vitam eiusdem sanctae deprompsit, et iterato cum licentia superiorum in lucem dedit, ex quibus sanctitas divae* Iddae *facile elucet.*

Litaniae de sancta matrona Idda, *cum facultate superiorum in lucem editae in venerabili monasterio Einsidlensi B. M. Virginis, anno 1661.*

Kyrie eleison. — S. Maria, ora pro nobis.
Sancta mater Idda, ora pro nobis.
S. Idda, famula Christi devotissima.
S. Idda, exemplar Deum vere amantium.
S. Idda, decus et honor nobilitatis christianae.
S. Idda,

A S. Idda, ante thorum virgo casta et pura.
S. Idda, casti coniugii sponsa fidelis.
S. Idda, apostolicum viduitatis speculum.
S. Idda, turtur gemens.
S. Idda, stella in medio nebulae lucens.
S. Idda, pompae huius saeculi contemptrix.
S. Idda, sacrae solitudinis amatrix.
S. Idda, speculum patientiae christianae.
S. Idda, victrix daemonum fortissima.
S. Idda, amatrix paupertatis.
S. Idda, confraternitatis tuae patrona gratiosa.
S. Idda, consolatrix afflictorum.
S. Idda, refugium pauperum.
S. Idda, amore Dei succensa.
S. Idda, patriae nostrae patrona specialissima.
S. Idda, mater et patrona nostra carissima.

Agnus Dei. — Ora pro nobis...

Oratio, *R. P. Canisii in Vita eius.* Omnipotens sempiterne Deus, qui mirabilis et potens es in sanctis tuis, atque in fideli famula tua Idda magna B operari dignatus es, maiestatem tuam supplices exoramus ut spiritum eius, quo tibi servivit, in cordibus nostris accendas et sanctam eius intercessionem ad instaurationem corporis et animae nobis prodesse concedas, ut nos a satana et omni malo custodias, ac in vera fide et omni bono confirmare propitius ac solidare digneris. Per Dominum.

tum institutio confraternitatis sub eius nomine.

32. *In testimonium sanctitatis suae patronae adducunt etiam Fischingenses confraternitatem institutam sub nomine* S. Iddae. *De qua haec leguntur in documentis transmissis a Patre Chardon. " Haec confraternitas circa annum 1580 initium sumpsit in ecclesia ac monasterio Fischingensi, confirmata est 27 iunii eiusdem anni ab eminentissimo principe et cardinali S. R. E. Marco Sittico, archiepiscopo Salisburgensi et episcopo Constantiensi. Potissima causa fuit V. P. Petrus Canisius e Societate Iesu qui in omnem* D. Iddae *cultum intentus, non tantum laboravit, ut in honorem* S. Iddae *confraternitas aliqua erigeretur, verum etiam ipse verbis et factis eidem congregationi inter primos nomen suum inscribi curavit. Postea hanc ipsam inclitam confraternitatem anno 1617 Paulus V, pontifex maximus, praeclaris indulgentiis exornavit. Meminit etiam de hac confraternitate* C *gloriosissimae sanctae* Iddae *in suis litteris ad Gregorium XIII, 1582, reverendissimus dominus Balthasar, episcopus Ascalonensis, suffraganeus Constantiensis, ut habetur quaestione secunda fol. 5 (scilicet quae supra dedimus num. 10), et iterum per totam quaestionem decimam (nempe quae tradentur infra num. 35), plura de incremento huius confraternitatis memorantur.*

§ XI. De labore impenso pro elevatione cultus S. Iddae.

Fischingenses, ut Romae approbaretur cultus S. Iddae, *primo non exauditi,*

33. " *Circa annum 1606, illustrissimus et R. abbas et princeps ad S. Galli Bernardus R. P. Iodocum Mefler monasterii San-Gallensis professorem, studiorum causa, Romam misit. Is ex commissione sui R. domini plurimum laborabat, ut officium seu proprium de* S. Idda *saltem pro abbatia Fischingensi a Sacra Rituum Congregatione approbaretur, et licentia celebrandi eius festum, prout ab antiquo consuevit, concederetur. Quare cum propterea diu ab eodem eminentissimus cardinalis Bellarminus fuisset informatus, hoc responsum tulit : cum in* D *martyrologio de ea sancta nihil reperiatur, et Congregationi de eiusdem vitae historia nihil constet, Congregationem non libenter approbare huiusmodi, de quibus plene informata non sit, adeoque nisi aliquid amplius doceatur difficulter adductum iri Congregationem ut vitae historias approbet; sed bene licere patribus Fischingensibus recitare de illa sancta officium commune, idque aiebat pro suo facere posse patres illos, quia difficultas hic non est tam in sancta ipsa, quam in eius vitae historia. Haec cum anno 1610, 10 octobris, Fischingam scriberentur, et adderetur, si reverendus abbas aliquantulas pro honore tantae sanctae expensas facere vellet, negotium per commissionem a Congregatione cardinalium factam facile confici posse, praeterlabi occasionem tam optatam praetermisit R. D. Matthias Stehelin, pro tempore Fischingensis monasterii abbas, ob paupertatem qua tunc monasterium Fischingense laborabat. Praefatus vero R. P. Iodocus Mefler, paulo post Roma ad S. Galli monasterium rediens, lectiones secundi nocturni, quae hodiedum per dioecesim Constantiensem in festivitate* S. Iddae *in matutinis recitantur, vel ipse composuit* E *vel Romae componi et typis imprimi curavit, atque pro gratissimo xenio R. D. Matthiae Stehelin, abbati Fischingensi, obtulit donavitque. Post plurium annorum intervallum, scilicet anno 1643, illustrissimus et R. abbas ac princeps ad S. Galli Peres, eadem devotione erga* S. Iddam *inflammatus, a Sacra Rituum Congregatione licentiam celebrandi festum* S. Iddae *in suo monasterio et territorio instanter petiit; a qua responsum accepit prius authentice probandam esse sanctitatem* D. Iddae, *cum non sit in martyrologio romano. Quare diutius reverendus princeps per aliquot suorum epistolas a RR. PP. Fischingensibus informari voluit, quaenam allegare valeant fundamenta sanctitatem* D. Iddae *probantia. Collecta haec sunt magna cura, et a r^mo^ et ill^mo^ principe San-Gallensi Romam missa. Verum cum optatus non illico sequeretur effectus, San-Gallenses, romani stili pertaesi, hoc pium negotium haud ulterius moverunt.*

ab episcopo Constantiensi commissario delegato,

34. " *Resumpsit illud anno 1691 R. D. Franciscus monasterii Fischingensis abbas, et ad R. et Celsissimum S. R. I. principem ac episcopum Constantiensem Marquardum Rudolphum, ut is suam Romae auctoritatem pro elevando cultu* S. Iddae F *interponeret, misit; ac promisit clementissimus sanctae huic apprime devotus princeps, et ex suo consilio commissarium designavit, qui Fischingae rite omnia in hunc finem examinaret, et antiqua documenta excuteret. A quo haec dato est relatio.*

Relatio commissarii episcopalis Fischingam missi. — Celsissime et reverendissime S. R. I. princeps, ac episcope DD. clementissime. Cum Illustrissima sua Celsitudo ad instantiam reverendi praesulis ac domini Francisci, monasterii Fischingensis Ordinis S. Benedicti abbatis, et tenuitati meae, iuxta tenorem adiectae commissionis in officio vicariatus expeditae, clementissime demandaverit, ut super certis quibusdam punctis ad mentem Sacrae Congregationis Rituum, in specie vero super immemoriali cultu, fama sanctitatis, virtute et miraculis, nec non recitatione officii et missae S. Iddae viduae in memorato monasterio Fischingae, vel ubi alias fuerit necesse, sedulo inquirerem, ac desuper in scriptis humillime referrem: ideo ea, qua par est, reverentia et submissione huic negotio die octavo mensis novembris, adhibito et desuper requisito in notarium apostolicum D. Ioanne Georgio Schenckle, sacrae theologiae et iurium candidato, parocho

A rocho in Rorschach, initium dedi, et singula documenta litteraria, instrumenta authentica, libros impressos, picturas, imagines, antiquitates sedulo et accurate inspexi, perlegi, lustravi, de quibus omnibus et singulis Celsitudini vestrae Illustrissimae subsequentem humillimam exhibeo relationem. Et primo quidem quod attinet ad cultum immemorialem S. Iddae. *Inde ea recenset quae supra iam allata sunt; finem vero suae informationis ita facit :* Vitam S. Iddae etiam descripsit R. P. Albertus a Bonstetten, decanus monasterii Einsidlensis, iam semel allegatus, typis impressam anno 1481, cum sculptis imaginibus radiis et gloria exornatis, ubi dicit se hanc legendam ex latino obsoleto in germanicam transtulisse. Ubi specialiter etiam meminit sepulcrum S. Iddae illo tempore religiose fuisse visitatum, et apud hoc fideles suas preces fudisse, queis et seipsum commendat. Quam legendam compendiose descriptam praenobilis D. Gasparus Moser, publicus notarius civitatis Wylensis, censere iussus, an antiquioribus documentis per omnia sit conformis, testatur se omni adhibita diligentia
B vidisse, et revidisse omnia conformia. Idem asserit D. I. Dolder, notarius publicus et scriba dicasterii Tannengensis, anno 1583. Item Petrus Canisius Societatis Iesu, eodem tenore Vitam scripsit S. Iddae anno 1590. Citatur etiam ab aliis Franciscus Guilimannus, *de rebus Helveticis*, lib. I cap. ultimo; R. P. Georgius Stengelins S. I., tomo I *de Iudiciis divinis*, cap. 22, num. 1; R. P. Nicolaus Avancinus S. I. in sua *Poesi dramatica*, part. 4; R. P. Michael Pexenfelder S. I. *Histor.* 39; Kalendarium Benedictinum R. P. Aegidii Rambeck, monachi Schirensis, ad diem tertiam novembris; R. P. Gabriel Buccelinus monachus Weingartensis in suo *Menologio*, et *Constantia Rhenana;* R. P. Dionysius Luxenburger Ordinis S. Francisci Capuccinorum in suo *Historiali* et multi alii.

Actum Fischingae, die 9 novemb., anno supra millesimum sexcentesimum nonagesimo primo, indictione 14.

L. S.

Ioannes Hugo Messler, doctor, commissarius, specialiter deputatus.

Ioan. Georg. Schenckle, notar. apostolicus, specialiter requisitus.

C

cui testimonium adecerunt officiales Frauenfeldenses,

35. *Erant tunc praesentes Fischingae officiales landgraviatus Turgoiae, qui a commissario episcopali, nomine celsissimi super sanctitatem et cultum* D. Iddae *in scriptis requisiti, sequentia testati sunt.*

Attestatum de sanctitate D. Iddae DD. officialium Frauenfeldensium. — Quandoquidem R^mus et Celsissimus S. R. I. Princeps ac D. Marquardus Rudolphus, episcopus Constantiensis, dominus Augiae Maioris et Oeningae, nos infra scriptos praefectum provincialem et reliquos officiales landgraviatus Turgoiae in scriptis requisivit, quatenus de cultu et veneratione immemoriali nec non sanctitatis fama, virtute et miraculis sanctae matris Iddae, quae in celeberrimo huius landgraviatus situato monasterio Fischingensi requiescit, authentice testaremur tam de auditu quam scientia propria : eiusdem altifatae Celsitudinis iustae petitioni annuentes, dicimus et testamur sub fide et fidelitate, qua superioribus nostris sumus obstricti, nos a maioribus nostris semper audivisse, sanctam comitissam Toggenburgensem, nomine Iddam, fama sanctitatis, virtute et miraculis ab immemoriali tempore in monasterio Fisching. Ordinis S. Benedicti floruisse, fuisseque singularem patronam huius comitatus Turgoici et Toggenburgensis, ceterorumque laudatissimorum cantonum Helvetiae. Idipsum testamur ex propria et certa scientia, quod adhuc in praesens tempus magis et magis floreat, eiusdem sepulcrum a fideli populo tam vicino quam extero religiose visitetur, per cuius patrocinium plurima beneficia obtinentur : insuper quotannis tertiam diem novembris in choro et foro Fischingae feriari, esseque ibidem erectam confraternitatem amplissimam in honorem huius sanctae cuius albo etiam nos infra scripti singulari nostro solatio inserti sumus. In fidem praesens attestatum subscripsimus annulis nostris corroboratum. Fischingae, 8 november 1691.

AUCTORE J. D. B.

L. S. Ioannes Udalricus Püntiner a Braumberg, praefectus.

L. S. Anton. Sebastianus Reding a Biberegg, archigrammataeus.

L. S. Iosephus Ignatius Rueplin landamannus.

E

Huic attestato R. et Celsissimus princeps ac episcopus Constantiensis aliud attestatum proprium adiecit et utrumque Romam est missum. Quod ita subscripsit :

In residentia nostra Marispurgi, die 23 februarii, anno 1692.

L. S.

Marquardus Rudolphus, episcopus.

36. "*Re iterum ulterius dilata, successor Rudolphi anno 1705 supplices ad sanctissimum dominum Clementem XI litteras dedit pro elevatione festi* S. Iddae *ad ritum festi duplicis. Supplicarunt quoque pro eadem gratia impetranda illustrissimi cantones catholici, nempe* humillimi et oboedientissimi sanctae Romanae Ecclesiae filii et servi praetores, landamanni et senatus laudabilium cantonum catholicorum in Helvetia, Lucernae scilicet, Vraniae, Suitiae, Underwaldae, Zugii, Friburgii et Solodori. *Misit deinde anno 1714 idem episcopus Constantiensis attestatum super cultu immemorabili* S. Iddae, *et anno 1715 novam supplicationem pro elevatione ritus* S. Iddae *ad sanctissimum* F
Papam Clementem XI. Quod idem eodem anno et die a sancta sede canonici ecclesiae cathedralis Constantiensis petiere. Anno deinde 1723, Romae prodiit Summarium animadversionum R. P. D. Promotoris Fidei, Responsio ad animadversiones, Memoriale novum eodem anno, et tandem anno 1724 breve pontificium subsecutum est.

confirmationem cultus tandem obtinent anno 1724.

37. *Hactenus descripta est opera quam navarunt Fischingenses ut a ritu simplici ad semiduplicem elevaretur cultus beatae viduae. Idem etiam significant perspicue duae litterae, in codice Bruxellensi n. 8545 asservatae, quas R. D. Battaglini, die 15 iulii 1724, Roma abbati Fischingensi scripsit :* Dies hodie S. Henrico dicatus faustissimus terminus tot laborum et amaritudinum, exordium et complementum nostrae optatae consolationis. Iam sint Deo laudes, vicimus causam illam, pro qua tuli per quinquennium assiduum laborem, uti videre licet ex adnexo folio illustrissimi et reverendi D. Fidei promotoris Prosperi de Lambertinis, Constantiensis elevationis officii S. Iddae, die 15 iulii 1724, pro gratia elevationis officii de communi a ritu simplici ad ritum semiduplicem pro civitate et dioecesi Constantiensi. — In sequenti

Quod elucet ex litteris ad abbatem Fischingensem datis.

AUCTORE J. D. B.

sequenti mittam instrumentum publicum praesentandum celsissimo Ordinario et publicandum per totam dioecesin, quia hodie illmus Secretarius non potuit alloqui, ut possit de more apponere facto verbo cum Sanctissimo. Heri fere eram desperatus, audiendo DD. Cardinalium contradictiones; sed Deus placavit illorum corda, iam turmatim veniunt famuli et de stilo dantur vulgo mantiae, nempe aliquibus scutum, aliis minus, aliis plus. Iam nunc adest approbatio Sanctae Sedis et idem est ac si esset canonizatio. Hanc gloriam Deus concessit Revmae P. V.; post aliquot menses facili negotio obtinebo pro dioecesi Constantiensi lectiones proprias, nempe relatas ab abbate Caietano. Gratulor Revmae P. V., quae omni pompa dignetur dare signa laetitiae cum facibus et tormentis pulveris nitrati, sonu campanarum.

Rev. Martinus Battaglinus.

Roma, 15 iulii 1724.

B *Cum ex toto quod descripsimus commentario appareat apud sanctam Sedem tantum actum fuisse de cultus confirmatione ac elevatione, neminem fugiet R. D. Martinum Battaglinum usurpando vocem canonizationis minime intendisse sollemnem illam canonizationem, in qua ex communi theologorum sententia romanus pontifex ab errandi periculo tutus esse censetur.*

Die 2 septembris anni eiusdem, idem haec eidem abbati scripsit : Gaudium Revmae P. V. adeo multiplicavit meum, iam a die faustissimae victoriae conceptum, ut vix possim exprimere concipiendo suam consolationem. Mihi credat, tales sum expertus contradictiones, angustias, defatigationes, ut firmiter credam hoc esse miraculum miraculorum S. Iddae, quod leniri a Deo impetraverit corda contradicentia. Quando iam eram fere desperatus, cum circumeundo pro informatione audivi vota contraria, in actu votandi benigne omnes concurrerunt et statim habui secretum nuntium ab uno Illmo, sed remansi veluti stupefactus per horam.

De cultu S. Iddae in ecclesia Lausanensi.

38. *Quid vero actum sit ut ecclesia Lausanensis* B. Iddae *festum ageret ex sequentibus in eodem codice n. 8545 contentis p. 10, patet.* Claudius Antonius episcopus Lausanensis Friburgi Helvetiorum 15 iunii 1725 litteras dedit abbati Fischingensi. Accepi humanissimas Revmae Dom. V. litteras sub 28 aprili mihi exaratas, quibus sane citius respondere debuissem, nisi per montes et colles in negotio visitationis huius dioecesis usque nunc occupatus fuissem, et adhuc ulterius occupandus, nunc obligationi meae satisfaciendo dixerim, quod cum maximo gaudio cultum erga B. Iddam promovere studebo. Quapropter supplices ad Curiam Romanam litteras praeparavi, inter alia etiam ad approbandum huius tam admirabilis sanctae officium, quod ex proprio Fischingensi mihi per Rev. P. concionatorem meum communicato deprompsi. *Paulo autem inferius, p. 11, clare designatur ille concionator suo nomine :* Multum sane laboravit pro introducendo ac promovendo cultu D. Iddae in dioecesi Lausanensi ac specialiter lectionibus propriis proprio illius dioeceseos inserendis R. P. Christophorus Widenmann, Societatis Iesu, Friburgi Helvetiorum concionator. *Tandem Iosephus, abbas San-Gallensis, litteris datis in Hoost-Wyll, 20 octobris anni 1725, abbati Fischingensi mandavit fuisse statutum ut a se et a capitulo festum* B. Iddae *celebraretur.*

De nova ecclesia anno 1718 Fischingae exstructa.

39. *Ea qua in patronam pietate ferebantur incitati, Fischingenses, auctore abbate suo Francisco Troger, Uraniae nato anno 1703, novas* B. Iddae *sacras aedes exstruendas curarunt, at* novae ecclesiae funditus iamiam aedificatae consecrationem ad annum 1718 distulit Rev. D. Franciscus abbas, eo quod elevationem festi eiusdem S. Iddae a ritu simplici ad ritum altiorem Roma obtinendum (pro qua totis triginta tribus annis indefesse non sine magnis expensis laboravit) de die in diem expectaverit. Verum anno 1718 de praedicta gratia obtinenda totus desperatus, revmum ac celmum D. Ioannem Franciscum, episc. Constantiensem et coadiutorem Auspurgensem, ad novam D. Iddae ecclesiam consecrandam instantissime supplicando invitavit; at facere instantias non erat opus: quippe celsmus Constantiensis non modo precibus gratiosissime annuit, sed nulli alteri cedere voluit hunc honorem quo, ut inquiebat, potentissimae suae et totius latissimae Constantiensis dioeceseos patronae cultum promovere possit. Quare tanto laudatissimo zelo celsmi episcopi pro viribus nos respondere decuit. Igitur die designata rmus D. E
abbas non modo quosdam tum ex conventualibus, tum alios praenobiles viros celsmum episcopum Constantia Fischingam associare iussit, sed ipsemet cum aliis Lommisium usque obviam venit, unde altifatus celsmus cum revmo D. abbate Fischingensi Francisco ac universo comitatu inter quos etiam erat R. P. Nicolaus Neyer, S. I., episcopi confessarius, copioso satellitio equestri et pedestri ex subditis abbatis Fischingensis, partim praeeunte, partim subsequenti, inter festivum campanarum undique compulsum ac tormentorum bellicorum explosionem, erectis etiam hinc inde in via plurimis triumphalibus arcubus, appensisque honoris symbolis, quibus et D. Iddae et eximius eiusdem cultor celsmus episcopus honorabatur, perductus est Fischingam tribus ferme horis Lommisio dissitam, ubi ritu romano processionaliter sollemnissime exceptus, ductusque est ad novam D. Iddae ecclesiam, pro more sollemnem pontificalem impertiit benedictionem. Altera die, quae erat 7 novembris eiusdem anni 1718, celsmus princeps novam ecclesiam cum altari principali et altero ad sepulcrum D. Iddae, utrumque in honorem eiusdem sanctae, reliqua enim quinque altaria prius ab aliquibus iam annis abs revmo D. abbate F
Francisco pro usu quotidiano fuerant consecrata, sollemni ritu consecrabat, ac peracta consecratione statim primus super neoconsecratum altare apud sepulcrum D. Iddae celebrare sacrificium missae dignabatur. Dies subsequens 8 novembris agebatur festiva, qua parochiae omnes ex vicinia processionaliter advenerant, concionem in laudem S. Iddae revmus ac praenobilis D. Franciscus Iosephus Schorno, canonicus et custos ecclesiae collegii ad S. Pelagiam Episcopicellae necnon ad S. Stephanum Constantiae ac visitator generalis, utpote confrater laudatissimae confraternitatis S. Iddae ad populum dixit. Qua finita ipse revmus ac celsmus princeps in nova consecrata ecclesia missam sollemnem pontificalem decantavit; qui dein eo adhuc die, tamquam zelosus promotor cultus D. Iddae, insigni comoedia et igne ut vocant artificioso honorabatur. Die nona novembris, celebrato a se missae sacrificio, episcopus ab hora septima usque ad horam duodecimam impertaesus administrabat sacramentum confirmationis; numerus confirmatorum erat 1824; demum die 10, Constantiam rediturus, noluit iter aggredi nisi prius audito ad aras S. Iddae missae sacrificio et valefacto

AUCTORE J. D. B.

A valefacto dilectae, ut dicebat, suae patronae. Postea eundem cels^mum principem ipsemet rev^mus D. abbas eadem pompa, qua fuit receptus, Lommisium usque comitabatur. Constantiam redux die 12 novembris litteris praelato Fischingensi datis demonstravit quantam in dedicatione ecclesiae laetitiam animo conceperit. Architectus novae huius D. Iddae ecclesiae fuit frater Christianus Hueber, coadjutor S. I., natione Tyroliensis. Ita ex litteris fundationis primario lapide inclusis anno 1704, die 10 aprilis.

§ XII. Prodigia per merita S. Iddae facta.

Brevis enarratio quorundam miraculorum per S. Iddam *patratorum*

40. *Ne beatae feminae, quae apud Fischingenses honoratur, quicquam gloriae surripiatur, etiam, quod ab Actis nostris minime est alienum, ex codice Bruxellensi 8545, gratiae,* S. Idda *intercedente, concessae annectuntur. Legimus, p. 39 :* Anno 1712, coniux D. Ioannis Ludovici Hirtzel, B olim nomine cantonis Tigurini summi Turgoviae toparchae, ab aliquibus iam annis sterilis felicissime per merita B. Iddae enixa est puerulum formosissimum. *Deinde, (ibid. p. 63-78) :* Verena Huoberin Fischingensis ex lethali morbo sanata, anno 1649. Mathias Breittinger et Anna Meyerin coniuges Aureatenses Suevi, septendecim annis steriles, obtinuerunt prolem masculinam. Ioannes Melchior Cocher, consul Frauenfeldae in Turgovia, apostemate felicissime liberatus circiter anno 1654. Ioannes Laurentius Kautt, Engae in Högavia natus, venerabilis capitulorum Frauenfeldensis et Steckborrensis camerarius ac parochus Dissenhovii ad Rhenum, anno 1655 surditate sanatus. Ioannes Willelmus Cocher, filius praedicti consulis Frauenfeldensis, in plateam praecipitatus, ad vitam revocatus, anno circiter 1656. Maria Anna Redingin de Biberegg sanata est anno 1658. Catharina Rigolatin, domini Iacobi Lügstenmann capitanei coniux, sanata anno 1662. Maria Magdalena Müllerin, ex Toggio, Ionschwila oriunda, sanata anno circiter 1664. Ioannes Henricus Heuser Rapperschwila oriundus, sanatus anno 1672. Sebastianus Hohlenweger, natione Surlacensis, monasterii nostri tegu- C larius, et Maria Brunschwilerin anno 1687 prole masculina donati. Franciscus Sebastianus Rogg, Frauenfeldensis, S. Theologiae licentiatus, protonotarius, venerabilis capituli deputatus et parochus Weinfeldae, a° 1705 surditate liberatus. Anno circiter 1706, Maria Idda Kellerin puella sex annorum, postea matrimonio iuncta aedituo Tusnangensi Benedicto Wartmann, morbo sanata est. D. Ioannes Benedictus ab Hospital ad S. Pelagium Episcopicellae canonicus et parochus, anno 1727, morbo levatus. Anno 1701, Benedictus Burri, alias natus ex Steffert, pro tunc autem in Scheurli prope Sonnenbergam cum parentibus suis commoratus, infans adhuc quattuor annorum revocatur ad vitam. Anno 1726, die 6 iunii, Fischingae votum suum exsolvit Urbanus Brisch de Monwangen prope Stocken morbo sanatus. Maria Ursula Schmidin, nata Kellerin, coniux D. Francisci Ludovici Schmid de Bellikon, monasterii Fischingensis secretarii aliquando, circa 1729 sanata. Anno 1730, Catharina Bollingeri, ex Schwendi, parochiae Tusnangensis, sanata. Infans, cuius parentes erant Iosephus Mayenhofer et Anna Maria Schererin Fischingenses, anno 1730, morte servatus. Ioannes Peregrinus Rodmann Fischingensis, anno 1732, morbo liberatus. Anno 1737, Maria Gertrudis Mahlerin ex Steinhausli, morbo liberata. Ioannes Meder, ex Schönaugia superiori, anno 1738, a maiori damno servatus. Iacobus Eisenring Lenggenwilae natus, anno 1738, morbo levatus. Maria Anna Stehelin Fischingensis, anno 1740, felicem obtinuit partum. Anna Maria Koppini ex Wallenvill, e gravi lapsu anno 1741 laesa ad sepulcrum S. Iddae sanata est.

(Pag. 78). Catharina Maijin, ex Anetsprungen, anno 1742 sanata. Anno 1742, die 8 octobris, votum exsolvit Ioannes Treyer, Molitor Sustdorffii ob filium sanatum. Catharina Schuopin Fischigensis, anno 1743, surditate sanata. Anna Maria Stehelin ex Scherliwald anno 1744 sanata. Carolus Schaffmeyer et Anna Maria Rottmundin, Buochhornio oriundi, ex Suevia prope Ravenspurgum, filiae suae sanitatem sunt consecuti. Peregrinus Wismer ex Halden, parochiae Augiensis, anno 1738 E filio suo sanitatem est consecutus. Gasparus Hardegger, Ioannes Iohn et Ioannes Schever, nati ex Gambs in Helvetia, intererant bello in Italia anno 1598 sub capitaneo Thanner Abbatiscellano; tanta maligna febri fuerunt correpti, ut quasi singulis momentis iamiam essent morituri. Suadente autem Nicolao Schönenberger, sartore ex Mosnang, Iddae voto sese obstrinxerunt et convaluerunt. Barbara Schneiderin ex Balterschwil, anno circiter 1730, ac Maria Catharina Speckerin, ex eodem loco, anno 1744, surditate levatae.

§ XIII. Critica inquisitio.

Documenta allata minime evincunt feminam Fischingae honoratam esse Iddam Toggenburgensem,

41. *Et haec sunt quae de* S. Idda *ex partibus Helveticis ad patres nostros transmissa fuerunt, quaeque brevitatis leges forsitan praetergressi lectoribus exhibenda censuimus. Iam vero, si singula rerum capita recensentes omiserimus omnia ista documenta spectantia ad ea quae saeculo XVI et subsequentibus contigerunt, et his tantum inhaeremus quibus reducimur in priorem aetatem, quae est saeculum XV, videmus nihil traditum esse quo tuto ulterius ascendamus. At documentis huiusce sae-* F *culi XV id tantum remanet omni ex parte inconcussum, nempe mediante saeculo decimo quinto monachos persuasum habuisse Fischingae iacere sepultam devotam aliquam Deo feminam, quam ex fide, ut videtur, cuiusdam legendae vulgari sermone descriptae* Iddam Toggenburgensem *nuncuparunt. Nec ullum, quo traditionem firmarent, se habuisse documentum aetate praestantius conicimus ex ipso commentario, quod ex argumentis undequaque collectis confectum voluerunt. Nam praeter codicem San-Gallensem* (1) *signatum num. 603 et saeculum decimum quartum quintumve referentem, nullum inveni codicem qui hanc legendam nobis exhiberet. Immo legenda, quae est in San-Gallensi non latine, sed germanice descripta, nequaquam differt a versione Alberti de Bonstetten* (2). *Cum vero hoc documentum de tempore quo tam mirabilia acta fuerint alte sileat, divinatores egisse videntur qui non alio, ut videtur, motivo inducti nisi quod tunc apud ipsos instaurata legitur disciplina monastica* (3), *ad saeculum decimum tertium*

B. Iddae

(1) *Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St-Gallen.* Halle, 1875, p. 193. — (2) Videsis *Illustrirte Schweiz,* 1874, 1 Heft, p. 51 et seq. — (3) Usserman, *Germaniae sacrae prodromus. Chronic. Petershusanum,* p. 376. Cfr. p. 384.

AUCTORE J. D. B.

B. Iddae *obitum rettulerunt. Sed ne illis assentiamur prohibemur silentio coaevorum, ac imprimis Conradi a Fabaria : qui* (1) *memorans summas illas calamitates, quae, ineunte saeculo decimo tertio, gentem Toggenburgensem misere depresserunt, ne verbulo quidem* B. Iddam *attigit; licet Henricus, quem* Iddae *maritum scriptitant Fischingenses, fuisset, si haec divinatio constaret, proxime sanguine iunctus patri istius Dietlemi qui fratri suo Frederico mortem intulit. Argumentum hoc, negativum quidem, in praesentibus tamen omnem vim sibi propriam obtinet, tum propter maiorem, quae Toggenburgenses inter ac San-Gallenses cedebat, necessitudinem, tum praesertim propter aliqualem casuum convenientiam. Nec argumentum elevatur si protuleris Rixnerii librum inscriptum* Turnier-Buck, *quia folio XCIIII' inter illos, qui sub Frederico imperatore anno 1179 interfuerunt torneamento Coloniensi, ibi nempe undecimo, nominat Henricum Dockenburgensem, ita tamen ut folio XCVII scribat Deckelnburgensem. Etenim eundem notari in utroque loco fatebitur qui totum torneamentum apud Rixnerium perlegerit.* B *Atqui ex diplomate sub num. 6 apud Iung* (2) *constat Henricum comitem ad annum 1150 bona quaedam ecclesiae Osnaburgensi dedisse, deinde alterum Henricum praedicti nepotem memorat Sandhoff* (3); *tandem in opere quodam postumo Hamelmanni* (4) *legitur Henricus de gente Tecklenburgensi anno 1179 torneamento Coloniensi interfuisse. Itaque Fischingenses vix aliquali probabilitate Rixnerium illum, cui minorem fidem adhibent eruditi, in partes suas trahere conantur. Adde Rixnerium, qui multa ceteris ignota docet, quis fuerit Henrici uxor silentio praetermisisse. Ceteroquin, Henrici cognomen non adeo curandum, cum nec in singulis apographis apponatur, et in nonnullis ideo additum fuerit ne nomen incertum rei narratae minorem fidem faceret. Ergo nemo mirabitur quod Gerbertus* (5) *ac Mabillonius* (6) Iddam *haec saeviora fata saeculo septimo subisse statuerint, quod von Arx* (7) *et Wegelin* (8) *Iddianam legendam fabulam dixerint, si Neugart* (9) *declaraverit inopiam documentorum nullam sternere viam statuendi, num Fischingensium placita veritati conveniant.*

D *Sed nonne haec eo tendere videntur, ut decretum sanctae Sedis cultum ab immemoriali confirmans falsitatis arguatur? Nullatenus, quia ex praedictis stat hypothesis, qua admitteretur Fischingae iacere sepultam venerabilem quandam feminam cum magna sanctitatis fama emortuam, cui populares supplicabantur; quod satis est ut producti testes de cultu ab immemoriali habito mendacii crimine absolvantur. A veritate tamen defecerunt Fischingenses, cum ex iis quae saeculo XV ad finem vergente fiebant,* Iddam *inde ab obitu in liturgia honoratam fuisse contendunt. Itaque dum melioris notae documenta prodeant, hanc Vitam, quae et Bellarmino mirationem movit, fabulis accensemus.*

Immo de corpore Fischingae sepulto nihil certi licet affirmare.

42. *Hic forsan locus esset inquirendi quid sentiendum sit de sententia eruditorum, qui ex mythologia legendam Iddianam manasse tuentur, quantaque intercedat connexio tum inter hanc* Iddae *Vitam et illam quam, teste Wegelin* (10), *cecinit Thomas de Rankwyl in legenda Monfortiana de patre Toggenburgensis stemmatis, qui natione Romanus, filiam de illicito commercio suspectam muro deiecerit.* E *Iuvaret quoque inspexisse utrum affinia Genovevanis Iddiana fata non referant diversimode eandem legendam uno germine enatam* (11). *Sed proprium hoc opus eorum est qui de re litteraria medii aevi scientifice tractant. Nos vero quod nostrum est operati, de corpore beatae viduae Fischingae asservato alterum dubium movebimus. Novit iam studiosus lector quomodo huius sententiae assertores causam suam perorent, ut valde dolendum fateatur Fischingenses nullam operam dedisse, qui effossa terra sacrum corpus elevarent, et signis istis quae fallaciis multis sua natura subiacent fuisse contentos. Donec illud fuerit praestitutum, manebit sub iudice lis, et sententia negantis corpus ibi sepultum iacere suam probabilitatem servabit. Et haec quidem erant scripta cum librum D. Kuhn, cui titulus est* Turgovia sacra (12), *nactus in spem erigebar fore ut novis documentis offenderem, quibus prius statuta immutarem; sed spes me fefellit. Impugnat quidem vir doctus illos qui legendae non assentiuntur, sed documentis iam pridem cognitis, quae minore fide digna reputamus.*

C (1) *M. G.*, tom. II, p. 176. — (2) *Histor. antiquissimae comitatus Bentheimensis lib. tres*, p. 11. — (3) *Antistitum Osnaburgensium res gestae*, parte I, p. 120, 121. — (4) *Opera genealogica historica de Westphalia et Saxonia inferiori* cura Wesserbach edita, p. 418. — (5) *Iter Alemanic.* (ed. 1773), p. 84. — (6) *Vetera analecta. Iter Germ.*, p. 6. — (7) *Geschichte des Kantons St-Gallen*, tom. I, p. 299. — (8) *Geschichte der Landschaft Toggenburg*, tom. I, p. 61. — F (9) *Episcopatus Constantiensis*, tom. II, part. I, pp. 157 et 158. — (10) Op. cit., tom. II, p. 298 et 299. — (11) Cfr. imprimis quae *Act. SS.*, tom. I Februarii, p. 721 sqq. de S. Agatha referuntur. — (12) Tom. II, p. 15 sqq.

LEGENDA S. IDDAE

Edita, ut diximus in Commentario praevio num. 1, ex quattuor apographis servatis in codice Bruxellensi num. 8930, ita ut in columna dextera posita sit recensio desumpta ex pergameno coenobii Blaburensis O. S. B., prope Ulmam, in sinistra vero recensio altera. In hac autem, pro variantium lectionum notatione, num. 1 designat apographum codicis Fischingensis, num. 2 Anonymum, num. 3 Lectiones... divini officii.

S. Idda, *falso crimine adulterii accusata, proicitur ex arce Toggenburg*

1. Beata [1] Ydda [2], a stirpe nobili comitum Rigbergensium [3] progenita [4], quorum dicio, genus et [5] nomen maximis adhuc apud Suevos claret honoribus, quae matrimonio erat coniuncta comiti nomine Henrico de Toggenburg. Qui admodum celsam beneque munitam habitabat arcem, sil-

Num. 1.—[1] Igitur *add.* 3.—[2] *om.* 3.—[3] Kirchergensium 2. — [4] prognata 2, 3. — [5] ac 3.

vis

a 1. Legitur [1] *a* etenim apud quaedam monumenta [2] germanica et eorundem fida chirographa, quod beata Idda fuerit ex comitibus illis de Kirchberg orta, quorum dominium apud Suevos et hodie conspicitur ingenti honore coruscans, nupseritque comiti generoso Toggenburgensi, qui sui

[1] *In marg.* Initio mutila aliqua ob litteras aliquot excisas. — [2] *prius* munnta.

nominis

VITA II

vis monasterii Fischingensis[6] circumseptam, sitamque in apicibus montium, qui fluvium ex Turthal provenientem in duas dividunt partes. Acceperat autem ab Henrico annulum pronubum ex auro arabico constantem, ut illi pro lege coniugali vellet esse fidelis. Quem cum post aliquod tempus una cum vestibus solis radiis exposuisset, iis relictis, putavit omnia integra permansura. Verum magna vallis montibus Rappeinstein[7] nominatis est interiecta, multitudine veprium aspera, et quodammodo inaccessa; quo in loco plerumque corvi nidos componere et pullos suos enutrire solent. Volantibus autem simul[8] corvis multis ex valle petituris montes, factum est, divino sic volente numine, ut unus ab aliis devolans locum illum, in quo vestes erant positae, peteret, annulumque pronubum secum in nidum, ubi pullos habebat, comportaret. Quod cum factum esset, decursis aliquot diebus, comes venatorem feras investigatum mittit, cumque venator iussa comitis facessens descendit montes, pullos super abietem crocitantes audit; qua conscensa ac B praedicto annulo reperto, multa afficitur laetitia, et digito aptat, longoque tempore, fortunam ignorans, quasi suum gestat. Quod cum[9] alii famuli conspicerent, mutuis se intuebantur oculorum ictibus; quorum unus e numero cum annulum agnovisset, eum scilicet esse quo comes se Yddae sempiterni connubii vinculo obstrinxerat, accessit ad comitem hoc illum modo affando: *Illustris comes, nescio quid rei sit. Nam videns annulum uxoris tuae pronubum digito venatoris affixum, eo sum adductus ut plane credam illam ipsius voluntati morem gessisse, et*[10] *obscenas corporis voluptates cum eo exercuisse.* Quo audito, comes respondit: *Quod Deus omen avertat.* Rursum[11] delator: *Ego hoc ipsum signo certissimo*[12] *comprobabo.* Adducitque venatorem detrahendo illi e manibus annulum, dicendoque: *Numquid, domine, clare iam vides hunc esse annulum, quo tamquam arrhabone quodam uxorem tuam*[13] *Yddam tibi devinxisti?* Hunc cum esset intuitus, de vestigiis[14] venatorem capi et indomiti equi caudae alligari praecipit; deinde equum per praecipitia montium agitavit, ut sic dilaceratus extremum vitae suae diem miserrime clauderet. Furore deinde magno et oestro quodam percitus, arrepta Ydda coniuge C illam de editiore arcis suae parte in locum Raffenstein[15] horrore plenum ac asperum, quadringentos cubitos profundum, deiecit.

Agnoscitur S. Iddae innocentia.

2. Verum enimvero cum secum ita atrociter ageretur, divina ope solum freta, Deum ex animo precata est, ne sic crudeli morte vitam finiret, vovendo nec mariti sui nec alterius, quoad viveret, thalamum umquam repetituram, sed votum castitatis Dei amore in posterum integerrime conservaturam. Illius itaque praepotens Deus precibus clemens annuit, ita ut integra nullaque

[6] Fisgingensis 1. — [7] Rappenstein 3. — [8] *om.* 3. — [9] dum 3. — [10] ac 3. — [11] rursusque 2. — [12] signis certissimis 2, 3. — [13] *om.* 3.— [14] vestigio 2. — [15] Rappenstein 3.

VITA I

nominis in castro celso atque opaco nemore priscum solum additum, ad cacumina montium, quae amnem Durevallensem Tossamque torrentem dehiscunt, constructum, residebat, a quo cum annulo auri cambici, et admodum gemmato, ut ingenui tales sibi consuevere, subarrhata fuerat. Contigit semel, dum plures annos in dulcis matrimonii usu et fructu consumpsisset, venerabilem Iddam clenodia eius phoebi radiis et reflectione ipsius solis expurgari velle, ea moenibus castri imponens, recedens inde, tuta omnia aestimans felix et pudica hera. Est quaedam vallis, burgum propemodum circumcirca, spinosa et hispida valde, Rappestain appellata. In qua nempe corvi nidos sibi fecere, cum multitudine prolis illic degentes; e quibus arcis tecta unus petiit, subarrhationis annulum ex muliebri ornatu delegebat, in eorum corviliorum lectulum delabando[3] portans, uti illorum est de natura et saepius furta committere. Quomodo actum est? Toggenburgensis comes, conthoralis tironis nostrae, venatores suos feralia explorandum emittebat; quorum unus in valle ea corvilios gragantes et in summitate pinnae conscendentes audiit, eorum nidum usque scandebat, ablatum annulum, mirum denique, Iddae inveniebat. Is laetus abscessit, rem fortuna secunda datam autumabat. Infelix eum digito imponens deinde gestare solebat, inscitus[4] rei et futurorum. E Videntes ex cubiculariis annulum nonnulli, et agnoscentes, indignati se mutuo conspexere. Ast unus, qui eum certum desponsationis esse animo volutarat et multum oris habebat, in secessu herum conveniebat hac obscenitate verborum tam maleficus: *Fugit me, comes,* hic inquit, *verum, ferme zelotipizantem. Et cur coaulicus ille annulum, quo subarrhasti tibi dominam digito gerat? Suspectum eum reddit de illicito amore eius, id nolo reticescere.* Cui rettulit dominus: *Hoc sua pietate Deus avertat: annulum nisi apud iocalia uxoris reservatum esse, haud secus scio;* ignarus furti bestiae et horum quae subordinarat Deus per gratiam tandem in femella sua fieri. Et iterum deblaterare nititur suggestiens: *Id approbabo signis evidentissimis.* Adducens socium traditor, innocentis pertaesus, e pollice abstrahens aurum purum et nitidum, ait: *Nonne, here, haec vera est gemma, qua coniugem adornasti, dum cubile tuum primis introducta fuerat diebus fallax mulier?* F Vidit comes et agnovit pariter. Praecepit igitur furore ingenti accensus, venatorem ad caudam effrenati caballi statim colligare, et ipsum equum ex summitate monticelli ad imum usque cum illo curritare, donec enormiter laesus spiritum exhalasset. Heu detestabile crimen! Deinde se ad cubiculum uxoris extemplo convertens malesanus, en fidam et iustam carnem et sanguinem eius media vi arripiens, austerus a muro burgi eiusdemque celsitudine per montis hedera et vepres quadringentos cubitos ad solum funestam atque chaos quoddam coniecit.

2. In eodem casu beata Idda sub pectore suo natum virgineum supplicabatur, talia ruminando quoque trutinabat: *Adiuva me, Domine, ac defende animam, et corpus contutari dignare a tortura membrorum, neque me nunc mors adimet e vita; et a contagione viri dies, quos mihi hinc concedis vivos, dicabo tibi, et in laude tua summo opere pro posse consummabo.* Sicque vovit et spopondit.

— [3] *in marg.* forsan delabendo. — [4] *corr.* inscius. —

VITA II corpori iniuria illata ad terram aspiraverit, ac inibi specus illos circumiens, nullosque cibos homini competentes inveniens, nullo alio esu nisi terrae radicibus vixerit contenta; quo vitae genere tenerrima ac nobilissima femina diu in terris agere non quivisset, nisi in perpetuo Dei amore et sacris precibus perstitisset, a quo etiam sine dubio, quod etiam aliis sanctis hominibus contigit, praeter naturam, divino quodam auxilio fulcita fuit. Cum vero iam destitutus esset venatore comes, alium in locum perempti suscepit, eumque die quodam venationi apposito, cum cane odorifero, praecellenti feras quaesitum mittit. Quod admodum diligenter exsequitur, et in locum illum declivem, ubi sancta Ydda radicibus victitabat, se confert et canem dimittit. Qui cum hominem odoraretur, omnia latibula, donec ad locum ubi illa morabatur pervenit, diligenter explorat, ita ut nihil aliud venator existimaret quam vestigiis illum ferae cuiusdam insistere. Acriter igitur illum incitat, donec speluncam, ubi sancta Ydda erat, attigit; quae oculis plane sedebat in [1] terram deiectis pudore honestissimo suffusa.

B Quo viso, pedem refert et rem comiti ordine pandit, exclamando : *Laus Deo beatisque superis, coniugem tuam huius adhuc lucis usura frui!* Respondit comes venatori hoc non esse credendum : siquidem non nisi in mille partes distracta terram attigerit. Respondit famulus : *Si te fallo, cervices mihi praecidas. Ipsa enim iniuste hac poena se affectam mihi est elocuta.* Tandem persuasus his dictis, itineri se accingit, et adiuncto sibi venatore ad locum monstratum pergit. Quo cum pervenisset, modestissimeque in conspectum comitis Ydda progressa fuisset, ad pedes feminae se proiecit, et peccati a se in illam patrati veniam poscit. Tunc placidissimis vocibus illum compellans: *A terra,* inquit, *te erigas. Deus voti tui te compotem faciat.* Morem igitur illi gerit et precibus instat ut domum secum redeat : futurum enim ut quod in illam ante peccaverit, deinceps humanitate, fidelitate, amore, omnibusque benevolentiae signis compensetur; delatoremque etiam qui ipsam falso huius criminis condemnasset morte adiudicaturum; fateri enim se dicebat uxorem suam maxima affectam esse iniuria, omnemque suspicionem immerito tulisse. *Absit,* respondit Ydda, *ut quisquam propter me mortis periculum subeat.*

C *Quod vero petis, ut pristinas aedes tecum denuo incolam, illud minime assequeris. Nam iugum quo olim matrimonio tibi eram copulata, irritum atque solutum est.* Rursus comes : *Nec sic me affeceris* [2], *et me coniugem tuum ne repudies, nam omne quod ante in lege matrimonii a me praetermissum est, certissimo mea industria iam fidelitate compensatum videbis, et omnis iniuriae nota sempiterna oblivione delebitur.*

Exaudita est iustae ancillae Domini oratio in conspectu excellentissimi nati. Illaesa permansit et adiuta a Deo maximo et optimo nobilis matrona. Nam, mirabile dictu*, surrexit post tam asperam ruinam, per desertum frutectum et scopulosum hinc inde migrabat, aliena valde ab omni solita refectione, amaruscis et prunellis solum se muniens, hymnizans Christo, deputata suppliciis, et arbitrata dudum in cinerem conversam, nec nunc os ossi connexum. Quid accidit ultra ? Praefatus comes post successum temporis et alium venatorem subsequentem cum cane odorisequo, iterum ad insequendum cervos aut hinnulas seu ferocem ursum seu spumantem aprum, persaepe dictam vallem, qua antiquum Toggenburg, ita enim arx ista nominari solet, nubila versus ab architectore conspicitur excelsatum, meare fecit; et dum ad sacra vestigia eximiae eremitae silvicola veniebat, canis beatorum pedum odorem latrando obsignabat etiam collocatorum, quando propter victum nunc hac nunc illac aliquando errarat in eremo; nec finem ductor fecerat sitibundus, quousque magistrum eius ad lucum quendam et intus ad antrum, in quo venerabilis Idda pedissequa Dei deguit et Salvatori suo militabat, usque perduxit. Qua agnita et paucis quoque allocuta, venator, culmina [5] tecti repetens, periucundum attulit nuntium hero suo ; laetitia inflatus, inquit : *Gratias habe immortales, optime comitum, deorum Deo, qui uxorem tuam in tam perinhumanissimo casu ut nihil supra superstitem, conservavit. Nam et hodie vitales carpit auras, volo utique scias.* Ad quae dominus : *Id minime gentium. Nam tanta ex celsitudine cecidit mulier profana, ut in mille partes non nisi eam dispersam esse, haud aliud credo.* At contra fidus Achates : *Etiam, here,* sic affirmans iure summe iurando, *si domina mea non hac in vita est et vivens, me decollandi habeas inde auctoritatem. Visi certo dominam, et dextram iunxi dextrae, et ei vas dedi, atque accepi voces; quae ad cetera intulit eam iniuriam a te perpessam, et tam incredilem casum atque cladem sine omni merito esse, seque purgavit insontem.* Et quid iterum ? Comes volanter cum comite haec promulgante abscessit, canem per vallem et itinerum diverticulum lustrare prisca vestigia Deo dicatae feminae fecerunt, donec eandem in cavernis invenere solam, rei eventum manentem. Haec, demissa facie, humiliter valde et verecunda egressa, visis hospitibus. Sponsus ad pedes sponsae prosiliit, fatebatur minus iuste nimiumque rigorose processisse, supplex veniam postulans super delicto, et sibi male informato indulgeri deprecans. Ad haec ipsa mitis respondit : *Surge, dulcis olim coniunx, surge. Indulgeat nobis Iesus Christus zelum nostrum.* Et surrexit, osculum libavit eremitae, flagitando ut ad proprium secum migrare ne dedignaretur et visere penates, seque pro perpetrata iniuria ac impenso sibi malo mille optimarum rerum genera indubie refusurum promittebat; insuper, moriturum ilico talia sibi suggerentem falsa atque obtrusum iri stipulabat. Cui domina minime titubans: *Haec quoque Christus avertat, ut ne quis hominum propter me sceleratam luat mortem, quod nec volo nec ita iubeo. Et pro quo instas, carissime coniunx, ut aedes nostras castrenses etiam tecum repetam, id etiam atque etiam denego, nam abhinc a te contaminari nolo nusquam.— Non sic,* dixit dominus singultans; *hoc mille in modos* [6] *nefas resipiscere volo. Noli me flocci pendere, neque*

E

F

VITA I

* cod. Num mirabile dictu?

Num. 2. — [1] in *om.* 1. — [2] asseris 1. —

[5] *cod.* culinaria. — [6] *cod.* modum.

Ad *derelinquere*

VITA II

Ad quod ulterius illa : *Quandoquidem ab huius vitae illecebris a te sim expulsa, vetus nostrum coniugium non expeto, sed a quo in aeternum non divellar, mihi coniugem, videlicet Iesum Christum, delegi, qui*[3] *ex gravissimo vitae periculo me ab omni corporis afflictione munivit, et non modo corpus hoc fragile, ut bona sum spe, verum etiam animam a sempiterno exitio liberabit*[4] *et custodiet*[5]*; idcirco te rogo ut mihi locum ubi iam mundo separata, Deo vivam, praepares.* Quaerit ad haec comes quorsumnam illi animus esset? Petit illa tabernam sub Hürnlin monte nominatissimo ad sacellum, cui patrona esset[6] virgo Maria, exaedificatum.

B

VITA I

derelinquere verum et antiquum sponsum. Et iterum inquit Idda beata : *Proiecisti me abs te immaturate sine culpa, nec tibi hinc denique parebo. Sponsum alium mihi delegi, olympiacum Dominum meum Iesum Christum, cui potissime oboedire teneor, uti creatori et salvatori humani generis. Is et ergastulum meum a te praecipiti traditum reservavit, et me ultro, ut spero, reservare malit, animulamque meam a iactura diabolica et ab omni adversitate. Huic corpus meum addixi, totumque appropiavi. Te igitur, mi comes, iterum oratum facio, si quid iuris habent inter nos dulcia olim connubia nostra, ut mihi habitationem aedifices, et mansionem pares ab hominibus segregatam, famulatui Dei quoque habilem. In ea sponso meo adhaerebo, et caelibem vitam ducam, totis visceribus flagrans in sui immaculato amore, nec umquam saeculum et perinfectum mundum intrabo; nam abdicata et proiecta ex illo impie sum ad vastitatem eremi.* Annuit tandem iis comes magnificus, commonefactus diserta voce, petitionem honestam intellegit denique ratione fultam, et coniugem unanimem et succi plenam ita percontabatur quonam eam E loco appeteret. Quae respondit parumper : *In ea augia* b *per quam scanditur mons ipse, qui Hürenli* b *communiter appellatur, circa basilicam cuius virginea mater patrona existit ; in his pratis locum deligo, hoc habitare in atrio Domini cupio.*

S. Idda *vitam monasticam amplectitur.*

3. Quod quidem impetravit. Ac inibi cum multos annos egisset[1], in singulos dies ad preces matutinas audiendas monasterium Fischingen frequentare solita fuit, quam semper cervus cornibus suis duodecim lumina sustinentibus praecessit. Quod cum multis annis fecisset[2] atque fama de admirabili eius sanctimonia percrebuisset[3], stipe illi succursum fuit. Erat porro id aetatis etiam monasterium sacrarum virginum Fischingae, non procul a monasterio fratrum Ordinis divi Benedicti situm. Quae etiam percipientes huius feminae sanctum vitae cursum, multum illam rogitabant, ut eadem vitae ratione contenta[4], ipsarum monasterium incoleret. Quarum petitioni lubenti est assensa animo, hac tamen conditione ut seorsim ab aliis locum sibi destinarent. Convenerunt igitur ut fieret illi conclave ab aliis separatum, in quo ipsa sola, nemine interpellante, versaretur; id[5] ita conclusum ut nulla ad eam intrare nec etiam C illa ad quempiam foras exire posset. Cacodaemon autem cum ipsius in divino cultu industriam cerneret, miris modis illam circumvenire tentabat, praesertim vero horribiles terrores illi iniciendo; nam saepius foci concutiebat climatorem[6] et illi quoque insidiabatur[7], ignem restinguebat, cibum et potum effundebat. Et cum tempore quodam iisdem molestiis rediisset, ad fenestram per quam ceterae virgines Deo dicatae communicabant accessit, mortuum hominem, qui comes ex Toggenburg fuerat, est allocuta : *Surge,* inquit, *et lumen mihi a calumniatore ereptum restitue.* Ad quae ipse excitatus, nulla mora interposita, candelam ardentem ei reddidit. Ydda ait : *Accipe de manibus meis hoc lumen, qui sum de sanguine Toggenburgensium procreatus.* His dictis lumen recepit, et ad exitum vitae spiritus a diaboli imposturis immunis fuit. Quapropter magna gratia et praerogativa a praepotente Deo donata est; nam omnes qui se illius precibus commendant a diaboli praestigiis nullatenus illudi possunt, et ut uno verbo

3. Constructa fuit per eundem comitem Toggenburgensem quaedam habitatio prout efflagitavit coniunx; quam intravit, plures annos in ea in laude Dei aestuans et fervens summa lucubratione et vigilia. Solebat praeterea omni nocte matutinas quas fratres monasterii in Vischingen, quod in pede praefati montis sub norma sanctissimi patris Benedicti aedificatum est, Deo persolvebant, muniaque laudis frequentare quam creberrime. Quam semper, ut ferunt, cervus velox duodecim candelas in cornibus eius arboreis deferens, sanctimonialem exeuntem et regredientem humaniter comitando antecedebat. Et quoniam eo modo Deo vixerat haec ardens christicola, sanctitatisque eius minime oscitantis rumor multorum spargeret aures, haec provisa est per piaculum inde incolarum eleemosyna. Tempore illo, structura quaedam monialium, immo religiosissimarum, affixa erat abbatiae in Vischingen et infra F septa eius posita. Hae devotissimae moniales, acceptis quae fama de comitissa illa famabat, ipsam convenientes, ut ingredi domicilium earum eiscum ne despiceret atque associari deprecatae sunt. Quibus paucis annuens beata Idda, illa tamen conditione apposita, ut sibi habitationem inclusae aptitarent, ut solum ceteras per fenestram alloqui et accipere commoda posset; quod denique ordinatum atque dispositum. Ecce interim, sodes, bone lector, humanae fragilitatis adversarius, et inimicus animarum ille eam exosam habere nitebatur. Nam ipse artifex adversitatis saepissime ad tecta cellulae eius parietesque cum lapidibus, uti aestimabatur, proicere solebat, attentans more suo Deum intime colentem, et super omnia perfecte amantem, utrum animosam spiritu ad labem perducere posset ab instituto que absterrere. Et cum una semel ignem eius exstingueret noctium per larem domunculae, ipsa ad tumulum cuiusdam sepulti comitis de Toggenburg prospiciebat, cadaver eius his verbis amica

[3] quem 1. — [4] liberavit 1. — [5] custodiit 1. — [6] est 3.

Num. 3. — [1] exegisset 3. — [2] fieret 3. — [3] increbuisset 2. — [4] retenta 3. — [5] *om.* 3. — [6] climacterem 3. — [7] invidebat 3. —

comprehendam

tegerrima

VITA II

comprehendam omnes corporis aegrotationes[8], praesertim uteri strangulum[9], suis ad Deum precibus facile propulsare potest. Itaque ex terris ad caelestia templa in Christo commigravit, tertia die novembris[10]. Quo etiam tempore dies illius anniversarius quotannis peragitur. Funus autem ad monasterium beati Benedicti delatum, sepulturae mandatum est ad altare divo Nicolao dicatum.

B

[8] si illam animo invocamus *add.* 3. — [9] strangulatum 3. — [10] (t. d. n.) ad diem omnium animarum ferias consequentem 3.

VITA I

tegerrima caelestium impavide alloquitur : *Surge, ait, ausculta paucis, optime affinis, porrige lumen, ut ignem fraude plutonis exstinctum adiumento tuo accendam.* Cui mortuus oboedivit, surrexit, beatae viduae vivum lumen obtulit deformis, eamque sic affatur in rithmo[1] : *Accipe, Idda, lumen quod tibi accendi. Nomen ex Toggenburg comitis est mihi.* Assumpsit lumen ardens *, quae in omnibus sibi adversis socraticum vultum ostendebat, seque adeo provide gerebat, ut lucifer ille ex orco nec angeli eius sibi officere in nullo poterant ad finem usque eius. Ita nempe haec caelicola, ita eam gratiam sibi servientibus a numinum numine impetravit, quod nec illis quoque nocebit dolus sathanae machinatioque eius. A matricis dolore et capitis implorantes praecipue liberat, multaque adversitate. Haec tandem secundum naturae cursum tota speculatrix divinorum, operatrix omnium bonarum virtutum, castitatis norma, pudicitiae speculum, viduitatis ornamentum, decus femineum, religionis augmentum, nobilitatisque corona, plena operibus bonis et, ut arctum sidus, in Ecclesia Dei coruscans et rebus admirandis, tertio nonas novembris, hoc est die proxima post E animarum omnium commemorationem, ex hac luce ad sinum, ut pie creditur, divi patris Abrahae vocata decessit, quo denique et hodie eius anniversarius celebratur dies in Vischingen, sepulta ibidem in ecclesia circa aram sanctissimi pontificis Nicolai, ubi sepulcrum eius miraculose a pleris[2] etiam istuc peregrinantibus conspicitur atque veneratur.

* *cod.* audens.

Num. 3. — [1] *in cod.* riggmo. — [2] *in marg.* populis.

ANNOTATA.

a *Ante legendam, prologi instar, haec epistula Alberti de Bonstetten, decani loci Eremitarum, descripta est in codice Blaburensi.*

Venerabili in Christo patri ac domino, domno Hainrico, abbati coenobii in Vischingen, domino suo admodum colendo, Albertus de Bonstetten, decanus loci Eremitarum, S. P. D.

C Oratum me apprime nuper fecisti, abba pater, super legendam beatae Iddae inclitae, olim comitissae Toggenburgensis, coenobii tui felicis incolae atque matronae, ut eam ex materna nostra lingua in latinam converterem. Coepi id me tandem facturum animumque induxi meum, tametsi ex fratribus tuis, item in gremio almi monasterii Sancti Galli, quamplures invenisses illud subire opus comptiores me longe et peritiores, et qui ex Bedino gurgite vasto seu Noteringino fonte luculentam atque elaboratam fecissent, quibus etiam scriptitandi palaestra nec meum est praeire. Nolui tamen tibi, pater, adversari, sed morem gerere voluntati tuae, nec rem ipsam tum hebraicis, graecis, tum latinis dignam in amplum differre : translationem haud de verbo ad verbum, sed e sensu ad sententiam, absque macrilogio et longa ambigine fieri debet, propter gloriam divi nominis eius, et tua in me merita exuberantissima. Quoad potui, quam praepropere effeci. Utinam lecturis cum ea dulcedinem mellifluam instillare possem, ex illoque ignili nostro excidere aliquam devotionis scintillam. Hanc ad te nunc mitto atque dono. Do tamquam materiam tibi conducibilem, tuum sit placite eam capessere; nec F alia me remuneratione et munificentia mutuo affici appeto, quam quod cum commilitonibus tuis coram loculo eiusdem fani dominae saepe sibi numero devotis orationibus tuis me commendes, ita ut tecum id pie procurante a Cunctisatore, post hanc lucem mihi denique tenui avena laudes eius canenti caelestem harmoniam impetres pervergere. Vale ubique, benedicte pater, amabilis valde, totum desiderium meum. Ex Eremo, VII calendas septembris, anno MCCCCLXXXV.

b Augia *est campus pascuus amni adiacens, vel amne circumfusus. Origo vocis repetenda ex germanici idiomatis verbo* au *vel* aw. *Cfr. Cangium sub voce* augia.

MIRACULA

A D

MIRACULA S. IDDAE

Edita ex manuscripto Blaburensi, de quo supra, Comment. praevio, num. 1, iuxta apographum codicis Bruxellensis num. 8930.

EXCERPTUM E MIRACULIS EIUSDEM BEATAE VIDUAE.

In incendio caput S. Iddae servatur illibatum.

1. Anno Domini MCCCCXL, lignea aedificia voragine ignis coenobii Vischingensis consumpta sunt, heu quam miserabiliter, et intus omnis ecclesiasticus ornatus, inter quae et beatum cepha praetactae sanctae dominae, ad figuram sibi assimulantem collocatum fuit; et quidem imago per flammas in cinerem convertitur, sed verum caput illibatum permansit, tertia die post combustionem templi illibatum inventum est *a*.

a

Mulier a paralysi, b

2. Et aliud sequitur haud minus stupendum. Duo Alpinates montis Hyrenlii *b*, honesti admodum coniuges sollertesque labore fuerunt et multa B prole dites: ex quibus paralysis feminam laesit adeo ut usum loquendi amittebat et fortitudine membrorum exuta [sit]. Huius nempe maritus ad defunctum corpus asseclae Domini se contulit admodum turbatus, atque devotus Deum ibidem supplicabatur ut meritis gloriosissimae dominae et beatae conversae tactam coniugem eius dignaretur eripere. In bona spe domum revertens uxorem sanatam obviam habens, quam statim percontabatur quanam hora hoc egregium opus factum fuisset. At ipsa sibi horam et tempus exposuit, et intellexit vere monticula id illo tempore actum, quo coram sepulcro promotricis dignissimae orasset.

et puer a suffocatione per S. Iddam sanati.

3. Insuper nec diu, ipsi mutare domicilium ad oppidum Rapperswile, quod lacui Thuricino adiacet *c* et in litore munitissimum spicatur; in quo profecto quendam civis puerum casu fortuito ad lacum cadere ipsum contigit, ita ut extractus modo expirasse medullitus autumaretur. Fit concursus ingens a coaccolis castellanis, vae et planctus maestorum parentum et agnatorum haud mediocris super infantis morte. Ad quae Alpinas in medium statim rettulit miraculum in uxore sua, intercessione beatae Iddae, dudum antea factum, consulens ut quoque puerum ad sepulcrum eius ducere voverent. A genitoribus quod quam primum actum, et pauca insuper oratione ad Deum effusa, puerulus iste, ut somno suscitatus vagitus emisit et convaluit.

c

E

Immo plura miracula per eam patrata sunt.

4. Haec et his longe miraculosiora fecit et hodie Cunctiparens crebro factitare solet, ob merita famulae suae inclitissimae, quam ita oro denique in hoc turbulenti saeculi [1] mari praeter se colamus, ut semper nostra sit sedula adiutrix et ad Deum summum optimumque fidissima promotrix.

[1] *Vox suppleta per correct.*

ANNOTATA.

a *Cfr. Comment. praev. num. 8.*

b *Mons iste hodiedum appellatur* Hörnli. *Cfr. supra in vita num. 2 in fine.*

c *Oppidum istud nostris temporibus nuncupatur* Rapperschwyl, *situm in litore lacus Zurichini.*

DE SANCTO BERARDO

F

C

MARSORUM EPISCOPO

J. D. B.

ANNO MCXXX.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De Actis S. Berardi.

De S. Berardo, cuius cultum antiquum promovit Pius VII,

1. *Hac die Marsorum ecclesia festivitatem agit* S. Berardi, *qui saeculo duodecimo ineunte hanc sedem regebat. Huius vero beati viri, qui martyrologio Romano non reperitur inscriptus, Pius papa VII cultum promovit, cum, die 20 maii anni 1802, clero civitatis et dioecesis Marsorum concessit ut die 3 novembris, in secundo nocturno, de* S. Berardo *proprias lectiones recitaret; ac die 25 iunii anni 1808, petente eminentissimo domino Matthaeo, Praenestino episcopo cardinali, ecclesiae Praenestinae, quae iam in honorem beati antistitis totum officium de communi legebat, datum est ut praedictas lectiones sibi reciperet. Sed Marsi, qui testes exstiterant quam sancte praefuisset ecclesiae sibi commissae, inde ab eius obitu sanctum praesulem publica veneratione prosecuti erant. Quod testantur et Ioannes, Signiensis ecclesiae episcopus, in Vita* S. Berardi *mox edenda, necnon canonici Sanctae Sabinae, qui, ut refert Febonius* (1) *post dictum Ioannem, miracula ad beati tumulum impetrata litteris mandaverunt. Praeter hos quoque Guillelmus Panormitanus, qui in charta quam anno 1178, iubente Guillelmo Siciliae rege, in gratiam Sanctae Sabinae conscripsit,* Berardum *beati nomine exornare non dubitavit* (2).

non superest nisi Vita unica.

2. *Attamen ad acta tanti viri illustranda pauciora hucusque prostant reperta documenta. Nam, praeter bullam quam dedit Paschalis II* (3) *ad*

(1) *Vita di S. Berardo*, p. 49. — (2) Ughelli, *Italia sacra*, tom. I, p. 904. — (3) Ughelli, ibid., p. 892.

definiendos

AUCTORE J. D. B.

definiendos limites ecclesiae Marsorum, illud unum nobis servavit antiquitas, scilicet Vitam beati viri ab eius discipulo Ioanne conscriptam. Etenim Berardi *encomium* (1), *quod Paulus monachus Casinensis suae expositioni in Cantica Canticorum inseruit, iam diu cum ipso hoc opere deperditum videtur. Vitam vero quam conscripsit Ioannes edidit Ughelli in tomo primo* Italiae sacrae, *erutam ex vetustissimis membraneis ecclesiae Transaquensis* (2). *Cumque non paucis manuscriptorum catalogis evolutis, nullibi deprehenderimus aliud Vitae beati viri apographum, restat ut textum quem vulgavit Ughelli operi nostro inseramus. Equidem haud inscius sum in periodico quod inscribitur* Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, *monitum fuisse tomo XII, p. 382, asservari Romae in bibliotheca Barberiniana codicem chartaceum saeculi XVII, qui referat Vitam beati antistitis, quem tamen Bernardum erronee nuncupabat periodici editor G. Pertz. At collega olim noster, R. P. van Hooff, Romae moratus, praedictam bibliothecam adiit, repperitque in codice* B *n. 157, non vero n. 2057, ut monebat G. Pertz, non Vitam* Berardi, *sed huius fragmentum aliquod. Etsi illud iure fas esset omittere, variantes tamen lectiones, ubi obtinuerint, notandas duxi. Libelli miraculorum, quem a canonicis S. Sabinae consarcinatum fuisse Febonium testem audivimus (supra num. 1), quaenam fuerint fata hucusque determinare non licuit. Sane a multis abhinc annis deperditus censendus est, siquidem nemo eorum qui a saeculo XVI de sancto praesule tractaverunt, ne verbo quidem, innuit se libellum istum inspexisse. Aliam Vitam* S. Berardi *ex manuscripto nunc, ut videtur, amisso, ecclesiae cathedralis, quae tunc iam erat in civitate Piscina, italico sermone versam typis mandavit Febonius anno 1673, cuius nova editio additionibus aucta prodiit Praenesti, anno 1708* (3).

cuius auctor Ioannes Signiensis omnem meretur fidem.

3. *Igitur Ioannes Signiensis unicus exstat testis, ex quo ceu primigenio fonte hauriendum quicquid de* S. Berardo *traditum est. Proin de eius auctoritate nonnihil inquiramus oportet, quae ab omnibus pluris est aestimata, et iure quidem optimo. Ipse enim, ut ex epistula Vitae praefixa patet, alumnus fuit Sanctae Sabinae, eruditus ac ordinatus a* S. Berardo. *Potuit igitur ex fami-* C *liari cum sancto magistro suo consuetudine multa quae ad ipsum spectabant optime edoceri. Scripsit autem cum iam Signiensem ecclesiam regendam susceperat. Quod conicere licet ex ipsa inscriptione epistulae ad Ioannem Furatum quae Vitae* S. Berardi *praemissa est, in qua se ecclesiae Signiensis nuncupat humilem ministrum. Et Ughelli in serie episcoporum Signiensium, post Transmundum, qui tamquam Anacleti II antipapae fautor anno 1130 sede pulsus est, Ioannem decimum tertium praesulem ascribit, ac alias tractans de lite quae sub annum 1148 in ecclesia Marsorum inter clerum S. Ioannis et S. Sabinae exorta est, recensitis ex vetusta charta episcopis qui ad rem componendam ad Sanctam Sabinam convenerunt, subiungit:* Ubi erat et Iohannes Signiensis episcopus, qui eiusdem ecclesiae *(scilicet Sanctae Sabinae)* canonicus erat. *Quot vero annos ecclesiae suae praefuerit manet incompertum. Vitae tamen scribendae initium fecisse videtur paucis tantummodo* D *post* S. Berardi *exitum elapsis annis. Quod iterum ex epistula ad Ioannem Furatum deduci potest: scribendi enim onus abicere vellet propter* pastoralis officii inauctam curam, *atque ita dolens de patre suo colloquitur cum Ioanne Furato ut scribendi onus subiturus eos sensus animo gessisse videatur quibus recens defunctum prosequi solent. Proin Fabricio* (4) *asserenti Ioannem adhuc diaconum Vitam sui magistri descripsisse ex argumentis allatis assentiri aequum non videtur.*

§ II. Elucidantur quaedam facta vitae S. Berardi.

S. Berardus oriundus fuit de stirpe comitum Marsorum, eorum probabilius qui Celanum obtinebant.

4. *His de persona scriptoris enucleatis, occurrendum est difficultatibus aliquot quae natae sunt movere praeiudicium de eiusdem sinceritate. Locum nativitatis, parentesque* Berardi *declarat Ioannes; at errandi periculo obnoxius fieret qui plura novisse tentaret, crederetve Febonio, qui* (5), *nullo allato documento, statuit* Berardum *fratres habuisse Oderisium et Rainaldum aetate priores ac militia insignes. Oriundus dicitur* S. Berardus *e comitum Mar-* E *sorum stirpe, de quibus certe apud Gattulam* (6) *et Leonem Marsicanum* (7), *scriptores rerum Casinensium, haud semel mentio recurrit. Re quidem vera, ut animadvertit cl. W. Wattenbach* (8), multa semper cum Marsorum comitibus Casinensibus fuerat coniunctio, quorum stirpe progeniti tunc inter eos conversabantur Oderisius, Theodinus, Transmundus. Leonem autem cognomine Marsicanum cum eis vel consanguinitate vel affinitate fuisse coniunctum admodum probabilis est Giesebrecht coniectura. *Ex Leone optime novimus quis fuerit stipes eorum omnium, qui dicti sunt Marsorum comites; scribit enim ad annum 926* (9) : Cum hoc Hugone venit Italiam Azzo, comes Burgundiae, avunculus Berardi illius qui cognominatus est Franciscus, a quo videlicet Marsorum comites procreati. *Sed quis ordine referet nepotes omnes qui ex illo* Berardo *tamquam rami multiplices ex generoso stipite succreverunt? Iuxta tabulas ad finem tomi VII* Monumentorum Germaniae *appositas, ex Berardo II nati feruntur Oderisius, Rainaldus, Berardus ac Pandulphus episcopus. Istius vero Berardi, qui sub annum 1070 in vivis erat, filii duo recensentur: Todinus, qui inter cardi-* F *nales annumeratus est, et Berardus. Sed his in sancti pontificis parentum notitiam minime devenimus. Nec maiori emolumento erit* Regestum Farfense (10), *licet et heic Marsorum comites pluries nominentur inter eos qui praedia nonnulla ecclesiae contulerunt. Idcirco tamen Ioannis Signiensis minime labefactatur assertum. Nam et de Celano in finibus Marsorum cognominabantur comites* (11). *Si animadversum fuerit Celanos, quorum civitas inter priores, non pauca fuisse conatos ut sibi* Berardi *corpus emortuum servarent, haud reputabitur omni probabilitate destituta opinio D. Corsignani* (12), *qui statuit* Berardum *ex his natum esse qui Celanum obtinebant, licet et pro sua sententia debilia attulerit rationum momenta.*

De tempore quo S. Berardus *Praenesti detentus est.*

5. *Sed vix ulla fides tribuenda censetur placito, quod affirmando magis quam probando Petrini* (13) *proponit, et cui calculum suum adecit anno 1867 R. D. Paulus Panegrossi, scilicet anno*

(1) Ziegelbauer, *Historia rei litterariae Ordinis S. Benedicti*, parte I, p. 196. — (2) Tom. cit., p. 892 sqq. — (3) Corsignani, *Della regia Marsicana*, tom. II, lib. IV, cap. VII, p. 152. — (4) *Bibl. med. et inf. lat.*, tom. IV, p. 145. — (5) Op. cit., p. 3. — (6) *Historia coenobii Casinensis*, tom. I, passim. — (7) *M. G.*, scr., tom. VII, p. 574 seq. — (8) *M. G.*, tom. cit., p. 551. — (9) Ibid., p. 382. — (10) *Il Regesto di Farfa*, tom. III, pp. 315, 320, 332, 340. — (11) Ughelli, tom. cit., p. 907. — (12) Op. cit., p. 164. — (13) *Memorie Prenestine*, p. 119.

AUCTORE J. D. B.

A *1108* S. Berardum *a Petro de Colonna apud Praenesten vinculis fuisse detentum* (1), *licet Ioannes Signiensis rerum seriem ita ordinaverit ut lector opinetur ea contigisse antequam* S. Berardus *inter cardinales cooptatus fuerit. Sed diaconiam S. Angeli, quae erat eius titulus cardinalitius, ante annum 1107 rexit; nam hoc anno in Lingonis moratus, die 24 februarii, signum suum apposuit diplomati, quo Paschalis papa II monasterii Romaricensis et canonicae Calmosiacensis controversiam diremit* (2). *Ergo nisi malueris scriptori coaevo omnem fidem abnegare, credendus est Petrini erravisse, quod eo probabilius arbitramur quia cur erraverit manifesto apparet. Etenim in hanc sententiam devenisse videtur quod apud Petrum Pisanum* (3) *legerat civitatem Praenestinam, dum Paschalis anno 1108 iam ab itinere gallicano redux, omnibus pace compositis, in Apuliam proficiscebatur, in perfidi Ptolomei Tusculani ac Petri de Colonna partes defecisse. Ergo antea civitas Praenestina sub pontificis dicione fida manebat, nec ibi* Berardus *in custodiam mancipari potuit. Esto, sed a primis exordiis sui pontificatus* (4) *Paschalis* B *cum Petro de Colonna bella movit. Licet Petrus Pisanus de his agens nullam de urbe Praenestina mentionem inicit, illo silente non tamen removetur hypothesis illa, admittenda ne Ioannes erroris arguatur, qua Petrus de Colonna, qui suae dicionis amplificandae studio exagitabatur, non tantum Cavas, sed et Praenesten, quam sui iuris esse affirmabat* (5), *ad tempus obtinuerit.*

De titulo S. Chrysogoni quo S. Berardus *insignitus fuit.*

6. *Tandem quaeritur num adhaerendum sit Ioanni dicenti* Berardum *in presbyterum cardinalem titulo S. Chrysogoni fuisse promotum* (6). *Dubitandi ratio haec est. Die prima septembris anni 1107 dicebatur adhuc diaconus cardinalis S. Angeli, et aprili mense anni 1111 alius a* Berardo, *scilicet Gregorius, ut presbyter cardinalis signum suum apposuit privilegio de investituris quod Paschalis papa, ut custodia liberaretur, Henrico V imperatori concessit* (7). *Ergo si re vera hoc titulo insignitus fuit beatus, ante susceptum episcopatum S. Chrysogoni presbyteratum ac omnem cardinalitiam dignitatem abrenuntiavit.*

Chronotaxis vitae S. Berardi.

7. *Ad definiendam aliquatenus beati* Berardi *vitae seriem chronologicam, quod ultimo agendum erat, haec duo potissimum conducunt, scilicet* C *inscriptio diplomatis anni dominicae incarnationis 1120, episcopatus* Berardi *anni undecimi, quo comes Crescentius de gente Marsorum ecclesiae sanctorum martyrum Caesidii et Rufini bona quaedam in comitatu Transaquano dedit* (8), *et testimonium Ioannis dicentis* Berardum *sedem Marsorum obtinuisse dum annum aetatis suae trigesimum agebat. Inde sequitur* Berardum *ad annum 1109 in Marsorum episcopum fuisse consecratum, natum quidem anno 1079. Ante octavam iunii anni 1096, transmissus est in coenobium Casinense litteris ac virtute erudiendus; nam vivente Pandulpho Marsorum episcopo id actum conicitur. Andreas vero eius successor ut Marsorum episcopus memoratur in donatione quam anno citato* Berardus, *Marsorum comes, et Gemma, mater eius, ecclesiae S. Caesidii fecit* (9). *Cetera quaedam facta Vitae* B. Berardi *in sequenti elencho indicantur :*

1107 *24 februarii, Lingonis erat.*

1107 *25 iulii, apud Cellam S. Mauricii in dioecesi Valentinensi, signum apposuit privilegio quod Paschalis pontifex dedit monachis S. Aegidii* (10).

1107 *mense iulio, apud Valentiam interfuit iudicio quod de cella Gordiana contra monachos Casae Dei in gratiam Anianensium statuit Paschalis* (11).

1107 *1 septembris, Mutinae signum apposuit privilegio quod monasterio S. Benedicti Padolironensi Paschalis dedit* (12).

1117 *16 decembris, Praenesti interfuit consecrationi ecclesiae superioris* (13).

1120 *Transaquis signum apposuit donationi quam fecit Crescentius comes ecclesiae SS. martyrum Caesidii et Rufini* (14).

§ III. De gloria postuma S. Berardi.

E

Corpus S. Berardi, *quod ut Piscinam transferretur concessit anno 1580 Gregorius XIII,*

8. *Cum vero saeculis sibi succedentibus civitas Valeria pristino splendore viduata ac incolis fere vacua* (15) *tota prolaberetur, ideoque episcopus cum canonicis nonnisi raro ad Sanctam Sabinam morarentur, Matthaeus episcopus et capitulum Sanctae Sabinae Gregorio XIII supplices litteras dederunt ut, donec civitas Valeria reaedificaretur, sedes episcopalis apud urbem Piscinam ad ecclesiam B. Mariae de Gratia nuncupatam transferri concederetur. Quorum postulationibus benigne annuit pontifex brevi suo dato apud S. Petrum, kalendis ianuarii anni 1580* (16). *Ut hoc documentum plane intelligatur, notare iuvat templum B. Mariae, de Gratia nuncupatae, a Matthaeo episcopo superstructum fuisse, diruto quod ibi erat, sacello B. Mariae de Nive dedicato* (17). *Attamen in media vastitate apud S. Sabinam, ubi sepultus iacebat, non sine honore remansit* S. Berardus. *Nam ad S. Mariam, dictam de Populo vel de Porta* (18), *in summo Piscinae civitatis colle sitam* (19), *honorificentissime translatum est anno 1580.*

huc non nisi anno 1596 delatum est.

9. *Ita Febonius* (20), *quocum sentit Corsignani* (21). *Attamen iam ante hoc tempus celebratam fuisse* S. Berardi *translationem arbitratur modernus eius Vitae auctor Panegrossi* (22), *non ideo quod in archivo ecclesiae B. Mariae perscrutando* (23), *reppererit chartam certum huius translationis tempus referentem, sed quia vix assequebatur quomodo, si translatio anno 1580 contigerit, factum sit ut, quasi despecta ecclesia cathedrali, ad B. Mariam de Populo sacra gleba reponeretur. Suam firmari sententiam putat ex eo quod iam ante annum 1580 apud S. Mariam capitulum continuo sedebat* (24). *Sed elevatur difficultas, si animadvertatur nonnisi ad annum 1596* (25) *totam novae ecclesiae perfectam esse fabricam, ac ita ad B. Mariae de Populo deferri potuisse sacrum corpus, donec in ipsa cathedrali locus tanto thesauro dignus instrueretur. Et*

(1) *Memorie storiche intorno a S. Berardo*, p. 55. — (3) Wat-
(2) Martene, *Thes. nor. Anec.*, tom. III, col. 1183. —
terich, *Pontificum Romanorum vitae*, tom. II, p. 7. —
(4) Watterich, op. cit., p. 5. — (5) Gregorovius, *Geschichte der Stadt Rome*, tom. IV, p. 306. — (6) Vid. in Vita n. 6. —
(7) *M. G.*, tom. II Legum, p. 72. — (8) Ughelli, op. cit., tom. I, col. 901. — (9) Ibid., col. 891. — (10) P. L., tom. CLXIII, col. 223. — (11) *Annal. Ord. S. Benedicti*, tom. V, docum. 67, p. 640. — (12) Bacchini, *Dell' ist. di S. Bened. di Polirone. Racc.*, p. 68. — (13) Corsignani, op. cit., tom. II, p. 163. — (14) Ughelli, tom. cit., p. 901. — (15) Corsignani, op. cit., tom. I, p. 669. — (16) Ibid., p. 670. — (17) Febonius, *Historiae Marsorum libri tres*, p. 272. — (18) Panegrossi, op. cit., p. 116. — (19) Corsignani, op. cit., tom. I, p. 682. — (20) Febonius, op. cit., p. 253. — (21) Op. cit., tom. I, p. 682. — (22) Op. cit., p. 141. — (23) Op. cit., p. 141. — (24) Ibid. — (25) Corsignani, op. cit., tom. I, p. 671.

talem

AUCTORE J. D. B.

talem fuisse mentem illorum qui Marsorum ecclesiae praefuerunt, comprobat idem auctor, tum ex structura ipsius altaris maioris in quo pars quaedam vacua relicta est (1), *tum ex populari traditione referente sacrum corpus, quod ad ecclesiam cathedralem delaturi essent, tanti ponderis fuisse ut loco moveri nequiret* (2). *Et primum quidem argumentum nihil habet quod adversetur descriptioni quae de eodem altari apud Corsignani* (3) *legitur. Ipsi enim adstabant quattuor angeli urnam auream sublevantes, at quid urna contineretur dicere omisit, licet curiose reliquias passim asservatas indicaverit. Altero certe, quatenus forma vividiori indicat quid conati sint accolae ne thesauro suo defraudarentur, propositum episcoporum manifestatur, deferendi scilicet sacras reliquias ad ecclesiam cathedralem, et traditio cum data explicatione magis stabilitur ex his quae in altera, sed temporanea, ut videbimus, translatione* (4) *acta leguntur. Nam scripto firmatum est expleto opere reductum iri beatum praesulem ad pristinas aedes. Sed qualecumque sit tempus quo a Sancta Sabina ad Sanctam Mariam delatae sint sacrae exuviae,* B *certum est translationis memoriam in ecclesia Marsorum servatam fuisse. Nam Piscinae* (5) *prima maii, in reliqua dioecesi altero eiusdem mensis die, ob occurrentia sanctorum Philippi et Iacobi natalia, celebris in* S. Berardi *honorem festivitas agebatur. At, cum propter vetustatem aedes iam ruinae proximae essent* (6), *Muzius de Vecchi, ab anno 1719 Marsorum episcopus, templum B. Mariae a fundamentis innovandum esse statuit. Quod inde vocatum ad* S. Berardum (7), *dedicatum est die 12 maii anni 1743* (8). *Interea episcopi sibi succedentes in sede Marsorum capsulas auro et argento pretiosas fabricaverunt quibus beati episcopi reliquiae reconderentur* (9). D

De cultu S. Berardi *in regione Marsicana.*

10. *Est et iuxta oppidum Colle extra moenia in transitu viae romanae ecclesia* S. Berardo *sacra* (10). *Tandem a Corsignani haec de lapide qui dicitur* S. Berardi *accipiuntur* (11) : Cum etiam beatus episcopus quadam die a Taleacotio discessisset, et prope Celanum transisset in via quae romana appellatur, in planitie sistens, ubi Quatranellae diversorium est, ab itinere defessus in ingenti orbiculato lapide sedens, illum ad reclinatoriae sedis instar miraculose redegit, ubi febribus doloribusque cruciatos sedentes convalescere ferunt. E

(1) Panegrossi, op. cit., p. 142. — (2) Ibid., p. 118. — (3) Op. cit., tom. I, p. 671. — (4) Panegrossi, op. cit., p. 118. — (5) Panegrossi, op. cit., p. 116. — (6) Corsignani, op. cit., tom. I, p. 683, tom. II, p. 574. — (7) Panegrossi, op. cit., p. 117. Cfr. Corsignani, op. cit., tom. I, p. 682. — (8) Panegrossi, op. cit., p. 118. — (9) Ibid., p. 17. — (10) Febonius, *Historiae Marsorum libri tres*, p. 219. — (11) *De viris illustribus Marsorum*, p. 98.

VITA S. BERARDI

Ex antiquissimis Transaquensis ecclesiae membranis, edita apud Ughellum, Italia sacra, *tom. I, col. 893-901. Quam tamen denuo collegimus cum fragmento bibliothecae Barberinianae, de quo dictum est in Comment. praev. num. 2. Nonnulla etiam apud editorem minus perspicua nonnumquam correximus.*

[PROLOGUS]

C **Incipit epistula ad venerabilem presbyterum Ioannem Furatum missa de vita B. Berardi.**

Reverendo fratri et consacerdoti Ioanni Furato *a* Ioannes, Signensis ecclesiae humilis minister *b*. Caritatis vigor et virtus tanta esse asseritur, quod eiusdem interventu non negatur etiam quod dari non posse creditur; ipsa enim sola ita ad innumerabilia sese extendit, quod omnia, teste Apostolo, credat, suffert et sperat. Cum ergo, venerande frater et consacerdos Ioannes Furate, dudum apud vos essem, de consuetudine in novo ecclesiae claustro ante patris nostri sancti episcopi Berardi sepulcrum consedentes *c*, quod sine dolore dici non potest, de nostrae ecclesiae statu, de confratrum nostrorum religione et honestate, ceterorumque bonorum, quae praedicti patris nostri, si filii et non privigni, quod de me solo magis credo, dici possumus, temporibus iisdem agebantur ad invicem lacrymando colloqueremur *, praemissa caritate mihi iniunxisti et ut eiusdem patris, quod utique non ad nostrae animae detrimentum dicamus, et pastoris nostri vitam, et quae propriis oculis vidimus facta miracula scribere, ita quod in sanctae Romanae Ecclesiae consistorio pro eodem canonizando honore et indubitatis* tactis Evangeliis firmare possint. Cum autem primum imperitia mei excusatione, deinde pastoralis officii inaucta cura *d*, demum secundum meam scientiolam eandem iam scripturam *, sancta increpatione, voce, non mente mutata, ipsi meae responsioni obviasti dicens : *Etiamsi casui casum iungere nescires, et totius mundi cura, ut * salva domni papae reverentia loquar, tibi iniuncta esset,* (quod prorsus fieri numquam posse, tuo colloquio interrupto mox respondi), *quoniam ipse te a puero nutrivit, docuit et ordinavit, et quicquid es post Deum per eum esse videris, et quoniam vitam ipsius bene noveris, et te praesente, Deo auctore, ad sepulcrum eius miracula facta fuerunt, deberes tamen, ut bonus aemulator, ad posterorum exemplum magistri tui acta, etiam non rogatus, qualitercumque scribere.* Hac igitur ratione superatus, caritate me monente credidi, et quod non habebam scientiae dare promisi. Meum itaque, venerande et omni devotione digne frater et consacerdos Ioannes, nomine non re Furate, omnibus aliis sanctissimis canonicis nostris comitantibus, mecum incessanter qua debes prece et devotione operare *, ut in maioris adpetitione, quae veritas est Deus, ita sit, ut nec vera praetermittantur et, secundum tuam petitionem meamque devotionem, veris falsa numquam intermisceam.

Marginal notes: * *edit.* colloqueremus; * *edit.* indubitatus; * *sic edit. ex prava lectione*; * *edit.* et; * *edit.* opera

Incipit

A **Incipit prologus in vita beati Petri Berardi, episcopi et confessoris.**

Compendium totius vitae. Scripturus *e* patris nostri vitam, volo, si possum, quae scripturus sum breviter adnotare, ut qui totam percurrere non valuerunt sancti Berardi vitam*, hoc perlecto brevilogo, quis et unde, cuius fuerit, ubi natus, doctus et nutritus, a quibus et ubi ordinatus, et cuius meriti ante episcopatum et post episcopatum exstiterit, et ubi requiescat, et quo tempore abierit, a parte praenoscere possint. Patria igitur Marsus, pater eius Berardus, mater Theodosia, patrius matriusque Castellum *f*, semine magnorum comitum Berardorum, nutritus et doctus in ecclesia S. Sabinae *g*, et ab episcopo Pandulfo *h*, qui tunc erat, acolythus ordinatus. In monasterio Casinense *i* a prudenti viro Paulo *k* corpore caeco grammaticam didicit. A papa Paschale ad romanam Ecclesiam vocatus, et ab eo subdiaconus ordinatus, et postea Campaniae provinciae ab eodem comes constitutus, a Petro de Columna propter romanam Ecclesiam captus et in cisternam missus, exinde Dei misericordia a Ioanne de Petrella *l* tractus, ac Romam reductus in ecclesia S. Angeli *m* diaconus factus, et in ecclesia S. Chrysogoni presbyter cardinalis ordinatus, Marsis pro episcopo datus, ad S. Sabinae illustrissimae martyris honorem episcopus consecratus, gloriosissimi meriti, et ante episcopatum et post episcopatum a tyrannis multa sustinuit, ita quod propter veritatem quam praedicabat ab ipsis vicibus octo expulsus de episcopatu fuit, simoniam destruxit, parentelas separavit, pauperes fovit, pupillos et viduas defendit, clericos composuit, congregata conservavit, conservanda congregavit, omnia vitia exstirpavit. Puellam in cuius gutture asprum fixum fuerat de mortis periculo signo crucis liberavit, vacuo horreo pro pauperibus mulieribus triticum colligere fecit, quod sua prece multum eisdem suffecit. Excommunicationis suae gladio comitem percussit, sed divina misericordia tamdiu vixit* donec eum absolvit. In festo S. Sabinae mortem, et postquam aegrotavit, diem mortis praedixit. Apud ecclesiam S. Ioannis in Capite Aquae *n*, nativitate S. Mariae, aegrotavit, inde lecto delatus in ecclesia S. Sabinae, sicut praedixit, tertio nonas novembris anno 1130, C ind. VIII, mortuus est, ibique sepultus; ubi multa miracula omnipotens Deus operatur usque in hodiernum diem.

* ed. levitae

* ed. vivit

Explicit prologus.

ANNOTATA.

a *De Ioanne Furato, praeter ea quae heic traduntur, nihil invenimus.*

b *Ioannem Signiensem notum fecimus in Commentarii praevii num. 3.*

c *Scilicet Valeriae, in ecclesia S. Sabinae,* ad dexteram partem beatae martyris, *ut dicitur in fine istius Vitae, num. 14, p. 134.*

d *Haec verba, ut innuimus supra in Comment. praevii num. 3, probant Ioannem calamum arripuisse cum iam esset episcopus.*

e *Talis prologus, qui est totius Vitae subsequentis compendium, raro in re hagiologica occurrit. Constat enim saepissime ex locis communibus quae serium veritatis inquisitorem minus iuvant ad certam aliquam consequendam scientiam. Ergo quaeri possit utrum iste prologus sit ipsius Ioannis opus. Cui solvendae quaestioni multum inservirent ipsa manuscripta quorum nullam copiam habemus. Incerti ergo haereamus oportet donec unum saltem e latibulis eruatur.*

f *Quid notet nomen genericum* Castellum *docet Vita prolixior, num. 1:* in castello cui Colli nomen. *Est autem oppidum dioeceseos Marsorum in Aquilana provincia, ab urbe Aquila triginta sex milliariis distans. Cfr. Sacco,* Dizionario geografico del regno di Napoli, *tom. I, p. 336.*

g *Antiqua cathedralis in ipsa civitate Valeria ad lacum Fucinum primum constructa fuit sub invocatione illustrissimae romanae matronae S. Sabinae martyris. Cfr. Lucentius,* Italia sacra, *tom. I, p. 1294. In* Act. SS., *commentati sunt decessores nostri de S. Sabina ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 496 sqq.; de ecclesia ipsi in Marsis sacra cfr. etiam Corsignani,* Della regia Marsicana, *tom. I, p. 664 sqq.*

h *Pandulphus e Marsorum comitibus genitus, anno 1056 episcopatum suscepit. Sub Urbano II vita functus refertur; itaque post annum 1088, sed ante 1096, cum tunc, iuxta Ughelli, Andreas sedem teneret. Cfr.* Italia sacra, *tom. I, p. 889-91.*

i *De schola Casinensi cfr. S. Petrum Damianum ep. XVII libri II seu opusc. XXXVI. P. L., tom. CXLI, p. 621.* E

k *De Paulo grammatico conferre licet Petrum diaconum Casinensem, qui in opusculo de viris illustribus Casinensibus, eum laudibus effert cap. XXXVI, apud Muratori,* Rer. italic. scr., *tom. VI, p. 51.*

l *Petrella in Aquilana provincia, aliquantulum in meridiem versa, parum distans a Tagliacozzo.*

m *Cfr. Platner,* Beschreibung der Stadt Rom, *tom. III, part. III, p. 467.*

n *In regione Celanensi sita est collegialis ecclesia S. Ioanni sacra, ad fontem rivuli hanc terram irrigantis. Ita Febonius, op. cit., p. 40.*

CAPUT PRIMUM.

S. Berardi parentes, institutio tam religiosa quam litteraria, et fata diversa usque ad susceptum episcopatum.

F

Incipit vita beati antistitis Berardi confessoris.

Berardus, pie et erudite educatus, 1. Berardus igitur, Marsorum *a* comitum progenitus, quod de parte patri suo sibi aequivoco cum aliis castellis evenerat, in castello, cui Colli nomen est *b*, natus, et cum* non ut puer, sed ut gravis vir graviter transegit pueritiam, ibidem nutritus exstitit. Divina autem dispositione ad litterarum studia*, unde postea episcopus factus, in ecclesia sanctae martyris* et matricis Sabinae *c* a parentibus suis traditus est; ubi per Dei misericordiam usque hodie mirae religionis et honestatis fratres sub sanctae regulae disciplina absque dubio multi degunt; quibus etiam, quod magnum a Deo pretiosum est, semper inest cor unum et anima una *d*. Erat ergo iuvenis iste, omni nobilitatis electione postposita, humilitatis, patientiae*, castitatis, caritatis et omnium virtutum amator, ita quod eius aspectu humilitatis imago dignoscebatur, patientiam* in responsis et sibi illatis contumeliis servabat, libidinis auctorem calcans et comprimens, mulieres nedum intueri, nedum alloqui sine certa causa legalique teste, castitatem et honestatem custodiens, nolebat. In

* ed. quam

* ed. studio

* ed. S. Martini

* ed. potentiae

* ed. potentiam

VITA In suscipiendis hospitibus eorumque servitio virtutum maximam caritatem, manuum opere, oris officio, rerumque dispendio studiosissime fovebat. In pedum incessu et vestimentorum ornatu atque tonsura compositus, lectioni divinae assiduus, nocturnis ac diurnis officiis insistens, culpam credens maximam, si ad primum nolae pulsum diu noctuque adsurgere tardus aliquando esset, et secundum praedicti sancti loci consuetudinem in quattuor consuetis locis, id est ecclesia, capitulo, dormitorio et refectorio, sine interrogatione vel certa causa numquam locutus, aut sine licentia claustrum egressus est, servitium cunctis exhibens, nulli umquam, quod mirabile est, scandalum intulit. Omnes diligebat, quoniam inimicum numquam noverat, sese cunctis esse minorem asserens, cunctis officiosissime serviebat, omnes venerabatur. Quid multa? Inreprehensibiliter in cunctis sese exhibebat. Pandulphus itaque episcopus *e*, qui tempore praedictae ecclesiae pontifex inerat, huius viri constantiam cernens, corona et ceteris ecclesiasticis ordinibus certis temporibus rite datis, quo debuit honore et B veneratione in acolythum ordinavit. Crevit aetate, sed magis gravitate, crevit prudentia, non minus honestate. Quid autem hoc tempore mirabilius? Quid secundum canones rectius? Ibidem doctus est et nutritus, ubi corpora docere et animas fovere divina providentia futurus doctor et gubernator erat. Rogatu praeterea sui genitoris, de episcopi Pandulphi mandato, Casinensium monasterium gratia legendi adiit, ibique per sex annos a quodam prudenti viro, Paulus nomine, corpore tamen caecus, grammaticam discens feliciter mansit *f*. Si quis vero qualis ibidem exstiterit plenius scire voluerit, quam suo nomine, immo ipsi sancto viro, praefatus magister Paulus fecit *, Cantica Canticorum expositionem *g* legat, ubi mores, compositionem et honestatem suam tanto clarius ostendit, quanto nobis prudentior et praestantior habetur:

(margin: *e*; *f*; * *ed.* fuit; *g*)

Ostendit mores Paulus, mentique vigores
Huius Berardi, corpore, mente pii.

2. Cum lectioni die noctuque canonicam servans regulam insisteret, ecce divino nutu, bona sua fama crescente, a sanctae recordationis papa Paschali *h* ad romanam Ecclesiam apostolicis litteris honorifice vocatus, honorificeque receptus est, et ut ipse pius recitare solebat, eo die quo Curiam intravit, primus, ad secundam et quartam feriam usque ad sabbatum, in cena sedit. Sabbato vero a manu summi pontificis, sicut dignus erat, ad subdiaconatus ordinem promotus, et ut ecclesiastici ordinis ratio exigit, in proprio loco tamquam iunior post omnes in mensa positus, immo ipse de consuetudine semper ultimum locum petiit. Quod videns praedictus summus pontifex subridens ait: *Fr. Berarde, ecce heri, nudius tertius, quoniam tibi locus assignatus non erat, quasi iuxta nos in mensa sedisti, hodie in proprio loco positus es.* Cui sanctus: *Hoc, pastor, novi, non alta, sed infima semper habere; Deus scit, mirande Pater, elegi enim abiectus esse in domo Domini magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Coepit itaque vir iste sanctus honestatis tanto studio suis vivere cunctisque ministrare, quanto ad maiora sublevatus et a cunctis accuratius spectabatur, non tam favorabiliter, sed honeste et legaliter incedens.

(margin: *Romaeque sacris ordinibus initiatus,* *h*)

3. Considerata huius innocentia et ex omni parte probata, Campaniae provinciae comes *i* est constitutus. In cuius terrae administratione, prudentia, iustitia, fortitudo et temperantia virtutes D ibi sibi comites existere, ut numquam in dictis, numquam in factis ab eodem aliqua harum defuit virtutum. Prudentiam enim in administrationibus populi sub suo regimine positi habebat, iustitiam vero in rapinis prohibendis, in latronibus coercendis, in furtis, homicidiis et his similibus exstirpandis tenebat, in superandis tyrannis et iniquis, in securitate et fortitudine, et, quod melius est et laudabilius, in superandis vitiis eadem mirabiliter servabat; et quoniam rectum in suis actionibus modum numquam excedebat, temperantiam virtutum maximam optime custodiebat, sic tamquam pius rex et perfectus imperator, virtutes diligentissime et studiosissime regebat. His itaque munitus, his circumdatus, his suffultus, his denique virtutibus profectus, commissam sibi provinciam Campaniam ita regebat ut placens Deo, neque pontificem romanum, neque quem custodia habebat, populum offendebat, ut mihi in eadem regione ad praesens manenti a multis revelatum est, ultra quam credi possit ab omnibus amabatur; non enim ut comites solent, sed ut verus veritatis defensor et pietatis amicus sese in cunctis E exhibebat.

(margin: *comes Campaniae constituitur.* *i*)

4. Quidam * *k* Petrus ** nomine, comes Columna, et, ut fertur, Romanorum consul *l*, quoniam terra huius in circuitu, immo * circa urbem, sita esse videtur, contra sanctam romanam Ecclesiam diabolico instinctu calcaneum erexit, ita quod quicquid rapina, furto aut vi sive deceptione aliqua de bonis sanctae romanae Ecclesiae habere poterat in suos perfidos usus attrahebat *, et quod peius et magis timendum erat, quotquot habere curiales poterat, tamdiu vinculatos carcere tenebat, donec vel poenis vel fame deficerent, vel * multa redimerentur pecunia, et quoniam, sicut dicit propheta, *Deus est mirabilis in sanctis suis*, ut sua mirabilia in isto, de quo loquimur, sancto viro ostenderet, immo ut ostenderet cuius meriti Berardus esset *, ipsum eundem praefatus tyrannus cepit, et in cisterna sine aqua exspoliatum et verberatum iactari fecit. Fossus cisterna, Christo, qui cuncta gubernat, clamavit dicens: *Omnipotens Domine, rex caeli et terrae, uti * Danieli, quod * succurras misero, deprecor, in ** hoc puteo *.* Cum autem huc illucque nunciatum esset, quod tantus, ac talis tamque illustris vir in carcere haberetur, fuit * maeror et luctus inaestimabilis tam in romana Curia quam in parentum et consanguineorum domibus.

(margin: *In vincula conicctus*; * *Cod. Barb.* Tyrannus quidam; *k*; ** *Cod. Barb. add.* de; *l*; * *ed.* uno; * *Barb.* abstrahebat; * *Barb.* ut; * *Barb.* est; * *Barb.* mihi ceu quondam; * *Barb. om.*; ** in *om. ed.*; * *Barb. add.* incluso; * *Barb.* fit *exinde liberatur.*)

5. Quidam interea miles, genere et moribus prudens, Ioannes nomine, sancti huius de quo loquimur consanguineus, de castello, cui Praetella nomen est *m*, quod in valle de Norsis * positum videtur, deposita militari veste et indutus mendici, divina inspiratione et sancta praesumptione *, qua sanctus carcere tenebatur, Praenestem urbem perrexit, et undique parietes, et quae in circuitu eiusdem civitatis erant, antequam eandem ingrederetur visitans, caute circumspiciens cauteque intravit ac tamdiu mendicando ostiatim ivit, donec ad locum quo illustris vir iacebat advenit *, quem accurate prospexit et a quo accuratius recessit, cogitans quid agere posset. Sequenti itaque nocte, quod dictu mirandum est, accessit ad cisternam solus *, super quam custodes gladiis accincti iacebant, tabulas, Dei tantum auxilio, de ore cisternae sublevavit, easque hinc inde posuit moxque illustrem virum, iacto funiculo, de puteo sanum et incolumem traxit. Sed quis non miratur, quod unius hominis viribus tabulatum et hominis pondus

(margin: *m*; * *Barb.* Hellis; * *Barb. add.* in; * *Barb.* devenit; * *Barb. add.* et)

A

* Barb. fuit
* ed. excitare
* ed. est
* Barb. et

dus de ore cisternae ita sublatum sit, quod neque aliqua conquassatio ibi fuerit *, neque sonus ad quem custodes vel qui in circuitu per domos hinc inde positas recumbebant homines excitari * valerent. Non enim * mirandum id esse memet reprimens dico, quoniam qui sui sancti sepulcri, immo sui sanctissimi corporis, custodes velut mortuos, angelo adveniente, eodemque Creatore resurgente, ad horam reddidit, potuit pro sui famuli amore operari, quod * unius viri vigore et actione, et custodia de ore cisternae levare, et nemine sentiente inde sanctum extrahere valeret. Liberatus igitur Dei misericordia de carcere sanctus, mox curiam rediit; flentibusque prae gaudio fratribus dixit : *Nolite, fratres, nolite flere, sed mecum gaudete, quoniam pro matre nostra et totius mundi domina sancta romana Ecclesia, quod dignus non sum, pati merui.* Noluit hunc postea romanus pontifex * ad comitatum ** remittere dicens, indignum fore tantum virum de Curia recedere. Adveniente ergo certo tempore, diaconum eum ordinavit et in ecclesia S. Michaelis *n*, ubi pisces in urbe venduntur, eum posuit * ubi sicut a quibusdam fratribus ibidem manentibus, quorum personas novi, sed nominum non recordor, mihi relatum est, multa dixit et fecit, quae huic operi interserere dignum est.

* *Barb. add.* Paschalis
** (a. c.) *om. Barb.*
n
* *Barb. add.* postmodum in ecclesia S. Chrysogoni presbyterum cardinalem creavit

ANNOTATA.

a *De regione Marsorum saepius mentio recurrit in* Act. SS., *v. g. tom. V Iulii, p. 528, tom. II Aug., pp. 420, 422; tom. V Aug., p. 778; tom. VI Aug., pp. 652, 662; tom. II Sept., pp. 305, 382; tom. III Sept., p. 608; tom. VI Octobr., p. 338, ac in Actis S. Caesidii martyris Transaquis in Marsis ad d. 31 Aug., tom. VI, p. 652 sqq.*

b *Cfr. Annot.* f *ad Prologum.*

c *Ecclesia S. Sabinae, de qua videsis annot.* g *ad Prologum, non videtur S. Martino dedicata fuisse. Proin textum editoris :* S. Martini et matricis Sabinae *corrigimus in :* Sanctae martyris et matricis. *De hac formula consuli potest bulla Paschalis II, edita apud Ughelli, op. cit., p. 892.*

d *Alludit forsan auctor ad canonicos regulares capituli S. Sabinae, qui communis vitae genus monachorum servabant. Cfr. Panegrossi,* Memorie

C storiche intorno a S. Berardo, *p. 29.*

e *De Pandulpho dictum est supra, annot.* h *ad Prologum.*

f *Ibidem actum est, annot.* i, k, *de schola Casinensi et Paulo monacho.*

g *Cfr. dicta in Comment. praevio, num. 2.*

h *Scilicet Paschali II, qui sedem tenuit a 13 augusti 1099 usque ad 21 ianuarii 1118.*

i *Hanc dignitatem respondere dicit Panegrossi, op. cit., p. 49, officio eorum qui posteriori tempore dicti sunt* delegati pontificii, *et, nomine summi pontificis, urbi vel provinciae praesidebant. Gregorovius,* Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter, *tom. IV, p. 419, refert nomen* delegatorum, *immo et munus, primam originem sumpsisse anno 1142. Exemplum magis antiquum, nempe anno circiter 1105, praebet igitur Vita* S. Berardi.

k *In margine appositae sunt lectiones variantes fragmenti quod diximus asservatum Romae in bibliotheca Barberiniana. Cfr. Comment. praev. num. 2.*

l *De significatione vocis* consul, *cfr. Gregorovius,* Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter, *tom. IV, pp. 436, 438. De gente* Colonna *et in specie de* Petro Colonna, *cfr. ibid., p. 305, 306.*

m *De* Praetella, *id est* Petrella, *ut ipse auctor scripsit in Prologo, cfr. annot. ibid., sub littera* l. VITA

n *Est ecclesia nuncupata, propter proximitatem loci in quo pisces vendebantur,* S. Angelo in Pescaria. *Unus ex cardinalibus diaconis ab ea nomen accipiebat. Cfr. Platner,* Beschreibung der Stadt Rom, *tom. III, part. III, p. 467, 468.*

CAPUT SECUNDUM.

S. Berardi iam episcopi labores apostolici, pius obitus.

In Marsorum episcopum ordinatus

6. Eo itaque tempore *a* Marsa ecclesia vacabat, cui tamen inerat quidam religiosus et mirae abstinentiae vir, Sigenolphus nomine *b*, qui a Guiberto * *c* ordinatus fuerat, per septendecim annos *d* episcopi nomen ferens, ibidem mansit. Et quoniam secundum Deum stare non poterat, satagebat romana Curia eum expellere et alium catholicum ponere. Imminente autem haeresi, tum ob consanguineorum praefati Sigenulphi potentiam, tum quos ordinaverat clericorum studio, aliquando vero cleri et populi a quibus aequanimiter diligebatur, fortitudine, tamdiu facere romana Curia non valuit. Renitente omni nisu, indignum se acclamante, sanctus prius in ecclesia S. Chrysogoni presbyter cardinalis *e*, postmodum in ecclesiae S. Sabinae honorem episcopus est electus, et suae aetatis anno trigesimo consecratus *f*. Unde quidam dolens flendo tunc versificando luxit, dicens :

a
b
* *ed.* Giberto
c
d
e
f

Roma fleat, cum Marsa vetat, quem gliscit ha- [bere
Damno pios sic Roma viros, dic, unde bearis.

Celebrata itaque huius sancti pastoris consecratione, apostolica benedictione potiti, Marsicum ad episcopatum cum ipso reverti, atque ea sede praescriptae illustrissimae martyris et dominae debito honore eundem sublimarunt *g*.

g

gregem magno zelo curat,

7. Pastoralis igitur sarcinae suppositus, cogebatur ad semetipsum animum recolligere, sed non valebat, quia ad multa animus dividebatur. Coepit esse tamen et mutus et verbosus : mutus in otiosis et vanis, verbosus vero in necessariis et utillimis verbis ; sic enim decet pastorem. Hanc primum F cum propheta pius * iste custodia ** pontifex in sua custodiam posuit. In speculatione vero positus, cogebatur quae sui officii erant exercere, et primum cum Apostolo omnia [in] omnibus factus, mundo sibi crucifixo, ipse se mundo, versa vice, crucifixit. Deinde ecclesiarum, clericorum, orphanorum et viduarum, pauperum et indigentium sollicite curam gerere coepit, causas, actus et singulorum vitas discutere, commissi gregis negotia tractare, iisque * luporum insidias et invasiones fortiter timere. Respexit in infirmitatis vallem, super excelsum operis montem ascendit, evangelizare Sion cupiens; cuius nimirum operis et praedicationis tanta erat instantia, quod non erat vir, non erat mulier in episcopatu suo, sive nobilis sive ignobilis, sive dives sive pauper, qui vel ob bonae operationis exemplum vel praedicationis et monitionis dulcedinem, eum non veneraretur et timeret. Orationi ita insistebat, quod non fuit tempus, non fuit hora, non fuit dies, qua aliquid divino officio praeponeret, dicens : *Maledictus omnis qui opus Dei negligenter fecerit.* Congregata conservabat, dispersa colligebat, infructuosa et arida sanctae praedicationis cophino stercoris et vomere

* *ed.* prius
** *ed.* custodiam
* *ed.* eosque

VITA

vomere purae doctrinae titulo fovebat, ut fructum producerent, incessanter irrigabat. Et quoniam, sicut dictum est, actus, causas et singulorum vitas diligentissime discutiebat, ut de aliis taceamus, quid de simoniis, quid de clericorum incontinentiis et eorum inhonestis tonsuris et calceamentis, vestimentis incompositis, quid de parentelis et affinitatibus, quid de virorum et mulierum sacramentis ad invicem pro matrimonio factis fecerit videamus. Creverat plane exstirpandae simoniae callidum vitium in Marsorum finibus, in tantum quod laici tamquam propriam hereditatem ecclesias vendebant, et quod deterius est, qui eas tenebant clerici, peccatum fere non credebant. Nonnulli clericorum extra canonicas habitantium incontinenter vivebant, parvam vel nullam coronam apostatando alii capite gestabant, alii vero sparso crine incedebant, alii autem, quod proprie iocularium est, ab utroque latere divisis, item mixtis coloribus vestimenta variabant, subtalares * invidos, obliquos. Hic ferebat murenas et armillas, ille hic turritum, ille caudatum portabat caput, et ut de multis pauca dicantur, uniuscuiusque clerici fere propria voluntas et regula erat. Nolebant enim clerici per episcopatum positi sanctis et religiosis canonicis S. Sabinae illustrissimae martyris credere, nolebant eos audire, nolebant eos eorumque vestigia sequi, nolebant denique sub iugo matris suae pastoris absentia colla tenere. Ipsa enim Marsorum omnium non solum clericorum, verum etiam laicorum virorum, mulierum mater, ipsa et sanctorum patrum, tam romanorum pontificum quam aliorum episcoporum et cardinalium privilegio, a principio domina virorum. Denique alii consanguineas, alii vero sibi affinitate iunctas pro uxore accipiunt. Alii autem hanc sacramento confirmabant, et eo oblito, aliam pro uxore ducebant. Quid multa? Totus fere episcopatus in his quae dicta sunt dissipatus erat, quoniam qui veritatis viam in eo manentibus viris ostenderet pastor non fuerat, et sic pastoris absentia rapaces lupi, ut scriptum est, gregem invaserunt. Sed quid pius iste de quo loquimur pastor, Dei auxilio, fecerit breviter dicatur.

* ed. sub tellares

B

praesertim simoniam exstirpando.

8. Simoniam ergo, Deo auctore, ita exstirpavit, quod neque qui venderet neque qui emeret ecclesiastica prorsus inveniri poterat; et ut breve sit nobis in hac longa via iter, omnia quae superius nominavimus et alia vitia, quae sigillatim enarrare longum esset, secundum Apostolum, primum obsecrando, ut constructione loquimur, deinde increpando, arguendo, opportune et importune instando, ita compescuit et exstirpavit quod nullus clericus, nullus laicus, fere nulla * mulier, quod credi difficile est, inveniri poterat infra fines episcopatus qui in iis, quae supra rettulimus, publice peccaret, et si diabolo suadente delinqueret, aut cito sese paenitens corrigeret, aut si se non corrigeret vera emendatione, post canonicam requisitionem, ad aliorum timorem, suique cum emendatione ruborem canonice percutiebatur. Ipsis monachis in his non parcebat; ipse enim erat regula et correctio monachorum.

* ed. nullus

Plura patitur,

9. Factum est ergo quod baronibus, multisque tyrannis per Marsicanum episcopatum manentibus, propter eorum scelera excommunicatis, de propria sede, de proprio episcopatu pius iste praesul, pro nefas, eiectus est centies. In quibus expulsionibus aliquando in Lateranensi palatio Romae mansit, aliquando Alatrinus *h* et Verulanus *i* sibi commendati fuerunt; aliquando autem, ubi innumerabilia bona fecit, sicut ab iis qui cum eo fuerunt didicimus, a papa Paschali in Sardiniam *k* legatus factus est. Ii nimirum tyranni primitias, decimas, mortuorum oblationes et debita S. Sabinae ecclesiae et ecclesiis per eorum terras positis dare non permittebant, et quod peius est, isti studio omnique nisu * detestabile, accepta occasiuncula clericos in carcerem mittebant, et tamdiu eos ibidem cruciando detinebant, donec quam etiam non habebant pecuniam ab eis extorquerent *. Rusticos, pauperes, pupillos et viduas sub se positas, intolerabiliter tyranni affligebant. His et aliis, praemissa canonica requisitione, canonico gladio tyranni percutiebantur, eorumque elata potentia pius impie expellebatur. Quinimmo quoties expulsus, toties honorifice revocatus et reductus fuit. Sed quid dicamus, haec copia inopem me reddit. O quoties hinc inde ut caperetur vel prorsus a tyrannis et malignis interimeretur, sibi per vias positae fuerunt insidiae, quoties iniuriis afflictus lapidatusque fuit! Quid plura? omnia quae hactenus pro Dei nomine martyribus, praeter mortem, huic pro Dei servitio a tyrannis et impiis illata sunt, mortem quoque, diabolica functione, qui venenum, nescio si emerunt, maligni sibi inferre conati sunt. Sed cui omnia nuda et aperta sunt, displicuit, idque propalavit. Manens ergo in hoc fluctuum et tempestatum pelago iste inexpugnabilis domus vel murus, nihil quae sui officii erant praetermittebat.

h i D k

* ed. risu

* ed. extorquerentur

E

eleemosynas multas erogat,

10. Sed ut de ceteris sileam, quam studiose in eleemosynis Deo servierit, licet in superficie iam dictum sit, si ne quibus debemus, quibus possumus verbis, quod vidimus breviter annotetur de pauperum sollicitudine quam habuit. Omni igitur tempore pauperum sollicitudinem sollicite et accurate gerebat, maxime eorum, qui loca quae ab ipso pio pastore et gubernatore frequentabantur inhabitabant. Pauperum Marsicanae civitatis *l*, Veneris *m*, Piscinae *n*, villarum et Celani *o* vicissim castellorum et multorum aliorum locorum habitantium curam studiosissime gereret sollicitus erat *, et quamquam omni tempore praecipue in nativitate Domini, diebus quadragesimae, in resurrectione et circa maium et iunium menses, quando pluribus egerent, tamquam proprius pater, proprius custos, proprius pastor, proprius gubernator et rector, singulis pauperibus, per singula castella, per singulas villas, per singulas etiam domos, panis, carnis et tritici, necnon leguminum eleemosynas; aliquando per eum *, qui, ni, fallor in ecclesia S. Pantaleonis, circa flumen et in radice montis Veneris *p* sita est usque hodie habitans * frater Petrus Bonus, sanctae et verae vitae vir, aliquando vero per suos privatos, viros honestos, ita mittere studebat, ut nesciret sinistra quod manu daretur dextera. Cum igitur sanctae sollicitudini insisteret, quadam die dominica, celebratis matutinis summo mane, prima maii mensis hebdomada, quae, ad pedes graduum palatii ecclesiae sanctae et illustrissimae Sabinae martyris, ante ostium camerae inferioris posita est, lapideam supersedens sedem, manus levans, me meo iocose * nomine vocavit, dicens: *Dic mihi, dic, fili, dic, si muliercula vivit filia Teutonis militis illa boni, et soror illius, quorum domus iuxta tui patris domum fere sita est.* Respondi: *Vivunt; miserere, quia fame peribunt.* Quo audito, intimo cordis dolore suspirio lacrimisque effusis venerabilem religiosum et honestum clericum domnum Benedictum Gisonis, qui et huius et aliorum miraculorum testis esse asseritur, nostrum, meum

l

m n o

* ed. soll. ger. er.

F

* *Verba* per eum, *quae apud editorem absunt, coniciendo supplemus.*

p

* ed. habitat

* ed. suo ioco-

A meum scilicet et tuum, reverende frater et consacerdos Ioannes, cognomine tantum Furate, priorem per omnia Deo dignum camerarium suum, vocari iussit; et, eo accersito, lacrimans dixit : *Est nobis triticum?* Cui ille : *Secundum vestrae sanctitatis mandatum pauperibus usquequaque positis triticum distributum est.* Pater et sanctus : *Numquid* * *non pro his nobilibus mulieribus fame cruciatis aliquantulum, scopis adhibitis, saltem inveniri potest? — Deus scit,* respondit camerarius, *quoniam heri hi duo pauperes,* quos propter suorum filiorum pudorem nominare desistimus, *qui hic prope in loco, cui* Viri lapsum *nomen est, habitant, pro velle suo granarium mundaverunt, et triticum ita collegere, quod, ut iocando verum dicam, nec proponere pro portione nec etiam pro medicina aliqua invenire ibidem triticum potest. — Vade,* inquit ille pastor misericors, *et affer quattuor panes, affer ancum porci unum desiccatum, affer et sagimen, quoniam, secundum quod iste dicit, dives erat* prius, sine condimento, pane et omni vitae subsidio deficiente, avide cruciata*, eximie commendatur***, affer, fili, ut eisdem mittantur* q. Cumque allata essent, haec versus ad me sanctus dixit : *Vade, et nemine sentiente haec illis mulieribus porta, et dicito eis ut post prandium pro tritico deferendo quendam ad nos mittant virum.* Factum est ergo, ut veniente quem iusserat viro, sancto iubente, omnium frugum procul dubio vacuo in granario missus est, ut quod ibidem inveniret triticum praedictis feminis deportaret. Mirabile dictu, sed mirabilius factum et nostro tempore inusitatum, tantum tritici invenit, quod nisi super asellum asportari aliter non valuit. Mira res, sed mirabilius subsequitur, hoc triticum his mulieribus et aliis quibus de consuetudine caritative dabant, donec omnia frumenta reposita fuerunt, hoc est usque in augustum, mirabiliter suffecit. Sed quod mirum, sub iubente sancto, in vacuo granario triticum invenit, et sic * multis diebus illud parum tritici multis mulieribus et aliis quibus amore Christi illae ipsae feminae dederant *, prece sancti interveniente, suffecit, cum tantae esset misericordiae quod neque legere, neque psallere neque orare, neque manducare, neque bibere umquam valeret, donec quem indigere noverat pauperi quoquo modo subveniret.

* ed. Nunc quid
* ed. dividerat
* ed. cruciante
** ed. commendat
* ed. si
* ed. declarant

puellam miro modo sanat, r

11. Et quamquam quae propriis oculis vidimus scribere promiserim *r*, quae a comite Raynaldo, egregio et religioso viro, et a multis aliis audivimus, taceri tamen incongruum fore censemus. Ferunt ergo quod de gutture cuiusdam novennis vel decennis puellae sibi, immo ante * se, pro chrismatis consecratione ductae, facto crucis signo, os pruni eiecit. Haec iugiter triduo non manducans, non bibens neque etiam loquens exstiterat, sic tamen Dei misericordia, cuius mors indubitanter sine difficultate expectabatur, sancti huius benedictione posita, qui eam flendo et dolendo duxerat, patri ineffabiliter prae gaudio expergefacto sana et incolumis reddita est. Et quoniam iniquorum et tyrannorum colla praesul iste benignus canonico sanctae Ecclesiae gladio domabat et percutiebat, ab ipsis iniquis et tyrannis, sicut dictum est, semper iniuriis afficiebatur, saepe lapidibus obruebatur, morte minabatur, insidiae hinc inde parabantur, quorum alios exulari, alios de propriis domibus expulsos, alios vero infirmari et tamquam divino gladio percussos, subito mori in via et post mortem suam vidimus.

* ed. autem

impium punit. s

12. Gratia verborum, magnus quidam comes *s* erat in Marsorum finibus qui prae omnibus eum offendere, immo Deum sub sua custodia positos * offendere solebat, quem pro suis culpis, convocatis Berardo Theatino *t*, Grimaldo Pennensi *u*, et Gualterio Valvensi *v* episcopis, hora tertia sextae feriae, excommunicavit. Quid multa? Iusto Dei iudicio, ea qua excommunicatus est alterius diei hora sepultus est. Cum ergo hora nona eiusdem diei praedicto comiti id esset nuntiatum, accersito cellerario, deridens excommunicationem, magnam sibi cenam parari iussit. Unde factum est, quod cum corporea, quam non sperabat, sibi inopinata parabatur cena. Cum autem interesset cenae, multis secum convivantibus, inimicus gladium ferens, ex insperato subito advenit; venit et intrepidus accessit, heu pro dolor, accessit, et percussit quidem et usque ad mortem vulneravit; sed tamdiu omnipotentis Dei misericordia eidem loquelam dimisit, donec quanta potuit velocitate et afflictione pro paenitentia accipienda tertio ipsum sanctum episcopum vocavit, dicens : *Currite, et velociter currite ut paenitentiam mihi donet. Continuo episcopum ducite, veniat ut mihi det veniam, ne forte sic ligatus moriar.* E

* sic
t
u
v

Currite, Berardum vos ad me ducite sanctum,
Ut mihi det veniam, dicite quod veniat.

Et cum his verbis finem loquendi faceret, plangentium et colluctantium manibus, qui laetus et sanus ad cenam ierat comes, ipsa eadem cena in dolore, tristitia et maerore versa laetitia *, semivivus ad lectum deportatus est, ubi tamdiu vivens iacuit, donec, secundum suam petitionem, missis nuntiis a Celano ad Albam *w*, sane episcopus venit. Distat enim, ni fallor, ab Alba Celanum octo et amplius miliaribus. Venit sanctus, et eum * vivum et non loquentem invenit, vivum sed non sentientem. Tunc anxie coepit quaerere sanctus quid ageret? Hinc ei Dei misericordia, inde divinum cernebat iudicium, hinc hic miser *miserere** clamabat, inde ut unicuique suum ius tribuatur veritas requirebat. Sed quoniam misericordia praeiudicat et superexaltat iudicium, et misericordia Domini, non iudicio, plena est terra et plenitudo eius, hoc est de plenitudine misericordiae, sacramento accepto, sub multorum testimonio, qui sese invocaverit, immo pro paenitentia accipienda per sese clamaverit et petierit, eundem absolvit; unde factum est quod omnipotentis Dei iudicio, huius divini gladii percussione, qui carnis incurrit animae mortem evasit. F

* ed. om. laetitia
w
* ed. cum
* ed. miseris miseris

mortem instare sibi praedicit,

13. Cum his et aliis sanctus polleret virtutibus, et iam circa huius vitae finem sese divina revelatione appropinquare dignosceret *, coepit studiosissime discordes ad concordiam lapsos, ad paenitentiae erectionem, superbos ad humilitatis viam, impudicos ad pudicitiam revocare et cetera vitia tanto studiosius comprimere quanto ad receptura praemia se propinquiorem fore noverat. Unde contigit ut eo, quo mortuus est anno, convenientibus de consuetudine fere totius episcopatus praelatis et subditorum multitudine praemaxima, laicorumque innumerabili coetu in festo S. Sabinae *x*, illustrissimae martyris, infra missarum sollemnia suam praedixit mortem, adiciens interea, quod ad idem altare missas ulterius non foret celebraturus; et fusis lacrymis sanctus, ceteris prae dolore flentibus, pro parentela comites quosdam excommunicavit, quos etiam per fratres suos, per quos nutu et reddito* precibus meritisque sancti Deus mira operatus est, antequam mortuus esset, ut resipiscerent et se corrigerent atque ab iniusta copulatione desisterent requisivit.

* ed. dignoscere
x
* sic

VITA sivit. His itaque gestis ut pacem reformaret et officium suum exerceret, episcopatum visitans apud ecclesiam S. Ioannis ad Caput Aquae positum *y*, in nativitate S. Mariae virginis, idibus septembris, lateris dolore, quo saepissime cruciatus fuerat, cum hepatis infirmitate, immo hepatis et pulmonis, sicut medici asserebant, graviter infirmatus est. Iacuit ergo rogatu, hortatu et suasione quorundam ibi per dies aliquot, iacuit et patiendo anxie mansit. Rogabatur quidem ibidem iacere hortatu et suasione, sicut dictum est, sed dolore aegrotabat; rogabatur plane ut ibi moreretur, rogabatur ut corporis eius honore fruerentur Celanenses saltem in morte; hinc itaque sub pietatis colore machinabatur, ne exinde permutaretur sanctus. Sed quare? Ut ibi moreretur.

quam sancte obit. 14. Cum autem id sanctus praesentiret, mox sub excommunicationis vinculo, quod saepe prohibuerat, indixit ut si illic mortuus esset, ibidem non sepeliretur, et ne id contingeret* (* *ed.* contigeret), accersito Stephano gloriosissimo collegii S. Sabinae illustrissimae martyris praeposito, dixit, immo praecepit, et* (* *ed.* ut) sibi per oboedientiam, et sub quo sibi et ecclesiae debebat sacramento, iniunxit, dicens: *Vade, fili, et cum velocitate vade, et ita studeto ut vir ad uxorem, sponsus ad sponsam, filius ad matrem et servus ad Dominum moriturus redeat, et sub sua protectione moriar, sub sua umbra sepeliar, in aeternum maneam, me in lecto afferri facias. Indignum est hoc et nimis reprehensibile, alibi nisi ad matricem ecclesiam, ad sedem suam, ad ecclesiam cui ordinatus, cuius sponsus cuiusque pastor dictus est, episcopum mortuum iacere.* Factum est ergo secundum suum mandatum. Sed si qui scribere velit quantus clamor, quanta tristitia in huius sanctissimi pastoris translatione fuerit, caveat sibi ne extensa prolixio fastidium generet audientibus. Postquam a praedicta ecclesia S. Ioannis ad episcopatum fuit reportatus, exposuit et rite ordinavit non solum quae in eadem ecclesia exponenda et ordinanda erant, verum etiam quae in omnibus ecclesiis exposuit, composuit, induit et ordinavit. Expositis ergo omnibus, fusis lacrimis, praesentes suos fratres his verbis monuit, dicens: *Fratres mei, gloria, laus, honor, decus, et post Dominum et sanctos eius, spes et corona mea, animae meae vita et salus, rogo, hortor et qua debeo devotione vos moneo, ut in caritate virtutum maxima* (* *ed.* maxime) *abundetis, ut unanimiter et concorditer in fide, spe, humilitate, religione, concordia, patientia, largitate, castitate et sobrietate vivatis, fugientes vitia, virtutique adhaerentes; quae radix est malorum, superbiam humilitate confundite, et exstirpate blasphemiam religione, discordiam concordia, iram patientia, avaritiam largitate, luxuriam castitate, ebrietatem vero sobrietate domate, vincite et superate oratione, ieiuniis, vigiliis et eleemosynis, quantum vires administraverint, instate; moribus, non veste seu aliqua vana et elata ostentatione, Deo placere affectate; accepta licentia simul state, simul ambulate, simul sedete et ut in una ecclesia cantatis, in una domo manducatis et in una domo cubatis, de una massa panem comedatis et de una vite in caritate vinum bibatis: sic sit vobis unum cor, una mens, unus spiritus, una voluntas, unum et idem omnes volentes, omnes facientes, omnes patientes, omnes egentes; melius est enim egere quam plus habere, et quod veritatem decet sanctitatis* (* *ed.* sanctitatem), *nihil sit in statu et incessu vestro quod cuiusquam oculum offendat, et quoniam plenitudo legis est dilectio, dilectionem quae est sine simulatione ad invicem servate, et si, quod absit, inter vos discordia* D *emerserit, infra unius diei finem emendetur, ut sol non occidat super iracundiam vestram, et ita in odium non crescat, ne forte trabem de festuca facientes, animae, quod Deus a vobis avertat, exinde moriantur. Vos ergo, fratres, si in dilectione quae est sine simulatione manseritis, dilectionis fructum, quod est vita aeterna, procul dubio obtinebitis.* His et aliis verbis his praestantioribus fratres et in Christo filios sanctus pontifex monuit. Ego autem quod de suis verbis recolligere potui, recollegi* (* *ed.* recolligi). Appropinquante itaque die mortis sancti, sicut annum et tempus, ita proprium sanctus suae mortis diem praedixit, et ut ipsimet eius utamur verbis, quinto die ante mortem dixit coram fratribus cunctis: *In hoc futuro anno dicetis: tertio nonas novembris erit obitus Berardi, Marsicani episcopi.* Migravit ergo pius iste praesul ad Christum, ut ipse praedixerat, tertio nonas novembris, horis matutinis secundae feriae, anno Dominicae incarnationis 1130, indictione 8. Sepultus est ad dexteram partem beatae martyris Sabinae cum hymnis et laudibus, lacrimis, maerore et dolore et nimio planctu plenis; sepultus est magna veneratione, E ut tantum decet pastorem; de cuius tumulo, quod est mirum, corruptus fetor numquam exivit, immo pro fetore et loco fetoris odorem suavissimum dedit. Ubi fiunt mira et innumerabilia beneficia usque in hodiernum diem, ubi Deo auctore caecos illuminatos, daemones fugatos, contractis membra restituta ac diversarum infirmitatum homines post mortem suam convalescere vidimus, operante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum, Amen.

ANNOTATA.

a *Ughelli sibi fingit ab anno circiter 1106, quo deturbatum dicit Sigenulphum, usque ad annum 1109, quo electus est* Berardus, *vacuam fuisse ecclesiae Marsorum sedem. Cfr.* Italia sacra, *tom. 1, col. 892.*

b *Sigenulphus, post excessum Andreae, nempe post annum 1096, nam hac anno Andreas memoratur in donatione quadam, ab antipapa Guiberto* F *ordinatus est. De eo, praeter ea quae heic in Vita* Berardi *referuntur apud Ughelli, loc. cit., nihil alias repperimus.*

c *Wibertus, antipapa, Brixiae electus 25 iunii 1080.*

d *Ab anno 1096, quo certum esse rexisse adhuc Andream ecclesiam Marsorum, usque ad annum 1109 quo solium conscendit* Berardus, *non quidem septendecim, ut heic asserit Ioannes Signiensis, sed tantum tredecim numerantur anni pro episcopatu Sigenulphi. Ad hanc enodandam difficultatem, Febonius, in suo* Catalogo Marsorum episcoporum, *p. 12, supponit Sigenulphum, post electum* Berardum, *perseverasse saltem in titulo Marsorum episcopi sibi vindicando, idque usque ad annum 1113. Haec hypothesis nullo alio nititur historiae fundamento.*

e *De* Berardi *promotione in presbyterum cardinalem titulo S. Chrysogoni, cfr. Comment. praev. num. 6.*

f *Anno 1109; natus proin est* Berardus *anno 1079. Cfr. Comm. praev. num. 7.*

g *Dum sanctus episcopus ad ecclesiam sibi commissam proficiscebatur, prodigium quod contigisse traditur*

A *traditur, hoce modo a Febonio* (1) *refertur :* In via quae Roma Piscinam tendit, eo quidem termino, quo a civitate Celanensi lacum Fucinum versus assurgere videtur, iacet grande saxum, quod repente ex duro molle factum, pontificis itineris labore defessi eique insedentis vestigia servat, unde vulgo nuncupatur S. Berardi saxum. *In Comment. praevio, num. 9, diximus quid de eodem lapide enarret Corsignani.*

h *De ecclesia Alatrina videsis Ughelli, op. cit., tom. I, p. 289 sqq.*

i *De ecclesia Verulana, ibid., p. 1386 sqq.*

k *De hac* Berardi *in Sardiniam legatione revolvendo Paschalis pontificis acta nihil deprehendere potui. Inde tamen Vitae scriptor non videtur erroris arguendus, nec contra documenti fidem movenda lis est. Nam ex factis aliunde notis plura Ioannis asserta fulcita fuere; quae vero referuntur de simonia, de minus honesta clericorum agendi ratione, de violenta bonorum ecclesiasticorum impugnatione, ab hac aetate minime aliena esse omnes in confesso habent. Ergo in his quae ab extrinseco vera probari nequeunt, standum est scri-* B *ptori, praesertim qui bonae notae sese in pluribus probaverit.*

l *Marsicana civitas est urbs Valeria. Eadem locutio occurrit in bulla Gregorii XIII citata apud Corsignani,* Della regia Marsicana, *tom. I, p. 670, et in inscriptione campanae anni 1301, quam videsis apud Febonium,* Hist. Mars., *p. 239.*

m *Venere, in Abrutio ulteriori, ad lacum Fucinum, ad meridiano-orientalem partem civitatis Piscinae.*

n *De Piscina civitate, sita in ulteriori Abrutio, multa disserit Febonius,* Hist. Marsorum, *p. 271 sqq., ac Corsignani passim in tom. I operis saepe cit.*

o *Celanum oppidum est eiusdem regionis. De castellis bene multis ibidem sitis, cfr. Corsignani, op. cit., tom. I, p. 630.*

p *Febonius asserit hanc ecclesiam, sitam ad radicem montis qui prope* Castello Venere *assurgit, haud procul iacere a flumine* Iuvencolo. *Cfr.* Vita di S. Berardo, *p. 31.* D

q *Iste locus absque dubio mendose descriptus, nec ex Febonio nec ex Panegrossi, recentioribus Vitae* S. Berardi *scriptoribus, qui neglectis adiunctis ad res tantum respiciunt, corrigi potest. Ut ita corrigeretur coniecimus :* dives erat prius, sine condimento, pane et omni vitae subsidio deficiente, avide cruciata eximie commendatur.

r *Hic iterum testem coaevum et oculatum se prodit auctor. Quod ceteroquin, nulla omissa opportunitate, saepius declarat. Cfr. Vitae numm. 3, 6, 9, 10, 14 et passim.*

s *Si Febonio, op. cit., p. 33, fides est adhibenda, comes iste appellabatur Crescentius, additque Panegrossi, op. cit., p. 94, eum fuisse comitem* di Albe, *quod ex contextu erui potest.*

t *Apud Febonium, op. cit., p. 33, Berardus Theatinus vocatur* Gerardo vescovo di Chieti. *Re quidem vera haec sedes antiquitus dicebatur Teate Marrucinorum. Iam vero, trigesimus tertius in serie episcoporum nominatur Gerardus, qui ad* E *annum 1118 electus vita functus refertur anno 1125. Ita Cappelletti,* Le Chiese d'Italia, *tom. XXI, p. 99.*

u *Grimaldus Pennensis memoratur apud Ughelli* Italia sacra, *tom. I, p. 1118 sqq., allatis diversis ab hac Vita documentis.*

v *De Gualtero Valvensi, cfr. Ughelli, ibid., p. 1364. Iste quoque est aliunde notus.*

w *Urbs nunc eversa, distans tribus milibus passuum a lacu Fucino. Cfr. Febonius,* Hist. Mars., *p. 157.*

x *Scilicet die 29 augusti anni 1130. Cfr.* Act. SS., *tom. VI Aug., p. 497. Corsignani,* Della regia Marsicana, *tom. I, p. 667.*

y *Citatur haec ecclesia in diplomate Paschalis II, apud Ughelli,* Italia sacra, *tom. I, col. 893.*

(1) *Vita di S. Berardo*, pp. 21, 22.

C F

DE SANCTO MALACHIA

EPISCOPO CONNERTHENSI, IN HIBERNIA

J. D. B.

ANNO MCXLVIII.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. Vindicatur S. Malachiae cultus certus ac legitimus.

S. Malachiae cultum in Clarevalli probavit Ecclesia,

1. *De beati* Malachiae, *olim in Hibernia legitimi sancti Patricii successoris, ac anno 1148 caelesti gloria donati, sanctitate testis omni exceptione maior est nobis divus Bernardus; qui non tantum eius Vitam infra edendam conscripsit, duplicemque de eius laudibus in capitulo coram fratribus orationem habuit*(1), *sed etiam eum sibi dilectissimum prosecutus est vero ac proprie dicto cultu. Nam, quod Gaufridus tradidit* (2), *offerens pro eius transitu hostiam salutarem, sacrificio expleto, collectam istam intulit quae ad sanctorum pontificum celebritates pertinet, huiusque antistitis tunicam, in qua feliciter obdormierat, sibi ad missarum celebrationem reservaverat* (3). *Quis ergo mirabitur plures, devotionis causa,* Malachiae *in Clarevalli quiescentis sepulcrum adiisse, ibique eius meritis Dei misericordiam consecutos? ut abbatem illum ex Britannia maiore qui, circiter quadragesimo die a beati Bernardi transitu, ad sancti episcopi* Malachiae *memoriam e morbo convaluit, et Clarevallensibus, quod* Exordium Magnum (4) *passim docere videtur, in more fuisse, ut sanctos illos quos vivos amicitia iunxit pari veneratione haberent. Itaque factum est ut post sollemnem beati patris sui Bernardi* *canonizationem*

(1) Videsis Migne, P. L., tom. CLXXXIII, p. 481 sqq. — (2) *Act. SS.*, Aug., tom. IV, p. 311. — (3) Ibid., p. 326. — (4) *Exordia sacri ordinis Cisterciensis* (Rixhemii, 1871), p. 223, 316, 341, 463, 468.

AUCTORE J. D. B.

canonizationem Clarevallenses, collectis undique quae de beato Malachia *eiusque miraculis supererant documentis, sanctam sedem sollicitaverint quae legitimum pronuntiaret cultum, quem tanto praesuli adhibebant. Quod egit Clemens III* (1), *brevi Laterani dato II nonas iulii tertio sui pontificatus anno.*

unde late diffusus est.

2. Exinde S. Malachias, *cultus ecclesiastici possessor pacificus, transivit in bene multa martyrologia quae in usus suos scribebant monachi Cistercienses, et in principem quam anno 1583 martyrologii romani curavit editionem cardinalis Baronius. Nec viri eximii qui disciplinam ecclesiasticam in sua regione instauraverat obliti sunt Hiberni, qui Dungallensi martyrologio* Malachiam *insertum voluerunt. Iam vero legentis taedio verteretur producere longum eorum ordinem qui* S. Malachiam *in lucubrationibus suis memorarunt. Quis enim rerum Cisterciensium ecclesiasticarumve scriptor, quis Vitas sanctorum colligendi studiosus beatum nostrum praesulem silentio pressit? Immo* S. Malachias, *propter vulgatas, sed falso, sub eius* B *nomine, prophetias de successione summorum pontificum, rudioribus quibusque in notitiam venit. Attamen de istis pseudo-prophetiis plura rescribere supersedemus, cum olim Papebrochius* (2) *ac nostra aetate P. Victor De Buck* (3) *breviter quidem, ast erudite, de figmento isto tractaverint.*

§ II. Documenta de S. Malachia recensentur; eorundem fontes et auctoritas.

Vita S. Malachiae a S. Bernardo conscripta est,

3. Vitam beati viri conscripsit S. Bernardus, et, nisi pauciora excipias quae apud Hibernos Quattuor Magistri collegerunt (4), *nostraque aetate scriptores quidam eruditione insignes, repertis aliquot documentis, tradiderunt, quicquid de* Malachia *scitur docuit Bernardus. Etenim temporis hominumve improbitas consumpsit haec documenta quibus et certior de beato* Malachia *chronotaxis statueretur et clarior lux affulgeret ad dirimendam litem, qualis ad* Malachiae *aetatem fuerit apud Scotos hierarchia ecclesiastica. Nam ad annum 1859 usque, quo R. D. O'Hanlon librum,* C *qui inscribitur* The Life of St. Malachy O'Morgair, *in lucem dedit, silent omnes de privilegio Innocentii II quod Roma redux secum tulit* Malachias (5). *Immo ad praesens tempus, illud non fuisse repertum certissimum habeo, siquidem Hiberni complures, etsi rerum suarum studiosi, litteris de hac re interrogati nihil tradendum habuerunt. Nec magis servata videtur charta fundationis abbatiae Mellifontis, neque litterae quas S. Bernardo beatus* Malachias *haud semel transmisit* (6). *Ex amissa vero hucusque epistula* (7) *fratrum ex Hibernia ad Clarevallenses id imprimis exortum est detrimenti, quod multum erit de locorum personarumque nominibus errandi periculum, quae, utpote barbara nimis, S. Bernardus pluries omiserit* (8). *Non est tamen cur opinemur Bernardum quicquam reticuisse eorum quae ad disciplinam ecclesiasticam innovandam sategerit* Malachias, D *licet eiusdem zelum causam fuisse arbitremur cur apud suos minus gratiosus exstiterit. Certe, si sanctum Bernardum Vitae suae scriptorem nactus non fuisset* Malachias, *non aliter ac eius antecessor beatus Celsus Armachanus, apud exteros in oblivione lateret.*

quam edemus ex codicibus Trecensibus.

4. Vitam S. Malachiae, *auctore Bernardo, saepissime fuisse descriptam manifesto docent catalogi codicum manuscriptorum qui in maioribus bibliothecis asservantur; quod rerum hagiologicarum curiosi lectores saepius expertum habuere evolventes catalogos, haud semel in* Analectis Bollandianis *editos. Iam vero aliquot inspectis codicibus, brevi in hanc devenimus sententiam multam operam incassum insumpturum esse, qui horum omnium colligeret lectiones variantes: vix siquidem unam invenerit alicuius momenti. Itaque, servatis capitulorum titulis, quos in evulgandis S. Bernardi operibus Mabillonius inscripsit* (9), *Vitae editionem instaurabimus ex codicibus Clarevallensibus saeculi XII quos retinet bibliotheca Trecensis; etenim quo fonti propior, eo purioribus undis effluit rivus. Novimus ex huiusce Trecensis civitatis catalogo quattuor ibi asservari codices, saeculo duodecimo conscriptos, qui olim Clarevallensium fuere, scilicet codices signatos numm. 426, 663, 799, 1176* (10). *Quos omnes sedulo contulimus.* E

Huius Vitae fontes ex Hibernis,

5. Cum itaque fere ex unica Bernardi scriptione innotescat sanctus praesul noster, quanta sit habenda scribenti fides inquirendum est. Quaeri nempe potest utrum extraneus ipse satis cognoverit gentem hibernicam, paternarum traditionum tenacissimam, lingua moribusque absimilem ab iis omnibus quos inter Bernardus versabatur. Dixerit ergo criminosum quod moribus sinebatur, pravum quod usus tolerabat. Attamen, quod ultro concedent qui S. Bernardum vel leviter noverint, ea quae ex suis cum Malachia *colloquiis curiose collegit probe scire potuit, scilicet res ecclesiasticas in Hibernia non more romano tractari, et, quod peius erat, omnem disciplinam misere labefactatam ubique corruisse. Nec est cur id miremur, cum rem in contrarium evenisse maiori miraculo esset. Minor quidem romanam inter ac Scotorum Ecclesiam necessitudo intercedebat; frequens autem cum matre ecclesiarum commercium optima cautio est ne a canonum rigore recedatur.*

et praesertim ex abbate Congano derivati sunt.

6. Suam scientiam hausit Bernardus non tantum ex suis cum Malachia *colloquiis, sed etiam ex illis quattuor fratribus* (11) *qui aliquandiu morati sunt in coenobio Clarevallensi, a* Malachia, *dum in patriam reverteretur, dilecto suo commissi, immo ex aliis quos in Hiberniam redux transmisit in Claram-vallem ut ibidem omni vitae monasticae disciplina perfecti, efficerentur idonei qui ceteros eam edocerent. Proinde, quod supra innuimus* (12), *in concinnandis* Malachiae *gestis Bernardus sub oculis habebat documenta fida valde, utpote in Hibernia a coaevis conscripta. Praesertim, quoniam a Congano abbate et fratribus Hiberniae* sit veritas intimata (13), *in suae praefationis clausula profitetur Bernardus se de veritate eorum quae scripturus erat securum esse. Iam vero si quaeratur quis sit ille Conganus abbas,* reverendus frater *et* dulcis amicus, *qui tantum opus Bernardo, nomine carita-*

(1) Fontaninus, *Constitutiones quas summi pontifices ediderunt in solemni canonizatione sanctorum*, p. 642. — (2) *Propyl. ad Act. SS. Maii*, p. 216 *. — (3) *Précis hist.*, 1870, p. 507 sqq. Cfr. *Brieger's Zeitschrift für Kirchengeschichte*, tom. III, p. 319. — (4) O' Donovan, *Annals of the kingdom of Ireland*, 2a ed., tom. II, p. 1017-85. — (5) *The Life of St. Malachy*, p. 152. — (6) Migne, P. L., tom. CLXXXIII, col. 545-48. — (7) Vide infra prologum Vitae S. Malachiae. — (8) Vide infra in Vita num. 26. — (9) P. L., tom. CLXXXII, col. 1073-1118. — (10) *Catalogue général des départements.*, in-4°, tom. II, pp. 192, 278, 331, 486. — (11) Vid. P. L., tom. CLXXXIII, p. 1095, n. 39. — (12) Supra num. 3. — (13) Infra in Vita, in fine prologi.

tis

AUCTORE J. D. B.

A *tis iniunxit, ab initio quid sentiam adaperiam; amplector nimirum sententiam docti viri Lanigan asserentis* (1) *Conganum illum probabiliter eundem esse cum primo abbate Suriensi. Hoce placitum certis documentis firmare utique nequivit, attamen id non obscure innui contendit ex Vitae* Malachiae *num. 35 collato cum clausula praefationis. Et re quidem vera, quis nisi Suriensis de servo quodam ignobili tam distinctam ac peculiarem mentionem iniecisset :* Est primus conversus laicus, testimonium habet ab omnibus quod sancte conversetur? *Insuper, cum iste frater, primus conversus Suriensis, commendatus sit* Congano abbati nostro *et ab ipso* fratribus, *certo certius Suriensibus, pronum est conicere Conganum fuisse Suriensem abbatem. Praeterea, nemo inter Hibernos nisi Cisterciensis quidam dici potuit a Bernardo* reverendus frater et dulcis amicus. *His inductus videtur Lanigan ad statuendum velut probabile, Conganum, qui nominatus est in clausula praefationis, non esse distinctum a Congano cui commendatus est iuvenis, qui postea factus est primus conversus* B *Suriensis. Immo eum non vanu somniasse dixerim qui coniceret Conganum fuisse de numero illorum quos aliquando regulam Cisterciensem Bernardus edocuit. Hac admissa hypothesi, rectius animo percipimus et singularem illam Bernardi amicitiae significationem, et instantes Congani preces ut Bernardus scribendae* Malachiae *Vitae onus susciperet. Noverat et in capitulo Clarevallensi adstans pius auditor quanta eloquentiae flumina sub pectore volveret sanctissimus abbas, et degens inter fratres quanta apud omnes gratia polleret, ita ut certissimam spem iure foveret futurum brevi intra latos Europae fines inclitum* Malachiae *nomen diffunderetur, si sibi petenti Bernardus annuisset.*

Quae obiciuntur, nempe ex Congano nihil accepisse Bernardum,

7. *Propter reverentiam doctissimi viri Ioannis O'Hanlon, ex libro suo erasum velim argumentum, quod ad elevandam Lanigani sententiam desumendum proponit ex eo quod diversis locis diversimode descriptum sit* Congani *nomen, scilicet* Coganus *et* Conganus (2). *Id esse nequit nisi eiusdem nominis varians lectio. At graviora proferret qui contra Lanigan argueret ex iis quae Ianauschek ut verisimilia tradit. Docet enim Surium esse filiam abbatiae Magii* (3) *in Limericensi dioecesi sitae (haec* C *vero fundata refertur anno 1148); ac maiorem fidem adhibens elenchis Cisterciensis filiationis, ut ii Surii fundationem anno 1151 innectit* (4). *Sed hoc assertum non cohaeret cum iis quae in Vita* Malachiae, *num. 35 traduntur :* apprehensumque manu sua tradidit Congano abbati nostro, et ille fratribus, *siquidem anno 1151* Malachias *iam diu obierat. Haec tamen forsitan conciliaverimus si animadverterimus haec aut similia Congani, tunc abbatis, verba :* Hunc habui a sanctissimo patre commendatum, *Bernardum in continua gestorum enarratione interpretatum fuisse, neglecta, ut saepissime, certa temporum distinctione.*

et Conganum fuisse Benchorensem, haud probantur.

8. *Cum nullum hucusque deprehenderim vestigium necessitudinis quae Bernardum inter ac Benchorenses viguerit (Benchorenses enim, qui ex linea Clarevallis non erant, ex inducta a* Malachia *reformatione potius cum Arroasiensibus aliquam affinitatem contraxisse putandi sunt), nec apud Archdall* (5) *ad hanc aetatem mentio recurrat de quodam Congano abbate, reiciendam puto sententiam Meredith Hanmer, Dublinii mortui anno 1604* (6), *qui Conganum nostrum Benchorensem abbatem dixit* (7). *Nec magis attendendi sunt qui, ut Ioannes Hartry* (8), *monachus Cisterciensis aliquanto tempore abbatiae Sanctae Crucis in comitatu Tipperariensi aggregatus* (9), *asseruerunt exstare alteram ab ea quam Bernardus conscripsit,* Malachiae *Vitam, cuius Conganus auctor esset* (10). *Donec sive e bibliothecarum latebris in lucem prodeat codex hanc Vitam continens, sive allatum sit certum coaevorum aut supparium testimonium id dicentium, censebimus hic tantum significari alterum exemplare documentorum quae ex Surio ad Claram-vallem transmissa fuerunt. Talem curam Surienses adhibuisse nemo mirabitur.*

Conganus de miraculis S. Malachiae *videtur plura tradidisse, nec non de usibus Scotorum,*

9. *Utinam et felix aliquis antiquitatis perquisitor hoc alterum, de quo tamen an umquam exstiterit dubitamus, exemplare exhiberet. Iam non esset cur doleremus Bernardum, opere confecto, Clarevallensibus in mandatis non dedisse ut haec documenta ex Hibernia emissa in scriniis sedulo custodienda reconderentur, quoniam multorum tam locorum quam personarum certiorem teneremus* E *scientiam. Nam ad ipsum litterarum contentum quod spectat, id quasi certo affirmare licet, in his enarratam fuisse longam illam prodigiorum seriem quam in Vita a se scripta Bernardus nobiscum communicat. Num Conganus singulis miraculis certam temporis definitionem annectere sategerit, id in dubio manet. Nam huiusce temporis hagiographis, dum talia narrant, haec et similia* aliquando, alio tempore, item alio tempore, *usurpare solent. Praeterea, quod nemo dubitat, Conganus ac fratres cum eo plurimi fuerunt in efferendis* Malachiae *virtutibus, quibus se apud omnes vere virum apostolicum praebebat. Haec iampridem edoctus fuerat Bernardus. Sed nihil contradicam astruenti in istis documentis hibernicis minus fuisse actum de usibus civilibus ecclesiasticisve Scotorum. Nam ut plurimum, earum rerum ieiuna sunt documenta hagiographica, quorum praecipuus scopus erat aedificare Christi fideles eosque ad pietatis studium incitare; ac si aliter obtinuisset, in Scotis reprehendendis non adeo vaga ac indefinita eis obiecisset.*

tunc temporis a romanis valde discrepantibus.

10. *Iam vero, quantum Hibernia post S. Patricium aberraverit a recto hierarchiae sacrae statu, et quaenam instituta fuerit ab initio in Scotorum regione divisio ecclesiastica, inquiretur opportunius cum ad diem 9 huius mensis agetur de S. Benigno, qui S. Patricio successit. Attamen quo melius innotescat quanto successu* S. Malachias, *tractandi causa de instauratione ecclesiae Hibernicae, sancta m sedem adierit, iuvabit subiecisse quae ad annum 1151 refert* Historia pontificalis (11) *de legatione in Scotiam Ioannis Paparonis, presbyteri cardinalis S. Laurentii in Damaso, scilicet :* Nuntii regulorum et ecclesiae Hiberniensis iam altera vice redierant ut legatum quem petierant obtinerent. Decreverat domnus papa (Eugenius) in terra illa archiepiscopos quos nondum habuerat ordinare... Progressus in Hiberniam Iohannes, duos ibi creavit archiepiscopos, concilium celebravit, constituit canones, qui et in terra illa et in archivis apostolicae sedis habentur, et ordinavit inter cetera ne abbatissa Sanctae Brigidae in conventibus publicis de cetero ante episcopos habeat

(1) *Ecclesiast. Hist. of Ireland,* tom. IV, pp. 129, 130. — (2) Op. cit., p. 3, not. — (3) *Origin. Cisterc.,* tom. I, p. 131. — (4) Ibid., p. 114. — (5) *Monasticon Hibernicum,* tom. I, pp. 221 sqq. — (6) *Diction. of national Biography,* tom. XXIV, p. 297. — (7) O'Hanlon, op. cit., p. 3, not. — (8) Ibid. — (9) *Diction. of nat. Biogr.,* tom. XXV, p. 74. — (10) O'Hanlon, op. cit., p. 3, not. — (11) *M. G.,* tom. XX, p. 539-40.

AUCTORE J. D. B.

habeat praesessionem. Solebant enim sedere pro pedibus eius.

§ III. De parentibus S. Malachiae.

Malachias patrem habuit clericum,

11. *Apud Hibernos* Malachias *nuncupatur* Maol Maodhog O'Mungair *sive* O'Margair, *quod, interpretante cl. v. O'Hanlon* (1), *vertitur* tonsuratus *vel* consecratus sancti Maodhog *seu Maidoci, Fernensis episcopi, filius Mungair sive Margair. Quaeritur vero quis fuerit ille Mungair? Ex communi sententia fuit ipse inclitus ille scholasticus, de quo ad annum 1102 Colgan* (2) *hisce verbis mentionem inicit :* Beatus Mugronus Hua Morgair, archischolasticus seu praecipuus theologiae professor Armachanus et occidentalis Europae, in Mungarensi monasterio, in Momonia, animam Deo reddidit tertio nonas octobris. *Ita Lanigan* (3), *quocum sentiunt King* (4), *Killen* (5) *et Bellesheim* (6). *E contra Colgan, loco citato, haec habet :* Fuit hic cognatus sancti Malachiae Hua Morgair Hiberniae, B qui ex perantiquae nobilitatis familiae, olim Hua Morgair, hodie Dochartinorum dicta, fertur oriundus. *Sed huius discriminis ratio inde, ut King* (7) *monet, repetenda est quod ille archischolasticus inter clericos annumerabatur, et hoc ex ipsius Colgani sententia ita scribentis :* Vox Fearleighinn, licet ex primaeva institutione nunc praelectorem, nunc scholasticum, denotet, usus tamen obtinuit ut apud priscos ea voce publicus theologiae professor denotetur. Et quia tale munus obeuntes suo stipendio gaudebant, hinc in ecclesiis collegiatis et praesertim cathedralibus dignitatem scholastici habentes inter alios ecclesiasticos numerari videmus, et quia ex officio publice theologiam profiteri debebant, scholasticos appellari, esto munus docendi in scholis non exerceant. *At cum noluerit Colgan* Malachiam *patre clerico sive inter ecclesiasticos annumerato editum esse, ideo ipsum dixit de parentela archischolastici. Bellesheim* (8) *autem, Killen* (9) *ac King* (10) *nihil dubitantes* Malachiam *clerico natum proclamant. Quod Lanigan effugere tentat contendendo Mugronium in schola Armachana non sacras, sed profanas litteras, docuisse, allatis in suas partes Annalibus de Inisfal-* C *len* (11). *At in eum insurgit King, atque animadvertit in more esse positum ut cuiuslibet peculiaris scientiae lector nuncuparetur sapiens in re historica, in notitia linguarum aliisve eiusdem generis. In casu vero praesenti, traditum est Mugronium sacrae scientiae lectorem fuisse. Nolim ergo a communi sententia recedere, quam valde probabilem profiteor, minime tamen cum Bellesheim* (12) *dicam eam esse omnino certam. Nec ideo opinor me reverentiae sanctissimo viro* Malachiae *debitae defuisse, quoniam ex illis quae apud Colgan supra legimus nihil deprehendimus e quo deducendum esset hunc archischolasticum subdiaconi diaconive dignitate insignitum fuisse, sed potius credendum est eum in inferioribus tantum clericatus gradibus constitutum remansisse. Id certo certius pertinet ad illas minus honestas consuetudines quas inter Hibernos vigere aegre tulit Bernardus; nihilominus ex illis est quae consuetudo excusare potest. Ac licet ii non simus qui aliquid miremur quod in documentis hagiologicis, dum de sanctorum parentela agitur,* D *nonnulla minus gloriosa offendamus, tamen suspicari ausim ipsum Mugronii clericatum in causa fuisse cur de patre* Malachiae *Bernardus tam alte siluerit. Absque dubio probe novit Bernardus quo patre, qua matre* Malachias *oriundus esset. Utique nomen patris barbarum quid redolebat, sed et alia barbara aeque latinitate donavit. Nec ob vitam improbam filio pater dedecori esse poterat, nam apud omnes in summa honestatis opinione habebatur, ut Colgan* (13) *non dubitaverit quin eum beati nomine insigniret. Quid ergo praeter Mugronii clericatum Bernardum ad tacendum coegit? Usus est magis vaga dicendi ratione ne, quod multum abhorrebat, in mendacium impingeret, simul nolens, ne amico suo probrosi aliquid inureret, omnem veritatem aperire.*

et parentelam ex Hiberniae magnatibus;

12. *Postquam Lanigan concessit* Malachiam *patrem habuisse archischolasticum* (14), *in notis sibi fingit aliquem hoc assertum impugnantem ex eo quod apud Bernardum scriptum est* (15) : Parentes illi fuere genere et potentia magni iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. *Ac respondet dicendo* E *hic parentum nomine non intellegendos esse patrem ac matrem, sed ipsam parentelam. Si enim* Malachiae *pater cuiuslibet tribus caput fuisset, minime Armachae cum matre primaevae aetatis annos transegisset. Etenim, ut fieri solet, qui tribui praeest intra suos fines cum familia commoratur. Praeterea opinari licet nobiliores Hibernorum, qui gloriae et potentiae gentilium suorum aeque ac alii populi consuluisse videntur, nulli rei pepercisse ut minoribus natu ea munera conquirerent, quibus toti genti maiorem gratiam apud omnes stabilirent suamque potentiam per latiores fines exercerent. Iam vero King* (16) *animadvertit archischolasticum in urbe Armachana dignitate proximum fuisse illi qui Patricii comorbanus seu successor nuncupabatur. Itaque Mugronius iure praedicatur inter magnates terrae exstitisse. Subiciantur etiam quae loco citato refert Lanigan; nempe Hibernorum tum principes tum inclito genere cretos numquam discendi curam neglectui habuisse, ac inter viros qui prae ceteris sapientia claruere recenseri eos qui sua generositate maxime illustres erant, ut Fedlemidh Mac-Chrimthan, Mummoniae regem saeculo nono, Cormac Mac-Culinan eiusdem* F *stipitis saeculo decimo, nec non Dubdalethe, qui ex illa nobili gente ortus quae plurimos annos Armachanam sedem obtinuit, ante susceptum ecclesiae regimen lectorem agebat.*

imprimis matrem ex vice-dominorum Benchorensium gente.

13. Malachiae *matrem multis laudibus cumulavit eiusque gentem aliquali modo Bernardus notavit. Etenim* Malachiae *avunculus erat* vir dives et potens qui locum Benchor et possessiones eius tenebat (17). *Ergo soror erat illius qui, si hac voce uti licet, veluti Benchorensis abbatiae vice-dominus erat. Recte igitur quod credam opinatus est apud O'Hanlon cl. v. Hanna matrem* Malachiae *oriundam fuisse de baroniis comitatus Dunensis, atque ad gentem quandam pertinuisse quae prope Benchor sedes suas habebat* (18). *Unde non sunt audiendi qui gentem O'Hanratthy adducunt; nam isti, quod notat O'Hanlon in Ui-meat-macha in comitatu Monaghan dominabantur. Tutiorem forsan assequendae veritatis viam iniret qui comprobaret praedicti cl. v. Hanna placita, quae litteris datis die*

(1) *Life of St. Malachy*, p. 8. — (2) *Trias Thaumat.*, p. 299. — (3) Op. cit., p. 59. — (4) *Memoir introd. to the early Hist. of the Primacy of Armagh*, p. 87. — (5) *Ecclesiast. Hist. of Irel.*, tom. I, p. 189. — (6) Op. cit., tom. I, p. 351. — (7) Ibid. — (8) Op. cit., p. 292. — (9) Loc. cit. — (10) Ibidem. — (11) Tom. cit., p. 54. — (12) Loc. cit. — (13) Vid. sup. num. 11. — (14) Tom. cit., p. 60. — (15) Vitae num. 1. — (16) Loc. cit. — (17) Cfr. Vitae num. 7. — (18) P. 8, not.

A *29 octobris anni 1858 ad v. v. O'Hanlon* (1) *his verbis significabat :* Censeo Malachiae matrem fuisse de familia O'Gilmore sive Mac Giölla Muire, alias O'Marna, quae certe, non multo post sancti pontificis aetatem, simul in Lecale ac Ui-Earca Chein dominabatur. Haec vero terra Ui-Earca Chein pertinebat ad septentrionalem partem quae vergit ad occidentem regionis Loch-Cuan sive Strangford Lough, quae est in comitatu Dunensi. Anno 1599, haec familia Gilmore districtum Bangor circumiacentem possidebat, ac saeculo decimo quinto ex eadem familia nominabantur comarbani laici Bangorenses. *De fratre ac sorore sancti* Malachiae *postea in ipsa Vita sermo recurret.*

§ IV. Chronotaxis vitae S. Malachiae.

Chronotaxis Quattuor Magistrorum,

14. *Diximus supra (num. 3 ineunte), Quattuor Magistros de sancto praesule* Malachia *nonnulla tradidisse. Quo certius statuatur quo tempore singula contigerint, haec compendiose commemoramus* (2). B *Itaque ex eorum fide,* S. Malachias *anno 1124 sedem Connerthensem obtinet. Anno 1132, triennio post Celsum emortuum, petente clero, Patricii successionem consequitur. Anno 1134, Armachae facta est abbatum mutatio, ac loco Niall eligitur* Malachias. *Anno 1135,* Malachias, *Patricii successor, baculum Iesu inquirit, quem septima iulii e latebris profert. Anno 1136,* Malachias, *Patricii successor, visitationem in Mummonia instituit;* Malachiae *suffectus est Niall, filius Aedhi ; et propter bonum pacis, Patricii successionem* Malachias *remittit. Anno 1147, operam suam praestat* Malachias *ut Tadhg Ua Briain vinculis solvatur. Anno 1148, celebrat dedicationem ecclesiae, quae in colle de Knock, iuxta civitatem Louth, aedificata est, ac ante iter romanum, quod secundo aggreditur, in insulam Patricii, quae una est ex iis quae nunc dicuntur Skerries in comitatu Dublinensi, synodum coegit.*

quoad annum electionis Malachiae *in Armachanum episcopum, reicienda.*

15. *De ista eventuum successione modo descripta inquiritur utrum Quattuor Magistri cum S. Bernardo conveniant. Optime quidem concordant ambae narrationes, si duo excipiantur, nimirum annus quo Celsus vita functus est, et annus quo, in civitate Lismorensi, Cormacum, Mummoniae regem, sede pulsum, tanta sibi familiaritate devinxit* Malachias, *ut ipsum in discipulum habuerit. Et primo quidem, ad annum Celsi emortualem quod attinet, ut Bernardi narratio in computandis annis sibi constet, necesse est ut Celsus anno 1127 obiisse credatur, quem tamen Quattuor Magistri non nisi anno 1129 vita cessisse tradunt. Scribit enim Bernardus :* Anno aetatis suae trigesimo octavo, Malachias intravit Ardmacham (3). *Eodem teste Bernardo,* Malachias *vitam morte clausit anno aetatis suae 54, Christi vero 1148 ; unde natus est anno 1094 et Armacham intravit anno 1132. Iam vero, iuxta Bernardum, tunc a morte Celsi effluxit quinquennium ; unde consequitur Bernardum in annum 1127 rettulisse obitum Celsi, quem Quattuor Magistri mortuum dicunt 1 aprilis anni 1129. Cum autem chronographi Scotorum iure putentur seriem Patricii successorum curiosius notasse, tutius puto illis adhaerere, relicto Bernardo, qui proin erraverit anno trigesimo secundo ascribens, quae tantum biennio post contigerunt.*

De anno quo natus est S. Malachias,

16. *Hic forsitan nonnulli litem movebunt quod in definiendo anno 1094 pro anno nativitatis* S. Malachiae, *relicta communiori sententia, docto viro O'Hanlon* (4) *adhaeserim, cum Colgan* (5), *Lanigan* (6) *et Bellesheim* (7) *annum 1095 statuerint. Sed quid tantillum discrimen curemus? Nam isti et quotquot alii, ut opinor, qui de ordinanda* Malachiae *chronotaxi tractaverunt, ut sancti historiam a primis cunabulis usque ad annum 1124 deducerent, praeter Vitam auctore Bernardo, nullam documentorum copiam habuisse videntur. Quid ergo mirum si singuli legendo Bernardum eum suo modo interpretati sunt ? Et eo latior patet interpretationum campus, quo pauciora minusve definita in textu Bernardino tradita sunt nobis temporum momenta. Etenim a nativitate sancti usque ad susceptum sacerdotium unam tantum rem aliquali modo Bernardus definivit, scilicet* Malachiam *anno circiter aetatis suae vigesimo quinto sacerdotem ordinatum fuisse, id est anno Christi incarnati circiter 1119. Ab hoc tempore usque ad annum 1124 in civitate Lismorensi plene res ecclesiasticas ac ritus romanae Ecclesiae a Malcho sanctissimo episcopo* E *edoctus est, et in civitate Armachana locisque circumiacentibus ministerio apostolico strenue operam navavit, donec omnibus petentibus hoce anno 1124 factus est Connerthensis episcopus. Quam sedem cum teneret coactus est durum subire exilium, de quo iam paucis agendum.*

quo Cormacum profugum excepit,

17. *Dissentit, ut dictum est, a Scotis S. Bernardus in significando tempora quibus artam cum Cormaco, Mummoniae rege, amicitiam* S. Malachias *iniit. Nam cum primo* (8), *nondum episcopus, proin ante annum 1124, in civitate Lismorensi versaretur, Cormacum sede pulsum sibi discipulum ac familiarem amicum habuit ; Cormacus vero in regnum restitutus, elapsis iam fere quattuor annis, dum ferro et incendio ecclesia Connerthensis vastabatur, profugum* Malachiam *omni benignitate excepit. At traditio Scotorum refert anno 1127 sede pulsum fuisse Cormacum. Sic enim Magistri :* Anno 1126, tanta belli procella Hiberniam pervasit ut per menses decem et tres, Celsus sede sua abfuerit pacis componendae causa. Anno 1127, terra marique Toirdhealbhach ua Conchobhair exercitum suum usque ad Corcagiam in Mummonia deduxit, ac in civitatem Lismorensem Cormacum fugavit. F Donnchadh Mac Carthaigh depulsus est in Connauciam a Cormaco Mac Carthaigh, ubi a sua peregrinatione reversus fuerat (9). *Quapropter ut conveniant Bernardus ac Quattuor Magistri oportet statuatur Cormacum, qui ante annum 1123 nullam regiam potestatem exercuisse videtur, intra brevissimum tempus, iterato eadem calamitate affectum fuisse. Sed quis ultro hanc hypothesim comprobabit? Superest itaque inquiratur cui potius fides sit adhibenda, Bernardo an Scotis. Scotis patrocinatur O'Hanlon* (10), *probabiliter quidem, quia definitio temporum ad ista spectat in quibus extraneus fit errandi periculo magis obnoxius. Nihilominus, cum non sit dubitandum de maioribus a Cormaco* Malachiae *exuli collatis beneficiis, quaeque a rege sede sua pulso praestari non posse videntur, omnia cohaerebunt si admiseris, belli saeviente procella, in civitatem Lismorensem confugientem* Malachias, *regi Cormaco, eadem calamitate vexato, ibi offendisse, eique auctorem vitae perfectioris fuisse. Rex vero, quod et Scoti voce* peregrinationis *forsitan innuunt,*

(1) P. 149, not. — (2) O'Donovan, op. cit., p. 1055. — (3) Videsis infra Vitam, num. 16. — (4) Op. cit., p. 8. — (5) *Trias Thaumaturga*, p. 299. — (6) Op. cit., tom. IV, p. 61. — (7) Op. cit., tom. I, p. 351. — (8) Infra in Vita, num. 5. — (9) O'Donovan, op. et loc. cit. — (10) Op. cit., p. 42.

AUCTORE J. D. B.

innuunt, quae sanctus hortabatur executioni mandavit, ac ante pacis innovationem, cum longa fuerit vexatio, Cormacus in regnum restitutus Malachiae, *ad quem discipuli undique conveniebant, terram ubi Deo ac orationi vacaret dono dedit.*

quo ad ecclesiam Dunensem transiit.

18. *Mortuo sanctissimo praesule Celso, a sede Connerthensi ad Armachanam ecclesiam gubernandam* (1) S. Malachias *evocatus, primum assentiri noluit, ita ut per triennium* (2) *improbus invasor Nigellus templum Dei quasi pacifice violaverit. Sed anno 1132, cum, ut diximus* (3), *anno 1129 S. Celsus diem suum obiisset, pia venerabilium episcoporum Malchi et Gilleberti* (4) *sollicitatione devictus ad Christi hereditatem sibi vindicandam* Malachias *viriliter sese accinxit, ac post variam duri certaminis fortunam Armacham anno 1234 ingressus est* (5). *Hucusque Colgan* (6) *consentire videtur cum Lanigan* (7); *inde in diversam sententiam abeuntes, Colgan* (8) *Gelasii, quem sibi substituit* Malachias, *consecrationem anno 1136 innexuit, Lanigan autem anno 1137. Colgani* (9) *sententia nititur notis temporum quas Bernardus suae narrationi intexuit, sed more suo parum definivit, puta* B *per voces biennium, triennium. Itaque Lanigano non erat ratio cur Colgan impugnaret, nam O'Hanlon, qui in Vita Gelasii* (10) *anno 1137 patrocinatur, Lanigan tamquam suae sententiae fulcrum apponit, nec alio innixus nuperrime Bellesheim* (11) *ab anno 1137 Gelasii episcopatum incohavit. Iam vero Lanigan nullam auctoritatem profert nisi* Annales S[tae] Mariae Dublinensis, *quos anno 1884 in lucem dedit cl. vir Ioannes Gilbert* (12). *Incipiunt a Christo nato ac desinunt in annum 1427, hac adiecta clausula:* Explicit... scripta per manus Thomae Case clerici ecclesiae sanctae Warburgae virginis... die sabbati proximo ante festum sancti Aldelmi episcopi, anno Domini millesimo CCCCXXVII. *His annalibus minime cogimur ad amplectendam doctoris Lanigan sententiam; nam quod spectat ad annos* Malachiae, *quos inquirimus, ut recte Gilbert* (13) *animadvertit, manifesto apparet eum praeter Bernardi opera non alios fontes adivisse. Ergo de interpretatione vocis* triennii *disputandum est. Quod, cui libuerit, ille utique agat, nolim hac de causa lites movere. Concedamus igitur* Malachiam *nostrum anno 1137 ab* C *Armachana ad Dunensem ecclesiam transiisse, cui deinde tamquam pastor bonus ad mortem usque praefuit.*

Romam tetendit,

19. *Anno millesimo trigesimo octavo vel trigesimo nono,* S. Malachias *Romam primo tetendit. Etenim prius quam iter aggrederetur tractare coepit quomodo defuncti fratris Christiani semen suscitaret* (14). *Fratrem autem anno 1138 obiisse tradunt Quattuor Magistri, immo die 12 iunii, si Ware* (15) *vera scripserit. Atqui in Bernardina narratione inter Christiani obitum ac iter inceptum vix ullae morae intercesserunt. Ergo probandus videtur pro itinere romano annus trigesimus octavus. E contra Bernardus narrat* Malachiam *anno quo mortuus est, a novem annis in usu habuisse palefridum, quem a Walleno dono acceperat* (16). *Iam vero* Malachias *obiit anno 1148. Ideo Acta bollandiana* (17) *transitum* Malachiae D *Romam euntis per Claram-vallem anno trigesimo nono affixerunt. Uter eligendus sit annus definire nolim. Nihilominus ad sententiam quae in* Actis *exponitur tamquam probabiliorem propugnandam aliquis iure haec ratiocinaretur. Iuxta Bernardinam narrationem* (18) *constat transitum* Malachiae *ex Scotia in Angliam pacificum fuisse. Atqui mense iulio anni 1138 talis esse nequivit. Nam tunc temporis Scoti cum Anglis crudelia bella gerebant, inter quae die 22 augusti praeliatum est atrocissimum praelium quod nuncupatum est* de Standard, *nec pax David inter et Stephanum ante annum 1139 reformata est* (19), *quo tandem primum tuta fuere itinera. Licet argumentum non sit omni ex parte stringens, ad finem intentum iuvat. Sed quicquid illud est,* Malachias, *Deo duce, per Claram-vallem Romam devenit, ubi per mensem moras egit* (20), *ac inde egressus, Bernardo resalutato, in patriam rediit. In eadem via hospitatus est apud monachos Arroasienses* S. Malachias. *Ita enim Walterus* (21): Sanctae quoque memoriae Malachias, Hibernensium archiepiscopus, per nos iter faciens, inspectis consuetudinibus E nostris et approbatis, libros nostros et usus ecclesiae transcriptos secum in Hiberniam detulit, et fere omnes clericos in episcopalibus sedibus et in multis aliis locis per Hiberniam constitutos ordinem nostrum et habitum et maxime divinum in ecclesia officium suscipere et observare praecepit.

Mellifontanam abbatiam instauravit.

20. *Anno 1140* (22), *in patriam redux, nihil moratus saluti ac perfectioni suorum totus incumbit. Sed tanto Clarevallis desiderio tenebatur ut quasi irrequieta esset anima eius, donec in partibus Hiberniae et ipse suam Claram-vallem haberet. Selegit igitur fratres quos misit ad sanctum abbatem cum litteris nunc amissis, quibus Bernardum rogabat ut quam citissime duos saltem ex fratribus ibi aliquando relictis ad coenobium incohandum remitteret. At quoniam ex tota Vita sua nobis* Malachias *exhibetur vir in rebus spiritualibus rite exercitatus, non censendus est has litteras dedisse ante finem anni 1140, immo potius anno 1141. Sciebat enim tirones saltem anni spatio indigere ad novam istam disciplinam addiscendam. Attamen amico suo Bernardus morem gerere noluit* (23), *sed anno 1142 eos in patriam remisit* (24), *nam in hunc annum coenobii Mellifontani exordia referenda puto, secutus Ianauschek* (25).

De aliis quibusdam gestis S. Malachiae.

21. *Anno Christi 1144,* Malachias *factus, inde ab Armacha relicta, episcopus Dunensis, fundasse fertur monasterium Iobhair Cinn Tragh seu* Viridis Ligni, *quo in loco nunc est civitas dicta Newry in comitatu Dunensi. Praeterea in Vita S. Gilleberti Sempringamensis* (26) *traditur iste sanctus ad Eugenium III papam, in Gallia morantem, profectus, ab eoque Cistercii exceptus, in* S. Malachiae *familiaritatem devenisse praesulisque baculo fuisse donatus. Quomodo scribentem ista ab errore vindicet videat ipse lector, quoniam mediante septembri anni 1147 Cistercii fuerit beatus Eugenius* (27) *papa, nec ante medium annum 1148 ex Hibernia profectus sit* S. Malachias, *quo scilicet*

(1) Vide infra Vitam, num. 18. — (2) Ibid., num. 15. — (3) Cfr. supra, num. 8. — (4) Vide Vitam, num. 13. — (5) Ibid., num. 16. — (6) *Trias Thaumaturga*, p. 304. — (7) *An eccl. Hist. of Ireland*, tom. IV, p. 103. — (8) *Acta SS. Hiberniae*. tom. I, p. 773. — (9) Ibid., p. 773. — (10) *Lives of the Irish Saints*, tom. III, p. 966. — (11) Bellesheim, *Geschichte der kath. Kirche in Irland*, tom. I, p. 355. — (12) *Chartularies of St. Mary's Abbey, Dublin*, tom. II, p. 241-86. — (13) Ibid., p. cxii. — (14) Videsis infra in Vita num. 20. — (15) *The Archbishops and bishops of Ireland*, p. 180. — (16) Cfr. infra in Vita, num. 20. — (17) *Acta SS. August.*, tom. IV, p. 241. — (18) Vide infra in Vita, num. 22. — (19) *Diction. of nat. Biogr.*, tom. XIV, p. 118. — (20) Cfr. infra Vitam, num. 21. — (21) In libro fundationis abbatiae, apud Gosse, *Histoire de l'abbaye d'Arrouaise*, p. 540. — (22) O'Hanlon, op. cit., p. 82 not. — (23) Migne, P. L., tom. CLXXXII, p. 1095 — (24) Ibid., p. 1095 — (25) Op. cit., p. 70. — (26) *Act. SS.*, tom. I Februarii, p. 572. — (27) Jaffé, *Regesta romanorum pontificum*, p. 629.

anno

AUCTORE J. D. B

A *anno ex communi sententia, praesidentibus Gelasio Armachano et* S. Malachia, *Dunensi episcopo, coacta est in Inis-Patrick synodus, cui interfuerunt, praeter levitas inferioris gradus, episcopi quindecim ac sacerdotes ducenti* (1).

deque libris ab eo conscriptis.

22. *Horum quae gessit* Malachias *finem faciamus inquirendo num vivus libros aliquos ediderit. Et negative respondendum videtur. Etenim tales hucusque nuspiam prodiere, nec, in Vita conscripta a Bernardo, quicquam invenitur ex quo iure concludatur tales tunc temporis exstitisse. Hoc argumentum, licet negativum, opponimus illis qui* Malachiae *inscripserunt hanc opusculorum seriem* (2) : Constitutionum communium liber unus; De legibus caelibatus, liber unus ; De traditionibus ; Vita S. Cutberti ; De peccatis et remediis, liber unus ; Conciones plures. *Huiuscemodi tractatus confecisse minime dedecet virum apostolicum, cuius est tam scripto quam verbo veritatem tueri atque diffundere, et si hoc novisset Bernardus, nonne ad cumulum laudis qua sanctum amicum extulit, verbulo saltem idipsum memorasset? Cum enim non* B *semel indignabundus episcopis mercenariis ad eorum erubescentiam suum* Malachiam *obiecerit, cur siluisset rem, qua apud omnes maiorem commendationem consequeretur? Sed* Malachias, *utpote vere humilis, ea sub modio tenuit? Esto. An Conganus et fratres hibernici eiusdem humilitatis vinculis stringebantur? Ad alia opera* Malachiae *quod spectat, epistolis quas Bernardo scripsit* (3) *temporum iniuria non pepercit. Tandem apud O'Hanlon* (4) *editus est celtico idiomate hymnus cuius* Malachias *auctor praedicatur, et cuius anglica versio incipit :* The first day of the journey, Of a soul to pay its tribute.

§ V. De missa et officio in honorem S. Malachiae.

De missa in honorem S. Malachiae.

23. *Quales fuerint Cistercienses et imprimis Clarevallenses in colendo* Malachia *discitur ex his quae capitula generalia statuerunt. Ita, inde ab anno 1191 decretum est in capitulo generali* ut festum B. Malachiae fiat IV nonas novembris, et agatur de eo sicut de B. Gregorio (5); *anno autem sequenti decernebatur* ut IV idus septembris in C territorio Bisuntinensi, monasterio Bellaevallis, S. Petri episcopi et confessoris fiat officium sicut in festo S. Malachiae (6). *Manrique* (7) *citat aliud statutum in capitulo anni 1191 latum, sed apud Martene non exscriptum, ita iubens :* Nonis novembris in territorio Lingonensi monasterio Claraevallis S. Malachiae, episcopi et confessoris; officium sicut in festo S. Nicolai plene agatur. *Proinde quarto nonas novembris legebatur missa* Statuit. *Orationum tamen, quae primo dictae fuerunt communes, prius aliquantulum immutatae, deinde vero omnino propriae sunt effectae, scilicet :* **Collecta**. Deus, qui B. Malachiam, pontificem tuum, sanctissimo patri Bernardo verae caritatis foedere dulciter sociasti, concede propitius ut et pravorum omnium consensus noxios caute vitemus et caelestis militiae sacras amicitias semper optemus.

Secreta. Prosit nobis, Domine, quaesumus, intercedente B. Malachia pontifice tuo, praesens oblatio salutaris, ut per hanc cunctorum conse-quamur veniam peccatorum et beatificorum obtineamus gratiam meritorum.

Postcommunio. Praesta, quaesumus, Domine Deus noster, ut ecclesia tua, quae de B. Malachiae pontificis tui veneratione laetatur, et sanctitatis in praesenti bona sectetur et in futuro beatitudinem capiat sempiternam.

Officia varia in variis missalibus,

24. *Re quidem vera, passim in missalibus manuscriptis Clarevallensibus bibliothecae Trecensis loco non suo reperiuntur istae orationes propriae. Ita in cod. signato num. 407 ad calcem, pagellae alteri cuidam annexae inscriptae sunt, dum missa cum orationibus de communi invenitur fol. 146. Quod et in codicibus num. 586 ac 863 obtinere perspiciet, qui contulerit folium 172 prioris cum folio 188, ac folium 207 posterioris cum folio 236. Missale Cisterciense typis datum anno 1487 communes tantum exhibet. Sed in eo quod anno 1606 et 1627 Parisiis prodiit, die* S. Malachia *sacro adiecta legitur haec nota :* Quando vero per annum de eo dicitur missa, assumuntur collecta, secreta et postcommunio sequentes, *scilicet quas diximus proprias. Parisiense anni 1657, suppressa notula,* E *nullas praeter proprias habet, nec aliter Parisiense anni 1669 et Antverpiense anni 1762.*

cuius lectiones ex S. Bernardo,

25. *Officia quae bene multa nobis servarunt manuscripta Trecensia, praeter orationem tum communem, hoc tantum diversa apparent quod alia longiores, alia breviores lectiones habent. Brevissimas continet codex signatus num. 1158, breves codex 1977, prolixas vero codex 1160. Omnes tamen constant sermone S. Bernardi :* Liquet dilectissimi. *Servat museum bollandianum breviarium Cisterciense saeculi decimi sexti, quod P. Victor De Buck coniciebat pertinere ad editionem Parisiensem anni 1534; praebet autem ex eodem S. Bernardi sermone tales lectiones quae mediae sunt breves inter et prolixas.*

cum hymno proprio.

26. *Hymnus ille proprius, qui in codicibus Trecensibus numm. 763, 1160 et alibi descriptus est, non erat ubique apud Cistercienses in usu. Nam Venetense missale anni 1504, in festo* S. Malachiae, *remittit ad hymnum* Iesu corona celsior. *Hymnus autem proprius incipit* Nobilis signis.

Clarevallenses de S. Malachia commemorationem faciunt,

27. *Anno 1250 exaudita est petitio abbatis Clarevallis de commemoratione facienda* S. Malachiae *in domo propria* (8). *Pertinet etiam ad cultum tanti viri promovendum decretum quod latum est anno 1323 :* Imprimis quia in illa veneratione sanctorum, quorum reliquias observamus, haec profutura nobis suffragia fiducialius praestolamur, attentiores fore nos convenit, et unitatem in eorum sollemniis diligentius custodire, ordinat et definit non improvide, quod sollemnitas B. Malachiae episcopi et confessoris, cuius corpus in ecclesia Claraevallis requiescit, devotione qua congruit cum duabus missis et responsione in vesperis celebretur per ordinem universum (9).

nomenque litaniis adiciunt.

28. *Litaniis quoque adiectam voluerunt Claraevallenses* S. Malachiae *invocationem. Quod testantur litaniae maiores quae leguntur in folio 91 codicis Trecensis num. 1091, manu saeculi decimi quarti descriptae. Manuscripta Trecensia numm. 407 et 440 in litaniis maioribus sabbati sancti, inter Nicolaum et Benedictum, exhibent* Malachiam, *cum hoc discrimine quod in codice 440 postea additum est* Malachiae *nomen, in codice autem 407 inscriptum est dum missale conficiebatur.*

(1) Lanigan, op. cit., p. 129. — (2) O'Hanlon, op. cit., p. 183. — (3) P. L., tom. cit., p. 1095. — (4) Op. cit., p. 185 sqq. — (5) Martene, *Thesaurus novus*, tom. IV, col. 1272. — (6) Ibid., col. 1273. — (7) *Annales Cisterc.*, an. 1191, cap. VII, num. 2. — (8) Martene, *Thesaurus novus*, tom. IV, col. 1391. — (9) Ibid., col. 1513.

§ VI.

AUCTORE J. D. B.

§ VI. De translatione corporis, de reliquiis S. Malachiae, deque eius cultu in Hibernia.

De translatione corporis S. Malachiae.

29. *Ex priori sepultura, cui ab ipso divo Bernardo mandatus fuerat, ad novum templum, idibus octobris anni 1174 dedicatum* (1), S. Malachiam *translatum fuisse ante annum 1189, qui fuit emortualis Henrici cardinalis Albanensis* (2), *constare videtur ex his quae commemorat* Exordium Magnum, *p. 158 :* Consummatis vero feliciter diebus vitae suae, sepultus est Henricus in Claravalle in loco quem sibi elegerat et magno desiderio praeoptaverat. Qui locus medius est inter memorias sanctorum confessorum Christi Bernardi et Malachiae, quemque ea intentione sibi ad locum sepulturae praeelegit ut in die generalis resurrectionis praefatis sanctis adhaerens, quicquid meritorum sibi deerit, sanctissimorum contubernalium suorum meritis adipiscatur. *Forsitan ad annum quo facta fuerit translatio definiendum adducet quis* B Librum sepulcrorum (3), *quia in ultima quae anno 1680* (4) *de hoc libro facta fuit recensione, legitur ad annum 1190 :* procurante domino Henrico cardinali, translatus est prope princeps altare B. Mariae Claraevallis, et ad dexteram hospitis sui sub mausoleo non mediocris operis magnificentia constructo collocatus est. *Sed quam incertae fidei sit iste liber, allatus locus demonstrat. Etenim errat in anno emortuali Henrici cardinalis statuendo. Nec chronicon Clarevallense* (5) *quicquam ad litem dirimendam praestat; facta enim de* Malachia *sanctis annumerato mentione, cetera omittit. Verisimile putarim anno 1178, quando acta est celebrior S. Bernardi translatio ad tumulum, quem per sex secula obtinuit, etiam* S. Malachiam *ad dextram dilectissimi sui fuisse delatum, ne quos oratorium B. Virginis coniunctos habuerat, nova basilica separaret. Attamen cum traditum sit apud Clarevallenses hanc beati praesulis translationem ab Henrico Albanensi celebratam fuisse, tutius erit opinari sacram* Malachiae *glebam ad novam basilicam delatam fuisse dum per annos 1188-89* (6) *in his ac finitimis regionibus legationis suae fungens officio* C *in coenobio morabatur. Ceterum quod apud Manrique* (7) *desumptum legitur ex Gulielmi Annalibus hibernicis, scilicet anno 1191 sub Garnerio abbate celebratam fuisse* Malachiae *translationem, si quid veritatis habuerit, nihil nisi reliquiarum elevationem significare potest, seu tumuli tantum aperitionem, ut avulsis sacrarum exuviarum particulis iam fieret satis pietati fratrum, praesertim de Hibernia, qui sancti confessoris reliquias efflagitabant. Etenim in Annalibus sanctae Mariae Dublinensis ad annum 1294 ita relatum est :* Reliquiae sancti Malachiae episcopi de Clarevalle in Hiberniam sunt adductae et in monasterio Mellifontis et ceteris monasteriis ordinis Cisterciensis cum magno honore sunt receptae (8). *Attamen Clarevallenses ad patrum suorum exempla sepulcrum tanti viri plurimum sunt venerati, quod probant sequentia documenta. Ad annum 1273, Robertus de* D *Brus, dominus de Annandale, qui sibi Scotiae regnum vindicavit, Clarevallensibus terram suam de Osticroft diplomate firmavit ad sustinendum luminare coram beato* Malachia (9); *et, eodem anno, in capitulo generali* petitio domini abbatis Claraevallis, ut possit habere luminare coram tumba S. Malachiae exauditur (10).

De eius capite et brachio,

30. *Ceterum quae fuerit sors reliquiarum sancti praesulis luculenter dixerunt D. Guignard ac R. D. Lalore. Ipsis assentientes probabile censemus Ioannem ab Azanvilla, qui ab anno 1332 ad 1345, Clarevallensibus praefuit* (11), *beati antistitis caput a corpore seiunxisse* (12). *Anno vero 1790, Ludovicus Maria Rocourt, ultimus abbas, videns magnam illam, quae loca sancta misere vastavit, perturbationem instare, sacrum beati* Malachiae *caput vasculo pretioso quo recondebatur extractum secum abstulit ; et postea D. Carolo Caffarelli, praefecto provinciae Albulensis, tradidit, qui, die 24 decembris anni 1813, tantum thesaurum ecclesiae cathedrali Trecensi dono dedit* (13), *ubi honorificentissime asservatur. Forsitan cum capite sepositum est brachium unum, nam in authentico sacrarii elencho, quod die 5 septembris anni 1405* E *Clarevallenses confecerunt* (14), *inscriptum est :* 25. Brachium beati Malachiae in argento cum lapidibus preciosis et anulo in digito (15).

deque aliis reliquiis.

31. *Reliquum vero* S. Malachiae *corpus, ut pauca ex litteris illustrissimi domini Emmanuelis Ravenet, Trecensis episcopi, die 6 ianuarii anni 1875 datis mutuemur, anno 1793 in ecclesiam pagi* Ville-sous-Ferté *nuncupati, in quo abbatia sita erat, translatum, in ipso sacrario, ea qua allatum est capsa reconditum, absque honore remansit ad annum 1837, quo, nescio qua incuria aut ignorantia, commixta sunt beati pontificis lipsana cum reliquiis divi Bernardi et aliorum sanctorum, quae una cum* S. Malachia *ad ecclesiam praedicti pagi fuerant delatae. Harum omnium reliquiarum quae in nova capsa die 7 aprilis anni 1875 sunt reconditae, die 13 iunii anni eiusdem, celebrata est sollemnis translatio ex domo parochi, ubi ad tempus asservabantur, in ecclesiam praedicti pagi* (16).

Cultus in Hibernia.

32. *Utrum antiquitus in colendo* S. Malachia *Cistercienses imitati sint Hiberni, certis documentis ad praesens definiri nequit. Attamen docet D. Reeves* (17), *intra annum 1306 et 1307 in dioecesi* F *Dunensi in decanatu de Lechayll fuisse cappellam* B. Malachiae *sacram, cuius decimatio erat 9 3/4 denarii. Ubinam sita sit, minime notatur ; videtur tamen aliquomodo pertinere ad terram istam* S. Malachiae, *quam Dunensi episcopo Malachiae dedit Ioannes de Courcy, unde locum obtinuisset quem nunc occupat ecclesia parochialis Dunensis. Tandem in decanatu de Dalboyn, eiusdem dioeceseos, ecclesiae de Drumboo annectebatur cappella antiquitus vocata* S. Malachiae *de Crumlin, quae nunc est paroecia Stillsboroughensis. Erat et in Lismolyn, nunc* Bishop's court *nuncupato, cappella sancto pontifici sacra, cuius decimatio sex shelling ac octo denarii. Ex illis autem quae apud O' Hanlon* (18) *leguntur, patet nunc ubique in Hibernia erga beatum* Malachiam *pietatem vigere.*

(1) *Chronic. Claraeval.*, apud Migne, P. L., tom. CLXXXV, col. 1248. Cfr. Manrique, *Ann. Cist.*, ad an. 1174, cap. II, 1. — (2) Manrique, *Ann. Cist.*, ad an. 1189, cap. I, 6. — (3) Videsis Henriquez, *Fasciculus florum*, Dist. 41 ; vel Lalore, *Le Trésor de Clairvaux*. p. 185. — (4) Lalore, op. cit., p. 184. — (5) P. L., tom. CLXXXV, col. 1252. — (6) Précis histor., 1881, p. 27. — (7) *Ann. Cist.*, ad ann. 1191, cap. VII, 1. — (8) Gilbert, tom cit., tom. II, p. 276. — (9) *Documents and Records illustrating the History of Scotland*, tom. I, p. 23. — (10) P. L., tom. CLXXXV, col. 1759. — (11) *Trésor de Clairvaux*, p. 238. — (12) P. L., tom. CLXXXV, col. 1663 ; cfr. not. 2. 3. 4. — (13) *Le Trésor de Clairvaux*, p. 222 sqq. — (14) Ibid., p. 98. — (15) Ibid., p. 99. — (16) Guignard, *Reliques des trois tombeaux*, p. 68 seqq. — (17) Reeves, *Ecclesiastical Antiquities of Down, Connor and Dromore, consisting of a taxation of those dioceses in the year 1306*, pp. XIII, 26, 43, nota *q*, et 47 nota *c*. — (18) Op. cit., pp. 213 sqq.

VITA

D

VITA S. MALACHIAE

Vulgata iuxta Mabillonii editionem (P. L., tom. CLXXXII, pp. 1073-1118), collatam cum codicibus bibliothecae publicae civitatis Trecensis signatis numm. 426, 663, 799, 1176, quos, in recensendis variis lectionibus, numeris 1, 2, 3, 4, designamus. Servati sunt in uncinis tituli quos capitibus praefixit Mabillonius, diversa tamen eorundem facta divisione.

Incipit prologus in vitam beati Malachiae episcopi.

Semper quidem operae pretium fuit illustres sanctorum describere vitas, ut sint in speculum et exemplum ac quoddam veluti condimentum vitae hominum super terram. Per hoc enim quodammodo apud nos etiam post mortem vivunt, multosque ex his qui viventes mortui sunt, ad veram provocant et revocant vitam. Verum nunc maxime id requirit raritas sanctitatis et nostra
a plane aetas inops virorum *a*. Quam sane inopiam super nos adeo invaluisse sentimus[1], ut nulli sit dubium illa sententia nos feriri: *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum.* Et ut suspicor ego, aut praesto aut prope est de quo scriptum est: *Faciem eius praecedet egestas.* Ni fallor, antichristus est iste, quem fames et sterilitas totius boni et praeit et comitatur. Sive igitur nuntia iam praesentis, sive iamiamque adfuturi praenuntia, egestas in evidenti est. Taceo vulgus, taceo vilem filiorum huius saeculi multitudinem: in ipsas ecclesiae columnas volo oculos leves. Quem mihi ostendas vel de illorum numero qui videntur dati in lucem gentium, non magis de sublimi fumantem quam flammantem? *Et si lumen quod in te est,* inquit, *tenebrae sunt, quantae sunt tenebrae?* Nisi tu illos forte, quod non credo, lucere dixeris qui quaestum aestimant pietatem, qui in hereditate Domini non quae Domini, sed magis quae sua sunt quaeritant. Quid dico, quae sua sunt? Perfectus sit et sanctus etiam sua quaerens suaque retinens, si ab alienis cor manusque contineat. Meminerit tamen, qui sibi usque huc forte pervenisse videtur, eundem exigi sanctitatis gradum et ab ethnico. An non milites suis iubentur
C contenti fore[2] stipendiis, ut salvi fiant? Magnum vero Ecclesiae doctori, si sit sicut unus militum; aut certe, quod ad illorum improperium propheta loquitur, *si ut*[3] *populus, ita et sacerdos* fuerit. O deformitatem! itane summus merito reputandus erit, qui summo corruens gradu[4], haerebit vix[5] infimo, ne abysso absorbeatur? Quam rarus tamen iste ipse in clero! Quem item das mihi contentum necessariis, contemptorem superfluorum? Lex est tamen praefixa ab apostolis apostolorum successoribus: *Victum et vestitum habentes,* inquiunt, *his contenti simus.* Ubi forma haec? In libris cernimus eam, sed non in viris. Habes vero[6] de iusto, quia *lex Dei eius in corde ipsius,* et non in codice. Nec perfectionis is gradus. Perfectus carere et necessariis paratus est. At gratis istud. Utinam superfluis ponatur modus! Utinam non cupiamus in infinitum! Sed quid? Forte reperias qui hoc possit? Id quidem difficile: sed vide quid egimus. Quaerebamus virum optimum, multorum liberatorem, et ecce laboramus in inveniendo qui se ipsum salvum facere possit. Optimus hodie est qui non est nimis malus. Unde quoniam a terra defecit sanctus, videor mihi non supervacue ex his qui empti sunt de terra, revocare ad medium episcopum Malachiam, virum vere sanctum, et nostrorum quidem temporum, singularis sapientiae et virtutis. Iste erat lucerna ardens et lucens; nec exstincta est tamen, sed submota. Quis mihi iure succenseat si readmovero eam? Immo vero non est quod mihi ingrati esse mei saeculi homines debeant, et omnis deinceps generatio ventura, si quem conditio tulit, revocem stilo; si mundo restituam, quo dignus non erat mundus; si servem memoriae hominum homi- E nem, cuius memoria in benedictione sit omnibus qui legere dignabuntur; si me excitante amicum dormientem, vox turturis audita fuerit[7] in terra nostra, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad*[8] *consummationem saeculi.* Deinde sepultus apud nos est: nobis specialiter hoc opus incumbit. Quid quod me inter speciales amicos sanctus ille habebat, et eo loci ut nulli in hac parte gloriae secundum fuisse me credam? Nec mercede vacat mihi tantae familiaritas sanctitatis: primitias iam accepi. In extremis positus erat, immo in principiis, iuxta illud: *Cum consummatus fuerit homo, tunc incipit.* Accurri ego, ut benedictio morituri super me veniret. At ille cum iam membra alia movere non posset, fortis ad dandam benedictionem, elevatis sanctis manibus super caput meum, benedixit mihi, et benedictionem haereditate possideo: et quomodo ego illum silere queam? Postremo tu id mihi, abba Congane *b*, iniungis, reverendus frater et dulcis amicus b
meus, ac tecum pariter, ut ex Hibernia scribis, vestra illa omnis ecclesia sanctorum. Libens oboedio, praesertim quod non eloquium exigitis, sed narrationem. Dabo vero operam, ut ea sit pura et F luculenta, devotos informans, fastidiosos non onerans. Sane narrationis veritas secura apud me est, intimata a vobis, haud alia procul dubio protestantibus quam quae certissime comperta sunt vobis.

Explicit prologus.

ANNOTATA.

a *In hac praefatione, S. Bernardus, nativo suae eloquentiae impetu arreptus, nonnulla scripsit, quae ad litteram si sumpseris, nonnihil a veritate recedere videntur. Nam in priori saeculi duodecimi parte non tanta erat* raritas sanctitatis. *Etenim primaevo suo fervore florebant tres illae familiae religiosae hace aetate enatae, Carthusiani scilicet, Praemonstratenses ac ipsi Cistercienses; deinde legitimo sanctitatis titulo insigniti passim recensentur in opere Bollandiano intra fines Italiae triginta tres, Galliae viginti quinque, Allemanniae quatuordecim, Lusitaniae et Hispaniae novem, Angliae sex, Belgii quinque et Hiberniae duo praeter* Malachiam. *Insuper ipsi Bernardo assidebat in* *coenobio*

Prol. — [1] videmus 4. — [2] forte 4. — [3] (si ut) sicut 2. — [4] *om.* 2. — [5] *om.* 4. — [6] ergo 4. — [7] est 2. — [8] in 3.

A *coenobio Cluniacensi Petrus Venerabilis suavi sua sanctitate nulli secundus, et sedem apostolicam tenebat beatus Eugenius III, cuius cultum immemorialem nuperrime ratum habuit confirmavitque Sacra Rituum congregatio.*

b *De abbate Congano actum est in Comment. praevii num. 6-10. Cfr. quae ipse Bernardus de illo refert infra in Vita, num. 35.*

CAPUT PRIMUM

S. Malachiae exordia. Sacris ordinibus initiatus Malcho episcopo adhaeret.

Incipit vita sancti Malachiae episcopi.

Malachias, *litteris* *a*

1. [Pueritia et adolescentia S. Malachiae]. — Malachias noster, ortus Hibernia de populo barbaro *a*, ibi educatus, ibi litteras edoctus est. Ceterum de natali barbarie traxit nihil, non magis quam de sale materno pisces maris. Quam vero B suave, quod inculta nobis barbaries tam urbanum protulit civem sanctorum et domesticum Dei. Qui producit mel de petra, oleumque de saxo durissimo, ipse fecit hoc. Parentes tamen illi fuere genere et potentia magni iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. At mater, mente quam sanguine generosior, satagebat in ipso initio viarum suarum notas parvulo facere vias vitae, hanc pluris illi existimans ventosa scientia litteraturae saecularis. Ad utramque tamen huic non defuit ingenium pro aetate. In scholis litteras, domi timorem Domini docebatur, et cotidianis profectibus respondebat ambobus satis, magistro et matri Nempe a principio spiritum sortitus est bonum, per quem erat puer docilis et amabilis valde, mire admodum omnibus per omnia gratiosus. Bibebat autem pro lacte de pectore materno aquas sapientiae salutaris, et fiebat in dies se ipso prudentior. Prudentior, dicam, an sanctior ? Utrumque [1] si dixero, non me paenitebit : veritatem enim dicam. Agebat senem moribus, annis puer, expers lasciviae puerilis. Cumque ex hoc cunctis esset reverentiae ac [2] stupori, non tamen inde, ut assolet, insolentior inveniebatur ; sed C magis quietus et subditus in omni mansuetudine. Non impatiens magisterii, non fugitans disciplinae, non lectionis fastidiens, non ludorum denique appetens, quod vel maxime illa aetas dulce ac familiare habere solet. Et proficiebat supra omnes coaetaneos suos in ea quidem litteratura quae illi competebat aetati. Nam in disciplina morum profectuque virtutum etiam super omnes docentes se in brevi enituit, non tam matre tamen quam unctione magistra. Hac sollicitante, haud segniter et in divinis exercebatur, petere secretum, anticipare vigilias, meditari in lege, refici parcius, orare frequentius. Et quia ecclesiam frequentare nec vacabat propter studium et pro verecundia non libebat, levare puras manus in omni loco ad caelum [3], ubi tamen secrete id posset. Iam tunc siquidem cautus fuit declinare virus virtutum, inanem gloriam.

ac pietati data opera,

2. Est vicus prope civitatem, in qua discebat puer, quo magister eius frequenter pergere solitus erat, illo [1] solo comite. Illo euntibus ambobus pariter, ipse, ut postea referebat, retrahebat pedem, sistebat gradum, et stans a tergo magistri, illo quidem non comperiente, expansis ad caelum manibus, raptim quodammodo ac veluti iaculatam emittebat orationem ; et sic dissimulans, magistrum denuo sequebatur. Istiusmodi pio furto puer saepius eludebat comitem pariter et magistrum. Non est dicere omnia quae eius principia colore bonae indolis decoravere : ad maiora atque utiliora currendum. Unum tamen refero adhuc, quod hoc, meo quidem iudicio, non modo bonae, sed et magnae in puero dederit insigne spei. Excitus aliquando opinione cuiusdam magistri, erat enim famosus in disciplinis quas dicunt liberales, adivit illum discendi cupiditate. Quippe extrema iam pueritiae captans, ad eas litteras anhelabat. Intrans vero domum, vidit virum ludentem subula, crebrisque sulcantem tractibus nescio quo notabili modo parietem. Et solo visu offensus puer serius, quod levitatem redoleret, resilivit ab eo, ac deinceps illum nec videre curavit. Ita, cum esset studiosissimus litterarum, prae honesto tamen sprevit eas virtutis amator. Tali quodam praeludio puer praeparabatur ad eum qui se E manebat in fortiori aetate conflictum, iamque ipse adversarium provocabat. Et Malachiae quidem pueritia sic erat. Porro adolescentiam simili transivit simplicitate et puritate : nisi quod crescente aetate, crescebat simul illi sapientia et gratia apud Deum et homines. Hinc iam, id est ab ineunte adolescentia eius, coepit manifestius apparere quid esset in homine, et gratia Dei in illo vacua non videri. Videns enim industrius adolescens quam in maligno mundus positus sit, et cogitans qualem spiritum accepisset, dicebat intra se : *Non est spiritus huius mundi iste. Quid isti et illi ? Non est societas alteri ad alterum, non plus quam luci ad tenebras. Mens ex Deo est, et scio quae in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocentia vitae, inde continentiae decus, inde iustitiae fames, inde quoque illa eo securior quo [2] secretior gloria mea est, testimonium conscientiae meae. Nil horum mihi tutum sub principe mundi. Deinde habeo thesaurum hunc in fictili vase. Verendum ne impingat et frangatur, et effundatur oleum laetitiae quod porto. Et quidem non impingere inter saxa et scopulos distortae et anfractuosae viae et vitae huius difficillimum. Itane in momento perdam* F *simul omnes, quibus ab initio praeventus sum, benedictiones dulcedinis ? Resigno illi potius a quo sunt, et me pariter : et ego enim ipsius. Perdo ipsam ad tempus animam meam, ne perdam in aeternum. Et quod sum, et quae habeo omnia, ubi mihi aeque salva uti in manu auctoris ? Quis ita ad servandum sollicitus, ad retinendum potens, ad restituendum fidelis ? Servabit tuto, restituet opportune. Sine retractatione do me ad serviendum illi de donis suis. Non potest mihi perire ex omnibus quae in opus pietatis expendero. Forte et sperare plus aliquid licet. Solet reddere cum usura qui dat gratis. Ita est. Etiam cumulabit et multiplicabit in anima mea virtutem.* Haec cogitavit et fecit, sciens absque facto vanas esse cogitationes hominum.

Imari disciplinam adit. *b*

3. [Religiosae vitae tirocinium]. — Erat homo in civitate Ardmacha [1], ipsa est in qua alitus est Malachias, et homo ille sanctus et austerae admodum vitae *b*, inexorabilis castigator corporis sui, cellam habens iuxta ecclesiam. In ea manebat, ieiuniis et obsecrationibus serviens die ac nocte. Ad

Num. 1. — [1] enim *add.* 4. — [2] et 3, 4. — [3] (ad. c.) *om.* 3, 4.
Num. 2. — [1] ipso 3, 4. — [2] (sec. quo) *om.* 4. — [3] *om.* 3.

Num. 3. — [1] Ardmaca 2. —

VITA

Ad hunc se contulit *c* Malachias, formam vitae accepturus ab eo, qui vivum se tali damnaverat sepultura. Et vide humilitatem. A primaeva aetate in sancta arte magistrum, quod dubium non est, habuerat Deum: et ecce factus est denuo discipulus hominis homo mitis et humilis [2] corde. Si nesciebamus, hoc vel solo nobis ipse probavit. Legant hoc, qui docere quae non didicere conantur, discipulos sibi [3] coacervantes, qui numquam discipuli [4] exstitere, caeci duces caecorum. Malachias, doctus a Deo, doctorem nihilominus quaesivit hominem *d*, et quidem caute et sapienter. Quid simile, quaeso, afferre quibat, in quo aeque daret caperetque experimentum profectus sui? Si Malachiae exemplum eis pro minimo est, Pauli opus attendant. Nonne evangelium suum, quod non ab homine acceperat, sed a Christo, cum hominibus tamen censuit conferendum, ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset? Ubi ille securus non est, nec ego. Si quis hoc scit [5], viderit ne non tam securitas sit quam temeritas. Sed haec alterius temporis. Nunc vero sonuit in civitate quod factum erat [6], et commota est universa ad inopinatam B novitatem. Stupebant autem [7] omnes et mirabantur virtutem [8], eoque amplius quo minus usitatam in gente fera. Videres tunc revelari ex multorum cordibus cogitationes. Plerique, humano affectu pensantes factum, plangere et dolere, quod dilectus omnibus delicatusque adolescens duris se adeo laboribus mancipasset. Alii, suspicati levitatem propter aetatem, diffidere de perseverantia, timere de casu. Nonnulli temeritatem causantes, indignari et fremere in eum, quod supra aetatem et vires inconsulte rem arduam fuisset aggressus. Verum ille sine consilio egit nihil [9]. Nam habuit consilium a propheta, qui ait: *Bonum est homini, si portaverit iugum ab adolescentia;* et addit: *Sedebit solitarius et tacebit, quia levavit se supra se.* Sedebat sibi iuvenculus secus pedes Imari [10], hoc enim nomen [11] viro, et aut discebat oboedientiam, aut se didicisse docebat. Sedebat ut quietus, ut mansuetus, ut humilis. Sedebat et tacebat, sciens secundum prophetam cultum iustitiae esse silentium. Sedebat ut perseverans, tacebat ut verecundus, nisi quod suo illo silentio in Dei auribus loquebatur cum sancto David: *Adolescentulus sum ego et contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus.* Et sedebat interim C solitarius, quia et sine socio et sine exemplo. Quis enim ante Malachiam districtissimum viri propositum vel cogitaret attentare? Nempe mirabile omnibus habebatur, non imitabile. Malachias imitabile persuasit, sedendo dumtaxat et tacendo. Intra [12] paucos dies habuit imitatores non paucos, provocatos exemplo sui. Ita qui primo solitarius sedit et unicus patris sui, fit iam unus e multis, fit ex unigenito primogenitus in multis fratribus. Et ut prior in conversione, ita in conversatione sublimior; et qui ante omnes venit, omnium iudicio supra omnes eminuit [13] in virtute. Et dignus visus est episcopo *e* pariter et magistro qui ad diaconi gradum promoveretur; et coegerunt eum.

Malachias sacerdos ordinatus disciplinae instaurandae incumbit.

4. [Ordinibus initiatus episcopi vices gerit]. — Hinc iam levita Domini publice se ad omne opus pietatis accinxit: plus vero ad eas res, in quibus aliqua iniuria videretur. Denique cura erat ei maxima in sepeliendis defunctis pauperibus, quod hoc sibi non minus humilitatem saperet quam humanitatem. Nec defuit novo nostro Tobiae rediviva a muliere tentatio, immo a serpente per mulierem. Germana eius indignitatem, ut sibi videbatur, officii exhorrens: *Quid facis,* inquit, *o insane? dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Et hoc illi cotidie exprobrans ingerebat. Sed respondebatur mulieri stultae iuxta stultitiam suam: *Misera, tu eloquii casti vocem tenes, sed virtutem ignoras.* Ita ministerium, ad quod coactus *f* accesserat, devotus tenuit, indefessus exercuit. Unde et censuerunt etiam sacerdotale officium imponendum illi: et factum est ita. Erat autem, cum sacerdos ordinatus est, annos natus quasi viginti quinque *g*. In qua eius utraque ordinatione si quid praeter canonum formam processisse videtur, ut vere [1] videtur, siquidem infra vicesimum quintum annum leviticum ministerium, infra tricesimum adeptus est sacerdotii dignitatem, donandum sane tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati. Ego vero istud nec in sancto redarguendum, nec usurpandum consulo ei qui sanctus non fuerit. Nec contentus episcopus, etiam vices suas E commisit ei, seminare semen sanctum in gente non sancta, et dare rudi populo et sine lege viventi, legem vitae et disciplinae. Suscepit ille mandatum in omni alacritate, sicut erat spiritu fervens, nec talentis incubans, sed inhians lucris. Et ecce linguae sarculo coepit evellere, destruere, dissipare, de die in diem factitans prava in directa, et aspera in vias planas. Exultabat ut gigas ad discurrendum [2] ubique *h*. Diceres ignem urentem in consumendo criminum vepres. Diceres securim vel asciam in deiciendo plantationes malas, exstirpare barbaricos ritus, plantare ecclesiasticos. Veternosas omnes, neque enim paucae inveniebantur, abolebat superstitiones seu quaslibet, ubicumque deprehendisset, malignitates immissas per angelos malos. Denique quicquid incompositum, quicquid indecorum, quicquid distortum obvium habuisset, non parcebat oculus eius, sed velut grando grossos e ficubus, et sicut pulverem ventus a facie terrae, sic coram facie sua huiusmodi nitebatur totum pro viribus exturbare ac delere de populo suo. Et pro his omnibus tradebat iura caelestia optimus legislator. Leges dabat plenas iustitiae, plenas modestiae et honestatis [3]. F Sed et apostolicas sanctiones ac decreta sanctorum Patrum, praecipueque consuetudines sanctae romanae Ecclesiae, in cunctis ecclesiis statuebat. Hinc est quod hodieque in illis ad horas canonicas cantatur et psallitur iuxta morem universae terrae: nam minime id ante fiebat, ne in civitate quidem. Ipse vero in adolescentia cantum didicerat, et in suo coenobio *i* mox cantari fecit, cum necdum in civitate seu in episcopatu universo cantare scirent vel vellent. Deinde usum saluberrimum confessionis, sacramentum confirmationis, contractum coniugiorum *k*, quae omnia aut ignorabant aut negligebant, Malachias de novo instituit. Et de his ista pro exemplo sufficiant. Nam et per totum historiae textum brevitatis studio plurima praeterimus.

Confert se ad Malchum episcopum, et Cormacum regem in discipulum suscipit.

5. [Malcho episcopo plenius instituendus adhaeret.] — Cum esset illi studium et zelus maximus [1] circa cultum divinorum et venerationem sacramentorum, ne forte de his aliquid constitueret vel doceret secus quam ritus haberet

[2] hum. et m. 2. — [3] ibi *add.* 4. — [4] *om.* 2. — [5] sit 2, 4. — [6] est 1. — [7] *om.* 1. — [8] v. m. 4. — [9] egit s. c. n. 4. — [10] Ymary 4. — [11] erat *add.* 4. — [12] infra 4. — [13] emicuit 3.

Num. 4. — [1] verum processisse 4. — [2] currendum 4. — [3] honeste 1, 4.
Num. 5. — [1] *om.* 2.

VITA universalis Ecclesiae, subiit animum adire episcopum Malchum[2] *l*, qui se plenius de omnibus informaret. Hic erat senex plenus dierum et virtutum, et sapientia Dei erat in illo. Natione quidem Hibernus, sed in Anglia conversatus fuerat in habitu et proposito monachali in[3] Wintoniensi[4] monasterio, de quo assumptus est in episcopum in Lesmor civitate Mumoniae[5] *m*, et ipsa nobilior inter ceteras regni illius. Ibi tanta ei desuper collata est gratia, ut non modo vita et doctrina, sed et signis clareret. Quorum duo pono exempli causa, ut omnibus innotescat, qualem in scientia sanctorum Malachias habuerit praeceptorem. Puerum mente captum, ex his quos lunaticos vocant, inter confirmandum sacra unctione sanavit. Hoc ita notum certumque fuit, ut illum mox constituerit ostiarium domus suae, vixeritque idem puer incolumis in eo officio usque ad virilem aetatem. Surdo auditum restituit, in quo idem mirabile quiddam confessus est, quod cum sanctus utrique auriculae hinc inde digitos immisisset, duos quasi porcellos ex ipsis exire senserit. Pro his atque huiusmodi fama crebrescente, nomen grande adeptus est ; ita ut ad eum Scoti Hibernique confluerent, et tamquam unus omnium pater ab omnibus coleretur. Ad hunc ergo Malachias, accepta benedictione patris Imari, et ab episcopo missus, cum prospere pervenisset, benigne a sene susceptus est. Qui annos aliquot cum eo mansit, ut per hanc temporis moram hauriret plenius de pectore veterano, sciens scriptum quia *in antiquis est sapientia*. Sed nec[6] hoc quoque ad causam defuisse reor, quod magnus ille provisor universorum voluit servum suum Malachiam in loco tam celebri notum fieri omnibus, qui erat omnibus profuturus. Nec enim poterat non esse gratus quibus notus fuisset. Denique unum interim accidit, per quod ex aliqua parte quod notum Deo erat in illo manifestum fecit hominibus[7]. Inter regem[8] Mumoniae[9] quae est Hiberniae pars australis[10], et germanum eius orta simultate, et fratre facto superiore, rex pulsus regno *n* confugit ad episcopum Malchum : non tamen ut ope illius regnum recuperaret, sed magis princeps devotus dedit locum irae, et necessitatem in virtutem convertit, privatam eligens ducere vitam. Cumque episcopus regem suscipere debito honore pararet, abnuit ille, se malle inquiens tamquam unum ex illis esse[11] pauperibus fratribus qui illi adhaererent, regium fastum deponere, et communi paupertate fore contentum ; exspectare potius Domini voluntatem quam per vim recipere regnum, nec velle pro suo honore terreno sanguinem humanum effundere, qui contra se clamet ad Deum de terra. Quo audito, exsultat episcopus, et admiratus devotionem satisfacit voto. Quid plura ? Traditur regi paupercula domus ad habitandum, et Malachias in magistrum, ad victum panis cum sale et aqua. Porro ad delicias sufficiebat regi Malachiae praesentia, vita atque doctrina, ita ut diceret ei : *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Ad haec per singulas noctes lacrimis suis stratum suum rigabat, sed et cotidiano aquae frigidae balneo male calentem exstinguebat in carne libidinem. Et orans rex cum rege dicebat : *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte universa delicta mea.* Et non amovit Deus orationem eius et misericordiam suam ab eo ; et exaudita est oratio eius, etsi secus quam intenderat ipse. Nam is quidem sollicitus erat pro anima sua ; sed vindex innocentiae Deus hominibus ostendere volens quoniam sunt reliquiae homini pacifico, parabat interim facere iudicium iniuriam patienti, quod ille penitus non sperabat. Et suscitavit Deus spiritum vicini regis : neque enim unum est Hibernia regnum, sed divisa in plura. Hic itaque videns quae facta sunt, repletus est zelo, et hinc quidem indignans praedonum libertati et insolentiae superborum, inde vero[12] miserans regni desolationem et regis deiectionem, descendit ad cellulam pauperis, suadet reditum, sed non persuadet. Instat tamen, spondet opem, de effectu non diffidere monet, Deum affuturum promittit, cui non poterunt resistere omnes adversarii eius. Proponit etiam oppressionem pauperum patriaeque vastationem, et non proficit. Ceterum accedente mandato episcopi et Malachiae consilio, de quibus ille pendebat totus, vix tandem acquiescit. Sequitur rex regem, et iuxta verbum regis, sicut fuerat voluntas in caelo, tota facilitate pulsis praedonibus, reducitur homo in sua cum exsultatione suorum, regnoque restituitur suo. Dilexit ex tunc rex ille et semper reveritus est Malachiam : eoque propensius quo plenius in sancto viro digna veneratione et amore compererat. Cuius enim tantam meruit in sua adversitate familiaritatem, sanctitatem ignorare non potuit. Propterea magis in sua prosperitate perpetuis[13] illum amicitiis devotisque colebat obsequiis, et libenter audiebat eum, et audito eo multa faciebat. Et de his satis. Verumtamen non fortuitu factum reor quod ita iam tunc magnificavit eum Dominus in conspectu regum, sed quia vas electionis sibi erat ille, portaturus nomen suum coram regibus et principibus.

ANNOTATA.

a *Ne statim in verba Bernardi iurantes statuamus saeculo XII Hiberniam tenebrosis barbariei nubibus vere obvolutam fuisse, iuvabit ex Bellesheim* (1) *sequentia notasse. Usque in saeculum XII bene adultum, antequam, exsurgentibus religiosorum ordinibus intra fines Europae recens enatis, pristina Scotorum monastica disciplina fere penitus retrocessisset, in Scotorum monasteriis floruere isti lectores qui discipulos non solum linguarum scientiam, sed et legum, poeseos ac historiae edocebant. Nec eos omnino latitabat ea studiorum ratio, quae, velut hodie in Academia Dublinensi, cum coaeva historia legum peritiam nectebat.... Ipsi terrae principes, licet maxime rei militari vacarent, de scholis tamen monasticis solliciti erant. Inclitus ille rex Hiberniae Turlough, vita functus anno 1156, Armachae novam theologiae scholam instituit; Rodericus O'Conchobhair, rex Connactiensis, ad promovendas scientias dedit annuum reditum decem boum praepositis scholae Armachanae etiam a suis successoribus exsolvendum, ea lege ut scholae aditus cuique Scotigenae pateret.*

b *Huic nomen est Imarus. Quem auctarium Usuardinum Greveni inter beatos reposuit ad diem 12 novembris, sed apud Hibernos annuntiatur die 13 augusti* (2); *vita functus est Romae anno 1134* (3).

c *Quot annos natus* Malachias *ad Imarum se contulerit*

[2] Marcum 4. — [3] *om.* 3, 4. — [4] Gintoniensi 4. — [5] Mumuniae 2, 3, 4. — [6] ne 1, 4. — [7] omnibus 4. — [8] australis *add.* 2, 4. — [9] pars Hiberniae 2. — [10] *om.* 2, 4. — [11] *om.* 4. — [12] *om.* 2. — [13] perpetibus 2, 3, 4.

(1) Op. cit., tom. I, p. 629-30. — (2) *The Martyrology of Donegal*, ad 3 novembr. — (3) Colgan, *Trias Thaumaturga*, p. 303.

A *contulerit, dissensio viget Colgan inter et Lanigan* (1). *Hic ex ipso Vitae contextu recte contendit* Malachiam *id egisse dum e pueris egressus iam esset adolescens.*

d *Praeterea etiam est disputatio de tempore quo in Imari discipulatum* Malachias *se dederit. At, quoniam ab Imaro asceticam potius quam litterarum doctrinam* Malachias *hausit, ne pro libitu mirabilia augeamus, cum Lanigan* (2) *statuimus* Malachiam *non ante exactum duodecimum aetatis suae annum Imarum magistrum audivisse. Antea, ipso teste Bernardo (Cfr. num. 1), alio magistro usus est; nec, ut annotat O'Hanlon* (3), *intra annum 1074 ac 1112 aliquid tale commemoratum est quo credi debeat in nominatissima Armachana schola lectiones intermissas fuisse.*

e *Scilicet Celsus. De quo cfr.* Act. SS., *tom. I Aprilis, p. 619 sqq., et O'Hanlon,* Lives of the Irish saints, *tom. IV, p. 43-48.*

f *An ex voce* coactus *concludendum est mortuorum sepulturam ad levitas, immo ad diaconos, pertinuisse? Aliter videremur rebus secum ipsis*
B *pugnantibus impingere, nempe* coactum *in sepeliendis mortuis permansisse* Malachiam, *cum ex praecedentibus id sponte subiisse dicendus sit.*

g *Ad hunc locum haec animadvertit Mabillon:* Nempe ante annos triginta fieri cautum erat in conciliis Neocaesariensi, Agathensi 506, in Arelatensi IV et aliis. Agathensis canon IV: " Presbyterum et episcopum ante triginta annos, id est antequam ad viri perfecti aetatem perveniant, et diaconos ante viginti quinque, nullus metropolitanorum ordinare praesumat, etc. „ Ita apud Bochellum, cum apud Sirmundum desit locus de diaconis, ad quem Bernardus hic respicit, cuius tempore lex ista adhuc vigebat, ut patet ex sequentibus. Saepius tamen ab episcopis dispensatum, maxime in pios viros.

h *Hic, ut opinor, Bernardus, distinctione temporum praetermissa, opera apostolica* Malachiae, *ante et post disciplinatum Lesmorensem sanctissime exacta, in unum congessit. Nam si leges ususque romanae Ecclesiae ita callebat ut ea alios doceret, quid Malchum adivit?*

i *Scilicet Benchorensem, de quo infra num. 7.*

k *Ad calcem primi voluminis operis sui* (4),
C *Bellesheim confitetur Scoticam inter ac Romanam ecclesiam discrimina non doctrinalia, sed disciplinaria exstitisse, non tamen essentialia, idque lucidius patere ex documentis liturgicis quae de die in diem in lucem prodiere. Itaque existimo* schismatici *nomen, quod in praefatione ad tractatum* De usu ecclesiastico, *saltem bis Gillebertus Limericensis* (5) *usurpavit, diversitatem non vero separationem a sede Petri significare, eo vel magis quod canones in concilio Cassiliensi, anno 1171 lati, ad disciplinam spectant, nihil doctrinam Scoticae ecclesiae improbantes. Unde quae questus est Bernardus de sacramentis paenitentiae ac confirmationis, ea intelligamus oportet de eorum neglectu ex cleri forsitan incuria oborto. Statuit enim synodus Cassiliensis, canone II:* Quod infantes ante fores ecclesiae catechizentur (6). *Huiusce incuriae vestigium deprehenditur apud Giraldum Cambrensem, licet* Malachiae *aetate ipse recentior sit, ac semper summa cautela legendus. In tractatu* De rebus a se gestis, *lib. II, cap. XIV* (7), *haec de clero scripsit:* In episcopis et praelatis hoc praecipue reprehensione dignum invenio, quod in populi tam enormiter delinquentis correctione desides nimis sunt et negligentes, quod nec praedicant nec reprehendunt; *paulo post:* Nec infantes ante fores ecclesiae sacerdotes eorum more debito catechizant; *ac tandem:* Cum enim omnes fere Hiberniae praelati de monasteriis in clerum electi sunt, quae monachi sunt sollicite complent omnia, quae vero clerici vel praelati, fere praetermittunt universa (8).

De matrimoniis ita canon I concilii Cassiliensis: Statutum est quod universi fideles per Hiberniam, repudiato cognatorum et affinium contubernio, legitima contrahant matrimonia et observent (9). *Incusabantur ergo quod non servarent impedimenta ab Ecclesia statuta; eoque sensu intellecta, aliquid ad dignoscendam veritatem conferent haec Giraldi verba:* Fratres pluribus per Hiberniam locis fratrum defunctorum, uxores non dico ducunt, sed traducunt, immo verius seducunt, dum turpiter eas et tam incestuose cognoscunt, veteris in hoc Testamenti non medullae, sed E
cortici inhaerentes (10).

Insuper audiamus cl. v. Carew (11): *" Antiquitus inter matrimonium contrahentes hic usus vigebat ut, antecedenter ad ipsam cohabitationem et aliquando longiori quidem temporis spatio, ipsi contrahentes sibi invicem fidem darent sub futura quadam lege. Itaque non semel datus consensus, ut ratus haberetur, obnoxius erat aliquot contingentibus. Et si in posterum data lex non purificabatur, ipsi ad contrahendum cum alio se liberos aestimabant. Licet haec matrimonii contrahendi ratio nihil in se reprehensione dignum haberet, attamen, ut experientia constabat, incommodis non paucis carebat. Etenim contrahentes tenebantur ex fide data ad removenda singula occurrentia quibus impediretur quominus promissio suum effectum consequeretur, sed contingebat ut ante statutum tempus, inito cum alio matrimonio, apti iam non essent ut a data fide starent. „ De tali matrimonio inter doctos controvertebatur, aliis dicentibus tale matrimonium esse invalidum, aliis esse validum, sed illicitum. Ex multorum sententia hunc usum Bernardus improbavit. Sed mea sententia, hoc vigente ritu, clandestina matrimonia, quae reprobat reprobavitque* F
Ecclesia erant numero plura.

l *De S. Malcho cfr.* Act. SS., *tom. II Aug., p. 561.*

m *Mumonia est provincia dicta Leinster. Cfr.* Act. SS., *tom. I Ian., pp. 1062, 1063, 1066, 1067; tom. II Martii, pp. 555, 556, 560.*

n *Cormac Mac Carthy, rex Desmondiae, (cfr. Quattuor Mag. ad annum 1123) vel Mumoniae meridionalis, sua sede pulsus a Turbogh O'Connor, rege Connactiensi, qui fratrem eius Donogh regem constituit* (12). *Ad annum vero 1138, mortis eius meminerunt Quattuor Magistri hisce verbis: " Cormac, filius Muircadhach, filius Carthach, rex Desmondensis ac episcopus omnium regum Hiberniae, propter donatas gemmas divitiasque clericis et ecclesiis necnon instaurationem regionum ac ecclesiarum, trucidatus est in suis propriis aedibus a Toirdhealbhach, filio Diarmaid Ua Briain et a duobus filiis O'Conchobhar Ciarraighe„. Utrum vox*

(1) Op. cit., tom. IV, pp. 61, 62, not. 44. — (2) Ibid., pp. 61, 62. — (3) Op. cit., p. 9. — (4) Op. cit., p. 593. — (5) P. L., tom. CLIX, p. 995-96. — (6) Wilkins, *Concilia magnae Britanniae*, tom. I, p. 476. — (7) Ed. Brewer, tom. I, p. 68. — (8) Ibid., p. 69. — (9) Wilkins, op. cit., ibid. — (10) Ibid., tom. V, p. 164. — (11) *Ecclesiastical History of Ireland*, p. 331-32. — (12) *Memoir introductory to the early History of the Primacy of Armagh*, p. 88.

VITA episcopi *sit sensu proprio intelligenda quaesiverunt eruditi, et cl. v. Petrie affirmative respondet in opere suo* The ecclesiastical Architecture of Ireland anterior to the Anglo-norman invasion, *p. 307 seqq., proferens notas inscriptas in libro evangeliorum, qui in Museo Britannico inter codices Harleianos sub numero 1802 asservatur.*

CAPUT SECUNDUM.

S. Malachiae in sororem defunctam pietas ; monasterium Benchorense instaurat ; prima eius miracula.

Sororem defunctam missae sacrificio liberat,

6. [SORORI DEFUNCTAE SACRIFICII OBLATIONE SUCCURRIT.] — Mortua est interim soror eius illa quam praefati sumus. Nec praetereundae visiones quas vidit de ea. Huius siquidem sanctus carnalem exhorruerat vitam, et tanto zelo ut se devoverit non visurum eam in carne viventem. At, B illa carne soluta, solutum est votum, et coepit videre in spiritu quam in corpore noluit. Quadam nocte audivit per somnium vocem sibi dicentis, sororem eius stare foras in atrio [1], et ecce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui evigilans cito intellexit cuius escae inedia marceret. Et diligenter discusso numero dierum quem audierat, ipsum esse reperit, ex quo pro ea panem de caelo vivum non obtulisset. Tum ille, qui sororis non animam [2] oderat sed peccatum, beneficentiam, quam intermiserat, rursum adoritur ; neque id [3] frustra. Non multo post visa est illi [4] pervenisse ad limen ecclesiae, necdum tamen posse intrare, apparere etiam in veste pulla. Cumque ille perseveraret, curans ne qua die solita stipe frustraretur, secundo vidit eam in veste subcandida, admissam quidem intra ecclesiam, sed altare contingere non permitti. Tertio tandem visa est aggregari coetui candidatorum [5], et [6] in veste candida. Vides, lector, quantum valeat deprecatio iusti assidua. Vere regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Nonne tibi videtur Malachiae oratio vicem quodammodo effractoris exhibuisse caelestibus portis, quando peccatrix C mulier fraternis obtinuit armis quod suis meritis negabatur ? Hanc vim, Iesu bone, tu qui pateris, facis, validus et pius ad salvandum, faciens misericordiam et potentiam in brachio tuo, et in sacramento tuo servans sanctis qui in terra sunt, usque in consummationem saeculi. Hoc plane sacramentum potens [7] peccata consumere, debellare obvias potestates, inferre caelis revertentes de terra.

et monasterio Benchorensi exstructo,

7. [MONASTERIUM BENCHORENSE DESOLATUM INSTAURAT.] — Et Dominus quidem in regione [1] Lesmorensi [2] sic praeparabat dilectum suum Malachiam ad gloriam nominis sui. Verum qui miserant eum, minime iam ferentes absentiam eius, missis epistulis revocant illum. Quo reddito suis, et quidem instructiore de omnibus quae oportebat, en [3] opus a Deo paratum et servatum Malachiae. Vir dives et potens, qui locum Benchor et possessiones eius tenebat, inspiratus a Deo, confestim in manu eius sua omnia dedit et se quoque *a*. Et is avunculus eius. Sed Malachiae spiritus quam carnis propinquitas pluris fuit. Ipsum quoque locum D Benchor *b*, de quo cognominabatur [6], tradidit ei princeps, ut aedificaret ibi monasterium, vel potius reaedificaret. Nempe nobilissimum exstiterat ante sub primo patre Congello *c*, multa milia monachorum generans, multorum monasteriorum caput. Locus vere sanctus fecundusque sanctorum, copiosissime fructificans Deo, ita ut unus ex filiis sanctae illius congregationis, nomine Luanus *d*, centum solus [5] monasteriorum fundator exstitisse feratur. Quod idcirco dixerim, ut ex hoc uno coniciat lector quam ingens fuerit reliqua multitudo. Denique ita Hiberniam Scotiamque repleverunt genimina eius, ut ea potissimum tempora Davidici illi versiculi praecinisse videantur : *Visitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis; parasti cibum illorum, quoniam ita est praeparatio eius : rivos eius inebrians, multiplicans genimina eius, in stillicidiis eius laetabitur germinans*, et in hunc modum ceteri qui sequuntur. Nec modo in praefatas, sed et in exteras etiam regiones, quasi inundatione facta illa se sanctorum examina effuderunt. E quibus ad has nostras gallicanas partes sanctus E Columbanus *e* ascendens, Luxoviense construxit monasterium, factus ibi in gentem magnam. Aiunt tam magnam fuisse, ut succedentibus sibi vicissim choris, continuarentur sollemnia divinorum, ita ut ne momentum quidem diei ac noctis vacaret a [6] laudibus *f*.

miraculis patratis, huic aliquandiu praeest.

8. Haec de antiqua dicta sint Benchorensis monasterii gloria. Hoc olim destructum a piratis, ob insigne dignitatis antiquae Malachias, veluti quendam replantaturus paradisum, amplexus est, et quia multa corpora sanctorum dormirent ibi. Nam ut taceam illa quae in pace sepulta sunt, ferunt nongentos simul una die a piratis occisos *g*. Erat quidem ingens loci illius possessio ; sed Malachias solo contentus loco sancto, totas possessiones et terras alteri cessit. Siquidem a tempore quo destructum est monasterium, non defuit qui illud teneret cum possessionibus suis. Nam et constituebantur per electionem, etiam et abbates appellabantur, servantes nomine, etsi non re, quod olim exstiterat. Cumque suaderent multi non alienare possessiones, sed totum simul [1] retinere sibi, non acquievit paupertatis amator ; sed fecit eligi iuxta morem qui eas teneret, loco, ut praediximus, F retento sibi et suis. Et fortassis consultius, ut post apparuit, integrum retinuisset, si non magis suae prospexisset humilitati quam paci. Itaque ex mandato patris Imari, assumptis secum decem circiter fratribus, veniens ad locum, coepit aedificare. Ubi quadam die cum in secure ipse secaret ; casu ex operariis unus, illo vibrante in aera securim, locum [2] incaute occupavit quo ictus destinabatur, et cecidit super spinam dorsi eius, tanto utique impetu quanto ille conatu [3] impingere valuit. Corruit ille, accurrere omnes, putantes aut percussum ad mortem aut mortuum. Et tunica quidem scissa a summo usque deorsum ; homo vero illaesus inventus est, tam modice et summatim perstricta cute, ut vix in superficie vestigium appareret. Stabat homo incolumis, quem securis prostraverat, intuentibus et stupentibus qui circumstabant. Unde et facti alacriores, promptiores exinde ad opus inventi sunt. Et hoc initium signorum Malachiae. Porro oratorium intra pau-

Num. 6. — [1] (in a.) *om.* 4. — [2] a. n. 2. — [3] *om.* 4. — [4] illa 4. — [5] *om.* 3. — [6] *om.* 4. — [7] potest 4.
Num. 7. — [1] illa *add.* 4. — [2] Lesmoriensi 2. — [3] ad 4. — [4] (d. quo c.) *om.* 1, 3. — [5] *om.* 4. — [6] *om.* 2, 3.
Num. 8. — [1] *om.* 2, 3. — [2] *om.* 4. — [3] *om.* 4.

cos

A cos dies consummatum est de lignis quidem laevigatis, sed apte firmiterque contextum, opus Scoticum, pulchrum satis *h*. Et exinde servitur Deo in eo sicut in diebus antiquis, simili quidem devotione, etsi non pari numero. Praefuit Malachias loco illi tempore aliquanto, patre Imaro ita constituente, ipse rector, ipse regula fratrum. Legebant in vita eius quomodo conversarentur, et ipse ante illos praeibat in iustitia et sanctitate coram Deo, nisi quod praeter instituta communia, multa singulariter faciebat, in quibus potius praeibat omnes, et aliorum nemo illum poterat ad tam ardua sequi. Eo temporis et eo loci quidam infirmabatur, cui assistens diabolus et aperte loquens suggerebat ne umquam crederet monitis Malachiae; sed si intraret ad se, cultello eum peteret et occideret. Quo cognito, qui illi ministrabant, ipso infirmo prodente verbum, perferunt ad Malachiam praemunientes. At ille solita arma orationis arripiens, impavidus hostem aggressus, et infirmitatem fugat et daemonem. Erat autem nomen viro Malchus. Frater est iste secundum carnem Christiani nostri Mellifontis *i* abbatis. Ambo enim superstites adhuc sunt, sibi in spiritu modo germaniores. Nam ille ut liberatus est, continuo non ingratus loco eodem conversus ad Dominum, habitum simul animumque mutavit. Et cognovere fratres malignum invidere bonis eorum et aedificati sunt facti de reliquo cautiores.

Clericum iterato sanat.

9. [Dysenteria laborantem curat.]— Clericum, nomine Michaelem, dysenteria laborantem et desperate, mittens ei aliquid de mensa sua, eodem loco sanavit. Secundo eundem ipsum, gravissima infirmitate correptum, et corpore pariter curavit et mente. Ilico enim adhaesit Deo et Malachiae servo eius, timens ne deterius aliquid sibi contingeret, si denuo ingratus tanto inveniretur et beneficio et miraculo. Et nunc, ut audivimus, praeest cuidam monasterio sito in partibus Scotiae: et hoc novissimum omnium quae ille fundavit *k*. Pro huiusmodi augescebat in dies et opinio et congregatio Malachiae et grande ei nomen intus et foris, non tamen re grandius. Nempe ibi demorabatur etiam factus episcopus, quod locus esset vicinus civitati.

ANNOTATA.

C

a *Archdall,* Monasticon Hibernicum, *tom. I, p. 233, in not., tradit Bernardum designare monasterii patronum seu* erenach, *qui fuisse videtur caput gentium in quarum finibus monasterium fundatum fuerat. Cfr. etiam Bellesheim, op. cit., tom. I, p. 276.*

b *De monasterio Benchorensi in comitatu Dunensi, cfr. Archdall, op. cit., tom. I, pp. 221 sqq.; Reeves,* Ecclesiastical Antiquities of Down, Connor and Dromore, *pp. 152 sqq.*

c *De S. Congello cfr. commentarium Henschenii ad d. 10 maii.*

d *De S. Luano actum est* Act. SS., *tom. I Aug., pp. 339 sqq.*

e *S. Columbani Luxoviensis festus dies agitur 21 novemb. Cfr.* Act. SS. O. S. B., *saec. II, pp. 2 sqq.*

f *De continua psalmodia vid.* Act. SS., *tom. I Nov., p. 548 sqq.*

g *Ex iis quae apud Archdall, tom. cit., p. 233 in not., edita sunt, haec monasterii Benchorensis vastatio peracta creditur anno 956, cum a Danis abbas interfectus est. Sed haec nongentorum monachorum interemptio recensenda videtur inter gesta quae popularium traditio mirum in modum exaggerare noverit.*

h *De Scotorum aedificiis cfr.* Act. SS., *tom. XI Octob., p. 931 A. Mente tamen semper tenendum lapidea aedificia ab eis non fuisse aliena. Vid. Petrie,* Inquiry into the origin and use of the round towers of Ireland, *p. 136, 141, 343, 345.*

i *Mellifons, quinque miliaribus a Drogheda distans, in baronia de Ferrard comitatus Louth, erecta dicitur anno 1142. Videsis* Monasticon Anglicanum, *edit. 1830, tom. VI, part. II, p. 1133.*

k *Agitur de monasterio nuncupato* Viride Stagnum; *vide infra num. 35.*

CAPUT TERTIUM.

S. Malachias fit episcopus Connerthensis; construit monasterium Ibracense.

E

Factus episcopus Connerthensis,

10. [Episcopatum Conneretensem licet invitus suscipit.] — Vacabat tunc temporis episcopalis sedes *a*, et iamdiu vacarat *b*, Malachia nolente assentire, siquidem ipsum elegerant. Persistentibus tamen illis, tandem aliquando cessit, accedente ad vim faciendam mandato magistri sui, nec non et metropolitani. Tricesimo ferme aetatis suae anno Malachias consecratus episcopus introducitur Connereth: hoc enim nomen civitatis. Cum autem coepisset pro officio suo agere, tunc intellexit homo Dei, non ad homines se, sed ad bestias destinatum. Nusquam adhuc tales expertus fuerat in quantacumque barbarie: nusquam reppererat sic protervos ad mores, sic ferales ad ritus, sic ad fidem impios, ad leges barbaros, cervicosos ad disciplinam, spurcos ad vitam, christiani nomine, re pagani. Non decimas dare, non primitias [1] *c*, non legitima inire coniugia, non facere confessiones; paenitentias nec qui peteret nec qui daret, penitus [2] inveniri. Ministri altaris pauci admodum erant: sed enim quid opus plurium [3], ubi ipsa paucitas inter laicos propemodum otiosa vacaret? Non erat quod de suis officiis fructificarent [4] in populo nequam: nec enim in ecclesiis aut praedicantis vox aut cantantis audiebatur. Quid faceret athleta Domini? Aut cedendum turpiter, aut periculose certandum. Sed qui se pastorem et non mercenarium agnoscebat, elegit stare quam fugere, paratus et animam suam dare pro ovibus, si oportuerit. Et quamquam omnes lupi et oves nullae, stetit in medio luporum pastor intrepidus, omnimodis argumentosus quomodo faceret oves de lupis. Monere communiter, secreto arguere, flere per singulos, nunc aspere, nunc leniter convenire, prout cuique expedire videbat. In quibus per haec minus profecisset, cor contritum et humiliatum offerebat pro eis. Quoties noctes totas pervigiles duxit, extendens manus in oratione! Et cum venire ad ecclesiam nollent, per vicos et plateas occurrebat invitis, et circumiens civitatem, perquirebat anhelus quem Christo acquireret.

F

ferocem plebem ad bonam frugem adducit.

11. Sed et foris rura et oppida nihilominus saepius percurrebat cum sancto illo comitatu discipulorum suorum, qui numquam deerant lateri eius. Ibat et erogabat vel ingratis caelestis tritici

Num. 10. — [1] (d. n. p.) n. p. d. 3. — [2] om. 4. — [3] plurimum 2, 3. — [4] f. 0.

mensuram.

VITA

mensuram. Nec vehebatur equo, sed pedes ibat, et in hoc virum se apostolicum probans. Iesu bone, quanta passus est pro nomine tuo bellator tuus a filiis sceleratis! Quanta sustinuit ab [1] his ipsis [2], quibus et pro quibus loquebatur bona tibi! Quis digne exprimat in quantis vexatus, quibus affectus sit contumeliis, quibus iniuriis lacessitus, quoties lassatus [3] inedia, quoties afflictus in frigore et nuditate? Attamen cum his qui oderant [4] pacem erat pacificus, instans nihilominus opportune, importune. Blasphematus obsecrabat, iniuriatus opponebat scutum patientiae, et vincebat in bono malum. Quidni vicisset? Perseveravit pulsans, et secundum promissionem tandem aliquando pulsanti apertum est. Quomodo poterat non sequi quod Veritas pronuntiaverat secuturum? Dextera Domini fecit virtutem, quia os Domini locutum est veritatem. Cessit duritia, quievit barbaries, et domus exasperans paulatim leniri coepit, paulatim correptionem admittere, recipere disciplinam. Fiunt de medio barbaricae leges, romanae introducuntur; recipiuntur ubique ecclesiasticae consuetudines, contrariae reiciuntur; B reaedificantur basilicae, ordinatur clerus in illis, sacramentorum rite sollemnia celebrantur, confessiones fiunt ad ecclesiam, conveniunt plebes, concubinatus honestat celebritas nuptiarum: postremo sic mutata in melius omnia, ut hodie illi genti conveniat quod Dominus per prophetam dicit: *Qui ante non populus meus, nunc populus meus.*

Monasterium condit in dicione Cormaci regis.

12. [Monasterium Ibracense construit.] — Contigit post annos aliquot destrui civitatem a rege aquilonaris partis Hiberniae, quia ab aquilone panditur omne malum. Et forte malum illud bene utentibus bonum fuit. Quis scit enim si tali flagello Deus delere voluit mala antiqua populi sui? Istiusmodi Malachias necessitate compulsus, et ipse exiit cum turba discipulorum suorum. Nec otiosus exitus eius. Hac occasione monasterium Ibracense *d* constructum est, eunte illo Malachia cum suis numero centum viginti fratribus. Ibi occurrit ei Cormarcus [1] rex. Ipse est qui olim regno pulsus, sub cura Malachiae de misericordia Dei consolationem accepit; et locus ille situs in regno eius. Gavisus est rex viso Malachia, se et omnia sua exponens ei et his qui cum eo erant, C utpote non ingratus nec immemor beneficii. Adducta incontinenti [2] animalia multa ad usus [3] fratrum, multa insuper in auro et argento ad sumptus aedificiorum pro regia liberalitate collata. Ipse quoque erat intrans et exiens cum eis sedulus et officiosus, habitu quidem rex, sed animo discipulus Malachiae. Et benedixit loco illi Dominus propter Malachiam, et in brevi factus est magnus rebus [4], possessionibus et personis. Ubi velut de novo incohans, legem et disciplinam, quam aliis imponebat, magis ipse portabat episcopus et magister. Ipse in ordine vicis suae, coquinae ministerio inserviebat; ipse fratribus cum recumberent ministrabat. Inter succedentes sibi [5] invicem fratres ad cantandum legendumve in ecclesia, non se praeteriri patiebatur, strenue implens et ipse officium loco suo, tamquam unus ex illis. Sanctae paupertatis non modo participem, sed et principem se exhibebat, ipsius praecipue super omnes abundantius aemulator existens.

D

ANNOTATA.

a *De sede Connerthensi cfr.* Acta SS., *ad d. 3 septemb., tom. I, p. 662, et Reeves,* Ecclesiast. Antiq., *pp. 237 sqq.; Ware,* De episcopis Hiberniae, *pp. 217 sqq.*

b *Reeves, op. cit., p. 242, notat Flann Oscula episcopum anno 1118 vita migrasse.*

c *Id apud Hibernos non viguisse constat ex canone III concilii Cassiliensis:* Tertio quod universi fideles Christi decimas animalium frugum, ceterarumque proventionum ecclesiae, cuius fuerint parochiani, persolvant.

d *Aliqui opinantur locum istum esse districtum qui nuncupatur* Iveragh, *quae est baronia quaedam in comitatu Kerry. Videsis O'Hanlon,* The Life of St. Malachy, *p. 55, in notis.*

CAPUT QUARTUM.

Factus archiepiscopus Armachanus, multas patitur vexationes. Pace facta, ex Armachano fit Dunensis episcopus. E

Armachanus episcopus designatus, sed ab intruso prohibitus,

13. [Fit archiepiscopus seu primas Hiberniae.] — Dum haec ita aguntur, contigit infirmari archiepiscopum Celsum: ipse est qui Malachiam in diaconem, presbyterum, episcopumque ordinavit. Et cognoscens quia moreretur, fecit quasi testamentum, quatenus Malachias deberet succedere sibi, quod nullus [1] videretur dignior qui episcoparetur in sede prima. Hoc praesentibus indixit, hoc mandavit absentibus, hoc specialiter ambobus Mumoniae regibus et maioribus terrae, sancti Patricii auctoritate praecepit. Cuius reverentia et honore, tamquam apostoli illius gentis, qui totam patriam convertisset ad fidem, sedes illa, in qua et vivens praefuit, et mortuus requiescit, in tanta ab initio cunctis veneratione habetur ut non modo episcopi et sacerdotes et qui de clero sunt, sed etiam regum ac principum universitas subiecta sit metropolitano in omni oboedientia, et unus ipse omnibus praesit. Verum mos pessimus inoleverat quorundam diabolica ambitione potentum, sedem sanctam obtentum iri hereditaria succes- F sione. Nec enim patiebantur episcopari nisi qui essent de tribu et familia sua. Nec parum processerat exsecranda successio, decursis iam in hac malitia quasi generationibus quindecim *a*. Et eousque firmaverat sibi ius pravum, immo omni morte puniendam iniuriam, generatio mala et adultera ut, etsi interdum defecissent clerici de sanguine illo, sed episcopi numquam. Denique iam octo [2] exstiterant ante Celsum viri uxorati et absque ordinibus, litterati tamen. Inde tota illa per universam Hiberniam, de qua superius diximus, dissolutio ecclesiasticae disciplinae, censurae enervatio, religionis evacuatio; inde illa ubique pro mansuetudine christiana, saeva subintroducta barbaries, immo paganismus quidam inductus sub nomine christiano. Nam, quod inauditum est ab ipso christianitatis initio, sine ordine, sine ratione mutabantur et multiplicabantur episcopi pro libitu metropolitani, ita ut unus episcopatus

Num. 11. — [1] pro 4. — [2] *om.* 4. — [3] lassus 4. — [4] oderunt 3.
Num. 12. — [1] Cormalcus 4. — [2] in conventu 4. — [3] usum 3. — [4] et *add.* 3. — [5] *om.* 4.
Num. 13. — [1] alius *add.* 4. — [2] novem 4.

uno

A uno non esset contentus, sed singulae paene ecclesiae singulos haberent episcopos *b*. Nec mirum : nam quomodo tam morbidi capitis membra valerent ? Pro his Celsus atque huiusmodi malis populi sui vehementer dolens, erat enim vir bonus et timoratus, curavit omni modo habere sibi successorem Malachiam, quod per ipsum confideret posse explantari male radicatam successionem, qui carus esset omnibus et quem omnes aemularentur, et Dominus erat cum eo Nec frustratus est a spe sua. Nam illo mortuo, substitutus est Malachias, non tamen mox, neque id facile. Ecce enim de semine nequam qui occupet locum, Mauricius nomine *c*. Is per quinquennium, fretus potentia saeculari, incubavit ecclesiae, non episcopus, sed tyrannus. Nam vota piorum magis in Malachia [3] convenerant. Denique suadebant eum subire onus iuxta constitutionem Celsi, sed ille, qui omne sublime haud secus quam suum praecipitium declinabat, bonam sibi videbatur nactus occasionem excusandi, quod per id temporis introitus eius pacificus esse non posset. Instabant tam sancto operi et sollicitabant omnes ; duo potissimum episcopi Malchus et Gillebertus [4] *d* ; quorum prior ipse est senior Lesmoriensis, de quo supra mentio facta est ; alter, quem aiunt prima functum legatione apostolicae sedis per universam Hiberniam. Qui triennio iam decurso in hac praesumptione Mauricii et Malachiae dissimulatione, non ferentes ultra ecclesiae adulterium, dedecusque Christi, convocatis episcopis et principibus terrae, uno spiritu adeunt Malachiam, parati vim facere. At ille renuere primum, praetendere siquidem difficultatem rei, nobilis illius [5] prosapiae multitudinem, fortitudinem, ambitionem ; multum esse ad se pauperculum opponere se tot, tantis, talibus, taliter radicatis, qui iam annos ferme ducentos quasi hereditate possedissent sanctuarium Dei, et nunc quoque id praeoccupassent ; non posse illos exstirpari, nec cum mortibus hominum quidem ; sua non interesse fundi humanum sanguinem occasione sui ; postremo iunctum [6] se sponsae alteri, quam dimittere non liceret.

tandem precibus amicorum annuit, sed extra civitatem degit.

14. Verum illis e contrario [1] instantibus et clamantibus quia a Domino sermo egressus est, sed et tota auctoritate iubentibus subire onus, atque intentantibus anathema : *Ad mortem*, inquit, *ducitis me ; sed oboedio spe martyrii, hac tamen condicione, ut si iuxta fidem vestram res in melius cedat, et vindicet sibi Deus suam hereditatem a diripientibus eam, tunc* [2] *demum, omnibus consummatis et ecclesia pacem habente, liceat mihi* [3] *redire ad priorem sponsam meam et amicam, de qua rapior, paupertatem, et pro me illic alium substituere, qui tunc forte repertus idoneus fuerit.* Nota, lector, virtutem viri et animi puritatem, nec honorem scilicet affectantis, nec formidantis mortem pro Christi nomine. Quid hoc animo purius, quidve fortius, ut se exponens periculo et labori, alteri fructum cedat, ipsam in loco principatus securitatem et pacem ? Facit hoc cum liberum sibi ex pacto retinet reditum ad paupertatem, pace et libertate ecclesiae restituta. Spondentibus illis, demum acquievit voluntati eorum, vel potius Dei, a quo sibi iam olim praeostensum recordabatur quod de se modo dolebat [4] fieri. Nempe iam aegrotante Celso, apparuit Malachiae, et quidem longe posito et nescienti, mulier procerae staturae et reverendi vultus. Percontanti quaenam esset, responsum est esse uxorem Celsi. Quae ei tradens [5] virgam pastoralem quam manu tenebat, disparuit. Paucis decursis diebus, Celsus moriens misit baculum suum Malachiae, tamquam sibi successuro : quem ut vidit, agnovit ipsum esse quem viderat. Huius praecipue recordatio visionis terruit Malachiam, ne, si quod diu satis dissimularat, ultra renueret, divinae iam videretur resistere voluntati. Verumtamen civitatem non intravit, quandiu ille incubator vixit, ne hac occasione contingeret mori quemquam ex his quibus vitam magis ministraturus veniebat. Ita per biennium (nam id temporis supervixit ille), agens, extra urbem strenue in universa provincia opus episcopale exercuit.

Tempestati imperat, quae inimicos vexat, ipsum et amicos servat incolumes.

15. [INSIDIAS EVADIT INCOLUMIS, AUCTORIBUS MALE PERDITIS.] — Illo igitur celeri morte facto de medio, rursum Nigellus *e* quidam, immo vere [1] nigerrimus, sedem praeripuit. Et in hoc animae suae Mauricius adhuc vivens providerat, ut hunc haberet heredem ; in quo, qui damnandus exibat, operibus adicere damnationis persisteret : erat enim et ipse ex damnata progenie, cognatus Mauricii. Ceterum rex et episcopi et fideles terrae nihilominus convenerunt, ut introducerent Malachiam. Et ecce consilium malignantium ex adverso. Quidam de filiis Belial, promptus ad malitiam, potens in iniquitate, sciens locum ubi pariter convenire decrevissent, multis aggregatis sibi, latenter vicinum occupat collem eminentem e regione : unde illis tractantibus alia, repentino impetu super incautos irruerent, et interficerent innocentes. Condixerant enim etiam regem cum episcopo trucidare, ut non esset qui vindicaret sanguinem iustum. Res innotuit Malachiae ; et intrans ecclesiam, erat enim prope, elevatis manibus oravit ad Dominum. Et ecce nubes et caligo, sed et tenebrosa aqua in nubibus aeris, diem verterunt in noctem ; fulgura quoque et tonitrua et horribilis [2] spiritus procellarum diem ultimum minitantur vicinamque elementa intentant omnia mortem. Et ut scias, lector, quod oratio Malachiae concusserit elementa, solos intercepit tempestas qui quaerebant animam eius, solos [3] turbo tenebrosus involvit qui paraverant opera tenebrarum. F
Denique ipse qui princeps exstiterat tanti mali, fulmine percussus interiit cum tribus aliis, et fuere consortes mortis, qui fuerant participes sceleris. Quorum sequenti die inventa sunt corpora semiusta et putrida, haerentia ramis arboreis [4], ubi quemque spiritus elevans allisisset. Alii quoque tres semivivi inventi sunt ; ceteri omnes circumquaque dispersi. Illos autem qui cum Malachia erant, quamvis proximos loco, tempestas omnino non tetigit nec quicquam molestiae intulit. In facto isto recens capimus experimentum veritatis verbi illius, quia *oratio iusti penetrat caelos;* sed et novum antiqui exemplum miraculi, quo olim tota Aegypto versante in tenebris, solus Israel in lumine mansit, dicente scriptura : *Ubicumque Israel erat, lux erat.* Hic mihi occurrit et factum sancti Eliae, nunc quidem ab extremis terrae nubes et pluvias educentis, nunc vero super blasphemos evocantis ignem de caelo. Et modo de simili clarificatus est Deus in servo suo Malachia.

[3] Malachiam 4. — [4] Gislebertus 4. — [5] ipsius 3. — [6] vinctum 3.
Num. 14. — [1] contra 3. — [2] tum 2, 3. — [3] *om.* 2, 4. — [4] doleat 4. — [5] trad. ei 4.
Num. 15. — [1] vero 3. — [2] horribiles 4. — [3] solus 3. — [4] arborum 4.

16. [HOSTES

Nigello insignia sedis Armachanae retinente, et dolos in Malachiam machinato,

16. [Hostes seu aemulos in ipsum armatos virtute animi et constanti in Deum fide lenit, sibique conciliat.] — Anno aetatis suae tricesimo octavo pauper Malachias, pulso incubatore, intravit Ardmacha, pontifex et metropolitanus totius Hiberniae. Rege vero ceterisque qui introduxerant eum ad propria remeantibus, ipse remanet in manu Dei, et remanent illi foris pugnae, intus timores. Nam ecce viperea soboles, frendens et vociferans se exhereditari, tota se intus et foris suscitat adversus Dominum et adversus Christum eius. Porro Nigellus videns sibi imminere fugam, tulit secum insignia quaedam sedis illius, textum scilicet Evangeliorum *f*, qui fuit beati Patricii, baculumque auro tectum et gemmis pretiosissimis adornatum, quem nominant baculum Iesu *g*, eo quod ipse Dominus, ut fert opinio, eum suis manibus tenuerit atque formaverit: et haec summae dignitatis et venerationis in gente illa. Nempe notissima sunt celeberrimaque in populis atque in ea reverentia apud omnes ut qui illa habere visus fuerit, ipsum habeat episcopum populus stultus et insipiens. Ibat homo gyrovagus, et alter satanas circuibat terram et perambulabat eam, insignia sacra circumferens; quae ubique ostentans, ubique eorum gratia receptabatur, concilians sibi per haec animos omnium, et a Malachia quosque potuisset avertens. Haec ille. Erat autem princeps quidam de potentioribus iniquae progeniei, quem rex priusquam civitatem exiret, iurare coegerat pacem tenere episcopo, acceptis ab eo insuper obsidibus multis. Is post regis exitum nihilominus civitatem ingressus, consilium habuit cum propinquis et amicis, quomodo sanctum dolo tenerent et occiderent; timebant vero plebem. Et coniurantes in necem Malachiae, constituere locum et diem, et traditor dedit eis signum. Ipso die cum vespertina iam sollemnia in ecclesia celebraret antistes cum universo clero et multitudine populi, mittit ad ipsum nequam ille in verbis pacificis, in dolo rogans quatenus ad se dignetur descendere ut faciat pacem. Respondentibus qui assistebant, ipsum potius ad episcopum debere venire, ecclesiam esse competentiorem locum firmandae pacis, siquidem praesenserant dolum, subiungunt qui missi erant, hoc tutum non esse principi: timere eum[1] capiti suo, nec se credere turbis, quae se ante hos dies causa episcopi propemodum interemissent. Contendentibus in hunc modum, illis quidem ut iret, istis vero ne iret, episcopus cupidus pacis, et mortis non timidus: *Sinite*, inquit, *fratres, sinite me imitari magistrum meum; sine causa sum christianus, si Christum non sequor. Forte flecto humilitate tyrannum; et si non, vinco tamen exhibens ovi pastor, sacerdos laico, quod mihi ille debuerat. Vos quoque, quod in me est, non parum aedifico exemplo tali. Quid enim si contingat occidi? Non recuso mori, ut vos vitae ex me teneatis exemplum. Oportet episcopum, ut ait episcoporum princeps, non dominari in clero, sed formam fieri gregis: haud aliam sane formam, quam ab illo accepimus qui humiliavit semetipsum, factus oboediens usque ad mortem. Quis mihi det hanc relinquere filiis signatam sanguine meo? Experimini certe, an sacerdos vester digne satis a Christo didicerit mortem non timere pro Christo.* Et surgens coepit ire, flentibus cunctis et supplicantibus, ne tantum cuperet pro Christo mori, ut tantum Christi gregem desolatum relinqueret.

incolumis evadit iste, et Nigellum reddere insignia cogit.

17. Verum ille, totam spem suam ponens in Domino, tota alacritate perrexit, tribus tantum comitatus discipulis, paratis mori cum eo. Qui ut calcato limine domus repente se medio intulit armatorum, scuto fidei ipse munitus, concidere facies omnium, quia pavor irruit super eos, ita ut dicere posset episcopus: *Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.* Hoc verbum verum est. Videres hostiam stantem, carnifices ferro armatis manibus undique circumstantes, et qui immolaret non erat. Putares stupere lacertos, sic non fuit qui extenderet manum. Nam et is quoque qui caput militiae videbatur, assurgit ei potius quam insurgit. Ubi[1] signum, o homo, quod dederas in mortem pontificis? Hoc magis honoris quam mortis signum deferre est[2], hoc[3] non mortem inferre. Res mira, pacem offerunt qui necem paraverant. Non est quod abnuat qui et vitae periculo quaesierat eam. Itaque facta est pax, et tam firma ut ab illa die hostem sacerdos non modo pacatum habuerit, sed subditum, sed[4] devotum. Quo audito, fideles quique gavisi sunt, quod non modo salvatus sit sanguis innoxius in die illa, sed et nocentium multorum animae Malachiae meritis evaserint ad salutem. Et apprehendit omnes circumquaque timor, audientes quomodo duos inimicorum eius, qui viderentur ferociores et fortiores[5] in generatione sua, sic subita virtute prostravit Deus: istum loquor qui in manibus est, et eum de quo superius dixi. Alterum enim terribiliter multatum in corpore, alterum misericorditer mutatum in corde, ambos mirabiliter comprehendit in consiliis quae cogitabant. His ita peractis, coepit iam in civitate episcopus tota libertate disponere et ordinare de omnibus pertinentibus ad ministerium suum, non tamen sine continuo discrimine vitae suae. Nam etsi iam nemo qui palam noceret, ab insidiantibus tamen nec locus satis tutus episcopo erat nec tempus feriatum. Et deputati sunt ei viri armati ad custodiam die ac nocte; sed ille magis in Domino confidebat. Fuit vero consilium, praefatum schismaticum insequi, eo quod seduceret multos ex insignibus quae ferebat, suadens omnibus se episcopum esse debere, et sic sollicitans plebes adversus Malachiam atque ecclesiae unitatem. Et fecit sic, et sine difficultate ita in brevi universas sepivit vias eius per gratiam sibi a Domino datam et quam habebat ad omnes, ut malignus ille coactus sit dare manus, reddere insignia et quiescere de reliquo in omni subiectione. Ita Malachias, licet[6] per multa pericula et labores, prosperabatur in dies et confortabatur magis ac magis abundans in spe et virtute Spiritus sancti.

Vir quidam Malachiam lacessens, poenas divinitus illatas luit.

18. [Deus Malachiae detractores punit.] — Nec modo malefactores, sed et detractores Malachiae corripuit Deus. Quidam, verbi gratia, gratiam habens principum et potentum, etiam ipsius regis, quod esset adulator et garrulus et potens in lingua, favebat per omnia adversariis Malachiae et procaciter tuebatur partem eorum; sancto vero et praesenti resistebat in facie, et detrahebat absenti, irreverenter occurrens ei in omni loco, maximeque ubi celebrioribus illum sciret interesse conventibus. Sed cito digna linguae procacis mercede donatus est. Intumuit et computruit lin-

Num. 16. — [1] *om.* 4.
Num. 17. — [1] quaeso *add.* 4. — [2] *om.* 4. — [3] hos 4. — [4] (sed s. s. d.) sed devotum s. subd. 4. — [5] (et f.) *om.* 4. — [6] de reliquo *add.* 1, 3.

gua

A gua maledica, vermibus ex ea scatentibus et diffluentibus toto ore blasphemo quos per septem ferme dies incessanter vomens, tandem cum illis miseram exspuit animam. Loquente coram aliquando Malachia et populum exhortante, mulier quaedam infelix ausa est interrumpere sermonem clamoribus improbis, non deferens sacerdoti et spiritui qui loquebatur. Erat autem de progenie impia, et spiritum habens in naribus, blasphemias contumeliasque evomebat in sanctum, dicens hypocritam et invasorem alienae hereditatis, sed et calvitiei illius improperans. At ille nihil respondit ei, sicut erat verecundus et mitis; sed Dominus respondit pro eo. Versa illa in insaniam est, Domino iudicante: et crebris vocibus clamitans se suffocari a Malachia, morte demum horrenda luit peccatum blasphemiae. Sic misera assumens adversus Malachiam improperium Elisaei, vere illum sibi alterum experta est Elisaeum. Porro quia causa pestilentiae cuiusdam ortae in civitate, multitudinem cleri et populi sollemniter cum memoria sanctorum tunc foras eduxerat, nec [1] hoc quidem praetereundum quod, orante Malachia,
B pestilentia ilico conquievit. Ex hoc iam qui mutiret adversus eum non fuit, dicentibus, qui de semine Chanaan sunt [2]: *Fugiamus Malachiam, quia Dominus pugnat pro eo.* At sero istud: quia zelus Domini, ubique occurrens eis, persecutus est eos usque ad internecionem. Quomodo intra paucos dies periit memoria eorum cum sonitu? Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam? Grande hodieque miraculum facit tam velox generationis
h illius deletio *h*, his praesertim qui eorum noverant superbiam atque potentiam. Multa quidem et alia signa fuere, quibus Deus glorificavit nomen suum, et servum suum inter sudores et pericula confortavit. Quis digne commemoret? Non tamen omnia praeterimus, etsi non sufficimus ad omnia. Propter seriem autem narrationis, ne impediatur, aliqua quae dicturi sumus reservamus in finem.

Post triennium, Malachias, sede Armachana resignata, Dunensem ecclesiam a Connerthensi separatam resumit.

19. [Sedem metropolitanam paci redditam resignat.] — Igitur Malachias intra triennium reddita retributione superbis, et libertate ecclesiae restituta, pulsa barbarie, et reformatis ubique moribus christianae religionis, videns omnia in pace esse, coepit cogitare et de sua pace; et memor propositi sui constituit pro se Gelasium *i*, virum bonum et dignum tali honore, conniventibus [1] clero et [2] populo, quin potius sustinentibus propter pactum; nam alias durum visum omnino. Quo consecrato, regibusque ac principibus attentius commendato *k*, ipse, clarus miraculis et triumphis, ad suam parochiam redit [3], non tamen Connereth. Et audi causam dignam relatu. Dioecesis illa duas fertur habuisse antiquitus episcopales sedes, et duos exstitisse episcopatus. Id visum melius Malachiae. Itaque quos ambitio conflavit in unum, Malachias revocavit in duos, partem alteri episcopo cedens, partem retinens sibi. Et propterea non venit Connereth quod in ea iam episcopum ordinasset; sed Dunum se contulit, disterminans parochias, sicut in diebus antiquis. O purum cor, o oculum columbinum. Locum tradidit novo episcopo qui videretur paratior, principalior haberetur, locum in quo sederat ipse. Ubi sunt qui de terminis litigant, pro uno viculo perpetes ad invicem inimicitias exercentes? Nescio si quod genus hominum magis quam istos antiquum vaticinium tangat: *Secuerunt praegnantes Galaad ad dilatandum terminos suos.* Sed hoc alias. Malachias factus Dunensis episcopus confestim more suo curavit asciscere ad solatium sibi de filiis suis conventum regularium clericorum. Et ecce rursus accingitur, quasi novus Christi tiro, ad spirituale certamen; rursus induitur arma potentia Deo, sanctae paupertatis humilitatem, rigorem disciplinae coenobialis, otium contemplandi, orandi assiduitatem: quae tamen omnia voto magis valuit diu tenere quam actu. Etenim universi confluebant ad eum; nec modo mediocres, sed et nobiles et potentes illius se sapientiae et sanctitati instruendos, corrigendos, committere festinabant. Et ipse interdum ibat et exibat seminare semen suum, disponens et decernens tota auctoritate de rebus ecclesiasticis, tamquam ex apostolis unus. Et nemo illi dicebat: *In qua potestate haec facis?* videntibus cunctis signa et prodigia quae faciebat, et quia ubi spiritus Domini, ibi libertas *l*. VITA

Num. 18. — [1] ne 2. — [2] *om.* 2.

Num. 19. — [1] conventibus 4. — [2] *om.* 3. — [3] rediit 2-4.

ANNOTATA.

E a *Ad haec Bernardi verba illustranda iuvabit subiecisse quae scribit Colgan* (1): Quod autem de hereditaria usurpatione illius sedis "quasi generationibus quindecim," ait, si bene intellegatur, ego vel plane verum vel vero propinquum existimo et ostendo. Nam per generationem, ut male quidam interpretantur, non intellegit aetatem unius hominis, nec etiam spatium viginti annorum, et multo minus saeculum integrum, cum fides Christi non duraverit tot saeculis ante S. Bernardum; sed vel successionem unius episcopi loco alterius ex eadem familia, nam ut mox ostendam, quindecim tales generationes seu successiones episcoporum ex eadem familia reperiuntur; vel saltem per generationem intellegit aetatem habilem ad generandum, hoc est in viris aetatem quattuordecim annorum, ut colligitur ex ipso postea ibidem subdente "qui annos ferme ducentos quasi hereditate possident sanctuarium Dei." Ergo per generationes fere quindecim solum intellegit annos ferme ducentos. Et totidem vel amplius annis illam quasi hereditariam successionem durasse duo mihi probant argumenta. Primum, quod facies ecclesiae hibernicae ab anno Christi 440 usque ad annum circiter 840 florentissima, et nulli alteri in Europa interea cedens coeperit declinare et paulatim deficere per annos fere ducentos quibus postea inter congressus et pugnas et conflictus non annuos tantum, sed paene menstruos et aliquando cotidianos duravit illud continuum bellum inter Hibernos et ferocissimam et ea aetate praepotentem gentem Nortmannorum, hoc est Danos et Norwegos, aliosque adiacentes.... Cessante hac diutina tempestate, et caesis debellatisque Nortmannis in praelio Cluantarbensi, anno 1013, successit et alia patriae toti eiusque ecclesiasticae disciplinae et religioni non minus perniciosa, qua principibus regni de suprema rerum administratione per continuos conflictus ab anno 1013 usque ad 1105 et ultra contendentibus, disciplina ecclesiastica et religio plurimum et fere usque ad excidium labefactata est, donec tandem S. Celsus illo anno 1105 creatus archiepiscopus Armachanus exulantem pietatem et neglectam disciplinam strenue conatus fuerit restituere. Non est ergo mirum si inter tam cala- F

(1) *Trias Thaumaturga*, pp. 301 sqq.

VITA mitosas tempestates aliqua potens familia et praesertim illa quae sedi Armachanae exstruendae locum et multa praedia contulit conata fuerit eidem sedi suae cognationes antistites praeficere, et sic quasi hereditario iure possidere sanctuarium Dei. Secundum quod promisi argumentum, non solum illam hereditariam successionem antistitum in eadem familia reddit credibilem, sed et de facto vere ita contigisse demonstrare videtur. Nam, ut ex supra praedictis in hoc chronologico catalogo constat, ab anno 925, quo mortuo B. Maelbrigido, filio Formani, in episcopatu Armachano defuncto, suffectus est Ioseph, usque ad annum 1129, quo S. Celsus eorum ultimus obiit, reperiuntur quindecim episcopi ex eadem familia et spatio circiter ducentorum annorum sibi invicem successisse.

b *De hac re cfr.* Acta SS. *Octobr., tom. XII, p. 885, ann. c, et p. 888, ann. b.*

c *Muircheartach, quem S. Bernardus Mauricium vocat, filius Domhnall, ex Quattuor Magistrorum fide, anno 1129 S. Patricii successionem occupavit, anno autem 1133 felici exitu visitavit* B *Tireoghain, quae regio, testante O'Donovan,* Annals of the Kingdom of Ireland by the four Masters, *tom. VII, p. 111, est Tyrone in Ulster ; tandem anno 1134, 17 septembris, post martyrii ac paenitentiae victoriam, vita cessit. In* Annalibus de Loch-cé *(Londinii, 1871) tom. I, p. 127, dies designatur qua Celso suffectus est Mauritius, scilicet quinta aprilis.*

d *De Gilberto, qui, ineunte saeculo duodecimo, obtinuit sedem episcopalem in Limerick Quattuor Magistri siluisse videntur. Ex iis tamen quae King,* Memoir introductory to the early History of the Primacy of Armagh, *p. 82, ab Historia hibernica opera Keating conscripta, est mutuatus constat Gilbertum anno 1118 praefuisse consilio congregato in Rat Breasail, qui locus iuxta eundem King, p. 83, esset Mountrath in comitatu de Leinster.*

e *De Nigello, qui et Niall, filio Aedhi, haec nos docuerunt Quattuor Magistri : anno 1134, S. Patricii successionem obtinuit; sed hac fuit a* Malachia *eodem anno privatus. Anno tamen 1136, recedente* Malachia, *hanc iterum, sed ad breve tempus, adeptus est, nam anno 1137 Gelasius ea donatus est ; tandem post ferventissimam poenitentiam obiit mor-* C *tem anno 1137.*

f *Iste codex quem sanctus Patricius in Hiberniam tendens de caelis accepisse fertur, ob capsulam argenteam in qua reconditus est,* Domnach Airgid *nuncupatus, hodie Dublini in regia hibernica Academia asservatur. Vid. Bellesheim, op. cit., tom. I, p. 616.*

g *De baculo Iesu cfr.* Act. SS., *tom. II Martii, p. 545.*

h *Haec oratorie sunt dicta. Nam Colgan* (1) *animadvertit hanc generationem et sua aetate exstare.*

i *Die 27 martii inter praetermissos reposuerunt antecessores nostri Gelasium hunc, quem Hiberni vocant Gilla mac liag. De quo Chronicon Hyense apud Reeves,* Life of S. Columba by Adamnam, *p. 404, haec habet : "Gilla mac liag, filius Ruaidhri, airconnech de Doire, post XVI annos in abbatia transactos, electus est in abbatem de Armacha, vice Neill, filii Aidi. „ Quod et commemorant Quattuor Magistri ad annum 1137 scribentes : Armachae Airchinneach de Doire, loco Niall. Doire autem, auctore* D *O'Donovan, op. cit., tom. VII, p. 48, dicemus Londonderry.*

k *Hanc in sede Armachana mutationem narrat Colgan in Vita Gelasii* (2) *hoce modo :* Ceterum ille infelix incubator Nigellus, de quo supra, necdum desiit Armachanae sedi incubare ; quinimmo ratus, abeunte ea dignitate S. Malachia, faciliorem suae ambitionis promovendae apertum iri viam, denuo institit, seque iterato in eam sedem amicorum potentia fretus intrusit. *Haec a Lanigan*(3) *impugnata fuerunt, tum propter silentium Bernardi, tum propter certum eius testimonium referentis*(4) *Nigellum coactum fuisse* quiescere de reliquo in omni subiectione. *Litem dirimere nolim, sed cl. v. Lanigan argumenta non sunt valde stringentia. Ipse Bernardus num. 18 iterum agit de fautorum Nigelli insolentia, atque ubi* Malachias *sedem Armachanam abdicavit, ecclesiae Gelasiique fata ei nulli curae erant.*

l *Fertur* Malachias *anno 1137 reaedificasse ecclesiam Dunensem sancto Patricio sacram* (5).

E

CAPUT QUINTUM.

Peregrinatio romana ; miracula quae in ea patrata sunt.

20. [Romam proficisci deliberat, pallium a Pontifice petiturus.] — Visum tamen sibi non tute satis actitari ista absque Sedis apostolicae auctoritate, et Romam proficisci deliberat : maximeque quod metropolicae sedi deerat adhuc et defuerat ab initio pallii usus, quod est plenitudo honoris, et visum est bonum in oculis eius, si ecclesia pro qua tantum laborarat quem hactenus non habuerat, suo acquireret studio et labore. Erat et altera metropolica sedes *a* quam de novo constituerat Celsus, primae tamen sedi et [1] illius archiepiscopo subdita tamquam primati ; et huic quoque optabat nihilominus pallium Malachias, confirmarique auctoritate Sedis apostolicae praerogativam, quam beneficio Celsi adipisci meruerat. Innotescente proposito, displicuit fratribus, necnon et magnatibus et populo terrae. Omnes enim intolerabilem sibi iudicabant tam diutinam omnium pii parentis absentiam, et quod metuerent de morte ipsius. Contigit interea mori germanum eius, Christianum nomine, virum bonum, plenum gratiae et virtutis *b*. Episcopus erat, illi quidem secundus in celebri opinione, sed vitae sanctimonia et iustitiae zelo forte non impar. Huius decessus magis terruit universos, et discessum Malachiae reddidit molestiorem. Dicebant autem nullo modo assentiendum unici peregrinationi patroni, ut non desoletur omnis terra, si duabus tantis columnis sub uno momento temporis destituatur. Ergo omnes pariter contradicunt. Et vim faciebant, cum ille divinam ultionem minatus est. Non tamen destitere illi, nisi, missa sorte, prius Dei voluntas super hoc interrogaretur. Prohibente illo, nihilominus mittunt ; sed illa pro Malachiae parte ter respondisse inventa est : nec enim una contenti vice fuere, cupidi retinendi eum. Demum cedentes, dimittunt illum, non tamen sine ploratu et ululatu multo. Sed ne quid imperfectum relinqueret, tractare coepit quo-

Malachias *Edanum, loco fratris sui defuncti, in episcopum consecrat,*

a

F

b

Num. 20. — [1] *om.* 4. —

(1) *Trias Thaumaturga*, p. 302. — (2) *Acta SS. Hiberniae*, p. 774. — (3) Op. cit., p. 103. — (4) Vide supra, num. 17. — (5) Brenan, *Hist. eccl.*, tom. I, p. 332.

modo

A modo defuncti fratris semen suscitaret. Et accersitis ad se tribus [2] discipulis suis, anxius aestuabat quisnam dignior ad hoc opus sive utilior videretur. Et diligenter intuitus singulos : *Tu,* inquit, *o Edane,* sic enim vocabatur unus, *suscipe onus.* Illo cunctante et flente : *Ne timeas,* ait. *Tu enim mihi a Domino designatus es, quia annulum aureum, quo desponsandus es, iam nunc praevidi in digito tuo.* Acquievit ille, et Malachias eo consecrato proficiscitur *c.* Cumque egressus de Scotia pervenisset Eboracum, sacerdos quidam, Sycarus nomine, intuitus eum agnovit. Nec enim faciem eius viderat ante, sed cum haberet spiritum prophetiae, revelatum fuerat ei iampridem de illo ; et nunc incunctanter circumstantibus digito eum demonstrans : *Hic est,* inquit, *de quo dixeram quia de Hibernia sanctus veniet pontifex, qui scit cogitationes hominum.* Sic non potuit latere lucerna sub modio, prodente eam per os Sycari Spiritu sancto qui illam accenderat. Nam et multa secreta de esse suo suorumque dicta sunt ei a Sycaro, quae ita esse vel fuisse omnia recognovit. Sed et sociis Malachiae percontantibus de suo reditu, respon-

B dit Sycarus incunctanter, quod post rei probavit eventus, paucos videlicet admodum de numero illo cum episcopo redituros. Illi, audito hoc, suspicati sunt mortem : sed Deus aliter adimplevit. Nempe rediens ab urbe quibusdam apud nos, quibusdam et in aliis locis ad discendam conversationis formam relictis, iuxta verbum Sycari, cum paucis admodum repatriavit. Haec de Sycaro. In ipsa urbe Eboracensi, accessit ad eum vir nobilis secundum saeculum, Wallenus [3] nomine *d,* tunc prior in Kirkeham *e* regularium fratrum ; nunc vero monachus et monachorum pater in Mailros, monasterio ordinis nostri *f,* qui devotus Malachiae se orationibus satis humiliter commendavit. Is advertens multos habere episcopum socios et equos paucos, nam praeter ministros et clericos alios, quinque cum eo erant presbyteri, et equi non nisi tres, obtulit ei suum, quo ipse vehebatur, hoc solum dolere se inquiens, quod esset runcinus dure portans, et addidit [4] : *Libentius dedissem si melior fuisset ; sed, si dignamini, ducite qualemcumque vobiscum.* — *Et ego,* ait episcopus, *eo libentius accipio quo praedicas viliorem : quia non potest mihi vile esse quicquid tam pretiosa voluntas obtu-*

C *lerit.* Et conversus ad suos : *Hunc,* inquit, *sternite mihi quia commodus satis et sufficiens erit in longum* g. Quo facto, ascendit et primo quidem durum, ut erat, sentiens, postmodum mira mutatione valde commodum sibi et suaviter ambulantem invenit. Et ne caderet super terram de sermone quem dixerat, usque ad nonum annum, quo mortuus est ipse, non defecit ei, factus optimus et pretiosissimus palefridus. Quodque evidentius miraculum cernentibus fecit, de subnigro coepit albescere, et non multo post vix inveniebatur albior illo.

Romam tendit, ubi benigne excipitur ab Innocentio II, venitque in Claramvallem.

21. [Romam tendens et inde rediens Claramvallem visitat.] — Mihi quoque in hac [1] via datum est videre virum, et in eius visu et verbo refectus sum et delectatus sum sicut in omnibus divitiis. Et ego vicissim, peccator licet, inveni gratiam in oculis eius ex tunc et deinceps usque ad obitum ipsius, sicut in prooemio praefatus sum. Ipse etiam dignatus divertere ad [2] Claramvallem, visis fratribus, compunctus est, et illi non mediocriter aedificati in praesentia et sermone eius. Et acceptans locum et nos, atque intimis visceribus colligens, valedixit nobis et abiit. Qui transalpinans cum venisset Yporiam *h* civitatem Italiae, hospitis sui parvulum filium, qui male habens moriturus erat [3], continuo sanavit. Erat tunc temporis in Sede apostolica felicis memoriae secundus Innocentius papa : qui eum benigne suscepit, humane satis illi super longa peregrinatione compassus. Et primo quidem Malachias, quod altius infixerat animo, cum multis lacrimis implorabat licere sibi vivere et mori in Claravalle, permissu et benedictione summi pontificis. Et petiit hoc, non oblitus ad quod venerat, sed affectus quo [4] venerat desiderio Claraevallis ; non autem obtinuit, quod vir apostolicus lucris potius uberioribus occupandum decerneret. Non [5] tamen omnino frustratus est a desiderio cordis sui, cui mori ibi, etsi non vivere, donatum est. Mensem integrum fecit in urbe, loca sancta perambulans et frequentans causa orationis. Cumque per id temporis saepe ac diligenter ab eo et ab his qui cum eo erant summus pontifex inquisisset esse patriae, mores gentis, statum ecclesiarum, et quanta in terra Deus per eum [6]

E operatus fuisset, paranti iam repatriare commisit vices suas, per universam Hiberniam legatum illum constituens. Significatum quidem [7] erat ei ab episcopo Gilberto, qui, ut supra memoravimus *i,* tunc legatus exstiterat, quod iam non posset prae senio et debilitate corporis villicare. Post haec petit Malachias confirmari novae metropolis constitutionem, et utriusque sedis sibi pallia dari. Et confirmationis quidem privilegium mox accepit : *De palliis autem oportet,* ait summus pontifex, *sollemnius agi. Convocatis episcopis et clericis, et maioribus terrae, celebrabis generale consilium : et sic conniventia et communi voto universorum per honestas personas requiretis pallium, et dabitur vobis.* Deinde tollens mitram de capite suo, imposuit capiti eius, sed et stolam cum manipulo dedit [8], quibus uti inter offerendum solebat. Et salutatum in osculo pacis dimisit eum, apostolica fultum benedictione et auctoritate. Qui revertens per Claramvallem suam, secundam nobis largitus est benedictionem. Et alta suspiria trahens, quod non liceret sibi pro suo desiderio remanere : *hos,* inquit, *interim pro me oro ut retineatis, qui a vobis discant quod nos postmodum*

F *doceant.* Et infert : *Erunt nobis in semen, et in semine isto benedicentur gentes, et illae gentes, quae a diebus antiquis monachi quidem nomen audierunt, monachum non viderunt.* Et dimissis quattuor a latere suo, abiit : qui probati et digni inventi, monachi facti sunt. Post aliquod tempus, cum iam sanctus esset [9] in terra sua, misit alios ; et factum est de illis similiter. Quibus per aliquantum tempus instructis et eruditis corde in sapientia, dato eis in patrem sancto fratre Christiano *k,* qui erat unus ex ipsis, emisimus eos, adiungentes de nostris quanti sufficerent ad numerum abbatiae. Quae concepit, et peperit filias quinque *l* : et sic multiplicato semine, augescit in dies numerus monachorum, iuxta desiderium et vaticinium Malachiae. Nunc iam repetamus ordinem narrationis.

In Hibernia redux, plura patrat miracula sanitatum.

22. [Diversa beneficia sanitatum per eum collata.] — Malachias profectus a nobis, prospere pervenit Scotiam. Et invenit David regem, qui adhuc hodie superest, in quodam castello suo : cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem in-

[2] *om.* 3, de *add.* 2. — [3] Wallerus 4. — [4] addit 2-4.

Num. 21. — [1] *om.* 2. — [2] *om.* 2-4. — [3] e. m. 2, 3. — [4] qua 3. — [5] nec 3, 4. — [6] per e. D, 2, 3. — [7] siquidem 4. — [8] illi *add.* 3, 4. — [9] *sequentia, folio avulso, desiderantur in* 2.

gressus,

VITA gressus, honorifice a rege susceptus, et humiliter exoratus ut sanaret filium suum, aqua, cui benedixit, aspersit iuvenem, et intuens in eum ait: *Confide, fili, non morieris hac vice.* Dixit hoc: et die sequenti, secundum dictum secuta est sanitas, sanitatem laetitia patris, clamor et strepitus totius exsultantis familiae. Exiit sermo ad omnes; nec enim quod in domo regia et regis acciderat filio latere potuit. Et ecce ubique resultans gratiarum actio et vox laudis tum pro salute domini, tum pro miraculi novitate. Henricus est iste; nam vivit adhuc, unicus patris sui, miles fortis et prudens, patrizans, ut aiunt, in sectando iustitiam et amorem veri [1]. Et amavit uterque Malachiam quamdiu vixit, tamquam qui illum a morte revocasset. Rogabant eum manere per aliquot dies; sed ille declinans gloriam, moram non sustinuit, et mane carpebat iter. Transeunte igitur per villam, nomine Crugeldum *m*, occurrit puella muta. Orante illo, solutum est vinculum linguae eius et loquebatur recte. Dehinc, villam ingrediens, quam nominant ecclesiam Sancti Michaelis, oblatam sibi mulierem freneticam et vinctam funibus, coram omni populo curat; et, dimissa incolumi, proficiscitur. Perveniens vero ad portum Lapasperi [2] *n*, transitum ibi per aliquot dies praestolabatur; sed mora minime transiit otiosa. Construitur interim de virgis in sepem textis oratorium, ipso iubente, ipso operante pariter. Consummatum circumdedit vallo atque interiacens spatium in coemeterium benedixit. Sane merita benedicentis miracula satis declarant, quae usque hodie ibi actitari feruntur. Inde est quod de finitimis locis infirmos et male habentes illo portare consueverunt, et sanantur multi. Mulier totis dissoluta [3] membris plaustro vecta illuc pedibus suis remeavit domum una dumtaxat nocte, non frustra in loco sancto praestolata misericordiam Domini. Alia quaedam ibidem pernoctabat in oratione: quam forte reperiens solam homo barbarus, accensus libidine et sui minime compos, irruit rabiosus in eam. Conversa illa et tremefacta, suspiciens advertit hominem plenum diabolico spiritu. Et: *Heus tu,* inquit, *miser, quid agis? Considera ubi es, reverere haec sancta, defer Deo, defer servo eius Malachiae, parce et tibi ipsi.* Non destitit ille, furiis agitatus iniquis. Et ecce, quod horribile dictu est, venenatum et tumidum animal, quod bufonem vocant, visum est reptans exire de inter femora mulieris. Quid plura? terrefactus resiliit [4] homo, et datis saltibus, festinus oratorio exsilit. Ille confusus abscessit et illa intacta remansit, magno quidem et Dei miraculo et merito Malachiae. Et pulchre operi foedo et abominando foedum intervenit et abominale monstrum. Non prorsus aliter decuit bestialem exstingui libidinem quam per frigidissimum vermem; nec aliter temerarium frenari ausum, frustrari conatum, quam per vilem inutilemque bestiolam. Et haec loco isto sufficiant, pauca de pluribus; nunc iam reliqua prosequamur.

ANNOTATA.

a *Et haec* altera metropolis *videtur fuisse ecclesia Casseliensis. Cfr. O'Hanlon,* Live of St. Malachy, *p. 70.*

b *De Christiano, fratre* S. Malachiae, *cfr. O'Hanlon,* Lives of the Irish saints, *tom. VI, p. 625-41. In his multis paginis multa narrata sunt de Cisterciensibus, quibus Christianus non est annumerandus, pauca vero de ipso Christiano. Hic ab anno 1126 ad 1138 Clogertensi ecclesiae praefuit, mortuus vero Armachae in ecclesia SS. Petri et Pauli sepultus est.*

c *Edan sive Odo O'Kelly videtur usque ad annum 1182 hanc sibi a* S. Malachia *commissam rexisse ecclesiam. Sepultus est in Louth in monasterio canonicorum regularium, quod sub annum 1148 fundasse fertur. Cfr. Ware, op. cit., p. 180.*

d *De Waltheno ac de Scotiae rege David, qui fertur regnasse ab anno 1124 ad 1152, et de quo brevis mentio recurrit infra num. 22, cfr. Vitam eiusdem beati Waltheni in* Act. SS., *ad d. 3 aug. tom. I, pp. 241 sqq.*

e *De abbatia in Kirkehem dictum est in* Act. SS., *tom. I Aug., p. 256, ann.* e.

f *De monasterio in Mailros videsis ibid., p. 241.*

g *Totum hunc tractum leges et in Vita beati Waltheni, loco citato, p. 255.*

h *Yporia, italice* Ivrea, *civitas Italiae septentrionalis. Cfr. eiusdem temporis iter descriptum in* M. G., *tom. XVII, p. 780.*

i *Scilicet supra num. 13, cap. III.*

k *Commendationem Christiani requiras in epistola Bernardi ad Malachiam, signata num. 357. P. L., tom. CLXXXII, p. 559. De Christiano, primo abbate Mellifontis, cfr.* Act. SS., *ad d. 18 martii, tom. II, p. 613, et Colgan,* Act. SS. Hiberniae, *p. 652.*

l *Mellifontis filiae sunt hae: Beatitudo, Buellium, Magium, Vallis-Salutis, Benedictio-Dei, Viride-Lignum, Flumen-Dei, Rupes; ad quam prolem in genealogia quadam Linox additur. Cuius nominis coenobium cum nullibi exstiterit, Ennax (i. q. Elnae) sub eo occultari suspicamur. Cfr. Ianauschek,* Originum Cisterc., *tom. I, p. 70. Item de filiis quae ex Mellifonte sunt natae agit O'Hanlon, op. cit., p. 90 in notis.*

m *Crugeld videtur esse locus qui hodie* Crugelton *nuncupatur in parochia Sorby, Wigtonshire, in Scotia. Ita O'Hanlon, tom. cit., p. 80 in notis.*

n *Cfr. iterum O'Hanlon, p. 81, in notis. Qui tradit portulum istum, ad occidentale littus e regione Hiberniae situm, nuncupari hodie Cairngarroch in Wigtonshire, quattuor milliariis ad partem meridianam vergentem ad occidentem oppidi Portpatrik.*

CAPUT SEXTUM.

S. Malachiae apostolici labores, laudes et miracula.

Reformationi disciplinae ecclesiasticae.

23. [Reversus in patriam, totus curae pastorali et reformationi incumbit.] — Ascendit Malachias navem et prospere navigans, applicuit monasterio suo Benchorensi, ut primi filii primam reciperent gratiam. Quid animi putas gessisse illos, sano de via tam longa recepto patre, et illo patre? Nec mirum si se tota in gaudium effuderunt viscera eorum in reditu eius, quando et exteris circumquaque gentibus incredibilem mox laetitiam velox rumor invexit. Denique de civitatibus et castellis et vicis occurrunt ei; et quocumque divertat, suscipitur exsultatione universae terrae. Verumtamen non sapit honor. Opus exercetur legationis: multis in locis celebrantur conventus multi, ne qua regio seu portio regionis legationis fructu et utilitate fraudetur. Seminatur super

Num. 22. — [1] viri 3, 4. — [2] Laspasperi 4. — [3] dissolutis 4. — [4] resilit 4.

omnes

A omnes aquas: non est qui se abscondat ab opera sollicitudinis eius. Non sexus, non aetas, non conditio, non professio reputatur. Ubique semen spargitur salutare, ubique intonat tuba caelestis. Ubique discurrit, ubique irrumpit, evaginato gladio linguae ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Terror eius super facientes mala. Clamat *iniquis: nolite inique agere, et delinquentibus nolite exaltare cornu.* Religio ubique plantatur, propagatur, fovetur. Oculi eius super eos et cura eius ad necessitates eorum. In conciliis, quae passim celebrantur, repetuntur antiquae traditiones, quas tamen bonas fuisse constiterit, abolitas [1] vero negligentia sacerdotum. Nec modo vetera instaurantur, cuduntur et nova: et quaecumque promulgaverit, tamquam caelitus edita acceptantur, tenentur scripto, mandantur ad memoriam posterorum. Quidni caelitus missa crederentur quae tot caelestia confirmant miracula? Et ut fidem dictis faciam, perstringam nonnulla paucis. Quis enim cuncta enumeret? Quamquam libentius, fateor, imitandis immorer quam admirandis.

propriaeque perfectioni totus incumbit Malachias.

24. [VIRTUTUM EIUS INSIGNIA ET MORES VERO PRAESULE DIGNI.] — Et *a* meo quidem iudicio primum et maximum miraculum, quod dedit, ipse erat. Ut enim taceam interiorem hominem eius, cuius pulchritudinem, fortitudinem, puritatem satis indicabant mores ipsius et vita, ipsum exteriorem ita uno semper modo, ipsoque modestissimo et decentissimo, gessit ut nil prorsus appareret in eo quod posset offendere intuentes. Et quidem qui non offendit in verbo, ille perfectus est vir. At vero in Malachia quis umquam, etiamsi curiosius observarit, deprehendit otiosum, non dico verbum, sed nutum? Quis manum pedemve moventem frustra? Immo quid non aedificans in eius incessu, aspectu, habitu, vultu? Denique vultus hilaritatem nec fuscavit maeror, nec levigavit risus. Totum in eo disciplinatum, totum insigne virtutis perfectionis forma; per omnia serius, sed [1] non austerus; remissus interdum, dissolutus numquam; negligens nihil, etsi pro tempore multa dissimulans; quietus saepe, sed minime aliquando otiosus. A die primo conversionis suae usque ad extremum vitae, sine proprio vixit. Non servos, non ancillas, non villas, non viculos, C non denique quicquam redituum ecclesiasticorum saeculariumve vel in ipso habuit episcopatu. Mensae episcopali nihil prorsus constitutum vel assignatum, unde episcopus viveret *b*. Nec enim vel domum propriam habuit. Erat autem pene incessanter circuiens parochias omnes, Evangelio serviens et de Evangelio vivens, sicut constituit ei Dominus. *Dignus est*, inquiens, *operarius mercede sua.* Nisi quod frequentius ipsum evangelium sine sumptu ponens, de laboribus suis suorumque ferebat unde se et eos [2] qui secum laborabant in opere ministerii [3] sustentaret. Porro si interdum quiescere oporteret, in sanctis hoc faciebat locis quae ipse per Hiberniam sparserat universam apud quos vero moram facere libuisset, illorum se conformavit moribus et observantiis, communi contentus vita et mensa. Non fuit in victu, non fuit in vestitu in quo potuisset Malachias dignosci inter ceteros fratres: in tantum, cum maior esset, humiliavit se in omnibus. Denique cum exiret ad praedicandum, cum peditibus pedes et ipse ibat, episcopus et legatus. Forma apostolica haec; et inde magis mira in Malachia quo rara nimis in aliis. Verus profecto apostolorum heres et iste qui talia agit. Sed advertere est quomodo dividat hereditatem cum fratribus suis, aeque nepotibus apostolorum. Illi dominantur in clero; iste dum esset liber ex omnibus, omnium se servum fecit. Illi aut [4] non evangelizantes manducant, aut evangelizant ut manducent. Malachias, imitans Paulum manducat ut evangelizet. Illi fastum et quaestum aestimant pietatem; Malachias hereditate vindicat sibi opus et onus. Illi felices se credunt. si dilataverint terminos suos; Malachias in dilatanda caritate gloriatur. Illi congregant in horrea et dolia replent, unde onerent mensas; Malachias colligit in deserta et solitudines, unde impleat caelos. Illi, cum accipiant decimas et primitias et oblationes, insuper et de Caesaris beneficio telonea et tributa et alios redditus infinitos, solliciti sunt nihilominus quid manducent aut [5] quid bibant; Malachias nihil horum habens, multos tamen locupletat de promptuario fidei. Illis nec cupiditatis nec sollicitudinis ullus est finis: E Malachias cupiens nihil, non novit tamen cogitare de crastino. Illi a pauperibus exigunt quod dent divitibus; iste sollicitat divites pro pauperibus sustentandis. Illi marsupia vacuant subditorum; iste pro peccatis eorum altaria cumulat votis hostiisque pacificis. Illi alta palatia erigunt, turres ac moenia ad caelos levant; Malachias non habens ubi caput reclinet opus facit evangelistae. Illi equos ascendunt cum turba hominum gratis manducantium panem et non suum; Malachias septus sanctorum fratrum collegio pedes circuit portans panes angelorum, quibus satiet animas esurientes. Illi plebes ne agnoscunt quidem; iste erudit. Illi potentes et tyrannos honorant; iste punit. O virum apostolicum, quem tot et talia nobilitant signa apostolatus sui! Quid ergo mirum si mira est operatus, sic mirabilis ipse? Immo vero non ipse, sed Deus in ipso. Alioquin, *tu es Deus*, inquit, *qui facis mirabilia.*

Energumenos plures liberat, et mutam puellam sanat,

25. [ENERGUMENOS VEXATOS A DAEMONIIS LIBERAT]. — Erat mulier in civitate Culratim *c* daemonium habens. Vocatus est Malachias, orat pro addicta, urget invasorem; exit. Sed nondum exsaturata nequitia eius, miseram invadit mulierculam, quae forte prope [1] assisteret. Et Malachias: *Non ad hoc*, inquit, *tibi illam tuli ut hanc pervaderes* [2], *exi et ab ea.* Paret, sed repetit priorem. Qua denuo pulsus, recurrit in alteram. Ita per aliquod spatium alternatim vexabat illas, hinc inde refugiens. Tunc sanctus indignans sibi illudi a daemone, colligensque spiritum, infremuit et totis viribus fidei facto impetu in adversarium, ab utraque [3] fugavit, et quidem non minus vexatum his quas vexaverat ipse. Ceterum quod moram fecit sancto, non putes, lector, fuisse virtutis eius, sed dispensationis divinae, ut videlicet ex hoc manifestior fieret et maligni praesentia et victoria Malachiae. Denique audi quid alibi fecerit, non autem per praesentiam suam. Et utique posuit praesens, quod absens valuit. In regione aquilonaris partis Hiberniae iacebat infirmus in domo [4], nec dubium quin daemonum maleficio. Nam quadam nocte audivit eos loquentes, dicente altero [5] ad alterum: *Vide ne miser iste hypocritae illius stratum stra-*

Num. 23. — [1] abolita 4.
Num. 24. — [1] si 2, 3. — [2] alios 4. — [3] *om.* 1. — [4] autem 2. — [5] et 3.

Num. 25. — [1] propter 4. — [2] invaderes 3. — [3] parte *add.* 4. — [4] in domo inf. 2, 3. — [5] alter 4. —

mente

VITA

menve contingat, et sic effugiat manus nostras. Cognovit homo quod Malachiam loquerentur quem non multo ante in eadem domo meminerat pernoctasse, et adhuc stramen in loco. Sumptaque fiducia, et quo potuit conatu coepit repere, debilis corpore, sed fide fortis. Et ecce in aere clamor et vociferatio: *Prohibe eum, prohibe; retine eum; retine: amittimus praedam.* Verum is, quem portabat fides et desiderium evadendi, quanto [6] plus clamabant illi, tanto magis genibus manibusque nitens, ad remedium festinabat. Et perveniens ascendit lectulum, volutatur in stramine, audit ululatum plangentium. *Heu, heu! ipsi nos prodidimus, decepti sumus, evasit.* Et dicto citius recessit ab eo daemonum terror et horror quem patiebatur, et omnis pariter aegritudo. In Lesmor civitate homo a daemonio vexatus per Malachiam liberatus est. Item transeunti aliquando per Laginiam *d* oblatus illi infans habens daemonium, sanus relatus est. In regione eadem ligatam funibus freneticam solvi iussit, et in aqua, quam benedixit lavari. Lota est, et sanata est. Alteram quoque in Saballo *e* regione Ulydiae *f*, membra propria dentibus laniantem, orando et tangendo curavit. Amentem hominem, multa praedicentem futura, amici et propinqui adducunt ad Dei hominem, vinctum funibus fortiter, quod fortem ad nocendum rabies ipsa fecisset et terribilem valde. Orat Malachias et incontinenti aeger sanatur, et solvitur. Factum est hoc loco quodam, cuius nomen tacemus, quod nimis barbarum sonet, sicut et alia multa. Alio tempore in praefata civitate Lesmor puellam mutam parentes eius in media platea offerunt transeunti, cum multa supplicatione rogantes ut ei subvenire dignetur. Stat Malachias, et facta oratione, tangens digito linguam eius sputum misit in os eius, et loquentem dimisit.

parientibus auxilium praestat,

26. [Beneficia moribundis et parientibus praestat.] — Exiens de quadam ecclesia, obvium habuit hominem cum uxore sua, quae non poterat loqui. Rogatus ut eius misereatur, stat in porta, populo circumstante, et data benedictione super eam, iubet dominicam dicere orationem. Dixit illa, et populus benedixit Dominum. In civitate cui nomen Oenthreb [1] *g* decumbens lectulo quidam iam dies duodecim privatus linguae officio ad C iussionem visitantis se sancti loquelam recuperat, eucharistiam sumit; et ita munitus, extremum in bona confessione efflavit spiritum. O oliva fructifera in domo Dei! o oleum iucunditatis, ungens et lucens! Et splendore miraculi illustravit sanos, et suavitate beneficii unxit infirmum, cui mox morituro salutarem confitendi et communicandi obtinuit facultatem. Intravit ad eum quidam de nobilibus, habens ei aliquid dicere. Qui inter loquendum fide plenus tres iuncos pie furatus de lectulo quo ille sedebat, tulit secum et multa Deus de furto pietatis est operatus, fide illius, et praesulis sanctitate. Forte venerat in civitatem nomine Conuama *h*. Et cum sederet ad mensam, ingressus vir nobilis de civitate ipsa, humiliter supplicat pro uxore praegnante, quae iam sollemne praeterisset tempus pariendi, ita ut mirarentur omnes, et nemo qui [2] aliud quam vitae periculum crederet imminere. Rogat et cum eo Neemias *i*, episcopus illius civitatis, qui iuxta eum sedebat; rogant et ceteri, quotquot aderant simul discumbentes. Tum ille: *Compatior ei,* inquit, D *quod bona mulier sit et pudica.* Et porrigens viro poculum, cui benedixerat: *Vade,* inquit, *da illi bibere, sciens eam, sumpto benedictionis potu, et sine mora et sine periculo parituram.* Factum est quod praecepit, et nocte ipsa subsecutum est quod promisit. Sedebat in campo cum comite Ulydiae aliqua tractans, et multitudo copiosa circa eos. Venit mulier gravida et vere gravis [3], indicat se contra omnes naturae leges retinere partum iam quindecim mensibus et diebus viginti. Compassus Malachias super novo et inaudito incommodo orat, et mulier parit; qui aderant, laetati sunt et mirati sunt [4]: omnes enim viderunt, in qua facilitate et velocitate loco eodem enixa sit, et triste negati partus miraculum miraculo commutatum iucundiori.

peccatori mortem minitatur,

27. [Concubinario obstinato exitium denuntiat.] — Accidit ibidem quiddam pari quidem miraculo, sed sorte dispari. Vidit hominem, qui publice tenere diceretur concubinam fratris; et hic erat miles minister comitis. Et publice conveniens incestuosum, alterum ei Ioannem exhibuit: E *Non licet tibi,* inquiens, *concubinam habere fratris tui.* At ille alterum ipsi nihilominus Herodem redhibens, non modo non audivit eum, sed et superbe respondit, et coram omnibus iurat [1] numquam se [2] dimissurum. Tum commotus Malachias, sicut erat pro iustitia vehementer zelans: *Et Deus,* inquit, *te ab illa separet vel invitum.* Parvipendens ille ex instanti abiit indignabundus; offendensque mulierem non longe a turba constitutam in loco, vi oppressit eam, sicut erat satanae totus, cui paulo ante traditus fuerat. Nec latuit flagitium. Ancilla, quae dominam comitabatur, recurrens domum, nempe haud procul aberat loco, nuntiat anhela quid mali acciderit. Ad quam vocem germani illius, qui domi erant, zelantes sororis stuprum tota illo festinantia pervolant, pudicitiae hostem, ipso in loco et opere sceleris deprehensum, multis confossum vulneribus interimunt. Necdum conventus solutus erat, cum ecce armiger illius quod evenerat nuntiavit; et mirati sunt universi, quod sententia Malachiae tam celerem habuisset effectum. Timuerunt quique flagitiosi audito hoc verbo, nam multi erant in terra, et territi purgati sunt, lavantes manus suas in sanguine peccatoris. F

aegrotos plures sanitati restituit,

28. [Varia sanitatum beneficia variis praestita.] — Darmicium comitem, multo iam tempore decumbentem lecto, duriter quidem increpans, quod malus homo esset, immoderatius serviens ventri et gulae, benedicta aspersum aqua surgere fecit sine mora [1], et ita valentem, ut ilico equum ascenderet et utique praeter spem suam ipsius et suorum. In urbe Caselensi venit homo ante eum cum filio paralytico, rogans illum sanari. Qui orans breviter: *Vade,* inquit, *filius tuus sanabitur.* It, et crastino redit cum filio, sed minime sanato. Tum surgens Malachias et stans super eum diutius oravit; et ille sanatus est. Et conversus ad patrem: *Offer,* inquit, *illum Deo.* Annuit homo, sed non tenuit: et post aliquot annos ille iam iuvenis recidit in idipsum, sine dubio propter inoboedientiam patris et pacti transgressionem. Alius quidam veniens de longinquo, cum esset Malachias in finibus Mumoniae, attulit ad eum filium, pedum penitus officio destitutum.

[6] quantum 1, 2. — [7] et *add.* 3, 5. — [8] *om.* 5.
Num. 26. — [1] Oentreff 2, Onetreb 4. — [2] quid 4. — [3] gravida 2, 3. — [4] *om.* 2, 3.

Num. 27. — [1] iurabat 2. — [2] se nunq. 2, 3.
Num. 28. — [1] sine s. f. 2, 4. —

Percontatus

A Percontatus quonam modo illi accidisset : *Ut suspicor,* inquit, *daemonum malignitate.* Et addit : *Ludenti in prato ipsi, ni fallor, immisere soporem; evigilansque puerulus, sic se invenit.* Haec dicens, cum lacrimis precem fundit, efflagitat opem. Misertus eius oravit Malachias, iubens aegrum interim dormire ibidem [2] super solum. Dormivit, et surrexit sanus. Hunc ipse quia de longe venerat aliquandiu in comitatu suo retinuit; et erat ambulans cum eo. In monasterio Benchorensi pauper quidam fratrum eleemosynis sustentabatur, et erat cotidianam accipiens stipem, aliquid officii factitans in pistrino. Is claudus ab annis duodecim, humi manibus repens, post se trahebat pedes emortuos. Quem die quadam ante cellam suam Malachias maestum et maerentem inveniens, causam percontatur. Et ille : *Vides,* inquit, *quam ex longo misellus afflicter, et manus Domini super me ; et ecce ad cumulum aerumnae, homines qui misereri debuerant, irrident me potius, miseriam*[3] *exprobrantes.* Quem ubi audivit, pietate motus suspexit in caelum, manus pariter levans. Facta autem brevi oratione, ipse intravit cellam :
B et ille surrexit, et stans super pedes suos, mirabatur si vere esset quod erat paene somnium suspicatus. Coepit tamen se pedetentim movere : neque enim posse ire satis credebat. Tandem quasi e gravi somno evigilans, cognoscit misericordiam Domini super se, firmiter graditur, et in pistrinum revertitur, exsiliens et exsultans et laudans Deum. Viso eo, qui ante viderant et cognoverant, repleti sunt stupore et exstasi, phantasma putantes. Virum item hydropicum orando sanavit ; qui ilico remansit in monasterio, pastor ovium factus.
k Civitas Hiberniae, nomine Corcagia *k,* vacabat episcopo. Tractatum est de electione ; dissensere partes, quibusque, ut assolet, praesulem volentibus constituere suum, non Dei. Venit illuc Malachias, audita dissensione. Convocato clero et populo, etiam corda et vota discordantium unire curavit ; et persuasis illis totum negotium sibi debere credi, cui potissimum sollicitudo incumberet illius, sicut et aliarum per Hiberniam eccle-
l siarum *l,* incontinenti nominat eis non quempiam de nobilibus terrae, sed magis quendam hominem
m pauperem [4] *m* quem sciret sanctum et doctum, et hic erat alienigena. Quaeritur ille ; nuntiatur
C decumbere lecto, et ita debilis ut nullo pacto exeat nisi in manibus portatus ministrantium. Et Malachias : *Surgat,* inquit, *in nomine Domini. Ego praecipio : oboedientia salvum faciet eum.* Quid faceret ille ? Parere volebat, sed imparatum se sentiebat, quod, etsi [5] posset ire, episcopari reformidabat [6]. Ita cum voluntate oboediendi, pugnante gemino hoste, pondere languoris et metu oneris [7], vicit illa tamen, data sibi in adiutorium spe salutis. Itaque conatur, movet sese, tentat vires, invenit se solito fortiorem. Crescit pariter fides cum viribus, et rursum facta fortior fides dat vicissim viribus incrementum. Iam surgere per se valet, iam meliuscule gradi, iam nec sentire in ambulando lassitudinem ; demum expeditus et alacer pervenire ad Malachiam sine hominis adiutorio. Qui assumens eum misit in cathedram, clero et populo collaudante. Hoc ita in pace factum est, quia nec illi ausi sunt Malachiae voluntati in aliquo obviare, videntes signum quod fecerat ; nec ille parere dubitavit, tam evidenti argumento factus securior de Domini voluntate.

[2] *om.* 1. — [3] miseriae 1. — [4] paup. hom. 3. — [5] si 2. — [6] formidabat 2. — [7] honoris 4.

mulierem a fluxu sanguinis liberam facit,

29. Mulier quaedam fluxum sanguinis patiebatur : et haec nobilis, carissima Malachiae, plus tamen ob morum quam generis nobilitatem. Quae ex toto deficiens, nimirum cum sanguine exhaustis viribus iam posita in extremis misit ad Dei hominem, ut quod supererat, animae subveniret, qui se iam non esset visurus in corpore. Audiens Malachias moleste tulit, quod mulier virtutis foret et vita eius fructuosa opere et exemplo. Et videns se non posse satis accurrere tempestive, accito Malcho, quod iuvenis esset et expeditus, ipse est cuius supra meminimus frater Christiani abbatis *n* : *n*
Accelera, inquit, *ter illi tria poma haec, super quae nomen Domini invocavi. Confido in ipso quod ubi ex eis gustaverit, non gustabit mortem priusquam nos videat, etsi tardiuscule secuturos.* Festinat Malchus secundum mandatum, et veniens intrat ad morituram, alterum se exhibens puerum Elisaei, nisi quod huius efficacior opera fuit. Iubet missam sibi a Malachia benedictionem accipere et gustare, si quo modo valuerit. At illa exhilarata audito nomine Malachiae, ut oboedire possit, nutu significat paulisper se erigi velle [1], nam verbo non E
poterat. Erigitur, gustat, gustato confortata est, loquitur et gratias agit ; et immisit [2] Dominus soporem in eam, et suavissime requievit in eo cuius usu diu caruerat, sicut et esu. Stetit interim sanguis ; et post modicum expergefacta, sanam se repperit, nisi quod longa inedia et sanguinis minutione adhuc debilis erat. Si quominus, die sequenti desideratus Malachiae adventus aspectusque perfecit.

feminam resuscitat,

30. [Feminam sine sacramento extremae unctionis defunctam resuscitat.] — Habitabat vir nobilis in vicinia Benchorensis monasterii, cuius uxor, cum infirmaretur ad mortem, rogatus Malachias ut descenderet priusquam moreretur, infirmam uncturus oleo, descendit, et intravit ad eam : quo viso, exsultat illa spe animata salutis. Et cum pararet ungere eam, visum est omnibus differendum potius usque mane : erat enim vespera. Acquievit Malachias, et data benedictione super aegram, exivit cum his qui secum erant. At vero post modicum subito clamor factus est, planctus et strepitus multus per totam domum ; siquidem insonuit quod mortua esset. Accurrit Malachias tumultu audito, et secuti sunt eum discipuli eius. F
Et accedens ad lectum, ut certo comperit exspirasse, consternatus est animo, sibi imputans quod fraudata gratia sacramenti obierit. Et elevatis in caelum manibus, *Obsecro, Domine,* inquit, *insipienter egi. Ego ego peccavi, qui distuli, non ista quae voluit.* Haec dicens contestatus est in audientia omnium nullam se recepturum consolationem, nullam daturum requiem spiritui suo, nisi quam tulerat liceret restituere gratiam. Et stans super eam tota nocte, laborabat in gemitu suo, et pro oleo sancto, largo imbre lacrimarum perfundens mortuam, vicem illi unctionis quam poterat exhibebat. Ipse quidem sic, ad suos autem, *Vigilate,* inquit, *et orate.* Itaque in psalmis illi, ille in lacrimis, noctem duxere pervigilem. Et mane facto, exaudivit Dominus sanctum suum, quia spiritus Domini erat postulans pro eo qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura aperit oculos quae fuerat mortua, et ut solent qui de gravi somno evigilant, fricans sibi manibus frontem et tempora, super lectum se erigit, et agnito Malachia, inclinans devote

Num. 29 — [1] velle se erigi 2. — [2] misit 4.

salutat

VITA salutat eum. Et verso luctu in gaudium, stupor apprehendit omnes, et qui viderunt et qui audierunt. Sed et Malachias gratias agens benedixit Dominum. Et unxit eam nihilominus, sciens in hoc sacramento remitti peccata, et quod oratio fidei salvet infirmum. Post haec abiit ille; et illa convaluit, et vivens incolumis tempore aliquanto ut gloria Domini manifestaretur in ea, peracta paenitentia quam sibi Malachias iniunxerat, in bona confessione iterum obdormivit et migravit ad Dominum.

pluraque alia miracula patrat.

31. [ALIA DIVERSA BENEFICIA IN DIVERSOS COLLATA.] — Fuit item[1] mulier cui spiritus iracundiae et furoris in tantum dominaretur, ut non solum vicini et cognati fugerent consortium eius, sed filii quoque ipsius vix sustinerent habitare cum ea. Clamor et rancor et tempestas valida, ubicumque fuisset. Audax et ardens et praeceps, metuenda lingua et manu, importabilis omnibus[2] et invisa. Dolentes filii tum pro illa, tum pro seipsis trahunt illam ad praesentiam Malachiae, lacrimabilem cum fletu querimoniam deponentes. Vir autem sanctus, et periculum matris et incommodum mi- B serans filiorum, seorsum advocat illam: fueritne confessa aliquando peccata sua sollicite percontatur. Respondit: *Nequaquam.* — *Confitere,* inquit. Paret, et ille iniungens paenitentiam confitenti, oransque super eam ut Deus omnipotens det ei spiritum mansuetudinis, in nomine Domini Iesu ne ultra irascatur iubet. Sequitur tanta mansuetudo ut pateat omnibus non esse aliud quam admirabilem mutationem dexterae excelsi. Fertur adhuc hodie vivere, et tantae esse patientiae et lenitatis ut quae omnes exasperare solebat, nullis modo exasperari damnis, contumeliis, afflictionibus queat. Si licet et me iuxta Apostolum abundare in sensu meo, accipiat quisque ut volet; ego istud superiori suscitatae miraculo mortuae censeo praeferendum, quod exterior quidem ibi, hic vero interior revixerit homo. Et nunc curramus ad reliqua. Vir secundum saeculum honorabilis, secundum Deum timoratus, veniens ad Malachiam questus est ei super sterilitate animae suae supplicans ut sibi obtineret ab omnipotente Deo gratiam lacrimarum. Et subridens Malachias quod gratum haberet ab[3] homine saeculari desiderium spirituale, suam maxillam maxillae C illius quasi blandiendo coniungens: *Fiat,* inquit, *tibi sicut petisti.* Tantos exinde et paene continuos exitus aquarum deduxerunt oculi eius, ut illud scripturae ei posse aptari videretur: *Fons hortorum, puteus aquarum viventium.* Est insula maris in Hibernia ab olim fecunda piscium et mare ibi piscosum valde. Peccatis, ut creditur, habitantium adempta copia solita, quae multos habebat filios, infirmata est et a tanta funditus sui commoditate emarcuit. Dolentibus accolis et iacturam gravem populis aegre ferentibus, revelatum est cuidam mulieri precibus Malachiae posse afferri remedium; idque innotuit omnibus, ipsa prodente. Nutu Dei contigit adesse Malachiam. Dum enim circuiret et repleret evangelio regionem, divertit illuc ut et ipsis eandem gratiam impertiret. At barbari quibus erat maior cura de piscibus omni instantia flagitant ut potius respicere dignetur super sterilitatem insulae suae. Qui cum responderet se minime ad hoc venisse, hominum magis quam piscium desiderare capturam, videns tamen fidem eorum, flexis in littore[4] genibus, oravit ad Dominum, ut licet indignis D indultum olim beneficium tanta fide repetentibus non negaret. Ascendit oratio, ascendit et piscium multitudo et forte uberior quam in diebus antiquis, et ipsa populo terrae perseverans usque in hodiernum diem. Quid mirum si oratio iusti quae penetrat caelos, penetravit abyssos et de profundo maris tantas piscium copias evocavit. Venerunt aliquando tres episcopi in villam Fochart[5] *n*, quem dicunt locum nativitatis Brigidae virginis; et quartus erat Malachias. Ad quem presbyter qui hospitio susceperat eos, *Quid faciam,* inquit, *quod pisces non habeo?* Quo respondente ut quaereret a piscatoribus: *Biennium est,* ait, *quod non inveniuntur pisces in flumine: unde et piscatores prorsus diffisi etiam arti suae renuntiaverunt.* Et ille, *Praecipe,* inquit, *laxari retia in nomine Domini.* Factum est; et capti sunt salmones duodecim. Secundo miserunt; et captis totidem, inopinatum inferunt mensis et ferculum et miraculum. Et ut clare liqueat Malachiae meritis hoc datum fuisse, aliis quoque duobus sequentibus annis eadem nihilominus sterilitas perduravit. E

n

ANNOTATA.

a *Plurima ex iis quae hic refert Bernardus ad verbum reperies descripta a continuatore Gerlaci, abbatis Miloviensis, narrante vitam Godescalci Sylvensis abbatis.* M. G., *scr. tom. XVII, p. 700. Quod non adeo mirum videbitur iis qui recordati fuerint quanto usui venerit haec* S. Malachiae *Vita iis omnibus qui rebus hagiologicis operam dabant, ut, iam omissis aliis exemplatis, ad ampliorem S. Bernardi facundiam potissime recurrerent.*

b *Recte animadvertit O'Hanlon his verbis significari non posse ecclesiam nulla praedia, nec certos redditus habuisse* (1). *Immo ex gestis sanctorum, praesertim in Hibernia, manifestum est principes patronis ecclesiarum monasteriorum latissimos agrorum fines contulisse* (2).

c *Hodie* Coleraine, *in comitatu Londonderry. O'Hanlon, op. cit., p. 92, not.*

d *Lagenica regio, id est Leinster. De qua vide in* Act. SS., *Vitam S. Fieci ad diem 12 octobris, et Vitam S. Aidani ad 31 ianuarii.*

e *Hodie paroecia Saul in baronia de Lecale comitatus de Down. Cfr. Lewis,* Topographical F Dictionary of Ireland; Act. SS., *tom. II Iunii p. 26, tom. II Martii, p. 547; Reeves,* Antiquities of Down, *pp. 220 sqq. Huius autem monasterii ruinam memorant Quattuor Magistri ad annum 1170.*

f *De Ulidia, quae et Uladht, saepius agitur in Vita S. Patricii ad 18 martii. Reeves,* Antiq. ecc. of Down, *p. 352, bene multa de hac regione congregavit. Haec tamen citasse iuvabit: " Tractus ad quem antiquitus pertinuit Ulidia eas fere continuit partes quas recentior Ulster, hoc vero diversae, quod loco Craven, qui tunc erat ditionis Connactiensis, sibi habebat Louth, qui nunc in Leinster iacet. "*

g *Oentreb, quae est Antrim. Videsis Reeves, op. cit., p. 63.*

h *O'Donovan, op. cit., tom. VIII, p. 36, docet* Cloyne *hibernice scriptum esse* Cluain-uamha, *cuius nominis certa remanent vestigia in forma latina* Clonuana *quam servavit codex Salmanticensis. Videsis* Acta SS. Hiberniae, *(Brugis, 1887), p. 605.*

i *Ware.*

Num. 31. — [1] ipsi 2, 3. — [2] *om.* 1. — [3] in 4. — [4] (in lit.) *om.* 2, 3. — [5] Fochairt 2, 4.

(1) Op. cit., p. 84. — (2) Cfr. *Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmanticensi* (Brugis, 1887), passim.

A i *Ware,* The Archbishops and Bishops of Ireland, *p. 574, Nehemiam annumerat inter episcopos de Cloyne, eumque laudatum dicit ab auctore visionis Tundalli.*

k *De* Corcagia, *cfr. O'Donovan, op. cit., tom. VII, p. 140. Hibernice scribitur* Corcach, *anglice* Cork. *Cfr.* Act. SS. *Septemb., tom. VII, p. 142.*

l *Quamnam in enarrandis prodigiis istis Bernardus secutus fuerit annorum seriem quis definire tentabit? Nonne consilio ea seiunxit ab adiunctis quibus erant connexa ut quasi earum mole legentes percelleret? Praesens tamen prodigium post annum 1140 contigisse ultro omnes fatebuntur, quoniam* Malachias, *nominando episcopum, tunc temporis agit tamquam Hiberniae legatus apostolicus.*

m Monasticon Hibernicum, *Dublinii, 1873, tom. II, p. 113, hanc notam ex historia manuscripta D. Lynch tradit de paupere quem eligendum indicavit* Malachias : Videtur is fuisse Gilla Aedha O'Muidhin. *Quod probabilitate destitutum nemo dicet: interfuit enim iste concilio a Ioanne Paparone in Keels congregato; videsis King,* Mem. on the Primacy, *p. 105. Annales de Loch-cé, ad annum* B *1172, eum referunt obiisse in bona senectute.*

n *Foughart est paroecia pertinens ad dioecesim Armachanam, in baronia de Upper Dundalk. Vide O'Hanlon,* Lives of the Irish Saints, *tom. II, p. 25. Cfr.* Act. SS., *ad d. 1 februarii in Vita S. Brigidae, p. 103. Flumen de quo agitur videtur esse illud quod hodie dicitur* Kilcurry.

CAPUT SEPTIMUM.

Fidem propugnat; pacem inter dissidentes reformat; lapideam ecclesiam aedificare aggreditur.

Clericum de Eucharistia male sentientem confutat Malachias,

32. [Veritatem corporis Christi in eucharistia propugnat.] — Fuit quidam clericus in Lesmor, probabilis, ut fertur, vitae, sed fidei non ita. Is, sciolus in oculis suis, praesumpsit dicere in Eucharistia esse tantummodo sacramentum et non rem sacramenti, id est solam sanctificationem et non corporis veritatem. Super quo a Malachia secreto C et saepe conventus, sed incassum, vocatus ad medium est, seorsum tamen a laicis, ut, si fieri posset, sanaretur et non confunderetur. Itaque in conventu clericorum data facultas homini est pro sua sententia respondendi, cumque totis ingenii viribus, quo non mediocriter callebat, asserere et defendere conaretur errorem, Malachia contra disputante et convincente, iudicio omnium superatus[1], de consensu[2] confusus quidem exiit, sed non correptus. Dicebat autem se non ratione victum, sed episcopi pressum auctoritate. *Et tu,* inquit, *o Malachia, sine causa me hodie confudisti, adversus profecto veritatem locutus et contra tuam ipsius conscientiam.* Maestus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timens periculum, ecclesiam convocat; errantem publice arguit, publice monet ut resipiscat. Suadentibus hoc ipsum episcopis et universo clero, cum non acquiesceret, contumaci anathema dicunt, haereticum protestantes. Nec sic evigilans: *Omnes,* inquit, *favetis homini potius quam veritati, ego personam non accipio ut deseram veritatem.* Ad hoc verbum[3] substomachans sanctus: *Dominus*[4], inquit, *fateri te veritatem faciat vel ex necessitate.* Quo respondente *Amen,* solvitur conventus. Tali ille inustus cauterio, fugam meditatur, infamis atque inhonorus fore non sustinens; et continuo sua tollens exibat, cum ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribusque deficiens, eodem loco iactat se super solum anhelus et fessus. Forte incidens in id loci vagabundus insanus offendit hominem, quidnam ibi agat percontatur. Respondet gravi se infirmitate teneri, et neque procedere neque redire valentem. Et ille: *Infirmitas ista haud alia,* inquit, *quam ipsa mors est.*[5] Hoc autem non dixit a semetipso, sed pulchre Deus per insanum corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit consiliis sensatorum. Et addit: *Revertere domum*[6], *ego te iuvabo.* Denique ipso duce revertitur in civitatem, redit ad cor et ad misericordiam Domini. Eadem hora accitur episcopus, agnoscitur veritas, abicitur error. Confessus reatum, absolvitur, petit viaticum, datur reconciliatio, et uno paene momento perfidia ore abdicatur et morte diluitur. Ita mirantibus cunctis, sub omni celeritate completus est sermo E Malachiae et Scripturae pariter dicentis quia vexatio dat intellectum auditui.

VITA

et, principibus dissidentibus ad pacem revocatis,

33. [Pacem et concordiam inter dissidentes mirabiliter conciliat.] — Inter populos quarundam regionum orta aliquando gravis discordia est. Interpellatur Malachias de componenda pace inter eos, et cum esset alias impeditus, iniungit negotium hoc uni episcoporum. Illo excusante et negante[1], et dicente Malachiam, non se quaesitum[2], se contemptum iri, frustra fatigari nolle: *Vade,* inquit, *et Dominus erit tecum.* Et ille: *Acquiesco; sed si me non audierint, scito me ad tuam paternitatem appellaturum.* Subridens Malachias: *Fiat,* inquit. Tunc episcopus, convocatis partibus, dictat formam pacis. Acquiescunt, reconciliantur ad invicem, fide hinc inde data, stabilitur pax; et sic dimisit eos. At pars una videns hostes factos securos, imparatos esse, quippe qui, pace facta, mali nihil suspicarentur, loquebantur mutuo, et dicebat homo ad proximum suum: *Quid volumus facere? Victoria prae manibus est et ultio de inimicis.* Et coepere insequi illos. Innotuit episcopo quod fiebat, et accurrens convenit ducem eorum super F iniquitate et dolo, sed spretus ab illo est. Invocavit nomen Malachiae adversus eum et nihili pendit; irridensque episcopum: *Putasne,* inquit, *propter te amittere debeamus malefactores nostros, quos Deus tradidit in manus nostras?* Et recordatus[3] verbi sui episcopus, quod habuerat cum Malachia, flens et eiulans verso vultu ad monasterium eius: *Ubi es,* ait, *homo Dei, ubi es? Nonne hoc est, pater mi, quod tibi dicebam? Heu, heu, veni ut facerem bonum et non malum; et ecce per me omnes, illi in corpore, isti in anima pereunt.* Multa in hunc modum loquebatur lamentans et plangens, et quasi praesentem sollicitans et compellans Malachiam adversus malignantes[4]. Interim vero[5] impii cum quibus fecerant pacem, insequi non desistebant ad perdendum eos. Et ecce spiritus mendax in ore quorundam virorum qui eos deciperet: et occurrerunt illis in via viri nuntiantes factam irruptionem in terras ipsorum ab adversariis, in ore gladii consumi omnia, et diripi bona eorum, uxores quoque ac liberos tolli et abduci. His auditis, reversi sunt festinanter. Sequebantur ultimi primos,

Num. 32. — [1] est *add.* 4. — [2] de cons. *om.* 1. — [3] *om.* 2. — [4] Deus 4. — [5] *om.* 1. — [6] et *add.* 4.

Num. 33. — [1] (et neg.) *om.* 4. — [2] sed *add.* 2. — [3] recordatur 3. — [4] at *add.* 4. — [5] *om.* 4.

VITA primos, quo irent aut quid acciderat nescientes: nec enim omnes audierant [6] viros loquentes. Cumque venissent, et invenissent nihil horum quae nuntiata erant, confusi sunt, deprehensi in malitia sua: et cognoverunt spiritui erroris se traditos propter nuntium Malachiae, quem deceperunt, et nomen eius [7] quod spreverunt. Porro episcopus audiens frustratos proditores in iniquitate sua quam cogitaverant, cum gaudio remeavit ad Malachiam, referens omnia per ordinem [8] quae acciderant sibi. Sciens Malachias eiusmodi occasione pacem esse turbatam, nactus opportunum tempus, pacem per semet inter ipsos denuo reformare curavit et firmare reformatam, datis et receptis altrinsecus fide et iuramento. Verum illi quibus ante pax fracta fuit, iniuriae memores, neglecto pacto et praecepto Malachiae, tractaverunt de vice reddenda. Et congregati omnes in unum, ibant ut imparatos praeoccuparent, redderentque in caput eorum malum quod sibi ipsi facere cogitassent. Et magno flumine quod intererat facillime transvadato, fluviolo, quem non procul ab illo offendere, retenti sunt. Neque enim iam
B fluviolus, sed plane fluvius ingens apparuit, ubique sui transire volentibus transitum negans. Mirari omnes tantum nunc esse, tantillum antehac [9] fuisse scientes, et loqui inter se: *Unde inundatio haec? Aer serenus est, imbres non sunt, nec proxime fuisse meminimus. Et si multum pluisset, quis nostrum umquam hactenus meminit in quantacunque illuvie ita intumuisse ut operiret terram, sata et prata pervaderet? Digitus Dei est iste, et Dominus sepit vias nostras propter sanctum suum Malachiam, cuius sumus praevaricati pactum, transgressi mandatum.* Ita et hi, infecto negotio, ad sua aeque confusi repedaverunt. Divulgatum est verbum per universam regionem, et benedicebant Deum, qui comprehendit sapientes in astutia sua, et confringens cornua peccatorum sublimavit cornu Christi sui. Aliquis de nobilibus infensus regi reconciliatus est per manum Malachiae, nec enim regi satis fidebat ille ut [10] pacem cum eo faceret, nisi mediante Malachia, aut quem rex aeque revereretur. Nec immerito, ut post apparuit. Nam factum securum et minime iam caventem sibi, captum trusit in vincula, odio antiquo captus plus ipse. Requiritur homo a suis de manu mediatoris:
C nec enim aliud amici exspectare quam mortem. Quid faceret Malachias? Non est quod possit, nisi ut recurrat ad suum aliud solitum unicumque refugium. Congregato exercitu forti nimis, turba magna discipulorum suorum, adit hominem, requirit [11] vinctum, negatur. Et Malachias: *Inique,* inquit, *agis contra Dominum, et contra me; et contra te ipsum, pactum praevaricans; si dissimulas tu, sed non ego. Credidit se homo fidei meae: si contingat mori, ego prodidi* [12] *eum, ego reus sanguinis eius. Quid tibi visum est me proditorem, te praevaricatorem constituere? Noveris me, donec liberetur, nihil gustaturum, sed neque istos.* Sic locutus intrat ecclesiam; Deum omnipotentem suis suorumque anxiis [13] gemitibus interpellat, ut iniuste addictum dignetur eripere de manu praevaricatoris et iniqui, et eo die cum nocte sequenti in ieiunio et oratione perstiterunt. Perlatum ad regem quid fieret; et magis inde induratum est cor eius unde emolliri debuerat. Init fugam, veritus homo carnalis ne, si prope remaneret, orationis non posset sustinere virtutem: quasi vero vel [14] D absconditum non inveniat, vel non perveniat ad remotum. Tu metas ponis, miser [15], orationibus sanctorum? Num est oratio iacta sagitta, ut fugias a facie arcus? Quo ibis a spiritu Dei, qui eam portat, et quo a facie eius fugies? Denique fugientem insequitur, invenit latitantem, erisque caecus et non videns, ut melius videas et intellegas quoniam durum est tibi contra stimulum calcitrare. Denique senti vel nunc quia sagittae potentis acutae pervenerunt ad te: quae etsi resilierunt a corde, quia saxeum est, sed non ab oculis. Utinam per fenestras saltem oculorum perveniant usque ad cor, et vexatio det intellectum caecitati. Cernere erat Saulum denuo ad manus trahi, et duci ad Ananiam, ad ovem scilicet lupum, ut refunderet praedam. Refudit et recepit visum, quod Malachias usque adeo ovis esset, ut sit misertus et lupo. Diligenter ex his adverte, lector, cum quibus habitatio Malachiae, quales principes et quales populi *a*. Quomodo non et is frater fuit draconum et socius struthionum? Et ideo dedit ei Dominus virtutem calcandi super serpentes et E scorpiones, alligare reges eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis. Audi denique quid sequatur. *a*

34. [SACRUM AEDIFICIUM MOLIENS, ADVERSARIUM PATITUR, SED MOX ULTIONE DIVINA CORREPTUM.] — Is cui Benchorensis monasterii cesserat possessiones, ingratus beneficio, ex tunc et deinceps insolentissime semper se habuit adversus eum et suos, in omnibus infestus eis, ubique insidians detrahensque actibus eius. At non impune hoc. Erat illi unicus filius, qui imitator patris, audens aliquid et ipse in Malachiam, eodem anno mortuus est. Mortuus autem sic. Visum est Malachiae debere construi in Benchor oratorium lapideum instar illorum [1], quae in aliis regionibus exstructa conspexerat. Et cum coepisset iacere fundamenta, indigenae quidem [2] mirati sunt, quod in terra illa necdum eiusmodi aedificia invenirentur *b*. Verum ille nequam, sicut erat praesumptuosus et insolens, non modo miratus est, sed indignatus: ex qua indignatione concepit dolorem et peperit iniquitatem. Et factus susurro in populis, nunc secreto detrahere, nunc blasphemare palam, notare levitatem, novitatem horrere, sumptus exaggerare. Istiusmodi venenatis sermonibus sollicitans, et F inducens multos ad prohibendum: *Sequimini me,* inquit, *et quod non nisi per nos fieri debet, contra nos fieri non sinamus.* Itaque cum pluribus quos suadere valuit, descendit ad locum, repertum convenit hominem Dei, primus ipse dux verbi qui erat principium mali: *O bone vir, quid tibi visum est nostris hanc inducere regionibus novitatem? Scoti sumus, non Galli. Quaenam levitas haec? Quid opus erat opere tam superfluo, tam superbo? Unde tibi pauperi et inopi sumptus ad perficiendum? Quis perfectum videbit? Quid istud praesumptionis, incohare quod non queas, non dico* [3] *perficere, sed nec videre perfectum? Quamquam amentis magis est quam praesumentis* [4] *conari quod modum excedit, vincit vires, superat facultates. Cessa, cessa, desine* [5] *a vesania hac: alioquin nos non sinimus, non sustinemus.* Hoc dixit, prodens quid vellet, non quid posset considerans. Nam de quibus praesumebat et secum adduxerat, viso viro, mutati sunt, et iam non ibant cum

ecclesiam lapideam exstruit, licet quidam adversentur. *b*

[6] aud. omn. 4. — [7] ipsius 4. — [8] p. ord. *om.* 2, 3. — [9] ante 3. — [10] *hic desinit* 2. — [11] requirunt 4. — [12] prodi 4. — [13] auxiliis 4. — [14] non 4. — [15] miser p. 3.

Num. 34. — [1] *om.* 1, 3. — [2] omnes *add.* 4. — [3] (non dico) *om.* 1. — [4] prudentis 1. — [5] *om.* 4.

eo.

A eo. Ad quem vir sanctus, tota libertate utens : *Miser,* inquit, *opus quod incohatum vides et invides, sine dubio perficietur ; perfectum videbunt multi. Tu vero quia non vis, non videbis ; et quod non vis, morieris : attendito tibi, ne in peccato tuo moriaris* [6]. Ita est. Ille mortuus est, et opus completum est ; sed ille non vidit, qui, ut praefati sumus, anno eodem mortuus est. Interim pater, audito mox quid de filio vir sanctus praedixisset, sciens verbum eius vivum et efficax esse : *Interfecit,* inquit, *filium meum.* Et instigante diabolo, tanto furore exarsit in illum, ut coram duce et maioribus Ulidiae falsitatis et mendacii arguere non vereretur hominem, qui veracissimus esset, veritatis et discipulus et amator, et convicium intulit, simiam *c* appellans. Et Malachias quidem doctus non reddere maledictum pro maledicto, obmutuit et non aperuit os suum, dum consisteret peccator adversus eum. Sed non Dominus oblitus sermonis sui quem dixerat : *Mihi vindictam et* [7] *ego retribuam.* Eadem die domum reversus homo, luit linguae effrenis temeritatem, ipso ultore, quo instigatore laxarat. Arreptum in ignem proiecit [8] daemon ; sed mox manibus assistentium extractus est, adustus tamen corporis parte, et mente captus. Et dum insaniret, vocatus Malachias venit, repperitque maledictum spumantia ora torquentem, horrendis vocibus et motibus terrentem omnia ac toto corpore agitatum, vix posse teneri a pluribus : et orans pro inimico vir totius perfectionis exauditus est, sed ex parte : nam ilico quidem, sancto orante, ille aperuit oculos et sensum recepit, relictus est autem ei spiritus Domini malus, qui eum colaphizet, ut discat non blasphemare. Credimus eum vivere usque adhuc, et usque ad haec tempora luere peccatum grande quod peccavit in sanctum ; certis temporibus tamen ferunt lunaticum esse. Porro praedictae possessiones, cum iam pro sui imbecillitate et inutilitate eas tenere non valuit, in pace ad locum cuius exstiterant redierunt. Nec renuit Malachias post multam demum vexationem, pacis obtentu. Sed iam ad opus aedificii quod Malachias aggressus est, sermo recurrat. Et quidem non erat Malachiae, non dico unde perficeret, sed unde faceret quicquam. Erat autem cor eius fiduciam habens in Domino. Dominus vero providit, ut etsi non speranti in pecuniae thesauris, pecunia non deesset. Quis enim alius fecit ut thesaurus eo loci reponeretur, repositus non reperiretur usque ad tempus et opus Malachiae ? Invenit Dei famulus in Dei marsupio, quod defuit suo. Merito quidem. Quid enim iustius, ut cui pro Deo non erat proprium, cum Deo iniret consortium et marsupium unum esset amborum ? Fideli namque homini totus mundus divitiarum est. Et quid [9] ille nisi quoddam marsupium Dei. Denique ait : *Meus est orbis terrae et plenitudo eius.* Inde est quod Malachias repertos argenteos multos non reposuit, sed exposuit : nam totum munus Dei in Dei opus iubet expendi. Non suas, non suorum considerat necessitates, sed iactat cogitatum suum in Domino, ad quem utique recurrendum non dubitat, quoties necessitas postulavit ; nec dubium Dei opus esse quod, Deo revelante, Malachias praevidit. Contulerat primum cum fratribus de opere illo : et multi prae [10] inopia minus libenter assentiebant. Inde anxius dubiusque quid ageret, coepit inter orandum vehementer inquirere quaenam [11] foret voluntas Dei. Et die quadam de via regrediens, cum iam loco appropiaret, prospexit eminus, et ecce oratorium apparuit magnum lapideum et pulchrum valde. Et intuens diligenter situm, formam et compositionem, cum fiducia arripit [12] opus, prius quidem indicata visione senioribus fratribus, paucis tamen. Sane totum quod attente notavit de loco et modo et qualitate, tanta diligentia observavit, ut peracto opere [13], factum viso [14] simillimum appareret, ac si et sibi cum Moise dictum audierit : *Vide ut omnia facias secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.* Eodem visionis genere id quoque quod in Saballino situm est, antequam fieret, praeostensum est illi, non modo oratorium, sed et [15] monasterium totum.

VITA

Varias prophetias edit, et a Deo vivens adhuc glorificatur.

35. [Claret prophetiae spiritu et omni miraculorum gloria.]. — Transeunte illo per quandam civitatem, et multitudine magna concurrente ad eum, casu vidit iuvenem inter alios se videndi curiosum. Ascenderat lapidem, et stans super summos articulos, extento collo, oculis et animo intendens in eum, quendam illi de novo Zacchaeum exhibebat. Nec latuit Malachiam, sancto quidem Spiritu revelante vere illum venisse in spiritu et virtute Zacchaei. Dissimulavit tunc tamen, tacitusque pertransiit. Ceterum in hospitio nocte ipsa narravit fratribus quomodo illum vidisset, et quid praevidisset de illo. Die autem tertia, en ille cum viro quodam nobili, domino suo : qui aperiens votum et desiderium iuvenis rogabat ut a se commendatum recipere dignaretur, et habere de cetero inter suos. Et Malachias agnoscens eum : *Non est opus,* inquit, *ut quem iam Deus commendavit, homo commendet.* Apprehensumque manu sua tradidit abbati Congano nostro, et ille fratribus *d.* Ipse vero iuvenis adhuc, ni fallor, vivens, primus conversus laicus Suriensis monasterii *e,* testimonium habet ab omnibus, quod sancte conversetur inter fratres secundum ordinem Cisterciensem. Et cognoverunt discipuli etiam in hoc Malachiam prophetiae spiritum habuisse, non solum autem, sed et in eo quod subiuncturi sumus. Cum sacramenta offerret, et appropiasset ei diaconus facturus aliquid pro officio suo, intuitus eum sacerdos, ingemuit, quod sensisset penes illum [1] latere quod non conveniret. Peracto sacrificio, secreto [2] percontatus de conscientia sua [3], confessus est, et non negavit illusum sibi per somnium nocte ipsa. Cui iniungens paenitentiam : *Non debueras,* inquit, *hodie ministrasse, sed verecunde te subtrahere sacris, et deferre tantis tamque divinis mysteriis, ut hac humilitate purgatus, dignius exinde ministrares.* Item alia vice, sacrificante illo et orante hora sacrificii, ea quidem sanctitate et puritate cordis qua solitus erat, astante [4] diacono, visa est columba intrare per fenestram in claritate magna. Ea sacerdos perfunditur totus, ea subobscurior basilica tota refulget. Columba vero aliquandiu circumvolitans, tandem residet super crucem ante faciem sacerdotis. Obstupuit diaconus ; et pavens tum pro luminis tum pro volucris novitate, quod illa sit rara avis in terra, cecidit super faciem suam, et vix palpitans sese erigere ausus est, vel quando officii sui necessitas postulavit. Post missam seorsum conventus a Malachia, sub periculo vitae iubetur nullatenus secretum prodere quod vidisset, quoad viveret ipse. Aliquando cum in Ardmacha esset cum quodam coepiscopo suo, de nocte surgens, coepit memorias

[6] mor. tuo 1. — [7] *om.* 1. — [8] proicit 3, 4. — [9] est *add.* 3. — [10] pro 4. — [11] quidnam 1. — [12] arripuit 4. — [13] tempore 1. — [14] visio 4. — [15] *om.* 4.

Num. 35. — [1] eum 4. — [2] *om.* 4. — [3] *om.* 4. — [4] adstanti 4.

sanctorum,

VITA sanctorum, quae in coemeterio sancti Patricii multae sunt, orando lustrare; et ecce unum de altaribus subito ardere conspiciunt. Ambo enim viderunt visionem hanc magnam et ambo mirati sunt. Et[5] Malachias intellegens signum esse magni meriti illius vel illorum quorum sub altari illi corpora requiescerent, currens et se mediis immergens flammis, expansis brachiis, sacram amplexatus est aram. Quid ibi fecerit, quidve senserit, nemo qui sciat; sed quod amplius solito caelesti igne succensus ex illo igne exierit, fratrum qui cum eo tunc erant reor neminem esse qui nesciat. Haec dicta sunt[6] pauca quidem de pluribus, sed multa pro tempore. Non enim signorum tempora haec, secundum illud : *Signa*[7] *non vidimus, iam non est propheta.* Unde satis apparet Malachias meus quantus in meritis fuit, qui tam multus in signis exstitit et in raritate tanta. Quo enim antiquorum genere miraculorum Malachias non claruit? Si bene advertimus pauca ipsa[8] quae dicta sunt, non prophetia defuit illi, non revelatio, non ultio impiorum, non gratia sanitatum, non mutatio mentium, non denique mortuorum suscitatio.
B Per omnia benedictus Deus, qui sic amavit et ornavit eum : qui et magnificavit eum in conspectu regum et dedit illi coronam gloriae. Amor probatur in meritis, ornatus in signis, magnificatio in ultione inimicorum, glorificatio in praemiorum retributione. Habes, diligens lector, in Malachia quid mireris, habes et quid imiteris. Nunc iam quid tibi ex his sperandum sit studiosus attende. Nam finis horum pretiosa mors est.

ANNOTATA.

a *Hic amici sui* Malachiae *mansuetudinis efferendae gratia, severum nimis de populis Hiberniae iudicem Bernardus agit. Nam et huiuscemodi perfidiae scelera intra Galliae, hoc tempore, fines perpetrabantur. Ad quasnam simultates inter Hibernicos principes in hoc loco alludat S. Bernardus non facile determinari valet. Videsis quae de hac re coniciat O'Hanlon,* The Life of St. Malachy, *p. 107, 108.*

b *Miratio non inde exsurgit quod monasterium ex lapidibus exstruebatur, id enim a Scotis, ut*
C *diximus supra in nota* h *capitis secundi, non erat alienum, sed quod in ratione aedificandi a Scotorum arte recedens, eam* Malachias *inducebat quam in sua peregrinatione intuitus fuerat.*

c *Quasi pruritu Gallos imitandi* Malachias *laboraret.*

d *Cfr. quae de hoc loco disseruimus in Comment. praevii num. 8.*

e *Surium est abbatia Cisterciensis, in baronia Offa et Iffa, in comitatu Tipperariae et dioecesi Lismorensi. Videsis Ianauschek,* Orig. Cist., *tom. I, p. 131.*

CAPUT OCTAVUM.

Recessus ex Hibernia, mors et sepultura in Clarevalle.

Romam profectus pallii causa,

36. [Locum et diem mortis suae praedicit, et causa pallii denuo iter ad papam Eugenium suscipit.] — Percontatus aliquando quonam in loco, si optio detur, extremum malit agere diem, de D hoc siquidem fratres quaerebant inter se, quem sibi quisque deligeret, cunctatur et non respondet. Instantibus illis : *Si hinc migro,* inquit, *nusquam libentius quam unde una cum nostro apostolo resurgere possim.* Dicebat autem sanctum Patricium. *Si peregrinari oportet, et ita permittit Deus, Claram-vallem delegi.* Requisitus item de tempore, diem[1] sollemnem omnium defunctorum. Si simplex votum putatur, impletum est; si prophetia, ne iota praeteriit. Sicut audivimus, sic vidimus de loco pariter et de die. Dicamus breviter quo ordine istud quave occasione provenerit. Aegre satis ferebat Malachias Hiberniam usque adhuc pallio caruisse, utpote aemulator sacramentorum, quorum ne uno quolibet gentem suam vellet omnino fraudari. Et recordatus sibi a papa Innocentio fuisse promissum *a*, inde magis tristari quod, dum adhuc ille superfuit, non fuit missum pro eo. Et nactus occasionem, quod papa Eugenius summam regiminis teneret et eo temporis usque in Franciam appropiasse nuntiaretur *b*, opportunitatem requirendi se invenisse gavisus est. E
Praesumebat autem de illo, utique viro tali[2] et de[3] tali assumpto professione *c*; magis vero quod suae Clarae-vallis specialis[4] filius exstitisset, nec timeret[5] apud illum se ullam sustinere difficultatem. Itaque convocantur episcopi, concilium *d* cogitur, tractata triduo quae tempori imminerent, die quarto aperitur consilium de pallio acquirendo[6]. Placet, sed si per alium requiratur. Tamen quia brevior via, et ob hoc tolerabilior peregrinatio videretur, non fuit qui eius obviare praesumeret consilio et voluntati. Et Malachias, soluto consilio, arripit iter. Prosequuntur eum qui convenerant fratres usque ad litus, non multi tamen, ipso nimirum prohibente. Ad quem unus illorum, Catholicus nomine, flebili voce et vultu[7] : *Heu, tu abis,* inquit, *et in quanta pene cotidiana vexatione me deseris, non ignoras, nec fers opem misertus mei. Si ego dignus*[8] *qui patiar, fratres quid peccaverunt, qui vix diem noctemve ullam a tam laboriosa cura et custodia mei feriatam habere sinuntur?* His verbis et lacrimis filii (flebat[9] enim) paterna viscera concussa sunt; et amplexatus est eum blandiendo, impressoque pectori eius signo crucis : *Certus esto,* inquit, *te eiusmodi nil passurum donec redeam.* Erat autem epilenticus, et cadebat frequenter, ita ut interdum non semel, sed saepius F pateretur in die. Hoc iam per sex annos morbo horrido laborabat; sed ad verbum Malachiae perfecto convaluit. Ab illa hora nil tale perpessus est; nil tale, ut confidimus, deinceps perpessurus, quia Malachias deinceps rediturus non est. In ipso ascensu navis accedunt duo ex his qui illi familiarius adhaerebant, audentes et petentes ab eo. Quibus ille : *Quid vultis?—Non dicimus,* inquiunt, *nisi spondeas te daturum.* Spondet. Et illi : *Volumus nobis certo promitti a tua dignatione te in Hiberniam incolumem reversurum.* Instare et ceteri omnes. Tum ille parumper deliberans, paenitere primo quod se alligasset, qua exiret non inveniens. Angustiae undique, dum nil occurreret ab alterutro tutum periculo, voti videlicet aut promissi. Visum est tandem id potius eligendum quod in praesentiarum plus urget, reliquum supernae committendum dispositioni. Annuit tristis quidem, sed magis illos noluit contristari, et spondens eis ut volunt, ascendit navem. Et cum iam

[5] at 3. — [6] sint 4. — [7] nostra *add.* 4. — [8] illa 4.
Num. 36. — [1] respondit *add.* 4. — [2] tali vero 3. — [3] *om.* 3. — [4] spiritualis 4. — [5] timeri 3. — [6] requirendo 3. — [7] fletu 3. — [8] dignus ego 4. — [9] flebant 4.

fere

A fere medium iter aequoreum peregissent, subito contrarius ventus navem repellit et reducit in terram Hiberniae. Descendens de navi, in ipso portu in quadam sua ecclesia pernoctavit. Et laetus gratias egit divinae consilio providentiae, quo factum est ut iam fecerit[10] satis pro sua promissione. Mane vero intrans navem, ipsa die prospero cursu transfretavit, et venit in Scotiam. Die tertia pervenit ad locum qui Viride-Stagnum dicitur; quem fecerat praeparari ut ibi statueret abbatiam *e*. Et relicto illic de filiis suis, fratribus nostris, monachorum conventu et abbate, nam secum ad hoc ipsum eos adduxerat, valedicens eis profectus est. Et cum transiret, occurrit ei rex David; a quo susceptus[11] cum gaudio et retentus per aliquot dies, multaque operatus placita Deo, incohatum repetit iter. Et pertransiens Scotiam, in ipso introitu Angliae divertit ad ecclesiam Gisiburnensem *f*, ubi habitant viri religiosi canonicam ducentes vitam, ab antiquo familiares ei pro sua religiositate[12] et honestate. Ibi adducta est ad eum mulier[13] patiens morbum, quem cancrum vulgo appellant, ipso horrendum visu; et sanavit B eam. Nam ubi aqua, cui benedixit, aspersa sunt ulcerum loca, dolorem non sensit; die vero sequenti vix ulcera apparebant. Abiens inde ad mare venit; sed negatur transitus. Causa, ni fallor, fuit orta simultas quaedam inter summum pontificem et regem Angliae, quod rex nescio quid mali suspicaretur de bono illo homine, si transiret: nam neque[14] alios episcopos transire sinebat *g*. Quod quidem impedimentum, etsi fuit contrarium Malachiae voluntati, sed non voto. Dolebat differri a desiderio suo, nesciens magis per hoc impletum iri. Nam si incontinenti transisset, oportebat transire etiam Claram-vallem, ut summum pontificem sequeretur. Iam enim abierat, et erat Romae aut prope Romam. Nunc vero intercedente dilatione, factum est ut tardius transfretans, ad locum et horam sanctissimi sui obitus opportune occurreret.

Malachias cum Claram-vallem advenisset, in morbum incidit.

37. [Rursus Claram-vallem venit, moriturus loco et tempore quo desideraverat.] — Qui a nobis susceptus est tamquam verus ab occidente veniens, visitans nos oriens ex alto. O quantum nostrae Clarae-valli irradians sol ille claritatis adauxit! Quam iucundus ad eius introitum dies C festus illuxit nobis! Haec dies quam fecit[1] Dominus: exsultatum et laetatum in ea. Quam celer et saliens, tremulus licet ac debilis, mox ipse occurri, quam laetus in oscula rui, quam laetis brachiis missam mihi caelitus[2] amplexatus sum gratiam, quam alacri vultu et animo, mi pater, introduxi te[3] in domum matris meae, et in cubiculum genetricis meae! Quam festivos deinde tecum duxi dies, sed paucos! Quid vero ille vicissim nobis? Nempe hilarem, nempe affabilem peregrinus noster omnibus se praebebat, omnibus incredibiliter gratum. Quam bonum et quam iucundum agebat hospitem apud eos, quos nimirum videre venerat a finibus terrae, non auditurus Salomonem, sed exhibiturus. Denique audivimus sapientiam eius, tenuimus praesentiam eius et tenemus. Iam quattuor aut quinque dies huius nostrae sollemnitatis defluxerant, cum ecce die sollemni beati Lucae evangelistae missa in conventu sua illa sancta devotione celebrata, febre correptus lecto decubuit: et nos cum illo omnes. Extrema gaudii nostri maeror occupat, moderatior tamen quod levior interim febris esse videretur. Videres discurrere fratres dandi avidos vel accipiendi. Cui non dulce videre illum, cui non dulcius ministrare illi? Utrumque suave, utrumque salutare. Et humanitatis erat praebere obsequium, et profectus cuique sui, cum gratiam reportaret. Assistere omnes[4], omnes solliciti erant circa frequens ministerium; medicamenta perquirere, adhibere fomenta, urgere saepius ad gustandum. Ad quos ille: *Sine causa*, inquit, *haec, sed caritate vestri facio quicquid iniungitis*. Sciebat enim imminere tempus suae migrationis. Cumque fratres, qui cum eo venerant, fidentius instarent, dicentes non oportere diffidere de vita, nec enim signa mortis in eo aliqua apparerent: *Oportet*, inquit, *hoc anno Malachiam exire de corpore*. Et infert: *Ecce appropinquat dies, quem, ut optime nostis, optavi semper ipsum fore diem resolutionis meae. Scio cui credidi et certus sum, non fraudabor reliquo desiderii mei, qui partem iam teneo. Qui me sua misericordia perduxit ad locum quem petii, terminum, quem aeque volui, non negabit. Quod ad hoc corpusculum attinet, hic requies mea; quod ad animam,* E *Dominus providebit, qui salvos facit sperantes in se. Nec parum spei repositum mihi in die illa, qua mortuis tanta a vivis beneficia impenduntur.* Nec longe aberat dies ipsa, cum talia loqueretur. Interea iubet se sacro oleo ungi. Exeunte conventu fratrum ut sollemniter fieret, non sustinuit ut ad se ascenderent, ipse descendit ad eos. Iacebat siquidem in solario domus superioris. Ungitur; et sumpto viatico, fratrum se orationibus et fratres commendans Deo, ad lectum revertitur. Alto de solio descendebat pedibus suis, et rursum nihilominus suis pedibus ascendebat, et dicebat mortem esse in ianuis. Quis hunc hominem crederet moriturum? Solus ipse et Deus id scire poterant. Non vultus pallidior, non macilentior videbatur, non rugata frons, non reconditi oculi, non nares extenuatae, non contracta labia, non adusti dentes, non collum exesum et gracile, non curvi humeri, non caro exinanita in corpore reliquo. Haec erat gratia corporis eius et haec gloria vultus eius, quae non evacuatur, ne in morte quidem. Talis quoad vixit, talis et mortuus apparebat viventi similior.

Ibidem moritur die tertia novembris 1148.

38. Cucurrimus usque huc, sed modo haeremus, quia Malachias cursum consummavit. Stat ille, et nos pariter stamus cum eo. Alioquin quis libenter currat ad mortem? Praesertim tuam, pater sancte, quis referre possit? Quis velit audire? Attamen dileximus nos in vita; in morte non separabimur. Fratres, non relinquamus in morte, quem in vita prosecuti sumus. Ab ulteriori Scotia usque huc cucurrit ille ad mortem; eamus et nos, et moriamur cum eo. Oportet, oportet dicere, quam cernere necesse fuit. Adest omnium sanctorum clara ubique celebritas; sed iuxta veterem sententiam: *Musica in luctu importuna narratio est.* Adsumus, canimus vel inviti. Flendo cantamus, et cantando flemus. Malachias, etsi non cantat, non plorat tamen: quid enim ploret qui appropinquat ad gaudium? Nobis qui relinquimur relinquitur luctus, solus Malachias festum facit. Quod enim non potest corpore, facit mente, sicut scriptum est: *Cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.* Deficiente illi corporis instrumento, silente organo oris, officio vocis cessante, reliquum est ut

[10] fecerat 4. — [11] est *add.* 3. — [12] religione 4. — [13] puella 4. — [14] *om.* 3.

Num. 37. — [1] dedit 4. — [2] cael. mihi 1. — [3] duxi te 3, 4. — [4] et *add.* 3.

mentis

VITA

mentis iubilo sollemnizet. Quidni sollemnizet sanctus qui sanctorum ducitur ad sollemnitatem? Exhibet illis mox quod sibi debebitur. Adhuc modicum, et ipse unus ex illis est. Sub noctis crepusculo, cum iam utcumque diei a nobis expleta celebritas foret, Malachias appropinquaverat non crepusculo, sed aurorae. An non illi aurora, cui nox praecessit, dies autem appropinquavit? Itaque febre invalescente, coepit ex intimis ardens per omne corpus erumpere sudor, ut quodammodo transiens per ignem et aquam educeretur in refrigerium. Iam desperatur de vita eius, iam quisque suum iudicium reprehendit, iam nulli dubium Malachiae sententiam praevalere. Vocamur; adsumus. Et ille oculos levans in circumstantes: *Desiderio desideravi,* inquit, *hoc pascha manducare apud vos. Gratias ago supremae pietati: non sum fraudatus a desiderio meo.* Vides hominem securum in morte, et necdum mortuum iam certum de vita. Nec mirum. Videns adesse noctem quam exspectaverat, et in ipsa diescere sibi, quasi de nocte triumphans videtur insultare tenebris et quodammodo loqui: *Iam non dicam, forsitan te-* B *nebrae conculcabunt me, quia haec nox illuminatio mea in deliciis meis.* Et blande nos consolans [1]: *Habete,* inquit, *curam, mei: ego vestri, si licuerit, non obliviscar; licebit autem. Credidi in Deum, et omnia possibilia credenti. Amavi Deum, amavi vos, et caritas numquam excidit.* Et suspiciens in caelum: *Deus,* inquit, *serva eos in nomine tuo, non solum autem eos, sed et omnes qui per verbum ac* [2] *ministerium meum tuo se mancipavere servitio.* Deinde imponens manus singulis et benedicens omnibus, pausatum ire iubet, quia nondum venerat hora eius. Imus; redimus circa medium noctis, nam ea hora lux lucere in tenebris nuntiatur. Impletur domus; adest congregatio tota, abbates quoque multi qui convenerant. Psalmis et hymnis et canticis spiritualibus prosequimur amicum repatriantem. Anno aetatis suae quinquagesimo quarto, loco et tempore quo praeelegit et praedixit, Malachias episcopus et legatus sanctae apostolicae sedis, velut e manibus nostris assumptus ab angelis feliciter obdormivit in Domino. Et vere obdormivit: vultus placidus placidi exitus indicium fuit. Et quidem omnium oculi fixi in eum; nemo tamen qui eum [3] quando exivit advertere C potuisset. Mortuus vivere et vivens mortuus putabatur, adeo nil intercedit quod alterutrum disterminaret. Eadem vivacitas vultus, serenitas eadem, qualis apparere solet in dormiente. Diceres mortem nihil horum tulisse, magis auxisse plurimum. Non est mutatus, sed ipse mutavit omnes. Mirum in modum luctus et gemitus omnium subito conquiescit; mutatur in gaudium maeror, planctum cantus excludit. Effertur, feruntur in caelum voces, infertur oratorio abbatum humeris. Vicit [4] fides, triumphat [5] affectus, res in suum devenit statum; cuncta geruntur ex ordine, cuncta ex ratione procedunt. Et revera quid rationis habet immoderatius plangere Malachiam, quasi non sit pretiosa mors eius, quasi non sit magis somnus quam mors, quasi non sit mortis portus et porta vitae? Malachias amicus noster dormit, et ego D lugeam? Luctus iste usu se, non ratione tuetur. Si Dominus dedit dilecto suo somnum, et talem somnum, in quo hereditas Domini filii merces fructus ventris, quid horum videtur fletum indicere? Egone fleam illum qui fletum evasit? Ille tripudiat, ille triumphat, ille introductus est in gaudium Domini sui; et ego eum plangam? Cupio mihi haec, non illi invideo. Interim parantur exsequiae; offertur pro eo sacrificium, consummantur ex more omnia cum summa devotione. Stabat eminus puer cui emortuum pendebat a latere brachium, magis illi impedimento quam usui. Quo comperto, innui ut accederet, et apprehensam aridam manum applicui ad manum episcopi, et vivificavit eam. Nempe vivebat in mortuo gratia sanitatum, et manus eius fuit mortuae manui quod mortuo homini Elisaeus. Puer ille de longe venerat, et manum, quam pendentem attulerat, sanam in patriam reportavit. Iam omnibus rite peractis, in ipso oratorio sanctae Dei genetricis Mariae, in quo sibi bene complacuit, Malachias traditur sepulturae, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo, quarto E nonas novembris. Tuum est [6], Iesu bone, depositum quod nobis creditum est; tuus thesaurus qui reconditur penes nos *h*. Servamus illum resignandum in tempore quo reposcendum censueris: tantum ut absque contubernalibus suis non egrediatur, sed quem habuimus hospitem, habeamus ducem, tecum et cum ipso pariter regnaturi in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Hanc promissionem lege supra num. 21.*

b *Re quidem vera, Eugenius papa versabatur Lugduni 22 martii anni 1147, die vero 14 maii anni 1148 erat Lausannae. Cfr. Jaffé-Loewenfeld,* Regest. Rom. Pontif., *2a ed., 1888, tom. II, pp. 39, 57.*

c *Eugenius papa fuit aliquando in coenobio Claravallensi S. Bernardi discipulus; videsis* Act. SS. *Aug., tom. IV, p. 182.*

d *Vide supra, num. 21.*

e Viride stagnum, *ut refert O'Hanlon, tom. cit., p. 157, in not., nunc dicitur* Saulseat, *olim paroecia in Wigtonshire, in Scotiae partibus, nunc vero* F *pertinet ad paroeciam Inch.*

f Gisburn *iacet ad occidentem in hac comitatus Eboracensis parte, quae dicitur* Wapentake de Staincliffe *et* Ewcross. *Cfr. Lewis,* Topographical Diction. of England; *Whitaker,* The History and Antiq. of the deanery of Craven in the County of York, *p. 29.*

g *De hac regis Stephani prohibitione cfr.* Histor. pontifical. *in* M. G. *scr., tom. XX, p. 517.*

h *Apud Henriquez,* Menologium Cisterciense. *ad d. 5 nov. editum est epitaphium S. Bernardo ascriptum, quod incipit:*

Scire cupis quisnam iacet hic? Dominus Malachias
Haeres quis fuerit? quaerere pergis adhuc?

Num. 38. — [1] consolans nos 3. — [2] per *add.* 3. — [3] *om.* 4. — [4] vincit 3, 4. — [5] triumphavit 4. — [6] *om.* 4.

DE BEATA

A D

DE BEATA ALPAIDE

VIRGINE CUDOTENSI, IN GALLIA

ANNO MCCXI — **COMMENTARIUS PRAEVIUS** — J. D. B.

§ I. Cultus B. Alpaidis nuper confirmatus.

Archiepiscopus Senonensis, facta inquisitione,

1. *In pago Cudotensi, territorii Senonensis, anno Domini 1211, virgo quaedam,* Alpais *nuncupata, pauperioribus orta parentibus, cum tanto sanctitatis nomine in Domino requievit, ut eam martyrologia non pauca beatis annumeraverint, accolae vero, inde ab eius obitu ad nostram aetatem usque, publica veneratione prosecuti sint* (1). *Cum hanc venerationem ad normam liturgicam adducere vel-*
B *let reverendissimus dominus Victor Felix Bernadou, archiepiscopus Senonensis, iudicem delegavit amplissimum dominum Iacobum Carlier, canonicum ecclesiae Senonensis, qui colligeret documenta quibus statueretur constare in causa* Alpaidis *super casu excepto a decretis Urbanianis.*

confirmationem cultus B. Alpaidis *a sancta sede impetrat,*

2. *Itaque, facta inquisitione, reverendissimus archiepiscopus Senonensis litteris, die 18 octobris anni 1869 datis* (2), *sanctam sedem rogavit, ut sententiam a se et a iudice prolatam de cultu immemoriali beatae virgini adhibito comprobaret. Quod cum die 26 februarii anni 1874 praestitisset sacra Rituum Congregatio, die 14 martii anni eiusdem, archiepiscopus Senonensis supplices ad summum pontificem litteras iterum dedit postulaturus, ut tertia novembris, qua vita migrasse fertur, ageretur festum* S. Alpaidis *de communi virginum non martyrum, cum tribus lectionibus propriis in secundo nocturno, sub ritu duplici minori, in ecclesiis dioecesis, sed sub ritu duplici secundae classis in ecclesia Cudotensi, ubi religiose servatur corpus sanctae virginis. His precibus suas subiunxit Aurelianensis episcopus, reverendissimus dominus Felix Dupanloup, rogans ut suae dioecesi et quae Seno-*
C *nensi, et pago Triguieres, ubi nonnulli* B. Alpaidem *natam volunt, concederentur ea quae Cudotensi ecclesiae expostulaverat archiepiscopus Senonensis. Quorum precibus annuit sedes apostolica decreto 28 novembris eiusdem anni 1874 lato.*

§ II. Enumeratio documentorum de S. Alpaide.

cuius Vitam monachus Cisterciensis quidam

3. *Qualis fuerit beatissima virgo* Alpais *potissime docemur ex triplici documento, quorum primum est libellus de vita et visionibus eius, duplici prologo ac quattuor libris constans. Hoc opus, ut legenti prologum libri primi manifesto patebit, scripsit, vivente virgine, vir quidam ipsi amicissimus, sacerdos ac monachus ordinis Cisterciensis, non tamen Scarleis ascriptus* (3). *Si enim Scarleiorum abbatiae alumnus fuisset, hanc non vocasset* quandam abbatiam ordinis nostri (4). *Idem, ut ipse testatur, fuit in domo paterna litteris eruditus a Ricardo sacerdote, qui iustitiae causa mortem obivit* (5). *Plura de ipso frustra quaeres, nihil quippe inventurus praeter litteram nominis eius initialem. Etenim qui contulerit quae referuntur capite III libri secundi de monachis P. et G., qui, licet a virgine praemoniti, ipsam tamen in festivitate sancti Lucae adierint, cum illis quae de Petro Scarleiensi monacho memorantur in capite XIII libri II et in capite XIII libri IV, iure* E
quodam coniciet litteram istam esse litteram G.

conscripsit ante annum 1180.

4. *P. Victor De Buck, qui rogatus a causae postulatore commentarium de beata virgine* Alpaide *scripsit, opinatus est hanc eius Vitam confectam fuisse ante annum 1180, et quidem propter sequentes rationes* (6) : Nam de Guillelmo de Flotenis, sanctissimo eremita, qui hoc anno obiit, tamquam de viro adhuc vivo loquitur (7), nec ullum verbum facit de adventu reginae Adelae, quae hoc ipso anno 1180 sanctam Alpaidem visitavit. *Sed prius argumentum, desumptum ex verbis istis:* Fouberte, Fouberte, multum me vexastis, multum me affligitis, tu et alius eremita qui dicitur Guillelmus de Flotenis, *a muliere daemoniaca prolatis, quid evincat non assequor. Etenim vera sonant, modo vixerit Gulielmus, dum ad Foubertum mulier adducebatur. Nec ex praetermissa visitatione Adelae reginae quicquam definiri puto, cum et alias idem auctor ne verbulum habeat de omnibus quae inter virginem et archiepiscopum Senonensem, regi Philippo affinitate iunctum, fuerunt acta* (8). *Ea insuper est ipsius Vitae conscriptae ratio ut, si regulis criticis standum est, certum sit ex argumento negativo in quamlibet partem nihil deduci* F
posse. Sed potius argumentum conficitur ex eo quod in capite VI libri IV reminiscitur auctor peregrinationis, quam ad magistri sui Richardi sepulcrum instituit comes Vindocinensis, qui erat vinculo excommunicationis ligatus. Nam ex usurpata verbi erat *locutione, prorsus significatur tunc comitem hoc vinculo adhuc esse ligatum. Ex litteris autem quas dedit Ioannes Suresberiensis, episcopus Carnotensis, de absolutione Ioannis, comitis Vindocinensis, hanc actam novimus anno 1180* (9).

De B. Alpaide *plura tradunt chronicorum scriptores, ut Robertus Altissiodorensis,*

5. *Secundo loco veniunt ad illustranda acta* S. Alpaidis, *quae scripta reperiuntur ad annum 1180 in chronicis, quorum auctor fertur esse Robertus Altissiodorensis* (10), *adiecta ad annum 1211 ab operis continuatore mentione de morte* S. Alpaidis (11). *Sunt autem sequentia.*

Anno 1180. Sub hoc tempore, in territorio Senonico, villa Cudot, habetur puella celebri opinione vulgata ; nec enim mirum si celebris, in qua nimirum effulget miraculum eminens ac praeclarum.

(1) *Anal. iur. pontif.*, 1874, pp. 1029-76. — (2) *Summarium super dubio*, p. 46. — (3) Vide inf. in Vita edita, librum II, cap. VII, et cap. VIII. — (4) Vid. ibid., lib. II, cap. VII. — (5) Vid. inf. in Vita edita, lib. II, cap. VII. — (6) *Summarium*, p. 11. — (7) Vide infra in Vita, lib. III, cap. XIV. — (8) Cfr. infra, p. 168. num. 6, quae refert Radulphus de Coggeshale. — (9) P. L., tom. CXIX, p. 376. — (10) *Rec. des hist. de France*, tom. XVIII, p. 248. — (11) Ibid., p. 280.

Ille

A Illi divinitus collatum est in corpore degere, et corporalis cibi subsidio, ut dicitur, non egere, decem circiter annis usque ad annum hunc iam decursis ex quo primum divino munere tali est privilegiata virtute. Haec quidem, genere infimo officioque bubulca, Alpis nomine, gravi admodum atque diutino prius est castigata flagello, adeo ut, propter affluentem de toto corpore saniem, suis quoque foret in horrorem. Sed qui contemptibilia mundi elegit et infirma, post longa patientiae probamenta respexit humilitatem ancillae suae, et quo magis eam quasi in camino tribulationum excoxit, eo digniorem effecit, corpus ei redintegrans spiritalique alimento sustentans. Ita vero sui est impotens, ut non nisi ab altero moveri queat, iacens continuo resupina, praeter caput et dexteram membris ceteris sui vigore officii destitutis. Cumque nullum facile cibum possit traicere, ad traiciendum tamen viaticum naturalem meatum habet libere praeparatum. Sane in corpore facta est admodum perexilis et marcida, quippe intestinis prae longa introrsus inedia vacuatis;
B attamen ita venusta corpulentaque in vultu cernitur ac si deliciarum copia perfruatur. Frequenter autem rapitur in excelsum, et angelo duce freta, nunc poenarum percurrit loca, nunc gaudia beatorum. Ad se rediens, quid et cui proferat caute librat, magistrante nimirum interius Spiritu, et docente quid silere debeat, quid proferre. In sollemnitatibus vero Domini vel Matris datum est illi per excessum plerumque sursum rapi, mundumque et omnia quae in mundo sunt libero mentis intuitu contemplari. Cum autem post unum vel plures dies de illa altissima quiete regreditur, sicut ipsam audivimus referentem, videtur sibi de quaqam amplissima luminis regione in tenebras reici, ac velut molam quandam mentis suae oculis superponi. Refert quoque quia, dum in illo est raptu, conspiciat universaliter mundum in modum pilae, forma tereti circumscriptum, solem terra maiorem, terram ovum in medio pendulum et aquis undique circumscriptum, res vero rerumque rationes et causas tam infinitas esse, tam abditas, ut ea tanto minus quisque sapiat quanto curiosius investiget. Plerumque in spiritu videt absentia, praevidet plerumque futura; verum illud eo specialius admirandum quo
C rarius feminam editam et educatam ruri, ruralique operi assuetam, tantae dono sapientiae insignitam. Cum ea sane pluries collocutus, fateor, obstupui tantam inesse feminae sapientiam in consiliis, circumspectionem in verbis. Etenim tam prudenter eloquitur, tam discrete consulit, tam salubriter adhortatur, ut luce clarius sit ipsum, qui docet hominem scientiam, in ea sibi delegisse sedem, in ea facere mansionem.

Quibus ad annum 1211 continuator Roberti chronographi haec, illo ipso loco continuationem exorsus, adiecit (1): Currente adhuc anno Domini MCCXI, moritur venerabilis virgo Alpais de Cudot; de qua, quoniam superius multa dicta sunt, hic eius obitum tetigisse sufficiat.

necnon et Radulphus de Coggeshale,

6. *Maximo quoque pretio habentur quae notanda curavit Radulphus, abbas de Coggeshale, ordinis Cisterciensis* (2), *quoniam ipse quod alii omiserunt obiterve scripserunt diserte refert, scilicet amplioribus quas Willelmus archiepiscopus construxerat aedibus adiectam fuisse cappellam sacerdotemque huc deputatum qui sacris operaretur. Ipsum Radulphum audiamus.*

D Fuit iisdem temporibus in Senonensi archiepiscopatu quaedam sacratissima virgo, nomine Aupeis, quae iam plus quam XXX annis nullum omnino sumpserat cibum aut potum, nisi sacram communionem dominicis tantum diebus. Coram lecto suo fabricata est ecclesia, et sacerdotes ac ministri deputati, qui divinum officium coram ea celebrarent. Altare vero ita erat ordinatum ut sacra virgo semper posset intendere qualiter sacerdos in celebratione divini officii se haberet. Haec pauperibus parentibus nata, et sub austera matris suae disciplina nutrita in villa quadam modernae mansionis suae, nomine Eudov, dum olim adolescentula in pastu pecorum patris sui detineretur, iam tunc adeo iustitiam zelabat ut nemini molesta in pascuis alienis clam depascendis fieret, sed secundum regulam caritatis omnibus pro modulo suo morem gerebat. Tandem autem, ut divinus amor circa dilectam filiam fructuose claresceret, misit Dominus manum suam et tetigit os eius et carnem, percussitque eam ulcere pessimo, ita quod a planta pedum usque ad verticem non erat in illa sanitas. Breve quoque E
temporis successu pestilens fetor totius paralytici corporis ulcera pervasit, ut parentes eius, tantae luis impatientes, ipsam, in domo vili seorsum abicerent, et singulis diebus eam invisentes, pauperrimum ei victum, occlusis ob fetorem naribus, ab ostio porrexerunt. Pater autem misericordiarum et Deus totius consolationis, placatus eius patientia, et miseratus eius aerumnam et parentum dolorem, in sabbato sancto vigiliarum Paschae revisens solam solus per gloriosum nuntium suum consolabatur. Siquidem eo die praecipuum luctum habuit, quod ad tantam, ut decuit, sollemnitatem, ceteris hominibus vestium splendore decoratis et ecclesias sollemniter petentibus, ipsa singulariter miserabilis in infernali quodam squalore decumbens contabescebat, quo sibi erat dolori, parentibus oneri, Deo non honori. Haec ea peranxie lamentanti subito misericordiae mater et Virgo cum immenso lumine simul et odore suavissimo astitit, et post consuetam sibi dulcissimam salutationem, consolatoria ei pro more sua verba proposuit. Fidem itaque suadens ac patientiam, tantam ei pollicitabatur ab illa hora et deinceps futuram gloriam, quantam eatenus experta fuit ignominiam; quantum fuerat ante mundo despicabilis, tan- F
tum foret cunctis desiderabilis. Extensaque sancta dextera, singula paralyticae membra contrectat, et mox ulcera quaeque curantur, fetor omnis abscedit. Itaque peracta legatione, inenarrabilem post se fragrantiam relinquens, in caelum recipitur. Adventantes autem parentes cibum paralyticae pro more offerunt; sed dum eorum cibis se iam non egere praedicat, etiam miraculo sublati fetoris et insolitae suavitatis experimento in stupores eos commutat. Ipsa vero deinceps nil comedente, fama celebris de miraculoso eius ieiunio ad archiepiscopi Senonensis bonae recordationis Willelmi, avunculi Philippi regis illustris Galliae, aures pervenit. Qui cum huiusmodi quasi anilibus relationibus minime crederet, multitudinem honestarum mulierum et opulentarum eo ad veritatem insoliti rumoris probandam destinavit; quae cum per mensem aut amplius insidiosas excubias ibidem fecissent, tandem recedere parantes, a paralytica cum leni risu redarguuntur, quod tanto tempore cum ea morantes, nec cibum nec potum ei obtulissent. Igitur fide facta archiepiscopo de tam miraculoso

(1) Op. cit. p. 280. — (2) Radulphus de Coggeshale, *Chronicon anglicanum*, edidit Stevenson, p. 125, Londinii, 1875.

A miraculoso ieiunio, ipse, paucis se comitantibus eo celeriter advehitur, paralyticam suaviter alloquitur, paternamque sibi consolationem, sese cuncta necessaria subministrante, pollicetur. Ecclesiam insuper ibi cum mansionibus canonicorum regularium, assignatis in eorum stipem sufficientem reditibus, se constructurum instanter promittit, quatinus ibidem coram ea divina celebrent, et eius dispositionibus devotius obsecundent. Virgo autem sancta, sancto Spiritu afflata, innatam sibi paupertatem amplectens et saeculi pompam cavens, dum religiose latebras quaerit, archiepiscopi verbis humiliter contradicit. Allegat enim natalium suorum obscuritatem tantam non decere celebritatem, valetudinem tantam in tam vili valetudinaria non oportere tantam sustinere frequentiam, religionem denique, si quae sibi videretur inesse, ne peremptorie temptaretur a xenodoxia populosam occupationem non desiderare. Archiepiscopus tamen, dum obstinate manet in sententia, recedens in sua, citissime destinat operarios, qui singulorum aedificiorum fundamentis instanter positis, opus urgent. Quorum importunitatem dum B sancta virgo fastidit, in tantam accidiam ex abundantia doloris cecidit, quod (ut erat iracundissima) per mensem vel amplius Dei gratiam sibi non inclamavit. Iacuit igitur sibi sic velut amens, nec sibi nec aliis in Deo consulens. Et ecce in hoc nimio eius silentio subito visus est ei Deus et homo, quasi pendens et sanguinem stagnans in crucis patibulo. Ad hanc igitur visionem in se reversa spiritum compunctionis recepit, et velut ab inferis rediviva sic deinceps exsultavit in Dei gratia. Non fuit autem mirum si tanta eam commotio diu tenuit, quae quanta sibi foret tribulatio futura ex hac structura, sancto sibi Spiritu inspirante, praecognovit. Item namque canonici dum enormiter viventes pacem sanctae illius contemplativae perturbant, in molestissimas eas curas violenter praecipitant, dum eam necesse est a desideratissimis amplexibus sponsi caelestis crebro avelli, quatenus eorum contentiones legitime valeant decidi, et pace interrupta resarciri. Ad huius colloquium reverenter accedebant archiepiscopi et episcopi, et maxime abbates Cistercienses, cum quibus speciali et familiari devotione devincta erat. Reges quoque ac principes, nobiles pariter et C ignobiles, eius praesentiam devote visitabant, et eius orationibus se commendabant. Singulis noctibus sacra corporalia super pectus eius reponebantur. Semper in lecto suo recumbebat, quia totum corpus, praeter solum caput cum pectore, praemortuum fuerat, et insensibile effectum. Manum tamen dexteram cum brachio beatus Thomas in habitu pontificali apparens ei restituit, qua flabellum tenens in aestate muscas abigit, cum prius ei nullo tempore musca insederit. Multotiens quasi in exstasi iacens divinis revelationibus et visionibus intererat, unde et multa futura multis revelabat; et praecipue praelatos de indisciplinato gestu subditorum certificabat, et quae corrigenda in domibus eorum erat intimabat.

Praeterea agunt de B. Alpaide *chartae et diplomata,*

7. *Radulphi testimonium, quod modo ex integro recitavimus, confirmatur ex variis locis chartarum et diplomatum* (1). *Scilicet anno 1180, regina Adela prioratui Cudotensi annualem, quamdiu viveret, reditum unius modii frumenti pro amore venerabilis dominae* Alpaidis *destinavit, ac diplomate anni 1184 hunc reditum Philippus Augustus perpetuum esse voluit* (2). *Anno 1190, Emeniarta de Ordone donavit ecclesiae et canonicis quicquid habebat apud Nuulli, et Landricus, Emeniartae filius, quittavit iisdem acceptis 20 libris Pruviniensibus quicquid iuris clamabat in decima de Englut et in terragio de Cudoto* (3). *Anno 1194, Avelina Daimberti, domini de Seignelay, terras aliquas in eleemosynam dedit ecclesiae de Cudot et* Alpaidi, *bonae opinionis mulieri, et canonicis cum ea regulariter degentibus* (4). *Tandem anno 1210, Petrus de Corbolio, archiepiscopus Senonensis, ecclesiam Cudotensem dotavit* (5).

Caesarius Heisterbacensis,

8. *Praefatis documentis, sed notae peioris, annumeratur Caesarius Heisterbacensis* (6), *qui virginem praedicavit nobiliori genere ortam. Ita ipse :*

In regno Franciae villa, quae Quido dicitur, virgo quaedam fuit nobilis et religiosa, sed paralytica. Huic pater suus, utpote vir magnus et dives, sacerdotem, qui ei divina celebraret instituit, ministros, annuosque redditus sufficienter ordinavit : quae cum orationibus, ieiuniis et diurnae contemplationi operam daret, ita illarum dulcedine est pasta, ut omnis cibus corporalis ei in nauseam verteretur, E nec aliquid ex eo sumere posset, nisi succum modicum uvarum. Hospitalis erat valde, per quam et spiritum meruit prophetiae. Ordinem nostrum summo honore reverebatur, et hoc ei saepissime contigisse fertur, ut cum aliqui monachorum sive abbatum ad eius hospitium divertere proponerent, illorum adventum ipsa praesciret atque in hunc modum hilaris familiae praediceret : *Tali ac tali die, illi et illi abbates sive monachi ad nos venturi sunt, praeparate necessaria.* Quod ita factum est. Visionem quandam mirificam de ordine videre meruit, quae in ordinis amorem illam plurimum accendit. Tempore quodam capituli generalis, in ipso capitulo scalam mirae pulchritudinis usque ad caelum vidit erectam, Dominumque innixum scalae super capitulum respicientem, cuius latera et gradus tanti splendoris erant ut solares radios superarent...... Alio tempore, cum in die Purificationis Dominae nostrae sanctae Mariae virginis, clericis aliisque ministris divino nutu absentibus, sola iaceret intra se tristis dicebat : *Modo hic sola iaces, nec aliquid obsequii more ecclesiae universalis hodie beatae Dei genetrici Mariae impendis.* Dum talia in mente volveret, spiritus eius F mirabili Dei virtute de corpore eductus, ab angelo in caelestem Ierusalem est deductus; in qua maximam vidit processionem, ex diversis eiusdem beatae civitatis ordinibus, patriarchis videlicet, prophetis, apostolis, martyribus, confessoribus, virginibus, ceterisque fidelibus, ex quibus bini ac bini simul incedebant et candelas ardentes in manibus gestabant, antiphonas sive responsoria ad diem pertinentia, more ecclesiae militantis, omnes decantabant, et stationes debitas observabant. Angelus vero virginis ductor, alteri cuidam virgini, quam noverat esse consimilis meriti, illam sociavit, candelam porrigens ardentem. Tantus erat decor omnium, tanta gloria in dispari tamen claritate singulorum ut nulla lingua fari sufficeret. Salvator vero, qui caput est omnium sanctorum, splendor gloriae et sol iustitiae, indutus pontificalibus, mitram gestans in capite suo, cum baculo, chirothecis, et annulo, et reliquis episcopalibus ornamentis, novissimum locum, cum sanctissima matre sua Maria, tenebat, cuius pulchritudinem omnis ille caelestis exercitus mirabatur. Qui cum post tertiam statio-

(1) *Summarium*, p. 5. — (2) Quantin, *Cartulaire général de l'Yonne*, tom. II, p. 347. — (3) Quantin, ibid., tom. II, p. 418. — (4) *Summarium*, p. 10. — (5) *Gallia christiana*, tom. XII, p. 58. — (6) *Memorabilia*, lib. VII, cap. XX.

AUCTORE J. D. B.

nem incohasset antiphonam : *Hodie beata virgo Maria puerum Iesum praesentavit*, et cetera, ingressi sunt templum ex auro gemmisque constructum. Deinde inceptus est missae introitus videlicet : *Suscepimus Deus misericordiam tuam*, et ab omnibus simul decantatus. Interim, Christo introeunte ad altare, postquam expletum est *Kyrie eleison* a choris alternatim, post *Gloria in excelsis Deo*, quod ipse dominus noster Iesus Christus incohavit, beatus protomartyr Stephanus epistolam legit de libro Malachiae prophetae, videlicet : *Ecce ego mitto angelum meum*. Sanctus vero Ioannes evangelista, dalmatica indutus, legit evangelium secundum Lucam, scilicet : *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae ;* quo perlecto, Dominus, secundum morem ordinis nostri, ad gradum rediit et ab offerentibus candelas suscepit. Praedicta autem virgo, per spiritum sentiens se ad corpus reversuram, candelam suam offerre noluit, etiam angelo suo praecipiente, volens illam secum ad terras portare : quod angelus considerans, candelam in manu eius fregit, superiorem partem auferens et inferiorem illi relinquens, sicque ad corpus B reversa partem eandem manu conclusam se retinuisse invenit. De qua plurimae fiebant, et forte usque hodie fiunt virtutes ; nam aquam superfusam infirmi bibunt et convalescunt. Tam manifesta et sublimis erat visio ut modum eius minime intellegeret, dicens illud Apostoli cum de ea interrogaretur : *Sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit*. Dominus Eustachius, abbas de claustro sive Hemmenrode, visitator noster, audiens hanc visionem, quibusdam abbatibus referentibus, desiderio veritatis cognoscendae virginem principaliter adiit, et ab eius ore quae dicta sunt audivit... Aliam vero Deus illi ostendit visionem multo hac excellentiorem. Cum tempore quodam cogitaret de abysso aeternae praedestinationis et ineffabili sacramento atque remedio divinae incarnationis, facta in excessu, Virginem coram se vidit crystallinam, in cuius utero contemplatus est infantem pulcherrimum, regio diademate coronatum. Habebat autem idem diadema quattuor flores eminentes, qui ea intuente sursum ascendentes et Virginis cerebrum excrescentes, in ramos arboreos profecerunt, et modico spatio temporis emenso, quattuor mundi partes impleverunt : quorum fructus C erant pulcherrimi, odoris eximii, mirique saporis. Et ecce sub ramis eiusdem apparuit omne genus humanum a protoplasto Adam usque ad ultimum qui in fine mundi nasciturus est. Soli vero electi fructus arboris carpebant eisque vescebantur ; reprobi autem nihil ex eis contingere vel vesci potuerunt. In qua visione tantam divinitus accepit scientiam ut postea loquens de aliquo, mox intellegeret utrum esset praedestinatus vel praescitus. Si vero praedestinatus, satis cum illo quasi cum cive loqui delectabatur : si autem praescitus, mox se ab eius colloquio liberavit... Die quadam, cum corporale, quod iam laverat, panno mundissimo substrato, radiis solaribus per fenestram immissis, super genua sua desiccaret, matrona reverendissimi vultus ad illam ingressa infantem pulcherrimum, quem manibus gestabat, eidem corporali superposuit, et abiit ; quem cum amovere vellet ignorans quis esset, ait infantulus : *Sine me sedere super linteamen meum*, sicque in oculis eius disparuit : et cognovit quia Christus esset, qui sub specie panis super sanctum altare eidem linteo involvi D consuevit. Multa alia huic virgini revelata sunt quae mihi non sunt relata, quae forte ab aliis sunt conscripta. Non est diu quod ab hac luce migravit laboris sui ac patientiae mercedem receptura.

Sed quantum a vero defecerit Caesarius, praedicando virginem nostram nobilibus parentibus ortam, et definiendo quomodo sacerdos ibi sacris operaretur cuique patet.

9. *Novum mirabilis* vitae Alpaidis *testem adduxit eruditus vir Lecoy de la Marche, scilicet Stephanum de Borbone, ordinis Praedicatorum, de Bellavilla oriundum, qui, quod iam monuerat Eckart, tractatum* de septem donis Spiritus sancti *confecerat. Huius autem tractatus apographus, vivente auctore, descriptus servatur in bibliotheca nationali Parisiensi sub num. 15970 inter latinos. Quae vero essent historica in unum collecta publici iuris fecit, anno 1877, praedictus Lecoy de la Marche* (1). *De* B. Alpaide *sequentia tradit Stephanus.* et Stephanus de Borbone.

Accidit, ut audivi a nobili muliere, sorore reginae quondam Franciae, uxoris regis Philippi, domina scilicet Belliocensi *, quod, cum quaedam domina dicta de Cudo rapta esset, vidit in spiritu quandam magnam comitissam quae fuerat ei familiaris ; et cum daemones eius animam raperent et ad infernum traherent, ipsa eiulando plangebat : " Me miseram ! quantum dolere possum ! quia satis eram casta, abstinens et misericors, nec pro alia re damnor, nisi pro ornatu superfluo et vano, pro croco et huiusmodi, de quo corrrepta et admonita aliquando fui, nec cessavi, sed ea nimis dilexi et nimiam curam circa haec adhibui, ut omnibus per hoc placerem, et quod pro tam modica re trahor ad tantam damnationem, et privor tanta gloria ; insuper quia amisi fructum, quem consequerer nisi hoc fuisset, omnium bonorum vitae gloriosae ". Haec rediens de raptu cum fletu et lacrimis rettulit, et inventum est quod dicta comitissa, illa hora, in remotis partibus abierat. Haec autem dicta domina de Cudo (ut rettulit mihi magister Stephanus de Cudo, nepos eius et enutritus ab ea, qui fuit magnae vitae vir et scientiae, quondam canonicus Parisiensis et archidiaconus Altissiodorensis [et] tandem reliquit haec omnia, accipiens habitum regularem), cum esset virguncula Deo devota et beatae Virgini, gravissima fistula ita est perforata et putrefacta et F fetens, quod nec de lecto posset surgere, nec possent eam sustinere parentes sui, nisi cum multo gravamine. Cum in die Paschae esset relicta sola in domo, coepit flere graviter, maxime propter hoc quod alii irent ad ecclesiam ut reciperent communionem, ipsa non ; sed tunc apparuit ei beata Virgo, eam confortans et tactu suo vulnera eius sanans, et recedens maximum odorem reliquit, ita quod admirati sunt ingredientes. Et ex tunc, ut dicitur, multas consuevit habere consolationes, raptus et visiones.

* *cod.* Belvacensi.

10. *Nonnulli contendunt Gaufridum, olim suppriorem apud S. Barbaram in Neustria, ad Simonem amicum de beata nostra scripsisse* (2). *Suam, ut libuerit, sententiam tueantur ; at Gaufridi placita non magis de beata* Alpaide *quam de qualibet inclusa divinis charismatibus donata intelligi possunt. Cum suam sententiam a Roberto Altissiodorensi supra citato mutuati sint auctores Chronici Turonensis* (3) *et Laudunensis* (4), *Vincentius* Non liquet tum Gaufridum.

(1) *Anecdotes historiques, légendes et apologues tirés du recueil inédit d'Étienne de Bourbon*, p. 26. — (2) Tridon, *La Vie merveilleuse de sainte Alpais*, p. 30 ; *Hist. littér. de la France*, tom. XV, pp. 69 sqq. ; Martene et Durand, *Thes. nov. anecd.*, tom. I, col. 536. — (3) Martene, *Ampliss. Coll.*, tom. V, col. 1022. — (4) *Historiens de France*, tom. XVIII, p. 714.

Bellovacensis

A *Bellovacensis* (1), *Petrus de Natalibus* (2) *et S. Antoninus* (3), *nominentur sufficiat.*

tum Ioannem Burgundicum de B. Alpaide *scripsisse,*

11. *Praeter Vitam de qua actum est, desideratur et altera, quam Morinus Ferrariensis testatur scriptam anno 1244 a quodam Ioanne, ordinis S. Francisci, provinciae Burgundicae* (4). *Anno 1878, litteris in periodico* Bibliothèque de l'École des Chartes *nuncupato insertis* (5), *rogavit D. Boiselle, parochus Cudotensis, eos qui bibliothecis maioribus praesunt hanc requirere vellent. Sed cum non semel Morinus erraverit, sunt qui dubitant num indicaverit aliam ab illa, quam monachus Cisterciensis conscripsit, diversam Vitam. Etenim, anno 1244, nulla erat provincia Burgundica, cuius, iuxta obviam locutionis adhibitae significationem, Ioannes dicitur fuisse alumnus* (6).

de qua hodiedum haud pauci egerunt.

12. *Nostra tandem aetate, de beata virgine* Alpaide *gallico sermone libellulos ediderunt RR. DD. Boulet* (7), *parochus Tornodorensis, et L. H. Tridon* (8), *decanus Charniensis, qui pro novissima operis sui editione, anno 1886 evulgata, nihil intentatum reliquit ut sanctissimae virgini perenne suae* B *pietatis monumentum exigeret. Quod opus haud semel in annotatis nobis usui erit.*

§ III. De loco et tempore nativitatis B. Alpaidis.

B. Alpais *in pago* Cudot, *non vero in* Trigueres *nata est ;*

13. *Inquirenti quo in loco nata sit beatissima* Alpais *vix dubium erit quin iste sit pagus Cudotensis in Galliae praefectura,* Yonne *nuncupata, situs. Scriptum est enim in Vita eius, capite primo libri primi :* Virgo igitur serenissima in villula quadam quae Cudot appellatur iuxta Scaldeas... sita, pauperibus orta parentibus. *Cuius testis allati nec fides nec scientia in dubio est reponenda. Nec quicquam eum impellebat ut pagum Cudotensem, cuius indigena non erat, laude ipsi haud competente illustrem redderet; nec magis scientia, quae testimonii exstat commendatio, videtur caruisse. Haud enim semel ipsam virginem, cuius amicissimus erat, in pauperrima domuncula iacentem, immo saepius, adivit et, quod ex toto libello manifesto apparet, eam de multis interrogavit, ac unus prae ceteris omnibus de beatae* Alpaidis *cunabulis non pauca tradidit. Nihilominus id ipsum, quod* C *adeo inconcussum putavimus, in controversiam venit. Etenim, ut fertur, in iisdem Galliae partibus viget etiam antiqua traditio, cuius fide virguncula ex pago* Trigueres *oriunda, pueritia nondum exacta, in pagum Cudotensem demigraverit. Ast istius traditionis valetne certum quoddam monumentum indicari? Iam vero id sane prorsus requiritur ut elevetur argumentum quod, omni parte firmissimum, pago Cudotensi favere ostendimus, quodque missum non faciemus nisi exhibitus fuerit sive testis coaevus fide et scientia a monacho Cisterciensi minime secundus, sive instrumentum authenticum quod aliquo modo aequipararetur folliculis modernae aetatis, quae nuncupantur* extrait de naissance. *Talia nondum reperta novi. Nam reverendus vir Tridon, probus et veritatis sincerus indagator, qui et ipse susceptae litis comparticeps fuit, in litteris nuperrime ad me datis, facta quidem de hac controversia mentione, de tanta, quae adversantibus obtigisset fortuna, altissime siluit. Itaque, ut aliquo saltem testimonio suam traditionem fulcire possint, ad Radulphum supra citatum confugiunt, sequentia adducentes :* in villa quadam modernae mansionis suae Eudov. *Arguunt ergo ex vocis* modernae *sensu, voluntque hac voce subaudiatur virginem aliquando sedes suas commutasse ex antiquo loco quodam in recentiorem. Sed cum, teste Cangio* (9), moderni *nomen vertendum sit* istius temporis, *hanc ad praeterita relationem voce* moderni *in praesenti casu conclusam esse ex documentis certis aliunde quaesitis probandum esset. Iam vero ex monacho Cisterciensi contrarium cum rei veritate videtur convenire. Itaque ne sibi istius argumenti vinculis nimium constrictis omnis evadendi exitus praecluderetur, miram valde sententiae, quam supra rettulimus, interpungendae rationem excogitaverunt, nempe sequenti modo :* Virgo igitur, serenissima in villula. *Hoc sophistam sapit. Et si de facto* B. Alpais *in pago* Trigueres *nata fuisset, satius esset monachum Cisterciensem erroris vel mendacii arguere. Proinde in hodierno controversiae stadio standum est a partibus monachi Cisterciensis* B. Alpaidem *Cudotensem praedicantis.*

AUCTORE J. D. B.

quod circa annum 1155 contigisse videtur.

14. *Si vero ad alteram quaestionem conversi, inquirimus annum quo sancta Dei famula in lucem data fuerit, monachus Cisterciensis non aeque nobis auxilio erit, sed ad Robertum chronographum, quem supra primo loco adduximus, confugiendum erit. Etenim ad annum 1180 testatus est beatam* Alpaidem *iam a decem circiter annis, miram sustinere vitam divinaque dignatione caelestia pati. At ex alia parte relatum est in Vitae capite primo libri primi Bernardum patrem filiam suam duodennem in agello excolendo coadiutricem habuisse. Tunc vero tam duros labores obivit ut viribus confracta in aegritudinis lectulum decumberet. Fere per annum gravissimo morbo laboravit. Tunc autem angelica visitatione mirifice recreata, caelestem illam, de qua Robertus, vitam ducere coepit. Iam vero, teste eodem Roberto, anno 1180 divina illa iam ab annis fere decem patiebatur ut caelestium donorum initium fere ciderit in annum decurrentis saeculi duodecimi septuagesimum, quando secundum monachum Cisterciensem annos circiter quindecim nata erat. Itaque annus nativitatis* B. Alpaidis *in annum circiter 1155 referendus est.*

§ IV. De variis codicibus Vitae B. Alpaidis. F

Vitam B. Alpaidis *retinent quattuor codices,*

15. *Ad librum de* Vita et visionibus beatae Alpaidis *edendum, quattuor tantum codices nunc videntur superesse : scilicet Carnotensis unus, Brugensis alius, Carolopolitanus ac Romanus. De Carnotensi, signato inter bibliothecae civitatis codices num. 131, quique ad saeculum XIII pertinet, actum est in* Analectorum Bollandianorum *tomo VIII, p. 125; Brugensis signatus num. 404, qui est saeculi XIII et fuit olim abbatiae Thosanae, descriptus est ibidem tomo X, p. 463. Carolopolitanus* (10), *membraneus in 4° signatus num. 77; est, saltem ad Vitam beatae virginis quod spectat, saeculi XIV; fuit olim Beatae Mariae montis Dei, ordinis Carthusiani, dioecesis Remensis. Quarto tandem loco venit Romanus. Iste codex, qui ex libraria Sanctae Crucis de Hierosolymis transiit sub*

(1) *Speculum historiale*, lib. xxx, cap. 30. — (2) *Catalog. Sanct.*, lib. x, cap. 20. — (3) *Chronicon*, secunda parte, tit. xvii, cap. i, § xi. — (4) *Hist. gén. du pays de Gastinois*, 1630, p. 696. — (5) Tom. XXXIX, p. 575. — (6) Wadding, *Annal. Minor.*, tom. IV. p. 333, num. xvii. — (7) *Vie de sainte Alpaix de Cudot*. Auxerre, 1865. — (8) *La Vie merveilleuse de sainte Alpais de Cudot, vierge et bergère au XII^e siècle*. Avignon, 1886. — (9) *Glossarium*, sub v° *modernus*. — (10) *Catal. génér. des mss. des bibl. publ. des départ.*, ed. in 4°, tom. V, p. 580.

num.

AUCTORE J. D. B.

num. 328 in regiam bibliothecam Victoris Emmanuelis, duplici parte constat: quarum altera, quae est de beata Alpaide, *ad saeculum XIV pertinet, maximam cum Carolopolitano convenientiam habet. Ita v. v. Tridon* (1). *Ex illis manuscriptis tria licuit adhibere, Romanum solum adire nequivimus. Missa etiam fecimus tum codicem Carnotensem signatum num. 51, utpote fragmentarium* (2), *tum apographa duo saeculo XVIII confecta, videlicet Parisinum ex armario Sanctae Genovevae notatum 4 H. L., ac Bruxellense ex bibliotheca regia signatum num. 8930, quod est descriptum ex modo memorato codice Brugensi.*

quos inter Carnotensis additamenta quaedam praebet,

16. *Restat dicendum quo modo tribus codicibus usi fuerimus. Carnotensem, nisi mendis scateret ac subinde quaedam omisisset, optimae notae dicerem. Servat enim quaedam additamenta nuspiam, ut videtur, alias adscripta, at mea quidem sententia, ab eodem auctore, licet alio tempore, quattuor opellae suae libris iam absolutis consuta. Quod ultro fatebitur quisquis legerit quod in istis additamentis relatum est de carne porcina, quam a Petro, priore de Cudot, virgini appositam* cum maxima aviditate susceptam comedit. *At illud minime convenit cum summa illa abstinentia* B. Alpaidis, *quam in opere suo saepius extulit monachus Cisterciensis. Nihilominus, non nisi certis argumentis devictus concedam scriptorem ista, quae dicimus additamenta, iam tunc prae manibus habuisse, dum suum de beata* Alpaide *opusculum conficeret. Etenim, si ita esset, mendacii notam vix effugeret; aliunde tamen apparet veridicus testis, referens ea omnia quae vidit et audivit. Utrum criticus fuerit investigator, quem medici ac scientifici nostrae aetatis minime abnegarent, affirmare nolim. Nec magis lectori significabo quid in causa fuerit cur auctor noster, facto iam primum scribendi fine, non ultra navaverit operam in his referendis quae in domo Cudotensi agebantur. An quia morte praeventus? An quia ab abbatia de Scarlaeiis elongatus iam defuit tempus interrogandi eos qui ab illis partibus revertebantur? An quia, ut saepe contingit, succedentibus annis minus frequens ad beatam virginem populorum concursus fiebat, quae sola cum solo Deo caelestibus vacaret?*

Carolopolitanus vero editori praeferendus visus est.

17. *Codices Carolopolitanum ac Brugensem crediderim duos ramos eiusdem stipitis. Brugensis Carolopolitanum aetate praecedit, ideoque ex hoc titulo praeponendus videbatur. Id primum opinatus sum, sed recolligendo variantes lectiones, ita dubius haesi, ut ad Carolopolitanum reversus ei primas partes dederim; nolim tamen asserere Carolopolitanum esse perfectissimum ipsius autographi exemplatum, habet enim et suos naevos ita ut aliquando ex Brugensi corrigendus sit. Ergo in edenda Vita* B. Alpaidis *hic videtur ordo inter codices instruendus, nempe ut primus sit Carolopolitanus, secundus vero Carnotensis, tertio loco veniat Brugensis.*

§ V. De gloria postuma B. Alpaidis.

De cultu B. Alpaidis,

18. *Ex summario iam antea citato quaedam subicienda videntur, quae, eo quod iudici delegato ad obtinendam sollemnem beatificationem publicae ac continuae venerationis documento fuerunt, indicium exstant gloriae illius quae dicitur postuma, quam in caelis regnans, in terris consecuta est* B. Alpais. *Et primo quidem in pago Cudotensi effluit fons aquae* S. Alpaidis *nuncupatus* (3), *quia, ut traditione fertur, Dei benignitate scaturivit in levamen beatae virginis, quae infirmitate sua iam facta deformis, cum in prato oves custodiret, acriori siti vexata, potum aquae caementarios, sed frustra, rogavit. Huc, nam ad* S. Alpaidem *instituuntur e locis vicinis frequentiores peregrinationes,* pergunt peregrini, ubi continuo pias fundunt preces, haustam aquam in honorem et ad memoriam caelestis patronae bibunt, plagas lavant, humidis linteis infirma membra involvunt, et lagenas quas domum secum deferant sacris undis implent. Hinc ascendunt ad templum, ubi ad sepulcrum sanctae virginis, quod nummis et candelis ornant novis, instituunt preces. Tunc accedit presbyter qui, invocata S. Alpaidis ope et recitato evangelio, infirmis benedicit. Praeterea, ante admissam in dioecesi Senonensi liturgiam romanam, mos erat ut pro peregrinis missa celebraretur in honorem sanctae Alpaidis, omisso tamen eius nomine; qui mos tantum abest ut nunc cessaverit, ut nullae transeant hebdomades quin hoc pietatis officio Dei clementia per intercessionem sanctae virginis sollicitetur. Processiones etiam fiunt in sanctae Alpaidis honorem, praesente presbytero cum clericis, cruce cereis et vexillis. Neque abstinetur ab orationibus panegyricis, in quibus beata virgo ut sanctimoniae exemplar proponitur, eiusque patrocinium commendatur. Diebus autem dominicis, maxime et festis, sepulcrum eius lumine circumdatur impensis peregrinorum (4). *Hoc autem templum, ubi sepulta iacet, habet insigne in laudem* S. Alpaidis *monumentum, nam* in frontispicio ecclesiae, ubi ex decretis adesse deberet imago patroni titularis ecclesiae, sculpta est ipsa serva Dei Alpais ab angelis thurificata et ab ipsis sepulta. Nimbo coronatur, et capita ovina hinc inde prodeunt ut indicent suam custodem Alpaidem, non aliam virginem, exsculptam fuisse (5). In medio autem chori ante altare maius ecclesiae, sepultum est infra terram corpus servae Dei Alpaidis, et super illud elevatum est octoginta centimetris mausoleum lapideum, cui superposita est effigies etiam lapidea virginis supinae et floribus coronatae; iacet aries ad pedes suae custodis; in philacterio autem inscribitur gallice hoc nomen: Sancta Alpais (6).

et sollemni elevatione reliquiarum facta per archiepiscopum Senonensem.

19. *Sacrarum vero, quas recondebat praedictum mausoleum, reliquiarum sollemnis facta est elevatio, die 17 augusti anni 1878. Quae quomodo acta fuerit satis ex sequenti diplomate patebit.*

Victor Félix Bernadou, par la miséricorde divine et la grâce du Saint-Siège apostolique, archevêque de Sens, évêque d'Auxerre, primat des Gaules et de la Germanie, assistant au Trône Pontifical.

A tous ceux qui liront les présentes, certifions qu'à la date du 14 mars dernier nous nous sommes transporté en l'église de Cudot à l'effet de visiter officiellement le tombeau de Ste Alpaix, et que nous avons constaté que dans un cercueil de pierre, sous un mausolée élevé au dessus du pavé de l'église, et surmonté d'une statue couchée représentant une vierge couronnée de fleurs, et portant sur son socle le nom de Ste Alpaix, surmonté encore d'un mouton, attribut de cette sainte bergère, le tout accusant une œuvre du 13e siècle:

S'est trouvé un squelette dont chaque ossement occupe

(1) *La Vie merv. de sainte Alpais*, p. 647. — (2) Cfr. *Anal. Bolland.*, tom. VIII, p. 208. — (3) *Summ.*, pp. 13 sqq. — (4) Ibid., pp. 14, 15. — (5) Ibid., p. 31. — (6) Ibid., p. 30.

A occupe encore sa place naturelle, et dont les proportions grêles nous ont paru indiquer les reliques d'une femme ;

que ce mausolée est placé au milieu du chœur, dans une église bâtie spécialement pour Ste Alpaix par le cardinal de Champagne, et portant à son tympan l'apothéose adoptée au moyen âge pour certifier à la postérité qu'un corps saint repose à la place d'honneur dans l'église qui porte à son fronton cette glorieuse allégorie ;

et enfin qu'autour de ce tympan ressortent en relief les têtes du chien et des moutons de la sainte bergère de Cudot.

Immédiatement nous avons ordonné de refermer ce cercueil de pierre, l'avons provisoirement lié et scellé, et avons remis à une autre époque plus opportune la reconnaissance canonique de ces reliques.

En conséquence de cette visite préliminaire et aussi du décret de canonisation équipollente de Ste Alpaix par S. S. le Pape Pie IX, en date à Rome du 26 février 1874, nous nous sommes

B transporté à Cudot avec Mgr Pierre Coullié, évêque de Sidonie, coadjuteur d'Orléans, le jour de la date des présentes, à l'effet d'examiner et de juger en la forme canonique, s'il y a lieu de reconnaître dans ces ossements les reliques de Ste Alpaix. Nous nous sommes adjoint en cette circonstance un notaire ecclésiastique, et un docteur en médecine, savoir :

1° M. Carlier, doyen de notre chapitre, gardien des reliques de notre diocèse, qui ayant rempli la fonction de juge en première instance, dans le procès de canonisation de Ste Alpaix, était par là même apte à nous fournir les documents indispensables pour asseoir notre jugement sur une pleine connaissance de cause ; et qui de plus en sa qualité de notaire ecclésiastique aurait à rédiger le procès-verbal de cette grave opération ;

2° et M. Lambert, docteur en médecine, que nous avons chargé de rédiger l'inventaire ostéologique.

Arrivés à l'église de Cudot, nous avons constaté que les sceaux apposés par nous sur le tombeau à l'époque de notre première visite, étaient intacts, et après les avoir rompus, nous avons ordonné d'enlever le couvercle de pierre qui ferme le cer-

C cueil, puis nous avons procédé avec nos assistants à l'examen préalable des reliques qu'il renferme.

M. Carlier, interpellé par nous au sujet de ces reliques, nous a fait un exposé rapide des faits, qui ont été produits, débattus, prouvés et enfin acquis définitivement au procès de canonisation, et notamment de ceux qui concernent la sépulture de Ste Alpaix et la garde de son tombeau.

Tous ces documents ayant été jugés authentiques par la Congrégation des Rites et ensuite sanctionnés par le Souverain Pontife, il ne nous restait plus qu'à ordonner qu'ils fussent tous exactement visés par le notaire dans le libellé de notre jugement à intervenir.

Nous avons ensuite invité M. le docteur Lambert à procéder à l'inventaire ostéologique.

Cet inventaire terminé, et M. le docteur Lambert ayant reconnu que les ossements soumis à son inspection avaient appartenu à une femme, nous avons ordonné que cet inventaire resterait annexé à notre jugement comme pièce justificative.

Considérant donc

qu'il a été établi au procès de canonisation de Ste Alpaix, et au cours des plaidoieries devant la Congrégation des Rites :

1° que les extases à peu près perpétuelles de Ste Alpaix ayant fixé l'attention du cardinal Guillaume de Champagne, légat du S. Siège et archevêque de Sens, il se fit un devoir de la retirer de sa chaumière et de la placer dans un lieu plus approprié au grand nombre de pèlerins qui l'entouraient, et qu'il la plaça en effet, malgré ses réclamations et ses larmes, dans le magnifique *reclusorium* que nous avons sous les yeux, et qui vient d'être converti en chapelle de Ste Alpaix ;

2° que le même cardinal bâtit en même temps, sous le vocable de Notre-Dame, l'église où nous sommes en ce moment, laquelle communiquait avec le *reclusorium* par une arcade vitrée, afin que la *sainte,* qui, par l'effet de ses longues extases, était atteinte de l'inédie et de l'atrophie, pût de son lit dans l'intervalle de ses extases, assister au S. Sacrifice de la messe, et recevoir plus facilement la sainte Communion :

3° que le curé de l'église paroissiale de S. Bénigne à Cudot ne pouvant à lui seul suffire E à donner les soins spirituels à la multitude de pélerins, qui des quatre coins de l'Europe affluaient à Cudot, pour voir la *sainte* et obtenir par le secours de ses prières les grâces spirituelles et temporelles dont ils avaient besoin, le même cardinal-légat bâtit un prieuré contigu à l'église de Notre-Dame de Cudot, et confia la desserve de cette église, ainsi que la garde de la personne de Ste Alpaix, à deux chanoines réguliers de l'abbaye de S. Jean de Sens ;

4° qu'en l'année 1180 la reine Adèle, et en l'année 1184 le roi Philippe-Auguste, jugeant insuffisante la dotation du prieuré de Cudot, voulurent, par considération pour la sainte, compléter cette dotation par une rente perpétuelle sur le domaine royal, ainsi qu'il appert par les deux minutes de ces chartes royales sur parchemin, lesquelles sont conservées aux archives de l'Yonne, fonds de l'abbaye de S. Jean de Sens ;

5° qu'après avoir été ainsi entourée, malgré les résistances de son humilité, d'une si grande vénération pendant sa vie, Ste Alpaix a été plus honorée encore après son décès, arrivé le 3 novembre de l'année 1210 ; que Pierre de Corbeil, alors D archevêque de Sens, présida et pourvut à ses obsèques, avec une magnificence qui n'est due qu'aux saints ; place d'honneur au milieu du chœur de l'église qui avait été bâtie pour elle, et sur elle ; cercueil de pierre pour mieux assurer la conservation de ses précieuses reliques ; mausolée élevé au-dessus du pavé du chœur, pour marquer la place de son tombeau ; statue d'une vierge couronnée de fleurs blanches, et couchée sur son tombeau ; tympan symbolique usité au moyen âge pour indiquer la sépulture d'un saint ; rien n'a été oublié par l'archevêque de Sens pour attester à la postérité que dans l'église de Notre-Dame de Cudot, à la place d'honneur repose le corps de l'illustre sainte de Cudot ;

6° Que les deux chanoines réguliers de S. Jean avaient pour mission, tout en desservant le pèlerinage, de faire bonne garde autour de l'extatique pendant sa vie, et autour de son tombeau après sa mort ; qu'ils ont rempli leur mission exactement et sans interruption depuis l'an 1170 jusqu'au mois de juillet 1789 ; que cette garde assidue résulte des quittances annuelles qu'ils ont données au domaine royal, et dont la dernière porte la date de cette funeste époque : juillet 1789, ainsi

VITA ainsi qu'on peut le vérifier aux archives de l'Yonne, ainsi qu'au *Cartulaire général de l'Yonne*, tome 2, page 348, et qu'ainsi il faut conclure de ce qui précède que le tombeau de Ste Alpaix ayant toujours été gardé à vue et d'office par deux conservateurs à ce députés, il occupe encore dans l'église Notre-Dame de Cudot la place qui lui a été assignée par Pierre de Corbeil, archevêque de Sens en l'année 1210.

Pour tous ces motifs,

Nous, Victor-Félix Bernadou, archevêque de Sens, et Pierre Couillé, évêque de Sidonie, coadjuteur d'Orléans, déclarons par les présentes avoir reconnu et reconnaître comme authentique le corps de Ste Alpaix, et ordonnons que ses précieuses reliques soient désormais entourées de toutes les preuves de vénération instituées par l'Église pour les reliques des saints.

Immédiatement nous les avons vénérées nous-mêmes, et les avons présentées à la vénération de l'assistance.

Puis nous les avons religieusement enveloppées B dans un suaire de soie blanche, et les avons renfermées dans un sarcophage en cuivre, doublé d'étain à l'intérieur et à l'extérieur, et surmonté d'une croix et d'une étiquette, l'une et l'autre en D cuivre doré.

Nous avons également déposé un exemplaire du présent procès-verbal dans le dit sarcophage, que nous avons alors clos, lié et scellé.

Ainsi fait à Cudot, sous notre seing, le sceau de nos armes, et le contre-seing de M. Carlier, notaire ecclésiastique, en présence d'un grand nombre d'ecclésiastiques et de pieux fidèles qui sont accourus à cette intéressante cérémonie, le dix-sept août mil huit cent soixante dix-huit.

L. S. † Victor Félix, archevêque de Sens.
† Pierre, évêque de Sidonie, coadjuteur d'Orléans.
Duranton, vicaire général de Sens.
Rabotin, vicaire général d'Orléans.
Carlier, doyen du chapitre de Sens, notaire ecclésiastique.

Pour expédition conforme à la minute délivrée aux RR. PP. Bollandistes, sur leur demande, par le notaire ecclésiastique soussigné, à Sens, le dix février mil huit cent soixante dix-neuf. E

Carlier.

VITA B. ALPAIDIS

Edita ex codicibus Carolopolitano num. 77, Carnotensi num. 131, Brugensi num. 404, de quibus dictum est supra in Comment. praevio numm. 15 et 16. In recensione variarum lectionum hi codices, iuxta ordinem in quo numerati sunt, signantur 1, 2, 3.

Incipiunt capitula libri I
in Vitam venerabilis Aupaies de Cudot[1].

Capitulum primum[2]. — Quo loco et quibus parentibus nutrita fuit[3] et educata[4].

ii. — Qualiter attrita laboribus[5] in languorem inciderit et appetitum edendi amiserit.

iii. — Oratio, quam oravit ad Dominum, humano destituta consilio[6] pariter et auxilio.

iv. — Item eiusdem oratio, quam oravit ad C sanctam Dei genetricem semperque virginem Mariam, in magna cordis contritione et gravi corporis infirmitate posita.

v. — Quomodo beata Maria venit ad virginem aegrotantem post orationem suam, et de specie eius rithmice[7] descripta.

vi. — Quomodo beata Maria benigne puellam allocuta sit, et qualiter eam[8] ab omnibus[9] languoribus suis[10] attactu manuum suarum sanaverit[11].

vii. — De eo quod ei divinitus[12] concessum est ut non esuriat neque sitiat amplius cibum aut potum corporeum.

viii. — De donis caelestibus sibi divinitus collatis, et quomodo praestitum sit ei a Domino, ut per dies aliquot dormiat et dormiens[13] in Domino electorum alios in gaudio et reproborum spiritus[14] in supplicio videat[15].

ix. — De gratiarum actione, quam egit in recessu beatae Mariae pro beneficiis sibi ab ea misericorditer collatis.

x. — De eo quod aliquando modicum[16] edulii consuevit ore percipere, cum nihil omnino gustare possit praeter corpus dominicum, ut tollat peccatum eorum[17] qui dicebant eam daemonium habere, eo quod nec manducaret nec biberet.

xi. — De puella novenni a nativitate muta, quae meritis ipsius usum loquendi, quem numquam acceperat[18], suscepit. F

xii. — De muliere in carcere vincta, quae ad invocationem nominis eius[19] soluta est et de carcere liberata.

Expliciunt capitula. — In huius fronte operis capitulorum titulos praemisimus, ut ea, quae in libri sequentis corpore videri desiderantur, facilius a studiosis lectoribus reperiantur[20].

Incipit Prologus
in Vitam venerabilis Aupaies[1] de Cudot[2].

Mirabiles, B. Alpaidis visiones et vita dignae sunt quae scribantur.

Ad laudem et gloriam summae et individuae Trinitatis, quae cum in seipsa sit mirabilis, mirabilia tamen operari cotidie non in minimis, cuiusdam sanctissimae virginis vitam et conversationem, nulli mortalium imitabilem, utpote retroactis temporibus inauditam, divina cooperante gratia, scribere exordiar. Rem quidem arduam mihi suscipio; quae, quanto est rarior, tanto est difficilior, quoniam a saeculo non est auditum ut

Tit. et Capit. — [1] *Integrum titulum om.* 2, (in-Cud.) *om.* 3, *ac in* 3 *primo loco ponitur prologus.*— [2] (c. p.) *om.* 2, 3.— [3] fuerit 3. — [4] *prius* edocta 2, I *add.* 3, *ac ita semper* 3 *in fine numerum ponit.* — [5] assiduis *add.* 3. — [6] solatio 2. — [7] ut rimice 2. — [8] *om.* 1. — [9] a. o. *om.* 2. — [10] *om.* 2.— [11] sanavit 2. — [12] div. ei 2. — [13] obdormiens 2, 3. — [14] in g. et superborum animas *suppl. a corr.* 2. — [15] v. in s. 2, 3.— [16] quid *add.* 2, 3. — [17] *om.* 2.— [18] habuerat 2, 3. — [19] n. e. i. 3. — [20] (expl.-rep.) *om.* 3.

Prol. — [1] virginis *add.* 3. — [2] Cudoth. 3. *integrum titulum om.* 2.

virgo

virgo iuvencula, fragili manens in corpore, corporalibus non egeret alimentis, terrenis non sustentaretur ciboriis; quae semper resupina iacens in lectulo, sicut testantur omnes qui eam videre meruerunt, numquam, ut ceteri hominum, esurit, numquam sitit. Quin potius, epulis frequenter saginata caelestibus, terrena fastidit convivia, moleste ferens quod tamdiu mole detineretur[3] corporea, multo melius dissolvi cupiens et esse cum Christo. Quanto enim saepius gustat et videt quoniam[4] suavis est Dominus, tanto avidius in eius suspirat amplexibus. Cuius anima ad dulce eloquium sui dilecti[5] tanto ardentius est liquefacta, quanto frequentius in cellam vinariam ab eo est introducta. Vulnerata quippe sponsi sui caritate[6], diu noctuque languet amore; et in hac peregrinatione corpore solo[7] constituta, cogitatione et aviditate et contemplatione assidua in illa aeterna conversatur patria, in tantum quod multoties, corpore, ut videtur[8], derelicto, per quattuor aut quinque, vel octo aut quindecim dies, vel per tres aut eo amplius continuas hebdomadas, moratur eius sancta[9] anima in dormitione sive contemplatione tranquilla et quieta, videtque visiones caelestes, factasque et ostensas sibi divinitus agnoscit revelationes: ex quibus ipsa[10] quasdam mihi indigno sacerdoti ore proprio revelavit, alias a quibusdam viris religiosis[11] et a presbytero de Cudot didici, prout[12] ab ipsa multis precibus vix[13] extorserunt: quas litteris mandare curabo, postquam vitam eius, Domino adiuvante[14], descripsero. Ultra vires est huius negotii materia, cui etiam Tulliana succumberet eloquentia, et Homeri[15], quamvis eloquentissimi, invideret facundia. Non omnes potero scribere, nec, si me rupero, quibo sufficere, praesertim cum virgo prudentissima, popularis aurae favorem fugiens, quantum in ipsa erat, omnes revelationes sibi divinitus factas latere voluisset, et caelestes thesauros in secreto cordis[16] sui abscondere, nisi ad eruditionem hominum aliquas ex eis revelare divinitus ei fuisset[17] imperatum; quamquam altiora quaedam et secretiora, in quibus ipsa tantum[18] conscia fuit, ob humilitatis quae in ea prae[19] cunctis aliis virtutibus praeeminebat[20] custodiam, nobis hucusque celaverit. Ex iis etiam, quae ipsa quibusdam familiaribus suis religiosis viris caritate devicta revelavit, multa quae ad aures meas nondum pervenerunt intacta relinquam: ea tantum, quae ab ipsa vel a religiosis viris mihi sunt tradita, litteris mandans; dans operam ut lucerna, quae hucusque sub modio posita latebat, super candelabrum ponatur, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt, reprobis ministrans odorem mortis in mortem, electis vero odorem vitae in vitam. Et quidem ad hoc opus insufficientem me video, sed loquendi mihi dat[21] ausum divina iussio, dicens: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud;* qua promissione animatus, propositum aggrediar non de meo ingenio, sed de divino confidens adiutorio, superfluas omittens verborum phaleras, quia[22] simplex veritas, nativa contenta pulchritudine, meretricios humanae facundiae fugit ornatus. Obsecro autem eos, qui lecturi sunt, ut[23] fidem dictis adhibeant, neque me falsum aliquid scripsisse ausu temerario diudicent[24]; alioquin tacuisse quam falsa scripsisse[25] maluissem. Meritis sacratissimae virginis orationibusque[26] legentium mercedem huius operis recompensabo, rogans ut mihi dent veniam, si tam dignam materiam minus sermone digno descripsero.

Explicit prologus[27].

LIBER PRIMUS

CAPUT PRIMUM

De morbo B. Alpaidis et eius orationibus ad Christum et B. V. Mariam.

Incipit Vita venerabilis Aupaies[1] de Cudot[2].

1. Capitulum[3] i[4]. — Virgo igitur serenissima, in villula quadam *a*, quae Cudot appellatur *b*, iuxta Scaldeas[5] *c*, abbatiam ordinis nostri[6] sita, pauperibus orta parentibus, proprio nomine Aupaies est[7] appellata.

B. Alpais, *Cudoti nata parentibus rusticis, agros colit et oves pascit multo labore;* *a* *b* *c* *d*

Cuius nominis etymologia vitae puellae bene convenit et[8] consonat. Dicitur enim Aupaies[9], quasi alta pax, sive alta spes, sive augens spem, vel etiam altus pes *d*. Pacem enim ex altis annuntiat paenitentibus; spei firmae altitudine inhaeret in[10] sublimibus; doctrina sua spem auget credentibus; pede contemplationis evolat in caelestibus. Pater eius, Bernardus nomine, labore manuum suarum proprium victum acquirens, in sudore vultus sui vescebatur pane suo. Duorum boum fretus adiutorio, agellum proprium excolebat. Ad quam agriculturam solam filiam duodecennem, quia primo genita erat, coadiutricem habebat, quae ante patrem suum boves arantes aculeo tangens agellum sulcare[11] cogebat. Fimum quoque et pecudum stercora, humeris suis imposita, ad agrum sive[12] hortulum fecundandum cum patre deferebat; et, quia grave oneris pondus teneri eius lacerti[13] sustentare non poterant funem ad duo anteriora brachia cenovectori ligaverat: quem desuper humeros gestans, tam brachiis quam humeris onera deportando, labores patris sui[14] pro posse suo aequabat, fugiensque otiositatem, quae inimica est animae, die noctuque tenerum corpusculum laboribus assiduis fatigabat. Fratres vero eius, quia minores erant, vaccas et pecora patris sui in pascuis conservabant. Dominicis et festis diebus[15], quibus aliae virgines choreis deducendis et aliis inanibus iocis in se inaniter occupabant, ipsa boves et pecora ad pascua deducebat; ita ea a vicinorum frugibus coercens, ut nullus umquam ab ea turbatus, nemo umquam per eam maligno levi facto vel dicto[16] fuerit perturbatus vel[17] contristatus; aut certe domi sedens in silentio soli Deo vacabat[18], cui soli placere studebat, matremque[19] Virginem inundatione[20] lacrimarum suffusa assiduis orationibus virgo tenera invocabat. Corpore quidem iuvencula, sed animo cana, aetatem teneram moribus transiens, ab ipso pueritiae suae tempore cor habens senile, nulli animum dare volebat illicitae voluptati; quin potius, intra cu-

3 detinetur 3. — 4 quam 3. — 5 d. s. 3. — 6 c. sp. s. 3. — 7 s. c. 2, 3. — 8 u. v. *om.* 2. — 9 s. e. 3. — 10 ipsas 2. — 11 r. v. 2. — 12 eas *add.* 2, 3. — 13 v. m. p. 3. — 14 a. D. 3. — 15 hominis 2. — 16 c. s. 2. — 17 f. ei. 2. — 18 *om.* 2, sibi *add.* 3. — 19 *om.* 3. — 20 praeeminet 3. — 21 d. m. 2. — 22 quae 2. — 23 *om.* 3. — 24 iudicent 2. — 25 scribere 2. — 26 orationibus 2. — 27 (e. p.) *om.* 2.

Cap. 1. — 1 virginis *add.* 3. — 2 *tit. om.* 2. — 3 caput 3. — 4 (c. i) *om.* 2. — 5 Scalleas 1, Scardeas, *corr.* Escharleias, 2. — 6 Cisterciensis 2. — 7 e. Aupes 3. — 8 c. e. *om.* 2, 3. — 9 Aupes vel 2, Aupes 3. — 10 *om.* 2, 3. — 11 suscare 2. — 16 vel 19 ad *add.* 2. — 13 lateri 1. — 14 *om.* 3. — 15 d. e. f. 3. — 16 vel leviter *add.* 3. — 17 p. v. *om.* 2, 3. — 18 vocabat 2. — 19 matrem et 3. — 20 inundationem 2.

biculum

VITA

biculum cordis sui lacrimis suis stratum suum saepissime rigans, seipsam sponso suo cotidie offerebat hostiam vivam, sanctam et immaculatam, Deoque placentem, pro cuius amore virginitatis integritate tanto est amplexa desiderio ut numquam lascivum osculum alicui [21] dederit, numquam inhonesto vel verbo vel facto [22] oculos [23] castos offenderit.

in foedum morbum incidit, quem sequitur inedia;

2. Capitulum [1] ii. — Non potuit diutius virgo tenera tantos labores sustinere [2]; sed, totis visceribus prae magnitudine laboris continui interius diruptis et scissis, ab intimis cordis alta trahens suspiria, speciosi vultus colore mutato, doloris interioris manifesta iam dabat exterius indicia. Quid plura? Continuo detenta [3] languore, lectulo [4] duro et aspero, utpote de vili stramine, sine plumis et linteolis facto, fere per annum integrum recubuit. Omnem cibi et potus affectum amisit [5]; et longa inedia macerata, tam diu in lectulo iacuit resupina, quod pectus eius et humeri, renes et viscera omnia vel [6] usque ad intestina exesa et putrefacta, tantum horrorem cernentibus ingerebant, tantumque fetorem ex se emittebant, quod B etiam mater eius abhorrebat; nam pater iam obierat, et fratres, licet amore fraterno eius doloribus condolerent, propter intolerabilem vulnerum eius [7] fetorem, ad eam propius accedere refugiebant. Mater tantum eius, quae prae filiae languoribus gravius [8] suspirabat, quod eam acrius affectu materno diligebat, ut dolores eius saltem [9] moriendo finirentur, cotidie filiae mortem exoptabat. Et quia pauper erat, et aliud quid quod [10] ei offerre posset non habebat, panem hordeaceum a longe veluti cani, propter intolerabilem fetorem, quandoque ei [11] proiciebat: quem illa nec manu capere nec ad os suum ferre poterat, quia manus suae [12] iam arefactae et prae nimia carnis putredine a brachiis resolutae et disiunctae, una cum pedibus [13] iam emortuis, officium ei debitum denegabant. Fratribus etiam suis in tantum taediosa erat et onerosa ut matrem suam precarentur ut ei cibos offerre desineret [14], ut sic fame mori cogeretur. Sicque factum est ut tam ex ciborum penuria quam ex diuturna et continua ieiunii consuetudine ipsae gutturis arteriae ad tantam siccitatem et ariditatem redactae sint ut, doloribus detenta et intenta continuis, omnem cibi C appetitum ita oblivioni tradiderit, ut, si quando ei cibus ingereretur, quemadmodum praeparatum sibi tormentum abhorreret. Potum etiam aquae tanto hauriebat labore, ut sonus aquae, per raucum guttur stillantis in modum aquae de rupe in rupem defluentis, a circumstantibus audiretur. Et sic ex longa inedia et victualium inopia et continui [15] languoris attenuatione cibum sumere desuevit; et primo quidem duobus aut tribus [16], deinde et [17] hebdomadis continuis ieiunium continuare consuevit. Unde ad tantam debilitatem redacta est, ut numquam manum putredine iam resolutam ad os ferre, non [18] pedem iam arefactum ad se trahere, nec etiam sine alieno auxilio in latus alterum [19] commutatione reficeretur. Et, quia fetor intolerabilis, qui de membris eius ulcerosis exibat, nullum ad eam accedere propius [20] sinebat, omni humana consolatione destituta, Deum sanctamque Dei [21] genetricem ut sui misererentur [22] gemitibus assiduis in hunc modum exorabat. D

suppliciter et pientissime orat Christum,

3. Caput iii. — *Ad te, Domine Iesu [1], redemptio mea, misericordia mea [2], salus mea, spes cordis mei, virtus animae meae, vita mea, illuminatio mea, finis intentionis meae, quem solum desidero, quem esurio, quem sitio, ad quem suspiro, quem totis visceribus concupisco; qui caritatem, qua maiorem vel cuius parem nemo umquam habuit aut habiturus est, nobis indignis exhibuisti, qui nihil debebas [3] morti, et tamen pretioso sanguine tuo in cruce suspensus nos redimere voluisti, et pro nobis gloriosam animam tuam manibus impiorum [4] tradidisti; quique pro tuis interfectoribus [5] exorasti; memor ego indigna ancilla tua, non quantum debeo, sed quantum queo [6], passionis et crucis tuae, memor alaparum et irrisionum tuarum [7], memor etiam flagellorum et vulnerum tuorum, quae pro salute nostra tam dignanter, tam humiliter, tam patienter sustinuisti [8]; ad te, Domine, qui es omnium languorum medicina, omnium sanitatum custodia,* E *lacrimabilis ingemisco; ad te de magna tribulatione et necessitate, quae, culpis meis exigentibus, iuste circumdederunt [9] me, clamo ad te; cor et oculos tota intentione levo, ut secundum multitudinem miserationum tuarum mitiges dolorem vulnerum meorum, et secundum pondus miseriarum [10] mearum sentiam effectum [11] miserationum [12] tuarum. Tibi soli peccavi, quia tu solus sine peccato. Da veniam miserae famulae; et origo pietatis et misericordiae, aspice me infelicem; pietas immensa, respice me miseram misericordia publica. Ne avertas, piissime Deus, faciem tuam a me, ne derelinquas me in manibus quaerentium animam meam; sed respice propitius et exaudi me miseram peccatricem ad te clamantem, ad te suspirantem. Aperi mihi sinum pietatis et ianuam misericordiae tuae, et resuscita me iam quasi semivivam derelictam, et ne abicias me iam quam fecisti, neque despicias me quam pretioso sanguine tuo [13] redemisti. Etenim si [14] peccatrix sum, tamen creatura tua sum, tamen pretioso sanguine tuo redempta sum. Inclina mihi, Deus meus, aurem misericordiae tuae [15], et vide afflictionem contritionis meae. Illos tuos misericordes oculos, quibus super Lazarum, in monumento* F *fetentem, lacrimatus es, ad me converte, Domine [16], ut sanari possint omnes illae infirmitates meae; nam quamvis maior sit miseria quam mihi expediat, non ideo minor est misericordia tua quam te deceat: etsi [17] enim magna [18] miseria mea, tamen maior est misericordia tua. Respice me misericordiae oculis piissimis [19], quibus Martham et Mariam respexisti, quando, solutis vinculis mortis, fratrem earum [20] de monumento resuscitasti. Miserere igitur mei [21], miserere, misericors Deus, per illam benignissimam clementiam tuam, qua, matrem virginem ante crucem tuam pro te moriente [21] flentem respiciens, discipulo virgini virginem custodiendam commendasti. Sana me [23], sanitas sanitatum [24], et sanabor; salvam [25] me fac et salva [26] ero; nec sim*

[21] alicui oculum 1, 2. — [22] v. f. *om.* 2. — [23] eius *add.* 2.

Cap. 2. — [1] caput 3. — [2] s. l. 2, 3. — [3] de tanto 1. — [4] lecto 3. — [5] am. af. 2. — [6] *om.* 3. — [7] suorum 2, 3. — [8] graviter 2. — [9] s. e. 2. — [10] (q. q.) quidquid 2, 3. — [11] *om.* 2. — [12] eius 3. — [13] artubus *sup. ras.* 1. — [14] desinerent 1. — [15] continua 3. — [16] diebus *add.* 3. — [17] etiam 3. — [18] numquam 3. — [19] se vertere posset ut lassum corpusculum laterum *add.* 3. — [20] p. a. 3. — [21] eius 2. — [22] miserentur 1.

Cap. 3. — [1] Christe *add.* 3. — [2] *om.* 3. — [3] debeas 2. — [4] *om.* 2. — [5] i. t. 3. — [6] quaeso 2. — [7] t. e. i. 2. — [8] tam hum. sust. *om.* 2. — [9] circumdederint 2. — [10] miserationum 1, 2. — [11] affectum 2. — [12] misericordiarum 2, 3. — [13] tuo sang. 3. — [14] et si enim 3. — [15] et exaudi vocem orationis meae, aperi oculos tuos *add.* 3. — [16] D. c. 3. — [17] est 2. — [18] est *add.* 3. — [19] (m. o. p.) p. m. tuae o. 3. — [20] eo 2, eorum 3. — [21] m. i. 2. — [22] me morientem 3. — [23] *om.* 2. — [24] sanitatum s. 2. — [25] salvum 2. — [26] sana 3.

rilis

A *vilis ad salvandum, quae non fui*[27] *ad redimendum; sed miserere potius et indulge*[28]*, sicut latroni poenaliter in cruce ad dexteram tuam*[29] *in cruce pendenti, sed salubriter confitenti, et sicut publicano et meretrici digne paenitentibus et pie confitentibus misericorditer indulsisti; ut tibi gratias agam creatori meo et salvatori*[30]*, conditori meo et curatori*[31]*, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen*[32]. Cumque sic ante[33] Deum, Dei filium, de Patre ante saecula aeternaliter genitum, in fine saeculorum pro nobis de virgine temporaliter natum[34], suam fudisset orationem, ad matrem eius virginem conversa, ut sui misereret cum multis suspiriis in hunc modum ei supplicabat[35].

eiusque matrem. **4.** Caput iv. – *Singularis meriti sancta Dei genetrix*[1]*, virgo semper, Maria, aula universalis pietatis, causa generalis reconciliationis, vas et templum vitae et salutis, admirabilis singulari virginitate*[2]*, venerabilis inaestimabili sanctitate, supereminens tanta dignitate, nec minori praedita potentia et pietate, tibi, o genetrix*[3] *vitae, mater salutis, templum pietatis, fons misericordiae, sese praesentare conatur* B *haec misera famula tua, morbis languida, vulneribus scissa, ulceribus putrida*[4]*. Tibi nititur, quantum moribunda valet, supplicare ut potentibus meritis tuis et piis precibus*[5] *digneris eam sanare*[6] *a languoribus suis, sic enim, pia Domina, alienata sum a meipsa immanitate doloris, ut vix sensum habeam enormis languoris; tantum ex sordibus ulcerum meorum sentio fetorem ut vix aperire valeam os meum ad orationem. Cicatrices enim meae, quae, sicut*[7] *onus grave, gravatae sunt super me, urunt me dolore, mole me obruunt, pondere me premunt, pudore me confundunt, fetore me suffundunt. Tu ergo, domina singulariter mirabilis et mirabiliter singularis, pulchra ad intuendum, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, beata fiducia et tutum*[8] *refugium miserorum, respice me miseram peccatricem, ad te clamantem, ad te suspirantem, illis piissimis misericordiae tuae oculis, quibus miserum Theophilum* e *respexisti, quem de servitute peccati et de laqueis diaboli misericorditer eripuisti; ne memineris iniquitatum mearum, neque respicias ad peccata mea, quibus iram merui, sed ad pietatem et misericordiam tuam, qua semper miseris misereri consuevisti. Scio* C *enim, domina et advocata mea, scio quod, si me respicere volueris, continuo sanabor ab omnibus angustiis et doloribus meis; scio quod, si pro me filium tuum rogaveris, cito, te deprecante et ipso miserante, aderit mihi medicamen salutis; scio enim, piissima domina et advocatrix mea*[9]*, scio quod pro quacumque re dilectum*[10] *filium tuum rogaveris, nullam ab eo repulsam patieris. Sentiat*[11]*, piissima domina, ista infelix et misera te matrem esse misericordiae; sentiat te postulantem*[12] *dulcissimum filium tuum venam esse veniae et fontem totius indulgentiae. Semper enim pro peccatoribus vult exorari, qui semper vult eis misereri. Tu igitur*[13]*, pie potens et potenter pia Maria, de qua fons est ortus misericordiae, ne contineas, quaeso, tam vivam*[14] *misericordiam ubi tam veram agnoscis miseriam: nam, si maior est miseria mea quam mihi expediat, non ideo minor est misericordia tua quam te deceat. Quanto magis enim, o gloriosa domina*[15]*, cicatrices vulnerum meorum in conspectu omnium sordent, tanto magis tua subventione et filii tui, qui summus medicus est, curatione indigent. Sana ergo, clementissima domina, infirmitatem et dele quae intuentes offendunt foeditatem meam. Aufer, benignissima, languorem meum, ut non sentiant amplius appropinquantes mihi meum quem horrent fetorem. Age iam, domina, appare mihi, ut videam speciosum vultum tuum. Exhibe mihi praesentiam tuam, et consecuta ero desiderium meum. Amatrix pupillorum et consolatrix orphanorum piissima, tibi soli sum derelicta*[16] *pauper et orphana; advocata mea tutissima, miserere orphanae tibi derelictae: puella*[17] *enim sum et orphana sum*[18] *patre. Ne avertas*[19]*, serenissima virgo, faciem tuam a me, sed respice orbitatis meae*[20] *et calamitatis meae lacrimas, quas tibi de intimis cordis offero donec venias. Exaudi me, domina, miseram peccatricem per benignissimam qua*[21] *cunctis*[22] *miseris subvenire solita es pietatem. Attende, domina, placare, et fac mecum secundum misericordiam tuam, per virtutem benedicti fructus ventris tui, Domini nostri Iesu Christi, qui sedet ad* E *dexteram Dei Patris omnipotentis, ubi cum eo et*[23] *Spiritu sancto vivit et gloriatur*[24] *per omnia saecula saeculorum. Amen.*

ANNOTATA.

a *Verbum* villula *hic designat non tantum praedium rusticum, sed adhibetur in sensu, qui nonnumquam ipsi competit* parvi vici. *Cfr. Cangium, sub verbo, qui citat ex Baluzii* Miscellaneis, *tom. VII, p. 293, aliud exemplum istius vocabuli tali significatione dotati.*

b Cudot *est vicus, situs in dioecesi Senonensi, in praefectura Galliae dicta* Yonne, *in districtu* Saint-Julien du Sault. *Hunc vicum descripsit cl. v. Max. Quantin in* Répertoire archéologique du département de l'Yonne, *p. 166, et testatur iam saeculo XII, quo vivebat B. Alpais, ibi exstructam fuisse ecclesiam. Cfr. eiusdem auctoris opus* Diction. topogr. du départem. de l'Yonne, *p. 43.*

c *De abbatia Cisterciensi dicta* Scarleae, Scaldeae, Scarlegiae, *seu de* Scarleis, *gallice* Escharlis, *videsis* Gallia christiana, *tom. XII, p. 219-22. Cuius abbatiae exordia referenda videntur ad* F *annum 1131. Ita Ianauschek,* Origin. Cisterc., *tom. I, p. 20. Hodie vocatur locus* Les Escharlis, *vicus prope Villefranche; cfr. Quantin,* Dict. topogr., *p. 20.*

d *Ex his interpretationibus a scriptore propositis una tantum est probanda, ea nempe qua* Aupes, Alpais, Aupaies *dicitur significari* alta pax. *Quod auctor cogitaverit de* alto pede, *inde est eruendum quod medio aevo in lingua romana pes dicitur* paie. *Cfr. La Curne de Sainte Palaye,* Dictionnaire historique de l'ancien langage françois, *ed. L. Favre, tom. VIII, p. 148. Etymologia quae ex Alpaidis nomine altam spem deducit videtur esse lusus verborum cum voce graeca* ἐλπίς.

e *Alluditur ad miraculum quod patratum dicitur a B. V. Maria in gratiam Theophili vicedomini, quodque editum est in* Act. SS., *tom. I,*

[27] vilis *add.* 2, 3. — [28] mihi *add.* 2, 3. — [29] ad d. t. in c. 2, 3. — [30] meo *add.* 2. — [31] meo *add.* 2.— [32] *hic in 3 inc. cap. IV, hoc praemisso titulo :* caput iv. — [33] autem 2. — [34] t. d. v. 3. — [35] *in margine ad mod. rubricae in* 1 *haec adscripta sunt :* Exscriptor, hic transi sequentia usque ad sequens capitulum pro veritate servanda.

Cap. 4. — [1] genetricis 2. — [2] amabilis salutari fecunditate *add.* 3.— [3] genetricis 2.— [4] u. p. s. 2.— [5] tuis *add.* 3.— [6] salvare 2. — [7] sunt 2. — [8] tutam 2. — [9] (a. m.) vere 3. — [10] dulcissimum 2, 3. — [11] enim *add.* 2. — [12] postulante 3. — [13] *om.* 2. — [14] veram 2, 3. — [15] mea *add.* 2. — [16] d. s. 3, d. sunt 2. — [17] pupilla 3. — [18] sine 3. — [19] advertas 2. — [20] *om.* 2, 3. — [21] quae 2. — [22] *om.* 2, 3.— [23] cum *add.* 3.— [24] Deus *add.* 2, 3.

VITA

pp. 483-487, et nuperius a Weber in Gröber's Zeitschr. für roman. Phil., *tom. I, pp. 531 sqq. Cfr. quae de hoc documento disseruerunt E. Kölbing,* Beiträge zur vergleich. Geschichte der romantischen Poesie, *Breslau, 1876; nec non Neuhaus,* Die Quellen zu Adgars Marienlegenden, *p. 56, et Mussafia,* Die Marienlegenden im Mittelalter, *passim.*

CAPUT SECUNDUM

B. Alpais sanatur per B. V. Mariam quae ei apparet.

B. Virgo Alpaidi mirum in modum pulchra apparet,

5. Caput v [1]. — Dum sic orat Virginem [2] virgo
Pro suis doloribus cunctis taediosa, [lacrimosa,
Venit ante virginem Virgo gloriosa;
Cuius pulchra facies tota liliosa,
Aurea caesaries, cunctis gratiosa [3];
Genae [4] semper roscidae, semper inflammatae,
Super [5] solem splendidae, plenae [6] venustate,
Universis avide sanctis contemplatae,
Speciali [7] vividae singularitate;
B Nares aromatibus intimis conditae,
In interioribus dulces et mellitae [8],
Infundentes mentibus spiramenta vitae,
Quae malorum nexibus iam sunt expeditae,
Mite [9] supercilium, fons humilitatis,
Gloria convallium, splendor honestatis,
Adiutrix humilium, lux simplicitatis,
Castitatis lilium, flos virginitatis,
Perspicaces oculi sole clariores,
Venatores saeculi, cordis scrutatores,
Profectores parvuli, lucis amatores,
Ad levandum seduli pauperum maerores;
Aures plenae laudibus, plenae pietate,
Columbinis cordibus vigiles et gratae,
Pauperum gemitibus semper inclinatae,
Motae plus affectibus quam verbositate.

Videns in hunc modum reginam caelorum Aupaies [10] beatissima luce candidiorem, sole clariorem, stupefacta tanto lumine, tremefacta tanta maiestate, faciem suam avertebat, nec audebat ei aliquid dicere: non enim poterant eam oculi eius respicere tanti luminis reverberati claritate.

quae vulnera eius sanat,

6. Caput vi. — Cum [1] regina [2] mundi, quasi notam [3] ex nomine, sic eam blandis affatur colloquiis: *Ne timeas, Aupaies beatissima, ego sum advocata tua, regina misericordiae, quam ex toto corde dilexisti, quam in infirmitate [4] posita toties invocasti, manum tuam mihi porrige, ut per me recipias sanitatem, quia durissimi languoris angustias in omni humilitate et patientia [5] sustinuisti. Virginitatem [6] ab infantia mihi consecrasti, quam nec immunda cogitatione, nec foedo opere, nec lascivo sermone violasti. Ideoque de te gaudent in caelis animae virginum, quae mecum sunt, ad quarum consortium ventura es post huius vitae exilium.* Ad hanc vocem exsultat [7] puella [8], respiciens eam, et dicens quibus poterat suspiriis: *Spes salutis et veniae, mater misericordiae, virgo serenissima, non sum digna ego [9] infelix et misera, ut vos ad me venire debeatis, quae peccatis meis exigentibus iuste sum tantis afflicta [10] doloribus.* D *Manus meas, quas a me [11] porrigi postulatis [12], quia iam a brachiis prae nimia putredine resolutae sunt [13], vobis porrigere non possum, sed cum vobis placuerit, vos [14] accipere poteritis. Tamen [15] amodo nullum omnino sentiam dolorem, quia faciem vestram videre merui sole clariorem. Iam non me [16] paenitet tantum habuisse maerorem, quae vel post lacrimas ad vestram potui pervenire [17] visionem.* Tum illa, pietate mota [18], manus languentis apprehendens, et inter iucundos amplexus eam blande leniterque suscipiens, totum corpus omnesque corporis plagas manu sua sensim [19] palpabat. Quae ad eius salutiferum tactum omnes curatae sunt et ita sanitati restitutae, ut ex eo tempore nec cicatrices quidem vulnerum in ea ullae apparuerunt [20]. Et dixit ei: *Quomodo tibi modo est, amica?* Quae respondit: *Optime, dulcissima [21], vestri gratia; nam omnes corporis mei plagae per vos sanatae sunt, omnes vulnerum meorum cicatrices abierunt, omnes ulcerum [22] meorum sordes evacuatae sunt. Iam de cetero nullum ulli [23] ingerent horrorem, quia amplius nullum habebunt fetorem.* E *Dolor enim [24] omnis evacuatus [25], quia languor meus medicinali vestro tactu sanatus est. Nulli amodo vilis, nulli despicabilis ero, quia sine fetore, sine sorde cunctis me cernentibus apparebo.*

eique promittit eam sine cibo et potu victuram,

7. Caput vii. [1] — *Nunc* [2], dixit ei beata Maria, *adhuc maiora iis tibi praestabo, soror carissima, quia pro longa inedia, quam in omni humilitate et patientia, in fame et siti, sine omni murmuratione tamdiu sustinuisti, angelico et spirituali cibo ita saginaberis, quod, quamdiu in hoc corpusculo supervixeris, numquam sustentamento corporis tui cibus aut potus corporeus necessarius erit, nec modo panem aut alium cibum humano corpori necessarium esuries, nec aliquem potum corporeum sities: quia, postquam de caelesti pane et vivo fonte semel gustaveris, usque in aeternum semper satiata manebis.*

et in somno visuram praemia bonorum et poenas reproborum.

8. Caput viii. — *Id etiam tibi a Filio meo praestabitur, quod per aliquot dies interdum etiam per hebdomadas continuas, et praecipue in praecipuis sanctorum sollemnitatibus [1], dulci sopore sopita in omni pace et quiete [2] quiesces [3], ipsumque regem regum et dominum dominantium, quem ex utero meo pro hominibus hominem factum genui, in sede maiestatis suae meque iuxta illum [4] sedentem videbis;* F *cuius decus et pulchritudo, cuius virtus et gloria, cuius maiestas et magnificentia omnem sermonem, omnem sensum [5] excedit, non solum humanum, sed et [6] angelicum intellectum; cuius splendore maiestatis [7] irradiari, cuius inestimabilem adipisci conspectum ultra omnem sanctorum est gloriam. Videbis [8] etiam [9] novem angelorum ordines, filio meo, domino suo, distinctis officiis ministrantes; quorum alii signa, alii [10] miracula per virtutem eius saepius faciunt; alii ad homines ab eo in mundum missi, praedicendo [11] praeveniunt, alii subiectis angelorum spiritibus praesunt, et eis ad exempla [12] divina mysteria disponendo principantur; alii tanta divinitatis gratia repleti sunt, ut in eis Dominus sedeat, et per eos sua iudicia decernat; alii*

Cap. 5. — [1] *om.* 2 *et sic deinceps.* — [2] *om.* 3. — [3] generosa 3. — [4] gena 2. — [5] supra 3. — [6] pene 3. — [7] spiritali 3. — [8] mellibus 2. — [9] mitte 3. — [10] Aupes 3.

Cap. 6. — [1] tum 2, tunc 3. — [2] caelorum vel *add.* 3. — [3] sibi *add.* 2, 3. — [4] tua *add.* 2. — [5] diu *add.* 2, 3. — [6] tuam *add.* 2. — [7] exsultavit 2. — [8] puellula 3. — [9] *om.* 2. — [10] t. a. s. 3. — [11] vobis *add.* 3. — [12] postulastis 3. — [13] sint 1. — [14] eas *add.* 2, 3. — [15] iam 3. — [16] me non 3. — [17] venire 3. — [18] m. p. 2, 3. — [19] sensum 2. — [20] paruerunt 3. — [21] domina *add.* 2, 3. — [22] vulnerum 1. — [23] ullum nulli. 3. — [24] *om.* 2, 3. — [25] est *add.* 2, 3.

Cap. 7. — [1] *Ita* 3, *om.* 1. — [2] tunc 2, 3.

Cap. 8. — [1] festivitatibus 2, 3. — [2] requiete 2. — [3] requiesces 2, 3. — [4] ipsum 2. — [5] sen. o. ser. 2, omnem *add.* 3. — [6] etiam 3. — [7] m. s. 2. — [8] *hoc et seqq. usque ad fin. cap.* aeternum habeant supplicium *om.* 2. — [9] et 3. — [10] et 3. — [11] futura praedicando 3. — [12] explenda 3.

tanto

A *tanto perfectiori scientia pleni sunt, quanto claritatem divinitatis eius vicinius contemplantur; alii vero ita Deo coniuncti sunt ut inter hos et Deum nulli alii spiritus intersint, qui tanto maiori ardent amore, quanto subtilius claritatem divinitatis*[13] *aspiciunt. Istis beatorum spirituum agminibus patriarcharum et prophetarum videbis laudabilem numerum sociatum, quorum alii in utero, alii in pueritia, alii in iuventute, atque alii in senectute, Deo cogniti et sanctificati sunt, fide pleni, devotione summi, industria sollertes, excellenti ingenio praediti, in exercitatione disciplinae instructi, in sancta meditatione assidui, metuque mortis intrepidi, ideoque coronis immarcescibilibus sunt coronati. In quiete etiam dormitionis tuae duodenum videbis numerum apostolorum, quos*[14] *a primis miraculorum virtutibus ad componendum novae fidei fundamentum*[15] *erigendumque adhuc tenerae statum ecclesiae providentia divina, ex omnibus quos capiebat mundus, elegit ut in omnem terram sonus praedicationis eorum exiret, et in fines orbis terrae verba eorum procederent, quorum fructus in sempiternum permanent, non marcescet, quia verae* B *viti, id est Christo, tamquam*[16] *vivi palmites firmiter adhaeserunt; unde, et in terris adhuc positi, tantum a Domino suo filio meo potestatem accipere meruerunt, ut quodcumque ligare voluissent super terram esset ligatum et in caelis, et quodcumque solverent super terram esset solutum et in caelis; quos et in fine saeculi, cum ad iudicium venerit, super sedes duodecim sessuros et orbem terrarum secum iudicaturos promisit. Triumphalem martyrum exercitum apostolorum coetui videbis associatum; qui*[17], *quia*[18] *pro Christi nomine per diversorum genera tormentorum christianae fidei testimonium reddiderunt, modo coronis coronantur purpureis, et amicti stolis albis accipiunt palmas laborum; quorum alii ferro perempti, alii flammis exusti, alii flagris verberati, alii vectibus perforati, alii cruciati patibulo*[19], *alii pelago submersi, alii vivi decoriati, alii vinculis mancipati, alii linguis privati, alii lapidibus obruti, alii frigore afflicti, alii fame cruciati, alii vero manibus sive ceteris membris truncatis, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione*[20] *mortui sunt pro Christo Domino; circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non* C *erat mundus. Et quia, pro Dei amore, sceleratorum contempserunt iussa principum, in paucis vexati*[21], *in multis eos bene dispositos in spiritu videbis, quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos secundum se. Non esurient, neque sitient amplius, et non cadet super illos sol*[22] *neque ullus aestus; et iam non erit eis amplius neque clamor, neque luctus, sed nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. Quorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiae, quoniam ipsi sunt qui venerunt de*[23] *magna tribulatione, et laverunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine agni. Purpureis martyrum turbis videbis choros confessorum sociatos, viros gloriosos et religiosos*[24] *in vita sua, qui ideo Deo digni inventi sunt, quia*[25] *fuerunt insignes iustitia, longanimes in spe, oboedientes in praeceptis, creduli in promissionibus, susceptores angelorum effecti, in consiliis*[26] *prudentes, in praeliis tentationum victoriosi, carnem domantes, spiritum roborantes, daemonibus imperantes, virtutibus coruscantes, facie ad faciem Deum videntes. Hi in huius saeculi aerumnosa peregrinatione solo corpore constituti, servare studuerunt in simplicitate innocentiam, in caritate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adiuvandis laborantibus, misericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplinae severitate censuram. Ideo*[27] *pervenire meruerunt ad gloriam sempiternam. Illic et teneram puerorum infantiam et clarissimam virginum turbam, quae mente integra, fide firma, virtute robusta, caritate perfecta, in saeculo sexum vicerunt, et teneros annos virtutibus transcenderunt, et geminata gloriae militia pretiosi sanguinis sui acceptabile sacrificium cum virginitatis honore Deo obtulerunt, mihi et beato Ioanni evangelistae videbis inseparabiliter*[28] *sociatam, coronis purpureis et candidissimorum liliorum immarcessibilibus sertis coronatam; quae non mediocriter de te gaudent in caelis, quia ad earum ventura es consortium, cum, relicto mortali corpore, de hac vita* E *exieris. Cumque in hunc modum angelorum et archangelorum, omniumque caelestium civium agmina splendidius sideribus micantia, patriarcharum fide fulgentia, prophetarum spe laetantia, apostolorum inenarrabili caritate gaudentia, martyrum purpureis victoriae coronis lucentia, confessorum laudabili fortitudine coruscantia, virginum quoque gloriose triumphis exsultantia, oculis in visione Dei dulci sopore sopitis inspexeris, hic invenies, quod reproborum spiritus videat in supplicio*[29], *ad loca tartarea respiciet indemnis spiritus tuus; videbisque tormenta gehennalia, in quibus animae impiorum pro reatibus suis cruciantur: ignem videlicet*[30] *tenebrosum et inexstinguibilem, aquam frigidissimam et urentem, vermem perpetuum, insatiabilem, fetorem pessimum indeficientem, flammas inexstinguibiles*[31], *voraces, poenas aeternales, tenebras indeficientes, tetras daemonum formas et*[32] *imagines*[33], *visu terribiles et aspectu*[34] *horribiles; audiesque*[35] *in locis illis poenalibus gemitus suspirantium, lacrimas dolentium, dolores et suspiria plangentium; videbisque ibi fletus sine solatione, dolores sine remedio, mortem sine morte, poenas sine fine: cotidie enim prae dolorum magnitudine* F *moriuntur ibi miserorum animae, et quia semper moriuntur, nec umquam morte tormenta finire possunt, semper cruciantur sine fine. Ad cumulum enim damnationis eorum hoc eis adicitur ut, qui semper torquentur, numquam deficiant, et qui semper vivunt, numquam torqueri desinant*[36]; *quatenus qui semper vivunt et moriuntur sine morte, semper tormenta sentiant sine fine; et qui in vita sua peccare voluerunt, semper in poena*[37] *peccati aeternum habeant supplicium. Cum*[38] *autem haec omnia videris, soror carissima, electorum gaudia et impiorum supplicia, his qui adhuc in carne vivunt annuntia, praedicens eis ut, quamdiu spatium habent*[39] *paenitentiae, ante conditoris oculos per dignam satisfactionem tergant maculas culpae, quatenus, de peccatis suis dignam agentes paenitentiam, poenas gehennales evadere atque*[40] *ad beatorum gaudia sempiterna securi valeant pervenire. Amen. Hic sermoni finem dabo, teque in mea filiique mei custodia*[41] *derelinquam*[42], *ad caelum*

[13] eius *add.* 3. — [14] apostolos *add.* 3. — [15] firmamentum 3. — [16] tanto 1. — [17] *om.* 3. — [18] martyres *add.* 3. — [19] p. c. 3. — [20] gladii *add.* 3. — [21] vexatos 3. — [22] *om.* 3. — [23] ex 3. — [24] r. et g. 3. — [25] confessores *add.* 3. — [26] consilio 3. — [27] ideoque 3. — [28] inseparabilem 1. — [29] (hic-in supp.) *om.* 3. — [30] videbis 3. — [31] et *add.* 3. — [32] (f. e.) *om.* 3. — [33] et deformes *add.* 3. — [34] (e. a.) respectu 3. — [35] ibi *add.* 3. — [36] desinunt 1, 2. — [37] poenam 3. — [38] *hic iam pergit* 2. — [39] h. s. 3. — [40] et 2, 3. — [41] custodiam 2. — [42] relinquam 3.

reversura

reversura atque[43] *adhuc modicum tempus ad salutem multorum in terris te*[44] *dimittam, post huius vitae exilium ad consortium meum in brevi revertendam.*

B. M. Virgini gratias agit B. Alpais.

9. Caput ix. — His dictis, recedere visa est a puella angelorum domina, in cuius egressu[1] virgo circumquaque tantam sensit odoris fragrantiam ut omnium aromatorum vinceret suavitatem; flensque multum [2] et eiulans, lacrimis suis faciem suam rigat, dicens : *Qualescumque tibi gratias ago, mater misericordiae, quae me indignam famulam tuam in hac aerumnosa calamitate mea dignata es tam benigne visitare. Accipe itaque quascumque exiles, beneficiisque tuis impares, gratiarum actiones : tot enim et tanta mihi, domina, beneficiorum munera contulisti, quod a me non possunt gratiae vobis condignae*[3] *referri : primo enim me, licet indignam, in sterquilinio iacentem, languidam, de caelis visitastis; secundo, attactu manuum vestrarum blandissimo vulnerum meorum cicatrices curastis ; tertio*[4], *vestro munere*[5] *caelestibus epulis ita saginata sum, ut numquam esuriam nec sitiam in aeternum, et etiam ut sine cibo et potu corporali* B *in fragili corpore incolumis et indemnis perseverare mihi contulistis ; quarto, ut Deum deorum in Sion beatorumque spirituum ordines et electorum animas in gloria, reproborum vero animas in supplicio videam contulistis*[6]; *ad extremum, in vestro egressu*[7] *tam*[8] *naribus meis suavitatis odorem*[9] *intulistis, ut numquam in hac vita mortali et miserabili*[10] *talem et tantam dulcedinem persensisse quemquam hominum audierim. Ita enim interius huius odoris fragrantia suavissima saginatum est cor meum et corpus meum, sicut*[11] *eius melliflua dulcedine interius exteriusque satiata*[12] *sum, ut omne cibi desiderium omnemque potus per hanc refectionem amiserim appetitum, ita ut sicut promisistis, non esuriam neque sitiam amplius in aeternum.*

CAPUT TERTIUM

B. Alpais, sanitate recuperata, prima sua edit miracula.

Quae, cum daemoniaca diceretur, aliquando paulisper manducat.

10. Caput x. — Ita est, fratres carissimi, sicut audistis : numquam esurit, numquam sitit haec puella cibum aut potum corporalem [1]. Sed ut tumultus garrientium exstinguatur, qui imprimis dicebant daemonium eam[2] habere, eo quod nec manducaret nec biberet, bis vel ter in hebdomada consuevit alicuius edulii modicum quid accipere ; quod per os suum huc illucque diutino aliquantulum volutatum [3], sicut accepit [4], integrum ab ore suo reicit, nihil omnino praeter modicum [5] saporis aut succi rei susceptae [6] degustans. Quo reiecto, tantillum potus haurit, ut nullo modo perpendi possit si in os eius aliquid liquoris oblati defluxerit. Huic ergo [7] rei testimonium ego [8] perhibeo, qui modicum [9] pisciculi cocti manibus propriis ori eius intuli ; cuius modico degustato succo, postquam illum per os suum aliquantulum volutaverat [10], totum sicut acceperat [11], integrum in manibus meis reiecit [12] cibum. Vinum etiam quod ei obtuli D tam cito mihi reddidit, ut vix eius labia putarem illud attigisse. Sic tenuiter epulata, prae nimia satietate ita frequenter eructabat [13], ac si crapula et ebrietate ultra modum esset aggravata. Tanta ac [14] talis est, fratres carissimi, huius sanctissimae virginis conservatio, tanta ac talia sunt praeclara eius conversationis [15] initia, quae quantae virtutis quantique meriti sit apud Deum miracula subscripta, quae per eam divina [16] virtus operari dignata est, manifesta legentibus dabunt indicia.

Puella novennis muta, eius interventu, loquitur;

11. Caput xi. — Consilio patris sui, adducta est a parentibus suis ad virginem sacram puella quaedam, a nativitate[1] muta, quae absque usu loquelae iam novem annos [2] transegerat. Cuius parentes, cum ante lectulum [3] virginis flerent, suppliciter deprecantes ut puellae mutae misereretur eique orationibus suis apud Dominum subveniret, quidam eorum, mirabili fide animatus, manum virginis diu multumque resistentis accipiens, eamque super labia puellae circumquaque ducens, super eam signum crucis impressit, ipsosque digitos virginis in os eius intromisit. Apertum est [4] ilico post E salutiferae manus tactum os eius, et solutum est vinculum linguae eius, quod ante [5] numquam fuerat solutum [6]; et loquebatur recte, benedicens Deum, ita ut lingua eius in auribus circumstantium rectum et intelligibile in quantum aetas eius patiebatur formaret eloquium ; et mirabantur universi qui eam loquentem audiebant, laudantes et benedicentes Deum.

item mulier, propter mariti debita captiva, liberatur.

12. Caput xii. — Quendam hominem suum tenebat in carcere vinctum quidam vicinus miles, pro pecunia quam ab eo violenter exigebat. Coactus est rusticus, fame et siti afflictus, verberibusque diu cruciatus, domino suo pro redemptione sua promittere requisitam pecuniam, quam nullo modo habere poterat : pro qua coniugem suam, vinculis mancipatam[1], in carcere dereliquit, donec die statuto censum promissum [2] domino suo persolvisset. Recessit ille ut pretium redemptionis suae, quia de suo non poterat, de alieno mendicus conquireret. Coniux vero illius, compedibus ferreis vincta et duro[3] carceri mancipata, die noctuque a duobus ministris custodiebatur. Cuius maritus cum die statuta [4] non venisset, quia quam promiserat pecuniam invenire [5] non poterat, coeperunt eam custodes sui, victualibus [6] denegatis, F fame sitique afficere, verberibusque dirissimis [7] miserabile corpus eius [8] absque misericordia laniare. Ipsa vero, inter angustias prae nimia dolorum magnitudine graviter suspirans, veniam a Domino precabatur in hunc modum : *Domine Iesu Christe, qui solvis compeditos et erigis elisos, miserorum consolatio, laborantium fortitudo, non sum digna ego, infelix et misera, oculos meos ad caelum attollere, nec audeo nomen sanctum vestrum*[9] *labiis meis pollutis*[10] *nominare, o regina misericordiae, de qua pro nobis ortus est fons*[11] *pietatis et clementiae, non praesumo, ego infelix, peccatorum meorum pondere pressa, veniam, quam sceleribus meis a me exclusi, postulare a vobis*[12],

[43] teque 3. — [44] *om.* 3.

Cap. 9. — [1] recessu 2, 3. — [2] *om.* 3. — [3] v. c. fratres 2, v. c. g. 3. — [4] enim *add.* 2. — [5] m. v. 2. — [6] concessistis 2, 3. — [7] recessu v. 2, regressu v. 3. — [8] tantam 2, 3. — [9] suavitatem odoris 2, 3. — [10] m. v. et mis. 2; m. et mis. v. 3. — [11] sic 3. — [12] saginata 3.

Cap. 10. — [1] corporeum 3, corporeum p. 2. — [2] e. d. 2. — [3] totum *add.* 2, 3. — [4] accipit 2. — [5] quid *add.* 2, 3. — [6] succetae 1. — [7] ego 2, 3. — [8] *om.* 2, 3. — [9] modis 2. — [10] volverat 2. — [11] accipere 2. — [12] reici 2. — [13] eructuabat 1, 2. — [14] et 3. — [15] c. e. 3. — [16] divinitus 2.

Cap. 11. — [1] sua *add.* 2. — [2] a. n. 2. — [3] lectum 3. — [4] autem *add.* 2, 3. — [5] antea 2. — [6] s. f. 2.

Cap. 12. — [1] manciparet 2. — [2] repromissum 2, 3. — [3] diro 2. — [4] statuto 2. — [5] habere 2. — [6] virtualibus 2. — [7] durissimis 2. — [8] *om.* 2. — [9] *om.* 2. — [10] p. l. m. 3. — [11] f. e. o. 2. — [12] a. v. p. 2, 3.

nec

A *nec audeo invocare [13] auxilium Virginis matris, quae peccatorum meorum sordibus offendisse me sentio filium Virginis. Tot enim et tanta sunt, o domina, meorum vitiorum [14] sordes et maculae, ut faciem [15] vestram mundissimam a me iuste debeatis avertere. Unde non miror, si me miseram ad vos et [16] filium vestrum clamantem non exauditis [17], quia non est pretiosa [18] laus in ore peccatoris [19]. Peccata enim mea, quae separant inter me et Deum, iusto Dei iudicio me non sinunt, nec vos nec ipsum habere propitium; et, quia ad impetrandam misericordiam vestram nulla mihi suppetunt opera meritorum, per orationes et merita sanctissimae virginis de Cudot, Aupaies, amicae vestrae, quae, ut credo, apud Deum et vos est magnae virtutis [20] et meriti, vestrum imploro supplex auxilium, ut quae ex me, nisi [21] unde torqueri [22] debeam, habeo, per eius quae vobis placet dilectionem mutuam et caritatem insolubilem, non ad peccata mea [23], sed ad eius, quaeso, merita respiciatis [24], ut, cum de istis, quae bene promerui, tormentis, de isto carcere meritis eius educta fuero, debitas ei gratias referam. Compedes istas ferreas,*
B *quae pedes meos nimis acriter constringunt, ex parte vestra ei praesentabo. Nam si, meritis ipsius solutis vinculis meis de isto caliginoso carcere me eduxeritis, vos in ipsa et eam per vos laudabo et glorificabo, annulosque istos ferreos, quibus constricta teneor, ex parte vestra ei praesentabo [25].* Mirabilem mulieris fidem miraculum divinitus factum statim [26] fecit mirabiliorem. Nam finita oratione, solutae compedes ferreae de pedibus eius [27]: per medios custodes gravi sopore depressos silenter transiens, intempestae noctis silentio de carcere exiit; rectoque cursu veniens ad Cudot, sese ante lectulum [28] virginis in orationem [29] prostravit, annulosque ferreos praesentavit, gratias ei agens [30] pro liberatione [31] sua; qualiterque meritis ipsius de carcere educta fuisset, cum devotis suspiriis narravit. Quo audito, virgo Christi graviter suspirans, hoc [32] non suis meritis, sed fidei eius [33] et devotioni adscribebat, dicens se in illius [34] operatione miraculi nullum habere meritum, quod, se nesciente, divina virtute in ea fuisset exhibitum; unde, sicut [35] miraculi nescia, ita [36] volebat [37] a virtute eius esse [38] et gratiarum actione [39] aliena. Econtra [40] mulier
C hoc eius meritis, cuius ope et gratia se liberatam esse asserebat, omnino adscribens [41], annulos, quibus vincta fuerat, ad lectum [42] eius suspendit; et sic, voto devote reddito, cum multa gratiarum actione recessit. Quod ipsa, advocata matre, ne ab aliquo videretur, diligenter abscondi praecepit, fuissetque hoc miraculum cunctis incognitum, nisi per mulierem liberatam publice fuisset praedicatum. Haec non, ut debuimus, sed ut [43] potuimus, conscripsimus [44], veritatem puram litteris mandantes, sicut eam ab iis, qui et infantem mutum loquentem audierant, et compedes ferreas quibus mulier in carcere constricta fuerat viderant, quas et ipsi postea vidimus. Accepimus haec nos, largiente Domino, de vita ipsius [45] sacratissimae virginis et nova et inaudita [46] conversatione in hoc primo libello breviter perstrinxisse sufficiat. Quia enim sacri libri sequentia visionum eius spiritualium et divinarum revelationum mysteriis [47] extensa [48] breviter exponendo [49] non possumus, ea necesse est ut aliis voluminibus reservemus, quatenus et [50] lector tanto ferventior [51] ad legendi studium redeat, quanto ex lectionis intercisione [52] suavius respirat. Conversi itaque ad Dominum Deum nostrum puro corde et devota mente, ei, quantum potest fragilitas humana, maximas aeque gratias agamus, qui hanc pretiosam margaritam suam [53] in agro huius mundi nostris exhibere dignatus est temporibus; deprecantes toto animo singulariter [54] eius mansuetudinem, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoque nostrum a nostris cogitationibus et actibus [55] virtutis suae potentia depellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, ut spiritualium huius puellae visionum mysteria [56] caelestiaque [57], quae ei Dominus ostendere dignatus est, revelationum E sacramenta ad utilitatem legentium seu [58] audientium digne scribere valeamus, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur in [59] saecula saeculorum. Amen. VITA

Explicit liber primus [60].

LIBER SECUNDUS

Incipiunt capitula libri secundi [1].

Capitulum primum. — De eo quod Dominus in specie columbae [2] virgini apparuit; et, transfigurans se coram ipsa in speciem et habitum presbyteri, de vivifico sui corporis sacramento die sancto paschae eam communicaverit [3].

II. — De [4] gratiarum actione quam egit postquam eucharistiam accepit [5], et de reditu Domini ad caelos.

III. — De modo dormitionis et [6] requie sancta sua [7] quam aliquando praevidet et praecognoscit [8]; et quod rapta videtur esse [9], quando sic dormit; et quod multa, quae fiunt et [10] dicuntur ante eam, dum dormit [11], per revelationem ei sunt manifesta [12]. F

IV. — De eo quod per [13] omnes mundi ecclesias [14] vidit in spiritu christianos omnes de [15] sacramento dominici corporis communicari die sancto paschae.

V. — De adventu Domini et de Helya et Enoch et de [16] Antechristi adventu [17].

VI. — De resurrectione mortuorum in die iudicii et de adventu Domini ad iudicium.

VII. — De eucharistia Domini, quam vidit in formam et similitudinem pueri parvuli a duobus angelis in caelum ante divinam maiestatem praesentari [18].

[13] vocare 2. — [14] v. m. 2, 3. — [15] faciam 2. — [16] ad *add.* 2, 3. — [17] exaudistis 2. — [18] speciosa 2. — [19] peccatricis 3. — [20] m. v. e. 2, 3. — [21] *om.* 3. — [22] extorqueri 2. — [23] m. p. 3. — [24] r. m. 2, 3. — [25] repraesentabo 2. — [26] statum 2. — [27] ipsius 3, *et insuper add.* statim ceciderunt; quas in manibus tollens. — [28] lectum 2, 3. — [29] oratione 2. — [30] a. ei 2. — [31] libertate 3.— [32] *om.* 3. — [33] e. f. 2, 3.— [34] illa 2.— [35] erat *add.* 2, 3. — [36] esse *add.* 3. — [37] esse *add.* 2. — [38] (e. e.) miraculi 2, 3. — [39] exhibitione 2, 3. — [40] contra 2. — [41] ascribemus 2. — [42] lectulum 2, 3. — [43] sicut 2, 3. — [44] scripsimus 2. — [45] huius 2, 3. — [46] inundata 2, eius *add.* 2, 3. — [47] mysteria 2. — [48] extenta complecti 3. — [49] exponere 2. — [50] ut 3. — [51] ferventius 2, 3. — [52] intercessione 3. — [53] *om.* 2. — [54] singularem 3. — [55] a. et c. 3. — [56] m. v. 2. — [57] caelestiumque 3. — [58] sive 2, 3. — [59] Deus per omnia 2, 3. — [60] Exp. — pr. *om.* 2, in quo continetur vita venerabilis Aupes virginis de Cudoth *add.* 3.

Tit. et cap. — [1] (Inc.-sec.) *om.* 2; in 2 *numm. omm., in 3 numm. positi sunt in fine.* — [2] c. s. 2. — [3] communicavit 2, 3.— [4] *hic titulus tertio loco, sequens secundo in* 2. — [5] acceperat 3; a Domino *add.* 2, 3. — [6] in 2, 3. — [7] sua s. 2, 3. — [8] praenoscit 2. — [9] (r. v. e.) raptam se esse numquam dixerit 3. — [10] aut 3. — [11] (et quod-dorm.) *om.* 2. — [12] *om.* 3. — [13] *om.* 2, 3. — [14] e. m. 2. — [15] *om.* 2. — [16] *om.* 3. — [17] adv. ant. 3.— [18] (in cael.-praes.) a. d. m. in c. praesentati 2.

VITA

VIII. — De monacho, qui deprehensus est per revelationem ab ea, quod in missa sua memoriam ipsius[19], sicut semper consueverat, non egisset.

IX. — De eodem[20] monacho, cuius ipsa conscientiam per revelationem agnovit.

X. — De eo quod beatus Benedictus ei apparuit, et quorundam monachorum culpas ei revelavit.

XI. — De duobus conversis venientibus de grangia ad abbatiam; quorum ipsa actus per revelationem agnovit.

XII. — De abbate Gildonio[21], cuius animam primum in poenis constitutam et postea vidit a poenis liberatam.

XIII. — De duobus monachis Pontigni[22], quorum cum[23] alter loqueretur cum ipsa[24], revelatum est ei de alio, quod staret foris ad[25] pluviam psalmos decantans.

XIV. — De comite Ioviniaci, cuius animam vidit in poenis[26] cum multis aliis, et post visionem aegrotare coepit[27].

Incipit liber secundus.

In quo continentur visiones

B **et revelationes [1] ei [2] divinitus ostensae [3].**

Incipit [1] prologus [2].

Superant B. Alpaidis visiones humanam facundiam.

Scripturus sanctarum visionum venerabilis virginis Aupaies mirifica sacramenta, habitatorem cordis eius[3] invoco Spiritum sanctum, ut, qui ili eas revelare dignatus est, mihi ad illas enarrandas sermonem conferre dignetur ad dicendum facilem, quatenus illarum secreta mysteria ad eruditionem fidelium eodem spiritu, quo illi revelata sunt, tradere valeam memoriae litterarum. Equidem[4] tanti huius operis profunditati ingenioli mei fragilem cymbam succumbere video; sed vestrum est, fratres carissimi, conatus meos piis orationibus vestris[5] adiuvare, ne aut tam sancta materia imperito quidem, sed fideli sermone. promenda, minus digne revelata periclitetur in nobis; aut rursus ne eiusdem materiae abyssis obruatur nostri rusticitas[6] eloquii. Hoc solum vos rogo[7], ut fidem dictis adhibeatis; et de omnibus quae de ea referuntur et sermo iactavit[8], minima de maximis audisse vos aestimate[9], cum ego, qui omnia, quae ab ipsius ore et[10] a quibusdam familiaribus suis, religiosis viris[11], addiscere merui, sum scripturus, non aequalia suis meritis ipsius
C narraturus. Ut igitur a primis et praecipuis ordiar ipsius visionum[12] sacramentis, iucundum quoddam et inauditum miraculum ad totius huius libelli decorem et ornatum in prima ipsius fronte vobis edisseram.

Explicit prologus [13].

CAPUT PRIMUM

B. Alpais sacra communione ab ipso Christo reficitur; eius revelationes de Eucharistia.

Incipit narratio [1]

In Cena Domini Christus ei apparet, et in festo paschatis sacram dat Eucharistiam :

1. CAPUT I[2]. — Feria quarta in Cena Domini descendit ante virginem columba quaedam, nive candidior, cunctis avibus aliis[3] pulchrior, mirae D simplicitatis, admirandae venustatis; cuius aspectu delectabili non poterat virgo satiari. Stabatque ante eam simpliciter, ac si ab eo educata fuisset; et respectu columbino virginem tamquam sibi familiarem et cognitam saepissime respiciebat; oculos in caelum defixos[4] assidue tenebat, et hilari vultu, facie laeta[5], iucundo volatu, tota die illa et nocte usque ad vigilias nocturnas, per domum huc illucque, iucunda et hilaris et laeta volabat[6]. Circa vero finem noctis mediae, quando post matutinas laudes in universis ecclesiis tenebrae recoluntur dominicae passionis, et tota feria sexta, et sequenti sabbato, et praecipue circa horam nonam feriae sextae[7], cum memoriam dominicae passionis sollemniter recolit ecclesia universa[8], oculis in terram deiectis, humiliato capite, demissis alis, pennis hirsutis, per totam domum huc illucque[9] coram virgine[10] volitabat, nec poterat locum ubi requiesceret pes suus[11] invenire, nec poterat alas suas sustentare prae lassitudine nimia ; sed doloris interioris[12] concepti rauco gemitu tristique volatu manifesto dabat exterius indicia. Tota die illa et nocte[13] per E totum sequens sabbatum usque ad horam nonam, in tanta[14] amaritudine et tristitia, in tali gemitu et planctu permansit avicula illa, non satis admirante virgine quid causae esset quod columba, quae pridie laeta et hilaris fuerat et iucunda, ita subito tam tristis effecta fuisset tamque gemebunda. Die vero paschalis sabbati[15], hora nona, qua recoluntur in ecclesia[16] gaudia dominicae resurrectionis, coepit, omni maerore deposito, gaudere et hilaris esse. et omni deposita tristitia, iucundo vultu et laeto volatu congaudere videbatur et congratulari tantae sollemnitati diei[17]. Nocte dominicae resurrectionis paululum obdormivit virgo sanctissima ; evigilansque mane, cum sola esset in domo sua, mater enim eius et fratres ad ecclesiam abierant, ut cum ceteris christianis audito servitio, dominici corporis sacramenta susciperent, vidit columbam ante se stantem[18], laetam et iucundam, simplici respectu benignam, et quasi toto corpore renovatam. Quam respiciens virgo gavisa est gaudio magno valde, eiusque laetitiae et exsultationi congaudebat, sicut et[19] antea doloris[20] et tristitiae compassionem habuerat. Denique per domum huc illucque gratulabunda F volitans, quasi recedenti similis visa est. Sed ad ultimum ante virginem, pro cuius amore venerat, ad terram[21], resedit, figuramque columbinam demittens[22], formam et imaginem assumpsit hominis in modum presbyteri sacerdotalibus vestimentis[23] induti. In capite suo coronam habebat de lapide pretioso, solem vincebat claritate vultus eius decor et pulchritudo. Vestimenta eius nive erant[24] candidiora, unguentis optimis flagrantia, stola et manipulo supra cetera vestimenta ornatus erat, tenebatque in sinistra manu[25] vasculum unum ineffabilis pulchritudinis et admirandae claritatis, de quo exibat dulcedo quaedam et suavitas inaestimabilis odoris. Tremefacta est virgo et territa tantae[26] claritate pulchri-

[19] eius 2. 3. — [20] eo 2. — [21] Gilduino 2, Gildoyno 3. — [22] Pontinii 3. — [23] dum 2, 3. — [24] ea 2. — [25] *om.* 3. — [26] constitutam *add.* 2, 3. — [27] Expliciunt capitula *add.* 3.

Tit. — [1] arcanae *add.* 3. — [2] et *add.* 3. — [3] (Inc.-ost.) *om.* 2.

Prol. — [1] *om.* 2. — [2] in visionibus Aupes virginis *add.* 2; *insuper in 2 prol. ante capitula.* — [3] *om.* 2, 3. — [4] Et quidem 2, 3. — [5] *om.* 2. — [6] rusticis 3. — [7] oro 2. — [8] iactitavit 2. — [9] existimate 2, 3. — [10] vel 2, 3. — [11] v. r. 2, 3. — [12] v. eius 2, 3. — [13] (E. p.) *om.* 2.

Cap. 1. — [1] I. n. *om.* 2, incipit liber secundus 3. — [2] C. I *om.* 2, de eo quod Dominus in speciem columbae apparuerit Aupes virgini *add.* 3. — [3] al. av. 2, 3. — [4] d. in c. 2. — [5] l. f. 2, 3. — [6] volitabat 3. — [7] s. f. 2, 3. — [8] u. r. e. 2, 3. — [9] illuc 3. — [10] gemebunda *add.* 3. — [11] eius 3. — [12] interius 2, 3. — [13] et *add.* 2. 3. — [14] tota 2. — [15] s. p. 2, 3. — [16] ecclesiis 2, 3. — [17] die 2. — [18] et *add.* 2. — [19] *om.* 2. — [20] eius *add.* 2, 3. — [21] a. t. v. 3. — [22] amittens 3. — [23] vestimentibus 1. — [24] *om.* 2. — [25] sua 2. — [26] tantaeque 1.

tudinis,

A tudinis, sed qui praesens aderat summus sacerdos dextera sua ei signum crucis imprimens, ne timere debeat admonet, et tamquam notam ex nomine sic eam blandis affatur alloquiis: *Ne*[27] *timeas, Aupes, amica mea dulcissima, neque*[28] *lumine meo terrearis, quia ego sum Dominus Deus tuus, filius Virginis, per cuius opem et gratiam accepisti medicamen salutis. Ipsa est mihi mater et filia, et ego sum ei*[29] *pater et filius; quicumque eam fideliter*[30] *dilexerit erit amicus meus, quicumque ei devote servierit honorificabit eum Pater meus. Ideo precibus eius sanavi te miserans et attraxi, quia toto corde eam dilexisti; ideo meritis eius et orationibus tibi concessi, et dedi quicquid ipsa tibi promisit et dedit, quia*[31] *sincero corde et humili*[32], *totaque mentis devotione ei*[33] *servire studuisti. Scis, filia mea carissima, dic mihi, scis quae vel qualis*[34] *aut quanta est dies hodierna?* Ad quam illa: *Ita, Domine mi, scio quod hodie illuxit nobis dies resurrectionis dominicae, redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis aeternae, in quo*[35] *fideles christiani*[36] *sacramentum accipiunt corporis et sanguinis dominici*[37], *qui pro*
B *nobis in cruce fuit effusus de latere crucifixi, qui hodie de morte ad vitam resurrexit.* Cui Dominus: *Bene dixisti, filia mea. Nam ego ipse qui et loquor tecum, sum ille qui pro salute mundi sputis illitus*[38], *colaphis caesus, spinis coronatus, calamo percussus, in cruce suspensus, clavis affixus*[39], *aceto potatus, lancea vulneratus, et ad ultimum mortuus fui*[40] *et sepultus, quique hodierna die destructis vinculis mortis, gloriose rex resurrexi a mortuis, unde et hodie in universis ecclesiis ad memoriam passionis meae simul et resurrectionis, in remissionem peccatorum suorum accipiunt fideles christiani corporis et sanguinis mei sacramentum*[41]. *Quia ergo ad ecclesiam ire non potes, vis hic communicare*[42]*?* Qua respondente: *Volo, Domine, si vobis placuerit*[43], pretiosum vasculum quod in sinistra sua[44] tenebat, aperuit, et dextera sua panem[45] de eo extraxit, quo puellam benigne communicavit; bisque super eam elevata dextera manu[46], signum crucis impressit. Quo accepto, virgo circa se tantam[47] flagrantiam sensit odoris, ut omnium aromatum vinceret suavitatem odor ille[48] salutiferi panis. Sic huius sacrae communionis hostiam totam integram sine omni gravamine et labore
C praeter consuetudinem suam suscepit de manu summi pontificis[49]. Nam quando a presbytero de Cudot sive ab aliquo alio[50] sacerdote sanctam communionem accipit, vix cum multo labore et angustia minimam partem dominici corporis tam exiguam ut modico grano sinapis vel lenticulae vix quantitate sit aequalis, sine gravi periculo potest suscipere, quae quamvis tam parva sit, ut vix teneri possit aut videri, nequaquam per arterias sicci gutturis strictas et arefactas ad interiora descenderet, nisi eam virgo modico vini, vel dominici sanguinis haustu humefactam[51], post multas etiam huc illucque diutius in ore suo factas de illa revolutiones, cum multo nisu et conatu, non sine gravi labore et angustia transigeret. Unde et ipsa tam propter difficultatem laboris et angustiae quam[52] habet[53] in sacramenti susceptione quam[54] propter metum periculi rarius communicare consuevit[55]. Postquam igitur de manu summi sacerdotis sine[56] omni periculo et angustia eucharistiam totam integram et rotundam devote suscepit[57], tantis a Domino sibi[58] collatis applaudens cum gratiarum actione, beneficiis, inaestimabili gaudio in Domino exsultans[59] in hanc vocem erupit.

VITA

gratias ei agit B. Alpais.

2. Caput ii. — *Non quantas debeo, sed quantas queo vobis ago gratias, benignissime mi Domine Iesu, Dei*[1] *unigenite, qui me in hac aerumnosa peregrinatione nullis meis meritis, sed sola benignissimae pietatis vestrae dignatione visitare voluistis, quascumque exiles muneribusque vestris impares vobis refero gratiarum actiones, pro universis, quae mihi indignae contulistis, beneficiis. Nam per vestrae matris orationes et merita, plagas meas ita curastis, ut nec cicatrix in eis ulla appareat. Cuius medicinali tactu dolorem meum omnem mitigastis, ulcerumque meorum sordes olim fetentes*[2] *evacuastis: ut visionum caelestium arcana cognoscam mysteria*[3], *electorumque gloriam et reproborum supplicia, etiam in hac mortali vita posita, videam; sed sive in corpore, sive extra corpus nescio, vos scitis, mihi per gratiam vestram* E *concessistis, pretiosi corporis vestri caelesti sacramento manu vestra me indignam communicastis, cuius interna dulcedine sic interius satiata sum, cuius beata*[4] *refectione sic spiritualiter saginata sum, ut sicut mater vestra mihi*[5] *promisit, cuius vos promissionem adimplere voluistis, non esuriam, neque sitiam amplius in aeternum.* Haec dicente puella, respondit ei Dominus haec ultima verba: *Sicut coepisti, filia mea carissima, in dilectione mei et obsequio meo meaeque genetricis esto sedula et intenta. Nam tempus est ut ad caelum, in quo ad dexteram Patris sedeo, redeam: nec tamen te deseram, quia ubicumque*[6] *praesens sum, te, si mihi perseveraveris, semper custodiam et in tutela et*[7] *protectione matris meae te derelinquam.* His dictis, sacerdotis figuram et habitum, quem assumpserat, deposuit, et in columbae specie, quam antea habuerat, iucundo volatu ad caelum gratulabundus ascendit, et ad dexteram Patris in sede maiestatis suae in forma Dei et hominis gloriosus resedit.

Rationes eius soporis, in quo intelligit quae de ea dicantur.

3. [Caput] iii. — In hac[1] a[2] cena Domini usque in diem resurrectionis dominicae morata est virgo sanctissima, viditque visionem istam, non ut alias videre solet[3] visiones, dormiendo, sed divinam columbam, immo Deum[4] in columba, per tres, sicut iam dictum est, dies continuos[5] ante pascha, vigilando, etiam corporeis contemplata est oculis, quem et in die resurrectionis suae, in habitu sacerdotis sacris vestibus induti transfiguratum, non solum spiritualibus, sed et corporalibus oculis videre, et ab ipso communicari promeruit. Ceteras quippe visiones, quas in quiete dormitionis suae sive in dormitione quietis suae videre solita est, solo spiritu contemplari videtur, in tantum ut eius spiritus raptus esse videatur ab illa, quando dormienti similis est, et requiescit in quiete sanctae contemplationis suae. Dormiente etenim illa sive potius requiescente in festivitate sancti Lucae evangelistae, superveniens ego crastina die post festivitatem, accessi ad lectulum eius, accensoque

[27] nec 2. — [28] nec 2. — [29] et *add.* 2, 3. — [30] *om.* 3. — [31] et *add.* 3. — [32] s. et h. c. 3. — [33] *om.* 3. — [34] qualem 2. — [35] qua 2. — [36] Christi 2. — [37] Domini 2. — [38] illinitus 3. — [39] affissus 2. — [40] *om.* 2. — [41] (cor.-sacr.) sac. c. e. s. m. 2. — [42] communicari 1, 3. — [43] placet 2. — [44] manu 3. — [45] vitae *add.* 3. — [46] *om.* 2. — [47] (c. s. t.) circumquaque 2, 3. — [48] illius 2, 3. — [49] sacerdotis 3. — [50] alio aliquo 2. — [51] humefacta 3. — [52] quae 2, 3. — [53] *om.* 2. — [54] quem 3. — [55] *ad normam rubricae* De gratiarum actione *add.* 3, *ac incip. Cap. II.* — [56] de 1. — [57] suscepti 2. — [58] s. a D. 2. — [59] e. in D. 2, 3.

Cap. 2. — [1] *om.* 3. — [2] fetantes 2. — [3] m. c. 2. — [4] beatae 2. — [5] mihi m. v. 3. — [6] qui ubique 3. — [7] in *add.* 2.

Cap. 3. — [1] beata visione Dei *add.* 2, beata Dei v. *add.* 3. — [2] et 3. — [3] s. v. 3. — [4] Dominum 2, 3. — [5] c. d. 2, 3.

lumine

VITA lumine, manum meam ori eius anteposui, nullusque omnino vel tenuis flatus aut anhelitus de ore eius, vel de naribus[6] egrediebatur, in tantum ut quidam qui mecum aderat monachus eam raptam esse[7] diceret, et spiritum eius non esse in visceribus eius, quamvis ipsa se raptam esse[8], vel fuisse numquam dixerit, vel dicenti consenserit. Clausis siquidem[9] oculis, resupina iacens in lectulo, nullum vitae signum, nullum viventis flatum aut anhelitum, nullum dormientis sonum dabat[10] vel strepitum, in tantum ut defunctae similis videretur, nisi rubor in facie eius candori superfusus[11] alinquod in ea vitae vestigium visentibus[12] ostenderet. Nonnumquam etiam quando in requiem contemplationis suae ab angelo, quem proprium habet ductorem itineris, ducenda est, tempus dormitionis sive requietionis suae in spiritu praevidet et agnoscit. Nam cum ego in vigilia beati Lucae venissem ad eam, promisissemque me[13] die crastina venturum ad eam et monachum unum de Scaldeis[14] valde sibi familiarem mecum adducturum, subridens illa prae gaudio respondit: se in illa die non fore nobis locuturam, ideoque mallet,
B ut alio tempore illum amicum suum adducerem. Quid plura? in die sancti Lucae venientes ad eam, dormientem, sicut praedixerat, illam invenimus. Et egressi de villa[15] cum presbytero de Cudot, in agello quodam iuxta fontem villulae satis amoeno[16] consedimus, ibique multa de mysticis puellae visionibus et sanctis revelationibus[17] inter nos conferentes, totum fere diei spatium usque ad[18] nonam in collationibus sanctis et colloquiis spiritualibus consumpsimus. Quas visionum eius collationes, prout series narrationis postulaverit, loco suo[19] interserere curabimus. Post discessionem autem nostram, cum die quarta evigilasset, venit ad[20] eam presbyter de Cudot, et ab ea tale responsum accepit: *Quare, domine mi, cum monachis illis domino P. et domino G., qui nudius tertius hic ante me fuerunt, tot et tanta de me et de meis quae vobis revelavi secretis invicem contulistis?* Stupefactus presbyter, et quomodo id sciret vel quis ei verbum hoc[21] ostendisset interrogans, tale ab ea responsum audivit: *Scio*, inquit, *scio, domine mi, quod in die sancti Lucae hic ante me fuerunt, et quia cum eis loqui non poteram, egressi sunt de villa*[22]*, et vos cum eis, multaque de*
C *me et*[23] *de visionibus meis, quas secreto solis vobis*[24] *dixeram, eis ex ordine rettulistis.* Admirans presbyter et congaudens se ab ea per revelationem sic fuisse deprehensum, rem mihi rettulit quando ad eum redii, nec satis admirari[25] potui, quod sic huiuscemodi verbum divinitus fuisset virgini revelatum.

In festo paschatis videt christianos percipientes sacram Eucharistiam.

4. [Caput] iv. — Post aliquot annos, redeunte sollemnitate paschali, sibi visum est, in die resurrectionis dominicae, supra totam mundi fabricam se elevatam fuisse, totamque terram et omnes qui[1] in ea sunt sub se fidelium videbat ecclesias, in quibus fideles quique dominici corporis et sanguinis accipiebant sacramenta, beatorum quoque spirituum ordines super fidelium turbas in singulis ecclesiis dominatori[2] videbat assistentes alis pennatis[3] corpora sua levia[4] et subtilia in excelso pro voluntate[5] leviter elevantes[6], dumque D communicarent quidam eorum, qui ad sacros ordines promoti sunt, tam clericorum quam monachorum, vidit divinam eucharistiam, quasi vino sanguineo et rubro totam intinctam, per superficiem coronae capitis eorum egredientem ab eis[7], quam honorifice suscipientes angeli sancti usque in caelum ante sedem maiestatis divinae[8] cum multis laudibus deferebant. Aliis vero eucharistiam accipientibus videbatur quasi carbunculus nigerrimus in os eorum intromitti[9], et[10] de illis[11] erat multitudo copiosa. Dumque alii eucharistiam sanctam acciperent, quasi in os eorum descendebat, et sic in eis videbatur quasi[12] hostia sancta[13] remanere, nihilque aliud de eis ei amplius videbatur.

CAPUT SECUNDUM

Aliae B. Alpaidis revelationes.

Videt adventum Domini et praelium Eliae et Enoch cum Antichristo;

5. Caput v. — In vigilia natalis Domini aperti sunt caeli, descenditque de caelis veneranda quaedam maiestas mirae claritatis et admirandae pulchritudinis, quam subsecuta est femina quaedam pulchra valde et decora, quae infantulum unum inter ulnas suas deferebat tam parvulum ac si[1] eum[2] eadem hora vel die[3] peperisset. Cumque sic[4] ante lectulum virginis hi tres descendissent, elevata dextera, signum crucis super eam impressit maiestas illa veneranda; deinde mulier illa venerabilis signo crucis eam munivit. Ad ultimum puer parvulus, de quo magis admirata est, quia tam parvus erat, ut[5] nihil[6] secundum naturae suae infirmitatem, nisi vagire, deberet, dexteram parvulam elevavit, signumque salutiferae crucis super eam impressit; et sic eodem ordine quo descenderant maiestate praecedente[7] ad caelos ascenderunt. Statimque de caelo descenderunt ad terram duo antiqui senes veneranda candidati canitie, prophetis similes, erantque quasi ad bellum praeparati, exspectantes adversarium cum quo essent pugnaturi. Nec mora, de terra exivit quasi imago quaedam terribilis, formam hominis habens[8], statura grandis, aspectu horribilis, et cum duobus praedictis senibus immanissimum bellum audacter iniit, eosque nimis atrociter interfecit. F
Quos ad caelum de caelo[9] columbae descendentes nive candidiores detulerunt. Hostis vero eorum terrificus post eos ibat crescendo, et usque in caelum persequi eos[10] nitebatur. Nam cum pedibus tangeret terram eosque a terra non elevaret, corpus eius ita in altum crescebat, et crescendo tantum in altitudinem[11] procerum et tam magnum fiebat, quod cum pedibus terram tangeret, eos usque in caelum procero corpore et elevata cervice persequi[12] videbatur. Sed Deus, qui superbis resistit, eum, cum parvo regnasset tempore, virtutis suae potentia deiecit, et occidit, quem in profundum inferni teterrimae volucres, corvis nigerrimis similes, in momento demerserunt.

item resurrectionem mortuorum.

6. Caput vi. — In festivitate sanctorum omnium[1] vidit inter[2] angelicos cives gloriosam[3] celebrari sollemnitatem, totumque caelum ab inferiori parte

[6] vel naribus eius 3. — [7] e. r. 2. — [8] (non esse-esse) *om.* 1, 2. — [9] quidem 2, 3. — [10] d. s. 2, 3. — [11] superfluus 3. — [12] intuentibus 2. — [13] *om.* 3. — [14] Scalleis 1, Scarleis 2, — [15] villula 2, 3. — [16] amoenum 3. — [17] invicem *add.* 2, 3. — [18] horam *add.* 2, 3. — [19] s. l. 2, 3. — [20] ante 3. — [21] istud 2, 3. — [22] villula 2, 3. — [23] vel 2. — [24] vobis soli 2, 3. — [25] non *add.* 2.

Cap. 4. — [1] omnia quae 2, omnes qui 3. — [2] suo *add.* 2, 3. — [3] p. a. 2, 3. — [4] leva 2. — [5] (p. v.) provolante 3. — [6] *om.* 2. — [7] ab e. *om.* 2, ab eis eg. 3. — [8] d. m. 2, 3. — [9] (in-int.) int. i. o. e. 2. — [10] *om.* 3. — [11] his 2, 3. — [12] *om.* 3. — [13] s. h. 2, 3.

Cap. 5. — [1] sic 2. — [2] *om.* 2. — [3] ead. d. v. h. eum 3. — [4] *om.* 3. — [5] et 3. — [6] facere *add.* 3. — [7] praeeunte 3. — [8] hab. hom. 2, 3. — [9] (d. c.) *om.* 2, 3. — [10] e. p. 2, 3. — [11] altitudine 2, 3. — [12] prosequi 2, 3.

Cap. 6. — [1] o. s. 2, 3. — [2] *om.* 1. — [3] gloriosissimam 2, 3.

variis

A variis [4] palliis diverso [5] colore coloratis, sic undique ad ornatum et ex omni parte coopertum, quod in nulla parte nudum [6] apparebat, nec in aliquo loco discoopertum videri poterat. Cumque huc illucque circumspiceret et pulchritudinem miraretur et varietatem palliorum, vidit in medio eorum foramen unum exiguum, per quod incandescere sibi videbatur caelum, et columnam igneam a terra usque ad foramen illud [7] elevatam, per quam ita leviter ascendit, ac si mole nequaquam detineretur corporea. Elevata est itaque [8] usque ad foramen illud, ascenditque et intravit supra [9] palliorum illorum multitudinem, viditque ibi maximam fidelium turbam, totam candidatam, quam dinumerare nemo poterat, qui omnes in oratione prostrati, manus sinistras dextris suis superpositas tendebant [10]. Quos cum pertransisset virgo prudentissima, venit ante regiam filii Dei maiestatem in throno gloriae suae, inaestimabili lucis claritate refulgentem [11]. Cuius speciei tantus erat decor et gloria, tantus splendor tantaque gratia, quod in gloriam vultus eius non poterant oculi virginis intendere, tanti reverberati luminis B claritate. Circa quem erat multitudo copiosa infantium decollatorum, quorum corpora collotenus [12] integra erant, sed capita humeris superposita non habebant, et sic circa [13] regem regum et dominum dominantium [14] hinc et inde decollati sedebant. Aliorum martyrum virginumque contemplata est ex alia parte gloriosum et invictum exercitum, qui quia [15] per sui sanguinis effusionem regi suo Domino Christo testimonium reddiderunt in terris, eius beata visione sempiterne perfruuntur in caelis. His confessorum laudabilem numerum vidit in gloria sociatum, qui [16] pro Dei amore labentis saeculi fluxus despexerunt, immarcescibiles coronas ab ipso [17] accipere [18] meruerunt. Beatorum spirituum ordines ex alia parte dominatori suo vidit assistentes, et ad explenda iudicia sua pro [19] officiorum suorum varietate sollicite ministrantes; quos in hoc a ceteris caelestis [20] curiae civibus virgo discernebat, quod eos pennatas alas humeris suis superpositas gestantes circumspiciebat. Cumque in hac visione beata [21] mira et inaestimabili quadam suavitate delectaretur, prospexit a longe in profundissima quadam et obscura valle globum terrae intume-C scentem, viditque terram quasi totam renovatam et ad similitudinem cretae [22] candidissimae totam candescentem. Virgo quippe super altitudinem nubium in spiritu elevata, totam firmamenti [23] machinam undique circumspiciebat; videbatque terram simul totam in medio firmamenti, quae quasi mons quidam parvissimus eius oculis se totam circumspiciendam offerebat, eratque tam in longitudine, quam in latitudine innumerabilibus plena speluncis, talparum fossis similibus; de quibus in momento exsurgebant innumerabiles utriusque sexus homines formati, qui omnes unius quantitatis erant et aetatis. Nec erat in tota terra aliqua fossa, de qua hora illa non exsurgeret [24] homo [25] vel femina. Cumque a mortuis omnes [26] in ictu oculi resurrexissent, descendit de caelo super terram in eminentiori loco crux quaedam mirae magnitudinis et altitudinis, tota plana [27] et bene polita, quae tota [28] erat rubra, quasi sanguineo tincta colore, videbantque eam omnes [29] tam iusti, quam iniusti [30]. In cuius [31] aspectu iusti spe gaudentes gloriabantur, impii vero desperantes in eius aspectu [32] confundebantur. Nam ante crucem erat lampas quaedam accensa, quae tantae claritatis tantique luminis radios ex se huc illucque diffundebat, quod non solum [33] terram, verum etiam singulorum corda hominum sic interius illustrabat et illuminabat, quod cogitationes cordium [34] illorum [35], et occulta uniuscuiusque [36] gesta manifeste [37] declarabat et revelabat. Descenditque iuxta crucem super terram [38] in potestate magna [39] filius hominis, beatorum spirituum, apostolorumque [40] suorum, martyrumque [41], confessorum atque virginum circumdatus undique choris, circa quem stabant pueri decollati, inter quos et Deum nulli alii poterant interseri. Erat autem facies eius electis suis suavis et pia ad amandum, dulcis et benigna ad contemplandum, ad quem [42] cum magna fiducia respicie- E bant omnes iusti perfectam habentes iustitiam, quia fiduciam habebant in die iudicii. Gaudebant enim in Domino in quem solum speraverant, cuius cum faciem semper aspicerent, semper eam contemplari desiderabant. Reprobis autem erat vultus eius tam dirus [43], tam terribilis, tam ferus, tamque crudelis, quod propria accusante conscientia severitatem ipsius nullo modo poterant sustinere, nec in gloriam vultus eius, iustis quidem desiderabilem, sibi vero terribilem, audebant intendere, iuxta illud: *Tollatur impius ne videat gloriam Dei.* Sic igitur ante summum iudicem vidit virgo venientia ad iudicium [44] tria genera hominum. Nam alii iam erant angelorum choris sociati, qui cum summo iudice erant orbem terrarum [45] iudicaturi; alii ante ipsum veniebant [46], ab eo et ab his quos [47] constituit iudices diudicandi, et ad dexteram suam in regno patris sui post iudicium [48] vocandi, et cum eo feliciter in aeternum regnaturi. Alii poenis gehennalibus destinati, et post iudicium ad inferna descensuri, ibi propter sua peccata tormentis infernalibus cum diabolo et angelis eius sine fine concremandi [49].

Videt sacram hostiam sub forma pueri ab angelis in caelum ferri.

7. Caput vii. — Alio anno vidit [1] in eadem festivitate in quadam abbatia [2] ordinis nostri, quae Scaldeiae [3] nuncupatur, exercitus angelorum in ecclesia congregatos [4], dum abbas in honorem sanctorum omnium [5] sacrarum sollemnia missarum celebraret [6]. Qui dum sacri [7] canonis devotus intenderet mysteriis, tanta beatorum spirituum in ecclesia [8] multitudo descendit, quod ab imo usque ad summum totam ecclesiam [9] repleverunt. Nam et super abbatem et super ministros eius, et super alios fratres sacris mysteriis devote assistentes descenderant angelici cives, dominatori suo, cuius pretiosi sanguinis et corporis [10] in praesentiarum sacrosancta celebrabantur mysteria, devote famulantes. Cumque æbbas sacram hostiam inter manus suas elevatam Deo Patri praesentaret et offerret, vidit

[4] diversis 2, 3. — [5] vario 3. — [6] nullum 2. — [7] i. f. 2. — [8] i. e. 2, 3. — [9] super 2, 3. — [10] tenebant 3. — [11] fulgentem 2. — [12] omnia *add.* 2, 3. — [13] circum 2. — [14] dominatorum 2. — [15] et 2. — [16] quia *add.* 3. — [17] eo 3. — [18] percipere 2, 3. — [19] vel 1, 2. — [20] caelestibus 1. — [21] b. v. 2, 3. — [22] cerae 2. — [23] mundi 2. — [24] exsurgerent 3. — [25] vel vir 2, 3. — [26] o. a. m. 2, 3. — [27] plena 2. — [28] *om.* 2. — [29] homines *add.* 2, 3. — [30] iniqui 2, 3. — [31] eius 2. 3. — [32] visione 2, 3. — [33] totam *add.* 2, 3. — [34] cordis 2. — [35] eorum 2, 3, et abscondita sua *add.* 3. — [36] unicuiusque 1. — [37] omnia *add.* 2, 3. — [38] cum apostolis suis *add. in marg.* 3. — [39] et maiestate *add.* 2, 3. — [40] angelorumque 3. — [41] et *add.* 1. — [42] quam 2, 3. — [43] durus 3. — [44] (a. i.) *om.* 2. — [45] o. t. e. 2, 3. — [46] ad iudicium *add.* 2, 3. — [47] secum *add.* 2, 3. — [48] ab eo *add.* 2, 3. — [49] cruciandi 3.

Cap. 7. — [1] *om.* 2. — [2] cisterciensis *add.* 3. — [3] Scarleise 2, Scallee 1. — [4] vidit *add.* 2. — [5] o. s. 2. — [6] c. m. s. 2, 3. — [7] acris 2. — [8] ecclesiam 3. — [9] e. t. 2, 3. — [10] c. et s. 2, 3.

VITA

virgo inter manus suas [11] elegantissimum forma puerum tantae pulchritudinis et claritatis, ut ei similis vel [12] aequalis nullus umquam fuerit in filiis hominum. Apertique [13] sunt caeli super eum, et descenderunt de caelis super sanctum altare [14] duo de beatis spiritibus inter alios maiestate et auctoritate longe eminentiores; qui cum summa reverentia honorifice tulerunt caelestem illum puerum de manibus abbatis, eumque ante divinam maiestatem Deo Patri praesentaverunt in caelis; et facta oblatione salutifera cito redeuntes, coram [15] abbate super sacrosanctum altare illum cum summa veneratione reposuerunt: missaque celebrata, cum abbas et ministri communicassent, in caelum redierunt angelici [16] cives, pro tanta sollemnitate Deum ac Dominum sanctorum omnium cum hymnis [17] glorificantes.

Cognoscit monachum sui memoriam non fecisse in missa,

8. Caput viii. — In eadem abbatia est quidam monachus sacerdos mihi satis cognitus, sanctae virgini familiarissimus. Hic cum quadam die voluisset ad eam visitandam ire, velletque prius missam celebrare nec haberet altare in quo celebraret [1], (nam, sicut est consuetudinis [2], die illa [3] B cantare debebat), rogavit quendam socium suum ut altare suum sibi praestaret; missamque suam [4] maturius solito cantavit, ut ad virginem citius perveniret. Consueverat autem idem sacerdos inter [5] sacra missarum sollemnia, in illo sacri canonis loco [6] in quo memoria agitur amicorum viventium, dilectae suae nominatim ibi [7] memoriam silenter agere; sed in illa die tam succincte tamque festinanter cantavit, ut ad virginem velocius accederet, quod memoriam eius [8], oblivione interveniente, intactam pertransiit. Cumque peracta missa festinus ad virginem pervenisset, eamque humiliter salutasset, interrogavit eum puella, si illa die [9] missam celebrasset [10]. Quo respondente: *Etiam, domina, cum Dei voluntate hodie* [11] *celebravi*, ait [12] illa: *Scio, domine, scio quod hodie missam cantastis ad altare quoddam, quod* [13] *quidam familiaris vester* [14] *vobis commodavit, quia proprium non habebatis* [15] *ubi ad libitum cantare possetis; sed dum hodie missam celebraretis, in cantando* [17] *nimis festinastis. Nam propter nimiam festinantiam* [18] *vestram, cuiusdam dilectae vestrae memoriam hodie oblivioni tradidistis, quam dum sacris mysteriis assisteretis, olim assidue in memo-* C *ria vestra habere consueveratis.* Audiens hoc monachus obstupuit de tanta revelatione, tacitoque corde revolvens, deprehendit verum esse, quod sibi dictum fuerat a virgine. Cuius rei veritatem ego qui scripsi ab ipsius monachi ore pro certo audivi.

cuius etiam conscientiam apertam videt.

9. Caput ix. — Idem monachus multis precibus ab ea vix [1] extorquere potuit ut Deum deprecaretur, quatenus in requietione sive [2] contemplatione sua ei ostendere dignaretur, in quibus offensis ipse magis Deum [3] offenderat, aut pro quibus delictis ipse [4] apud summum iudicem magis reus teneretur, aut pro quibus peccatis iustus iudex amplius erat adversus eum iratus. Noluit illa tantae monachi petitioni [5] assensum praebere, indignam se iudicans [6] cui talia revelari divinitus [7] deberent [8], dicens hoc solum Deum nosse, qui solus D renes et corda scrutatur [9]. Quam repulsam monachus graviter ferens, instabat importune, opportune, et quia precibus non poterat, importuna infestatione eam vincere nitebatur; et quia multoties ei molestus erat, importunitate sua tandem impetravit, quod diu precibus extorquere nequiverat [10]. Aliquot igitur elapsis diebus, revelavit Dominus virgini in requie sua multa de conscientia monachi [11], in tantum quod cum ad virginem [12] redisset, reseravit ei multa de peccatis suis oblivioni iam ab eo traditis, quae ipse in pueritia sua gesserat. Multas etiam de negligentiis et occultis peccatis [13] suis in quibus ipse tantum [14] sibi [15] conscius erat, quasque oblivioni iam tradiderat, ad memoriam reduxit, monens eum attentius, ut per humilem confessionem ab huiusmodi se mundaret offensis, et condignam paenitentiam de his agere [16] festinaret. Rediens monachus ad conscientiam suam et cor suum diligenter evertens, sine omni dubitatione deprehendit vera esse, quae sibi dicta fuerant a virgine, admirans quomodo abscondita cordis sui, in quibus ipse sibi tantum [17] E conscius fuerat, et delicta iuventutis suae, quae iam oblivioni tradiderat, tam manifeste fuissent virgini per inspirationem sancti Spiritus [18] revelata; de his enim quae sibi puella dixerat, perhibebat ei testimonium conscientia sua. Audita ego tanti et inauditi miraculi novitate, a monacho requisivi, et ipse testimonium perhibuit veritati, dicens sine dubio haec, prout scripta sunt, a veritatis tramite nullatenus exorbitare.

S. Benedictus eam monet de defectibus aliquot monachorum Scarleiensium.

10. Caput x. — Apparuit virgini vir quidam grandaevus [1], veneranda canitie venerabilis, sacerdotalibus indutus vestimentis nive candidioribus, virgam pastoralem tenens in manu sua, qui de quibusdam fratrum [2] de Scaldeis [3] conquerebatur, quod regulam quam eis tradiderat, sicut eam observaturos [4] voverant, non observabant, praecipiens ei et iniungens ut abbati de Scaldeis [5] ex parte sua diceret, quatenus praedictos fratres pro culpis suis et negligentiis, ne ipse durius [6] irasceretur, artius corrigeret. A quo cum puella nomen suum et culpas [7] et nomina fratrum [8] de quibus, conquerebatur [9], requireret, respondit ei se Benedictum appellari, culpasque et offensas fratrum illorum de quibus querimoniam faciebat [10], et nomina F eorum [11] signanter expressit. Quae cum virgo praedicto familiari suo, qui tunc forte ad eam visitandam [12] mecum venerat, rettulisset, super [13] hoc [14] quod ab ea audierat, totum [15] verum esse cognovit.

Videt ipsa actiones duorum fratrum a grangia reducum.

11. Caput xi. — In festivitate quadam veniebant ad sollemnitatem de grangia duo fratres ad abbatiam. Qui cum transirent iuxta villam [1] de [2] Cudoth, declinantes paulum a via, venerunt ad sanctam puellam. Quam cum in transitu vidissent, et [3] breviter locuti fuissent, venerunt ad abbatiam, et intraverunt [4] pariter in [5] ecclesiam. Cumque se invicem aqua benedicta aspersissent, alter in ecclesiam ante altare secessit ad orationem,

[11] eius 2, 3. — [12] et 2, aut 3. — [13] aperti 2. — [14] a. s. 2. — [15] cum 2, 3. — [16] angeli 1. — [17] et laudibus *add.* 3.

Cap. 8. — [1] posset cantare 3. — [2] in ordine nostro *add.* 3. — [3] secundas *add.* 3. — [4] *om.* 2. — [5] intra 3. — [6] i. l. s. c. 2. — [7] *om.* 2. — [8] quam ibi de ea habere consueverat 2, 3. — [9] d. i. 2, 3. — [10] cantasset 2, 3. — [11] missam *add.* 2, 3. — [12] at 2. — [13] monachus *add.* 2, 3. — [14] noster 2. — [15] altare *add.* 2, 3. — [16] quo 2, 3. — [17] eam *add.* 3. — [18] festinationem 2. 3.

Cap. 9. — [1] v. ab ea 2, 3. — [2] in *add.* 2. — [3] D. m. 3. — [4] *om.* 2, 3. — [5] p. m. 3. — [6] vociferans 2, 3. — [7] d. r. 2, 3. — [8] debuissent 2. — [9] et in hoc noluit ei aurem praebere *add.* 2, 3. — [10] non poterat 2. — [11] (m. d. c. m.) d. c. mon. m. 2. — [12] iterum *add.* 3. — [13] delictis 2, 3. — [14] *om.* 2. — [15] soli *add.* 2, 3. — [16] *om.* 2. — [17] t. s. 2, 3. — [18] Sp. s. 2, 3.

Cap. 10. — [1] g. q. 2. — [2] fratribus 3. — [3] Scarleis 2. — [4] se *add.* 2, 3. — [5] Scarleis 2. — [6] in eos *add.* 3. — [7] culpasque 2, 3. — [8] illorum *add.* 2, 3. — [9] querimoniam faciebat 2. — [10] (requireret-fac.) *om.* 2. — [11] ei *add.* 3. — [12] visendam 3. — [13] supra 3. — [14] admiratus *add.* 2, 3. — [15] *om.* 2, 3.

Cap. 11. — [1] villulam 2, 3. — [2] *om.* 2, 3. — [3] ea *add.* 2, cum ea *add.* 3. — [4] intraveruntque 2, 3. — [5] *om.* 3.

alter

A alter vero devenit in capitulum monachorum, ut divinum, qui pro sollemnitate tunc ibi gerebatur, audiret sermonem. Cumque finito sermone pariter ambo missam audissent, et[6] de abbatia simul ad grangiam redirent, ad virginem iterum, ut eam viderent, diverterunt. Cumque cum ea[7] loquerentur, alter eorum interrogavit[8] si quid, postquam ab ea discessissent[9], vidisset. Cui ipsa se in abbatia[10] fuisse, et cum fratribus missam audisse, et paululum ante eos se ab abbatia redisse respondit. A qua cum[11] requisivisset[12] si se et socium[13] suum inter alios fratres[14] vidisset, respondit: *Aestimo, domine mi, quod ego vos*[15] *inter alios fratres vidi.* Quo interrogante iterum[16] quid egissent, vel qualiter se habuissent, ait ei: *Cum iste seipsum aqua benedicta aspersisset, in ecclesiam intravit, seseque ante altare prostravit in orationem. Vos vero in capitulum intrastis, ut cum aliis fratribus divinum audiretis sermonem, et post*[17] *simul in ecclesiam missam audistis.* Stupefacti pro tanta revelatione, ad grangiam coepto itinere devenerunt et fratribus aliis rem gestam ex ordine B rettulerunt[18].

CAPUT TERTIUM

Revelatur B. Alpaidi sors defunctarum animarum.

Intellegit liberatum e purgatorio Gilduinum, abbatem Fontis Ioannis, *b*

12. Caput xii. — Defuncto venerabili Gildoino *a*, abbate Fontis Ioannis *b*, vidit puella animam eius in poenis, eo quod monachos sibi invicem alterutrum detrahentes et de proximis suis inter se[1] prava verba disseminantes, ante se patienter audivit, nec eos de hac culpa correxit, quamvis ipse vir simplex fuerit et rectus, et in omni fere disciplina[2] eruditus. Nam inter ceteras quibus ornatus fuerat decenter[3] virtutibus[4] etiam virginitatis honore usque in finem vitae suae floruit, sicut ait vir quidam religiosus, qui secretorum conscientiae ipsius[5] conscius fuerat[6]. Post mortem igitur eius, cum sacramenta vivifica monachus quidam Fontis Ioannis, qui inter alios ei familiarior exstiterat, pro eius anima devotus offerret, vidit sanctissima virgo[7] Aupes beatam Dei genetricem semperque virginem Mariam, et beatum Ioannem evangelistam, et cum eis praeC nominatum abbatem[8] ante altare, in quo monachus pro eo missam celebrabat, venire, pariterque[9] totam missam usque ad finem audivit. Missa celebrata, ad altare magnum accesserunt in chorum, et postea in capitulum in quo venerabilis abbatis habebatur sepultura. Venientes cum quibusdam aliis reverendis personis habitu monachili indutis, psalmos quosdam decantabant, quos virgo quidem audiebat, sed eos intellegere non poterat. Quibus finitis, visitatisque[10] pluribus ipsius[11] monasterii officinis, per Scaldeias[12] reditum facientes, in ecclesiam primitus introierunt; inde venientes in infirmitorium, monachos infirmos, qui tunc forte prandebant, viderunt, quorum alii carnibus, alii caseis et ovis vescebantur, alii quasdam pultes albas comedebant, quas cum puella vidisset affectavit et esuriit, et videbatur ei quod de talibus, si haberet[13], bene comederet. Cumque ab huius sanctae quietis[14] dormitione[15] evigilasset, advocata matre, rogavit ut tales pultes, quales in abbatia viderat, ad edendum sibi praepararet. Quod cum illa celeriter festinaret adimplere[16], dixit ei: *Quiescite, mater, quiescite, quia tales epulas facere nescitis.* Quod ubi dominus Petrus de Scaldeis[17] audivit, misit ei de pulmento; sed illa gustare nequivit[18]. Cumque[19] visionem istam praedicto Petro et quibusdam aliis religiosis viris rettulisset, notato die rem istam diligenter inquisierunt, et sic factam fuisse prout ab ea didicerant sine dubio invenerunt. VITA

Cognoscit qui agat monachus Pontiniacensis, *c*

13. Caput xiii. — Duo monachi Pontiniacenses *c*, quorum alter sacerdos, alter laicus erat, venerunt ad sanctam puellam. Cum qua cum satis locuti fuissent[1], monachus[2] laicus egressus[3] de domo coepit sub nudo aere[4] de psalmis aliquos decantare, coepitque subito pluere, et pluvia super monachum foris stantem et[5] orantem[6] cadebat. Quod cum divinitus fuisset virgini revelatum, E dixit sacerdoti, qui secum in thalamo loquebatur, ut monachum laicum propter pluviam in domum advocaret. Qui noluit: putabat enim quod in interiori[7] domo cum familia loqueretur et[8] sederet ad ignem. Secundo dixit ei puella ut monachum advocaret; qui[9] respondit ei[10]: *Domina, non, ut putatis, foris stat ad pluviam, sed in domo*[11] *cum ceteris sedet ad ignem.* Illa vero tertio affirmante quod extra domum sub nudo aere staret ad pluviam, iterum atque[12] monente ut eum advocaret, egressus ille de domo monachum foris stantem[13], ad pluviam psalmos decantantem[14], sicut[15] puella dixerat, non sine admiratione magna[16] invenit; et cum eum in domum introduxisset, interrogavit virginem qualiter monachum foris[17] stare comperisset, vel quis hoc ei[18] dixisset. Cui illa: *In corde,* inquit, *meo mihi interius revelatum fuit*[19]. De qua revelatione non satis[20] admirari potuerunt monachi, cum illa semper[21] toto corpore resupina iacens in lectulo, non solum deforis[22] stantes, sed nec intus[23] eos qui[24] in domo interiori[25] extra thalamum suum consistunt, possit a foris corporeis oculis intueri.

Comitem Iuviniacensem videt in purgatorio. *d*

14. Caput xiv. — Defuncto comite Ioviniaci *d*, venit mater eius comitissa Castelli Renardi *e* ad puellam rogans eam[1] ut Dominum pro anima comitis filii sui deprecaretur, quatenus, si misericordiam a Domino consecuturus esset[2], sibi Dominus revelare et animam comitis ostendere dignaretur. Cui cum illa, vix precibus abbatis de Scaldeis victa, quem comitissa secum ob hoc adduxerat, annuisset, circa pascha tribus continuis hebdomadis in sancta dormitione sua[3] requievit. Feria quarta tertiae hebdomadae ducta est ab angelo itineris sui praevio, ad quaedam loca purgatoria, in quibus multae miserorum animae miserabiliter pro peccatis suis torquebantur. In locis illis erat stagnum aquae profundissimum, frigidissimas habens aquas, horribiles, nigras, deformes, spissas, uren-

[6] *om.* 3. — [7] simul *add.* 2, 3. — [8] eam int. 3, int. eam 2. — [9] decesserant 2, 3. — [10] se *add.* 1. — [11] ipse *add.* 2, 3. — [12] requisisset 2, 3. — [13] comitem 2, 3. — [14] in abbatia *add.* 2. — [15] duos *add.* 2, 3. — [16] it. int. 3. — [17] postea 3. — [18] narraverunt 2, 3.

Cap. 12. — [1] (i. s.) *om.* 2. — [2] religionis *add.* 3. — [3] d. o. f. 2, 3. — [4] virtutes 3. — [5] satis *add.* 3. — [6] fuit 2, 3. — [7] v. s. 2. — [8] in ecclesiam *add.* 2, 3. — [9] *om.* 2, cum eis *add.* 3. — [10] visitatis 2, 3. — [11] *om.* 2, 3. — [12] Scarleias 2, Scalleas 1. — [13] pultibus *add.* 2, 3. — [14] quiete 2, 3. — [15] dormitionis 2, 3, suae *add.* 3. — [16] a. f. 2. — [17] Scarleis 2. — [18] non potuit 2, 3. — [19] per *add.* 1, 2.

Cap. 13. — [1] locutus fuisset 3. — [2] (sat-mon.) monachus satis locutus 2. — [3] (l. e.) *om.* 2. — [4] s. n. a. c. 2, 3. — [5] ad 3. — [6] orationem 3. — [7] exteriori 3. — [8] (l. e.) *om.* 2, 3. — [9] et 2, 3. — [10] *om.* 2. — [11] illa *add.* 2, 3. — [12] (i. a.) iterumque atque iterum 2, 3. — [13] stando 2, 3. — [14] decantando 2. — [15] ei *add.* 2, 3. — [16] m. a. 2, 3. — [17] foras 2. — [18] e. h. 2. — [19] fuisset 1. — [20] parum 2. — [21] super 2, 3. — [22] extra domum *add.* 2, 3. — [23] *om.* 2, 3. — [24] intus *add.* 2, 3. — [25] exteriori 1.

Cap. 14. — [1] *om.* 2, 3. — [2] e. a. D. c. 2, 3. — [3] *om.* 2, 3.

tes

tes, omnique gelu acriores. In alia parte erat ignis inexstinguibilis, tenebrosus, niger, horribilis, omnique lumine carens, cuius altior est flamma, quam sit altitudo caeli a terra. In illo igne vidit innumerabiles animarum turmas, quas uncis igneis et ferreis per medias flammas miserabiliter distrahebant teterrimi daemones [4], avidisque dentibus corrodebant eas vermes usque ad interiora insatiabiles. Nec poterant diutius in uno loco subsistere, quoniam intolerabiliter [5] depascebant eas flammae voraces, sed de aestuantibus flammis ignium saliebant in frigidissimas undas aquarum, quarum frigus intolerabile, quia diu tolerare non poterant, cogebantur in vapores ignium citius resilire, et sic propter nimium fervorem flammarum et aquarum frigus intolerabile de igne in aquam [6], de aqua in ignem sine fine cogebantur incessanter resilire. Multa erant ibi genera tormentorum alia, in quibus infelices animae variis cruciatibus pro peccatis suis torquebantur. Inter quas animam praedicti comitis ostendit angelus virgini, suadens ei, ut matri suae diceret quatenus pro anima filii [7] pauperibus daret eleemosy-
B nas, et sanctas orationes fieri missasque celebrari pro eo faceret a sanctis et religiosis viris, quia post peractam in locis illis paenitentiam misericordiam erat [8] consecuturus, eo quod antequam vitam finiret de peccatis suis tota mente paenituit, et ea Christo Christique sacerdotibus vero et humili corde confiteri non erubuit, et sacramentum dominici corporis in sancta devotione cum firma fide et certa spe suscepit. Tunc [9] puella sic angelo respondit : *Cum haec ego comitissae dixero, forsitan mihi non credet, quia nullum certum habeo, quod ei praetendam signum* [10]. Tunc angelus manum puellae dextram apprehendit [11] extensoque [12] brachio sursum elevavit in altum, digitosque eius circumposuit virgae, quae in altum per desuper [13] caput virginis [14] curvata est [15], et per duo capita hinc et inde inferius [16] ad lectulum ligata, sicut est consuetudo in cunabulis parvulorum [17] ad defensionem muscarum virgae curvatae pannum superponere [18], ita quod baculum digitis circumstrictis firmiter tenuit; et dixit ei : *Hoc signum habebis, et in hoc signo credet tibi comitissa, quod manum tuam antequam veniat vespera beatae Mariae, quae est vespera sabbati, ab hoc baculo*
C *disiungere non poteris.* Mane venit eam videre mater sua, vidensque manum eius sursum elevatam baculumque tenentem, nimis obstupuit, eo quod per multum tempus tam infirma, tamque debilis exstiterat, quod omni [19] membrorum usu destituta, nec manum movere nec ad se trahere poterat. Voluitque etiam [20] multo conamine manum a baculo disiungere, sed non potuit; sed panno uno eam involvit, currensque presbyterum advocavit. Qui cum vidisset eam manu virgam tenentem, obstupuit, cogitans in corde suo quod huiuscemodi miraculum alicuius rei esset indicium, manumque omnino tangere non praesumpsit. A feria quarta usque ad vesperam sabbati sequentis [21] brachio sursum extenso dextera sua baculum tenuit. In quo sabbato cum presbyter ante lectulum [22] eius, sicut consueverat, vesperti- D
nas laudes decantaret, rediens ad seipsam [23] puella planctum emisit, brachium extendit [24], baculum demisit. Ex ea die manum dexteram movere et digitos huc illucque [25], quod ante non poterat, coepit agitare. Visionem quam viderat presbytero rettulit, qui pro certis [26], quae de manu eius viderat, indiciis, fidem cito dictis adhibuit. Quam visionem abbati de Scaldaeis [27] et [28] comitissae, mihique ipsi presbyter ipse [29] postea fideliter enarravit, asserens quod post hanc [30] visionem languere [31] coepit graviter et aegrotare viribusque corporis [32] ita destitui [33], quod vix die tertia postquam [34] ad seipsam [35] rediit, potuit ei visionem verbis explicare. Sicut Daniel, cum vidisset arietem qui habebat cornua excelsa, et unum excelsius altero succrescens, atque ventilantem cornibus contra occidentem, et contra aquilonem, et contra meridiem, cui non poterant omnes bestiae resistere, cuius cornua comminuit hircus caprarum, qui veniebat ab occidente super faciem totius terrae et non tangebat terram, et habebat cornu insigne inter oculos suos, et cucurrit ad arietem E
in [36] impetu fortitudinis suae [37] et occidit eum aegrotare coepit [38] et languere post revelationem istius visionis [39] sicut ipse ait [40] : *Ego Daniel languens* [41] *aegrotavi per dies.* Et iterum post visionem quam [42] vidit de viro, qui indutus erat lineis, cuius renes amicti [43] erant auro obriso et corpus eius chrysolitis [44], et facies eius velut species fulguris, et oculi eius ut lampas ardens, et brachia eius et quae deorsum usque ad pedes quasi species aeris candentis, et vox sermonum eius ut vox multitudinis, debilitari coepit et viribus corporis destitui, sicut ipse ait : *Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc, et non remansit in me fortitudo, sed et species mea immutata est* [45], *et emarcui, nec habui* [46] *quicquam virium. Et audivi vocem sermonis* [47] *eius, et audiens iacebam* [48] *consternatus super faciem meam vultusque meus haerebat terrae ;* et post pauca : *Domine mi, in visione tua dissolutae sunt compages meae, et nihil in me remansit virium. Et quomodo poterit servus Domini mei loqui cum Domino meo ? Nihil in me remansit virium, sed et halitus meus intercluditur.* Sed et [49] Ezechiel propheta post visionem quam vidit de quattuor rotis F
et quattuor animalibus, et de firmamento quod erat imminens capiti eorum, territus de visione, cecidit in faciem suam, sicut ipse ait : *Haec visio similitudinis gloriae Domini, et vidi, et cecidi in faciem meam.* Et infra, cum vidisset sex viros qui veniebant de via portae superioris quae respicit ad aquilonem, quibus praecepit Dominus, ipso Ezechiel audiente, ut transeuntes sequerentur virum, qui vestitus erat lineis, et atramentum [50] scriptoris ad renes eius, et [51] percutientes occiderunt [52] omnes quos invenerunt [53] de Israel, praeter illos in quorum frontibus tau scriptum [54] fuerat a viro, qui indutus erat lineis, videns propheta tantam occisionem fieri, tremefactus ingemuit prae timore, ceciditque in faciem suam, sicut ipse ait : *Et caede completa, remansi ego solus, ruique*

[4] t. d. d. 2, 3.— [5] horribiliter 3.— [6] et *add.* 2, 3.— [7] sui *add.* 3. — [8] a Domino *add.* 3. — [9] tum 2, 3. — [10] c. s. h. q. ei p 2, c. h. s. q. ei p. 3. — [11] apprehendens 2, 3. — [12] extenso 2, 3. — [13] *om.* 2. — [14] eius 2, puellae 3. — [15] erat 2, 3.— [16] *om.* 2, 3. — [17] puerorum 2. — [18] superimponere et 3. — [19] omnium 2, 3. — [20] cum *add.* 3. — [21] seq. s. 2, 3. — [22] lectum 2. — [23] ipsam 2. — [24] deposuit manum *add.* 2, 3. — [25] atque illuc 2. — [26] *om.* 1. — [27] Scraleis 2, Scalleis 3. — [28] praedictae *add.* 2, 3. — [29] *om.* 2, 3. — [30] *om.* 2, 3. — [31] languescere 3. — [32] corporeis 2. — [33] d. i. 2. — [34] posteaquam 2, 3. — [35] ipsam 3. — [36] et 2. — [37] *om.* 2. — [38] post visionem *add.* 2. — [39] v. i. 3, et multorum quae ibi sequuntur *add.* 2. — [40] et *add.* 3.— [41] langui et 3.— [42] paulo post *add.* 3. — [43] accincti 3. — [44] chrysolitus 3. — [45] in me *add.* 3. — [46] in me *add.* 3. — [47] sermonum 3. — [48] *om.* 1. — [49] *om.* 3. — [50] atramentarium 3. — [51] ut 1. — [52] occiderent 3. — [53] invenirent 3. — [54] signatum 3.

super

A *super faciem meam, et lacrimans* [55] *aio : Heu, heu, heu, Domine Deus, ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Hierusalem* [56] *?* Sic, sic nimirum [57] puella, tam [58] gravi tacta [59] dolore, post visiones suas consuevit saepissime, tunc praecipue cum post aliquam [60] visionem magnam [61] ad seipsam revertitur, ex intimis cordis alta trahens [62] suspiria, graves planctus emittere, tum quia [63] ad corpus mortis huius redire compellitur, tum quia [64] de sabbato suae contemplationis egreditur, tum quia [65] miseris quos in poenis constitutos viderit [66] compatitur. Sicut [67] verisimile videtur [68], sic molestum [69] ei, quoties de requie suae contemplationis in ergastulum sui corporis revertitur, tamquam si quis de mundi huius amplitudine in aliquem [70] carcerem tenebrosum [71] intrare compelleretur [72]. Unde nonnumquam fit ut tam gravi post requiem suam et tam longa deprimatur infirmitate, et tunc maxime cum aliquam praecipuam visionem viderit, ut [73] a somno suo excitata, et circumstantes videat et sibi colloquentes audiat et prae nimia debilitate
B corporis [74] verbotenus eis respondere non [75] valeat.

Explicit liber secundus [76].

ANNOTATA.

a *Fuit Gildoinus secundus coenobii Fontis Ioannis abbas, qui anno 1172 adhuc in vivis, haud multo post obiisse credendus est. De eo legesis quae in* Gallia christ., *tom. XII, p. 229.*

b *Abbatia Fontis Ioannis sita erat in vico hodie nuncupato* Saint-Maurice-sur-Aveyron. *Cfr. Patron,* Recherches historiques sur l'Orléanais, *tom. II, p. 122. Hic autem vicus pertinet ad praefecturam dictam* Loiret, *haud procul a Monte-Argiso* (Montargis). *De abbatia Fontis Ioannis agitur apud editores* Gall. christ., *tom. XII, p. 229, et Ianauschek,* Orig. Cisterc., *tom. I, p. 12.*

c Pontiniacum, *vicus in praefectura* Yonne, *de quo Quantin,* Répertoire archéolog. du départ. de l'Yonne, *p. 47. Abbatia Pontiniacensis est, ut ait Ianauschek, op. cit., p. 4,* secunda Cistercii filia et
C tertiae lineae caput; *incepta est anno 1114.*

d *Licet Iuviniacensium comitum series iam pridem nota sit* (1), *non paucos tamen hic Vitae locus vexavit; ita ut nuperrime et ven. vir L. Tridon* (2) *confessus sit se aliis meliorem nullam nactum esse fortunam, nec in privato archivo Castri Renardi quod adivit, ea documenta repperisse quibus e tenebris eruatur iste comes, qui dicendus est Rainardi IV filius. Hic vero Rainardus IV uxorem habuit Adelaidem, Nivernensis comitis filiam* (3).

e Castrum Renardi *iacet haud longe a Monte Argiso in praefectura Loiret. Ex documentis archivi Castri Renardi de quibus dictum est patet comites Iuviniacenses et dominos de Castro Renardi arto vinculo fuisse coniunctos.*

LIBER TERTIUS

Incipiunt capitula libri III [1].

Caput i. — De assumptione beatae Mariae, quam vidit ante Dominum in caelo per octo dies sollemniter a caelestibus [2] civibus celebrari.

ii. — De crucifixo quem vidit pendentem in cruce facta ad similitudinem litterae thau [3], et de lampade in thalamo eius divinitus accensa.

iii. — De beato Nicolao, quem vidit in sollemnitate sua candidatorum turmis pontificum et clericorum circumdatum, hymnos caelestes sollemniter decantantium.

iv. — De quodam peccatore qui peccata sua confessus est presbytero de Cudoth, cuius ipsa peccatum et confessionem Domino revelante didicit et de praedicto presbytero, quem dum missam celebraret vidit in spiritu magno lumine refulgentem.

v. — De muliere quae crucem in dextra ferebat [4], super cuius brachium dextrum sedebat candidissima columba, et de puero septenni eam praecedente [5], qui veniebant ambo ad puellam ambulantes super aquas. E

vi. — De candidatis fidelium turmis [6] quas vidit ascendentes in caelum, et de protoplausto, quem vidit iuxta magnam arborem [7] super ripam cuiusdam fontis amoenissimi stantem.

vii. — De regina caelorum et de beata Maria Magdalene et de sancta Maria Egyptiaca, quas vidit in capella quadam sursum in excelsis in aere suspensa, et de militia caelestis exercitus, quae veniebat [8] ad beatam Mariam.

viii. — De Domina nostra, quam vidit in ecclesia quadam [9] super altare sedentem, ante quam arbor de [10] terra surgebat variis onerata [11] floribus, quos colligebant columbae descendentes de caelo, et deferebant eos in caelum.

ix. — De vidua grandaeva, cuius animam vidit ante beatam Mariam ab angelo suo secum in caelum duci et inter hymnidicos virginum choros ipsa iubente collocari.

x. — De homine insano quem a duobus spiritibus immundis vidit in aquam submergi, et animam eius ab immundis daemonum turmis [12] ad tormenta detrahi [13]. D

xi. — De multitudine animarum per pontem ferreum transeuntium, sub quo erant aquae fetidae, in quibus innumerae torquebantur animae.

xii. — De tribus foeneratoribus quorum animas vidit in poenis flammis ultricibus cruciari.

xiii. — De Gisberto [14] eremita quem vidit capellam suam thurificantem, et angelum Domini eum praecedentem.

xiv. — De testimonio [15] quod perhibuit diabolus de puella et de duobus eremitis.

xv. — De diabolo, qui venit ad eam in specie canis nigri et assumpsit formam tauri terribilis [16], et minabatur eam cornibus impetere.

[55] clamans 3. — [56] (Et iterum post visionem — Hier.) *om.* 2. — [57] nimium 1. — [58] *om.* 2, 3. — [59] *om.* 2. — [60] tam 3. — [61] m. v. 2, 3. — [62] trahere 2, 3.— [63] (t. q.) cumque 2.— [64] (t. q.) cum 2. — [65] (t. q.) tamen 2.— [66] viderat 2. — [67] enim *add.* 2, 3. — [68] cur *add.* 3. — [69] est *add.* 2, 3.— [70] (in a.) *om.* 3.— [71] t. c. 2, 3. — [72] compellatur 2, 3. — [73] et 3.— [74] c. d. 2, 3. — [75] *om.* 3. — [76] (e. l. s.) *om.* 2.

(1) *Art de vérifier les dates,* tom. II, pp. 236 sqq. — (2) *La Vie merveilleuse de S. Alpais,* p. 210, note. — (3) Cfr. Quantin, *Cartulaire de l'Yonne,* tom. II, p. 236.

Tit. et Cap. — [1] *tit. om.* 2, *num. cap. in fine* ponit 3. — [2] caelestis curiae 2, 3. — [3] t. l. 2, 3. — [4] gerebat 2, 3. — [5] p. e. 2, 3. — [6] t. f. 2. — [7] a. m. 2. — [8] qui veniebant 2, 3. — [9] i. e. q. v. 2. — [10] a 2, 3. — [11] honorata 2, 3. — [12] turbis 2, 3. — [13] distrahi 3, *num. X post XI in* 2. — [14] Gilleberto 2, Gisleberto 3. — [15] (d. t.) testimonium 2, 3. — [16] t. tauri f. 2.

VITA

XVI. — Item de diabolo, qui venit ad eam in specie et habitu medici multis oneratus[17] phialis, veneniferis potionibus plenis, admonens eam ut de ipsis biberet.

XVII. — Item de diabolo, qui transfiguravit se in angelum lucis, et monebat eam ut se[18] tamquam Deum[19] adoraret.

CAPUT PRIMUM

De variis visionibus et revelationibus B. Alpaidis.

Incipit liber tertius[1].

Videt B. Alpais assumptionem B. M. V. per octiduum in caelo celebrari.

1. CAPUT I. — In vigilia assumptionis beatae Mariae Dei genetricis semperque virginis[2] obdormivit in requie sua venerabilis puella; cumque obdormisset, mulier quaedam super lectum[4] eius candelam unam ob devotionem suam obtulit. Ducta est igitur in caelum ab angelo suo, ubi in honorem Virginis matris ante filium Virginis ineffabiliter gaudebat et congratulabatur omnis curia caelestis, eo quod a filio suo non solum super humanam[5], immo etiam super[6] angelicam curiam[7], mirantibus caelestis curiae ordinibus die illa exaltata sit in caelis. Gaudebant omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore beatae Mariae Virginis, pro cuius assumptione cantabant omnes[8] canticum novum ante sedem Agni, laudantes et glorificantes Filium Dei, tenentes cereos ardentes in manibus suis, quos omnes illuminabat, ut vera[9] lux illa quae lucere novit etiam his qui in tenebris sedent et in[10] umbra mortis. Genetrici veri luminis hinc et inde assistebant duo candelabra lucentia, scilicet beatus Ioannes Baptista et sanctus[11] Ioannes evangelista, qui et ipsi gestabant in manibus suis accensa luminaria. Erat inter eos virgo verecunda[12], quia[13] sola inter eos[14] cereo carebat; sed sanctus Ioannes evangelista, eam benigne[15] respiciens, cereum unum accensum ei misit[16] per angelum itineris sui praevium. Sollemnitatis illius beatitudinem ineffabilem melodiae caelestis dulcedinem et[17] suavitatem, beatorum spirituum omniumque caelestium civium iucunditatem et exultationem, tot et tantorum
C luminum claritatem[18], nullus oculus videre, auris nulla[19] audire, nullum cor sufficit excogitare, excedit enim omnem sensum, omnem sermonem[20], omnem humanae mentis intellectum, electorum in illa civitate inclita gloria, sempiterna sanctorum omnium in tanta sollemnitatis exultatione felicitas et laetitia, beatorum spirituum Deum et Matrem Domini collaudantium ordinata militia. In civitate illa inclita erant omnes sancti fulgentes sicut stellae in perpetuas aeternitates, ubi unaquaeque[21] fulgebat sicut sol, quorum omnium lucerna est agnus filius Virginis[22], cuius laudibus nec rosae nec lilia desunt, sed in eius praeconiis unanimi voce suavissimum melos concinunt flores rosarum et lilia convallium. Dum sic ante filium Virginis et virginem matrem in utriusque honorem concinerent angelici cives, venit[23] ante D
filium suum virgo mater cereumque suum[24] devotissime prima omnium obtulit. Postquam omnes alii secundum ordines suos cereos suos Filio Dei[25] obtulerunt, omnium ultima cereum suum obtulit ei[26] Aupes beatissima[27]. Dumque rediret ab oblatione, coepit aestuare animo, eo quod de cereis illis caelestibus nullum habebat, quem secum cum ad corpus reverteretur deferret[28]. In pendulo quippe fuerat animus eius: hinc etenim[29] in tanta sollemnitate, cum omnes ad oblationem ire conspiceret, offerre sola tanto regi[30] refugere nec volebat nec audebat[31], illinc cereum suum cum ad se rediret secum afferre[32] votis omnibus desiderabat. Dux itaque suus, animum eius[33] intuens, eique compatiens, de uno cereorum ei minimam[34] particulam dedit, quam cum ad corpus[35] rediisset[36] in manu sua tenebat. Cum sic omnes vero lumini, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminanti, luminum suorum flammantes radios obtulissent, venit ante filium suum sancta Dei genetrix cum omni militia caelestium agminum, adorans et petens aliquid[37] ab eo, fiducialiter ei supplicans in hunc modum: *Fili, dulcor unice*[38], *singulare gaudium, pia vota respice tibi supplicantium. Iesu pie, Iesu bone, fili*[39] *unice qui pro salute humani generis*[40] *carnis humanae substantiam in utero meo tibi coadunare voluisti, quique genus humanum pretioso sanguine tuo suspensus in cruce redemisti, respice super hanc familiam tuam in tui nominis hodie laudibus pro assumptionis meae gaudio congregatam*[41], *te laudantem, te glorificantem in caelis, eo quod hodie per te sim*[42] *mirabiliter exaltata super choros*[43] *angelorum ad caelestia regna. Isti vero iam certi, iam de sua incolumitate sunt securi, sed adhuc de proximorum suorum, qui adhuc peregrinantur in terris, reddun-* E
tur salute solliciti. Numquam enim istorum perfecta nec plena[44] *poterit omnino*[45] *esse laetitia, donec carorum suorum parentum, filiorum, fratrum et sororum*[46], *quae adhuc in illa*[47] *valle lacrimarum*[48] *detinentur copiosa turba, quam desiderat, quam exspectat, ad eorum consortium pariter et conspectum te duce pervenerit*[49]. *Pro cunctis itaque fidelibus adhuc in carne manentibus, qui sollemnitatem assumptionis meae devota mente pro posse suo digne celebraverunt in terris, tibi supplico, fili dulcissime, postulans, ut quicumque de mea assum-* F
ptione fideliter gavisi sunt in terris[50], *remissione peccatorum concessa, per me sociari mereantur angelicis choris in ista beatitudine, te praestante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et gloriaris Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* In hac voce cum omni militia caelestis exercitus flexo genu filium adoravit regina misericordiae, cui assurgens Dominus precibus eius misericorditer annuit, eamque in regali cathedra iuxta thronum suum cum omni reverentia, sicut matrem suam decebat[51], collocavit. Sic usque ad octavas assumptionis gloriosae virginis cum ceteris Agni sponsis morabatur beata Aupes in caelis, et nono die regressa est[52] in corpore, inventaque[53] est habens in manu sua particulam candelae, quam

[17] honoratus 3. — [18] *om.* 3. — [19] Dominum 3.

Cap. 1. — [1] *tit. om.* 2. — [2] (b. M.) beatissimae 2, 3. — [3] Mariae *add.* 2, 3. — [4] lectulum 3. — [5] humani 2. — [6] omnem *add.* 3. — [7] creaturam 2, 3. — [8] cantabant *add.* 2. — [9] *om.* 3. — [10] *om.* 2, 3. — [11] beatus 2. — [12] veneranda 2, 3. — [13] quae 2, 3. — [14] (i. e.) *om.* 2, 3. — [15] benigno 2. — [16] m. e. 2. — [17] ut 3. — [18] inaestimabilem *add.* 2, 3. — [19] n. a. 2, 3. — [20] ser. o. sen. 2, 3. — [21] facies *add.* 3. — [22] v. f. 2, 3. — [23] vidit 2. — [24] ei *add.* 2, 3. — [25] F. D. c. s. 2, 3. — [26] *om.* 2, ei o. 3. — [27] b. A. 2. — [28] afferret 2, 3. — [29] (h. e.) quia 2. — [30] t. r. s. 3. — [31] aud. n. v. 2, 3. — [32] offerre 2. — [33] e. a. 2, 3. — [34] m. ei 3. — [35] suum *add.* 2, 3. — [36] rediret 2. — [37] id 3. — [38] et *add.* 3. — [39] Dei *add.* 2, 3. — [40] g. h. 2, 3. — [41] c. p. a. m. g. 2. — [42] sum 2. — [43] *om.* 2. — [44] oratio *add.* 3. — [45] *om.* 3. — [46] sociorum 1, 2. — [47] hac 2. — [48] l. v. 2, 3. — [49] pervenerint 2. — [50] f. in t. g. s. a. 2, 3. — [51] sublimiter *add.* 2, 3. — [52] *om.* 3. — [53] inventa 2, 3.

in

A in caelis ab angelo post oblationem acceperat. Erat autem tam parva, ut eius longitudo latitudinem palmae[54] non excederet. De candela ista minimam particulam dedit[55] cuidam monacho, de qua postea contigit tale miraculum[56] fieri. Nam monachus comitissae Castelli Renardi gravi infirmitate laboranti de eadem candela minimam particulam misit : quae vino in quo submersa fuerat potato, pristinae restituta est[57] sanitati. Ex illo tempore quo caelestem[58] cereum tenuit [59] in manu sua, cuius ope longo caruerat tempore [60], virtute divina recepit ad usum[61] fortitudinis et sanitatis, quod ad usus[62] necessarios melius et expeditius quam antea[63] eius officio frui potuit. Illud etiam[64] dictu mirabile est[65], quod candelam, quam in vigilia assumptionis beatae Mariae, sicut antea[66] diximus, mulier quaedam[67] super lectulum eius, cum iam obdormisset, obtulerat, nona die reversa ad se[68], advocata[69] matre sua requisivit, admirante simul et obstupescente matre, quomodo sciret eam oblatam fuisse sibi[70], eo quod ipsa, quando candela sibi fuit oblata, iam obdormisset.

Crucifixus ei apparet, et lampas in eius thalamo accenditur.

2. Caput II. — In vigilia beati Michaelis archangeli[1] replevit thalamum puellae lux et splendor admirabilis, et claritas Dei circumfulsit illam [2]; descenditque iuxta lectulum[3] eius secus parietem lumine magno praeeunte, quod totum [4] illuminabat eius thalamum, imago quaedam hominis in modum crucifixi cruci affixa clavis [5], cuius crux tria tantum brachia habebat [6], nam brachio [7] superiori carebat, quia in modum figurae thau [8] facta erat, et ideo similis erat cruci salvatoris tria tantum brachia habenti [9], quae in parte superiori brachium non habuit [10], sed Pilatus quartum apposuit, quando titulum salvatoris hebraice, graece et [11] latine [12] in tabula cruci superposuit. Dumque sic imaginem in cruce pendentem aspiceret, admirans et stupens, eo quod talem crucem videre non consueverat, imago illa [13] esgrunnivit et caput huc illucque [14] agitavit. Cumque vocem esgrunnientis audisset et capitis agitationem vidisset, nimio timore perterrita, caelum [15] aspexit [16], et Spiritu sancto praeventa, hanc ad Dominum non praemeditata romanis verbis effudit orationem :

C

Je vous aor sanitime roys
Qui establistes les deus lois
Et avoiastes les iii rois
Sains esperites soit o moi
*La toie * meire le montroit*
En icelle saintime foi
Que saincte eglise tient de toi
Marive et mon cors comman a toi [17].

* cod. *roie*

VITA

Cumque [18] in hunc modum seipsam [19] Domino suppliciter commendasset, imago, manibus de cruce [20] disiunctis, caput virgini humiliter[21] inclinavit, et ambas manus quasi ad orationem ante se simul coniunxit et [22] inclinato capite, coniunctis manibus, praeeunte luminis sui claritate [23], quae eam in descensu [24] praecesserat [25], ad caelos ascendit. Huius caelestis luminis [26] claritatem vidit puella quaedam, cognata venerabilis Aupes[27], nomine Maria, circa lectulum eius clara luce radiantem, sicut ore proprio mihi dixit, quam tamen cognatus eius, frater sanctae virginis [28], quem ad hoc spectaculum advocavit, quia forte dignus non erat, videre non potuit. Pluries autem accidit ut lectulum virginis magna subito lux circumfulserit [29], ita quod thalamum suum totum intus undique repleret, in tantum ut lampas, quae ante lectulum eius prius inaccensa [30] et [31] sine lumine manebat [32], posteaquam magna claritas illa paulatim tota recessisset, de lumine claritatis illius sine cuiuslibet accendentis officio remaneret accensa, sicut mihi relatum est a quibusdam. E

B. Alpais videt S. Nicolai in caelis gloriam.

3. Caput III. — In sollemnitate beati Nicolai vidit venerabilem virum pontificalibus indutum infulis, fraglantibus unguentis optimis, virgam pastoralem habentem [1] in manu sua. Cuius facies fulgebat sicut sol, et videbatur ei quod [2] ipse beatus Nicolaus erat, cuius nativitas ea die [3] in universis sanctorum colebatur [4] ecclesiis. In eius facie pietas apparebat [5] incomparabilis, in vestimentis eius [6], nive candidioribus, erat [7] inaestimabilis odor nimis, cuius dulcedinem et suavitatem si quis attingeret, omnis mundi huius delectatio ei sorderet. In eius comitatu erat innumerabilis episcoporum, presbyterorum et clericorum pompa, vestimentis candidissimis adornata ; qui omnes pariter gaudebant [8] in Domino, diem festum celebrantes sollemniter in honore [9] tanti pontificis, cuius vita inclita exemplum fuit eis sanctae conservationis, cuius gloriosis meritis sociari meruerunt angelicis choris. In honorem beatissimi [10] praesulis hymnis canora caelestibus pontificum pompa proclamat, sacerdotum turba laeta [11] decantat, clericorum chorus ovans exultat; inter quos gloriosus pontifex Nicolaus [12], elevata voce, Salvatorem suum laudare coepit et magnificare [13], benedicere et glorificare et in eius laudibus, cantantibus organis caelestibus, dulcisona vocis modulatione proclamare. Ad cuius angelicum sonum conticuerunt [14] omnes alii, mellifluae vocis eius F

[54] puellae *add.* 2, 3. — [55] d. p. 2, 3. — [56] t. m. c. 2. — [57] est r. 2, 3. — [58] illum *add.* 2, 3. — [59] tantum *add.* 2, 3. — [60] *om.* 2, t. c. 3. — [61] (ad u.) *om.* 3, (r. ad u.) *om.* 2. — [62] (ad u.) *om.* 1. — [63] potuisset *add.* 2, 3. — [64] et 3. — [65] *om.* 3. — [66] ante 2, 3. — [67] una 2, 3. — [68] ad se r. 2. — [69] ad se *add.* 2. — [70] s. o. f. 2, 3.

Cap. 2. — [1] *om.* 2. — [2] eam 2. — [3] lectum 3. — [4] *om.* 3. — [5] cr. cl. a. 2, cl. cr. a. 3. — [6] h. b. 3. — [7] brachii 3. — [8] t. f. 2, 3. — [9] h. b. 2, 3. — [10] habuerit 2. — [11] *om.* 2. — [12] scriptum *add.* 2, 3. — [13] pendentis 2, quae in cruce pendebat 3. — [14] concussit et *add.* 2, 3. — [15] caelos 2, 3. — [16] respexit 3. — [17] Ge vos aor seintismes reis
Qui estaplutes les elus leis
Et envoiastes les tres reis
Sanz esperites seit o moi
La toi mere le moitroit
En icelle seintisme foi
Que seinte Iglise teint de tei
Mame et men cors commant a tei 2.
Ge vos aor seintisme rois
Qui establites los dos leis
Et envoiastes les trois rois
Sainz esperites soit o moi
La toie mere le motroit
En icele sainte foi
Que sainte glise teint de tei
Marine en men cors commant a tei.
Ac super lin. Adoro vos, sanctissime rex, qui fecisti duas leges, qui misisti tres reges. Sanctus Spiritus sit mecum, tua mater mihi concedet in illa sancta fide qua sancta ecclesia tenet de te, animam meam et corpus commendo tibi 3. — [18] cum 3. — [19] *om.* 1. — [20] d. c. m. 2. — [21] h. v. 2. — [22] sic *add.* 2. — [23] *om.* 3. — [24] in d. e. 2. — [25] claritate *add.* 3. — [26] *om.* 3. — [27] Aupeis 2. — [28] v. s. 2. — [29] circumfulsisset 2, circumfulserat 1. — [30] incensa 2. — [31] *om.* 2, 3. — [32] pendebat 2, 3.

Cap. 3. — [1] tenentem 2, 3. — [2] quia 2.— [3] erat *add.* 2.— [4] *om.* 2. — [5] et *add.* 1, 2. — [6] suis 2. — [7] *om.* 3. — [8] congaudebant 3. — [9] honorem 2, 3. — [10] beati 2. — [11] turma l. 2, t. lecta 3. — [12] *om.* 2. — [13] et *add.* 2. — [14] conticuere 2, 3.

illecti

VITA

illecti dulcedine, et in eius resonabilem cantilenam devotis intendebant auribus, ultra quam credibile sit tantae suavitate dulcedinis [15] iucundati. Suspirabat ex intimis ad vocem pontificis virgo venerabilis, cuius cantum explicare nulla potest cithara, cuius sono comparari nulla possunt organa. Dumque [16] militiam caelestis exercitus circa beatum praesulem conspiceret candidatis ornatam vestibus, vidit ex alia parte venire quosdam deformes clericos teterrimis vestibus indutos, facie macilentos, vultu miserabiles, aspectu horribiles; quos cum magna indignatione, vultu severo [17], respiciens sanctus pontifex, durius loquebatur ad eos in hunc modum: *Quid hic, ministri diaboli, quaeritis? aut quid ante me venire praesumitis* [18]*? Cur ante faciem meam ingredi, cur in conspectu meo apparere non timetis* [19]*? Fugite, fugite hinc citius* [20]*, maledicti, non enim est sors vestra cum electis Domini* [21]*, nullam cum iustis participationem habebitis, nullam in* [22] *me fiduciam habeatis, quia pro magnis in quibus usque ad* [23] *finem vitae vestrae vixistis criminibus, nullum vobis daturus sum auxilium, nullum a me culpis vestris exigen-*

B *tibus habebitis subsidium. Nam quando in sollemnitatibus meis conveniebatis ad ecclesias in honore nominis mei consecratas, ut ibi laudes dominicas* [24] *decantaretis, meque in meis operibus, immo Dominum* [25] *in me operantem, magnificaretis, dominico despecto servitio, propriis voluptatibus carnis et gulae illecebris serviebatis. Nam haec erat causa adventus vestri ad sollemnitatem, ut commessationibus et ebrietatibus et luxuriis vestris in unum congregati liberius vacaretis. Coronabatis vos rosis antequam marcescerent, nullum erat pratum quod* [26] *non pertransiret luxuria vestra. In carne vestra seminastis, nunc seminum vestrorum fructum metetis corruptionem. Ignem luxuriae desiderastis, ignem semper amastis, ignem invenistis, in igne semper ardebitis. Recedite igitur hinc, maledicti, ite in ignem aeternum, qui praeparatus* [27] *est diabolo, cui servistis, et ministris eius* [28]*, cum quibus in aeternum ardebitis* [29]. Adiuvet nos beatus [30] Nicolaus, ut meritis suis et precibus huius sanctae virginis, cui seipsum ostendere dignatus est, aeternam damnationem evadere valeamus et ad vitam pervenire sempiternam. Amen.

Cognoscit paenitentis peccatum,

4. Caput iv. — Accessit ad sacerdotem de Cudoth quidam parochianus eius [1], paenitentiam volens agere [2] de peccatis suis, et omnia peccata sua, quorum memor esse poterat, per humilem confessionem ei patefecit. Inter quae criminale quoddam [3], quod ipse solus noverat, pro quo laicus [4] in conscientia sua conquerebatur, confiteri [5] non erubuit, et paenitentiam quam ei presbyter [6] iniunxit, humiliter suscepit. Postea presbyter venit ad virginem, ut ante eam, sicut consueverat, priusquam capella sua facta esset, officium de missa, epistulam et evangelium legeret. Quo perlecto, quaesivit [7] ab eo puella, cur eo die solito tardius advenisset. Cumque se [8] vellet apud eam excusare, ait illa: *Scio, domine mi, scio causam morae vestrae: quia hodie venit ad vos quidam parochianus vester, qui omnia peccata sua, vobis salubri* [9] D *confessione patefecit. Illud quoque crimen pessimum, quod ipse commiserat, pro quo diabolus eum* [10] *artius* [11] *ligatum tenebat, ex toto corde paenitens ore proprio vobis confessus est, salubri profecto accepto consilio, quia per condignae paenitentiae fructum et sanctae confessionis* [12] *sacramentum a se diaboli iugum excussit.* Et [13] tunc presbytero dixit [14] peccatum, quod [15] ille commiserat. Obstupuit presbyter, admirans quomodo id sciret vel quis ei peccatum hominis illius revelasset; praesertim cum tantum ille qui peccatum fecerat, et presbyter, cui illud confessus fuerat, criminis illius conscii fuissent [16].

et parochum de Cudot videt orantem super aegros,

5. Altera quoque vice, cum ante eam officium missae dixisset, ait illi: *Cur hodie solito tardius venistis* [17]*?* Cui presbyter se occupatum fuisse respondit. Tunc illa: *Scio,* inquit, *scio occupationem vestram. Nam per domum praepositi venistis et ante uxorem eius, quae pro puero, quem nuper peperit, infirma iacet in lectulo, officium missae* [18]*, epistulam et evangelium legistis.* Quod ita fuisse verum [19] presbyter [20] mihi dixit, admirans quomodo id ei fuisset revelatum [21]. E

et in missa luce splendentem.

6. Altera die, cum missam in ecclesia sua celebrasset, et ante puellam cantata missa venisset, tale ab ea responsum accepit: *Non est modo facies vestra tantae claritatis nec tantae pulchritudinis splendore plena, quantae erat hodie cum ante sacrum* [22] *altare sacris indutus vestibus sacramentis spiritualibus astaretis.* Cui presbyter: *Quomodo scis qualis tum fuerim, cum me in ecclesia non videres* [23]. Ad quem illa: *Immo vidi vos astantem sancto altari magno circumdatum lumine, quando sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus inter manus vestras super calicem elevastis* [24]*, in tres partes divisistis; quarum unam in calicem in sanguinem* [25] *misistis. Hoc est enim verum* [26] *corpus, quod Salvator noster in utero* [27] *virginis Mariae pro nobis assumpsit, quod pro nobis in cruce fuit suspensum, clavis affixum, lancea vulneratum, ad salutem omnium credentium. Hic est gloriosus etiam* [28] *ille sanguis, quem in calice tenebatis, qui de pretioso corpore Salvatoris in cruce fuit effusus in remissionem peccatorum nostrorum. Hoc corde credo, hoc ore confiteor, in hac fide debent tanta sacramenta accipere* [29] *fideles christiani, ut ab eo salvari mereantur, a quo sunt* [30] *redempti, qui cum Patre et sancto Spiritu* [31] *vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* F

Sancta mulier cum puero septenni et columba ei apparet.

7. Caput v [1]. — Una sabbatorum in adventu Domini, aspiciens a longe vidit quandam maximam [2] aquam et mulierem speciosissimam, venerando [3] habitu decoratam, super aquas siccis vestigiis ambulantem: quae in manu sua dextera tenebat unam pulcherrimam [4] crucem, super cuius brachium dextrum stabat candidissima quaedam columba oculis in caelum intenta. Praecedebat mulierem puer septennis, speciosus forma prae filiis hominum, cuius aspectu desiderabili non poterat virgo satiari. Veniebant ambo pariter ad puellam mirantem et obstupescentem, eo quod

[15] d. s. 2, 3. — [16] sic *add.* 2, 3. — [17] s. v. 2, 3. — [18] (aut quid-praes.) *om.* 2. — [19] ad quid ante me venire praesumitis *add.* 2. — [20] ocius 3. — [21] Dei 2. — [22] a 3. — [23] in 2. — [24] d. l. 2, d. l. sollemniter 3. — [25] Deum 3. — [26] quo 2, 3. — [27] paratus 3. — [28] (m. e.) *om.* 1. — [29] (Recedite-ard.) *om.* 2. — [30] beatissimus 2.

Cap. 4. — [1] suus 2, 3. — [2] a. v. 2. — [3] peccatum *add.* 2, 3. — [4] acrius 3. — [5] (c. conf.) torquebatur 2, 3. — [6] p. e. 2. — [7] requisivit 3. — [8] *om.* 3. — [9] s. v. 2, 3. — [10] *om.* 2. — [11] in vinculis suis *add.* 3. — [12] conversationis 2. — [13] *om.* 2, 3. — [14] d. p. 2, 3. — [15] homo *add.* 2, 3. — [16] Caput v *add.* 3, item de visione *add.* 2. — [17] venisti 2. — [18] et *add.* 2. — [19] v. f. 2, 3. — [20] ipse *add.* 2, 3. — [21] cap. vi *add.* 3, item de altera visione *add.* 2. — [22] sanctum 3. — [23] videris 2, 3. — [24] elevatum 2, 3. — [25] sanguine 3. — [26] illud *add.* 2, 3. — [27] beatissimae *add.* 2, 3. — [28] e. g. 2, 3. — [29] suscipere 2, 3. — [30] et *add.* 2, 3. — [31] S. s. 2, 3.

Cap. 5. — [1] vii 3. — [2] m. q. 2, 3. — [3] reverendo 2, 3. — [4] p. u. 2, 3.

siccis

A siccis pedibus super aquas, et firmis gressibus quasi[5] super terram ambulabant[6]. Occurrit eis obviam[7] puella volens osculari crucem, quam in manu sua femina portabat; sed in corde suo nimis pavebat ut, si crucem tangeret, columba quae desuper[8] sedebat, inde territa avolaret[9], et ne columbam terreret, osculata est crucem in inferiori parte sub manu tenentis illam[10]; et in osculo sensit tantam suavitatem odoris[11] de ligno crucis egredientem, ut omnium aromatum vinceret suavitatem. Osculata cruce, dedit ei benedictionem puer elevata manu, signum crucis faciens super eam; postea mulier, signo salutiferae crucis elevato, de ipsa cruce eam[12] signavit, et sic columba desuper crucem[13] avolante[14] et ad caelos gratulabundo volatu ascendente, puer post columbam et mulier crucem tenens post puerum in caelum pariter ascenderunt.

CAPUT SECUNDUM

De visionibus quas in caelo vidit B. Alpais.

B

Visio de fidelibus euntibus in caelum et de Adamo.

8. Caput vi[1]. — Alio tempore ducta est ad quendam[2] fluvium maximum, volebatque trans torrentem transire in quaedam, quae ultra ripam fluminis erant, amoenissima prata vernantibus herbis, et floribus odoriferis[3] virentia. Nullus ibi pons, nulla, qua transire posset, erat navicula; unde nimis erat ambigua, quid agere, quo ire deberet ignorans, cum subito prospiciens videt elegantem forma[4] iuvenem, quasi in aetate quindecim annorum super aquas fluminis a pratis ad se venientem. Cumque iam prope esset, dextram ei porrigens nutu eam advocavit. Vocata super amnem ascendit, et sequebatur eum[5] admirans quod siccis vestigiis super aquas[6] pariter ambularent. Transacto[7] flumine, intraverunt in prata delectabilia virentibus herbis, purpureis rosis, vernantibus violis et omnimodis floribus suaviter redolentia. Super flores in pratis ita leviter[8] gradiebantur, quod eos pedibus suis non conculcabant. Sub[9] pedibus ambulantium inconcussae stabant rosae. Post terga transeuntium stabat[10] herba stans recta[11], sicut prius steterat, ac si pedes eorum eam minime tetigissent. Cum omnia illa prata[12] C pertransissent, intraverunt in pomerium quoddam magnum et delectabile, generibus cunctis[13] arborum copiose repletum, in quo innumerabiles[14] animae sanctorum, ineffabili laetitia et exultatione simul[15] gaudentium[16], quarum aliae purpureis aliae candidatis erant laureatae coronis, rosas[17] et lilia, aliosque flores odoriferos in manibus suis tenentes[18]. Aliae vero coronas nondum habebant, sed inter coronatas inaestimabili[19] claritate refulgebant, et coronas suas in[20] certa spe cum tota devotione gaudentes exspectabant. In medio pomerii erat scala a terra in caelum porrecta, per quam binae et binae simul ascendebant animae sanctorum, quas in summitate scalae cum magna reverentia suscipiebat vir quidam scalae superenixus[21], veneranda decoratus canitie, candidissimis indutus vestibus, amictus lumine sicut vestimento. Attentis[22] oculis aspiciebat[23] puella sanctos ascendentes, et exspectabat ut, cum omnes ascendissent, omnium ultima post omnes[24] ascenderet, cum ecce vir subito[25] desuper imminens[26] erat scalae, cum multi sanctorum bini et bini in caelum ascendissent, scalam sursum traxit ad se, nec potuit ultra[27] quispiam[28] ascendere. Remanserunt itaque multi sanctorum in illis locis exspectantes adhuc[29] tempus suae assumptionis[30]; inter quos erat puella tristis et anxia, eo quod tamdiu morata fuerat et cum ascendentibus inter primos non ascenderat[31]. Paululum itaque cum pertransisset illos[32], venit ad fontem amoenissimum lacteis aquis manantem, ex omni parte rotundum, de quo egrediebantur quattuor magna[33] flumina per quattuor partes distinctis alveis fluentia, quae totam illam terram[34] aquis suis abundantissime[35] irrigabant. Aquae fontis illius liquidissimae erant, colorem lactis habentes, habiles ad potandum, delectabiles ad intuendum. Arenae[36] tamquam nix in fundo fontis albescebant. Super ripam fontis stabat arbor maxima, ex cuius ramis fonti E obumbrantibus accessit liquidis gratia maior aquis. Sub arbore stabat secus tibiam eius primus parens humani generis, qui a pectore superius omnes filios[38] quantitate corporis supereminebat[39]. Indutus erat veste pretiosa, omnium colorum varietate distincta. Ad contemplandum valde delectabilis erat, quoniam in ea[40] erant omnia genera colorum omnium, quae[41] sunt in terra. Inconsutilis erat, desuper contexta per totum, sed necdum tota contexta, necdum tota erat[42] perfecta. Quia tunica protoplasti, tot varietatibus colorum sic distincte intincta, significat, ut aestimo, totum[43] genus humanum, tot diversis generibus hominum in variis linguis et gentibus per tot saecula divisum, quae tunc primum tota ex integro texta erit, et perfecta, quando completo numero filiorum Adam, totum fuerit hoc saeculum consummatum.

CAPUT TERTIUM

Visiones quas vidit B. Alpais de gloria beatorum.

Videt Deiparam et SS. Marias Magdalenam et Aegyptiacam cum militia caelesti;

9. Caput vii[1]. — In sublime fuit elevata per aera, et aspiciens vidit in excelsis a longe capellam pulcherrimam, quasi miro lapideo tabulatu fabricatam. Ad quam cum venisset, videbatur ei a foris[2] nimis parva et humilis et stricta. Et cum introspexisset, vidit eam interius tam longam et latam, tam amplam et excelsam, ut parvitatem eius exterius intuentibus incredibilis esset magnitudo, quam habebat interius. Erat autem interius in circuitu per totum tanta colorum innumerabilium subtiliter depicta varietate, ut semper intuentibus eam semper esset desiderabilis[3] ad intuendum. Erat enim luna pulchrior, sole clarior, tantusque splendor in ea refulgebat, ac[4] si sol intra parietes ipsius[5] cum omnibus radiis suis totus se[6] inclusisset. Cum itaque puella per fores[7] introspexisset,

[5] tamquam 3. — [6] ambularet 2, ambularent 3. — [7] *om.* 2. — [8] super eam 2, 3. — [9] exterrita ad. 2, t. advolaret 1. — [10] eam 2. — [11] (s. o.) flagrantiam tantaeque suavitatis odorem 2, 3. — [12] *om.* 3. — [13] cruce 2. — [14] advolaret 1.

Cap. 6. — [1] viii 3, item de alia visione 2. — [2] quoddam 1. — [3] o. f. 2, 3. — [4] *om.* 2. — [5] eam 2. — [6] (s. a.) *om.* 3. — [7] transactoque 2. — [8] leniter 2. — [9] Sed 2. — [10] manebat 3. — [11] recte 2. — [12] p. i. 2, 3. — [13] c. g. 2, 3. — [14] erant *add.* 3. — [15] *om.* 2. — [16] congaudentium 3. — [17] rosis 2. — [18] t. i. m. s. 2, 3. — [19] ineffabili 3. — [20] *om.* 3. — [21] superinnixus 2. — [22] attentius 2. — [23] spectabat 2, 3. — [24] illos 2, 3. — [25] s. v. qui 2, 3. — [26] innixus 2, 3. — [27] postea 2, 3. — [28] quisquam 2, 3. — [29] a. e. 3. — [30] ascensionis 3. — [31] n. a. p. 2. — [32] eos 2, 3. — [33] maxima 2, 3. — [34] t. i. 2. — [35] abundanter 2, 3. — [36] quae *add.* 2. — [37] profundo 2. — [38] suos *add.* 2, 3. — [39] excedebat 2, 3. — [40] eo 2, 3. — [41] qui 2, 3. — [42] e. t. 2. — [43] *om.* 2.

Cap. 7. — [1] Cap. ix 3. — [2] esse *add.* 2, 3. — [3] d. e. 2, 3. — [4] tamquam 2, 3. — [5] seipsum *add.* 2, 3. — [6] (t. s.) totum 2, 3. — [7] foris 1.

VITA

vidit tres venerandas[8] personas in habitu muliebri, coronis rutilitantibus coronatas, stantes ante altare sanctum[9]. Vestes earum nive candidiores, facies earum[10] sole clariores. Quae vero in medio stabat, longe pulchrior et eminentior ceteris erat. Nam ipsa erat regina, regali ex progenie orta[11], cuius in utero Verbum Dei factum est caro, cui cum debita reverentia famulabantur aliae duae, sustentantes eam hinc et inde ante sanctum altare inclinatam ad orationem. Una[12] earum[13] erat Maria Magdalene; alia[14] vero Maria Aegyptiaca. Cumque paululum orasset inclinata, levavit[15] se, et eam quae se a dextris sustentabat, vocavit nomine suo[16] praecipiens ei et dicens: *Maria[17] Magdalene, exi cito ad fores ecclesiae, et contemplare si forte quosdam prospexeris[18] a foris advenientes[19].* Et iterum se inclinans prolixius orabat. Illa vero abiit[20], exiit et vidit, et cito reversa est[21], nuntiavitque[22] bonum nuncium[23], se vidisse a longe maturo gressu venientem maximam pompam candidatorum exercituum laudantium filium Virginis et glorificantium, per quem in excelsis Deo gloria est[24], et in terris[25] pax hominibus bonae voluntatis. B Dum sic inclinato capite stabat[26] ad orationem ante sanctum altare sancta Dei genetrix[27], omnis illa caelestis exercitus ordinata[28] caterva[29], hymnis canora caelestibus, capellam intravit, et videntes stellam veri luminis, matrem scilicet Salvatoris, gavisi sunt gaudio magno valde, et in eius laudibus devotis affectibus exclamantes[30] ineffabiliter exsultabant in Domino; et apertis thesauris suis offerebant munera[31] imperatrici suae de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta pia munera sanctae confessionis, et devotae laudis, et piae devotionis, eo quod ipsa erat porta salutis et via regalis per quam ipsi reversi erant in regionem suam. Intraverat autem, quasi furtim cum illa gloriosa militia caelestis exercitus inter candidatos milites admixtus, homo quidam[32] teterrimus, sordida veste indutus, qui veniens cum timore et tremore ante matrem misericordiae toto corpore prostratus, ante pedes eius humiliter veniam precabatur. Quem illa severo vultu respiciens, durius increpabat: cur deformis et sordidus et[33] niger et flagitiosus inter invitatos non vocatus nec[34] vestitus veste nuptiali venire praesumpsisset. Tum ille flens largiter, et C eiulans multum perseverabat pulsans ad ianuam misericordiae, et ideo per lamentum paenitentiae percipere meruit fructum indulgentiae. Advocatrix[35] enim peccatorum in fletu perseverantem, et ex toto corde paenitentem benigne suscepit, et beato Benedicto docendum tradidit, et custodiendum. Quem cum ad eius imperium in custodia sua[36] suscepisset dux et pater monachorum, omnes illi caelestis curiae cives, praecedente regina sua, aulam caelestis regis[37] sunt ingressi, laudantes et glorificantes Deum, qui peccatores vocat ad paenitentiam, et paenitentibus tribuit remissionem[38] peccatorum.

item Deiparam super altare et coram arbore, onusta columbis.

10. Caput viii [1]. — Ducta fuit puella in unam ecclesiam in qua vidit reginam misericordiae regio diademate coronatam sedentem super sanctum[2] altare, et[3] tenentem in gremio suo filium suum Dominum nostrum Iesum Christum *a*. Cumque orationi suppliciter incubuisset ante filium Virginis et virginem[4] matrem, vidit arborem[5] pulcherrimam ante sanctum altare de terra nascendo egredientem, candidissimis floribus ornatam[6]. Arbor de terra surgendo crescebat et crescendo tanta facta[7], et tam lata et[8] alta, quod, ramis suis in excelsum crescentibus, caelum, ut ita dicam, ecclesiae crescendo iam[9] penetrare tentabat. Sed quia tam firmum erat tamque robustum, quod non poterat duritiam eius ut arbor transiret crescendo penetrare, coacta est, voutae, ut ita dicam, ecclesiae duritia resistente, ramos suos, quia satis satisque crescebant in altitudinem[11], deorsum ad terram deflectere[12]. Cumque sic arbor terrae radicibus inhaereret, ex una tibia surgens[13] per totam ecclesiae voutam, quam altitudine sua attingebat undique[14] seipsam in amplitudine dilatabat, et sic ramis suis inferius ob duritiam voutae reflexis, totum ecclesiae pavimentum in E circuitu per totum undique cooperiebat. Erant in arboreis ramis innumeri flores odoriferi, exterius liliis candidiores, et interius aliquantulum[15] purpurei, tantae suavitatis odorem habentes, ut odoranti[16] numquam gignerent fastidium. Flores manu capere[17] virgo[18] tentabat, sed tentantis manum pariter et tactum flores cito resilientes fugiebant[19]. Cumque in florum contemplatione delectaretur virgo[20], admirans quod nullum[21] manu sua comprehendere posset, innumerabiles columbae nive candidiores de caelo super arborem descenderunt, flores universos studiosissime collegerunt, et in caelum omnes detulerunt.

Videt viduam grandaevam in caelum euntem.

11. Caput ix [1]. — In domum cuiusdam grandaevae feminae, quae vicina erat matri suae, duxit angelus suus animam puellae, visumque est[2] ei quod angelus aniculae illius animam illius[3] de corpore suo, scisso ventre, extraxit[4], et puellam et aniculam in caelum ante matrem Domini duxit, ante quam erant puellae suae regalibus indumentis nive candidioribus decenter ornatae. Quae ante sedem Virginis matris canebant canticum novum, quod[5] nemo dicere poterat aut intellegere, nisi illae virgines solae[6], quae in honore[7] beatissimae[8] F virginis[9] illud cantabant. At ubi regina misericordiae vidit[10] virginem Aupes, et vetulam illam, quam[11] angelus adduxerat, eminus stantes[12], praecepit ut choro psallentium sociarentur et cum eis psallerent[13] et cantarent[14]. Quae mox ut sociatae fuerunt eis, statim et[15] Spiritu sancto edoctae cantare cum illis[16], coeperunt canticum illud novum et ineffabile, quod antea nec noverant, nec intellexerant. Cumque parvam moram ibi cantantes fecissent, praecepit angelorum domina angelo qui eas adduxerat, ut animam virginis Aupes reduceret ad corpus suum[17], animam

[8] reverendas 2, 3. — [9] s. a. 2, 3. — [10] erant 2, 3. — [11] exorta 2, 3. — [12] altera 2, 3. — [13] illarum 2. — [14] altera 2, 3. — [15] elevavit 2, 3. — [16] n. s. v. 2, 3. — [17] *om.* 2. — [18] prospiciens 1, 3. — [19] venientes 2. — [20] et *add.* 2. — [21] *om.* 3. — [22] nuntiavit 2, 3. — [23] n. b. 2, dicens *add.* 3. — [24] *om.* 2, 3. — [25] est *add.* 2, 3. — [26] staret 2, 3. — [27] sanctae D. genitricis 2. — [28] candidata 2, 3. — [29] militia 2, 3. — [30] *om.* 3. — [31] *om.* 2, 3. — [32] q. h. 2. — [33] *om.* 3. — [34] (v. n.) *om.* 2, 3. — [35] advocata 2. — [36] *om.* 2, 3. — [37] (c. r.) regis aeterni 2, 3. — [38] omnium *add.* 2.

Cap. 8. — [1] cap. x 3. — [2] *om.* 2. — [3] *om.* 2. — [4] *om.* 2. — [5] a. v. 2. — [6] oneratam 3. — [7] est *add.* 2, 3. — [8] (l. et) *om.* 2, 3. — [9] i. c. 2, 3. — [10] e. d. a. ut t. 2, 3. — [11] altitudine 2, 3. — [12] inflectere 2, 3. — [13] in ramos *add.* 2, 3. — [14] u. a. 2, 3. — [15] a. i. 2, 3. — [16] odorati 2. — [17] carpere 3. — [18] (c. v.) v. carpere 2. — [19] refugiebant 3. — [20] *om.* 2, 3. — [21] eorum *add.* 3, in *add.* 2.

Cap. 9. — [1] cap. xi 3. — [2] *om.* 2, 3. — [3] anim. an. il. 3. — [4] (anic.-extr.) anic. eius de corpore suo extr. animam 2. — [5] quem 1. — [6] s. i. v. 2, 3. — [7] honorem 2, 3. — [8] semperque *add.* 2, 3. — [9] Mariae *add.* 2, 3. — [10] *om.* 2, 3. — [11] cum illa *add.* 2, 3. — [12] *om.* 2, 3. — [13] (soc.-psal.) consociarentur et psallerent 2. — [14] decantarent 2. — [15] (soc.-et) eis soc. f. 3. — [16] cum i. cant. 3. — [17] ad c. s. r. 3.

vero

A vero vetulae inter psallentium virginum choros perpetuo mansuram [18] relinqueret. Pudere coepit virginem et taedere quod, anicula inter regias virgines in thalamo reginae caelestis remanente, ipsa redire cogebatur ad vitam [19], non quod gloriae illius invideret, sed quia de corpore mortis huius liberari, et in illa aeterna laetitia cum caelestis agni sponsis [20] in aeternum commorari, votis omnibus desiderabat [21]. In ergastulum igitur sui corporis [22] ingressa, matrem advocat, precaturque ut praedictam aniculam ad se citius introducat, quasi de visione, quam viderat, ei congratulatura [23]. Cui respondit mater sua, iam eam abiisse, dicens : *Quia tertia dies est hodie, quod mortua est* [24] *et humo condita.* Et haec procul dubio erat dies illa, in qua virgo viderat angelum animam vetulae illius de corpore [25] extraxisse. Qua die, sicut iam dictum est, introduxerat [26] eas angelus pariter [27] ante conspectum beatissimae Dei genitricis semperque virginis Mariae.

ANNOTATUM.

B a *Haec est genuina forma istius visionis quam tam miro modo deturpavit Caesarius Heisterbacensis. Cfr. supra, num. 8, p. 169.*

CAPUT QUARTUM

Visiones quas vidit B. Alpais de suppliciis reproborum.

Videt virum, mente captum, aquis mergi et ad infernum descendere.

12. Caput x [1]. — Homo quidam daemonium habens [2], insanus factus, dentibus stridebat in omnes, morsum minabatur omnibus, et ideo a custodibus suis vinculis mancipatus est, et fremens et frendens, satis mirabiliter [3] torquebatur a daemone. Cessavit ad horam callidus hostis torquere miserum, ut quasi recedenti similis ex improviso rediens citius eum subverteret. Custodiebatur remissius a custodibus, quia de infirmitate sua videbatur aliquantulum convaluisse. Custodibus autem [4] circa eum dormientibus, venit diabolus ad ostium domus, et eum proprio nomine vocavit dicens : *Surge cito, veni, sequere me.* Respondit ei miser : *Exspecta me paululum* [5], *iam te sequar.* Et surgens humeros pallio suo [6] cooperuit, et per medios C custodes exivit tacitus de domo, et continuo duo teterrimi daemones per ambas manus illum apprehendentes, usque ad quendam fluvium, celeri cursu deduxerunt. Voluit ipse [7] lavari in aquis, et timens ne pallium suum sibi quis furaretur, si super ripam fluminis illud [8] dimitteret [9], domum illud rettulit et dimisit, et rapido cursu rediens ad fluvium se in aquam [10] praecipitem dedit, et statim submersus obiit [11]. Eius animam mox innumerabilis daemonum multitudo [12], qui deformi facie et squalida teterrimi erant, et aspectu horribiles, eum [13] rapuerunt, et eum [14] alter ad alterum inter se iaciebant ; et in altum per aera volitantes deferebant eum ad tormenta gehennalia sine fine cruciandum. Cumque virgo ad seipsam reversa visionem istam pluribus rettulisset, die notato, villulam, in qua res gesta fuerat, adierunt, gestae rei ordinem sollicite requirentes [15] ; et eodem die, et eodem modo rem factam fuisse pro certo invenerunt, sicut a sancta puella audierant; et quod magis admirandum est, a loci illius incolis audierunt hominem illum insanum, cum iam ad aquam venisset, pallium suum domi rettulisse, et eum [16] postea rediisse [17], eodem [18] die in aqua submersum fuisse, quo beata virgo animam eius vidit a daemonibus per aera deportari [19] ad tormenta, et rem ita gestam ex ordine sine dubio invenerunt, sicut ab ea didicerant.

Visio de ponte ferreo, per quem animae transeunt.

13. Caput xi [1]. — Ducta fuit ad quendam pontem ferreum, sub quo erat stagnum aquae maximum [2], fetentes habens aquas, et putridas, et spissas [3], et ad modum luti palpabiles, et [4] deformes erant [5], et horribiles visu, colorem [6] habentes teterrimum, et in modum ignis urentes. Ibi erat fletus et stridor dentium, planctus et ululatus plangentium ; ibi gemitus et lamenta miserarum animarum audiebatur, quarum infinitam multitudinem variis afficiebant tormentis immitissimi daemones in aquis illis amarissimis. In capite E pontis stabat homo quidam [7] nudus, loris ferreis ad stipitem ligatus. Transibat [8] per desuper [9] pontem innumerabilis multitudo tam peditum, quam equitum defunctorum, qui pro peccatis suis variis afficiebantur poenis. Unusquisque transeuntium gladio, vel lancea, vel cultello acuto. vel fuste, hominem illum ligatum uno ictu percutiebat. Qui vero gladio et fuste carebat, pugno suo percutiebat, quos ille ictus cum omni patientia sustinebat, et huiusmodi poenam pro peccatis suis, patiebatur [10]. Cum multitudo illa fere tota pertransisset ultimus omnium transibat [11] homo quidam, qui in vita sua [12] praetor exstiterat et in officio praepositurae Deum multipliciter [13] offenderat, et ideo in poenis illis peccata sua luebat. Quia tamen in vita sua Deum suum timuerat et dilexerat, et [14] pauperibus Christi cum caritate sancta multa bona largitus fuerat, post peractam [15] paenitentiam misericordiam consecuturus erat a Domino [16]. Cum hic post omnes ultimus transiret, exierunt de aquis illis fetidis innumeri daemones teterrimi corvis similes, et per omnia corvinam speciem habentes, qui citius super pontem F advolantes, unguibus et rostris praepositum illum inter se diripiebant, et miserabiliter eum dissecantes, in aquam trahere miserum et praecipitare tentabant. Territus ille metu poenae exclamavit continuo, voce magna dicens : *Sancta Maria, adiuva me* [17], *sancta Maria, succurre misero, sancta Maria* [18], *iuva pereuntem, sancta Maria* [19], *periclitanti confer auxilium.* Et ecce duo angeli de caelo subito descenderunt, a matre misericordiae ad succurrendum misero missi, qui, multitudine corvorum effugata, praepositi animam ante reginam caeli [21] ad gaudia paradisi detulerunt, cuius fideliter postulaverat et impetraverat auxilium.

Trium foeneratorum videt

14. Caput xii [1]. — Trium foeneratorum animas vidit in poenis gehennalibus flammis ultricibus

[18] manendam 2, 3. — [19] in vita 2, 3. — [20] electis sponsis agni 2, 3. — [21] desideraret 2, 3. — [22] c. s. 2. — [23] gratulatura 3. — [24] *om.* 1. — [25] eius *add.* 2, 3. — [26] introduxit 2, 3. — [27] pariter idem angelus 2, 3.

Cap. 10. — [1] cap. xii 3. — [2] et *add.* 3. — [3] miserabiliter 2, 3. — [4] suis 2, 3. — [5] paulisper 2, 3. — [6] suos pallio 2. — [7] *om.* 2. — [8] incaute *add.* 2, 3. — [9] relinqueret 2, 3. — [10] in a. se 2, 3. — [11] et *add.* 2. — [12] m. d. 2, 3. — [13] violenter 2, 3. — [14] eam 2, 3. — [15] inquirentes 2. — [16] *om.* 3, cum 2. — [17] redisset 2. — [18] eodemque 3. — [19] portari per aerem 3.

Cap. 11. — [1] cap. xiii 3. — [2] magnum 2. — [3] (et s.) quae spissae erant 2, 3. — [4] *om.* 2, 3. — [5] *om.* 2, 3. — [6] odorem 3. — [7] q. h. 3. — [8] transiebat 1, 3. — [9] *om.* 2. — [10] (qui vero gladio.)-patiebatur *om* 1, 2. — [11] pertransibat 2, 3. — [12] *om.* 3. — [13] in multis 2, 3. — [14] (tim.-et) tim. et d. 2, suum dil. et tim. 3. — [15] praeparatam 3. — [16] m. a Domino e. c. 2, e. m. a Deo c. 3. — [17] *om.* 3. — [18] Dei genitrix 3, Dei genitrix *add.* 2. — [19] virgo virginum 2, 3. — [20] caelorum 2, 3.

Cap. 12. — [1] cap. xiv 3.

uri

aeternam perniciem.

uri; primus quorum [2] subito raptus est a daemonibus, et quasi ex improviso est sepultus in infernum. Secundus in infirmitate positus de pecunia sua dare coepit [3] eleemosynam pauperibus. Aliquantulum de infirmitate [4] post aliquot dies convaluit, et quod imminebat [5] mortis periculum, evasisse se aestimans, ab eleemosyna, quam [6] incoeperat [7], instigante avaritia, cessavit. Invalescente vero [8] iterum infirmitate, defunctus est et in infernum sepultus, sed tunc sero [9] coepit miserum paenitere, quod ab eleemosyna eroganda tam cito cessaverat; sed iam fructuosa non erat paenitentia, quia in nocte perpetua positus iam operari non poterat. Pecuniam suam, quam ad usuram dederat, tunc bene recipiebat cum debito foenore; nam ex usuris suis lucratus est ignem aeternum, in quo torquebitur aeternaliter, et ardebit sine fine; quia quamdiu vixit in corpore, insatiabiliter exarsit cor eius cupiditate. Tertius, saeculo derelicto, sanctae religionis habitum suscepit; de pecunia sua, quam foenerando acquisiverat, partem coniugi et filiis suis dedit, partem monasterio, in quo factus est monachus, contulit.
B Quando obiit, raptus est a daemonibus et in ignem aeternum detrusus, in quo cruciabitur usque ad finem saeculi, quia pecuniam, quam per usuram lucratus fuerat, non reddidit his, a quibus eam male [9] acceperat. In die vero iudicii, quando [10] resumpto corpore resurrexerit, flammas illas evadet, et ab illis liberabitur poenis, nec tamen magnum postea [11] refrigerium, aut gaudium
a habebit, quia numquam tenebris carebit *a*.

ANNOTATUM.

a *Hic deprehenditur vestigium opinionis quae aliquando viguit inter veteres theologos, docentes mitigatum iri pro quibusdam reprobis poenas inferni. Tempore praesertim, quo scribebat noster auctor, docebatur haec sententia. Cfr. Petrum Lombardum, P. L., tom. CXCII, p. 950-1; Gulielmum Altissiod.,* Summa aurea, *tract. 14; Amulonem Lugdun., P. L., tom. CXVI, p. 92.*

CAPUT QUINTUM

Variae aliae revelationes.

Gilberto eremitae comitem videt angelum.

a **15.** Caput xiii [1]. — Eremita quidam, nomine Gillebertus [2] *a*, vir satis religiosus, mihi bene cognitus, cilicio ad carnem indutus, lorica ferrea super cilicium die noctuque induebatur. Hic cum die quadam thuribulo accenso, ecclesiam suam intus et foris [3] thurificaret, vidit sancta puella angelum [4] praecedentem illum [5], thuribulum aureum habentem in manu sua, et capellam eremitae intus et deforis in circuitu per totum thurificantem. Vestimenta eius erant [6] alba sicut nix, mirae claritatis et pulchritudinis erat species vultus eius. In thuribulo, quod manu gestabat, discurrebant scintillae ignis ardentis, et de igne egrediebatur odor [7] inaestimabilis dulcedinis et suavitatis; qui totum locum illum circumquaque replebat odorifera et D suavi flagrantia.

Diabolus laudat sanctitatem B Alpaidis, b

16. Caput xiiii [1]. — Adducta est ad quendam alium eremitam, nomine Foubertum *b*, mulier insana daemonium habens. Stridebat dentibus, spumabat salivis defluentibus, totusque fremebat et conturbabatur in ea spiritus eius; quia miserabiliter affligebat [2] eam spiritus malignus. Denique [3] praecepit ei vir sanctus in nomine Domini nostri [4] Iesu Christi, signo crucis edito, ut de muliercula egrederetur. Cui sic per os feminae respondit spiritus immundus [5]: *Fouberte, Fouberte, multum me vexatis [6], multum me affligitis, tu et alius eremita, qui dicitur Guillelmus* c *de Flotenis* d *et sancta femina de Cudot. Nisi vos tres per [7] orationes [8] vestras [9] mihi restitissetis, multos de christianis huius provinciae tenuissem in vinculis meis, quos praedicationes vestrae mihi auferunt, et orationes [10] contra me defendunt. Fouberte, Fouberte, tu me modo [11] vincis et superas; sed antequam moriaris adhuc te vexabo, et pudorem tibi non [12] modicum faciam [13].* Ad haec vir religiosus in vera humilitate fundatus, parvi pendens astuti minas inimici, secura mente respondit: *Nihil te, diabole, vereor,* E *minas tuas nequaquam timeo; sed per virtutem Crucifixi tibi impero [14], ut de creatura Dei sanguine suo redempta velociter exeas.* Ad haec diabolus clamans et multum discerpens eam, de femina exire coactus est, et sic, quamvis invitus, per os mulierculae illius, testimonium perhibuit sanctae virginis [15] et duorum illorum [16] eremitarum meritis et religioni.

quam sub specie tauri impetit,

17. Caput xv [1]. — Diabolum vidit puella venientem ad se in specie canis nigerrimi [2]. Cumque staret ante eam [3], in formam terribilis tauri seipsum mutavit. Ardebant oculi in capite eius [4], quasi scintillae carbonum ardentium. Stridebat dentibus, defluebant salivae per ora spumantia, volebat [5] terrere puellam [6] minans eam [7] cornibus [8] impetere [9]. Cui [10] virgo Christi munita signo [11] crucis, fiducialiter sic locuta est, dicens: *Quid vis? Quid quaeris? Aut unde, vel quis es tu?* Respondit ille [12]: *Ego sum ille qui semper sum in labore et aerumna, et tormentis semper crucior innumeris, magnos sustineo cruciatus, et adhuc maiores tolerandos exspecto.* Et cum haec dixisset, tamquam fumus ab oculis [13] evanuit.

sub forma vero medici conatur decipere,

18. Caput xvi [1]. — Venit ad eam iterum in humana specie, multis oneratus phialis, quae plenae erant pestiferis potionibus. Procerus autem erat ingens [2] corpore [3] et deformis, extenso collo, squalida facie [4] et horribilis aspectu. Oculi [5] eius ad modum ignis ardentis scintillabant. Aliquantulum inhorruit cor virginis de visione terribilis hominis illius [6], et terrore nimio concussa per dies aliquot ex horrore visionis aegrotavit. Ausus est enim impudentissimus daemon eam admonere, ut de veneniferis eius potionibus [7] biberet, dicens quod si consiliis suis voluerit acquiescere, et de potionibus suis potare, a cunctis infirmitatibus suis [8] eam liberabit, et corporis sui vires omnes ei restituet; et sicut ceterae mulieres, accepta potione,

[2] p. q. 3. — [3] in *add.* 2, 3. — [4] sua *add.* 2. — [5] eminebat 2, 3. — [6] erogare pauperibus *add.* 2, 3. — [7] coeperat 2, 3. — [8] *om.* 2. — [9] (s. t. s.) tunc 3, tum sero 2. — [9] *om.* 2, 3. — [10] cum aliis mortuis *add.* 2, 3. — [11] p. m. 3.

Cap. 13. — [1] cap. xv 3. — [2] Gislebertus 3. — [3] deforis 2, 3. — [4] Domini *add.* 2. 3. — [5] eum 2. — [6] *om.* 3. — [7] (ing. od.) erat od. egrediens 2, 3.

Cap. 14. — [1] cap. xvi 2. — [2] et discerpebat *add.* 2, 3. — [3] deinde 3. — [4] *om.* 2. — [5] *om.* 2 — [6] vexastis 3. — [7] sanctas *add.* 2, 3. — [8] et praedicationes *add.* 3. — [9] et praedicationes *add.* 2. — [10] sanctae *add.* 3. — [11] *om.* 2. — [12] *om.* 2. — [13] ingeram 2, 3. — [14] praecipio 2, 3. — [15] Aupes *add.* 2, 3. — [16] *om.* 2.

Cap. 15. — [1] cap. xvii 3. — [2] nigri 3. — [3] specie canis relicta *add.* 2, 3. — [4] i. c. e. o. 2. — [5] volebatque 2. — [6] eam *add.* 2. — [7] *om.* 2, 3. — [8] eam *add.* 3. — [9] puellam *add.* 2. — [10] cum 2. — [11] signaculo 2, 3. — [12] *om.* 3. — [13] eius *add.* 3.

Cap. 16. — [1] cap. xviii 3. — [2] (e. i.) *om.* 3. — [3] niger *add.* 3, (proc.-nig.) ipse erat niger corpore 2. — [4] facies eius 2, 3. — [5] in capite *add.* 2, 3. — [6] i. h. 2, 3. — [7] suis pot. 2, 3. — [8] *om.* 3.

manducare

A manducare poterit et bibere quoscumque cibos humanis usibus aptos. Cognoscens puella per inhabitantem[9] Spiritus sancti virtutem fraudulenti daemonis insidias, noluit acquiescere eius consiliis[10], sed sprevit eum cum[11] potionibus suis, et invocato nomine Iesu, disparuit hostis verecundus.

et sub specie angeli impellere ad se adorandum.

19. Caput xvii[1]. — Transformavit se spiritus malignus in angelum lucis, et venit ante virginem, coepitque eam magnis laudibus attollere, singularem eius vitam praedicare, et magnificare eam dicens[2] meritis et virtutibus non esse ei parem[3], et ideo nimis caram[4] et dilectam Deo, utpote quae supergrediens[5] hominem angelicam vitam ducit[6] in terris, et in hac mortalitate solo corpore constituta, conversatione sancta et assidua[7] contemplatione tota sit in caelis, *sed quod solum tibi deest,* inquit, *adora me, ut cara sis mihi*[8] *et dilecta, ut*[9] *et ego sim Deus tuus, et tu fieri possis amica mea.* Ad haec virgo tacita intra se coepit cogitare et[10] dicere quod non erat[11] hic spiritus a Deo, qui eam non ad humilitatis custodiam, sed ad superbiam elationis[12], tot et tantis laudibus attollendo, provocabat. Simulque[13] cogitabat in B corde suo quod non erat ille Deus, cum ei dixisset: *Adora me ut sim Deus tuus, quia hoc solum deest tibi*[14]; cum ipsa singulis diebus verum Deum adoraret in spiritu et veritate[15]. Nam si ipse, sicut mentiebatur, Deus esset, hoc ut adoraret eum[16] puellae non deerat, quae Deum[17] verum cotidie adorabat. Nec dixisset ei: *Adora me, quia hoc solum tibi deest,* cum si Deus esset, ab ea se cotidie[18] adorari cognovisset. Ex his igitur[19] coniecturis, revelante Spiritu sancto, coniciebat eum esse spiritum[20] fallaciae; nec voluit ei credere, quia mendax est, sicut[21] et pater eius. Qui mox, ut fuit deprehensus, fugit[22] ab ea confusus. Multoties conatus est hostis antiquus ille[23] sanctam puellam falsis promissionibus decipere, variis imaginationibus[24] subvertere. Sed virgo Christi[25] nec terroribus concutitur, nec blandimentis seducitur, quia in vera caritate et humilitate radicata, supra firmam petram[26], Christum, firmiter est aedificata et[27] fundata. Unde quanto crudelior in eam[28] saeviens insurgit inimicus, tanto datur ei de tyranno gloriosior[29] triumphus; quia dum per graviora[30] impetit tentamenta, victoriosior datur vincenti corona. Nam quanto stat in tentatione C fortior, tanto habetur clarior[31] in honore, quia dum crescit pugna, crescit et[32] triumphantis corona et[33] gloria; dumque pugnantis triumphus multiplici tentationum genere, inimico tentante, adornatur, hoc agit inimicus vel invitus ut dum semper pugnat, et semper vincitur[34], corona puellae triumphantis semper augeatur[35], auxiliante Domino[36] Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat[37] Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Explicit liber tertius[38].

ANNOTATA.

a *Hunc dixit v. v. Tridon,* Vie de S^te^ Alpais, *p. 561, esse Gulielmum Sempringamensem, de quo in* Act. SS., *ad. d. 4 febr., tom. I, pp. 567 sqq. Huic opinioni assentire non possum, licet definire nequeam quis fuerit ille Gulielmus.*

b *De Fouberte quaeras inter praetermissos ad d. 2 aug., tom. I, p. 108.*

c *Gulielmus, ex milite factus monachus apud S. Ioannem Senonensem, mortuo Gilberto anno 1159, abbatiam regendam suscepit. Anno vero 1169 munere functus, secessit Flotenum, ibique obiit 1180. Cfr. De Maulde,* Notes historiques sur l'ancien prieuré de Flotin dans la forêt d'Orléans, *pp. 4, 5, 7, 23.*

b *Pertinet ad paroeciam* Nibelle, *in districtu* Beaune-la-Rolande, *in praefectura* Loiret. *Patron, op. cit., tom. II, pp. 328, 364, 370.*

LIBER QUARTUS

Incipiunt capitula libri quarti[1]. E

Capitulum primum[2]. — De diabolo, qui[3] in humana specie fingens se esse[4] medicum venit[5], et de duabus columbis, quarum ope et auxilio liberata est[6].

ii. — De eo quod[7] media nocte tres soles vidit in caelo, qui facti sunt unus sol et ille unus sol factus est homo.

iii. — De duobus senibus, qui ostenderunt ei fontem, de quo egrediebantur quattuor flumina.

iv. — De iuvenibus quos vidit in poenis constitutos, inter quos quidam acrius torquebatur.

v. — Miraculum quomodo Eucharistiam[8] integram sumere[9] consuevit.

vi. — De Richardo presbytero, super cuius tumbam[10] vidit columbam[11] descendere.

vii. — Item revelatio quae facta est ad eam de presbytero de Cudot et de quodam presbytero Carnotensi.

viii. — De maiore cuiusdam villulae, quem vidit post obitum suum nigris indutum vestibus[12].

ix. — De eo quod in spelunca quadam tenebrosa vidit capitulum daemoniorum ante principem suum celebrari.

x. — De innumeris daemonum turbis quas in singulis religiosorum monasteriis vidit[13], cum in F singulis civitatibus aut oppidis non videret nisi duos tantum[14] daemones.

xi. — De eo quod quaedam spiritualia[15] aliquando puellae, in sua simplici[16] natura, aliquando per quaedam corporalia signa demonstrantur.

xii. — De eo quod huius sanctae virginis meritum, et sanctitas[17] revelata est in somnis cuidam monacho fere decem annis antequam de ea sermo haberetur[18] in populo.

xiii. — De eo quod vidit Dominum[19] sedentem super thronum igneum.

[9] in se *add.* 2, 3. — [10] c. e. 2, 3. — [11] venenatis *add.* 2, 3.

Cap. 17. — [1] cap. xix 3. — [2] d. e. 3, d. eius 2. — [3] (e. p.) angelis non esse imparem 2, n. e. ang. imp. 3. — [4] esse *add.*, 2, 3. — [5] supergradiens 2, 3. — [6] ducat 2, 3. — [7] *om.* 2. — [8] *om.* 2. — [9] *om.* 3. — [10] c. i. se c. et 2, c. i. se cogitatione 3. — [11] *om.* 2. — [12] superbiae elationem 2. — [13] simul et 2, 3. — [14] t. d. 2, 3. — [15] d. s. D. v. in s. et v. a. 2, 3. — [16] Deum adoraret 2, 3. — [17] Dominum 2, 3. — [18] utique cotidie se 2. 3. — [19] ergo 3. — [20] s. e. 2, 3. — [21] *om.* 2, 3. — [22] discessit 2, 3. — [23] i. a. 2, 3. — [24] illudere magnis terroribus concutere diversis tentationibus *add.* 3. — [25] C. v. 2, 3. — [26] id est *add.* 2, 3. — [27] (aed. et) *om.* 3. — [28] (in e.) *om.* 3. — [29] g. d. t. 2, 3. — [30] eam *add.* 3. — [31] c. h. 2, 3. — [32] *om.* 2, 3. — [33] (c. et) *om.* 3, pugna vel 2. — [34] semper *add.* 3. — [35] augetur 1, (s.a.) augeatur 3. — [36] nostro *add.* 3. — [37] gloriatur 2. — [38] (ex. l t.) *om.* 2.

Tit. et Cap. — [1] (inc.-quart.) *om.* 2. — [2] *num. in fine* 3. — [3] ad eam *add.* 2, venit ad eam *add.* 3. — [4] *om.* 2, 3. — [5] *om.* 2, 3. — [6] sit ab eo 3, ab eo *add.* 2. — [7] in *add.* 3. — [8] totum *add.* 2, 3. — [9] suscipere 2, 3. — [10] tumulum 3. — [11] de caelo *add.* 3. — [12] *hic titul. om.* 1. — [13] v. m. 3. — [14] t. d. 3. — [15] spiritualium 2, 3. — [16] secuta *add.* 2, sicuti sunt *add.* 3. — [17] conversationis sanctitas 2, conversatio 3. — [18] ullus de ea h. s. 3, ullus h. de ea s. 2. — [19] D. v. 3.

VITA

xiv. — De muliere quae meritis ipsius sanata est [22] a languore fistulae.

xv. — De iuvene aegrotante cuius obitum per revelationem cognovit [23].

xvi. — De eo quod se numquam raptam dicat[24] aut dicenti consentiat, quamvis semel[25] sibi visum sit animam suam de corpore [26] egressam fuisse, et iterum in [27] illud introisse, et de qualitate animae.

CAPUT PRIMUM

B. Alpais, fugato daemone, videt S. Trinitatem, Eliam et Enoch et iterum poenas reproborum.

Incipit liber quartus [1].

Denuo conante diabolo decipere eam, consolationem accipit ex visione duarum columbarum.

1. Capitulum [2] primum. — Benedictus Deus, et pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur famulam [3] suam in omni tribulatione et angustia[4]. Tribulationem enim et dolorem invenerat anima ipsius [5], et circumdederant [6] eam undique dolores et passiones tam animae, quam corporis, et nisi Dominus misericorditer [7] respexisset, et adiuvasset eam[8], forsitan, immo sine forsitan, inimicus absorbuisset eam. Circumdederunt enim [9] eam mala, quorum non est numerus, quia super capillos capitis sui multiplicati [10] sunt [11] dolores [12] ipsius, et cor eius dereliquit eam. Et ecce hostis antiquus [13] aptum deceptionis tempus se putans invenisse, assumpta forma humana, venit ad eam in specie et habitu medici, tenens in manu sua vasculum unum, pestiferis potionibus plenum, et affatus est eam in hunc modum : *Audita fama de te, quae longe lateque per multa [14] loca diffunditur, didici per revelationem multorum [15] infirmitatem tuam, et languorem quem [16] pateris, ideoque misertus tui et dolori tuo compatiens, de longinquis provinciis ad te curandam adveni. Sum enim peritissimus medicorum ; utpote qui vim et naturam omnium herbarum optime noverim [17] et radicum ; et si bibere volueris, quem tibi in hac ampulla attuli, potum [18] medicinalem, recipiet sine dubio confestim caro tua sanitatem.* Inhorruit cor virginis ad aspe-
C ctum[19] deformis et immundi hominis[20] ; avertensque oculos suos ab eo ne videret [21] amplius vanitatem, respexit in alteram partem secus parietem imaginem quandam [22] crucifixi, quae iuxta lectulum eius posita erat[23]. Quam cum vidisset, ascendit in cor eius memoria dominicae passionis, quam pro tribulatione sua penitus oblivioni tradiderat. Et dum pia mente passionem recolit Salvatoris, descenderunt subito de caelo super lectulum eius duae columbae nive candidiores, et e vicino consederunt tam prope virgini appropinquantes, ut eas si vellet manu [24] capere posset. In aviculorum adventu caelestium serenus et securus totus factus est locus ; quae mutua caritate se D
pennis ad invicem amplexantes tam rostris quam pedibus alternatim sibi iucunde colludebant. In quarum contemplatione dum intenta [25] defigeret oculos [26], altera [27] illarum propius accedens ad virginem, rostro suo posito in auriculam eius, his verbis consolabatur eam [28] : *Ne timeas, ancilla Christi, neque inimici terribilis terrearis aspectu [29], sed certa fide [30] et firma spe confide in filium Virginis, cuius praecepto venimus ad auxiliandum tibi, quique [31] ad te consolandum [32] mittere nos [33] dignatus est de caelis [34].* His dictis, invitus coactusque aufugere [35] est diabolus de domo puellae ; et fixo gradu restitit ante ostium [36] domus, et subito facta est cum eo multitudo innumerabilium daemonum, qui omnes deformes rictus trahendo, dentibus stridebant [37] in eam, et torvis luminibus eam respicientes, in modum murilegorum subsannando cachinnantes exsecrabant adversus eam [38]. Insurrexerunt columbae adversus nefandos spiritus [39] in adiutorium virginis, et confestim dissipati sunt [40] inimici eius, et fugerunt cum turbine et nebula magna [41] omnes qui oderant eam a facie eius ; ipsa vero cum fletu E
gaudens [42] et lacrimis Domino Deo [43] gratias agebat, qui [44] liberaverat eam de manibus inimicorum suorum.

Videt S. Trinitatem sub specie triplicis solis et incarnationem Verbi;

2. Caput ii. — Per idem tempus dum anxiaretur cor virginis in multis quae circumdederant eam [1] pressuris et afflictionibus, clamavit ad Dominum cum tribularetur, et exaudivit eam de tribulatione sua misericors, et miserator Dominus, et visitavit eam quadam nocte, quae dominica habetur [2]. Dum [3] enim medium silentium tenerent omnia, et nox in suo cursu iter [4] ageret, refulsit subito [5] lumen in thalamo suo, et claritas Dei circumfulsit eam undique[6], viditque tres soles ante se[7] incomparabili lumine radiantes, quorum nullus erat maior [8] aut altero [9] minor vel clarior[10], sed omnes erant eiusdem [11] quantitatis, qualitatis [12] et aequaliter refulgebant [13] in unius aequalitate trinitatis. Videns autem tantorum luminum claritatem non disparem, gavisa [14] gaudio magno, et aspiciens in visione noctis, immo in visione diei et lucis [15], vidit, et ecce tres soles illi in conspectu suo convenerunt in unum, et facti sunt unus sol in unius lumine claritatis ; non [16] erat maior vel minor, nec plus minusve lucebat sol ille [17] ex tribus factus unus, F
quam illi tres [18] cum [19] tres essent, sed in unius orbis lumine, nec dissimili, nec dispari fulgebat claritate. Dumque in huius caelestis luminis claritate iucunda pasceretur et [20] suavi virgo contemplatione, ecce sol ille, qui de tribus, ut ita [21] dicam, factus est[22] unus, formam et personam sumpsit[23] humanam, tamquam in similitudinem hominis [24] factus et [25] habitu inventus est [26] ut homo, eratque sacerdotalibus indutus vestimentis [27], tamquam sacerdos factus [28] in aeternum secundum ordinem Melchisedech, non minorem habens claritatem in humanitate, quam antea habebat [29] cum in [30] pro-

[22] et 2. — [23] agnovit 2. — [24] se n. r. esse dicat 2, n. se r. d. esse 3. — [25] simul 3. — [26] suo *add.* 2, 3. — [27] *om.* 2.

Cap. 1. — [1] (I. l. q.) *om.* 2.— [2] caput 3.— [3] familiam 2.— [4] omnibus tribulationibus et angustiis suis 2, 3.— [5] sua 2.— [6] circumdabant 2, circumdant 3. — [7] misericordiae 2. — [8] eam resp. et adiuvisset 3. — [9] *om.* 2. — [10] multiplicatae 2, 3. — [11] *om.* 2. — [12] tribulationes 2, 3. — [13] *om.* 2, a. h. 3. — [14] plurima 2, 3. — [15] plurimorum 2, 3.— [16] quam 1.— [17] opt. n. h. 2, 3. — [18] *om.* 2. — [19] conspectum 3. — [20] daemonis 3. — [21] viderent 2, 3. — [22] cuiusdam 2, 3. — [23] e. p. 2.— [24] sua *add.* 3. — [25] intentam 3, intentam altam 2. — [26] oculorum aciem 2, 3. — [27] quaedam 2. — [28] dicens *add.* 2. — [29] in aspect. ter. inim. terrearis 2, 3. — [30] spe 1. — [31] nos *add.* 3. — [32] *om.* 3. — [33] *om.* 2, 3. — [34] (d. c.) *om.* 3. — [35] aufugere coactus 2, 3. — [36] a. o. r. 2, ipsius *add.* 2, 3. — [37] s. d. 2, 3.— [38] *om.* 3. — [39] exsurgentes *add.* 2, 3. — [40] omnes *add.* 3. — [41] m. n. 2. — [42] g. c. f. 3. — [43] suo *add.* 3. — [44] sic *add.* 2, 3.

Cap. 2. — [1] *om.* 3. — [2] habebatur 2, 3. — [3] cum 3. — [4] suum *add.* 3. — [5] *om.* 3. — [6] *om.* 2. — [7] ante se t. s. 3. — [8] (e. m.) *om.* 2. — [9] (aut a.) vel 2, 3. — [10] altero *add.* 2, 3. — [11] unius 3. — [12] *om.* 2. — [13] fulgebant 2, 3. — [14] gav. est g. m. valde 2, 3. — [15] (d. et) *om.* 2, 3. — [16] nec 2, 3. — [17] i. s. 2, 3. — [18] (i. t.) *om.* 3. — [19] illi *add.* 3.— [20] *om.* 3.— [21] aliquid 3. — [22] erat 3. — [23] assumpsit 2, 3.— [24] hominum 2, 3. — [25] quasi *add.* 2, 3. — [26] *om.* 2, 3. — [27] vest. in. 2, 3.— [28] f. s. 2, 3. — [29] habuisset antea 2, 3. — [30] sua *add.* 2, 3.

pria

A pria fulgeret claritate. Contemplabatur [31] illum puella admirans, et gaudens de tanti sacerdotis visione [32], cuius sacrosancta meruit perfrui benedictione. Respexit enim puellam [33] clementissimis oculis ille [34] sacerdos pius et benignus, et elevans omnipotentem dexteram suam signum salutiferae crucis super eam [35] impressit, et sic eam de tribulatione sua non mediocriter [36] consolatam derelinquens ad caelos ascendit.

duo senes ostendunt ei fontem Paradisi.

3. Caput iii. — Dominus ac redemptor noster, qui [1] sicut nunc audistis, eo modo quo voluit, hanc ancillam [2] per seipsum visitavit [3], adhuc ad eius consolationem nuncios suos dirigere non desinit. Vidit enim puella duos antiquissimos senes prolixa barba, veneranda canitie candidatos, super tenuissimam nubem ad se per aera venientes. Et ostendebant [4] ei fontem amoenissimum [5] liquidissimis manantem aquis, nitidissimas habentem arenas, de quo egrediebantur quattuor magna [6] flumina per quattuor partes hinc et inde distinctis alveis fluentia. Admonebant puellam senes illi grandaevi, ut ad fontem illum accederet, et in aquis illius se lavaret. Quibus ipsa respondit, se numquam a cunabulis balneis usam, aut aquis lotam B fuisse. Coepitque [7] eos interrogare qui vel unde essent, et inquirebat utrum tanto vixissent tempore, ut ad tam diuturnam et [8] decrepitam aetatem, succedentibus sibi [9] multorum saeculorum curriculis, vivendo, sicut videbatur [10], devenissent? Utrum [11] sic cum tota canitie sua, in ea, qua videbantur aetate, nuper nati fuissent? Cui illi responderunt se a multis retroactis [12] saeculis natos fuisse, et per multa saecula vixisse, et se vitam suam nondum morte finisse. Quibus virgo satis iculariter : *Si vos*, inquit, *mortui fuissetis, non in hoc loco praesentes essetis* [13]. Responderunt ei : *Multum transiit temporis ex quo nati sumus, et numquam mortem subivimus, nec morte propria moriemur, sed alieno gladio occisi erimus et sic occumbemus.* Ad hanc vocem expavit puella cogitans in corde suo, quod valde detestanda [14] res foret, si tales et tam grandaevi senes, qui tantam simplicitatem et innocentiam vultu et habitu praetendebant, ut angelis Dei viderentur esse consimiles, tantum facinus essent [15] perpetraturi, ut occidi mererentur. Sed maturum de hoc metu suo datum [16] ei [17] solatium; quando senes se [18] pro C fide et iustitia [19] esse morituros talia cogitanti responderunt.

Iuvenes videt in tormentis.

4. Caput iv. — Factum est dum quidam cum puella loqueretur, et ante lectum [1] eius inter se sermocinarentur, et secum quaererent, intuens [2] in caelum virgo [3] coepit graviter suspirare, et ex imo cordis alta suspiria trahebat [4], quia videbat multitudinem [5] iuvenum, qui saeculo obierant, ambulantem per aera, qui lugebant omnes pariter, et lamentabantur, et plangebant planctu nimio, quorum animae pro variis causis et delictis variis [6] cruciabantur tormentis. Inter eos vero iuvenis quidam profundiora trahens ab imo pectore [7] suspiria, crebriores gemitus et productiores emittebat planctus, eo quod culpis suis exigentibus, acrius [8] acrioribus urgeretur in [9] poenis, et prae [10] cunctis aliis durius torqueretur. Erat in medio aere nebula quaedam spissa et tenebrosa, intra [11] quam ferebantur involutae [12] inferius omnes eleemosynae quas pro anima iuvenis illius parentes sui faciebant. Nam super nebulam ascendebant volucres [13] immundae, corvis teterrimis [14] similes, quae totam nebulam dissipantes, et conculcantes eleemosynas, quae intra eam erant, tam rostris, quam pedibus comminuebant, et ad terram proiciebant. Alias vero eleemosynas, quas pro aliis iuvenibus [15] faciebant eorum [16] parentes et amici [17], deferebant in caelum columbae nive candidiores, easque ante tribunal summi iudicis pro salute illorum offerebant, quibus ille assurgens pro oblationibus animarum [18] inclinabat, easque gratanter accipiebat. Cumque usque ad virginem pervenisset miserabilis illa cohors animarum, interrogavit iuvenem illum, qui prae ceteris [19] lamentabatur [20], quid causae esset quod magis [21] quam omnes [22] alii cruciatibus torqueretur. Cui ille respondit se propter peccata parentum suorum gravioribus urgeri tormentis : E *Quorum*, inquit, *eleemosynae nihil mihi prosunt, utpote quae divinae maiestati praesentari non possunt* [23]*; eo quod de pecuniis iniuste et fraudulenter acquisitis eas faciunt. Neque enim respicit Deus* [24] *ad munera, vel* [25] *oblationes eorum, quia non ea solum* [26] *quae pro me offerunt, verum etiam universa quae possident foenerando, proximosque* [27] *iniuste opprimendo contra ius vetitumque per turpe lucrum acquisiverunt. Ideoque non respicit Dominus ad sacrificium* [28] *eorum* [29]*, quia manus eorum sanguine plenae sunt, hostiam* [30] *mundam et immaculatam diligit Deus* [31]. *Precor itaque* [32]*, domina mea, Deo et hominibus carissima* [33]*, quia tibi cogniti* [34] *sunt, moneas eos pravos mores corrigere, mundi huius inquinamenta devitare, vitam et actus suos in melius commutare, quae per usuram acquisierunt* [35] *et iniuste abstulerunt reddere, perversam conversationem* [36] *fugere, de malis suis per humilem confessionem et dignam paenitentiam Deo satisfacere; quia nisi in vita sua digne paenitentiam egerint peccatorum, sine dubio, post vitae suae terminum, venturi sunt in hunc locum* [37] *tormentorum. Et ii quidem omnes, quos mecum vides in his poenis, post* F *peractam paenitentiam, misericordiam a Domino consequentur, quia multum per omnem modum suffragantur eis eleemosynae sanctae, quas* [38] *de his quae* [39] *iuste* [40] *acquisierunt* [41] *faciunt pro eis amici sui. Nam istae sunt, quas ante* [42] *faciem divinam vides a columbis* [43] *in caelum deferri. Sed heu me miserum, qui nullum a meis* [44] *parentibus fero subsidium, nullum in eleemosynis eorum* [45] *habeo remedium, quas vides a corvis istis ad* [46] *terram proici, et ideo diutius et durius* [47] *torquebor in his poenis, donec per ultrices flammas ignium ad plenum excoctae fuerint sordes scelerum meorum, et sic post diuturnam ignis examinationem ultimus omnium salvus ero, sic tamen quasi per ignem.* His dictis

[31] enim *add.* 3. — [32] visitatione 3. — [33] illam 2, 3. — [34] *om.* 2, 3. — [35] illam. — [36] modicam 1.

Cap. 3. — [1] cui 2, 3. — [2] suam *add.* 3. — [3] visitare complacuit 2, 3. — [4] ostendentes 2. — [5] am. f. 2.— [6] maxima 3. — [7] coepit 2. — [8] tam *add.* 2, 3. — [9] sibi suc. 3. — [10] videbantur 3. — [11] sic *add.* 3. — [12] anteactis 3. — [13] fuissetis 2. — [14] detestata 3. — [15] esse 3. — [16] est *add.* 2, 3. — [17] *om.* 2. — [18] *om.* 2, 3. — [19] se *add.* 3.

Cap. 4. — [1] lectulum 3. — [2] illa *add.* 2. — [3] *om.* 2, 3. — [4] t. s. 3. — [5] maximam *add.* 2, 3. — [6] (et d. v.) *om.* 3. — [7] ab i. p. s. 2, 3. — [8] *om.* 2, 3. — [9] *om.* 2, 3. — [10] *om.* 3. — [11] inter 2, 3. — [12] i. f. 3. — [13] a. v. 2. — [14] t. c. 3.— [15] aliorum iuvenum 2, aliorum iuvenum animabus 3. — [16] *om.* 2, 3. — [17] sui *add.* 2, 3. — [18] eleemosynarum 3. — [19] (p. c.) p. cunctis 2, cunctis aliis 3. — [20] lacrimas uberiores fundebat 2, uber. lacrim. fund. 3. — [21] maioribus 2, 3. — [22] *om.* 2, 3. — [23] (utp.-pos.) *om.* 2. — [24] Dominus 2, 3. — [25] et 3. — [26] s. ea 2, 3. — [27] suos *add.* 3. — [28] sacrificia 2, 3. — [29] *om.* 2. — [30] enim *add.* 2, 3. — [31] Dominus 3. — [32] te *add.* 3. — [33] ut *add.* 2, 3. — [34] incogniti 2.— [35] lucrati sunt 2, 3. — [36] suam *add.* 2, 3. — [37] l. h. 2, 3. — [38] quae 2. — [39] proprio labore *add.* 2, 3. — [40] iustis 2. — [41] lucratis 2, lucrati sunt 3. — [42] *om.* 3. — [43] his *add.* 2, 3. — [44] *om.* 3. — [45] eor. eleem. 3. — [46] in 2, 3. — [47] dirius 3.

disparuit

VITA

disparuit miseranda illa turba miserorum, ingemiscente puella et compatiente doloribus eorum.

CAPUT SECUNDUM

B. Alpais integram in sua inedia hostiam sumit, iubente B. V. Maria; plurium secreta cognoscit.

Denuo accipere potest integram hostiam.

5. Caput v.— In ascensione dominica[1] vidit ante se venire beatam virginem Deique[2] genetricem[3], et cum ea[4] beatum Ioannem evangelistam sacerdotalibus indutum vestibus[5], ac[6] sanctum Michaelem archangelum[7], quem[8] in hoc ab aliis[9] discernebat, quod pennigeras habebat[10] alas solis radiis fulgore non impares humeris insertas[11]. In quorum conspectu[12], cum summo gauderet affectu, monebat eam ille, qui sacerdotalibus indutus erat vestimentis[13], ut sequenti dominica, et de cetero quotiescumque communicare vellet, eucharistiam B totam, integram et rotundam[14] susciperet, praedicens ei simul et promittens, quod communionem sanctam a die illa[15] deinceps sine omni periculo, et difficultate, et labore esset de cetero acceptura. Quod illa propter vitandum periculum, et communicandi difficultatem facere tunc recusavit. Arterae enim gutturis eius strictae et aridae, nullique cibo aut potui perviae, sacrae eucharistiae particulam, minimum lenticulae granum quantitate non excedentem, vino etiam, ut lenius gutturi eius illaberetur, immersam, cum modico dominici sanguinis haustu, vix cum multo conamine percipere poterat. Illa itaque dominica, modicam, sicut consueverat, eucharistiae particulam accipiens, levius solito communicavit. In vigilia pentecostes apparuerunt ei iterum caelestis curiae cives praedicti[16] cum regina sua, incomparabili lumine radiantes, praecepitque ei sacerdos ut die[17] pentecostes, sine metu laboris et periculi, eucharistiam totam, integram[18] susciperet, durius increpans eam quod[19] primae admonitioni suae non oboedisset. Illa vero quod iussa fuerat pro praedictis causis iterum adimplere formidans, parvam hostiae[20] particulam, sicut consueverat, C sancto die[21] pentecostes, sine omni conamine, periculoque[22] devota suscepit. Sabbato ante octavas pentecostes, tertio vidit angelorum dominam cum praedictis caeli civibus iterum ad se venientem, et severo vultu respiciens in eam beatus Ioannes evangelista minacibus verbis eam durius increpabat; eo quod iussionibus suis non oboedisset, et cum magna ei praecepit[23] auctoritate ut, omni mora et occasione remota[24], sequenti dominica, et de cetero singulis dominicis diebus[25], et quotiescumque communicare vellet, hostiam[26] totam, integram sumeret[27], et[28] severa cominatus est ei[29] gravitate, quod non impune ferret si[30], D quod iussa fuerat, citius non adimpleret[31] praesertim cum in divini susceptione sacramenti, nullum de cetero secundum suam promissionem esset perpessura periculum, aut dolorem neque[32] laborem. Sequenti itaque dominica cum ad eam communicandam per modicam divini sacramenti[33] particulam, exiguae lenticulae vix aequalem, sicut[34] consueverat, presbyter attulisset, illa tremefacta de visione et territa, quae viderat et audierat, ex ordine presbytero ad[35] partem vocato in aure fideliter[36] rettulit, postulans et votis omnibus exorans[37] ut cito rediens ad ecclesiam eucharistiam totam, integram et rotundam ad se communicandam afferret. Sed presbyter, qui[38] corpus dominicum[39] in promptu habebat in manibus[40], hoc facere noluit, ne quod[41] forte periculum de sacramento[42] accideret, et de particula illa dominici corporis, quam tunc[43] attulerat, communicavit eam[44], quam illa sine omni periculo et molestia transegit. In sequenti vero dominica, quartam sacrae hostiae partem, quia totam nondum audebat, afferens ut tentaret, si vel eam transigere posset, in os puellae illam intromisit, E quam illa devote suscipiens sine omni difficultate[45], periculo et labore, Deo adiuvante, transegit. In altera quae post illam subsecuta est dominica, dimidiam hostiae[46] partem ei porrexit, quam illa sine omni conamine[47] suscepit. Hoc videns presbyter gratias Deo egit[48], et altera dominica iam factus securior, hostiam integram[49] attulit[50], quam[51] cum omni gaudio et mira facultate, sine omni angustia, in momento percepit. Et ex hoc[52] tempore sacrosanctam eucharistiam totam, integram et rotundam, singulis dominicis diebus sine omni molestia[53], sicut ei beatus apostolus praeceperat et promiserat, suscipere consuevit. Quod ego[54] postea certo experimento didici, qui cum missam in eius capella celebrassem et ad eam communicandam accessissem, hostiam sanctam[55], integram[56] in os eius intromisi, quam illa sine omni conamine, me mirante, suscepit et transegit, cum nullo cibo alio omnino possit uti[57]. Congaudendum est huic virgini, et[58] congratulandum tanti huius miraculi novitati, non quia plus habuerit puella de sacramento, quando totam hostiam[59], quam cum[60] minimam eius particulam F accepit[61], neque enim plus habet ex eo qui maius quam qui minus accipit. Cuius rei ratio, si[62] figura istius sacramenti in manna illa caelesti praecessit, exinde aperte monstratur, quia qui plus de eo[63] collegerat, non habuit amplius, neque qui minus[64] paraverat, invenit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc existimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis, sicut nec quantitas[65] hominis Christi metuenda[66] in eius corpore, sed virtus in eo et veritas[67] et divinitas est[68] consideranda. Nam plus rettulit mulier illa, quae in evangelio fimbriam vestimenti eius tantum[69] teti-

Cap. 5. — [1] Domini 2, 3. — [2] (v. D.) Dei 2, 3. — [3] semperque virginem Mariam *add.* 2, 3. — [4] pariter *add.* 2, 3. — [5] vestimentis 3. — [6] et 2, 3. — [7] arc. M. 2. — [8] qui 2. — [9] ab al. in h. 2, 3. — [10] *om.* 2, 3. — [11] habebat *add.* 2, 3. — [12] aspectu 2, 3. — [13] (s. i. v.) sacerdotali infula ornatus erat beatus scilicet Ioannes evangelista 2, sacerdotalibus infulis ornatus erat b. s. I. e. 3. — [14] in sacramento *add.* 2, 3. — [15] et *add.* 2, 3. — [16] *om.* 2, 3. — [17] sancto *add.* 2, 3. — [18] in communione *add.* 2, 3. — [19] quia 3. — [20] (p. h.) minimam dominici corporis 2, 3. — [21] d. s. 2, 3. — [22] et periculo 2, 3. — [23] p. ei 2, 3. — [24] postposita 3. — [25] dieb. dom. 2, 3. — [26] eucharistiam 2, 3. — [27] et rotundam in sancta communione sumeret 2, 3. — [28] *om.* 2. — [29] *om.* 3. — [30] nisi 2, 3. — [31] (n. a.) effectui manciparet 2, 3. — [32] (d. n.) *om.* 3. — [33] s. d. 2, 3. — [34] ante *add.* 2, 3. — [35] in 2, 3. — [36] f. in a. 2, 3. — [37] exorans eum 2, eum ex. 3. — [38] quia 3. — [39] ibi *add.* 2, 3. — [40] in man. h. 3. — [41] *om.* 3. — [42] in praesenti habebat *add.* 2, 3. — [43] *om.* 2, 3. — [44] eam tunc c. 2, 3. — [45] et *add.* 2, 3. — [46] eucharistiae d. 2, d. euchar. 3. — [47] leviter *add.* 2, 3. — [48] e. D. 2, 3. — [49] totam rotundam *add.* 3, totam rotundam integram 2. — [50] et in os virginis intromisit *add.* 2, 3. — [51] illa *add.* 3. — [52] illo 2, 3. — [53] et impedimento *add.* 2, 3. — [54] ergo 2. — [55] (h. s.) eucharistiam totam 2, 3. — [56] et rotundam *add.* 2, 3. — [57] omn. al. p. u. c. 2, omn. p. a. u. cibario 3. — [58] *om.* 3. — [59] eucharistiam 2, 3. — [60] quando 2, 3. — [61] accepisset 2, 3. — [62] *om.* 2. — [63] ea 2, 3. — [64] *om.* 2. — [65] (visibilis-quant.) *om.* 2. — [66] metienda 3. — [67] (et v.) *om.* 2, 3. — [68] *om.* 2, 3. — [69] *om.* 2, 3.

git,

A git, quam turba, quae totum corpus eius[70] pressit, quia plus eum mente[71] concepit, et fide credidit; et ideo cogitandum est nobis, non quantum dente premitur, sed quantum fide et dilectione capitur de plenitudine divinitatis, quae sine dubio tota habitat in Christo corporaliter. Non[72] enim[73] caro Christi sine divinitate capitur[74], nec divinitas sine carne praestatur. Unde in evangelio thesaurus absconditus in agro a sapiente sapienter emitur, quia nec ager scilicet corpus Christi sine thesauro deitatis, nec thesaurus deitatis sine agro corporis[75] iure comparatur. Et quam[76] bene in agro thesaurus absconditus dicitur, quia in carne Christi divinitas corporaliter habitans, et in hoc mysterio ab aspectu oculorum caro ne videatur subtrahitur, ut fides avidius quaeratur, quaesita verius inveniatur, inventa vero carior[77] habeatur, et habita desiderabilius fruatur. Idcirco necesse est qui corpus Christi comederit, de plenitudine deitatis illius[78] fidem percipiat, secundum quod beatus evangelista Ioannes[79]: *Et nos*, inquit, *de plenitudine eius omnes accepimus*. Alioquin nisi
B de plenitudine eius accepit prius[80], nec ad modicum carnis pervenire[81] poterit, quia non thesaurus propter agrum, sed ager emitur propter thesaurum. Nam thesaurus de plenitudine divinitatis cum eo emitur, et ideo dum huius mysterii sacramentum sumitur, dilatandus est sinus mentis, et mundanda conscientia, et percipiendum non quantum mica exhibet, sed quantum fides capit, quia in Christo manet totius plenitudo divinitatis, in eo[82] qui sacramentum digne suscipit, de ipsa plenitudine non quanta est, sed quantum idoneus fuerit, qui recipit[83] praestatur. Haec nos largiente Domino de sacramento altaris in serie narrationis nostrae, data occasione, breviter pertransire[84] sufficiat. Nunc ad reliquas huius tantae[85] virginis visiones explanandas redeamus, nostrae huius digressionis[86] veniam postulantes.

Videt gloriam Ricardi, cuius sepulcrum venerari non potest comes Vindocinensis excommunicatus.

6. Caput vi. — Sacerdos quidam nomine Richardus *a*, vir in vita sua satis religiosus, pro Dei iustitia, quam manu tenere volebat, venenum in scypho[1] sibi furtim ab eo[2], quem arguebat, oblatum accepit, et sic vitam finivit. Ad cuius tumulum frequenter convenit multitudo copiosa[3] caecorum, claudorum, aridorum, febricitantium, aliorumque languentium, quorum multi divina opitulante gratia, meritis praefati presbyteri, ad nominis eius invocationem sanantur ab infirmitatibus suis. Fiuntque[4] ibi crebro miracula, in tantum ut exstincta luminaria supra[5] tumulum eius, divinitus sint reaccensa[6] sicut hoc ab eis, qui hoc oculis propriis videre meruerunt[7], audivi. Nam cum comes Vicedoniae *b*, qui excommunicatus erat, commilitonum suorum stipatus caterva, ad eius tumulum, causa orationis, advenisset, confestim ad eius introitum, videntibus cunctis qui aderant, non solum quae circa tumulum, sed[8] etiam quae per totam ardebant ecclesiam exstincta sunt luminaria : quae[9] quam cito egressus fuit de ecclesia, statim nullo accendente vel tangente, sunt reaccensa divinitus in momento[10]. Tantae huius gloriae sacerdotis congaudens ego, quia magister meus fuit, meque in domo patris mei a puero nutrivit et docuit, virginem istam[11], familiarissimam mihi super huiuscemodi miraculis consului; et ut Dominum deprecaretur, quatenus praefati sacerdotis sibi gloriam et meritum demonstraret[12], vix ab ea multis precibus extorsi. Vidit itaque in visione Dei super tumulum eius columbam de caelo descendentem nive candidiorem, super lapidem speluncae appositum[13] a capite usque ad pedes, huc illucque deambulantem petramque superpositam tumulo[14] a summo usque deorsum scindi, et in duas partes hinc et inde dividi; viditque sanctum sacerdotis corpus mirabili decoratum venustate in spelunca sua sedendo consurgere. Elevavit enim se de tumulo sacerdos et in fundo[15] speluncae consurgens resedit, mamillamque dexteram dextera sua premens, lac candidissimum in modum mamillae mulieris de ea eliciebat, omnesque populos[16] circumstantes, quorum aderat, ut sibi videbatur multitudo copiosa, pretioso illo lacte aspergebat. Quos post- E
quam omnes[17] lactis illius rore suavissimo rigaverat, in locum sepulturae suae sese iterum reponebat[18]; petraque hinc et inde desuper reducta, et divinitus, sicut erat ante, coniuncta, columba illa caelestis desuper lapidem evolans[19] ad caelum, unde venerat[20], remeavit[21].

Xenia missa ad B. Alpaidem a Petro, presbytero Carnotensi.

7. Caput vii. — Presbyter quidam Carnotensis, nomine Petrus, mihi satis cognitus, misit presbytero de Cudoth cultellum suum[1], nam familiaritatis et dilectionis mutuae, quam ad invicem[2] habebant, causa exstiterat et origo veneranda puella. Misit etiam ei aumutiam suam et scyphum unum parvulum, quatenus illum ex parte sua virgini daret; rogans eam ut scyphum suum, in quo ipsa bibere consueverat, pro eo sibi remitteret, mandavitque presbytero ut aumutiam suam, cum[3] in capite virginis posuisset, sibi ad dolorem capitis multisque[4] aliis infirmis profuturam, et pro amore virginis[5] a se de cetero carius amplectendam remittere festinaret. Cumque presbyter de Cudoth cultello, quem[6] alius presbyter praedictus[7] sibi miserat, apud se[8] domi recondito, aumutiam ipsius et scyphum virgini obtulisset, ut quod ei mandaverat de utroque expleret, subridens virgo paululum[9] respondit ei : *Ubi nunc est* F
cultellus, quem misit vobis[10] *domnus Petrus? Quare eum retinuistis? Quare cum ceteris transmissis*[11] *eum non attulistis?* Cuius[12] revelatione presbyter qui hoc mihi ore proprio rettulit[13], non modica percussus est admiratione.

Intellegit clericum recitasse poema Christiani Trecensis de Tristano.

8. Caput viii. — Clericus quidam venit ad puellam volens loqui cum ea; quam cum dormientem invenisset, cum[1] presbytero de Cudoth ad quandam villulam proximam[2] perrexit : et in ipsa via ad solatium itineris, ut fieri solet, multa ei de historia de Tristain romanis verbis rythmice[3] explicavit[4] *c*. Cumque redissent, et ante virginem[5] excitatam ambo[6] venissent, rogabat eam[7],

[70] *om.* 3. — [71] m. e. 2. — [72] nec 2. — [73] recte *add.* 3. — [74] sumitur 2, 3. — [75] carnis 2, 3. — [76] *om.* 3. — [77] carius 3. — [78] eius 2, 3. — [79] I. e. 2. — [80] p. acceperit 3, acceperit p. 2. — [81] percipere 3. — [82] autem *add.* 2, 3. — [83] suscipit 2, 3. — [84] pertransisse 2, perstrixisse 3. — [85] *om.* 2. — [86] (n. h. d.) h. n. d. 2, nost. digr. 3.

Cap. 6. — [1] cibo 2, 3. — [2] (ab eo) *om.* 2. — [3] *om.* 3, copiosa m. 2. — [4] fiunt 3, fueruntque 2. — [5] super 2. — [6] incensa 2. — [7] (hoc-meruer.) ab eis q. h. p. o. v. m. 3, haec ab e q. haec v. m. o. 2. — [8] verum 2, 3. — [9] qui 1. — [10] d. in m. fuerunt reac. 2, 3. — [11] utpote *add.* 3. — [12] monstraret 2, ostenderet 3. — [13] superpositam 2, 3. — [14] t. s. 3. — [15] profundo 2. — [16] infirmos 3. — [17] *om.* 3. — [18] recepit 2, 3. — [19] advolans 2, avolans 3. — [20] placido volatu *add.* 2, 3. — [21] migravit 2, 3.

Cap. 7. — [1] unum 3. — [2] alter ad alterum *add.* 2, 3. — [3] eam *add.* 3. — [4] multis 3. — [5] v. a. 2, 3. — [6] quam 1. — [7] *om.* 2, 3. — [8] *om.* 2. — [9] paulum 2. — [10] v. m. 3, nobis m. 2. — [11] transmisisset 1. — [12] rei *add.* 3. — [13] o. p. m. narravit 2, 3.

Cap. 8. — [1] praefato *add.* 2, 3. — [2] p. v. 2, 3. — [3] composita *add.* 3. — [4] explicuit 2, 3. — [5] iam a somno *add.* 2, 3. — [6] *om.* 2. — [7] presbyter *add.* 2, 3.

VITA

ut clerico de re, pro qua venerat, consilium daret, sibique et ipsi de visionibus suis aliquam referret. Cui ipsa ridendo respondit: *Plura vobis quam mihi narravit, nunc ei vicem rependite*[8], *et quod a me petistis*[9], *ei vos ipse*[10] *narrate*. Et interrogavit eam[11] dicens: *Et quid mihi rettulit? Quomodo scis quid mihi dixerit?* Ad quem illa: *Scio*, inquit, *scio quod hic*[12] *ante me iam alia vice fuit; sed quia dormiebam, et cum eo loqui non poteram, vobiscum ad villulam illam perrexit, et in*[13] *ambulando multa de romano de Tristain vobis ex ordine disseruit ut quid nunc a me vobis alia referre postulatis.* Nec minus hoc[14] admirationi est habitum, qualiter huiuscemodi verbum virgini fuisset revelatum.

ANNOTATA.

a *Quis fuerit ille Ricardus non potui reperire.*

b *Comes iste est Ioannes huius nominis primus, comes Vindocinensis decimus, quem anno 1177 excommunicavit Ioannes Saresberiensis, episcopus Carnotensis. Anno autem 1180, ab illo vinculo* B *solutus est. Cfr.* P. L., *tom. CXCIX, p. 376, 377, et supra, p. 167, n. 4.*

c *Hoc testimonio manifesto patet intra annos 1170 ac 1180 versionem vulgari idiomate scriptam iam late diffusam fuisse. De ipso poemate eiusque versionibus cfr. Francisque Michel,* Tristan, recueil de ce qui reste des poèmes relatifs à ses aventures, *Londres 1835, ac Fritz Vetter,* La Légende de Tristan, d'après le poème français de Thomas et les versions principales qui s'y rattachent, *Marburg, 1882.*

CAPUT TERTIUM

Visiones de inferno et daemonibus.

Videt poenas cuiusdam villae maioris vita functi,

9. Caput ix[1]. — Maior quidam[2] de quadam villula senex et plenus dierum ab ea saepe[3] fuerat admonitus, ut officium suum, quia in eo multum Deum[4] offendebat[5], relinqueret. Quod ille facere contempsit; et post aliquot dies obiit[6]. Post diem C obitus sui[7] vidit eam virgo teterrimis indutum vestibus, facie squalida, miserabili vultu[8], deiectis in terram aspectibus, quasi de nemore villulae suae contiguo egredientem, et praecedebat eum quidam nigerrimus iuvenis, statura grandis, aspectu horribilis; divertitque homo iter suum a domo sua, et in quandam grangiam suam vastam et solitariam praecedente iuvene[9] introivit. Cumque ille inter caeteras, quas sustinebat, angustias, fame et siti, ultra quam credibile sit, urgeretur, cucurrit iuvenis[10] ad domum eius, et attulit[11] vas maximum, nescio quibus dapibus[12] plenum ab uxore sua sibi missum, quas ille omnes in momento[13] devoravit, sed famem suam vorax[14] conviva nec ad modicum ex his refocillare potuit.

capitulum daemonum in spelunca.

10. Caput ix[1]. — Quodam tempore vidit puella tenebrosam quandam speluncam grandem et profundam, in cuius medio in eminentiori loco posita erat[2] cathedra regalis; ad quam accessit ille qui est rex super omnes filios superbiae, princeps scilicet[3] tenebrarum, et sedit in ea et ecce confluebant subito[4] undique certatim ad eum innumerabiles daemonum catervae, quibus ille, sicut erat quantitate corporis procerior omnibus et altior, ita cunctis aspectu terribilior et deformior videbatur[5]. Ante principem suum stabant omnes immundi spiritus qui advenerant ab eo iudicandi[6] et de nequitiis suis[7] et artibus[8] malignis, quas in servos Dei totis exercuerant viribus, se[9] cum multa superbia iactabant[10], e quibus quidam nuntiabant se bella et seditiones suscitasse, multosque ibi[11] homines caecidisse, alii se[12] commovisse tempestates in mari, et naves cum hominibus submersisse dicebant. Alii magnas se[13] urbes et oppida iactabant[14] incendiis cum multis hominibus tradidisse. Alii se quosdam hominum in fornicationem, alii alios in adulterium[15], in homicidium, sive in[16] quaelibet alia crimina se[17] E praecipitasse cum multa laetitia[18] referebant. Alii quosdam monachorum et[19] sanctimonialium, et aliorum religiosorum in fornicationem, vel[20] adulterium vix post multa tempora praecipitasse; alii alios de monasteriis suis vix cum multis laboribus post multa tempora[21] expulisse: alii alios in murmurationem et[22] seditionem contra praelatos et abbates[23], vel etiam contra seipsos[24] excitasse, non sine grandi laetitia omnes[25] gloriabantur[26]. Et hos quidem[27] daemones, qui consignatos sibi homines, et maxime religiosos quosque in huiusmodi scelera flagitiosa[28] praecipitaverant, aut de monasteriis suis expulerant, summis laudibus, magnisque praeconiis cum exultatione et[29] favore[30] omnium, utpote magno triumpho dignos attollebat iudex ille nequissimus, et ut fortissimos pugnatores ad exemplum aliorum gloriosissimos coram omnibus praedicabat. Illos vero qui sibi deputatos nondum[31] circumvenire se potuisse[32], aut aliquos saecularium in aliqua minora scelera se praecipitasse dicebant, tamquam inertes, et desidiosos, multis obiurgatos conviciis a conspectu suo cum multa iniuria expellebat, tanti spatia temporis, et opus inaniter expensum cum F fremitu magni furoris eis exprobrans. A cuius facie egrediebantur confusi[33], et verecundi, tanto amplius saevientes ad nocendum et crudeliores effecti ad persequendum, ut cum victoriosi postea redissent de praelio a principe suo coronari mererentur, et dignis[34] laudibus honorari[35], a quo tunc coram omnibus despecti recesserant et ignominiosi. In commune[36] vero attentius monebat[37] omnes principes suos[38] hostis ille nequissimus[39], et hortabatur[40] magis, atque[41] magis ad pugnandum contra nos, et ad seducendum genus humanum, praecipiens eis et dicens se breve iam[42] tempus habere; ideoque oportere eos magis strenuos esse et exercitatos ad praeliandum contra christianos quosque et religiosos viros. *Quia,*

[8] rependitis 2, reddite 3. — [9] petitis 3. — [10] ipsa 2. — [11] eum 1. — [12] *om.* 3. — [13] *om.* 2. — [14] eis 3, eis *add.* 2.

Cap. 9. [1] cap. ix *om.* 1. — [2] *om.* 3. — [3] s. ab ea 2, 3. — [4] *om.* 2, 3. — [5] offenderet 3. — [6] o. d. 2, 3. — [7] s. o. 3. — [8] miserabilis vultus 2. — [9] i. p. 2. — [10] *om.* 2. — [11] (e. a.) attulit ei 2, 3. — [12] lapidibus 1. — [13] in m. o. 2, 3. — [14] *om.* 2.

Cap. 10. — [1] caput x 3. — [2] erat in e. l. p. 2, 3. — [3] videlicet 3. — [4] s. c. 3. — [5] v. et d. 2. 3. — [6] diiudicandi 3. — [7] *om.* 3. — [8] suis *add.* 3. — [9] *om.* 3. — [10] iactitabant 2, 3. — [11] (m. i.) multos 3. — [12] *om.* 2. — [13] se m. 2, 3. — [14] iactitabant 2, 3. — [15] alii alios *add.* 2, 3. — [16] *om.* 3. — [17] *om.* 2. — [18] gloria 2. — [19] vel 2, 3. — [20] aut 3. — [21] multos annos 2, 3. — [22] aut 2, 3. — [23] suos *add.* 2, 3. — [24] invicem *add.* 2, 3. — [25] omnium l. 2, 3. — [26] gratulabantur 2. — [27] *om.* 3. — [28] f. s. 3. — [29] ac 3. — [30] fervore 2. — [31] necdum 2, 3. — [32] p. se 2. — [33] c. e. 2, 3. — [34] condignis 2, 3. — [35] venerari et 2. — [36] communi 2, 3. — [37] commonebat 2, admonebat 3. — [38] tenebrarum 2, 3. — [39] antiquus 2, 3. — [40] cohortabatur 2, 3. — [41] ac 2, 3. — [42] iam b. 2, 3.

inquit,

A inquit, *iam*[43] *finis adest mundi*[44], *unde properandum est modo, et viriliter agendum, ut quoscumque poterimus instanter in tartarea*[45] *saeva detrudamus, quia paucitas dierum istorum finietur brevi, nec post huius vitae*[46] *terminum exercebimur ultra ad praelium.* Post hanc exsecrabilem admonitionem[47], tamquam fumus evanuit omnis illa multitudo malignorum spirituum, et[48] solutum est illud consilium nefandum[49].

Quare multo plures daemones insidientur monachis quam ceteris hominibus.

11. Caput x[1]. — Super totam mundi fabricam elevata virgo[2] omnes terminos terrae[3] et omnia, quae in eis[4] sunt circumspiciebat. Videnti enim creatorem[5] angusta est omnis creatura, et videbat in abbatiis ordinis[6] nostri et in[7] aliorum[8] religiosorum monasteriis tantam daemonum multitudinem[9] congregatam, quod non solum domos et claustra eorum repleverant, verum[10] ecclesiarum illorum et domorum tecta omnia facto agmine conglobati desuper in circuitu per totum undique cooperiebant, cum in singulis civitatibus et oppidis longe[11] lateque per totum orbem terrarum dispersis[12] non videret nisi tantum duos, B qui eas[13] custodiebant, diabolos habitare[14]. Et sic unamquamque civitatem, duo tantum, qui in ea erant, observabant[15] daemones, cum per singula servorum Dei monasteria infinita militaret[16] daemonum multitudo. Conturbatum est cor virginis ad terrorem huius horrendae[17] visionis, coepitque contristari et maesta esse, iam iam desperationi[18] proximabat, quia cogitationes eius conturbabant eam, et sic cogitabat in corde suo: *Heu*[19] *heu me miseram! quid est quod video? Cur in monasteriis religiosorum virorum tot et tantae videantur*[20] *habitare cohortes immundorum spirituum, tam paucis inter saeculares derelictis? Numquid, o Domine Iesu*[21], *religiosos viros, quos*[22] *servos et amicos tuos esse putabam, dereliquisti, et abiecisti, et saeculares homines, quos a te minus diligi*[23] *credebam, amicos tuos specialius constituisti quam illos*[24]*? Numquid eos, qui tibi servire contemnunt, et propriis gulae illecebris et voluptatibus*[25] *servire contendunt*[26], *diligis plus his, qui per abstinentiam carnis desideria*[27] *amputare festinant, et tibi die noctuque devote famulantur? Aut si tibi*[28] *placet, ut existimo, religiosa claustralium conversatio*[29], *saecularium inhonesta displicet, cur tam paucis*[30] *inter eos*[31] *derelictis*[32], *tot hostium* C *cuneos inter religiosos habitare permittis? Nam inter saeculares habitare abundantius debuerant, qui se sponte eis obsequentes eorum subiciunt servituti.* Haec dum secum tacita mente conquereretur tristis et anxia, vox ad eam divinitus facta est dicens: *Quid sic turbata es, et cogitationes ascendunt in cor tuum? Ne timeas, quoniam*[33] *non derelinquit Deus*[34] *sperantes in se*[35], *nec est oblitus clamorem*[36] *pauperum ut metuis, sed ubi religiosis viris*[37] *maius in malignos spiritus exercendum est praelium ibi*[38] *ad resistendum eis copiosior mittitur exercitus hostium. Non enim necesse habent daemones contra mundi huius amatores pugnare, quos in vinculis suis iam securi captivos detinent*[39], *quia dum mundum, et quae mundi sunt diligunt, inimici Dei*[40] *constituuntur, et in desideriis suis ambulantes, gulae illecebris servientes*[41] *et voluptatibus carnis*[42], *servi facti sunt diaboli, cuius se ultro*[43] *subiciunt servituti; omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati et qui servus est peccati, servus est diaboli, ideoque singulis urbibus aut oppidis singulis*[44] *duo tantum*[45] *praesunt daemones quia vel paucos vel nullos in ipsis inveniunt, qui suae resistere velint aut possint voluntati: dum non solum mortiferis persuasionibus eorum non repugnant cives in eis habitantes*[46], *verum etiam ad omne scelus parati in quaelibet flagitiosa*[47] *totis viribus spontaneique semetipsos*[48] *praecipitant. Coenobitae vero quique et religiosi viri, qui carnem suam cotidie per abstinentiam macerant, et*[49] *crucifigunt cum vitiis et concupiscentiis, orationibus et*[50] *vigiliis assidue intenti, contra aereas potestates*[51] *viriliter pugnantes, die noctuque certatim dimicant, et ideo copiosior in eos insurgit exercitus daemonum, ut* E *quos sibi totis viribus repugnare conspiciunt, exercitu in unum contra eos congregato, multiplici tentationum genere superare praevaleant, et haec est causa*[52] *cur*[53] *in monasteriis, et habitationibus religiosorum, maiores habentur turbae*[54] *malignorum spirituum, quam in mansionibus saecularium, ut scilicet in unum*[55] *viribus collectis et*[56] *tirunculos Christi*[57] *tanto validius impetant*[58], *quanto maiori coacto*[59] *exercitu sibi repugnantibus obviant.* Hoc audito puella, gratias agens gaudebat[60] in Domino Deo nostro, qui non patitur nos tentari supra[61] id, quod possumus, sed facit etiam[62] cum tentatione proventum, ut possimus sustinere, et stare viriliter adversus insidias diaboli, et omnia tela nequissimi[63] exstinguere, fidei loricam induti, salutis galea protecti, et gladio spiritus, id est verbo Dei contra spirituales nequitias fideliter armati, ipso adiuvante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat[64] Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Alias res spirituales videt B. Alpais, *per intellectum, alias per phantasiam.*

12. Caput xi[1]. — Nulli mirum videatur si in revelationibus spiritualium visionum puellae dormienti sive quiescenti[2], et caelestia contemplanti signa quaedam corporalibus similia ad demonstrationem[3] spiritualium[4] praesentantur: quia nisi in talibus et per talia ab ipsa viderentur, nullo modo nobis[5] tantum terrena et corporalia scientibus posset illa verbotenus demonstrare. Etsi enim aliter illa[6] ibi ab ea videri possent, nec[7] tamen hic[8] nobis aliter narrari possent, et manerent semper occulta, nec esset quod de illis nobis ab ea diceretur, nisi exeunti per contemplationem, et videnti secundum exemplar istorum corporalium, quae sola nobis cognita sunt, monstrarentur. Unde in visione de die iudicii, quae

[43] iam in. 3. — [44] nec iam multum futuri temporis superest, quia prope est finis mundi *add.* 2, 3. — [45] tartara 3. — [46] saeculi 3. — [47] vel exhortationem *add* 3. — [48] sic *add.* 2, 3. — [49] n. c. 2, 3.

Cap. 11. — [1] caput xi 3. — [2] *om.* 3. — [3] simul *add.* 3. — [4] ea 3. — [5] creaturae 2. — [6] Cisterciensis *add.* 3. — [7] *om.* 2. — [8] aliis 2, 3. — [9] m. d. 2, 3. — [10] etiam *add.* 3. — [11] l. et op. 3. — [12] dispersi 1. — [13] *om.* 2, 3, — [14] habitantes d. 3. — [15] *om.* 1. — [16] militaretur 2. — [17] horrendi 2, 3. — [18] iamiamque desperationis 2, animaque fere desperationi 3. — [19] *om.* 2, 3. — [20] videntur 2, 3. — [21] Deus 3. — [22] (v. q.) viros quosque quos et 2, quosque viros q. 3. — [23] eligi 2. — [24] q. il. c. 3. — [25] carnis *add.* 2, 3. — [26] cupiunt 2. — [27] d. c. 3. — [28] (s. t.) sicut 3. — [29] et *add.* 3. — [30] paucos 2. — [31] illos 3. — [32] derelinquis 2. — [33] quia 3.

[34] (d. D.) dereliquit 3. — [35] Dominus *add.* 3. — [36] *om.* 3. — [37] *om.* 3. — [38] ex. est prael. mal. spir. ibi 2, est prael. in m. s. ex. ideo 3. — [39] tenent 2, 3. — [40] Domini 3. — [41] serviendo g. il. 2, 3. — [42] *om.* 3. — [43] ul. se 2. — [44] *om.* 2, 3. — [45] t. d. 3. — [46] inhabitantes 2, 3. — [47] flagitiis 1, 2. — [48] semet. spontanei 2, 3. — [49] *om.* 3. — [50] ieiuniis *add.* 2, 3. — [51] p. a. 2, 3. — [52] cura 3. — [53] sic *add.* 2, 3. — [54] maior habetur turba 2. — [55] vir. in un. 2, 3. — [56] *om.* 2, 3. — [57] c. t. 3. — [58] impetunt 2, impetunt in 3. — [59] *om.* 2. — [60] gaudens gratias agebat 2, 3. — [61] super 2. — [62] *om.* 2. — [63] ignea *add.* 3, nequissima ignea 2. — [64] gloriatur 3.

Cap. 12. — [1] caput xii 3. — [2] requiescenti 2, 3. — [3] similiaque demonstratione 3. — [4] *om.* 2. — [5] nob. m. 2. — [6] illa al. 2, 3. — [7] non 2, 3. — [8] haec 3.

revelata

A revelata est ei in festo[9] omnium sanctorum, vidit[10] innocentes iuxta[11] regem regum decollatos sedentes *a*, et in assumptione beatae[12] semperque virginis Mariae[13] vidit[14] in caelis caelestis Hierusalem cives ob tantae sollemnitatis laetitiam cereos[15] in manibus gestantes[16] quamvis nec ceram, nec cereos, nec pueros in caelis esse credimus[17] decollatos *b*, sed placuit Deo omnipotenti haec in hunc modum virgini demonstrare, ut per ea quae novimus de iis quae non novimus[18] nos posset erudire. Sic animae defunctorum in eadem specie corporali, in qua eos viventes videre consuevimus nobis dormientibus apparent, quia eas[19] in suae[20] simplicitate naturae videre non possimus, utpote qui visibilibus tantum assueti, invisibiles creaturas, sicut sunt in sua natura simplices, carnis onere praepediti, nullomodo possumus intueri. Aliquoties tamen[21] vidit puella[22] beatorum et reproborum angelorum spiritus[23], et defunctorum animas in sua propria et simplici[24], sicut sunt sine qualitate et[25] quantitate, natura[26]. Sed cuiusmodi res sint[27] nullo[28] potuit nobis[29] exemplo describere, quia[30] in[31] hoc B mundo non[32] potest inveniri eis simile[33] iuxta cuius exemplar naturas eorum mortalibus incognitas possit verbotenus exprimere.

ANNOTATA.

a *Haec visio relata est supra in libri II capite 6, p. 184.*

b *Haec altera vero in libri III capite 1, p. 190.*

CAPUT QUARTUM

Visiones caelestes quas habuit B. Alpais.

Monachus intellexit B. Alpaidis meritum decem annis antequam ad eam fieret concursus popularis.

13. Caput xii [1].—Vere ante decennium[2] priusquam puellam sanctam visitasset Dominus ex alto, et antequam ullus sermo de ea haberetur[3] in populo, revelavit Dominus per visionem cuidam venerabili[4] monacho de Scaldeis[5], quod tempore suo magnificaturus esset misericordiam suam cum illa. Eo namque dormiente in lectulo suo[6], intempestae noctis silentio, videbatur sibi in visione noctis, quod ipse veniebat ad villulam de C Cudoth; cumque paulo longius appropinquare coepisset, ad domum puellae, quam ipse tunc penitus ignorabat, aspiciens a longe vidit tres reverendas personas venientes[7] in vestibus albis magno circumfulgentes lumine; de quibus sibi videbatur, quod ipsi essent tres evangelistae, Matthaeus, Marcus et Lucas. Cumque paululum pertransisset illos, vidit dominum nostrum Iesum Christum post eos venientem in maiestate magna, et claritate, quem sequebatur[8] Ioannes evangelista, qui comes ei individuus erat[9] in itinere. Et videns gavisus est gaudio magno valde, erat enim dominici vultus splendor inestimabilis nimis, et incomparabilis. Ad cuius adventum tremefactus monachus, timens occurrere tantae maiestati, abscondit se secus condensum rubum veprium, D volens ibi latere[10] dum pertransiret Dominus. Transiens autem Dominus vocavit eum nomine suo dicens: *Surge, Petre, surge, ne timeas et accede ad me.* Surrexit Petrus et[11] accessit ad Dominum, et procidens[12] adoravit eum prostratus pedibus eius, et postea sequebatur eum. Dominus autem veniens ad villulam de[13] Cudoth[14] cum discipulis suis, quattuor scilicet evangelistis, intravit in domunculam, in qua iacebat puella venerabilis Aupes de Cudoth, et manebat ibi cum discipulis suis, admirante Petro, quod rex gloriae ad tam humile et tam abiectum declinasset tugurium. Petrus autem aestimans quod tantillum hospitium tanto hospite esset indignum, accessit ad Dominum, et dixit ei : *Domine, domus ista[15] parva est, et contemptibilis, et destituta, vultis ergo ut eamus et inquiramus vobis maiorem domum, et ampliorem, in qua honorificentius[16] maneatis ? Nam et domus praepositi villae istius longe maior est ista et dignior, et ibi, si placet, melius apparatum praeparabimus vobis[17] hospitium.* Et respondens dixit ei Dominus : *Sine, Petre, quoniam hic bene sumus, et hic oportet nos manere.* Et mansit ibi[18] cum E discipulis suis. Post hanc visionem expergefactus Petrus, et in semetipsum reversus obstupuit, et quid sibi vellet, aut quid praetenderet haec visio tunc penitus ignorabat; eam tamen tacitus observabat in corde suo. Post aliquot autem[19] annos, cum a languoribus suis virtute divina sanata[20] dormire iam in Christo coepisset frequenter[21] et requiescere puellula, et in sancta requie sua sive dormitione, caelestium secreta visionum contemplari essetque de ea sermo multus in populo, coeperunt ad eam tam nobiles, quam ignobiles clerici cum laicis, multi etiam religiosi viri certatim undique confluere, admirantes in his quae de ea dicebantur et procedebant de ore eius. Inter quos, cum supradictus Petrus adveniret, recordatus visionis suae, quam iamdudum viderat, coepit diligenter vicinorum locorum circumstantias et semitas huc illucque attentis oculis conspicere[22], fixisque vestigiis in via animadvertit ex ipsius loci situ illam eandem procul dubio viam esse, per quam sibi visum fuerat olim Dominum cum suis discipulis[23] advenisse, seque in eadem semita Domino occurrisse, et appropinquans[24] domui in qua puella iacebat, diligenter intuens et F circumspiciens illam, ex ipsius, quam iamdudum viderat visionis imaginatione, indubitanter animadvertit hanc esse domunculam[25], in qua sibi visum fuerat Dominum[26] intrasse cum discipulis suis ut maneret in illa; et tunc primum sensit et cognovit Petrus advenisse plenitudinem temporis, in quo sibi revelare voluit[27] Dominus mysterium suae visionis.

Videt B. Alpais initio suarum visionum Deum sedentem in throno igneo.

14. Caput xiii [1]. — In principio visionum suarum, quando[2] primum desponsavit eam sibi[3] novam nuptam[4] in terris Altissimus, et visitare eam coepit[5] in initio miserationum suarum oriens ex alto, exaltata est et elevata[6] in sancta contemplatione sua usque ad tertium caelum, viditque[7] in visione

[9] sollemnitate 2, 3. — [10] videlicet 3. — [11] circa 3. — [12] sanctae 3. — [13] (v. M.) Mariae semper virginis 2, 3. — [14] videlicet 3. — [15] ardentes *add.* 3, ardentes gerentes *add.* 2. — [16] suis 2. — [17] cr. esse 2. — [18] (de iis-nov.) *om.* 2. — [19] ea 1. — [20] sua 2. — [21] enim 2. — [22] *om.* 2. — [23] sp. ang. 2. — [24] natura *add.* 2. — [25] sine 2. — [26] *om.* 2. — [27] nobis *add.* 2. — [28] modo *add.* 2. — [29] (p. n.) potest 2, 3. — [30] nihil *add.* 2, 3. — [31] etiam 3. — [32] *om.* 2, 3. — [33] eis in. s. 3, inven. simile 2.

Cap. 13. — [1] caput xiii 3, *totum caput om.* 2. — [2] biennium 3. — [3] hab. de ea 3. — [4] v. c. 3. — [5] Sclaleis 1. — [6] *om.* 3. — [7] venire t. r. p. 3. — [8] sequebantur 1, beatus *add.* 3. — [9] erat in. 3. — [10] latitare 3. — [11] accurrens *add.* 3. — [12] procedens 3. — [13] quae 3. — [14] appellatur *add.* 3.— [15] nimis *add.* 3. — [16] et honestius *add.* 3. — [17] v. p. 3. — [18] in eodem loco 3.— [19] aut al. 3.— [20] s. d. 3. — [21] frequentius 3. — [22] circumspicere 3. — [23] d. s. 3. — [24] appropinquasse 3. — [25] illam *add.* 3. — [26] Dominus 3. — [27] voluisset 3.

Cap. 14. — [1] caput xiv 3. — [2] *om.* 2. — [3] sibi p. d. e. 2, p. s. d. e. 3. — [4] nuptam nov. 2. — [5] c. e. 2, 3. — [6] est *add.* 3. — [7] illic *add.* 2, ibi *add.* 3.

Dei

A Dei secreta caelestia. Et ecce thronus regius infinitae magnitudinis et incomparabilis pulchritudinis et claritatis erectus erat in caelo. Et vidit in spiritu sedentem in throno regem regum, et dominum dominantium diademate suo coronatum, cuius splendor, virtus et gloria exsuperat omnem auditum, omnem sensum [8], omnem etiam non solum humanum, sed et angelicum transcendit intellectum. Et thronus eius ut [9] sol igneus, immo plus quam sol igneus in conspectu eius ardebat, et plus quam luna perfecta in aeternum lucebat. Sub throno in circuitu eius per totum discurrebat ignis et [10] inaestimabilis splendor nimis in similitudinem fulguris coruscantis, et erant sub throno quattuor seniores circumamicti stolis albis, qui sustinebant thronum, et dabant gloriam et honorem et benedictionem sedenti in throno, viventi in saecula saeculorum. Et procidit puella in faciem suam ante pedes sedentis in throno et adoravit eum, et facta est in eodem loco super eam [11] manus Domini, et ex illo tempore ingressus est in eam spiritus Domini et illuminavit ignis ille caelestis [12], qui procedebat a throno regiae maiestatis, et datum est ei lumen ad revelationem secretorum caelestium, ut videret sanctarum secreta sacramenta [13] visionum, quas illi [14] per gratiam suam Dominus [15] ex illa die frequentissime dignatus est revelare.

B

CAPUT QUINTUM

Varia miracula edita a B. Alpaide; de natura visionum eius.

Mulierem sanat fistula laborantem.

15. Caput xiiii [1]. — Venit ad virginem sanctam paupercula mulier quaedam [2] quae magna ex parte corporis sauciata, gravi fistulae infirmitate [3] laborabat. Cumque flens ante puellam ut sui misereretur [4] cum multis lacrimis exoraret, et illa responderet se non esse talem [5] aut tanti meriti, per quam Dominus debeat in eam [6] tantam salutem operari, matrona quaedam venerabilis quae tunc forte ad visitandam puellam [7] de eodem oppido, de quo [8] paupercula mulier advenerat,

C mirabili fide animata manum virginis, ipsa etiam [9] quantum poterat reluctante et contradicente, assumpsit, totamque illam corporis partem, in qua mulier aegrotans fistulam patiebatur salutiferae manus attactu circumquaque palpavit et attrectavit, et super aegrotantis vulnera de ipsa puellae dextera signum mirificae [10] crucis impressit. Non statim sanata est mulier ab infirmitate sua, sed fiduciam habens in Domino in bona spe discessit a puella, et in ipso [11] itinere, antequam remeasset ad propria, integre [12] sanata est [13]. Nam et postea matronae illi, de qua superius mentionem fecimus, et multis aliis qui noverant eam, et per multum tempus viderant aegrotantem, se ex toto sanatam et totius doloris expertem ostendit, ita ut solae cicatrices vulnerum in eius corpore remansissent in testimonium [14].

VITA

Iuvenis Cudotensis cognoscit obitum.

16. Caput xv [1]. — Aegrotabat [2] usque ad [3] mortem apud villulam de Cudoth iuvenis quidam, cuius pater iamdudum [4] defunctus fuerat. Ad quem visitandum perrexit quidam canonicus regularis, qui manebat apud puellam. Et tunc solito melius habere coeperat, et [5] de infirmitate sua putabatur convaluisse aliquantulum [6]. Visitato infirmo, rediit canonicus ad cellulam, et facta [7] ibi [8] parva mora vocavit [9] ad se puella canonicum [10] et dixit ei: *Domine mi, ite cito et visitate infirmum illum, ut eius exitum* [11] *precibus Domino* [12] *commendetis, quia iam morti proximus est.* Cui [13] canonicus: *Ne timeas* [14], *domina, quia non tam cito morietur, modo enim paululum* [15] *melius habere coepit hodie, quam heri aut* [16] *nudius tertius, sicut ego ipse* [17] *pro certo* [18] *cognovi, qui ab eius lectulo* [19] *in instanti redii.* Ad quem iterum puella: *Accelerate,* inquit, *citius, et sine mora ad eum descendite* [20], *quia mortuus erit, antequam perveniatis* [21] *ad domum ipsius.* Festinanter cucurrit canonicus, et concito gressu E veniens ad infirmum, invenit eum iam mortuum, admirans quod tam cito iuxta verbum virginis obiisset, qui modo de infirmitate sua convaluisse [22] putabatur. Celebratis de more exsequiis rediit ad puellam canonicus, et diligenter quaesivit [23] ab ea, quomodo verbum istud ei revelatum fuisset. Ad quem puella tandem precibus eius devicta [24]: *Priusquam vocassem vos, venerunt ante me pater meus, et pater iuvenis illius, qui iamdudum a* [25] *seculo transierunt* [26], *circumamicti vestibus* [27] *albis, quorum ego congaudens gloriae diligenter intuens et recognoscens* [28] *illos, interrogavi* [29] *eos quo irent aut quid quaererent.* Et responderunt [30] ad iuvenem illum, qui alterius eorum [31] filius erat, ut eum secum reducerent, advenisse. His dictis, abeuntes accesserunt ad domum iuvenis illius [32] aegrotantis. Qui [33] mox ut ingressi sunt, statim illius [34] anima a corpore [35] soluta est [36]. Obstupuit canonicus, ex iis, quae ei [37] praedixerat, rei comprobans [38] veritatem.

Contendit numquam, nisi forte semel raptam fuisse.

17. Caput xvii [1]. — Requisita a quodam religioso viro utrum in corpore vel [2] extra corpus videat huiusmodi [3] visiones, et utrum umquam [4] rapta fuerit [5] in spiritu vel non. Respondit [6]: *Me raptam esse vel fuisse nec* [7] *audeo dicere, nec praesumo: sicut nec affirmare audeo de visionibus illis, quas vobis me moleste cogentibus refero, ut in rei veritate res ita gestae* [8] *sint, vel* [9] *gerantur, sicut* [10] *fieri demonstrantur. Sed tutius hoc divino relinquo iudicio* [11], *cui nihil opertum est quod non reveletur. Visiones quidem, quas vobis refero* [12] *sicut mihi videtur* [13], *sic in requie mea fieri video sicut eas refero. Sed quid praetendant, aut quid significent, vel quid sibi velint plures earum, et utrum eo modo, vel ordine fiant aut administrentur, quo modo vel* [14] *ordine mihi fieri vel administrari videntur non satis agnosco. Quomodocunque autem* [15] *rei veritas*

[8] sensum o. aud. 2. — [9] sicut 2, 3. — [10] (in cir.-et) erat 3. — [11] illam 3. — [12] ille c. i. 2. — [13] sacr. sec. 2. — [14] ei 2, 3. — [15] D. p. g. s. 2, 3.

Cap. 15. — [1] caput xv 3. — [2] q. m. 3. — [3] molestia 3, (f. i.) fistula 2. — [4] miseretur 1. — [5] talis 3. — [6] ea 2. 3. — [7] p. v. 2, 3. — [8] qua 1, et *add.* 2, 3. — [9] tamen 2, in *add.* 2, 3. — [10] vivificae 2, 3. — [11] Christo 2. — [12] ex integro 2, 3. — [13] sanitati est restituta 2, 3. — [14] redditae sanitatis *add.* 2.

Cap. 16. — [1] caput xvi 3. — [2] aegrotavit 3. — [3] *om.* 3. — [4] *om.* 3. — [5] tunc *add.* 2. — [6] a. c. 2. — [7] factaque 2. — [8] *om.* 2, 3. — [9] eum *add.* 3, eam *add.* 2. — [10] *om.* 2, 3. — [11] Domino *add.* 2. — [12] *om.* 2, 3. — [13] ad quam 2, 3. — [14] timeatis 3. — [15] respiravit et *add.* 3, et *add.* 2. — [16] et 2. — [17] *om.* 3. — [18] modo *add.* 2, 3. — [19] nunc *add.* 3. — [20] d. ad e. 2, 3. — [21] veniatis 2. — [22] c. de i. s. 2, 3. — [23] requisivit 2. — [24] dixit *add.* 2, 3. — [25] *om.* 2. 3. — [26] defuncti sunt 2, 3. — [27] circumamictis. v. 3, c. stolis 2. — [28] cognoscens 3. — [29] interrogans 2. — [30] respondent 2, se *add.* 2, 3. — [31] illorum 2, 3. — [32] *om.* 2. — [33] quam 2, 3. — [34] *om.* 2. — [35] vinculis carnis 2, 3. — [36] est s. 2. — [37] sibi 2, 3. — [38] comprobant 3.

Cap. 17. — [1] *sic* 1, caput xvii 3. — [2] *om.* 2. — [3] eiusmodi 2, 3. — [4] *om.* 2, si 3. — [5] unquam *add.* 2, 3. — [6] *om.* 3. — [7] non 2. — [8] gesta 1. — [9] aut 2, 3. — [10] in requie mea mihi *add.* 2, 3. — [11] r. i. d. 2. — [12] r. v. 3. — [13] videntur 2. — [14] aut 2. — [15] adverse 2.

se

VITA

se[16] *habeat hoc unum scio, quia nec fallor*[17], *nec fallo, quin ea quae vobis dico, sic videam sicut*[18] *dico, et sic dicam sicut*[19] *video*[20]. *De his autem quae mihi Dominus in beneplacito suo prout libet ostendit, quando requiescit in me, sive in eo spiritus meus, utrum in corpore aut*[21] *extra corpus ea videam ego*[22] *nescio, ille scit, qui solus omnia*[23] *novit, qui et me illa nunc vigilantem, nunc dormientem, sive potius requiescentem, videre facit. Semel tamen mihi visum est, si fas sit dicere, quamvis illud pro certo asserere non audeam, me extra corpus meum fuisse. Sed quomodo vel quando de corpore suo exivit, vel qualiter illud exivit anima mea, penitus ignoro. Tam leviter enim et tam subito, sicut mihi visum est, in ictu oculi tunica carnis suae*[24] *exuta fuit anima mea, tamquam si quis indutus tunicam*[25] *desuper inconsutam per viam festinus currat et dum currit tunica subito dilapsa ab*[26] *humeris currentis, et soli labori itineris et cursus intenti, eo nesciente penitus et ignorante decidat in terram, quam tunc*[27] *primum cecidisse cognoscit, quando se nudum videns tunicam suam in terra iacentem* B *post tergum suum respicit. Sic*[28] *nimirum me nesciente penitus et ignorante egressa est, ut mihi videtur, anima mea subito*[29] *de corpore meo. Quod tunc primum comperi, quando ipsa anima*[30] *carne exuta coepit respicere corpus suum exanime, quod in lectulo suo*[31] *iacebat immobile. Aspiciebat autem corpus suum, et in eius contemplatione satis gaudebat, et delectabatur anima mea, quia valde pulchrum erat ei visu, aspectuque delectabile, et attrectabat illud, et sublevabet, et grave erat valde*[32] *et onerosum animae meae pondus oneris eius, et tam miro affectu diligebat et amplexabatur illud. Dumque sic esset anima mea*[33] *exuta a corpore suo*[34], *et aspiceret illud, circumspiciens undique vidit subito infinitas hominum turbas discurrentes huc illucque more ferarum, tamquam amentes et sine sensu fugere cupientes et fugae locum*[35] *non invenientes. Ad quorum strepitum tremefacta et territa anima mea, dicto citius iterum intravit*[36] *in corpus suum, me nesciente penitus et ignorante, quomodo vel quando redierit in illud. Nam sicut ego nec scivi*[37], *nec sensi, nec comperi*[38] *quando vel qualiter*[39] *de corpore exuit, et carnem exuit, ita nec sensi nec comperi quomodo*[40] *vel qualiter iterum introivit in illud. Quemadmodum si quis in navi dormiat, qui*[41] *per aquas* C *fluminis leviter natando currens iam ad portum devenerit*[42], *nescit nec intelligit quando vel qualiter ad littus applicuerit*[43]. Illud autem[44] valde mirificum est, et admiratione dignum, quod eadem nocte qua puella vidit istam visionem, apparuit in somnis anima eius tamquam de corpore suo egressa venerabili Petro de Schaldeis[45], de quo[46] superius mentionem fecimus. Nam dum idem monachus eadem nocte dormiret, videbatur ei quod anima virginis exuerat se[47] de corpore suo, et exierat de illo, et veniebat ad eum, et stabat ante eum magno circumdata lumine, et inaestimabili decorata pulchritudine. De cuius adventu non mediocriter gavisus monachus exsultabat et congratulabatur ei, admirans inopinatum pulchritudinis eius decorem, ipsa nihilominus ei congaudente, cumque simul in aspectu mutuo sibi invicem congratularentur, ecce subito prospiciens a longe monachus vidit exercitum hominum magnum valde, et terribilem huc illucque cum grandi strepitu currentium, qui quaerebant animam puellae, et dentibus fremebant in eam, quasi vellent eam diripere et secum violenter abducere[48]. Puella vero prae timore eorum exterrita confugit ad monachum. Quam ille benigne suscipiens protegebat, et abscondebat sub cuculla sua, et nitebatur eripere eam[49] de manibus quaerentium eam[50]. Cumque illi malefici homines etiam monacho pro puella molesti et infesti essent[51], volens anima virginis suae quieti[52] et paci monachi consulere, effugit subito de manibus eius, et dicto citius regressa est in corpus proprium, admirante monacho quomodo tam cito potuisset in illud intrare, simul et gaudente quia sic evasisset de manibus inimicorum suorum. Hanc monachi visionem, quia satis consona est visioni virginis, interseruimus, ad quam nunc redeundum est : ut quid virgo de natura animae dixerit, aut senserit exsequamur[53]. Interrogata enim[54] cuiusmodi res esset[55] anima, et utrum se[56] videret anima, quando corpus suum, a quo egressa fuerat, videre poterat et[57] quos aut quales haberet oculos ad[58] se vel ad[59] corpus suum intuendum, respondit se nullatenus hoc ad liquidum[60] demonstrare, quia nullum in toto mundo poterat exemplar invenire iuxta cuius imaginationem[61] posset animae similitudinem, aut naturam ostendere. *Anima enim*, inquit, *ipsa cum sit simplex*[62], *invisibilis*[63], *incorporea, non est divisa per partes, sicut corpus, aut*[64] *per membra. Non enim habet manus aut pedes, quibus tangat aut ambulet*[65], *non oculos aut aures quibus videat, vel*[66] *audiat. Nam in cunctis actibus*[67] *aut*[68] *motibus suis tota simul adest. Unde etiam quicquid ipsa tangit tota simul tangit, et mollia vel dura tota simul approbat vel improbat. Calida quoque et frigida summo tantum*[69] *digito tota discernit, quicquid odorat, tota odorat*[70], *tota odores recolit, quicquid sentit, tota sentit*[71], *tota sapores discernit, quicquid audit tota audit*[72], *tota sonorum reminiscitur, quicquid videt, tota videt, et tota visorum meminit, et ut brevi*[73] *dicatur, anima tota tangit, tota odorat, tota sentit, tota audit, tota reminiscitur, tota videt*[74], *et etiam seipsam*[75] *videt cum carne soluta est. Nam quamdiu in carne est*[76] *non potest seipsam*[77] *videre, quia non potest se totam in seipsa*[78] *colligere, ut se solam inspiciat occurrentibus sibi similitudinibus, et imaginationibus rerum corporearum*[79], *quas per sensus corporis exterius capit, quibus impedita non potest seipsam totam*[80] *cernere. Nullo loco continetur anima, quia localis non est, nullis membris circumscribitur*[81], *quia incorporea est, nullo spatio finitur, quia quantitate caret*[82]. *Non enim per loci spatium ita sistitur aut moretur, ut maiore*[83] *sui parte*[84] *maiorem locum occupet, et breviore breviorem, minorque sit*

D E F

[16] *om.* 2. — [17] non fallo 2. — [18] et *add.* 2, 3. — [19] et *add.* 2, 3. — [20] videro 1. — [21] an 3. — [22] *om.* 2. — [23] om. s. 2. — [24] meae 2. — [25] *om.* 2. — [26] *om.* 2. — [27] sibi *add.* 2. — [28] sicsic 3. — [29] *om.* 3. — [30] mea *add.* 3. — [31] *om.* 3. — [32] g. v. e. 2, 3. — [33] *om.* 3. — [34] (ex.-suo) extra corpus suum 2, 3. — [35] viam 2, 3. — [36] intr. it. 2. — [37] (n. s.) nescivi 2, 3. — [38] (n. c.) *om.* 2, 3. — [39] quomodo 2, 3. — [40] quando 2, 3. — [41] quae 2, 3. — [42] advenerit 2, 3. — [43] appl. ad l. 2, 3. — [44] etiam 3. — [45] Schalleis 1. — [46] saepe *add.* 3. — [47] (ex. se) exiverat 3. — [48] adducere 3. — [49] eam er. 3. — [50] animam eius 3. — [51] ess. et inf. 3. — [52] q. s. 3. — [53] (illudvalde mirificum-ex.) *om.* 2. — [54] autem 2. — [55] erat 2, 3. — [56] seipsam 2, 3. — [57] *om.* 2. — [58] aut 3. — [59] *om.* 3. — [60] posse *add.* 3. — [61] imaginem 2. — [62] et *add.* 2, 3. — [63] et *add.* 2, 3. — [64] nec 2, 3. — [65] amb. aut t. 2, 3. — [66] aut. 2, 3. — [67] artibus 2. — [68] et 3. — [69] t. s. 2. — [70] et *add.* 2, 3. — [71] et *add.* 2, 3. — [72] et *add.* 2, 3. — [73] brevius 2. — [74] (et tota visorum — videt) *om.* 1. — [75] se 2, 3. — [76] est in c. 2, 3. — [77] se totam 2, 3. — [78] seipsam 2. — [79] corporalium 3. — [80] tot. semetipsam 2, semetipsam t. 3. — [81] conscribitur 3. — [82] (nullis membr.-car.) nullo sp. fin. quia q. c. nullis membr. circumscribitur quia inc. est 2. — [83] maiori 2, 3. — [84] (s. p.) super te 1, partem s. 2.

in

A *in parte, quam in toto. Nam per omnes corporis sui particulas tota simul adest. Unde in quocunque loco percutiatur aut pungatur pars corporis quamvis modica vel extrema, tota simul dolet. Non* [85] *minor est in minoribus corporis sui membris, et maior in maioribus, sed alicubi* [86] *intentius viget* [87], *alicubi* [88] *remissius, et in minimis tota, et in maximis* [89] *tota, et in omnibus tota* [90] *et in singulis tota. Sicut* [91] *Deus ubique* [92] *est Deus* [93] *in toto mundo suo, et in omni creatura sua, omnia vivificans, movens, et gubernans sicut ait apostolus* [94] *; quod in eo vivimus, movemur, et sumus, sic anima in toto corpore suo ubique tota viget, tamquam in suo quodam mundo* [95] *vivificans illud, movens* [96] *et gubernans, intentius in corde et in cerebro, quemadmodum Deus tamen in caelo praecipue dicitur esse* [97] *et sicut ipse est* [98] *in mundo suo interius et exterius, superius et inferius, sic anima in corpore* [99], *regendo illud est superior, portando inferior, replendo interior, circumdando exterior. Sic est intus ut extra sit, sic circumdat ut penetret, sic praesidet ut portet, sic portat ut praesideat et sicut Deus nec crescentibus creaturis crescit nec decrescentibus decrescit : sic anima nec minutis membris minuitur, nec adauctis augeatur* [100]. Haec vidit de anima puella simplex ut columba [101], quae nisi serpente prudentior esset numquam tantam [102] simplicitatem videre meruisset.

Explicit liber quartus illius de Cudot [103].

[85] nec 2, 3. — [86] alicui 1, 2. — [87] et *add.* 3. — [88] alicui 2, 3. — [89] est *add.* 3. — [90] (et in om. t.) *om.* 2. — [91] enim *add.* 3. — [92] ub. D. 2. — [93] totus 3. — [94] ap. a. 2, 3. — [95] (in s. q. m.) mundo suo 2. — [96] enim *add.* 2. — [97] (tamen-esse) t. p. d. e. in c. 2. d. e. in caelo 3. — [98] *om.* 3. — [99] suo *add.* 2, 3. — [100] augetur 2, 3. — [101] *om.* 3. — [102] animae *add.* 3, animae tantam 2. — [103] *alia manu totum explicit descriptum* in 1, (i. d. c.) *om.* 2, (i. d. c.) venerabilis Aupes virginis de Cudoth 3.

B E

ADDITAMENTA

AD VITAM B. ALPAIDIS

Edita ex codice Carnotensi signato num. 131, foliis 51v-53r. Cfr. dicta in Commentarii praevii num. 16.

Visio de B. Virgine Maria,

1. Capitulum primum. — Accidit quadam vice ut elevata in spiritu videret admirabilem personam cuiusdam feminae, et ultra quam credi potest mirabiliter gloriosam, quae ita clara et perspicua intus sicut foris, et velut sol tam intus quam foris, splendida. Vidit etiam quod in utero virginis illius gloriosae, scilicet Mariae, infans similis gloriae et splendoris habitaret, habens in capite suo coronam duobus coloribus diversam, scilicet candidam et rubeam, et tenebat in manibus suis duos flores, unum rubeum et alterum candidum, ipsas manus habens protensas in sublime. Beata vero Maria coronam habebat in capite totam candidam et ultra modum formosam. Veniens autem Aupes procidit ante pedes Virginis, et Filium rogatura pro ecclesia. Ipsa vero orante, vidit et ecce arbor quaedam* nascens de infante, exibat* per caput eius et progrediens inde procedebat per caput Virginis matris, et paulatim crescens usque ad infinitum replebat universam superficiem terrae, pertingens nihilominus usque ad caelum. Coepit valde mirari virgo Aupes *a*, quod tantae molis arbor tam recta existeret ut Filium nec Matrem ex quibus oriebatur in neutram partem inclinaret. Mirabatur virgo tam magnitudinem quam pulchritudinem arboris, cum subito vidit immensam multitudinem tam hominum quam feminarum sub ramis arboris, quorum alii tangebant arborem illam, alii vero non tangebant. In ramis vero arboris vidit candidas aves, quarum non erat numerus. Evigilans autem Aupes de somno suo, vidit postmodum in mundo, de hominibus illis qui tangebant arborem, ad se venientes, ad eam visitandam, et eos sine dubio cognoscebat *b*.

C

* *cod.* quidam

* *cod.* exiebat

b de abbate mortuo monachos suos ablactante, et de ultimo iudicio,

2. Capitulum ii. — Alia vice accidit quod ita infirmaretur ex omni parte membrorum ut paene ei prae nimio dolore solverentur omnes compages membrorum, ita ut animam suam dolor excuteret et evelleret a visceribus eius. Et cum se exutam anima a corpore videret, coepit diligenter inspicere corpus suum deforme et quasi tetrum, et ut ita dicam infirmatum abhorrere. Et diffusa in contemplatione, visum est ei quod esset apud abbatiam Fontis Ioannis *c*, ubi non longe ante sepultus fuerat abbas Guduinus *d*, vir bonae memoriae et sanctae conversationis. Quae respiciens ad tumulum ipsius, vidit quod lapis superpositus corpori eius vel scissus esset in duas partes, vel inde remotus. Surgens autem inde abbas et sedens, manum mittens ad mamillam suam dexteram et premens, eliciebat inde lac abundans, ita ut omnes fratres qui videbantur circumstare abbatem, tam per capitulum quam in monasterio, sufficienter rigaret. Et cum hoc beatus resupinum se collocabat in tumulo, sicut erat prius, cum hoc virgo itaque vidisset, conversa ad alia audivit clamorem magnum ita terribilem et magnum ut per totum orbem terribiliter posset audiri. Post clamorem tam terrificum, in momento vidit mundum totum plenum antris, ex quibus singulis sive vir sive femina celerius procedebant. Cum itaque omnes surrexissent, apparuit quaedam mirabilis maiestas quam sequebatur pars illorum qui surrexerunt cum gaudio et laudibus, praecedentem in caelum; alia vero pars quae remanere videbatur in terra, terra dehiscente, videbatur cadere in infernum. Aupes vero cum non in caelum cum aliis ascenderet, et cum descendentibus in infernum descendere refugeret, in corpus proprium remeavit.

F

de gloria et felicitate beatorum.

3. Capitulum iii. — Quadam vice cum adhuc viveret dominus Petrus, prior de Cudot *e*, amicus per omnia virginis Aupet, in mense septembrio contigit ut obdormiret, et se cum eodem Petro in quodam viridario ultra modum delectabili transactam et constitutam conspiceret. In eodem viridario omnes herbae florigeres et arbores florentes tantum odorem emittebant ut eius fragrantia satiarentur, cum ecce multitudo maxima et innumerabilis exercitus candidatorum et beatorum spirituum coepit convenire et hinc inde advolare. Et

VITA Et cum ibi consisteret, apparuit ibi gloriosa virgo Maria, caeli porta, omni laude dignissima, cui congaudebant universi qui ibi aderant, et audivit vocem Aupes, quae cum aliis astabat, dicentem : *Cantemus;* responsumque est : *Quid vel de quo cantabimus?* Dictumque est : *De domina nostra beata Maria.* Post hanc vocem eruperunt omnes in vocem laudis tantae suavitatis, tantae iocunditatis, ut omnem audientem ultra modum delectaret. Huius tam mirabilis melodiae supradictus Petrus prior, particeps videbatur existere, et cum cantantibus, Aupes tacente, concinere. Et cum confunderetur Aupes quia cum cantantibus non cantaret, in ipsa cogitatione, adveniens quidam iuvenis ad eos qui cantabant, et appropians ad virginem dixit : *Quare non cantas? — Domine,* ait, *nescio.* Post hanc responsionem edocta a Deo et Spiritu sancto, coepit similiter cantare. Vidit etiam quod cantantibus illis gloriosa virgo Maria vasculum quoddam ultra modum formosum in modum calicis factum, inter duas manus teneret, et nescio quid intus, unde tantus odor et fragrantia suavis exibat ut omnes satiaret. Cum diu can-
B tassent, coeperunt omnes, unus post alium ad beatam Mariam accedere, quos omnes de eo quod erat in calice communicavit. Petrum quoque, quem supra diximus, post illos, ita ut Aupes ultimam communicaret. Quod ipsa non mediocriter aegre tulit quod Petrus ante ipsam communicasset. Post sex menses, scilicet in martio, idem Petrus defunctus est. Et tunc Aupes intellexit quare ante eam in illa congregatione prior communicavit.

Tentationem gulae devincit,

4. Capitulum iv. — Quadam die accidit ut beatae memoriae vir in ordine suo idem Petrus, prior de Cudot, carnem porcinam beatae virgini, ut eam velle noverat, ad refectionem praepararet, et coctam ipsemet ei apponeret. Cum autem semel aut bis in os virginis ex eadem carne misisset, tam libentissime et cum maxima aviditate susceptam comedit, ut ad id quod supererat devorandum cor eius valde accenderet. Erat autem in parochia de Cudot quaedam vetula gravi infirmitate lecto decumbens, quae tanta paupertate laborabat, ut etiam necessariis indigeret, cui beata virgo tanta compassione condescendebat, ut de suis cibis etiam ei frequentissime transmit-
C teret. Cumque de ipsa carne quod superesset ab ipso initio mittere decrevisset, cum eam tam sapidam invenit, totam comedere disposuit, et die crastina de alia carne eius necessitati subvenire. In se autem divinitus reversa, et malum gulositatis in suo pectore serpere deprehendens, a proposito resiliit et subito modicum de ipsa carne cum baculo* tollens, et ante oculos suos revolvens inimicum sibi occulte insidias tendentem viriliter, quasi cum indignatione magna, ipsam carnem a conspectu suo praecepit amoveri, et aegrotanti supradictae vetulae, sine dilatione transmitti praecepit. Supradictus vero Petrus prior, qui eandem pascebat tentationem, eius interiorem non intellegens, obsecrare coepit eam quatenus de ipsa carne aliquantulum adhuc gustaret. Quippe qui multum de eius refectione et hilaritate gaudere consueverat, ministris quoque praecipiens quatenus sublatam inde carnem reservarent, ut scilicet post aliqua horarum spatia, iterum de ipsa comederet. Quae renuit, asserens se nullo modo de ipsa carne amplius gustare, sed potius quod dixerat, scilicet ut aegrotanti deferretur obtinuit. His igitur ita transactis, nocte sequenti, in sancta meditatione vigilanti Aupex sanctissimae,* subito venit ante eam hostis antiquus, in similitudinem coqui cuius- D
dam, optime ornati, secum deferens omnem apparatum ciborum in vase non modico, admonens illam quatenus de cibis cum tanta diligentia praeparatis vesci non dubitaret. Beata autem virgo admirans tali hora intrasse thalamum suum quempiam cum cibo, paulului intra se cogitans deprehendit inimici astutias, et avertens* faciem suam, amplius in eum respicere noluit, nec ad ea quae sibi detulerat. Quod animadvertens inimicus se scilicet praeventum confusus inde recessit per ostium murmurans et dicens nullatenus se ad eam amplius venturum, nec aliquid ei delaturum. Quod audiens virgo beata, gavisa est interius se non de fraude diaboli per gratiam Domini devictam, sed de eo quod dixit se nullo modo ad eam reversurum.

* cod. babuto

* cod sanctissimae

* cod. advertens

impudicum eam impetentem

5. Capitulum v. — Multifarie multisque modis egit inimicus humani generis quomodo hanc virginem deciperet et eam saltem in voluntatem peccati induceret ; sed Domino protegente non praevaluit. Siquidem quadam nocte, intempestae noctis silentio adveniens, transfiguravit se in speciem E
cuiusdam canonici, nolo nomen edicere, qui aliquandiu cum ea in domo Cudoti mansionem habuerat, qui ad peccatum carnis pronus, non solum diabolica, sed et propria concupiscentia illectus, nefanda adversus sanctam virginem in amore eius exardescens excogitaverat, et in multis cor eius tentaverat, ambiens omnimodis verbum rapere ex ore eius per quod ad peccati ruinam incitaret.

in fugam vertit,

6. Capitulum vi. — Huius igitur specie, rasus barba et corona, se praesentavit, et de contra fenestram quae in muro capellae facta est *f*, substitit, et f
nihil dicens iacentem conspiciens. Quae eum intuens, et primo cogitans quod tunc temporis idem canonicus ibi non maneret, animadvertit astutias diaboli, et adversus eum fremens cogitavit qualiter eum inde eliminaret. Crucis igitur signo armata, baculum quem prope se habebat arripuit, cogitans intra se eum de baculo ferire, si propius accederet, quod et fecit : nam cum aliquandiu substitisset, paulatim de loco ubi prius apparuerat se movens, et pedetentim ad eam accedens, illa se anticipans et a lecto se versus spondam lecti anteriorem extrahens ubi propius accedere visus est ; baculo quem tenebat cum magno adnisu F
ferire tentavit. Sed ipse se retro ab ictu ferientis subtraxit. Hoc autem faciebat ille fraudis commotor cogitans et desiderans si quomodo eam a lecto separans in terram cum collisione capitis vel laesione membrorum praecipitaret. Illo rursum accedente, beata virgo ictum vibrans cum tanto impetu et vigore se ferire aestimans, totum illud corpus, quod videbatur, per medium a capite usque ad genua scindere sibi visa est tam subtiliter et leviter ac si corpus plumeum medium secasset. Tanto itaque adnisu in ipsa percussione se invexit ut de lecto in scamnum, de scamno vero in terram rueret, ubi sine laesione permanens, quia relevare se inde post ictum non potuit. Inventa est, mirantibus cunctis, quomodo id ei praeter solitum accidisset, ut in terram deiecta, iacens inveniretur.

aegrotum sanat,

7. Capitulum vii. — Quidam familiaris eius graviter usque ad mortem paene aliquando infirmatus est, et in eam post Deum totam spem et fiduciam habens, per quendam nuntiare curavit quatenus ei compateretur, et Dominum sive genetricem ipsius pro eius salute obnixe precaretur ; ut aut remedium sanitatis ipsa intercedente obtineret, aut

A aut cito corpus quod ita gravabatur deserens, vitam finiret, ne tam gravi dolore pressus, aut in desperationem caderet, aut fratribus suis a quibus graviter ferebatur diu onerosus existeret. Cui beata virgo non mediocriter compatiens, misericordiam Domini super hoc obnixe* coepit deprecari. Perseveranti igitur in oratione visus est in visione sancta quod in domum quandam pulchram et pulchre caelatam duceretur, comitantie agmine virginum, praeeunte quadam excellenti et gloriosissima domina regina caeli, scilicet Maria; in qua cella nonnulli infirmi infirmitate gravati detinebantur, ubi erat ille singularis amicus eius, de quo superius mentio facta est, gravius et periculosius cunctis laborabat. Cumque illa praecellens et praecedens domina cunctos qui ibi gravabantur ex ordine visitasset, cum ad illum amicum Aupes venire debuit, numquam ad eum divertit, nec etiam faciem suam ad eum convertit. Haec autem cum praedicto comitatu virginum, Aupes subsequente, recessit. Videns Aupes quod, non visitato amico suo, recederet, aegre tulit et ultra modum anxiata* super eam spem eius. Quid** ageret cum nesciebat, non praecedentem dominam pro eo inquietare audebat. Sic factum est semel, sic secundo. Unde non modico doloris affectu et compassionis crescentis affectu constricta Aupes, nullum remedium languori suo apponere praevalens, ad* solum orationis perseverantis auxilium et divinae miserationis respectum et beatae Virginis subsidium convertebatur. Tertia iam vice visum est beatae virgini Aupes quod praedictam domum intrante et visitante beata Virgine cum praedicto agmine virginum, et ipsa Aupes sequente, infirmos solito more visitaret, et ad illum amicum Aupes quem semel et secundo non visitatum reliquerat iam ante, ad eum venit et manu propria mentum eius apprehendit, et quasi congaudens commovit. Ad cuius tactum statim coepit aeger melius habere et quasi avis alas expandens ad volandum de nido subsilire*. Satis ergo post hanc visionem constitit illum brevi tempore ad sanitatis gaudia pervenisse.

* *cod.* obnoxie

* *cod.* anxiatus

** *cod.* quod

* *cod.* ut

VITA

* *cod.* subsilere

orat pro defunctis.

8. Interrogata a quodam speciali amico suo Aupes beata, astantibus quibusdam honestis et religiosis viris, utrum quando in dormitione sancta requiescit, familiarium vel amicorum suorum qui in terra versantur recordetur, vel oret pro eis, respondit: *Etiam, domine, non solum memor et sollicita, sed et si laeti vel tristes fuerint clare et perspicaciter intueor.*

Explicit.

ANNOTATA.

a *Codex hoc loco habet* Aupex. *Ceteroquin non una est in hoc fragmento nominis* B. Alpaidis *scribendi ratio; nunc enim* Aupes, *dein* Aupez *et* Aupet. *Consuetam formam* Aupes *ubique servandam duximus.*

b *En aliam formam istius visionis quae relata est supra lib. III, cap. 8, et apud Caesarium Heisterbacensem. Cfr. supra pp. 167, 194.* E

c *De abbatia Fontis Ioannis dictum est in annotato* b *ad lib. II, cap. 3, p. 189.*

d *Est nempe Gilduinus abbas, de quo supra p. 189. Attamen ad rem ipsam quod spectat, visio, sicut nunc narratur, potius concordat cum visione de presbytero Ricardo relata in libri quarti cap. VI, p. 200.*

e *Utrum idem ille sit cum Petro Carnotensi vel cum Petro de Scaldaeis, de quo saepius recurrit mentio in Vita* B. Alpaidis, *definire non licet.*

f *Haec fenestra reclusorii* B. Alpaidis, *quod ecclesiae Cudotensi adiacebat, constructa erat in ipso pariete a cornu evangelii. Cfr. Tridon, op. cit., p. 300*

DE B. SIMONE DE SANCTO ARCHANGELO

C ORDINIS PRAEDICATORUM F

ANNO MCCCXXIX

AUCTORE J. D. B.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ Unica. De B. Simonis Actis, deque eius prosapia et vitae chronotaxi.

B. Simonis *Acta*

1. *In oppido, cui nomen est a* Sancto Archangelo, *non procul a civitate Ariminensi sito, fit memoria* B. Simonis *nuncupati* de Ballanchis *ac familiae S. Dominici inter conversos ascripti, qui inde ab anno 1820, ex concessione Pii VII, pontificis maximi, tum in dioecesi Ariminensi, tum apud Fratres Praedicatores, missa ac divino officio honoratur* (1). *Haud scio an de beato viro documentum supersit aetate praestantius notitia illa biographica, quae tum* Annalibus Magistrorum generalium Ordinis Praedicatorum, *auctore Hieronymo de Bursello* (2), *ad calcem annexa est, tum libro III, distinctione septima, de* Insigniis Ordinis Praedicatorum, *auctore Ambrosio Taegio* (3), *inserta legitur. Huius notitiae duplex apographum prae manibus habemus, alterum ex codice Bononiensi nobis descripsit R. P. Thomas Bonara, alterum, transmissum decessoribus nostris, servatur in codice regio Bruxellensi 8931. Cum hac notitia biographica bene convenit breviculum Vitae, quod publici iuris fecit Leander Albertus in libro* de viris illustribus Ordinis Praedicatorum, *fol. 260. Itaque infra edemus hanc Vitam* B. Simonis *ex apographo Bruxellensi, collato cum Bononiensi,* *adiectis*

(1) *Summarium probationum ad cultus confirmationem obtinendam.* Romae, 1820, ad calcem. — (2) Cfr. *Act. SS.*, tom. I Nov., p. 402, num. 2. — (3) Ibid.

AUCTORE J. D. B.

adiectis etiam discriminibus quae apud Albertum occurrunt.

Videntur esse elogium emortuale.

2. *Sed quis ista* B. Simonis *gesta valde ieiuna conscripserit, quove tempore, incertum plane est. Rectius forsitan ista gesta dicemus elogium quoddam emortuale, quod religiosarum familiarum sodales suis menologiis inscribere solent, ne fratrum, qui ceteris vitae suae sanctitate exemplo fuere, memoria ex toto perditum eat. Immo putare licet elogium haud multis post* B. Simonis *obitum evolutis annis concinnatum fuisse, dum adhuc aliquot fratres, tantarum virtutum testes, supererant. Quod ideo conicio quod nonnulla saltem solito pressius definita commemorantur. Occasio autem conficiendi elogii fuit ea veneratio quam cives Ariminenses beato viro exhibebant. Elogium ex charta, quae in archivo recondita erat, descriptum ac forsan nonnihil emendatum de Bursello et Taegius aliis monumentis, quae sedulo colligebant, adiungendum curaverunt. Utrum miracula quae Deus per* B. Simonem *operari dignatus est, scriptis umquam commendata fuerint, decernere nequeo, quoniam de his nihil traditum accepimus.*

Eum e stirpe nobili Ballanchorum fuisse tradit membrana in urna funebri inventa;

3. *Non est cur in longum excurrat commentarius praevius, cum, exceptis duobus dubiis, cetera clarescant. Etenim* B. Simonis *natalia subobscura sunt, eiusque annus emortualis in controversiam vocatur. Et primo quidem ad* B. Simonis *originem quod spectat, inde a saeculo XVII* (1) *ortus praedicatur ex inclita stirpe de Ballanchis, dominis olim opulentissimi oppidi Sancti Archangeli, eumque dicunt nepotem Laurentii de Ballanchis, qui, ineunte saeculo XIV, Ariminensem ecclesiam rexit* (2). *Huius sententiae assertores momentosum proferunt documentum. Scilicet anno 1763* (3), *decima nona decembris, accesserunt causae postulatores ad ecclesiam Fratrum Praedicatorum civitatis Ariminensis Sancto Cataldo dicatam, urnam quae beati viri lipsana continet inspecturi. Itaque, amota mensa lapidea altaris S. Petri martyris, sub quo sepultus iacebat, apparuit capsa lignea clavis obserata, in qua reperta sunt ossa ac cinis corporis humani cum membrana significante corpus* B. Simonis *in hac capsa, die 5 novembris anni 1602, fuisse reconditum. Tenor vero membranae est sequens :*

C

Foris. — Translatio beati Simonis de Ballachis, conversi de S. Archangelo, facta fuit die 23 novembris 1602 sub pontificatu Clementis octavi.

Intus. — In Dei nomine. Amen. — Anno ab humana redemptione 1489, indictione septima, pontificatus Domini nostri Innocentii, divina providentia papae octavi, de licentia domini Mauri Ferrariensis, vicarii domini Iacobi, episcopi Ariminensis, gubernatoris totius Romandiolae, vigesima septima decembris, videlicet die Sancti Ioannis evangelistae, translatum fuit venerabile corpus beati Simonis de Ballachis, de comitibus castri S. Archangeli, habitus conversorum Ordinis Praedicatorum, conventus Sancti Cataldi de Arimino, et in hac arca venerabiliter collocatum fuit.

quae sententia minime est probabilis.

4. *Et certe, si anno 1763, quando facta fuit haec sacrarum reliquiarum elevatio, viri periti in hunc finem vocati, facto examine, sub fide iurisiurandi dixissent membranam illam, saltem ex parte sua interiori, scripturam saeculi decimi quinti referre, nemo dubitaret quin hac aetate traditio viguerit* B. Simonem *ex hac gente, quam ipsi prosapiam* D *assignant, procreatum fuisse. Sed nihil invenire licuit unde iure statuatur hanc curam adhibitam fuisse ; nec modernus huius nobilitatis assertor Marinus Marini* (4), *qui erudite quidem de patriae rebus commentatus est, ullis documentis suam sententiam communivit ; ideo forsitan quia nulla supersunt. Quod revera ita obtinere putamus, inspecto libello clarissimi viri Ludovici Tonini* (5). *Hic maxima cura collegit Ballanchos omnes, de quibus in huiusce aetatis chartis Ariminensibus mentio recurrit. Concedit gentem illam apud Sanctum Archangelum sedes suas habuisse, negat vero illam aliquando comitatu Ariminensi potitam fuisse, ullamve superesse memoriam istius Rodulphi, qui* B. Simonis *pater nuncupatur. Ex emphyteosi firmata anno 1250 afferri possunt hae subscriptiones :* Rainerius Ridulfini de Sancto Archangelo et Oddo filius Balacci de eodem loco. *Sed qui, propter qualemcumque verborum corruptelam, Ridulfinum istum patrem* B. Simonis, *agnosceret, eum, quod ipsa nominum oppositio postulat, a Balanchs removeret. Praeterea auctor Vitae mox edendae hanc* E *nobilitatem nescivit, nempe Leander Albertus, quam patrem* Simonis *virum popularem vocando, negasse videtur ; nec anno 1585 Antonius Senensis* (6) *illius generositatis mentionem inducit. Sed anno 1607, Michael Pio* (7) *nihil haesitans Ballanchi nomen* B. Simoni *restituit. Quis ergo mirabitur si perpendenti quanto discrimine, ante et post translationem anno 1602 factam, beati viri meminerint scriptores, suboriatur dubium de certitudine traditionis saeculo decimo septimo vulgatae ? Immo si membrana anno 1763 reperta una manu descripta est, severum forsan, sed non iniustum criticum ageret, qui suspicaretur pristinum titulum anno 1602 corruptum fuisse. Etenim tunc temporis non semel accidit ut quod prius locum nativitatis significaverat, postea vero ad normam vocis gentiliciae usurpatum illos, cuius non erant, genti nobiliori adscripserit.*

Anno 1329 obiisse videtur B. Simon.

5. *Incertum est secundo utrum beatus vir vita cesserit anno 1319. Etenim adhuc in vivis erat dum frater Hieronymus, S. Dominici alumnus, Ariminensis ecclesiae curam gerebat; is vero idibus martii anni 1323 episcopatum suscepit* (8). *Incertum autem esse annum 1319 iam monuerat Antonius Senensis* (9) *his verbis :* alii scribunt quod obierit F anno 1329. *Atque hunc annum probabiliorem dices si quae acta sunt inter* B. Simonem *et Hieronymum episcopum certa putaveris. Cum vero mortuus fuerit hac aetate, qua quis decrepitus censetur, saltem annum sexagesimum agebat. Unde, si obierit anno 1329, natus est beatus vir ante annum sexagesimum nonum saeculi decimi tertii.*

Non probantur ea quae traduntur de principis Ariminensis testamento in favorem ecclesiae Servorum B. M. V.

6. *Reliquum est ut ea etiam adducamus, de quibus nihil quidem in beati* Simonis *gestis traditum invenimus, sed quae a Gianio relata fuerunt. Sunt vero sequentia.* Anno Domini 1312 D. Malatesta de Malatestis, Arimini princeps, morti proximus, cum a B. Simone Ariminensi, ex oppido S. Archangeli, Ordinis Praedicatorum, didicisset, quod ei beata Catharina, virgo et martyr, cui Simon addictissimus semper fuerat, revelaverat, futurum nempe prope diem, ut in ea civitate ad honorem B. M. V. divini spiritus instinctu erigeretur delubrum, religiosissimo huic operi, quoties faciendum esset, aliquid conferre decrevit ; proindeque testamento

(1) M. Pio, *Delle vite degli uomini illustri di S. Domenico.* — (2) Tonini, *Storia civile e sacra Riminese.* Rimini, 1862, tom. III, p. 302; cfr. Tonini, *Rimini nella signoria de' Malatesti*, part. I, p. 401. — (3) *Summarium*, num. 10. — (4) *Memorie istorico-critiche della citta di Santo Archangelo.* Roma, 1844, pp. 89 sqq. — (5) Tonini, *Rimini nella signoria de' Malatesti*, part. I, pp. 469, 470. — (6) *Chronica fratrum Praedicatorum*, p. 174. — (7) Op. cit. — (8) Tonini, *Rimini nella signoria de' Malatesti*, part. I, p. 406. — (9) Libro et pag. cit., not. 6.

legavit

AUCTORE J. D B.

A legavit 700 monetae libras, prout ex actis Ravaldini Ariminensis notarii colligitur. Principe mox defuncto, paulo post Arimini adfuit F. Guido Cizanus (1). *At Gianius peccavit quod hac asseveratione contentus, scilicet :* singula in hoc capite contenta ex eorundem conventuum monumentis colliguntur (2), *ipsa tamen documenta evulgare omiserit, ita ut certam de illis fidem nobis facere nequeat. Nam magnifici illius viri domini Malatestae de Verruculo, vita functi anno 1312* (3), *testamentum, conditum 18 februarii 1311, typis mandavit Ludovicus Tonini* (4). *At in illo nihil de tanta pecunia Servis B. Mariae eroganda. Forsitan insignis ille Servorum benefactor dicendus est Malatestinus dall' Occhio, qui obiit anno 1317* (5). *Quae coniectura inde firmaretur quod, anno 1317 mense martio, Servi B. Mariae Ferrantinum, praecitati filium, ac concilium Ariminense rogaverint ne censum triginta sex librarum Ravennatensium solverent pro domibus aliquot coemptis* in contrata Sanctae Mariae in Curte, in quibus domibus aedificanda est ecclesia dictorum Fratrum in honorem B. Virginis Mariae (6). *Iterum tali asserto chronographi Ariminenses contradicere videntur, referentes ecclesiam Servorum dedicatam fuisse 9 novembris anni 1315* (7). *Quicquid id est, dolendum quidem eruditum virum Ludovicum Tonini, tractando de coenobio Servorum in civitate Ariminensi incohato minus respexisse ad Gianium, nec certo definivisse utrum verum dixerit necne.*

(1) *Annales S. Ord. fratrum Servorum B. M. V.* Luccae, 1719, tom. I, part. I, p. 223. — (2) Ibid., p. 225. — (3) Tonini, *Rimini*, part. I, p. 25. — (4) Ibid., part. I, append., p. 21. — (5) Ibid., part. I, p. 35; cfr. p. 307, tabul. IV. — (6) Ibid., p. 431; cfr. append., p. 37. — (7) Ibid., parte prima, p. 431.

B E

VITA B. SIMONIS DE SANCTO ARCHANGELO

Edita secundum apographum servatum in codice num. 8931 bibliothecae regiae Bruxellensis, collatum cum apographo Bononiensi, quod signamus num. 2 in recensione variantium lectionum, et Leandri libro de viris illustribus O. P. *quem signamus num. 3. Cfr. dicta in Comment. praevii num. 1.*

B. Simonis *vita religiosa;*

1. Beatus Simon de Arimino conversus[1] patrem habuit Rodulfum de Castro S. Archangeli[2], distante ab Arimino miliaribus quinque. Anno igitur XXVII[3] aetatis suae[4] mundana relinquens[5], Ordinem Praedicatorum ingressus est[6] sub habitu conversorum[7]. Fratrem carnalem habuit[8], qui et ipse triginta et octo annis in ordine militans[9] laudabiliter vitam finivit. Igitur[10] beatus Simon, cum esset novitius, fugiens radicem omnis malae cogitationis otium, studuit diversis laboribus corpus suum fatigare. Nam cum in officio hortulani esset a priore constitutus fidelissime, continuo[11] et sollicite[12], tamquam bonus agricola, laboravit erga praedictum hortum[13]. Fuit etiam magnae humilitatis[14], quia continuo[15] semel in hebdomada cameras fratrum purgabat, et, ut breviter dicam[16], vita sic[17] exemplariter[18] omnibus manifesta C fuit[19]. Numquam ordinis labores[20] fugit, sed semper in omnibus officiis iugum Domini humiliter deportabat[21]. Imminente quadragesimae tempore, in quo a fidelibus servatur ieiunium, ipse, ut vere fidelis, quinque quadragesimas in pane et aqua ieiunavit[22]. Cum[23] a fratribus reprehenderetur, eo quod ex abstinentia nimia impediebatur ne officium sacristae[24] impleret, abstinentiam temperavit. Orationi vero et[25] contemplationi, etiam[26] operando[27], intentus erat. Visus est etiam[28] duobus diebus sine cibo stare[29]. Cum cogitaret aliquando[30] beatus Simon quod in saeculo peccator fuerat[31], corpus[32] cotidianis disciplinis flagellabat. nam spatio annorum viginti catena ferrea attrivit corpus suum. Pro infidelibus ut Deus illos illuminaret duras recipiebat disciplinas[33]; ut autem orationes suae[34] citius et gratius exaudirentur, multas in orando genuflexiones faciebat, percussiones pectoris et prostrationes addens[35].

gratiae spirituales ipsi concessae,

2. Diabolus ei invidens[1], dum oraret[2], saepe ipsum molestabat aut percutiendo, aut impingendo, aut pulverem[3] in os eius proiciendo aut stercus. Ipse tamen ab orationis instantia non cessabat[4]. Orante autem eo[5] adfuit quidam qui faciem aqua benedicta aspergens[6], dixit : *Quia molestaris a daemonibus, ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum.* Cum autem[7] devotionem haberet[8] ad S. Ioannem evangelistam, saepe eius figuram in angulo ecclesiae depictam visitabat; unde factum est et quasi in consuetudinem versum, ut semper post orationem ibidem factam tantus odor exhalabat, quod ipsum beatum virum[9] replebat; et si debilis ante fuisset fortior reddebatur[10] tanti odoris fragrantia[11]. F Anno aetatis LVII, propter lacrimas et alias paenitentias, lumen oculorum[12] totaliter amisit; de[13] qua re devotior effectus[14], magis orationi et contemplationi vacabat. Quadam vice[15] in lectulo ligneo propter senectutem recumbens[16], vidit quandoque tantam lucem quod cella eius comburi videbatur. Cum autem admiraretur, elevans oculos audivit vocem dicentem sibi : *Ne timeas, quoniam invenisti gra-*

Num. 1. — [1] *om.* 2. — [2] Ei pater fuit Radulphus vir popularis 3. — [3] Cernens autem Simon iam annos septem et viginti natus mundi gloriam inanem 3. — [4] beatus Simon *add.* 2. — [5] (m. r.) mundum relinquit et 2. — [6] (i. e.) intravit 2. — [7] sed minime per omnem suam aetatem sacris initiatus est, eo quod litterarum prorsus exstiterat expers *add.* 3. — [8] Habuerat etiam fratrem nostro in ordine sacris initiatum 3. — [9] (in. o. m.) m. in O. Praedicatorum 2. — [10] *om.* 2. — [11] continue 2. — [12] solliciteque 2. — [13] h. p. 2. — [14] (Fuit-humil.) Tanta proinde inerat ei humilitas, prout referunt annales, ut latrinas ex sese omni hebdomada semel detergeret atque mundaret, ut eo fratres mundius decentiusque considere possent 3. — [15] continue 2. — [16] *om.* 2. — [17] eius 2. — [18] sit *add.* 2. — [19] *om.* 2. — [20] l. o. 2. — [21] deportavit 2. — [22] ieiun. in p. et a. 2. — [23] autem *add.* 2. — [24] s. o. 2. — [25] (v. et) autem 2. — [26] et 2. — [27] laborando 2. — [28] pluries 2. — [29] stetisse duob. d. s. c. 2. — [30] *om.* 2. — [31] f. p. 2. — [32] positus in ordine corpus suum 2. — [33] d. r. 2. — [34] s. o. 2. — [35] prostr. cum lacrimis addebat 2.

Num. 2. — [1] inv. ei 2. — [2] beatus Simon *add.* 2. — [3] pulveres 2. — [4] *Hic in 2 scripta sunt quae leguntur paulo inferius* anno aetatis contemplationi vacabat... — [5] oranti b. Simoni 2. — [6] (aqua-asp.) eius ap. a. b. 2. — [7] *om.* 2. — [8] h. d. 2. — [9] (b. v.) v. devotum 2. — [10] fiebat 2. — [11] vigore 2. — [12] quasi *add.* 2. — [13] ex 2. — [14] factus 2. — [15] (q. v.) *om.* 2. — [16] accumbens 2.

tiam

VITA *tiam apud me*[17]. Alia vice[18] infirmitate febrium praegravatus vidit B. Dominicum et B. Petrum martyrem assistentes sibi, qui ei dixerunt: *Constanti animo esto, quia tui custodes et procuratores sumus apud Deum.* Quadam vice cum doloribus quibusdam[19] gravaretur, apparuit ei[20] beata Catharina martyr et virgo[21]; arripiens manum dolentis[22] et ponens ad pectus suum dixit: *Ego sum devota tua Catharina.* Et tunc subito arreptus somno, coepit mens eius[23] cum beata Catharina conversari, et tandem evigilans se sensit protinus liberatum.

miracula edita.

3. Cum fratres Praedicatores de Arimino[1] vellent aedificare monasterium monialium Domino cum fratre Hieronymo, episcopo Ariminensi *a*, eiusdem ordinis, iuxta hospitale Rodolfi quondam Gregolini de Sogliano, fundatoris dicti hospitalis SS. Mariae Virginis et Ioannis evangelistae, vellentque praedictum[2] monasterium vocaretur monasterium S. Marie Virginis, beata Catharina in somnis apparuit beato[3] Simoni dicens: *Voluntas Dei est et beatae Virginis Mariae quod monasterium istud*[4] *intituletur S. Catharinae martyris.* Magister Offredus de Arimino, doctor medicinae *b*, gravi infirmitate decumbens, cum per tres dies non comedisset, visitatur a beato Simone, et ab eo manu sua tactus[5], comedere coepit et sanitatem recepit.

Mors et sollemnia funera.

4. Cum beatus Simon iam[1] decrepitus factus esset[2] et plenus dierum ac[3] bonorum[4] operum, ex hoc saeculo migravit[5]. Post cuius obitum tanta fuit frequentia populi eum visitantis, quod per duos dies sepeliri non potuit. Vestes eius minutatim ablatae sunt, ita quod[6] oportuit eum de novo vestire. Sepultus est autem[7] in ecclesia S. Cataldi *c*, fratrum Ordinis Praedicatorum[8] de Arimino, die III mensis novembris, anno Domini 1319; ubi miraculis claruit[9].

ANNOTATA.

a *Hieronymus, episcopus Ariminensis, anno 1326, indictione nona, septima maii, bullam dedit pro fundatione monasterii S. Catharinae* in burgo civitatis Ariminensis extra et iuxta portam S. Andreae, *in qua et haec leguntur:* ita quod pauperes hospites secundum facultatem domus recipiantur ibidem ut intentio Rudulfi quondam Gregolini de Suglano fundatoris et donatoris in testamentum ipsius in integrum impleatur, et in fructus uberes pietas suae bonae voluntatis accrescat. *Cfr. Tonini, op. cit., append., part. I, pp. 101, 102.*

b *Ille Offredus medicus memoratur ad annos 1327 et 1332, ibid., p. 468, not. 1.*

c *De fatis huius ecclesiae, vide Tonini,* Storia civile e sacra Riminese, *tom. III, p. 328 seqq. Ibi manserunt Fratres Praedicatores usque ad annum 1796, quando transmigrarunt ad ecclesiam S. Francisco Xaverio sacram, quae fuerat Societatis Iesu, secum deferentes reliquias beati* Simonis. *Anno vero 1798, mense augusto, inde cum thesauro suo ad ecclesiam quae fuit Servorum B. Mariae transierunt. Sacrae vero reliquiae repositae sunt sub altari maiori cum hac inscriptione ex parte chori:*

Corpus B. Simonis de Ballachis,

Conversi ordinis P. Dominici, sub ara olim S. Petri martyris in ecclesia S. Cathaldi fidelium cultui oblatum, deinde vero variata fratrum sede episcopi auctoritate ad templum S. Francisci Xaverii translatum anno MDCCLXXXXVI, tandem eodem annuente episcopo iuxta aram maximam novae huius Fratrum Praedicatorum aedis reconditum anno MDCCLXXXXVIII.

Tandem 3 iulii anni 1817 celebrata est translatio B. Simonis ad S. Archangelum. Cfr. Summ. *inde a num. 7; ac Tonini,* Rimini..., *parte I, p. 473. Ad laudem sancti viri addere iuvat quae habet Raphael Adimari,* Sito Ariminense, *Brixiae 1616, lib. I, p. 79, quem non nisi ex* Summarii *num. 16 citare valemus, scilicet iacere beatum virum sepultum ad altare S. Raimundi (quod et S. Petri martyris vocatur). Altari vero sanctae crucis iminere tabulam quae exhibet S. Ioannem adhortantem Simonem ut strenue cum diabolo pugnet, ac in sacristia servari insigniores beati huius reliquias quae in sollemni sanctissimi Rosarii supplicatione deferebantur. Annectantur et haec verba desumpta ex testamento nobilis viri Ariminensis Vincentii Sacramori, anno 1532 secunda iulii conscripto, quod leges in* Summ., *num. 3. Scilicet se corporis sepulturam elegisse apud S. Cataldum,* in loco vacuo dictae ecclesiae inter altare sanctae Catharinae virginis et martyris, sive B. Simonis et murum frontispicii seu anterius praefatae ecclesiae.

[17] Deum 2. — [18] (a. v.) *om.* 2. — [19] q. d. 2. — [20] sibi 2. — [21] (et v.) *om.* 2. — [22] manus dolenti 2. — [23] e. m. 2.

Num. 3. — [1] F. P. de A. c. 2; Cum monasterium exstrui pro sanctimonialibus Arimini deberet sub nomine beatissimae Mariae semper Virginis, asseruit Simon se per quietem Catharinam martyrem dicentem vidisse hanc omnipotentis Dei et beatae Virginis voluntatem esse ut sibi monasterium dicaret *ita totum locum contraxit* 3. — [2] quod dictum 2. — [3] fratri 2. — [4] illud vocetur et 2. — [5] t. s. m. 2.

Num. 4. — [1] *om.* 2. — [2] f. e. d. 2, iam gravis annis et aetate confectus 3. — [3] atque 2. — [4] virtutum 2. — [5] m. ex (ita quod) h. s. 2. — [6] quare 2. — [7] a. est 2. — [8] (O. P.) *om.* 2. — [9] (ubi m. c.) *om.* 2.

ACTA SANCTORUM

NOVEMBRIS

DIES QUARTA

SANCTI QUI PRIDIE NONAS NOVEMBRIS COLUNTUR

S. Perpetua, uxor S. Petri, M. Romae.

SS. Philologus et Patrobas, discipuli S. Pauli.

SS. Nicander, episcopus Myrensis, et Hermas, presbyter, MM. Myrae in Lycia.

S. Porphyrius, mimus, M. Caesareae in Cappadocia.

SS. Primus, Caesarius, Gregorius, Porphyrius, Saturus, Amantus, Publius, Secunda, Victorina, Perpetua, Victor, Quartus, MM. in Africa.

SS. Agricola et Vitalis, MM. Bononiae.

S. Domninus, M. Niceae.

S. Pierius, presbyter Alexandrinus.

S. Lusor, confessor in territorio Bituricensi.

S. Florus, Lodovensis episcopus.

S. Amantius, Ruthenensis episcopus. — Appendix de S. Naamatio, diacono Ruthenensi.

S. Proculus, episcopus Aeduensis.

S. Perpetuus, Traiectensis episcopus.

S. Modesta, abbatissa Treverensis.

S. Tigernacus, abbas in Hibernia.

S. Ioannicius, monachus in Bithynia.

S. Clarus, eremita et martyr in pago Vulcassino.

S. Birnstanus, Wintoniensis episcopus.

S. Gregorius, abbas Porcetensis prope Aquasgrani.

S. Emericus, dux, filius S. Stephani Ungarorum regis.

S. Girardus, monachus Andegavensis.

B. Helena Enselmina, sanctimonialis Patavii.

B. Iulianus Cesarellus, Ordinis Minorum, Valle in Istria.

B. Francisca ab Ambasia, ducissa Britanniae.

S. Carolus Borromaeus, archiepiscopus Mediolanensis.

PRAETERMISSI

A

PRAETERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

D

Abimelechi ecstasis, *quae, si danda fides opellae apocryphae, aethiopice* (1) *et graece conscriptae* (2), *tempore captivitatis Babylonicae evenit, hodie celebratur in Synaxario Graecorum. Cuius festi haec apud Bartholomaeum Cutlumusianum* (3) *traditur formula :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ διήγησις εἰς τὸν θρῆνον τοῦ προφήτου Ἱερεμίου περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ εἰς τὴν ἅλωσιν ταύτης, καὶ περὶ τῆς ἐκστάσεως Ἀβιμέλεχ. *Quae cum ad genus fabularum imprimis pertineant, hic indicasse sufficiat.*

Amandi, *episcopi Rhedonensis, depositio hodie annuntiatur inter auctaria Tornacensia martyrologii Pseudo-Bedae* (4) *et a Galesinio, qui ipsum Amantium nominat. De eo agetur ad diem 13 novembris. Ut autem tum ipsius, tum aliorum homonymorum, quos infra recensemus,* B *memoriam recolerent nonnulli martyrologiorum compilatores, inducti videntur similitudine nominum cum Amantio Ruthenensi, cuius reapse hac die festum agitur.*

Amantii, *episcopi Leutevensis, elogium subiungit Saussayus elogio sancti Flori, cuius successor ille fingitur. De quo recte auctores* Galliae christianae, *tom. VI, col. 527 :* S. Amantium, episcopum Leutevensem, tum postea Ruthenensium antistitem saeculo quinto, comminiscitur recentior quaedam legenda, contra constantem apud Ruthenos traditionem et ipsius sancti Amantii Vitam.

Amantius, *qui et Amansius, Amausius, Amasius, Amandus, Amatus, tertius Remorum episcopus* (5), *hodie inter sanctos laudatur in Catalogo generali Ferrarii et in supplemento Saussayi. Hunc ne Remenses quidem auctores antiqui inter sanctos referunt. Eius memoria hodie notatur in martyrologio quodam Sangallensi* (6); *ad ipsum etiam referendum videtur quod habet auctarium Usuardi in codice quodam Bruxellensi :* Remis depositio sancti Gamatis episcopi.

Amantius, *presbyter Tifernas, hodie notatur in* C *martyrologio Canisii et in Catalogo Sanctorum, auctore Petro de Natalibus, lib. X, cap. 22. Actum est de eo ad d. 26 septembris, tom. VII, p. 274-6.*

Angilberti *abbatis translatio hac die annuntiatur in antiquo codice Usuardino abbatiae Centulensis. De illa actum est ad diem 18 februarii, tom III, p. 92; facta est autem non die 4 novembris, sed die 5, ut nobis testis est ipsius Angilberti filius, Nithardus nempe, lib. IV* Historiarum, *cap. 5.*

Annianum *episcopum sanctis hodie cultu honoratis annumerat Grevenus in editione martyrologii Usuardini. De eo vide ad diem 17 novembris.*

Ansonem, *octavum abbatem Lobiensem, die 14 novembris anno 800 e vivis sublatum* (7), *constanter sanctum vel beatum nuncupat Mabillonius* (8). *At cum Ghesquiero* (9) *quaeri potest* qua id ratione faciat, cum nulli martyrologio adscriptus legatur, neque ubi cultum habeat inveniatur. *Ansonem quidem fuisse* virum bonum et sanctum *dicit Folcuinus in* Gestis abbatum Lobiensium (10); *attamen sanctorum albo eundem inscriptum esse haud refert. Immo, ex continuatore chronici Folcuini* (11), *narrante praepositum Oibaldum* inter cetera iustorum corpora, quae sicut inventa sunt reliquit, sanctae memoriae Ansonis abbatis corpus *repperisse, patet id secreto factum fuisse, non vero ad venerationem. Igitur, licet in magna sanctitatis opinione vixerit atque obierit Anso, utrum cultus umquam ipsi sit adhibitus, ex nullo indicio diiudicatur.*

Bartholomaeus Pisanus, *insignis auctor opusculi intitulati* De conformitate vitae beati Francisci ad vitam Domini Iesu Christi Redemptoris E nostri, *hodie in martyrologio Franciscano novo inter beatos annuntiatur. Eius tamen nomen hoc genere typorum exprimitur, quo illi omnes, quos nullo cultu liturgico Ordo Seraphicus veneratur. Insuper omni cultu publico carere videtur, cum apud modernum Pisanae dioecesis hagiographum, Iosephum Sainati* (12), *ne beati quidem titulo sit insignitus. E vita migrasse creditur die 10 decembris anni 1401. De eo multis in locis agit Waddingus, sed praesertim tom. IX, p. 158 sqq., ad annum 1399.*

Bassiani, *episcopi Laudensis, translatio pridie nonas novembris effecta per imperatorem Fredericum annuntiatur in Ferrarii Catalogo et apud Caietanum* (13), *idque propterea quod, si Ferrario fidendum, haec translatio hac die inscripta est in tabulis ecclesiae Laudensis. Quicquid de hac re notum est, iam fuit indicatum in Actis* S. Bassiani *ad d. 18 ianuarii, tom. II, p. 221-2, num. 5-10. Cfr. Acerbi Morenae continuatorem in* MG., *Scr. tom. XVIII, p. 642.*

Bertilae *abbatissae Calensis hodie meminerunt quidam recentiores; verum colitur die sequenti seu 5 novembris.* F

Caesaraugustanorum martyrum *innumerabilium, qui hodie celebrantur in Usuardi auctario Hagenoyensi, Acta tractata sunt die tertia novembris, tom. I, p. 637-50.*

Canan *sacerdos annuntiatur ad hanc diem in martyrologio Dungallensi, et sequitur statim* Gildas, *quem eiusdem martyrologii compilator significat secunda manu adscriptum esse in martyrologio Mariani O'Gorman. Verum in uno, quod superest, Mariani exemplari* (14) *ita legitur :* Gildas caid is canon, *id est* Gildas sanctus est canonicus, *et supra vocem* canon, *quae lineola subducta notata est, scripta est alia manu et litteris minutioribus vox hibernica* saccī *seu* saccart, *id est* sacerdos. *Itaque omnino concludendum videtur mentionem* Canani sacerdotis *per* oscitantiam

(1) Quam videsis apud Dillmann, *Chrestomathia aethiopica*, pp. VIII-X; 1-15. — (2) Edita a cl. v. Ceriani in *Paralipomenis Ieremiae*, nuperque ab I. Rendel Harris, *The Rest of the Words of Baruch*, cfr. *Bulletin critique*, 1890, pp. 261-3 et ab A. Vassiliev, *Anecdota graeco-byzantina*, part. 1, pp. 308-16. — (3) Μηναῖον τοῦ Νοεμβρίου. Venetiis, 1843, pp. 30-2. — (4) Vide *Act. SS.*, Mart. tom. III, p. XXVII. — (5) Cfr. *MG.*, Scr. tom. XIII, p. 381, et ibid., p. 417 (Flodoardi *Hist. Rem. Eccl.*, I, 5). — (6) Cfr. L. d'Achery, *Spicilegium*, tom. III, p. 427; 2ª ed., tom. II, p. 36, not. *o*. — (7) *Act. SS. Belgii*, tom. VI, p. 321, n. 12. — (8) *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part I, p. 568, 570. — (9) Loc. cit., p. 369, n. 9. — (10) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 59. — (11) D'Achery, *Spicileg.*, tom. II, p. 745. — (12) *Vite dei santi, beati e servi di Dio nati nella diocesi Pisana.* Pisa, 1884, p. 323-25. — (13) *Vitae sanctorum Siculorum*, tom. I, p. 169. — (14) Bibl. reg. Brux. mss. n. 5100-4.

A *oscitantiam Michaelis O'Clery Dungallensi martyrologio irrepsisse, quod scilicet nomen commune* canon *tamquam vocabulum proprium alicuius sancti interpretatus sit. Quisnam vero sit* Gildas *ille* sanctus *et* canonicus, *prorsus nobis incompertum est.*

SS. Clemens, Primus, Cletus, *(alibi* Laetus), Theodorus, Gaudens, Quiriacus, Innocentius, *septem scilicet dormientes, patrueles S. Martini Turonensis, huic diei assignantur in editione Usuardina Molani. Sed, ut monuit ad diem 28 iulii, tom. VI, p. 375, Cuperus noster, die 12 novembris tractandi erunt, quo obiisse dicuntur et in Usuardino Bruxellensi referuntur. In Ferrarii* Catalogo sanctorum generali *etiam hac die ponuntur hi SS. septem dormientes.*

Colmannus, *episcopus Cluanensis in Momonia, apud Castellanum refertur hac die obiisse et coli. Id autem hausit sine dubio Castellanus ex tractatu Iacobi Waraei* De praesulibus Hiberniae, *vel potius ex* Act. SS., *tom. VII Sept., p. 146 D, ubi Waraei assertio citatur. Sed, ut recte notavit Ioannes O'Donovan ad* Annales Quattuor Magistrorum (1), *manifeste erravit Waraeus : neque* B *enim die 4 novembris obiit et colitur* Colmannus *ille, sed eiusdem mensis die 24 ; ubi de eo agendum erit.*

S. Copres, *monachus Aegyptiacus et abbas, bene notus est ex Rufino,* Hist. monach., *cap. 9* (2), *ex* Historiae Lausiacae *capite LIV* (3), *ex* Verbis Seniorum, *libro V, num. 24* (4), *ex* Apophtegmatibus Patrum (5), *ac praeterea per historicos Sozomenum* (6), *Cassiodorum* (7) *et Nicephorum* (8). *Sed non ausim affirmare hunc esse eundem vel cum eo de quo iam dixerunt praedecessores nostri, tom. VI Septembr. p. 661, vel cum eo qui hodie apparet in Synaxario Aethiopicae ecclesiae. Apud Ludolfum annuntiatur :* Abba Kefri (9); *in editione quam curavit A. Dillmann* (10) *legitur :* Requies Copronii, religiosi, *et exemplare Parisiense Synaxarii, notatum num. 126 inter bibliothecae nationalis codices aethiopicos, folio 68ᵛ, eiusdem Copronii memoriam refert cum brevi eius Vitae summario* (11). *Maxime pertinet illud summarium ad* Copretis *gesta antequam monachus fieret, quae pars eius vitae curriculi deerat apud graecos scriptores. Docet nos synaxarista* C *Aethiops* Copretem *fuisse filium praefecti gentilis, cui praedixit monachus quidam nomine Mercurius ex monasterio S. Pacomii, eum etiam amplexurum esse statum monasticum. Quae prophetia tunc adimpleta est, cum Copres, missus cum exercitu ad monasteria Aegypti diruenda, advenit prope coenobium S. Pacomii, et subito conversus a praeposito istius monasterii petiit habitum monachicum. Abbas Copres, ut constat ex locis citatis scriptorum graecorum, non ignobilem tenet locum inter monachos Aegypti. Attamen cum nullo cultu prosecuta sit eum nec ecclesia graeca, nec ecclesia Coptitarum, nec nisi in kalendariis Aethiopum inscriptum sit eius nomen, ac praesertim quia incertae fidei sunt quae de ipso traduntur, heic quae ad ipsum pertinent recensere visum est.*

SS. Dasius, Severianus, Androna, Theona, Theodotus, Theodota, *de quibus actum est die 3ª novembris, redeunt ad diem hodiernam in pluribus heortologiis, praesertim graecis. Sic Sirmondi menaea nec non Mazarinaea referunt* MM. Dasii, Severiani, Andronae et Theodoti *memoriam ; in codice vero mss. bibliothecae Nanianae et in synaxario graeco bibliothecae Laurentianae Florentiae commemoratur* S. Theodota, *martyr.* D

Doranus. *Nescio qua oscitantia factum sit ut in superiori tomo ad d. 2 novembris inter praetermissos hunc sanctum recensentes dixerimus illum apud solum Ferrarium memorari* (12), *cum et in Dempsteri Menologio Scotico et in editione Greveniana martyrologii Usuardini annuntietur ad illam diem 2, in Camerarii vero kalendario ad diem 4. Apud Camerarium quidem dicitur* Sanctus Doravus episcopus ; *sed dubitari nequit quin idem is sit cum episcopo quem signavit Dempsterus ad diem 2, memoriam hac die celebrari inquiens :* Item Dorani episcopi, *et Grevenus :* In Hibernia, Dorani episcopi. *Ceterum, quod de Ferrario scribebamus* (13), *idem et de Dempstero, Camerario et Greveno dicendum, non* E *tantam scilicet eorum esse auctoritatem ut illa sola nitamur, quoad certiora de illius episcopi historia et cultu documenta nanciscamur, quae hactenus nos prorsus fugerunt.*

S. Dubricii, *episcopi Laudarensis, natalis ad hanc diem refertur in martyrologio anglicano Wilsoni, in aliis vero martyrologiis ad diem 14 novembris, qua die obiit, ut in Actis eius traditur. Ad quam et nobis omnino remittendus videtur de eo sancto commentarius.*

S. Ebregisus, *episcopus Traiectensis, hac die encomio honoratur in recentioribus editionibus operis hagiographici Albani Butler, non ob aliam tamen rationem, nisi quod gesta eius atque decessoris eius Perpetui una eadem dissertatione copulaverat Ghesquierus noster in* Actis Sanctorum Belgii. *De Ebregiso egimus ad diem 24 octobris, tom. X, p. 818 sqq.*

SS. Felix et Eusebius *hodierna die citantur tantummodo in kalendario Assindiensi ecclesiae Germanicae Coloniensis saeculi noni* (14). *Sed verus eorum dies festus incidit in diem sequentem, quo etiam de iis agendum erit.*

S. Felicis a Valesio *nuncupati natale annuntiatur* F *hodie in martyrologio romano ; eius tamen festivitas celebranda venit die 20 novembris ; ideoque ipsum ad hunc diem remittimus, hac maxime de causa quod nondum contigit ut e latebris eruerimus ea documenta quorum ope multa, quibus nunc irretimur, impedimenta facili negotio deicerentur. Et primo quidem a scriptoribus saeculi XVI et XVII adducitur longa series auctorum, quorum et aliqui sanctorum Ioannis de Matha et Felicis suppares praedicantur, qui de primordiis sacrae religionis de redemptione captivorum scriptitasse memorantur. Hos tamen nemo vidit, ita ut in istos saeculi XVI assertores hanc duram adhibere censuram non dubitaverit Nicolaus Antonius* (15) : Temporum incuriam hominumve improbitatem causari quis audebit? Haec probabilia sunt dum de uno auctore agitur, sed de pluribus admitti nequeunt. *Deinde*

(1) Ad an. 600, tom. I, p. 225, not. *d.* — (2) P. L., tom. XXI, p. 422. — (3) P. G., tom. LXXIII, p. 1164. — (4) Ibid., tom. LXXIII, p. 958. — (5) Ibid., tom. LXV, p. 251. — (6) VI, 28, P. G., tom. XVII, p. 1371. — (7) *Hist. trip.*, lib. VIII; P. L., tom. LXIX, p. 1107. — (8) XI, 34; P. G., tom. CXLVI, p. 694. — (9) *Ad hist. Aethiop. Comment.*, p. 397. — (10) *Catalog. cod. manuscript. bibl. Bodl. Oxon.*, part. VII, p. 44. — (11) *Catal. des mss. éthiopiens de la bibl. nat.*, p. 162. — (12) *Act. SS.*, tom. I Nov., p. 416 *f.* — (13) Ibid. — (14) Ed. Binterim, 1824, p. 22. — (15) Antonio, *Bibl. vetus Hisp.*, tom. II, p. 98.

nondum

A *nondum exhibitae sunt tum litterae quas Innocentius III dedit ad Oddonem, Parisiensem episcopum, et Absolonem Sancti Victoris praepositum ut in vitam sanctorum Ioannis et Felicis inquirerent, tum eorundem rescriptum* (1). *Sed et aliquis forsitan suspectas habebit litteras pontificias, quae diebus 15 maii* (2) *ac 17 decembris* (3) *anni 1198 datae feruntur. Etenim priores hac clausula definitae sunt :* Statuimus etiam ut domus vestrae praesentes atque futurae a statu illo in quo eas deliberatione provida ordinastis, videlicet ad redemptionem captivorum vel ad observantiam vestri ordinis et institutionis, nullius praesumptione temeraria valeant immutari. *Sed nisi corrigas annum, quid tunc interrogandi erant episcopus Oddo ac Sancti Victoris praepositus* ut per eos, utpote qui desiderium tuum perfectius noverant, de intentione tua et intentionis fructu ac institutione ordinis et vivendi modo instructi, assensum nostrum tibi possemus securius et efficacius impertiri (4) ? *Deinde mirum est pontificem omisso sacri cardinalium collegii consilio regu-* B *lam comprobasse ac ipsi regulae de sua dispositione ac Ioannis petitione quaedam adiungenda duxisse. Insuper, ex documentis quae supersunt, Ioannes primo, ut videtur, pontificem adiit mense maio eumque de suo consilio certiorem fecit, ac mediante decembri, post inquisitionem Parisinam, tota res confecta est. Maturius consuevit in curia romana hoc genus rerum tractari. Itidem et aliae exsurgunt molestiae, si cum litteris datis ad Ioannem die 15 maii anni 1198 contulerimus litteras quas anno pontificatus sui decimo quarto, idibus ianuarii* (5), *dedit idem pontifex ad patriarcham Hierosolymitanum. In his de summo salutis aeternae discrimine in quo captivi versantur curiose mentionem facit, de hoc silet in litteris ad Ioannem ; nec in litteris ad patriarcham meminit religionis sanctissimae Trinitatis, licet asserat se fratres Templi et Hospitalis, reges ac principes, adhortatum esse ut de captivis redimendis essent solliciti. Tandem et peregrina est in Actis Innocentii pontificis haec formula* operante, *alias et in re Trinitariorum usurpata* (6).

C Gamas, *episcopus Remensis. Vid. supra,* Amantius.

Genesii, *episcopi Lugdunensis, hodie depositio annuntiatur in aliquot codicibus martyrologii, quod dicitur, Bedani. De eo dictum est ad diem 1 novembris, tom. I, p. 352-6.*

Gildas. *Vid. supra,* Canan.

Gregorii, *Alexandrini archiepiscopi ariani, memoria fit ad praesentem diem in* Psalterio glossato *sub hac formula :* S. Gregorii, hieromartyris. *Id vero* praeter communem kalendariorum morem *factum esse notat R. P. I. Martinov* (7), *siquidem* S. Gregorium Alexandrinum archiepiscopum ab hodierno martyre minime distinctum consignant die sequenti. *Attamen nec die sequenti tractabimus de isto Gregorio, qui est patriarcha intrusus, depositus, utpote arianus, in concilio Sardicensi, de quo plura disseruit Papebrochius noster in* Act. SS., *ad d. 2 maii, tom. I, p. 207-11.*

Haketus, *anno 1185 vita functus, qui ex ordine* D *fuit castellanus Brugensis, canonicus et decanus Sancti Donatiani, abbas Thosanus, ac tandem quinto loco in Dunis praefuit, in menologio Cisterciensi inter beatos ascribitur, ideo forsan quod iuxta B. Idesbaldum sepulturae traditus est. Attamen publici cultus desiderantur certa indicia. De vita ac praeclare gestis huius venerabilis viri non pauca leguntur apud Van de Putte,* Cronica et Cartularium monasterii de Dunis, *Brugis, 1864 et L. Van Hollebeke,* Lisseweghe, son église et son abbaye, *Bruges, 1863.*

Henricum, *conversum de claustro Hemmenrode ac magistrum in grangia quae vocatur Hart, praetermittimus, licet eum beatum pronuntient aliquot sacri Ordinis Cisterciensis hagiographi, quia de cultu ei adhibito nulla testimonia invenimus. De eo meminit Caesarius Heisterbacensis* (8) *ut de viro qui ob vitae suae meritum caelestibus visionibus sublimari meruit.*

Henricum *Zwifaltensem, claustri Ocsenhausen priorem, inter beatos recensent aliquot martyrologia Benedictina, omissis tamen indiciis, quibus in certam de cultu ei adhibito notitiam deveniretur. Eiusdem venerabilis viri Vitam non multis* E *ab eius felici obitu elapsis annis breviter descriptam edidit Canisius,* Thesaurus monumentorum, *tom. III, p. 331-32.*

SS. Hermas, Linus et Caius, *qui Philippopoli in Thracia episcopus, Romae summus pontifex et Ephesi episcopus fuere, apud Graecos hodie coluntur simul cum SS. Patroba et Philologo. At in opere nostro de his aliis diebus iam tractatum est, nempe de S. Herma, ad diem 9 maii, de S. Lino, ad diem 23 septembris, et de S. Caio, ad diem 4 octobris. Galesinius hodie etiam commemorat SS. Hermam et Caium, non vero S. Linum. Ita etiam Ferrarius.*

S. Honoratus *annuntiatur ad diem 4 novembris apud Usuardum, editione Lubeco-Coloniensi, his verbis :* In territorio Nevernis, sancti confessoris Honorati, *et in eiusdem editione Greveniana :* In territorio Nevernensi. Honorati confessoris. *Hanc formulam resumpsit Ferrarius in* Catalogo *ex Maurolyco, qui haec habet :* Et Nivernensi agro beati Honorati confessoris. *Iam vero quisnam sit ille Honoratus nusquam datum est reperire : unicum eius vestigium forsan ad nos pervenit in nomine loci cuiusdam regionis Niver-* F *nensis,* Saint-Honoré ; *qui locus olim erat prioratus fundatus saeculo XII* (9).

S. Huberti, *Leodiensis episcopi, depositionem hac die refert codex Fuldensis martyrologii Hieronymiani brevioris* (10).

S. Idda de Toggenbourg *in aliquot martyrologiis Benedictinorum hodie commemoratur. De qua actum est heri, videsis supra pp. 102-25.*

Iohannes, *cognomine Acacius, Constantinopolitanus, dicitur obiisse die 4 novembris, in eius Vitae compendiariae versione latine e graeco facta per P. Iacobum Sirmundum et asservata in codice signato num. 8932 bibliothecae regiae Bruxellensis, cum hac nota :* Ex P. Gallonii tomo N qui habuit ex bibliotheca cardinalis Sfortiae. Est autem solum compendium. *Re quidem vera, a Fabricio* (11), *qui hanc notitiam desumpsit ex Allatio* (12), *monemur graece idem compendium incipere his verbis :* Οὗτος ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης

(1) Cfr. P. L., tom. CCXIV, p. 444. — (2) Ibid., p. 215. — (3) Ibid., p. 444. — (4) Ibid., tom. CCXVI, p. 507. — (5) Ibid., tom. CCXIV, p. 504. — (6) Ibid., p. 480. — (7) *Annus eccl. gr.-slav.*, p. 269. — (8) *Illustr. mirac. et hist. memorab.*, lib. XII, Coloniae, 1596, pp. 12, 328, 590, 646, 688. — (9) G. de Soultrait, *Diction. topogr. du départ. de la Nièvre*, 1865, p. 166. — (10) *Anal. Boll.*, tom. I, p. 44. — (11) *Bibl. gr.*, tom. X, p. 261. — (12) *De Simeonum scriptis*, p. 123.

ὡρμᾶτο

A ὡρμᾶτο μὲν ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου, *nec non exstare etiam eiusdem Vitae recensionem quae incipit :* Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω. *In compendio iam citato narratur* depositum fuisse eius corpus in proximo monasterio, quod Mesopolita dicebatur; deinde post multos annos translatum ad coenobium monialium quod Dei matris cognominatur, ubi religiose asservatur et colitur. *Huius vero cultus haud ullum superest vestigium in diptychis, menaeis aliisve libris liturgicis.*

Ioannes *Baronci, qui et Barocci, Barotti seu Bartoli nuncupatur, Ariminii vita functus anno Domini 1292 ac die 28 iunii in ecclesia Fratrum Minorum sub titulo Sanctae Crucis sepulturae traditus, hodie apud Arturum inter beatos recensetur. Sed cultus, quem ei popularis devotio adhibuisset, nulla vestigia supersunt. De Ioanne, qui traditur olim fuisse de familia cuiusdam haeretici nomine Bonrille, ac sub annum 1226 a S. Antonio de Padua tunc Ariminii versante ad fidem conversus, cfr. Tonini,* Della storia civile e sacra Riminese, *tom. III, pp. 360-363.*

B Ioannes Theutonicus, *episcopus Bosniensis ac post S. Raymundum de Pennafort anno 1241* (1) *in capitulo generali Parisiensi renuntiatus magister generalis Ordinis Praedicatorum, hac die anno Domini 1252* (2) *Argentinae diem suum obivit cum tanta fama sanctitatis ut apud nonnullos hagiographos in beatorum serie recenseatur. Immo Daniel Farlatus ultra progressus, haec scribere non dubitavit* (3) : Cum igitur in conventu Argentoratensi diligens quaestio instituta esset tum de vita Ioannis ac virtutibus deque rebus omnibus ab eo ad hominum salutem et exemplum laudabiliter gestis, tum vero de miraculis quae divinitus ille et vivus patravit et mortuus, e gravissimis testibus iureiurando adactis comperta sunt omnia vera esse atque ita probata ut in dubium vocari non possent. Itaque episcopo Metensi praesente atque approbante, corpus sanctissimi viri eductum ex humili tumulo in locum sublimem atque honorificum translatum est. Exinde Ioannes in universo Praedicatorum Ordine, praesertim accedente approbatione pontificia, apud suos titulo beati appellari ac venerationi esse coepit. *Sed vir eruditus haec asserendo limites veri excedere* C *videtur, quoniam Antonius Touron, eximius Ordinis Praedicatorum historiographus, in biographia venerabilis viri* (4) *fatetur sibi non innotuisse sive a sancta Sede sive ab aliqua ecclesia ullum cultum Ioanni adhibitum fuisse. Nec dissentit P. Antoninus Danzas, qui in opere suo de primordiis Ordinis Praedicatorum nuspiam de Ioanne loquitur tamquam de viro quem publice colunt* (5). *Et huic sententiae adhaesisse putamus R. P. Iosephum Mariam Ollivier, qui cum anno 1884 et 1885 repetitis vicibus de Ioanne tractasset, finem scribendi fecit fatendo saecula sibi succedentia omne sepulcri tanti viri vestigium abolevisse, et eius memoriam penitus in populo periisse* (6). *Haec cum ita sint, oportet, quod certe dolemus, ut vir venerabilis inter praetermissos remaneat. Nam nec ex eo quod traditur anno octavo a sui obitu terra levatus ullum certi cultus argumentum deducitur, quia minime constat* D *utrum id egerint fratres Argentoratenses opinione sanctitatis permoti an ut in novo templo anno 1254 incohato et anno 1260 a Iacobo Metensi episcopo consecrato* (7) *fratres vita functi decentius sepelirentur. Ad statuendum de tempore quo Ioannes Bosniensem ecclesiam rexit, nam non una est auctorum sententia, iuvabit perlegisse litteras quas Gregorius papa IX dedit, III kal. iunii anni 1233 ad Iacobum electum Penestrinum, in partibus Hungariae Sedis apostolicae legatum* (8) *quibus ei mandat ut Bosniensem episcopum ab ecclesiae administratione amoveat, itemque litteras quas ad ipsum Ioannem misit XII kal. octobris anni 1235* (9) *ne episcopatui renuntiet, tandem litteras sub die 31 maii anno 1237 datas* (10) *quibus docemur Ioannem, olim Bosniensem episcopum, cum Salvo de Salvis episcopo Perusino missum fuisse legatum ad Valachorum ac Bulgarorum ducem.*

S. Ioannes Zedazenus, *qui colitur die 7 maii, hodie recurrit cum duobus ex sociis suis, nempe Stephano et Elia, in synaxario Ecclesiae Ibericae. De quibus videsis Martinov,* Ann. eccl. gr.-slav., *p. 269.* E

Laurentii, *episcopi Dubliniensis, memoriam huic diei alligat in* Catalogo generali sanctorum *Ferrarius ex Maurolyco; qui ipsum perperam fingit antea fuisse episcopum Rotomagensem. De eo potius agendum erit ad diem eius natalem, nempe 14 novembris.*

S. Leonem I, *papam, de quo scripserunt nostri die 11 aprilis, commemorat Castellanus in correctionibus suis, quia secundum Pagium, hac die e vivis migravit S. Leo.*

Maidulphum, *conditorem celebris monasterii Malmesburiensis et S. Aldhelmi magistrum, martyrologio anglicano Wilsoni inscriptum ad diem 18 aprilis, quemque Camerarius memoravit ad diem 28 septembris, remiserunt maiores nostri primo quidem* (11) *ad diem 25 maii, ubi de S. Aldhelmo agendum erat, deinde* (12) *ad hanc diem 4 novembris, quo annuntiatur apud Dempsterum et Ferrarium. Sperabant nempe futurum ut interea documenta reperirentur unde illius cultus ecclesiasticus legitimus demonstraretur. Verum illos et nos ea spes fefellit. Itaque et hac die inter praetermissos tantum* Maidulpho *locum dare licet. De quo quid memoriae posterorum* F *servatum sit scire cupienti adeunda posterior editio Monastici Anglicani* (13), *ubi ea sedulo collecta sunt.*

S. Mathildam, *filiam Ottonis II imperatoris, uxoremque Ezzonis, comitis palatini Rheni, inter venerabiles feminas hodie recenset Castellanus. De ea egit Papebrochius noster ad diem 21 maii, tom. V, p. 48 sqq.*

S. Melanii *episcopi Rhedonensis festa dies assignatur hac die 4 novembris in certis quibusdam exemplaribus Proprii Venetensis, nempe annorum 1652 et 1660* (14). *In aliis tamen, immo antiquioribus, verbi gratia anni 1630, non dies 4 huic festo assignatur, sed dies 6, quae ei propria est. Cfr.* Act. SS., *tom. I Ian., p. 327, num. 2.*

S. Nutricium *martyrem in civitate Aquis referunt hodie Usuardi auctaria Camberiensia :* Civitate Aquis sancti Nutricii martyris. *De quo tacent*

(1) Echard, *Script. Ord. Praed.*, tom. I, p. XVI. — (2) Ibid., p. 122. — (3) *Illyricum sacrum*, tom. IV, p. 52. — (4) *Histoire des hommes illustres de l'Ordre de saint Dominique*, tom. I, p. 95-127. — (5) Ibid., p. 123. — (6) *Études sur les temps primitifs de l'Ordre de saint Dominique.* — (7) *Mon. Germ.*, Scr., tom. XVII, p. 102. — (8) Theiner, *Monumenta historica Hungariae*, tom. I, p. 113. — (9) Ibid., p. 137. — (10) Ibid., p. 157. — (11) *Act. SS.*, tom. II April., p. 522 *a* ; et tom. VI Maii, pp. 77 sqq. — (12) Tom. VII Sept., p. 597. — (13) Tom. I, p. 253 sqq. — (14) Ed. apud Lobineau, *Saints de Bretagne*, tom. I, p. XXXV.

A *alii codices, ut notat Sollerius, nec quicquam in aliis fastis hagiologicis reperitur.*

Odrada *virgo, de qua actum est supra ad diem 3 novembris, pp. 57-69, commemoratur etiam hodie in editione Greveniana martyrologii Usuardi.*

Perpetuae *virginis nomen pridie nonas novembris adscriptum est martyrologio Adonis, in eo exemplari quod e monasterio Sancti Pantaleonis acceptum vulgavit Iacobus Mosander Carthusianus. Ita antesignanus noster Ioannes Bollandus in exordio brevis commentarii quod de S. Perpetua scriptum reliquit* (1). *De hac Perpetua, quae fertur fuisse abbatissa Montis Romarici, nihil in praesentiarum addere lubet his quae notaverunt maiores nostri ad diem 13 septembris, inter praetermissos* (2) ; *ubi illud imprimis animadvertendum est hanc piam feminam, teste Mabillonio,* cultu caruisse et carere. *Suspicari pronum est ideo ipsum hac die esse commemoratam, quod eadem die alterius Perpetuae, coniugis S. Petri apostoli, natalis agitur. Si quid amplius de illius cultu forte resciverimus, dicemus de ea ad diem*
B *7 novembris, ubi de S. Gebetrude, cui in regimine Montis Romarici Perpetua successisse dicitur.*

Pirminius *episcopus, de quo supra ad diem 3 novembris, pp. 1 sqq., hac etiam die nominatur in codice Fuldensi martyrologii quod Hieronymianum breve dicitur :* Gamundis monasterio Pirminii episcopi (3).

Quilianum *confessorem reperimus hodie inter auctaria Usuardi in editionibus Lubeco-Coloniensi et Greveniana. De eo inquirendum erit ad diem 13 novembris.*

Quintianus, *Ruthenensis episcopus, utpote qui fertur fuisse frater sancti Amantii, eiusdem sedis antistitis, longo encomio hac die ornatur a Saussayo. De eo tamen potius agendum erit ad diem 13 novembris, qua die festum eius notatur in martyrologio romano.*

Quiricus, *episcopus Toletanus, hodie celebratur in supplemento menologii Bucelini. De quo ad eum diem agendum erit, cui eius obitum alligant scriptores hispani, nempe ad diem 20 novembris.*

SS. Rasius et Anastasius *martyres Romae colebantur olim die 4 novembris a capitulo ecclesiae Sanctae Mariae ad martyres, scilicet ante*
C *rescriptum datum die 14 novembris 1697, quod festum illud die 5 deinceps celebratum iri iussit. Sonat enim :* Ex audientia Sanctissimi. Idem sanctissimus mandavit continuari celebrari festum in recitatione officii et celebratione missae de communi martyrum, prout hactenus factum est, sed iussit hoc fieri die quinta novembris. *Proinde tractandos remittimus hos sanctos ad diem sequentem. De eorundem translatione videsis* Act. SS. *Maii, tom. VII, p. 763.*

S. Severum *citat Ferrarii* Catalogus generalis sanctorum qui in martyrologio romano non sunt, *cum hac formula :* Calari in Sardinia, S. Severi, episcopi et martyris; *eamque notitiam se hausisse profitetur tum ex tabulis ecclesiae Calaritanae nuper inde acceptis, tum ex kalendario ad se inde transmisso. Et re quidem vera, legimus apud Antonium Felicem Matthaeum* (4), *Primasio episcopo qui, ineunte saeculo sexto* D *Calaritanam sedem tenebat, subrogatum fuisse* Severum *anno 530, si, ut contendunt Vitalis* (5) *et Cantelius* (6), *innitendum est ecclesiae Calaritanae monumentis. Quod ipse tamen infitiatur, ut dicemus infra. Ulterius progreditur Bonfantus* (7) *qui tradit* S. Severum *fuisse unum e monachis Africanis qui in Sardiniam cum S. Fulgentio appulerunt, ac defuncto Brumasio (id est Primasio, cuius nomen sub utraque hac forma prodit), electum fuisse archiepiscopum Calaritanum. Quam ecclesiam rexit annos viginti, tempore Iustiniani imperatoris, donec tandem anno 530 per Vandalos sit morte pro fide Christi multatus. Sepultus est cum aliis martyribus, sub altari maiori sacrae basilicae, ubi, teste Esquirro* (8), *repertum fuit venerandum eius corpus die 8 novembris 1614, in sepulcro cooperto tabula marmorea, a Sarracenis pessime habita, sed quae tamen sequentem litterarum seriem servatam praebebat :*

MR . SEVERVS . EPS . HI . XX
QVIEVIT . IN PACES . IVSTI E
NIANI . AUG 9 IND.

Quam additis litteris quae deletae sunt sic integram restituit : [BEATVS] MARTYR SEVERVS EPISCOPVS HI[C IACET VIXIT ANNIS] XX. QVIEVIT IN PACE S[VB IMPERIO] IVSTINIANI AVG[VSTI] IND[ICTIONE].

At Bonfantus (9), *qui tamen ex eodem libro hausit, cuius auctorem erronee Esquivellium vocat* (10), *eundem titulum sic transcripsit :*

. . . . MAR . SE
VERVS . EPS . . . .
. . . . M . . . . CH . . . .
. . . . XX QVIEVIT SVB . . . .
. . . . . IUSTINIANI . . . .

Suppletis lacunis per coniecturam ita legit illumque : [BEATVS] MARTYR SEVERVS EPISCOPVS [QVI VIXIT ANNIS] ..... [PLVS] M[INVS] CH[ATHEDRA SEDIT ANNIS] XX. QVIEVIT SVB [IMPERIO] IVSTINIANI. F

Sed haec omnia non ea sunt quae multum moveant emunctae naris criticum. Imprimis notandum, praeter Ferrarium, nullos hagiologicos fastos memorare S. Severum. *Proin inspicienda auctoritas monumentorum ecclesiae Calaritanae, ad quae ipse appellavit. At his vestigiis antiquitatis non multum inhaerendum monet Matthaeus iam laudatus* (11). *Praeterea eum qui indagat in origines ecclesiarum Sardiniae cautissimus sit monuerunt tum Bollandus* (12), *tum Papebrochius* (13) *nostri. Iam vero nedum faveant* S. Severo *optimi auctores, ut Matthaeus et Martini, fateri coguntur nulla documenta seria hanc traditionem de* S. Severo *tueri. Ceteroquin, illi tantum patrocinantur qui peioris notae sunt apud eruditos. Etenim nec Vitali, Machino, Bonfanto, Aleo, Esquirro, scriptorem qui res gestas* S. Severi

(1) Collectanea Bollandiana in bibl. regia Brux., cod. ms. 8932. — (2) Tom. IV Sept., p. 3. — (3) *Anal. Boll.*, tom. I, p. 44. — (4) *Sardinia sacra*, p. 79. — (5) In *Annalibus Sardiniae* apud Burmannum, *Thesaurus antiquitatum et Historiarum Italiae*, tom. XV. Cfr. Machin, *Defensio sanctitatis beati Luciferi*, etc., citatum apud Martini, *Storia ecclesiastica di Sardegna*, tom. I, p. 117. — (6) *Metropolitanarum urbium historia civilis et ecclesiastica*, p. 484. — (7) *Triumpho de los Santos del reyno de Cerdeña*, p. 531, 533. — (8) *Santuario di Cagliari*, p. 16, 17. — (9) Op. cit., p. 531. — (10) Hic approbavit librum ab Esquirro conscriptum. — (11) Op. cit., pp. 69, 79. — (12) Praefat. ad tom. I Febr. cap. v. — (13) *Act. SS. Maii*, tom. V, p. 50 *.

investigat

investigat credere posse iam saepius dictum est. De Vitali scribit Perizonius (1) huiusmodi auctorem, ineptiorem, stultioremque ipsum solem numquam vidisse. *Machinum* valde mendacem *vocat Matthaeus* (2). *Bonfanti* fidem viris eruditis suspectam haberi *asserit Henschenius noster* (3). *De Aleo melius sentiendum esse contendit Martini* (4), *quem tamen non approbat cum* S. Severum *episcopum Calaritanum acceperit* (5). *Quae adducit Esquirrus* (6), *ea existimat Martini conficta fuisse tempore illo quo ubique in Sardinia effossa sunt falsa corpora sanctorum et martyrum* (7). *De Bonfanto, cuius liber ab indice Hispano expurgatus fuerat, optabat Muratorius censores potius integrum librum una litura purgassent* (8). *Uno verbo, quod quidem gravissimum exstat praeiudicium,* S. Severi *historia non nisi a fabularum studiosis propugnatur, minime vero a scriptoribus maturioris iudicii et aeque sollicitis de gloria suae patriae, sed quam veram, minime autem traditionibus inanibus vulgi suffultam esse volunt. At nonne testis est irrefragabilis epitaphium modo allatum et quod, praeter supra citatum Bonfantum, etiam allegant Aleo et Esquirrus? Papebrochii nostri iam citata erudita disquisitio de inscriptionibus Sardicis, cuius clausula ostendit* inter eas quae nunc monstrantur inscriptiones esse haud paucas ambigui intellectus fideique incertae (9), *sane non invitabit quemquam ad accipiendum tale testimonium. In eadem sententia confirmat nos quod opinatur Martini, minime sufficere ad inserendum elencho praelatorum Calaritanorum singularem prorsus inventionem in ecclesia Sancti Saturnini cuiusdam arcae sepulcralis cum epigrapho testante ibidem contineri ossa episcopi* Severi, *cum simul nec indicetur sedes ad quam pertinuerit nec nomen eius patriae* (10).

S. Sophiae *ecclesiae Kioviensis dedicatio hodie annuntiatur in pluribus kalendariis slavicis. De qua re consulendus R. P. Martinov in* Ann. eccl. gr.-slav., *p. 269.*

Theodotus, *Laodicenus episcopus, de quo dictum est inter praetermissos die 2 novembris, hodie iterum recurrit in Usuardi auctario Hagenoyensi, quod plura deturbasse queritur Sollerius, p. 651*

Thomas Lauder, *episcopus Dunkeldensis in Scotia ab anno 1452 ad annum 1476, obiit 4 novembris anni 1481* (11), *et hac die in Dempsteri* Menologio Scotico (12) *donatur sequenti formula:* Dunkelden beati Thomae Lavodir episcopi, qui pauperum pater et orphanorum tutor dicebatur. *Quod encomium desumptum est ex breviario proprio ecclesiae et Scotichronico Magni Macullonis. At ista sane non tantae sunt auctoritatis ut cultum ecclesiasticum proprii nominis demonstrent.*

Tremorii *hac die gesta examinanda esse cur nuntiaverint maiores nostri* (13), *nobis non liquet. Ea potius ad diem 8 novembris ventilanda venient, qua die sanctus ille a Britonibus colitur.*

S. Valentinus *commemoratur ad diem 4 novembris in martyrologii Hieronymiani codice Augustano tantum, sub hac formula:* In Patavia Valentini. *Forsan confusio facta est cum S. Valentino Viterbiensi, de quo actum est die 3 novembris.*

SS. Valentinus et Hilarius, *de quibus dictum est die 3 novembris, prostant hodie in Usuardi auctario Hagenoyensi.*

Yvo Brito *sive Armoricus, Ordinis Praedicatorum, tertius prior provincialis in Terra Sancta, hac die apud auctorem operis* L'Année Dominiquaine *(Paris. 1670) inter beatos inscribitur. Sed hic beati titulus nihil indicare videtur nisi virum sanctitate vitae venerandum. Quae venerabilis vir in vita gessit refert Tresvaux* (14), *qui, ut ipse testatur, cuncta a Sonegio* (15) *mutuatus est.*

(1) Praefat. in *Thes. ant. et histor. Italiae,* collectum e Graevio, p. 3, ed. Lugduni Batav., 1704. — (2) Op. cit., p. x. — (3) *Act. SS. Maii,* tom. III, p. 272. — (4) *Storia ecclesiastica di Sardegna,* tom. I, p. xi. — (5) Ibid., p. 117. — (6) *Santuario de Caller.* — (7) Op. cit., p. 111. — (8) *Antiq. med. aevi,* tom. V, p. 17. — (9) Loc. cit., p. 57*. — (10) Op. cit., p. 117. — (11) Keith, *An historical catalogue of the Scottish Bishops.* Nov. ed. M. Russel, 1824, pp. 89, 90. — (12) Forbes, *Kalendars of Scottish Saints,* p. 217. — (13) Tom. VIII Octobris, p. 7. — (14) *Les Vies des saints de Bretagne,* tom. II, p. 445 sqq. — (15) *Année Dominicaine.*

DE S. PERPETUA

UXORE S. PETRI APOSTOLI, MARTYRE ROMAE.

SAECULO PRIMO.

AUCTORE J. V. D. G.

Uxorem S. Petri commemorant Patres.

1. *Principem apostolorum fuisse matrimonio iunctum aperte testantur libri sacri, quippe qui commemorent socrum eius fuisse sanatam a Christo Domino* (1). *Nulla tamen in Scriptura ulterior notitia de ipsa eius uxore inicitur, sed plura tradunt SS. Patres, incerta licet, quae heic quasi in fascem collegisse iuvabit. Alii enim solummodo commemorant uxorem Petri, scilicet Pseudo-Clemens, qui refert se cum illa iter egisse* (2); *interpolator Ignatiaster affirmans et Petrum et Paulum omnesque apostolos in matrimonio versatos:* ὡς Πέτρου καὶ Παύλου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων (3); *Tertullianus, fassus Petrum solum in scripturis designari* maritum per socrum (4); *Ambrosius, asserens omnes apostolos, exceptis Ioanne et Paulo, uxores habuisse* (5); *itemque Origenes* (6) *et Hieronymus* (7). *Subdit S. Epiphanius* (8) *coniugem Petri oriundam fuisse ex civitate Capharnaum; opinatur praeterea cum Clemente Alexandrino* (9) *eum liberos procreasse. Attamen consentiunt etiam scriptores ecclesiastici in asserendo S. Petrum, postquam ad apostolatus dignitatem sublimatus fuit, opus coniugale declinasse. Similia docet S. Avitus, cum scribit Dominum Petrum, Petrum coniugem*

(1) Math., VII, 14, 15; Marc., I, 29, 30; Luc., IV, 38. — (2) P. L., tom. I, p. 1365, *Recogn.,* VII, 25. Cfr. *Homilia* XIII, ibid., tom. II, p. 330. — (3) P. G., tom. V, p. 825. — (4) P. L., tom. II, p. 939. — (5) P. L., tom. XVII, p. 320. — (6) P. G., tom. XIII, p. 1316. — (7) P. L., tom. XXIII, p. 245. — (8) P. G., tom. XLI, p. 444. — (9) P. G., tom. VIII, p. 1156, 1158.

propriam

AUCTORE J. V. D. G.

propriam secutam esse : cessante carnali usu, manebat spirituale solatium (1); *immo Epiphanius monachus narrat Petrum coniugem suam, mortua socru, tradidisse Dei genetrici :* καὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου τελευτησάσης τὴν γυναῖκα ὁ Πέτρος παρέδωκε τῇ Θεοτόκῳ (2). *Non aliter de continentia Petri iam facti apostoli loquuntur Hieronymus* (3), *Ratramnus* (4), *Hincmarus* (5). *Quomodo haec, praesertim saeculo decimo sexto, grassante protestantium lue in ecclesiasticum caelibatum invehentium, detorquere conati sint heterodoxi, qui ita apostolos vocabant uxoratos, non quasi ante susceptum apostolatum tantum tales fuerint, eo vero inito cum ceteris omnibus quae possederant reliquerint coniuges, sed ita quidem ut quos Christus coniugatos ad se vocaverat ad finem vitae in huius status usu constantes permanserint, patet, exempli gratia, vel ex Friderici Maieri* (6), *vel Francisci Georgii Buckfischii* (7) *dissertationibus, quas tamen hic praeterire cogit operis nostri forma et argumenti inanitas.*

cuius martyrium narrant.

2. *Coniugem S. Petri martyrii gloria decoratam fuisse in* Stromatum *libro VIII sequentibus verbis exhibet Clemens Alexandrinus :* Φασὶ γοῦν B τὸν μακάριον Πέτρον θεασάμενον τὴν αὑτοῦ γυναῖκα ἀγομένην τὴν ἐπὶ θάνατον, ἡσθῆναι μὲν τῆς κλήσεως χάριν, καὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς, ἐπιφωνῆσαι δὲ εὖ μάλα [illegible] παρακλητικῶς ἐξ ὀνόματος προσειπόντα · Μεμνήσθω, αὐτῇ, τοῦ Κυρίου (8). Aiunt certe beatum Petrum, cum vidisset uxorem suam duci ad mortem, laetatum quidem esse quod vocaretur, et quod domum reduceretur, eam adhortatum ac consolatum, nomine compellasse, ac dixisse illi : Memento Domini. *Eadem repetunt in* Historia *sua tum Eusebius* (9), *tum Nicephorus Callistus* (10). *In hunc autem Clementis locum haec adnotavit Grabius* (11) : Nomen uxoris Petri a Clemente Alexandrino, loco citato, non est expressum, legitur vero in fragmento, quod Heleeae, Caesaraugustani episcopi, nomine habetur editum, pag. 109 editionis Caesaraugustanae. S. Petrus, inquit iste auctor, in honore habetur in Hispaniis, et eius uxor Concordia, passa sub Nerone, non multo prius quam ipse pateretur. Fuit haec (ut docet Maximus in Commentariis ad epistulam S. Petri) filia Aristobuli, vel Zebedaei, et Salomes, socrus etiam Andreae, qui duxit alteram sororem Concordiae, et Iacobi, C et Iohannis. Fuit autem Aristobulus, cognomento Zebedaeus, frater Barnabae, apostoli Domini.

De nomine et genealogia uxoris S. Petri,

3. *Hanc ab Helera traditam genealogiam, quae prostat etiam apud Epiphanium monachum :* καὶ ὁ μὲν Σίμων ἔγημε τὴν θυγατέρα Ἀριστοβούλου, ἀδελφοῦ Βαρνάβου τοῦ ἀποστόλου, et Simon quidem uxorem duxit filiam Aristobuli, fratris Barnabae apostoli (12), *fusius discutere opus non est, cuius nullum habetur fundamentum certum, quoniam de nomine uxoris Petri, quam Concordiam vocat episcopus Caesaraugustanus, alii vero hebraea appellatione Mariam* (13), *nihil rati statuere licet. Ut dictum est, Evangelium et Patres hanc denominationem reticent, praeterea Clementem Alexandrinum audivimus indeterminate tantum dicentem S. Petrum uxorem suam nomine compellasse.* D *Ex Cotelerio docemur* (14). *Symeonem magistrum et logothetam, in* Chronico *inedito quod latet in codice bibliothecae Parisinae, signato num. 1712, vocare uxorem S. Petri Ioannam,* καὶ Ἰωάννα · αὐτὴ δὲ ἦν ἡ γυνὴ Πέτρου *(fol. 60), quam citat inter unguentiferas mulieres quae venerunt ad ungendum Dominum. Porro hac in re Metaphrasten nullam mereri fidem inde evincere studet Grabius* (15), *quia, sicut in antecedentibus erraverat dum Mariam, matrem Iacobi minoris, uxorem autem Iudae fratris Domini facit, cum Iacobus minor, frater Iudae fratris Domini, nullatenus filius eius fuerit, ita et hic hallucinatus est, uxorem Petri cum eiusdem matre confundendo. Quod luculenter apparet ex alia recensione parentum et patriae apostolorum, quam itidem ex codicibus Parisinis nunc signatis numm. 1085, 1115, descripsit diligentissime Cotelerius ad Pseudo-Clementis* Constitutionum apostolicarum *libri II caput ultimum* (16). *Ibi enim haec habes :* Petrus et Andreas fratres, ex patre Iona, matre Ioanna, arte piscatores, e vico Bethsaida. *Attamen Epiphanius monachus, qui ad hunc Sy-* E *meonis locum certe alludit* (17), *cum ipse inter septem unguentiferas mulieres annumerat Ioannam, non nisi dubitanter affirmet hanc fuisse uxorem Petri, dicens :* καὶ Ἰωάννα · αὕτη, φασί τινες, γυνὴ Πέτρου, ἄλλοι δὲ, μήτηρ Κλήμεντος, et Ioanna ; haec, ut quidam dicunt, erat uxor Petri, ut vero alii, mater Clementis. *Hosce locos Epiphanii monachi et Symeonis logothetae non erit forsan abs re inter se conferre, ut pateat similitudo.*

CHRONICON SYMEONIS (P. G., tom. I. p. 772.)	EPIPHANIUS MONACHUS (P. G., tom. CXX, p. 210.)
Μυροφόροι δὲ ἦσαν ἑπτά · ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία ἀφ' ἧς ἐξέβαλεν ὁ Χριστὸς τὰ ἑπτὰ δαιμόνια. Καὶ Σαλώμη ἡ μαῖα · καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. Καὶ Μαρία ἡ μήτηρ μὲν Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, γυνὴ δὲ Ἰούδα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου. Καὶ ἡ μήτηρ Ἰωσῆ · αὐτὴ δὲ ἦν θυγάτηρ Σαλώμης τῆς ἐξαδέλφης τῆς Θεοτόκου, ἥτις ἀναθρέψασα τὸν Ἰωσῆ μήτηρ αὐτοῦ ἐλέγετο. Καὶ Ἰωάννα · αὐτὴ δὲ ἦν ἡ γυνὴ Πέτρου. Καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, ἥ ἔστι θυγάτηρ Ἰωσήφ, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κλωπᾶ.	Μυροφόροι δὲ ἦσαν ἑπτά · Μαρία ἡ Μαγδαληνή, καὶ Σαλώμη, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, καὶ Μαρία Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, μήτηρ Ἰούδα, γυνὴ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ Ἰωσῆ μήτηρ ἡ ἀναθρέψασα τὸν ἀδελφὸν F τοῦ Κυρίου, καὶ Ἰωάννα · αὕτη, φασί τινες, γυνὴ Πέτρου, ἄλλοι δὲ μήτηρ Κλήμεντος, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου Μαρία ἡ τοῦ Κλεωπᾶ, γυνὴ ἀδελφοῦ Ἰωσήφ.

In martyrologiis autem, quod etiam animadvertunt Grabius (18), *Thilo* (19) *et Lipsius* (20), *uxor S. Petri unanimi consensu dicitur* Perpetua *fuisse nominata. Sed de eius cultu in sanctorum fastis iam penitius dicendum.*

deque eius cultu.

4. *In martyrologio Romano locum non accepit*

(1) *Epist. ad Gundobaldum* apud Baluze, *Miscellanea*, tom. II, p. 9, ed. Mansi. — (2) P. G., tom. CXX, p. 218. — (3) Loc. cit., et P. L., tom. XXII, p. 963. — (4) P. L., tom. CXXI, p. 325. — (5) P. L., tom. CXXVI, p. 148. — (6) *De Petri conjugio*, Wittebergae, 1684. — (7) *De Apostolis uxoratis*, Helmstadii, 1704. — (8) *Strom.*, lib. VII, P. G., tom. IX, p. 487. Forsan melius est legere : Μέμνησο, ὦ αὕτη, τοῦ Κυρίου, ut monent plurimi editores, nixi praesertim testimonio Eusebii, qui Clementem recitans ultima verba iuxta indicatam formulam emendatiorem profert. — (9) Lib. III, cap. 30. — (10) P. G., tom. CXLV, p. 880. — (11) *Spicileg. SS. Patrum*, ed. 2ª, Oxoniae, tom. I, p. 30. — (12) P. G., tom. CXX, p. 218. — (13) Buckfisch, *De Apostolis uxoratis*, p. 10. — (14) In nota 39 ad Pseudo-Clementis *Const. Apost.*, P. G., tom. I, p. 772. — (15) Op. cit., p. 330. — (16) P. G., tom. I, p. 755. — (17) P. G., tom. CXX, p. 210. — (18) Loc. cit. — (19) *Actorum SS. Petri et Pauli*, part. poster. Halis Saxonum, 1838, p. 20. — (20) *Die Quellen der römischen Petrus-Sage*, p. 148. Cfr. ibid., pp. 112, 145.

AUCTORE J. V. D. G.

A S. Perpetua, *licet Baronius historiam ipsam eius martyrii in* Annalibus *suis retulerit, retractatam secundum Clementem Alexandrinum* (1), *addens tantummodo ignorari quo tempore passa sit, cum tamen ex verbis Eusebii aperte colligatur eam paulo ante S. Petrum martyrium subiisse. Cultus* S. Perpetuae *ac eius memoria maxime celebratur in Usuardo eiusdemque auctariis : invenitur namque in Antverpiensi maximo, Ultratraiectino, Leydensi, Lovaniensi, Bruxellensi; necnon apud Molanum, Ferrarium, Arturum in* Gynaecaeo, *Maurolycum, ubi sic sonat formula :* Eodem die, natale sanctae Perpetuae, coniugis beati Petri apostoli. *Alii fere ad verbum recitant locum excerptum e Clemente Alexandrino; ita Coloniense vetus,* Viola Sanctorum, *martyrologium Canisii et Carthusiani Colonienses, ubi haec leguntur :* Eodem die sanctae Perpetuae martyris, uxoris sancti Petri apostoli, quae ad martyrium cum a tortoribus urgeretur, sanctus Petrus his verbis audacter eam in Domino exhortatus est : Uxor mea, memor esto Dominum Iesum Christum pro te passum; nec timeas eos qui corpus occidunt, sed
B animam tuam perdere non possunt. Et his verbis confortata in Domino, laetanter, patienter et fortiter mortem pro Christo sustinuit. *Aliquanto etiam plura habentur in manuscripto sanctorum* Florario, *cuius apographum invenimus in collectaneis Bollandianis, asservatis in codice signato num.8932 bibliothecae regiae Bruxellensis :* Natale sanctae Perpetuae coniugis beati Petri apostoli : quae mulier sanctissima Petrum secuta Romam pervenit, ubi constantissime Christum omnibus praedicabat. Tandem iussu Neronis imperatoris impiissimi capta ac diu torta, novissime diiudicata ad mortem. Dum ergo ad passionem duceretur, discipulis flentibus, propter constantiam ipsius et duram poenam quam fervide sustinuerat Petrus ingenti gaudio exsultabat, ac eam proprio nomine vocans, post eam exclamavit, dicens : O Perpetua coniux, memento Domini. Tandem decollata Romae martyrium in proprio sanguine celebravit anno salutis LX, miraculis plurimis clarens. *Quod Christum ait praedicasse, ita accipiendum est, quod sanctissimae vitae exemplis ac verbis quoque in privatis congressibus christianam religionem persuadere Romanis mulie-*
C *ribus conaretur. Annus Christi sexagesimus est Neronis octavus; verosimile tamen est aliquanto serius occisam esse* S. Perpetuam.

De fontibus legendae S. Perpetuae.

5. *Quisnam primus in sanctorum fastis posuerit hoc nomen* Perpetuam *se nescire fatetur Sollerius* (2), *quod ceteroquin commentitium esse haud dubie asserit eruditissimus vir Thilo* (3). *At totam historiam martyrii* S. Perpetuae, *quam, ut dictum est, primus enarravit Clemens Alexandrinus, desumptam fuisse ab ipso ex Actis apocryphis S. Petri, opinati sunt Zahn* (4), *Lipsius* (5), *Hilgenfeld* (6). *Quaestio tamen, nondum soluta, remanet cuinam ex variis recensionibus, si tamen plures revera fuerint, quod nec ita certo demonstratum est, scilicet catholicae, ebioniticae aut gnosticae, attribuenda sit haec historia. Quicquid sit, illud nihilominus ut probabilius videtur admittendum, quod contendit Lipsius* (7) *contra Zahn, Clementem Alexandrinum in narrando martyrio uxoris S. Petri non verba ipsa textus Actorum referre, quoniam rem promit tamquam ex auditu* φασὶ γοῦν. *Cetera vero conici tantum valent, nimirum, quod tenet Lipsius contra Hilgenfeld* (8), *historiam prodire non ex catholicis* πράξεσι Πέτρου καὶ Παύλου, *sed verosimilius eam derivatam esse ex fonte ebionitico, siquidem Pseudo-Clementinae* Homiliae *et* Recognitiones (9), *quae dicuntur ad istam pertinere officinam, frequentius commemorant uxorem S. Petri; immo ex fonte gnostico, si audiendus Lipsius, quia Clemens Alexandrinus quandoque ex eodem hausit* (10). *Proin, si haec recte statuta sunt, iam ad finem vergente saeculo II, conficta est ista narratiuncula de martyrio* S. Perpetuae.

eiusque veritate historica.

6. *Igitur, ut verbo totam inquisitionem resumamus, id de* S. Perpetua *retinendum videtur quod, si ex Evangelio liquet S. Petrum fuisse matrimonio* E
iunctum, cetera omnia, ea nempe quae tum de nomine, tum de martyrio uxoris apostoli circumferuntur, fabulam sapiunt. Ex apostolorum apocryphis Actibus et ea quae deperdita est recensione, confecisse putandi sunt narrationem martyrii quam tradunt Clemens Alexandrinus et Eusebius. Quorum auctoritate motus illam sacram feminam in suum canonem hagiologicum transtulit Usuardus. Hunc tamen non sunt secuti omnes fastorum hagiologicorum compilatores. Sane olim, antequam cogniti actus apocryphi fidem multarum historiarum quas repetunt Patres minuissent, Clementi Alexandrino pleniorem concedere auctoritatem pronum erat; quam et ipse Ruinartius (11), *gravis admodum et severus traditionum apocrypharum expunctor, minime denegavit, cum, in confutando Dodwello contendente ex Patrum homiliis,* quarum si genuina a supposititiis separarentur, parum superfore martyres quorum festa celebrarentur, *adducit, ostensurus quid valeant testimonia Patrum in re hagiographica, Clementem Alexandrinum narrantem martyrium uxoris S. Petri apostoli. Nunc autem minoris sane facienda videtur haec traditio, cuius se testem fecit Clemens Alexandrinus, etsi non prorsus reicienda sit tamquam* F
aperte falsa. Etenim ex una parte suadetur tantum, non vero stricte demonstratur hanc traditionem erutam fuisse ex apostolorum Actis apocryphis, ex altera vero non probatum est quaecumque inveniuntur in hisce Actis esse tamquam supposititia respuenda. Proinde martyrologii Romani, quod S. Perpetuae, *uxori sancti Petri apostoli, nondum concessit locum, laudanda prorsus est cautela, quam in hac re sapienter adhibitam fuisse demonstrant quae de* S. Perpetua *investigare conati sumus.*

(1) Ad ann. 69, num. XXXII. — (2) *Martyrologium Usuardi*, ad d. 4 novemb., p. 651. — (3) Op. cit., p. 20. — (4) *Acta Joannis.* Erlangen, 1880. p. LXXVIII. Cfr. *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1880, p. 1226. — (5) *Die Quellen der römischen Petrus-Sage*, pp. 112, 145; *Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden*, tom. II [1], p. 82. — (6) *Novum Test. extr. can.*, tom. IV, p. 73.— (7) *Die apokryphen*, etc., p. 82. — (8) Loc. cit. — (9) Clem. Rom., *Recogn.*, VII, 25; *Homil.* XIII, 1; cfr. P. G., tom. I, p. 1365, tom. II, p. 330. — (10) V. g. in *adumbratione in Ep. I Ioan.*, ed. Potter, p. 1009, in quo loco assumptae videntur gnosticae traditiones eae quae reperiuntur apud Thilo, *Fragmenta Actuum Ioannis.* Halis Saxonum, 1847, pp. 20 sqq.—(11) *Acta primorum martyrum*, ed. alt., p. XXIV.

DE

A D

DE SS. PATROBA ET PHILOLOGO

DISCIPULIS S. PAULI APOSTOLI.

SAECULO PRIMO.

AUCTORE J. V. D. G.

De SS. Philologo et Patroba.

1. *Recurrunt denuo ex notissima eorum serie quos, in suae* Epistulae *ad* Romanos *capite ultimo, salutare iubet Apostolus, duo sancti viri, cultum ad praesentem diem nacti in ecclesia graeca, quae eos, non secus ac reliquos eorum socios ibidem a S. Paulo recitatos, maxima veneratione semper prosecuta est. Verum circa eos quoque in fabulas diversas abiit, quod et eam praestitisse pro ceteris eiusdem societatis sanctis iam pluries ostenderunt antecessores nostri, nuperrime autem denuo in SS. Stachy, Ampliato, Urbano et Narcisso* (1). *Itaque ad* SS. Patrobae *et* Philologi *res gestas critice diiudicandas strata nobis est via, quam* B *proin, praelucente maiorum nostrorum auctoritate, securius perambulabimus.*

quos Patres saepius commemorant,

2. *Ut dictum est,* SS. Patrobae *et* Philologi *nomina per S. Paulum innotescunt* (2), *at non nisi mera nomina, quippe qui de eorum conditione, vitae cursu, rebus gestis alte taceat. Nec explicitos magis se praebent Patres commentati epistulam ad Romanos, siquidem nec apud Origenem* (3), *Ambrosium* (4), *Chrysostomum* (5), *Theodoretum* (6), *Primatium* (7), *Sedulium* (8), *quicquam invenire est praeter solum nomen. Quod Patrum discretum silentium intuitum fuisse diceres martyrologii Romani compilatorem, cum prudentissima formula usus haec tantum proferat :* Eodem die sanctorum Philologi et Patrobae, sancti Pauli apostoli discipulorum, *sedulo vitans appellationes quibus* SS. Patrobas *et* Philologus *a Graecis decorati fuerunt.*

fabulae multae asseruntur.

3. *Etenim, qui Dorothei Tyrii circumfertur nomine* Commentarius de septuaginta Domini discipulis *haec tradit de* Patroba : Πατροβᾶς, οὗ καὶ αὐτοῦ ὁ Ἀπόστολος μέμνηται, ὅς καὶ ἐπίσκοπος ἐν Πατιόλοις γέγονεν. Patrobas, cuius ibidem Apostolus meminit, qui et episcopus Puteolorum factus est ; *de* Philologo *autem :* Φιλόλογος, οὗ καὶ αὐτοῦ ὁ Ἀπόστολος C μέμνηται, ὅς καὶ ἐπίσκοπος γέγονεν ὑπὸ Ἀνδρέου ἀποστόλου ἐν Σινώπῃ. Philologus, cuius pariter meminit Apostolus, qui et Sinopes episcopus ab Andrea apostolo ordinatus est (9). *Eadem docet Pseudo-Hippolytus in libello* De LXX apostolis Iesu Christi, *qui probabiliter unus est cum praecedenti :* Πατρόβουλος, ἐπίσκοπος Ποτεόλων : Patrobulus, episcopus Puteolorum ; Φιλόλογος, ἐπίσκοπος Σινώπης ; Philologus, episcopus Sinopes (10). *Haec desumpta sunt ex Cangii emendatiori Pseudo-Dorothei editione, quam denuo in lucem vulgavit, citatis tomis, recens editor Migne. Sed cum primum latine prodierunt ista in septimo tomo Bibliothecae veterum Patrum, edente Margarino de la Bigne, sic lecta sunt :* Patrobas, cuius etiam idem meminit Apostolus, episcopus Neapolitanus constitutus est. *In editione romana huius Dorothei libri, quem apud Paulum Manutium anno 1564, Petrus Galesinius cum aliis sanctorum Patrum libris in lucem dedit,* Patrobas Neopotiolanus *episcopus designatur, dum Antonius Monchiacenus Demochares, libro II* de divino Sacrificio Missae, *cap. 13, tradit* Patrobam Nepotiolanum *episcopum fuisse institutum. Haec verba* Neopotiolanus, Nepotiolanum *sat evidentur ex prava lectione graecorum verborum* ἐν Ποτιόλοις *videntur habuisse originem. Sed textus graeci immemores, aut forsan illius non compotes, quippe qui latinae interpretationi unice intenti essent, quia Nepotiolana, vel Neopotiolana civitas* E *nullibi reperitur, ideo eruditi quique viri legerunt Neapolitanum episcopum.*

Patrobam vel Neapolitanum,

3. *Hinc factum est ut revera plurimi* S. Patrobam *vindicaverint in Neapolitanum episcopum, quos inter memorasse satis erit Ughelli* (11), *Antonium Caracciolum* (12), *Bartholomaeum Chiocarellum* (13), *de Petris* (14), *Eugenium* (15), *Franciscum de Magistris* (16), *Dominicum Gravinam* (17), *Cantelium* (18), *qui omnes post S. Asprenum ponunt in sede Neapolitana* S. Patrobam, *quem tamen antea Puteolanum antistitem fuisse non infitiantur. Ut probent suam opinionem non parum laborant, nihil tamen evincunt. Audiatur Ughellus :* Quod si aliquis quaerat, cur si Neapolis episcopus fuit, nulla de eo mentio in Neapolitana ecclesia exstet ? respondebitur ilico : ... Tantae oblivionis nulla alia causa fuit, quam vel hominum negligentia, vel veterum monumentorum, Diocletiano saeviente, iactura, et quod vero communius malum, ipsa suo se dente corrodens invidiosa vetustas. *Talia argumenta nemo mirabitur si nulli fidem faciant ; sed citatos auctores ex Dorothei depravato textu fuisse deceptos inde patet quod Ughellus asserit Dorotheum in Synopsi,* ut in F emendatis codicibus legitur, *clare tradere* Patrobam *fuisse Neapolis Campanorum episcopum. Quid de hac emendatione codicum quorundam Dorothei sit sentiendum iam diximus. Ceteroquin scriptores melioris notae nihil noverunt de Neapolitano episcopatu* S. Patrobae, *quales sunt Ioannes Diaconus apud Muratori* (19), *Mazochius* (20). *Proin de istis fabulis sit satis superque disputatum.*

vel Puteolanum episcopum fuisse.

4. *At si* S. Patrobam *Neapolitanae cathedrae affigere omnino repugnat, quid censendum de traditione quae eum primum Puteolorum antistitem facit ? Ut supra rettulimus, haec traditio revera viget, praesertim a Pseudo-Dorotheo et suppositio Hippolyto prolata. Dein apparet in Graecorum libris hagiologicis fere sub eadem formula, verbi*

(1) *Acta SS.* Octobr., tom. XIII, pp. 687 sqq. — (2) *Rom.* XVI, 14, 15. Quod ipsum nomen spectat, notari potest occurrere nomen Patrobvs in inscriptione latina 6306, n. 120 inter *Inscriptiones regni Neapolitani latinas* a Mommseno editas, p. 354. — (3) P. G., tom. XIV, p. 1282. — (4) P. L., tom. XVII, p. 180. — (5) P. G., tom. LX, p. 671. — (6) P. G., tom. LXXXII, p. 222. — (7) P. L., tom. LXVIII, p. 505. — (8) P. L., tom. CIII, pp. 124. — (9) P. G., tom. XCII, p. 1063, 1064. — (10) P. G., tom. X, p. 955, 956. — (11) *Italia sacra,* tom. VI, pp. 25, 26. — (12) *De sacris Neapol. eccles. monum.,* cap. VII, p. 117 ; cap. VIII, p. 120 sqq. — (13) *Antistitum... Neap. eccles. catal.,* p. 17. — (14) *Hist. Neapolit.,* lib. I, cap. 3., — (15) *Napoli sacra,* in indice episcoporum. — (16) *Status rerum memorabilium... civit. Neapol.,* p. 35. — (17) In *Controversiarum,* tom. III, part. 2. Controv. 4ª, p. 317. — (18) *Metropolitanarum urbium historia civilis et ecclesiastica,* p. 370. — (19) *Rerum ital. script.,* tom. I, part. 2ª, p. 292. — (20) *Dissertatio hist. de cath. eccl. Neap. vicibus,* p. XXIV, et *De sanctorum Neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu,* p. XXVI.

gratia

AUCTORE J. V. D. G.

gratia in menologio Basilii (1), *quod haec habet :* καὶ ὁ μὲν Πατροβᾶς, οὗ καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιστολαῖς μέμνηται, ἐπίσκοπος Ποτιόλων ἐγένετο, et Patrobas quidem, cuius mentionem in suis epistulis Paulus magnus facit, episcopus Puteolorum factus est. *Et haec Ferdinando Ughello sufficere visa sunt ut inde sequentem* S. Patrobae *historiam contexeret :* Patrobam, unum ex septuaginta duobus Christi discipulis, immo et Pauli discipulum, cuius meminit in Epistula ad Romanos, satagente Petro apostolorum principe Hierosolymis post Iudaicam persecutionem, dispersionemque Christi discipulorum per universas orbis terrarum partes, ordinatum episcopum, Puteolis nutu divino appulisse, eaque in urbe, tunc florentissima, evangelium disseminasse, eiusdem primum praesulem institutum fuisse, vetus constansque traditio narrat. Porro de eo pauca loquuntur monumenta, quae, ut Baronius scribit, a primis Christi fidelibus gesta sunt, scriptorum inopia vel scripturarum naufragio remanserunt silentio sepulta. Igitur Patrobas, primus Puteolanorum episcopus, assiduo labore fideique fervoris praedicatione accensus, fidem sedemque episcopalem Puteolis constabilivit, cumque per annos multos molestias multas et incommoda pro Christi nomine a gentilibus fortiter pertulisset, infinitos propemodum ad evangelii lucem adduxisset, sancte quievit in Domino 4 novembris post annum salutis 59, ut existimare possumus ; etenim cum Paulus apostolus e Hierosolymis Romam captivus duceretur e Rhegio solvens, Puteolos delatus, inventis ibi fratribus, ut Acta Apostolorum capite XXVIII testantur, apud eos dies septem rogatus mansit ; tunc temporis aiunt Patrobam illorum fratrum (hoc enim vocabulo christiani appellabantur) episcopum fuisse. *Haec utique magna fiducia affirmantur, sed ut plane probentur deficiunt argumenta.*

nulla probant argumenta.

5. *Sed qui huius traditionis fundamenta examinaverit, is sane ne minimam quidem concedere fidem ausus fuerit. Fundamenta sunt tum Dorotheus tum Pseudo-Hippolytus, nec non menologia Graecorum : iam vero quam exigua polleant illi auctoritate notum est* (2), *et quamvis menaea Graecorum ad cultus testimonium adhiberi queunt, procul abest quin habeantur loco documenti historici cuius auctoritas absque ullo moderami valeat suscipi. Praeterea ipsa Puteolorum ecclesiae traditio non ea est quae monumentorum silentium suppleat. Nonne fatetur ipse Ughellus nullam Puteolis ante episcopum Vairum* (3), *hoc est ante saeculum circiter XVI, reperiri commemorationem de* S. Patroba ? *Scilicet iterum occurrimus popularibus fabellis et historiolis quae civitatum Italiae pastorem primum ab apostolorum aevo ipsisque fidei incunabulis arcessere student, ut querebatur Maffeius in epistola ad Nicolaum Coletum, tomo quinto* Italiae Sacrae *novissimae editionis Venetensis, col. 676* (4). *Proin, donec huic rei maior affulgeat lux, prudentiam martyrologii Romani imitari decet, satisque sit de* S. Patroba *asserere eum fuisse e discipulis S. Pauli apostoli maxime dilectis, sed quid egerit, ubive labores sacros exercuerit hucusque ignorari plane. Propterea tamen minime diffitemur fidem christianam haud diu post Christi ascensionem Puteolos pervenisse. Iam Actus Apostolorum, cap. XXVIII, 13, 14, testantur S. Paulum apostolum ibi invenisse fratres; de ipsa tamen origine illorum christianorum disputatur, cum eos Phoenices mercatores esse velit Martorellius* (5) *contra opinionem quam tenet Scherillo* (6), *Iudaeos vero fuisse Mazochius* (7) *et post ipsum Renan* (8) *referat, christianos autem dumtaxat eos praedicet Patrizi* (9).

Idem de S. Philologi

6. *Quod modo memorata documenta tradunt de Puteolano episcopatu* S. Patrobae, *itidem proferunt de* S. Philologo, *cui cathedram Sinopes in Ponto per S. Andream commissam fuisse asserant. Iam audirimus Pseudo-Dorotheum aperte declarantem* S. Philologum *fuisse ab Andrea apostolo Sinopensem episcopum ordinatum* (10). *Quae etiam repetit Pseudo-Hippolytus :* Φιλόλογος ἐπίσκοπος Σινώπης, Philologus, episcopus Sinopes (11). *Unde menologium Basilii :* Ὁ δὲ Φιλόλογος, οὗ καὶ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος μέμνηται, ἐπίσκοπος Σινώπης ἐγένετο ὑπὸ Ἀνδρέου τοῦ πρωτοκλήτου τῶν ἀποστόλων. Philologus, de quo idem Apostolus meminit, Sinopis episcopus creatus est (12). *Haec quae Pseudo-Dorotheus et Hippolytus proferunt ex quibusdam Actis apostolorum eruta esse opinatur Lequien, qui sequentia refert ex apographo Actorum S. Andreae, quod penes se habebat a Combefisio exaratum* (13). *S. Andreas cum germano suo fratre Petro,* μετὰ τοῦ συγγόνου αὐτοῦ, *Sinopensibus praedicavit; cuius praedicationis monumentum lapideum ibidem superat. Complures ex Iudaeis qui urbem incolebant, miraculis apud eos editis ad Christum adduxit, e quibus aliquot sacerdotio initiavit qui vita et moribus probatiores erant,* ὧν τοὺς δοκιμωτέρους ἱερέας κατέστησεν *Post, Sinopen regressus, Philologum episcopum constituit,* ἑδραιοτέρους πάλιν καταστήσας πρὸς θεοσέβειαν Φιλόλογόν τε προχειρισάμενος αὐτοῖς ἐπίσκοπον ἀπέπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον

episcopatu Sinopensi dicendum.

7. *Hucusque Lequien, citato loco. Paulo antea similia scripserat Saussayus, scilicet narratis adventu S. Andreae in Sinopem civitatem et Cratini sanatione, pergit :* Multos subinde... Domino alios cives consecravit. Philologum, olim Pauli discipulum, qui cum eius bona venia ad Andream diverterat, cupidus incumbendi propius saluti gentis suae, episcopum ibidem ordinavit (14). *Iam vero, ut diximus, quaecumque Lequien et Saussayus tradiderunt de* S. Philologo *desumpta sunt ex Actis S. Andreae confictis saeculo, ut videtur, decimo, ab Epiphanio monacho* (15). *In iis namque legitur :* ἐπέρασεν εἰς Σινώπην, καὶ ποιήσας ὀλίγας ἡμέρας καὶ ἐπιστηρίξας αὐτοὺς κατέστησεν αὐτοῖς ἐπίσκοπον τὸν Φιλόλογον. Et post paucos dies, confirmatis illis, constituit episcopum Philologum (16). *Iste locus conferri potest cum excerpto supra tradito ex Actis quae Combefisi manu exarata vidit Lequien, quaeque ab Epiphanii monachi libello haud fuisse diversa, saltem non rebus, si verbis quidem, testatur Carolus Thilo* (17). *Ad auctoritatem Epiphanii quod attinet, ut animadvertunt Harles* (18), *Dres-*

(1) In edit cardin. Albani, p. 166. — (2) Videsis *Acta SS.* Octobr., tom. XIII, pp. 689-691. — (3) *Italia Sacra*, tom. VI, p. 25. — (4) Cfr. *Acta SS.*, tom. II Aug., p. 416; Zaccharia, *Cremonen. episcop. Series*, cap. 6, p. 35, in dissertatione operi praefixa ; Mamachium, *Origin. et antiq. christ.*, tom. II, p. 245 in notis. — (5) Cfr. Rossi, *Bulletino di Archaeol. crist.* 1864, p. 69. — (6) *Della Venuta de S. Pietro Apostolo in Napoli*, p. 156. — (7) *Spicileg. bibl.*, tom. III, p. 279. — (8) *Saint Paul*, pp. 558, 559; *L'Antechrist*, p. 10. — (9) *Comm. in Act. Apost.*, p. 205. — (10) P. G., tom. XCII, p. 1063, 1064. — (11) P. G., tom. X, pp. 955, 956. — (12) Loc. cit. — (13) *Oriens christianus*, tom. I. — (14) *De Gloria S. Andreae apostoli*, p. 163. — (15) P. G., tom. CXX, pp. 215 sqq. — (16) P. G., tom. CXX, p. 243. — (17) *Acta SS. Apostolorum Andreae et Mathiae*, p. x. — (18) Fabricii *Bibl. graeca*, ed. alt., tom. VIII, p. 258.

sel

AUCTORE J. V. D. G.

sel (1). *Tischendorf* (2), *fatendum niti maxime Epiphanium Actis apocryphis; proin, si apud ipsum de Sinopensi* S. Philologi *episcopatu occurrit mentio, non ideo multum crescit adhibenda fides; undecumque igitur hausta sit haec opinio, ex documentis quae fabulas sapiunt derivata dicenda est.*

SS. Philologi et Patrobae cultus apud Graecos,

8. *Restat ut de cultu* SS. Patrobae *et* Philologi *agamus. Iam recitavimus formulam menologii Basilii ad diem 5 novembris, dum in martyrologio Romano nominantur die 4. Eorum memoria simul cum SS. Lino, Herma et Caio celebratur, qui aliis diebus in ecclesia latina recoluntur. In synaxario leguntur sequentia; omittimus ea quae pertinent ad SS. Linum, Hermam et Caium* (3) : D

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα Ἑρμᾶ, Πατρόβα, Λίνου, Γαΐου καὶ Φιλολόγου.

Στίχ. Ἑρμᾶς, Πατρόβας (5) καὶ Γάϊος τρεῖς ἅμα
ἀπόστολοι θνήσκουσιν, οἷς Τριὰς (6) φίλη

. . . .

Φιλολόγος φιλῶν σε τὸν Θεὸν Λόγον,
πληροῖ λόγους σούς, καὶ θανὼν σύνεστί σοι.

Οὗτοι πάντες ὑπῆρχον ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὁ μὲν Πατρόβας, οὗ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος ἐν ταῖς αὐτοῦ μέμνηται ἐπιστολαῖς ἐπίσκοπος Ποτιόλων ἐγένετο, πολλοὺς βαπτίσας καὶ τῷ Χριστῷ προσαγαγών... Ὁ δὲ
B Φιλόλογος (καὶ τούτου μέμνηται) ὑπὸ Ἀνδρέου τοῦ πρωτοκλήτου ἐπίσκοπος Σινώπης κατέστη. Οἵ καὶ πλείστους πειρασμοὺς καὶ θλίψεις διὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον ὑπομείναντες, καὶ πολλοὺς διδάξαντες, καὶ τῷ Χριστῷ προσαγαγόντες, ἐτελειώθησαν ἐν Κυρίῳ.

Eadem die, commemoratio sanctorum Apostolorum (4) ex septuaginta Hermae, Patrobae, Lini, Caii et Philologi.

VERSUS. Hermas, Patrobas et Caius, tres simul
Apostoli moriuntur, quibus Trinitas cara

. . . .

Philologus, amans te Deum Verbum
Implet verba tua, et mortuus adest tecum (7).

Qui omnes fuerunt ex septuaginta discipulis Christi. Et Patrobas quidem, cuius divus Apostolus Paulus in suis meminit epistulis, episcopus Puteolorum factus est, multos baptizans et ad Christum conducens..... Philologus autem (illius etiam meminit) ab Andrea primo vocato episcopus Sinopes constitutus est. E Qui plurimas tentationes et afflictiones propter pietatis verbum perpessi, cum multos instruxissent et ad Christum adduxissent, quieverunt in Domino.

Menologium Sirleti reticet omnia quae de episcopatu SS. Patrobae *et* Philologi *circumferuntur, in quo laudandum sane. Haec est eius formula :* Eodem die (8) commemoratio sanctorum martyrum Hermae, Lini, Gaii, Philologi et Patrobae, qui christianae fidei confessione insignes, multa propter pietatem perpessi, ac plurimis ad Christi fidem conversis, quieverunt in Domino. *Si martyrum titulo heic decorati sunt* SS. Philologi *et* Patrobae, *licet aliunde non sit auditum eos pro Christo vitam fudisse, verbum in sensu latiori confessorum, prout patitur lingua graeca, accipi potest. Maximus Margunius, in Vitis e synaxariis translatis, nihil refert quod non inveniatur in menaeis.*

Slavos

9. *Sancti nostri, quod fieri consentaneum erat, in Slavorum hagiologicis fastis commemorantur, tum ad diem 4, tum ad 5 novembris, maxime*
C *tamen die 4* (9). *Unde, quamnam ob causam ad 5 diem translata sit memoria in menaeis Slavicis illud dubium remanere fatetur P. Martinov* (10). *Eorum mentio apparet, cum SS. Lino, Herma et Caio, in codice Novgorodensi musaei Rumiantsoviani et in Horologio Pocajovensi.*

et Latinos.

10. *Apud Latinos, martyrologia nulla exhibent* SS. Patrobam *et* Philologum *ante saeculum XVI, quo tempore monumenta Graecorum illorum nomina revelarunt. Galesinius primus, ut videtur, anno 1578, ea recepit, de quibus ait, ad diem 4 novembris :* Puteolis, sancti Patrobae episcopi : qui unus ex septuaginta discipulis, illius urbis episcopus factus, cum in sua populi gubernatione, multas molestias et incommoda a gentibus, fidei adversariis, pertulisset, praedicationeque evangelii plurimos ad religionem christianam perduxisset, meritorum laude clarus, ad praemium migravit in caelum.... Sancti item Philologi episcopi. *Adiungit Hermam et Caium, quos Philippopoli et Ephesi constituit episcopos, non tamen Linum. Martyrologii Romani priores editiones, nimirum illae quae annis 1583 et 1586 vulgatae sunt, referunt* SS. Philologum *et* Patrobam, *Graecos secutae, ad diem 5 novembris; sed in editione* F *Veneta anni 1584 et posterioribus Romanis coluntur die 4. In priori sua editione annotaverat em. cardinalis Baronius corpus* S. Patrobae *asservari Romae in ecclesia S. Mariae maioris, sed in sequentibus editionibus expuncta est haec nota.*

(1) *Epiphanii edita et inedita.* — (2) *Acta Apostolorum apocrypha*, p. XLV. — (3) Apud Barthol. Cutlumusianum, *Menaeum Novembris*, p. 37. — (4) Cfr. inscriptionem Pseudo-Hippolyti de quo saepius dictum : περὶ τῶν ο' ἀποστόλων. P. G., tom. X, p. 954. — (5) In martyrologio metrico, Siberus scribit Πατρωβᾶς. — (6) Ibidem leguntur pro οἷς Τριὰς φίλη, sequentia verba : εἷς, δὶς, τρίς, φίλοι. — (7) Cfr. Siberus, *Ecclesiae graecae martyrologium metricum.* — (8) Die 5 novembris. — (9) *Ann. eccl. gr.-slav.*, p. 269, 270. — (10) *Ann. eccl. gr.-slav.*, p. 270.

DE

A D

DE SS. NICANDRO EPISCOPO

TEMPORE INCERTO.

ET HERMAEO PRESBYTERO

AUCTORE I. V. D. G.

MARTYRIBUS MYRAE IN LYCIA

De cultu SS. Nicandri et Hermaei apud Graecos.

1. *In synaxario et menaeis Graecorum, non tamen in* Menologio Basilii, *recolitur hac die memoria* sacrosanctorum martyrum Nicandri, episcopi Myrorum, et Hermaei presbyteri : καὶ τῶν ἁγίων ἱερομαρτύρων Νικάνδρου ἐπισκόπου Μύρων καὶ Ἑρμαίου πρεσβυτέρου. *Quorum res gestae ex his fastis desumptae compendio brevi enarrantur in Menaeo edito a Bartholomaeo Cutlumusiano* (1), *at minus accurate. Quapropter illud iterum ad fidem codicum visum est typis mandare, scilicet ex tribus codicibus bibliothecae Parisinae* (2), *quorum prior, qui signatus est ibi num. 1590, exaratus est anno 1063, alii, signati numm. 1592 et 1594, pertinent ad saeculum XII, et ex synaxario Sirmundi, nunc bibliothecae Berolinensis codice notato Phillipps num. 1622. Quos in recensione nostra indicamus numeris 1, 2, 3, 4 ; leguntur autem in singulis commemorationes sanctorum de quibus agimus fol. 57*v*, 41*r*, 89*v* et 70*v*.*

B

Μνήμη τῶν ἁγίων ἱερομαρτύρων Νικάνδρου, ἐπισκόπου τῆς Μυρέων μητροπόλεως [1], καὶ Ἑρμαίου πρεσβυτέρου. Χειροτονηθέντες [2] παρὰ Τίτου ἀποστόλου καὶ ἐπισκόπου Κρήτης *, οὗτοι πολλοὺς τῶν εἰδώλων ἀποσπῶντες καὶ τῷ Χριστῷ προσάγοντες διεβλήθησαν τῷ τῆς πόλεως κόμητι [3] Λιβανίῳ. Ὁ δὲ τοῖς ἁμιλλητηρίοις αὐτοῦ προσδήσας τούτους [4] ἵπποις [5] καὶ ἐλαύνων ἐτιμώρει. Συρέντες οὖν οἱ ἅγιοι ἐπὶ πολὺ τραυματίαι ἐγένοντο, τῶν σαρκῶν αὐτῶν κατακοπεισῶν, ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε καὶ τὴν γῆν πᾶσαν μολυνθῆναι [6] τῷ αἵματι [7]. Εἶτα πάλιν ἐκέλευσεν ἀναρτηθέντας σπαθίζεσθαι καὶ εἰς κάμινον πυρὸς ἀποῤῥιφῆναι. Ἀβλαβεῖς δὲ διαμείναντας θείᾳ ῥοπῇ [8] ἐκέλευσεν ὁ μάταιος κατὰ τῆς καρδίας [9] αὐτῶν καὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν σπλάγχνων [10] ἥλους ἐμπαγῆναι [11] καὶ ἔτι πνέοντας ἐν τύμβῳ [12] ἀσφαλισθῆναι, καὶ οὕτω τῇ σκληρᾷ καὶ ἀνυποίστῳ [13] βίᾳ παρέδωκαν τῷ Θεῷ τὰς ἁγίας αὐτῶν ψυχάς.

* cod. Κρίτης

E

Commemoratio sacrosanctorum martyrum Nicandri, episcopi Myrorum metropolis, et Hermaei presbyteri. Qui cum ordinati fuissent a Tito apostolo et episcopo Cretae, multosque a cultu idolorum aversos duxissent ad Christum, accusati sunt apud urbis praefectum Libanium. Hic vero eos cum indomitis equis suis alligasset cursum citatis, castigabat. Tracti igitur diu sancti vulneribus sunt confossi ita ut, eorum carnibus dilaniatis, sanguine faedaretur terra. Deinde iterum iussit suspensos fustibus caedi et in caminum ignis proici. Cumque divina virtute illaesi permansissent mandavit vesanus iudex pectori eorum, capiti et visceribus clavos infigi, atque adhuc spirantes in sepulcrum detrudi. Itaque in hoc crudeli et intolerando supplicio tradiderunt Deo sanctas suas animas.

et alibi

2. *Quae omnia contraxere* Ephemerides metricae *hoc disticho :*

Χριστὸν ποθοῦντας ζῶντα μάρτυρας δύο
Καὶ ζῶντας ἐνθάπτουσι πικρῶς τῷ τάφῳ.
Vivum Deum desiderantes martyres
Vivi duo sunt obruti terrae aggere.

C

Paulo magis explicita est commemoratio Sirleti, quae sic sonat : Nicander vero episcopus et Hermaeus presbyter, cum multos ab idolis ad Christum convertissent, Libanio praesidi oblati, propter christianae fidei confessionem laniati et suspensi, Deo sanctas animas tradiderunt. *Omissis suppliciis, martyrologium Romanum refert passionem* Myrae in Lycia, sanctorum martyrum Nicandri episcopi et Hermae presbyteri sub Libanio praeside. *Apud Ruthenos* S. Nicandrum *etiam hodierno die coli testantur* Tabulae Capponianae, *quae tamen prorsus tacent de* S. Hermaeo. *Fasti autem slavici paene universi, quos collegit eruditissimus vir Ioannes Martinov in* Anno ecclesiastico graeco-slavico, *citant* sanctos martyres Nicandrum, episcopum Myrensem, et Hermaeum presbyterum. *In ecclesia occidentali, si unum Molani auctarium Usuardi excipitur, quod refert* sanctum martyrem Nicandrum, episcopum Myraeorum, *silet autem de* S. Hermaeo, *nullum alibi apparet vestigium cultus eorum.*

Non demonstratur S. Nicander fuisse a Tito Myrensium episcopus ordinatus.

3. *Ad ipsas res gestas quod spectat* SS. Nicandri *et* Hermaei, *haec edisserebat iampridem Nicolaus Carminius Falconius* (3) : Evangelium Christi a temporibus apostoli Pauli per Lyciam constat esse disseminatum. Titus, Cretensium apostolus a Paulo constitutus, et Gortynae (quae metropolis eius insulae) primus episcopus ordinatus cum data potestate imponendi episcopos locis illis quae fidem Christi suscepissent, primum episcopum dedit Myris, iam ad Deum parte conversis aliqua. Is sanctus Nicander fuit, cui Hermaeus presbyter fuit additus ad labores, et post multa, una cum eo, sub Libanio praeside, martyrium passus est. *Haec manifeste hausit Falconius ex menaeis paulo supra citatis vel ex alio simili documento. Eidem traditioni adstipulantur tum Lequien in* Oriente christiano (4), *tum Gams in* Serie episcoporum (5). *Uterque enim successioni pontificum Myrensium praeponit* S. Nicandrum, *quem dicit a Tito ordinatum. In huius traditionis* veritatem

[1] πόλεως 3, 4. — [2] χειροτονηθέντος *(sic)* 1, 3, 4. — [3] κώμητι 2, ἄρχοντι 4. — [4] *om.* 2. — [5] ἵππους 4. — [6] φοινιχθῆναι 3, 4. — [7] *Addunt* 1, 2, *quod vix sensum habet*, ὥστε θαυμάσαντα τὸν κόμητην γοητείαν αὐτοῖς ἐπιγράψαι. — [8] ῥωπῇ 3. — [9] τῶν καρδίων 2, 3, 4. — [10] αὐτῶν *add.* 1. — [11] ἐμπαρεῖναι 1. — [12] τάφῳ 3, 4. — [13] ἀνιπίστῳ 1.

(1) Tom. Novembr., p. 29. — (2) Omont, *Inventaire sommaire des mss grecs de la bibl. nat.*, 2de partie, p. 99. — (3) *Sancti Nicolai Acta primigenia*, p. 32. — (4) Tom. I, p. 965, 966. — (5) P. 443.

AUCTORE J. V. D. G.

veritatem historicam detegendam et aliquo documento praeter Graecorum sacrorum librorum testimonium confirmandam diu, sed frustra, inquisivimus, faterique cogimur eam nullo alio nisam fundamento apparuisse.

Κλῆμα εὐφορώτατον,
Τίτου φυτείας ἐγένου
Τοῦ τῶν Κρητῶν φωστῆρος,
Βότρυας φέρον λογικούς,
Γλεῦκος ἡμῖν πηγάζοντας σωτήριον,
Νίκανδρε μακάριε.

Παύλου ναμάτων ἔμπλεως
Ὁ Τίτος γεγονώς,
Σὲ καταρδεύει δεικνύων ποταμὸν
Ρεῖθρα θαλερὰ τῆς ἀθείας
Κατακλύζοντα, Νίκανδρε.

Φυτεία τοῦ παμμάκαρος
Ἐδείχθης Τίτου, Νίκανδρε,
Ὑφ' οὗ τῆς πόλεως Μύρων
Ἐχρίσθης, ὅσιε πάτερ,
Ἀρχιερεὺς θεόληπτος.

B

Sed hoc pietatis encomium non aliunde stabilire datur, nec Graecorum legendis prorsus fidere licet. Quomodo ergo audeat Carminius Falconius scribere se probavisse primum Myrorum archiepiscopum fuisse sanctum Nicandrum *non possumus non mirari. Hac certe de causa tanto credulitatis affectu suscepit hanc traditionem Graecorum pientissimus commentator* Actorum sancti Nicolai, *quia apprime cordi erat ipsi celebratissimi sui pontificis sedem ad tempora usque apostolorum deducere. Sed gravius sane exstat Falconii gratuita assertione quod Lequien in* Oriente christiano *non dubitarit inscribere* S. Nicandrum *inter Myrenses episcopos ipsumque assererare unctum a S. Tito. Proin vel eo magis movebitur aliquis hoc testimonio quod Lequien minime se praebeat facilem in struenda serie praesulum in ecclesia Myrensi. Nihilominus, quoniam nec Lequien documentum historicum afferat in quo pes certo figatur, nihil ratum retineri valet de* S. Nicandri *episcopatu. Ceteroquin tota successio episcoporum Myrensium satis est intricata, nec ipse* C *Carminius diffitetur nullum inveniri post* S. Nicandrum *episcopum Myrensem ante Tatianum, quem interfuisse anno 381 concilio Constantinopolitano compertum est.*

De martyrio SS. Nicandri et Hermaei.

5. *De martyrio quod subierunt* SS. Nicander *et* Hermaeus *plurima quae afferuntur in Actis nonnihil aliquibus displicent. Et primo quidem, si datur sanctos istos fuisse in ecclesia Myrensi a Tito constitutos, sub Domitiano eos passos fuisse oportuit anno Christi circiter nonagesimo quinto. Ast quaerunt critici quidam, hypercritici nimis, utrum tam late patuerit Domitiani persecutio ut etiam ad hosce fines paene ultimos imperii saevierit. Cum cl. viro Paulo Allard* (2), *non exinde putamus suspicandam esse opinionem de martyrio* SS. Nicandri *et* Hermaei, *siquidem in toto litore Asiae minoris, Antiochiae, Smyrnae et Pergami,*

4. *Istos libros sacros iam audivimus conclamantes episcopum* Nicandrum *a Tito impositum. Quorum testimonii exemplo sit Menaeum Cutlumusiani, in tropariis, oda 3, 5 et in exapostilario* (1). *quod minime certum faciunt Graecorum libri.*

Racemus fructifer
Ex Titi propagine factus es,
Cretensium illuminatoris,
Uvas gestans spirituales,
Mustum nobis stillantes salutare,
Nicander beate.

Pauli laticibus plenus
Titus effectus
Te irrigat ostendens flumen,
Turbidos torrentes impietatis
Obruentem, Nicander.

Propago beatissimi
Visus es Titi, Nicander,
A quo urbis Myrae
Consecratus es, sancte pater,
Antistes inspiratus.

E

certo certius vexati sunt christiani, edicente Domitiano. Sed aliis multum displicet hoc nomen Libanii *atque haec dignitas* comitis *Lyciae allata in synaxario. Libanii nomen per tria prima saecula sibi inauditum notat Falconius, et ne in Plutarcho aut Athenaeo quidem inventum, qui sunt vera antiquorum nominum propriorum officina. Primus Libanius in quarto saeculo occurrit, sub Valente imperatore, celebris nempe sophista. Dignitas vero* comitis *Urbis aut provinciae nondum usitata erat duobus primis saeculis, et non nisi tertio vel quarto saeculo usurpatur. Ad haec tamen non ita aegre responderi potest. Nomen Libanii utique non repugnat quin sub Domitiano coeptum sit adhiberi. Quod hactenus latuerit, quid obstat? An omnia reperta nomina veterum? Praeterea, non omnino verum est ignoratum fuisse hoc nomen ante saeculum IV* (3). *Si comitis nomen non occurrit primis saeculis in documentis imperii, nihilominus officium ipsum in usu est, nec certe in specie, illo carebat Lycia, ut notat Valesius ad Theodoreti libri quinti caput XXVIII. Igitur illud vocabulum* comitis *hoc tantum evincit Acta non fuisse conscripta nisi post duo priora sae-* F *cula, quod nemini videbitur mirum.* Comes *dictus est Libanius, Lyciae consularis, quia compilator Actorum* S. Nicandri *in scribendo suo se tempori accommodavit. Tandem quia inusitatos cruciatus referunt minus probanda censentur Acta. At immerito, reponit Falconius, nam clavos martyrum corporibus infixos Myrensis ecclesia detexit postea, coluitque et ad servandam traditionem quotannis ostendit in celeberrimo illorum festo. Unde haec didicerit non datum est reperire, sed quis audeat Falconio caece fidere, qui in solo nomine* Hermaei *Balburensis, unius ex subscriptoribus Synodi Constantinopolitanae habitae anno 381, invenisse sibi videtur testimonium pro* cultu sancti Hermaei, in onere et martyrio socii sancti Nicandri?

(1) Tomo Novembris, pp. 27 sqq. — (2) Cfr. *Histoire des persécutions pendant les deux premiers siècles*, pp. 113 sqq. — (3) Cfr. Pape-Benseler, *Wörterbuch der griechischen Eigennamen*, tom. II, p. 800.

DE

A D

DE S. PORPHYRIO

MARTYRE CAESAREAE IN CAPPADOCIA

TEMPORE INCERTO.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

AUCTORE J. V. D. G.

§ I. De cultu S. Porphyrii.

S. Porphyrius celebratur

1. *Spiritum Dei ubi vult spirare et ex lapidibus fieri filios Abraham fasti sanctorum pluries testati sunt. At, si in aliquibus, in iis maxime qui progressi in theatrum ad illudendum sacris ritibus, subita Dei gratia, ex mimis et histrionibus martyres sunt effecti. In opere nostro quater iam sunt memorata similia divinae misericordiae prodigia,* B *nimirum in S. Gelasio ad diem 27 februarii, in S. Ardalione ad 14 aprilis, in S. Genesio ad 25 augusti et in S. Porphyrio, sub Iuliano Apostata, ad diem 15 septembris. Hodie apud Graecos iterum occurrit alicuius* Porphyrii *mimi unanimis commemoratio.*

in synaxario,

2. *In synaxario sequens de ipso legitur elogium, quod desumpsimus tum ex tribus bibliothecae Parisinae codicibus, qui signati sunt numm. 1590, 1592 et 1594, tum ex synaxario Sirmundiano, nunc in bibliotheca Berolinensi asservato, ibique notato Phillipps num. 1622* (1). *In his martyrium* S. Porphyrii *legitur fol. 57ᵛ, 41ʳ, 90ᵛ et 71ʳ; codicem num. 1590 notamus 1, alios vero, nempe numm. 1592, 1594 et Berolinensem, numeris 2, 3, 4.* E

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἄθλησις τοῦ ἁγίου Πορφυρίου, τοῦ ἐκ μίμων. Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Αὐρηλιανοῦ [1] ἐκ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ὁρμώμενος καὶ ἐκ μικρᾶς ἡλικίας μίμοις καὶ θεάτροις ἐντραφείς. Ὡς [2] διὰ τὴν αὐτὴν [3] αἰτίαν τῷ κόμητι Ἀλεξανδρείας [4] ἐφεπόμενος εἰς Καισάρειαν ἤχθη [5], οὗτος τὰ [6] τῶν χριστιανῶν ποτὲ ὑποκριθείς, ὑφ' ἑτέρου μίμου τὸν ἐπίσκοπον ψευδομένου [7] βαπτίζεται καταπαίζοντος [8] δῆθεν καὶ ἐπιχλευάζοντος τὰ ἡμέτερα. Οὗ γενομένου καὶ στολὴν λευκὴν [9] ὑποδύντος [10], αὐτὸς μὲν τέλειον τὸν χριστιανισμὸν ὑπεδέξατο. Ἄγγελοι [11] δὲ ὤφθησαν προηγούμενοι αὐτόν· οἱ καὶ κατὰ ἀνατολὰς προσεύχεσθαι [12] τοῦτον ἐδίδαξαν [13] καὶ τῷ μετώπῳ καὶ παντὶ [14] τῷ σώματι τὸν [15] σταυρὸν [16] διαγράφειν [17]. Ὅθεν καὶ [18] πολλοὶ [19] προσῆλθον τῇ τοῦ Χριστοῦ πίστει [20]. Οἳ καὶ διὰ νεφέλης (2) ἐβαπτίσθησαν καὶ ἐν [21] τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσῆλθον. Εἶτα τοῦ κόμητος [22] τὸν ἅγιον προσκαλεσαμένου, ἐπεὶ μὴ τὰ τῶν χριστιανῶν ἐξωμόσατο, ξίφει αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνει καὶ οὕτως ἐπληρώθη αὐτοῦ ἡ μαρτυρία.

Eadem die, certamen sancti Porphyrii, unius ex mimis. Iste fuit, imperante Aureliano, ex Ephesinorum urbe oriundus et ex pueris inter mimos et in theatris educatus. Cum, hac de causa comitem Alexandriae secutus Caesaream ductus est, ritus christianorum forte repraesentans, ab alio actore scenico episcopi personam agente baptizatur, illudente sane et ludibrio habente nostra mysteria. Quo facto, stola alba indutus ipse christianismum vere recepit. Apparuerunt etiam angeli comitati illum, qui et versus orientem precari ipsum docuerunt, et fronti necnon et toti corpori crucem describere. Inde quoque multi accesserunt ad fidem in Christum, qui et in Spiritu sancto sunt baptizati et catholicam ecclesiam sunt ingressi. Postea comes vocatum ad se sanctum, quoniam christiana dogmata noluisset eiurare, gladio decollari iussit, atque ita impletum est eius martyrium.

F

in Menologio Basilii,

3. *In* Menologio Basilii *sequens de* S. Porphyrio *legitur notitia ; quae transcripta est ex codice D. 74 parte sup. bibliothecae Ambrosianae, Mediolani, fol. 44ᵛ-44ᵈ. Variantes lectiones quae damus eae sunt quae discrepant in editione cardinalis Albani* (3).

** cod. Αὐριλιανοῦ*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πορφυρίου. Οὗτος [1] ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς [2] βασιλείας Αὐρηλιανοῦ * ἐκ τῆς πολέως Ἐφέσου· εἷς ὢν τῆς θυμέλης καὶ ἐν τῇ ὀρχηστικῇ εὐδοκιμῶν. Τοῦτον ἰδὼν [3] ὁ τῆς Καισαρέων κόμης Ἀλέξανδρος καὶ τερφθεὶς τοῖς παιγνίοις αὐτοῦ [4], προσελάβετο [5] καὶ ἀπὸ τῆς Ἐφέσου [6] ἤγαγεν εἰς Καισάρειαν. Ἑορτῆς δὲ τοῖς δαίμοσιν ἠγουμένης [7], καὶ τοῦ κόμητος προκαθημένου [8], καὶ

Certamen sancti martyris Porphyrii. Ille erat, Aureliano imperatore, ex urbe Epheso, egregius scenicorum ludorum actor. Quem cum vidisset, cuius ludicra arte delectatus est, Alexander Caesariensium comes, secum Caesaream Epheso adduxit. Agebatur forte daemonum dies summa, praesidente comite, cum ludorum celebritate, in quibus et christianorum ritus per iocum repraesentabantur.

[1] Αὐριλλιανοῦ 2. — [2] ὃς 2, 3, 4. — [3] αὐτοῦ 2. — [4] Ἀλεξάνδρου (*sic pro* Ἀλεξάνδρῳ) 1, 4. — [5] ἤχ. ε. K. 3, 4. — [6] τῇ 1, 3. — [7] σχηματισαμένου 3, 4. — [8] καταπαίζων 1, καταπαίζοντων 2. — [9] ἀληθῶς *add.* 3, 4. — [10] ἀγγέλων ἁγίων αὐτοῦ προπορευομένων μετὰ λαμπάδων καὶ ψαλλόντων· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν *add.* 3, 4. — [11] (Ἄγγελοι-καὶ κατὰ) *om.* 3, 4. — [12] προσηύχετο 3, 4. — [13] τ. ἐδ. *om.* 3, 4. — [14] πάντα 2. — [15] *om.* 2. — [16] σταυρῷ 2. — [17] διέγραφε 3, 4, *qui addunt* τοῦτο διδαχθεὶς παρὰ τῶν ἀγγέλων. — [18] Ὅθ. κ. *om.* 3, 4. — [19] δὲ *add.* 3, 4. — [20] τοῦτον ἰδόντες οὕτω λαμπρῶς ἔχοντα *add.* 3, 4. — [21] *om.* 3. 4. — [22] τῷ κόμιτι 2.

[1] Πορφύριος ὁ μάρτυς. — [2] *om.* — [3] (Τοῦτον ἰδὼν) τούτου τοῖς παιγνίοις τερφθείς. — [4] κ. τ. τ. π. α. *om.* — [5] αὐτὸν *add.* — [6] ἀ. τ. E. *om.* — [7] τελουμένης. — [8] κ. τ. κ. π. *om.*

(1) Cfr. supra p. 225, num. 2. — (2) Maximus Margunius huius loci subobscuri sequentem tradit paraphrasim : οἱ ὁποῖοι ἐβαπτίσθησαν καὶ διὰ μέσον μιᾶς νεφέλης. Cfr. Βίοι ἁγίων, ad d. 4 novembris. At ut τῶν verba καὶ διὰ νεφέλης interpretemur *in Spiritu sancto* movet nos quae, post Rossi et Garrucci, doce Kraus, *Real-Encykl. der christl. Altert.*, tom. II, p. 838, de nebula symbolo Spiritus sancti. — (3) Tom. I, p. 165.

AUCTORE J. V. D. G.

τῶν παιγνίων γινομένων ἐκωμοδοῦντο [9] οἱ τῶν χριστιανῶν τύποι. Καὶ προσήχθη Πορφύριος παρὰ τοῦ δῆθεν εἰς τύπον ἐπισκόπου σχηματισθέντος βαπτισθῆναι· ἐνεχθέντος οὖν ὕδατος, γυμνωθεὶς ὁ Πορφύριος [10] εἰσῆλθεν ἐν αὐτῷ, ἐπιβοωμένου [11] τοῦ ψευδοεπισκόπου, καθὼς ἔχουσιν [12] οἱ χριστιανοί, καὶ [13] λέγοντος· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βαπτίζεται Πορφύριος. Καὶ τούτου γενομένου *, ἦλθον οἱ ἄγγελοι στολὴν λευκὴν ἐνδύσαντες αὐτὸν μετὰ λαμπάδων [14] ψάλλοντες τὸ [15]· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε, ἀλληλουΐα. Καὶ ἐγένετο τὸ ἐν παιγνίῳ * βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Διὸ καὶ [16] πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον, λογισάμενοι ὅτι εἰ τὸ * ἐν σχήματι βάπτισμα οὕτως ἰσχύει πόσῳ μᾶλλον τὸ κατὰ ἀλήθειαν [17]. Ὅθεν αἰσχυνθεὶς ὁ κόμης [18] ὑπεχώρησε, καὶ τῇ ἐπαύριον ἀγαγὼν τὸν Πορφύριον καὶ ὡς γόητα διαβαλὼν καὶ τιμωρησάμενος διὰ ξίφους ἐτελείωσεν [19].

* cod. γινομένου

* cod. τῷ ἐμπαιγνίῳ

* cod. τῷ

sentabantur. Productus igitur est Porphyrius, ut ab eo scilicet qui personam episcopi induerat baptizaretur; allatam aquam nudatus Porphyrius ingreditur, falso interim clamante episcopo, ut solent christiani, et dicente : *In nomine Patris et Filii et sancti Spiritus, baptizatur Porphyrius.* Quo facto, adfuere angeli qui stola alba induerunt eum, facesque ferentes psallebant istud : *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis, alleluia.* Et factum est illud in ludibrio baptisma ad remissionem peccatorum eius. Quapropter multi crediderunt in Dominum, cogitantes si fictum baptisma tantum valeret, eo plus illud quod est verum. Inde rubore suffusus comes discessit, et sequenti die adducens Porphyrium, praetenso magicae artis crimine, castigatum gladio absumpsit. D

S. Porphyrii *praeconium his versibus comprehendit* Martyrologium metricum :

B

Ὁ Πορφύριος εὐστόλιστος ἐξ ὕψους
Λαμπρὰν στολισθεὶς πορφύραν τῶν αἱμάτων.
Ornate Porphyri a Deo, iam splendida
Ornatus es fusi cruoris purpura.

in menologio Sirleti,

4. *In menologio cardinalis Sirleti brevissima formula annuntiatur* S. Porphyrius ; *quae sic sonat :* Natalis sancti martyris Porphyrii, qui fuit ex urbe Ephesi sub Aureliano imperatore christianam fidem confessus, ense obtruncatus est. *Mirandum quidem eminentissimum interpretem, secus atque alibi fecerit, parce nimis* S. Porphyrii *res gestas rettulisse. Praetermittit conditionem mimicam, baptismum per ludibrium susceptum, locum passionis ; quae tamen omnia in menologiis sedulo recitantur. Ad praesentem igitur Sirleti locum erit Iacobi Basnagii haec observatio applicanda* . Quamquam his in rebus peritissimus fuerit Sirletus, attamen distractus aliis curis, vel ipsum tanta describere cum pigeret, multa omisit. *Quae quidem recitamus, non ut in illustrissimi viri eruditionem impetamus, sed ut lectorem moneamus ne propter breviorem hanc Sirleti recensionem putet primigenia* S. Porphyrii *Acta, si qua fuerint, decursu temporum per compilatores extra veritatis* C *limites producta fuisse.*

apud Latinos, Slavos et Syros.

5. *Nullum est dubium quin ex menologio Sirleti profluxerit commemoratio* S. Porphyrii *quam reperire est in martyrologio Romano, quaeque ita enuntiatur:* Ephesi, sancti Porphyrii martyris sub Aureliano imperatore, *inaccurata valde quod locum martyrii spectat. Non enim Ephesi in Asia, unde quidem oriundus, sed Caesareae in Cappadocia passus est* S. Porphyrius, *ut expressis verbis ferunt Acta graeca et synaxaria. Error Baronii in Sirletum est refundendus, qui, omisso passionis loco, nec ulla regionis mentione addita praeter Ephesum, ansam erroris praebebat illis qui ex ipso ceu fonte haurire forent contenti. Atque exinde etiam solvitur hoc dubium propositum a maioribus nostris* (1), *cum, in* Elencho sanctorum quorum Acta in prosecutione operis Bollandiani elucidanda videntur, *duplicem ponunt* S. Porphyrium E *hac die quarta novembris, alterum Caesareae, alterum Ephesi martyrio coronatum. Vetera martyrologia ecclesiae occidentalis non meminerunt* S. Porphyrii, *qui non nisi auctoritate cardinalis Baronii, qui fidet ipse Sirleto, extra limites ecclesiarum Graecarum spatiatus est.* S. Porphyrium *silentio premere huius diei fastos Slavicos paene universos monet R. P. Ioannes Martinov* (2), *adeoque errare auctorem adnotationum in kalendarium Ostromiri, qui asserit contrarium. Non nisi in codice Novgorodensi musei Rumiantsoviani servata est apud Slavos memoria* S. Porphyrii. *Sed exstat* S. Porphyrii *commemoratio in kalendario Syrorum quod vulgavit Assemanus ex codice Vaticano* (3).

§ II. De Actis S. Porphyrii.

Acta S. Porphyrii non ea sunt quae tradit Fabricius,

6. *Fabricius* (4) S. Porphyrii, *quem Caesareae in Cappadocia martyrium subiisse refert, Acta indicat, auctoris, ut ipse profitetur, incerti et quae his verbis incipere dicit :* Βασιλεύοντος τοῦ παρανόμου καὶ ἀσεβεστάτου Αὐρηλιανοῦ. *Dein notat Meursium in* Glossario graeco-barbaro (5), *sub verbo* Ῥουβαίουβος, *quod invenitur in* Porphyrii F *Vita, auctorem tradere Iulium (sic) Metaphrastem. In hac ultima Fabricii citatione quot verba tot sunt fere errores. Primo quidem Meursius non* Iulium Metaphrastem *adducit, sed* Metaphrastem. *Dein, quod gravius est, et in hunc errorem lapsi sunt tum Meursius, tum Fabricius, Vita* Porphyrii, *de qua heic agunt, minime est, ut falso putarunt, Vita* Porphyrii *Caesariensis martyris, sed Vita Porphyrii episcopi Gazensis, conscripta a Marco diacono. In hac enim, non autem in illa, reperiuntur, secundum versionem latinam Gentiani, quam nostri ediderunt ad diem 27 februarii* (6), *verba ad quae Meursius alludit, nempe* Ἱλάριός τις σουβαδίουβα τοῦ

[9] διεπαίζοντο καί. — [10] *om.* — [11] *om.* — [12] (καθ. ἔχ.) ὡς. — [13] *om.* — [14] (ἦλθον-λαμπάδων) καὶ ἐνέδυσαν στολὴν λευκὴν τὸν Πορφύριον. — [15] *om.* — [16] (καὶ ἐγένετο-πολλοί) ἰδόντες οὖν τὸ θαῦμα. — [17] λογισάμενοι ὅθεν *om.* — [18] Ὁ δὲ κόμης αἰσχυνθείς. — [19] (καὶ τιμωρησ.-ἐτελ.) ἀπεκεφάλισεν.

(1) *Auctaria octobris,* indicis generalis p. 420. — (2) *Annus ecclesiasticus graeco-slavicus,* p. 269. — (3) *Bibl. Clement.,* tom. II, cod. xx, p. 118. — (4) *Bibl. graeca,* tom. X, p. 316. — (5) Edit. altera, Lugduni Batavorum, 1614, p. 477. — (6) Tom. III Februarii, p. 650, n. 26. Textus graecus nuper in lucem prodiit cura Mauricii Haupt in ephemeridibus *Abhandlungen der königlichen Akademie der Wissenschaften zu Berlin,* 1874, p. 171 sqq. Eiusdem textus emendationes videsis in *Jahresbericht über die Fortschritten der klass. Alterthum,* Berolini, 1877, p. 544-46, 554 ab A. Eberhard propositas, nec non in *Zeitschrift für wissensch. Theologie,* tom. XXXI, p. 354 sqq., quas tradit Dräseke.

μαγιστριανοῦ

AUCTORE J. V. D. G.

A μαγιστριανοῦ (1). *Ex hoc Meursii errore concludere licet primo eum non vidisse oculis quaedam Acta* S. Porphyrii *diversa ab iis quae novimus et quae mox subiungemus, praeterea eius testimonium immerito, utpote falsa referens, adduci a Fabricio. Immo dubitandum est valde num Fabricius, ipsiusque emendator Harlesius, prae manibus habuerint Acta illa diversa de quibus loquuntur. Secus, nonne fallax Meursii testimonium et ipsi retractavissent? Nonne correxissent, ut fecit Cangius? Haec est ratio cur suspicemur non esse admodum diversam ab ea quam trademus, et quae incipit* Αὐρηλιανὸς βασιλεύσας, *Passionem illam cuius Fabricius indicat exordium* Βασιλεύοντος τοῦ παρανόμου καὶ ἀσεβεστάτου Αὐρηλιανοῦ, *cuiusque vestigium nullibi potuimus reperire in catalogis bene multis quos evolvimus chirographorum graecorum.*

sed reperiuntur in codice Veneto Sancti Marci,

7. *Quae mox lectori praebebimus Acta, ea asservantur Venetiis in bibliotheca divi Marci. Insunt codici signato num. CCCXLIX in catalogo per titulos digesto opera Antonii Zanetti. Quem codicem sic ipse describit* (2) : In-folio membranaceus, B foliorum 332, saeculi circiter XII. Metaphrastae aliorumque Vitae sanctorum; mensis novembris prima medietas. *Acta* S. Porphyrii, *quae non sunt Metaphrastae, sed alius cuiusdam non quidem melioris notae compilatoris, ut ipse Zanettus notat, leguntur a folio 123ᵛ ad 125ʳ. Ex hoc codice iam semel edita est haec Passio* S. Porphyrii *in opere graeco cui titulus:* Μνημεῖα ἁγιολογικὰ νῦν πρῶτον ἐκδιδόμενα ὑπὸ ἱεροδιακόνου Θεοφίλου Ἰωάννου διδάκτορος τῆς φιλολογίας. Βενετίᾳ, τυποῖς φοίνικος, 1844 (3). *Eorundem Actorum brevius compendium vulgavit saeculo XVII Maximus Margunius, postea episcopus Cytherorum factus, sed antea doctor Venetiis, ut, in notis ad Philippi Cyprii* Chronicon ecclesiae Graecae (4) *testatur Henricus Hilarius de Cyrillo Lucari, quem narrat Venetiis docentem audivisse Maximum Margunium. Quae, si cui minoris momenti visa fuerint, innuunt tamen Maximum Margunium probabilius deprompsisse suum Vitae Porphyrianae schema ex codice Veneto supra descripto, quippe qui in bibliotheca Sancti Marci reconditus sit a saeculo XV, datus ab eminentissimo cardinali Bessarione, et qui etiam referat bovem a* S. Porphyrio *suscitatum et simulacra ab eo conquassata; quae cum reperiantur in Actis* C *codicis Veneti, exsulant a menologiis et synaxariis. Prodiit Maximi Margunii Vita* S. Porphyrii *in eius opere, anno 1629 primum edito et sic inscripto :* Βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττης, ἤτοι ἐκ τῶν συναξαρίων μεταφρασθέντες παρὰ Μαξίμου ταπεινοῦ ἐπισκόπου Κυθήρων εἰς κοινὴν ὠφέλειαν.

quorum expenduntur varia adiuncta,

8. *Ad ipsa Acta quod pertinet, ea censemus fuisse compilata saeculo X aut etiam tardius, ex iis quae eorum ignotus auctor invenit in menologiis et synaxariis; nec ex Actis quae praesto sunt nobis ullo modo manant menologia et synaxaria. Etenim, ex una parte, ut legenti facile patebit, singula quae reperiuntur in synaxario leguntur et in Actis, haud raro iisdem verbis, ex altera vero parte, et haec est praecipua opinionis nostrae ratio, in his nullo modo alluditur ad miraculum bovis, qui precibus* S. Porphyrii *in vitam est revocatus. Iam vero solent in huiuscemodi annalibus, saltem per unum alterum verbumve, res gestae sanctorum qui ab illis commemorantur significari. Hinc minime propugnandum est Acta nostra esse prorsus genuina, praesertim propter hoc miraculum, tale profecto quod potius praeposteri scriptoris poeticae lucubrationi videatur adscribendum quam nudam veritatem sapiat. Ipsae res gestae pauca praebent disputanda; nam nihil est dicendum de praefecto Alexandro, cuius nomen ab auctore anonymo tamquam commune valde in Actis martyrum, non alia de causa fuit electum, neque de episcopo Caesareae plane ignoto, siquidem in serie huius urbis pontificum nullius eorum qui vixerunt ante concilium Nicaenum mentio ad nos pervenit. Prima fronte, utrum* S. Porphyrius *non sit idem cum isto Porphyrio, ipsomet mimo, qui colitur die 15 septembris, oriri potest dubitatio. Sed cum praeter nomen, nulla alia adiuncta concordent, immo prorsus discrepent et nomina imperatorum, Iuliani et Aureliani, et locus martyrii, hinc Caesarea, inde prorsus celatus, et occasio passionis, in hodierno martyre praeclara et publica, supernaturali via, conversio autem istius Porphyrii qui colitur mense septembri non adeo perspicua, satius est duos Porphyrios mimos servare diversos. Iden-* F *tica enim denominatio non multum movere debet, quoniam illud Porphyrii nomen apud Graecos tam frequenter venit in usum ut per se minime natum sit ad personarum identitatem innuendam. Proinde non possumus, quod nos valde taedet, eruditissimi et de nostro collegio tam bene meriti viri Ioannis Martinov* (5) *sententiae patrocinari, qui ex titulo* igrnik, *hoc est* mimi, *quem praefert* S. Porphyrius *in codice Rumiantsoviano, arguit sanctum nostrum non esse diversum ab illo qui coli solet die 15 septembris, et proin non sub Aureliano imperatore, uti cum Sirleto minus recte scripsit Baronius in martyrologio, sed sub Iuliano Apostata, capite truncatum fuisse. Scilicet, non infitiamur ex uno sancto Porphyrio potuisse decursu temporum bis recurrere eiusdem commemorationem in fastis, sed nulla ratio solida affulget nobis cur Actorum nostrorum et synaxariorum notitiae claras nimis ad hanc diem traditas corrigamus ex formula minus determinata qua commemoratur* S. Porphyrius *ad diem 15 septembris.*

potissimum martyrii tempus.

9. *De anno martyrii* S. Porphyrii *nihil certi decerni valet. Dicitur passus sub Aureliano, qui annos quinque, ab anno 270 ad 275, regnavit. Nuperrime novo examini subiecta est inter eruditos* F *controversia saepius agitata de veritate persecutionis Aureliani. Quam negat prorsus cl. v. Victor Duruy, cui et Aureliani agendi modus erga Paulum Samosatenum et pax qua, ipso regnante, gaudebant christiani non videntur ansam ullam praebere opinandi Aurelianum umquam cogitasse de vexandis Christi discipulis* (6). *Re quidem vera, de persecutione ista tacent fere historici ecclesiastici, aut non diserte loquuntur, nec eam evincere quae nomen Aureliani referunt Acta martyrum dicit iudicio certe severior cl. vir Beniaminus Aubé* (7), *cuius sententiam temperavit, saltem in aliquibus, cl. Paulus Allard* (8). *Nihilominus, ut concedit ipse Aubé, non est credendum omni fundamento carere, etsi non expers sit praeiudicii exaggeratae veritatis, quatenus persecutionem universalem admittat, traditionem quae asserit fuisse, Aureliano imperante, in variis orbis regionibus, praesertim in Gallia, in Italia et in provin-*

(1) Cfr. Cangii *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, in edit. ultima 1886, tom. VII, p. 623, V° *Subadiuva ;* nec non *Abhandlungen der kön. Akad. der Wiss. zu Berlin*, tom. cit., p. 184. — (2) P. 160. — (3) Pp. 357-360. — (4) P. 445. — (5) *Ann. eccl. gr.-slav.*, p. 269. — (6) *Histoire des Romains*, ed. alt., 1883, tom VI, p. 495. — (7) *L'Église et l'État dans la seconde moitié du III*

ciis

ciis orientalibus, christianos damnatos et suppliciis multatos. Attamen non ad priores Aureliani regnantis referendae sunt passiones martyrum, sed ad annos 274 et 275, immo perseverasse vim edicti septem octove menses post mortem Aureliani, qui occisus est mense martio anni 275, ostendit cl. Paulus Allard. Quapropter ad hanc eandem aetatem D *pertinet etiam passio* S. Porphyrii, *quo tempore, ut scribit Baronius* (1), *Aurelianus* quae erant in Cappadocia vexavit ecclesias, ac potissimum eam quae totius provinciae metropolis erat, Caesarea scilicet.

(1) *Annales ecclesiast.*, anno 275, VIII.

ACTA S. PORPHYRII

edita ex Theophili Ioannis opere inscripto Μνημεῖα ἁγιολογικά, *pp. 357-60, adiecta interpretatione latina.*

CAPUT PRIMUM.

Porphyrius mimus in theatro Caesariensi baptizatur per ludibrium.

B Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πορφυρίου τοῦ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδόκων μαρτυρήσαντος.

1. Αὐρηλιανὸς βασιλεύσας Ῥωμαίων, διωγμὸν κατὰ χριστιανῶν ἐκίνησεν. Ἦν δέ τις ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις ἀνήρ, Πορφύριος τῷ ὀνόματι, Ἐφέσιος τῷ γένει, μῖμος τῷ ἐπιτηδεύματι, ἐν τοῖς θυμελικοῖς θεάτροις ἀνατραφείς. Τοῦτον ἰδὼν Ἀλέξανδρός τις, κόμης Καισαρέων, εὐφυῶς ὑποκρινόμενον καὶ τερφθεὶς ἐπ' αὐτῷ, μετῴκισεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Καππαδοκίαν. Θεάτρου δὲ ἐν τῇ Καισαρέων ἐπιτελουμένου, προστάξει τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ πολλῶν παιγνίων τελουμένων, εἰσῆλθον καὶ ὑποκριταὶ τῆς τῶν χριστιανῶν ἀμωμήτου μυσταγωγίας τῆς ἐν τῷ θείῳ βαπτίσματι τελουμένης. Καὶ δὴ καταστήσαντες ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, διακόνους τε καὶ τὰ λοιπὰ τάγματα, οἱ θυμελικοὶ* προεβάλοντο τὸν Πορφύριον, ὡς κατηχούμενον, ὑποδέχεσθαι τὸ βάπτισμα μέλλοντα. Καὶ σχηματίσαντες ἑαυτοὺς κατὰ τὸν τύπον τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, ἐνέπαιζον τὰ τῶν χριστιανῶν μυστήρια. Καὶ ἐνέγκαντες ὕδωρ, καὶ ἐκδύσαντες τὸν Πορφύριον ἔστησαν· καὶ ἐπικαλεσάμενος ὁ δῆθεν ἐπίσκοπος Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἐβάπτισεν αὐτόν. Καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν στολὴν λευκήν, οὐκ εἰδότες οἱ ἄθλιοι ἀχλεύαστον C οὖσαν τὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐν χλεύῃ τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος ὄνομα ἐπικαλεσάμενοι, τὸ ἅγιον ἐξεμυκτήριζον βάπτισμα τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ θαυμαστὸς ἐν δόξαις καὶ φιλάγαθος Κύριος, τὸ θεῖον ἐκεῖνο δώρημα τιμῶν παρὰ τοῖς ἀπίστοις, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν μετ' ἰσχύος βεβαιῶσαι βουλόμενος, θαῦμα εἰργάσατο, τῶν πώποτε γενομένων παραδοξότατον. Καὶ μή τις ἀπιστεῖν τολμήσῃ, ἵνα μὴ ἀκούσῃ, ὅτι ἔργον εἰργασάμην, ὃ οὐ μὴ πιστεύσετε ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν, ἀλλ' ὁ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Τί γάρ; ἔστι τοῦτο πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀδύνατον; σημεῖα δὲ τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς πιστεύουσιν.

* ed. θεμελικοὶ

MARTYRIUM SANCTI PORPHYRII, QUI CAESAREAE IN CAPPADOCIA PASSUS EST. E

1. Cum Aurelianus imperaret Romanis *a*, persecutionem contra christianos movit. Erat autem temporibus istis vir quidam Porphyrius nomine, ortu Ephesinus, arte mimus, utpote qui in scenicis theatris educatus. Quem cum vidisset Alexander *b* quidam, Caesariensium comes, eleganter ludentem, valde delectatus eius arte, ex Asia *c* in Cappadociam secum adduxit. Scena Caesareae constituta, iussu Alexandri, et variis ludis iam absolutis, processerunt actores christianorum venerandos ritus divini baptismatis repraesentaturi. Et quidem, instituentes episcopos et presbyteros, diaconosque cum ceteris ordinibus, produxerunt mimithemelae *d* Porphyrium ut tamquam catechumenus baptismum susciperet. Tunc effingentes seipsos ad normam sanctae Ecclesiae, christianorum mysteria per iocum absolverunt. Scilicet, aqua allata, Porphyrium vestibus exutum constituerunt, et invocans, qui personam episcopi agebat, Patrem et Filium et sanctum Spiritum, baptizavit eum. Simul vestierunt eum tunica alba, ignorantes miseri quia non irridetur virtus Christi. Isti vero deridentes sanctae Trinitatis nomen F invocaverunt et sanctum Christi baptisma ludibrio habuerunt, sed mirabilis in prodigiis et optimus Dominus divinum illud donum honorificans in infidelibus et fidem in seipsum valide confirmare volens, miraculum est operatus, eorum quae umquam facta sunt maxime incredibile. Neque audeat quisquam diffidere, ne audiat *quia opus operor ego, quod non credetis si quis enarraverit vobis, sed qui non crediderit condemnabitur.* Quid ergo? Numquid istud apud Dei potentiam impossibile? *Signa quidem infidelibus, non autem credentibus.*

ANNOTATA.

a *Aurelianus regnavit ab anno 270 ad 275. Sed edictum generale adversus christianos non nisi ultimo huius imperatoris anno prodiit. Cfr. ea quae diximus in commentarii praevii num. 8.*

b *Saepius occurrit illud nomen, tamquam praefectorum martyres damnantium, ac praesertim in illis Actis quae parum historica tota quanta figmentum scriptoris exstant.*

c *Asia, scilicet provincia Romana, quae complectebatur Mysiam, Phrygiam, Cariam, Pisidiam, Lycaoniam, Lydiam, cum Ionia et Aeolide.*

d *Verbum graecum* θυμελικοί *derivatur a vocabulo* θυμέλη, *quod locum editiorem significat, in quo gesticulatores adstantes ridicula pantomima provocare ad risum solebant. Cfr. Ruinart,* Acta martyrum, *p. 270.*

CAPUT

VITA D

CAPUT SECUNDUM.

Conversio S. Porphyrii.

2. Ἅμα γὰρ τῷ βαπτισθῆναι τὸν ἄνδρα, ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν· καὶ ὤφθησαν ἄγγελοι, λαμπαδηφοροῦντες καὶ προπορευόμενοι αὐτοῦ, καὶ φωνὴ ψαλμῶν ἠκούετο τερπνῶν, ὥστε ἀπὸ τῆς φωνῆς τῶν ἀγγελῶν σεισθῆναι τὸ θέατρον· οἱ δὲ ὄχλοι ἐταράττοντο σχιζόμενοι. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἔλεγον· οἱ θεοί εἰσιν οἱ σὺν τῷ Πορφυρίῳ ὁρώμενοι διὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτόν, ἄλλοι φαντασίαν ὑπενοοῦν τὸ πρᾶγμα, οἱ δὲ ἐθαύμαζον φάσκοντες· εἰ τὸ ἐν γέλωτι βάπτισμα τῶν χριστιανῶν τοιοῦτόν ἐστιν, τὸ ἐξ ὅλης καρδίας ὁποῖον ἄρα ἔσται; Καὶ καταβάντες συναπῆλθον τῷ Πορφυρίῳ ἐπὶ τῇ τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ, αἰτοῦμενοι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὸ ἀληθινὸν βάπτισμα.

2. Simul ac baptizatus est vir, Spiritus gratia supervenit in ipsum, et visi sunt angeli luminaria ferentes et accedentes illuc. Cantus quoque psalmorum audiebatur iucundorum, ita ut voce angelorum conquateretur theatrum. Turbae vero disturbabantur in contrarias partes. Alii enim illorum dicebant : *Dii sunt qui apparent cum Porphyrio, quia carus est illis.* Alii vero phantasma rem existimabant, alii autem mirabantur dicentes : *Si irrisorium baptisma christianorum tantum est, ex toto corde susceptum quale iam erit?* Et descendentes abierunt cum Porphyrio ad christianorum ecclesiam, requirentes ab episcopo verum baptisma.

B E

CAPUT TERTIUM.

S. Porphyrius a iudice interrogatus bovem suscitat, tandem capite plectitur.

3. Ὁ δὲ κόμης, τότε μὲν ὑπὸ ἐκπλήξεως ἔλυσε τὸ θέατρον, τῇ δὲ ἐπαύριον τὸν Πορφύριον προσκαλεσάμενος λέγει αὐτῷ· Οὐ μάγον σε, Πορφύριε, ᾔδειν, ἀλλὰ μῖμον· τί οὖν ἦν τὸ χθὲς ἐπὶ σοὶ γενόμενον φάντασμα; Ὁ ἅγιος Πορφύριος ἔφη· καὶ ὄντως εἰς τοσαύτην ἀθλιότητα μωρίας ἤλασας, ὡς φαντασίαν ἐκεῖνα πάντα δοκεῖν; Ὁ κόμης λέγει· ὑβρίζεις, μιαρώτατε· μὰ τοὺς θεούς, εἰ μὴ ταχέως πρὸς αὐτοὺς ἐπιστρέψῃς*, θανάτῳ σε παραδώσω. Πορφύριος εἶπεν· εἰ μὴ σημεῖον ἴδω παρ' αὐτῶν τελούμενον, οὐκ ἐπιστρέφω.

* ed. ἐπιστρέψεις.

4. Τότε προσκαλεσάμενος ὁ κόμης τοὺς τῶν θεῶν αὐτοῦ ἱερεῖς, δι' εὐχῆς θαυματουργεῖν αὐτοὺς ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ στήσαντες ἐν μέσῳ ταῦρον, καὶ πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ λαλήσαντες, ἐθανάτωσαν αὐτόν. Λέγει οὖν ὁ κόμης· ἴδε, Πορφύριε, δύναμιν θεῶν ἀήττητον C καὶ προσκύνησον αὐτοῖς. Λέγει ὁ ἅγιος· ζησάτω ὁ ταῦρος τῇ ἐπικλήσει τῶν θεῶν ὑμῶν, καὶ τοτε ἡ δύναμις αὐτῶν ἀήττητος ἔσται. Ἀτονοῦντες δὲ πρὸς τοῦτο οἱ ἱερεῖς, εἶπον· ἡμεῖς διὰ τῶν θεῶν ἡμῶν ἀπεκτείναμεν, σὺ διὰ τοῦ Χριστοῦ σου ζώωσον, καὶ πιστεύσομεν* αὐτῷ. Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ κόμητι. Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γὴν προσηύξατο ὁ ἅγιος, καὶ πάλιν ἀναστάς, ἐπῆρε τὰς χεῖρας κατὰ ἀνατολὰς καὶ εἶπεν· ἐπάκουσον δή μου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεός, ὅν, εἰ καὶ ἀνάξιος ὤν, ἐπέγνων, καὶ δεῖξον τὴν σὴν δύναμιν τοῖς περιεστῶσι, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν πίστωσον διὰ τοῦ βοὸς τούτου.

* ed. πιστεύσωμεν

5. Καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸν ταῦρον, εἶπε· σοὶ λέγω, ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀνάστηθι. Καὶ παραχρῆμα ἀνέστη ὁ βοῦς, καὶ μυκώμενος ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων. Τῶν δὲ, ἅπαξ τῇ ἀπωλείᾳ προσκειμένων, μὴ ἐπιστραφέντων, ἀλλὰ τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς καὶ τοῦτο ἐπιγραφόντων καὶ μεγαλυνόντων αὐτούς, δραμὼν ὁ ἅγιος ἐπὶ τοῖς λεγομένοις προσκηνίοις ἔνθα πλείονα ἵσταντο ἀγάλματα, θείῳ κινηθεὶς ζήλῳ, εἶπεν· ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ μου, ἔλθετε κάτω. Πεσόντων οὖν αὐτῶν, εἷς τῶν ἱερέων ὑπ' αὐτῶν ἐθανατώθη, διαῤῥαγεὶς ὑπὸ ἀγάλματος τὴν γαστέρα. Τότε ἀγανακτήσας ὁ κόμης, δίδωσι

3. Praeses tunc prae stupore dimisit theatrum. Postridie autem cum Porphyrium advocasset, dixit ad ipsum : *Non magum te, Porphyri, noveram, sed mimum. Quodnam ergo erat illud, quod heri tibi supervenit, phantasma?* Sanctus Porphyrius ait : *Revera in tantam infelicitatem insaniae devenisti, ut figmentum haec omnia videantur ?* Dixit praefectus : *Iniurias profers, scelestissime. Per deos, nisi cito ad illos reversus fueris, morti te tradam.* Porphyrius dixit : *Nisi signum videro ab illis patratum, non revertor.*

4. Cum dein convocasset comes deorum suorum sacerdotes, per orationem prodigium efficere eos iussit. Qui, cum in medium protulissent taurum et ad aurem eius fuissent locuti, occiderunt eum. Dixit ergo praefectus : *Agnosce, Porphyri, potentiam deorum invictam et adora illos.* Respondit sanctus : *Reviviscat taurus invocatione deorum vestrorum, et inde potestas illorum invincibilis erit.* Cui rei impares sacerdotes dixerunt : *Nos opera deorum nostrorum occidimus, tu per Christum tuum vivifica et credemus in ipsum.* Placuit autem sermo tum populo, tum praefecto. Et humum cadens, oravit sanctus et iterum assurgens, levavit manus ad orientem, et dixit : *Exaudi me, Domine Iesu Christe Deus, quem, indignus licet, agnovi, et manifesta tuam potentiam circumstantibus illis et tuam ex mortuis resurrectionem confirma per bovem istum.*

5. Et conversus ad taurum, ait : *Tibi dico, in nomine Patris et Filii et sancti Spiritus, surge.* Et ilico surrexit bos, et mugiens exiit coram omnibus. Dum illi vero unice perditioni intenti, minime que conversi, diis suis illud ascriberent eosque glorificarent, currens sanctus ad supradicta proscenia *a* ubi plura constituta erant signa, divino commotus zelo, dixit : *In nomine Christi mei, corruite.* Igitur, cadentibus illis, unus sacerdotum peremptus est, quippe cuius venter casu statuae dilaceratus est. Tunc indignabundus praefectus, hanc sententiam profert adversus sanctum Porphyrium

ACTA

δίδωσι κατὰ τοῦ ἁγίου Πορφυρίου τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἀπόφασιν· ὁ δὲ ἅγιος χαρᾶς πλησθείς, μετεπέμψατο τάχιστα τὸν ἐπίσκοπον Καισαρείας, καὶ παρακαλέσας τοὺς στρατιώτας ἄδειαν ἔλαβε, καὶ λάθρα τὴν ἁγίαν κοινωνίαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου λαβών, οὕτως ἐτελειώθη ὑπὸ τοῦ ξίφους καὶ πρὸς Χριστὸν διὰ τάχους ἀνέδραμε, τὸν ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι κομιούμενος τῆς νίκης στέφανον ἐν Κυρίῳ· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

phyrium ut gladio necetur. Sanctus vero, gaudio D repletus, accersivit citissime episcopum Caesareae et cum milites adhortatus esset, facultatem accepit ut secreto sacram communionem ab episcopo sumeret. Ita confectus est gladio et ad Christum cito cucurrit, ob certamina relaturus victoriae coronam in Domino, cui gloria et potestas nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATUM.

a *Heic verbum* προσκήνια *non adhibetur ut designet proprie locum illum patentem et liberum in fronte scenae in quem exibant actores et histrioniam agebant, sed ipsum theatrum significat. Quod confirmatur ex statuis ibi expositis. Ut notum est, signis multis ornabantur veterum theatra; immo ad plura milia crevisse eorum numerum narrant scriptores classici.*

B

DE SS. PRIMO, CAESARIO, GREGORIO, PORPHYRIO,

E

TEMPORE INCERTO.

SATURO, AMANTO, PUBLIO, SECUNDA, VICTORINA, PERPETUA, VICTORE, QUARTO,

AUCTORE J. V. D G.

MARTYRIBUS IN AFRICA.

Horum martyrum non nisi nomina

1. *Horum martyrum Africanorum nominibus recitatis, exclamat Florentinius :* Iterum Africa martyribus exuberat (1). *Attamen de his quoque sterile nimis permanet votum quod exprimebat Morcelli* (2) : Utinam vero efficere alii diligentia aut felicitate aliquando possint uti et res gestae singulorum prodeant e latebris atque in hominum denique lucem ad imitandum proferantur. *Nam hucusque nec in Passionibus ullis, nec in monumentis archaeologicis bene multis, quae praesertim hisce ultimis temporibus ad illustrandum martyrologium Africanum reperta sunt* (3), *quicquam prodiit quod ad notitiam istorum martyrum sive de rebus gestis, sive de tempore, conferret. Proin, illas, quas sola nominum enuntiatio suggerit animadversiones, heic inseruisse contenti simus oportet.*

et locus passionis cognoscuntur.

2. *Primo exprimitur iterum hodierna commemoratio martyrum Africanorum sub eadem, quae ceteris diebus saepius notata est, formula prorsus indeterminata* In Africa, *de qua nuper illud observabat cl. v. Ludovicus Duchesne* (4) *hanc in Africano catalogo locum tenere istius formulae similis, scilicet* Romae *quae in kalendario romano usurpatur, etiamsi agatur de sanctis vel Albanensibus, vel Nomentanis, aliisve. Notandum tamen unum alterumve ex laterculis Hieronymianis, nempe Richenoviensem atque Fuldensem, si quibusdam ex martyribus de quo agimus assignant Africam, alios, nempe* S. Victurinam, *in Fuldensi, et* SS. Victorinam *et* Perpetuam, *in Richenoviensi tradere passos* alibi. *Non ideo tamen opinamur inde significari illas extra Africam martyrium subiisse, sed tantum in alio loco eiusdem regionis, et forsan seorsum a reliqua cohorte. Ut saepius etiam contingit inter athletas Christi Africanos, occurrimus iterum toti congregationi martyrum ; nullibi enim alias persecutorum rabies tam frequenter saeviit in integros christianorum coetus.*

Diversimode recitantur in martyrologio hieronymiano,

3. *Exsulant martyres nostri e martyrologio Romano, sed recitantur in omnibus catalogis hieronymianis, magna tamen tum nominum, tum numeri diversitate. Sic in Augustano nonnisi* Caesarius *refertur, in Corbeiensi breviori* Primus *et* Caesarius, *in Trevirensi et Gellonensi* Primus *et* Gregorius, *in Fuldensi* Primus *et* Victorina, *in Labbeano* Primus, Gregorius *et* Caesarius, *in Blumiano* Amantius, Secundus, Victorinus *et* Beatus, *qui ubique deest in aliis, et vel* Quarti, *per errorem librarii, locum tenet vel epitheton exstat omissi nominis proprii; in Richenoviensi* Primus, Gregorius, Amantius, Saturus, Victurina, Perpetua ; *in Ottoboniano* Primus, Porphyrius, Amantius, Publius, Secundus, Victorius. *Codices Bernensis et* F *Corbeiensis maior seriem integram referunt, cuius hic est tenor :* In Africa, Primi, Cesarii, Gregorii, Porfiri, Amanti, Publii, Saturi, Secundę, Victorinę, Perpetuę, Victoris, Quarti ; *scilicet duodecim. Antverpiensis habet tredecim, quia bis repetiit* Caesarium. *Hanc ipsam seriem assumpserunt tum Rosweydus, qui tamen duo tantum nomina recitat :* In Africa, Primi, Caesarii, cum aliis decem, *tum Florentinius, cum ederet* Vetustius Martyrologium, *tum Morcelli in suo* Martyrologio Ecclesiae Africanae.

in quorum genuinam seriem inquiritur.

4. *At penitius varia nomina examinanti nonnulla occurrunt animadvertenda, unde fortassis ad veriorem normam exigi queat tota series. Etenim,* Amantius *qui apparet in ista societate martyrum Africanorum, non alius esse videtur ac S. Amantius, episcopus Ruthenensis in Gallia, cuius hodie etiam memoria agitur. Quod inde maxime suadetur quod ubicumque in laterculis hieronymianis citatur* Amantius *inter Africanos martyres, verbi gratia*

(1) *Vetustius eccl. occid. Martyrolog.*, ad diem 4 novembris. — (2) *Africa christiana,* tom. II, p. 357. — (3) Cfr. Paulum Allard, *La Persécution de Dioclétien*, tom. I, pp. 426-435 ; tom. II, pp. 289-292, atque *Analecta Bollandiana,* tom. IX, pp. 106-134. — (4) *Les Sources du martyrologe hiéronymien*, p. 32.

in

AUCTORE J. V. D. G.

A *in Bernensi et Richenoviensi, non repetitur deinceps nomen eius tamquam episcopi Ruthenensis; dum e contrario, quotiescumque, ut verbi gratia in Labbeano, Corbeiensi, Fuldensi, Trevirensi, Gellonensi, abest ex ordine martyrum Africanorum, postea apparet nomen* Amantii *relatum ut antistitis Ruthenensis. Fatendum tamen huic regulae non stare Ottobonianum, quod simul et* Amantium *Africanum et Ruthenensem promit; sed non est tantae auctoritatis ut infringat argumentum unde coniciendum existimaverimus* S. Amantium *non pertinere ad seriem supradictorum Africanorum. Cuius argumenti vis inde crescit quod illud nomen* Amantii *in Africa prorsus insolitum sonat. Ut* Porphyrius *quoque excludatur pronum se praebet Florentinius cui adstipulandum censemus, siquidem eodem die celebratur Porphyrius Ephesinus martyr, omnino ab Africanis diversus. Et* Perpetua, *quae occurrit ibidem, nonne ea est S. Perpetua, uxor S. Petri, quam colunt hodie fasti Usuardini? Idem forsan de* Gregorio *dicendum qui unus esse potest cum Gregorio, abbate Porcetano, quem celebrant hac die aliqui fasti hagiologici, unde*
B *eius nomen intrusum est in quosdam codices hieronymianos. Ad cetera nomina quod spectat, satis inter se conveniunt codices, cum hoc tantum discrimine quod alicubi pro* Publi *scribatur mendose* Subli, *in Blumiano* Victorina *fiat* Victorinus, *et interdum alii misceant* Secundam *et* Secundum. *Praeterea in nominum forma nihil abhorret a vocabulis quae in Africa usui veniunt, si modo* Publius *et* Gregorius *excipiuntur, quae hucusque non recurrunt in* Corpore Inscriptionum Africanarum. *reperta tamen est appellatio derivata* Publianus. *Cum etiam absint* Amantii *et* Porphyrii *nomina, novum inde exsurgit indicium, data praesertim ratione superius allata, ut expungantur. Reliquorum vero vocabula solita sunt et trita in Africano martyrologio, imprimis* Secunda, Perpetua, Saturus, Victor, Primus.

De cultu SS. Primi et sociorum in aliis fastis,

5. *Praeter fastos hieronymianos, martyres nostros continet, inter Usuardi auctaria, Bruxellensis codex, ubi haec habes :* In Africa, natale sanctorum Primi, Caesarii, Gregorii et Porphyrii. *Grevenius eadem nomina retinet quibus addit :* et aliorum. *Bedae auctaria referunt :* In Africa Primii, *quem omittit auctarium Tornacense,* Caesarii, *qui est in solo Barberiniano,* Gregorii, *pro quo legitur* Gerii *in codice Sancti Cyriaci,* Porphyrii. *Galesinius et Ferrarius septem tantum e sociis Primi exhibent, scilicet omittunt* Victorem, Perpetuam, Publium, Secundam, *et pro* Saturo *scribunt* Saturninum. *Martyrologium Rabani octo nomina continet; praeter septem quae reperiuntur apud Galesinium et Ferrarium addit* Perpetuam. E

deque eorum martyrii tempore

6. *De tempore quo nostri martyres sunt passi, certi quicquam asserere non datur. Id unum fas est affirmare eos minime pertinere ad persecutionem Vandalorum, quoniam in martyrologio hieronymiano nullus commemoratur martyr hoc aevo peremptus* (1).

(1) Duchesne, *Les Sources du martyrologe hiéronymien*, p. 33.

DE SS. AGRICOLA ET VITALI

MARTYRIBUS BONONIAE

ANNO CCCIV.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

AUCTORE J. V. D. G.

§ I. Fontes historici.

SS. Agricolae et Vitalis rerum gestarum praecipuus relator est S. Ambrosius,

1. *Celebrium istorum martyrum, quibus iure gloriatur Bononiensis civitas, Acta nulla, si vel umquam exstiterint, ad nos usque pervenerunt. Quae quidem iam suo tempore desiderabat Gregorius Turonensis, questus in libro* De Gloria martyrum *quod* SS. Agricolae et Vitalis nulla historia passionis advenit (1). *Sitne reipsa scriptis commendata martyrii eorum relatio disputare licet, non tamen cum solido fundamento, cum nullum argumentum suae sententiae protulerit Ceillerius asserens fortasse haec Acta etiam tempore S. Ambrosii exstitisse, eumque ex iis desumpsisse quicquid de martyribus narraverit* (2). *Quicquid sit, quaecumque de sanctis martyribus Bononiensibus nobis nota sunt, haec integre sunt ex S. Ambrosio deprompta, neque ex alio fonte hauserunt veteres scriptores, pauci quidem, ut Paulinus Nolanus et Gregorius Turonensis, qui de illis in suis operibus egerunt. Locutus vero est S. Ambrosius de* SS. Agricola et Vitali *in libri sui* De exhortatione virginitatis *capite primo* (3). *Quaenam fuerit huius libri edendi occasio compertum habemus ex Paulino, Ambrosii historiographo* (4), *qui narrat episcopum Mediolanensem Bononiam tetendisse anno 393, cum Eugenium tyrannum in Italiam atque adeo Mediolanum properantem devitare vellet, indeque, inventis ibidem* F SS. Agricolae *et* Vitalis *sacris exuviis, apud Florentinos, a quibus invitatus fuerat, recessisse secum afferentem* apophoreta, *videlicet sanctorum Christi athletarum reliquias. Florentiae autem habuit S. Ambrosius de sanctis martyribus sermonem, qui postea in supradictum libellum conflatus est. Nonnullis etiam visum est S. Ambrosium non tantum in libro* De exhortatione virginitatis *laudasse* SS. Agricolam *et* Vitalem, *sed et in opusculo, cui titulus fuisset impositus* De martyrio Agricolae et Vitalis, *nunc vero deperdito, quodque adhibuisse saeculo decimo Iohannem diaconum refert Mabillonius* (5). *At recte notat Melloni* (6) *per hunc librum* De martyrio Agricolae et Vitalis *non alium intendi forsan nisi epistulam quandam, de qua statim dicetur, falso attributam Ambrosio. Proferebatur enim, antequam editores Benedictini critice vulgassent omnia opera sancti episcopi Mediolanensis, inter*

(1) Cap. XLIII *Mon. Germ.*, Script. rer. Merov., tom. I, p. 517. — (2) *Histoire des auteurs ecclésiastiques*, tom. III, p. 524. — (3) P. L., tom. XVI, p. 335-339. — (4) P. L., tom. XIV, p. 37, 38. — (5) *Museum italicum*, tom. I, part. alt., p. 77. — (6) *Atti o memorie degli uomini illustri.... in Bologna*, tom. I, p. 125.

litteras

AUCTORE J. V. D. G.

litteras eius, quaedam epistula in qua describebatur inventio corporum SS. Agricolae *et* Vitalis (1). *Quam iure merito segregarunt dicti editores e numero Ambrosianarum epistularum, quoniam non obscure apparet tamquam opus alicuius consarcinatoris, qui S. Ambrosii narrationem, qua* SS. Vitalis *et* Agricolae *inventionem in* Exhortatione virginitatis *descriptam reliquit, partim addendo, partim mutando, partim transponendo interpolavit. Quoniam igitur, nec post Gregorium Turonensem, felicior fuit quisquam ad quem historia Passionis adveniret, pro deficientibus Actis, operi nostro inseremus tum caput primum* Exhortationis virginitatis, *tum epistulam supposititiam, tamquam sola documenta quae de* SS. Vitali *et* Agricola *praesto sunt.*

cuius lucubrationes assumpserunt passionalia;

2. *At si desunt sanctorum martyrum nostrorum Acta proprie dicta et primigenia, non inde concludendum non occurrere in legendariis aut passionalibus medii aevi ullam Passionem* SS. Agricolae *et* Vitalis. *Frequentissime enim reperitur, ut, verbi gratia, in bibliothecae Bruxellensis codice signato num. 64, fol. 227^v-228* (2), *et in bibliothecae nationalis Parisinae codicibus signatis numm. 2637, fol.* B *193^v-195^v; 3789, fol. 153^r-154^v; 3851 A, fol. 33^r-34^r; 5361, fol. 33^r-35^v; 5365, fol. 155^v-156^r, 11759, fol. 259^r-259^v* (3), *necnon in codice signato B. 55. inf. in bibliotheca Ambrosiana Mediolani* (4), *sicut et etiam in codice signato num. 523 in bibliotheca Vaticana inter codices reginae Suecorum quem iam notavit Giorgi in notis ad martyrologium Adonis. Iam vero Acta ista quae passim reperiuntur nihil aliud sunt praeter commixtionem quandam et consarcinationem utriusque documenti Ambrosiani et pseudo-Ambrosiani quod indicavimus. Ita enim communiter conflata sunt ut, praemissam inscriptionem et primam sententiam epistulae olim Ambrosio attributae subsequatur caput primum* Exhortationis virginitatis. *Praeterea ante conclusionem legitur oratio quaedam ad Deum coram populo pronuntiata, unde significatur haec Passio ab Ambrosio enarrata fuisse occasione dedicationis ecclesiae* SS. Vitalis *et* Agricolae, *a sancta Iuliana vidua in urbe Florentina fundatae. Sequenti schemate uno intuitu apparet quomodo confictae sint tum Passio manuscriptorum, tum epistula pseudo-Ambrosiana, collatione facta cum libro* De Exhortatione virginitatis.

C

NUMERI PASSIONIS IN CODICIBUS	EP. PSEUDO-AMBR.	EXHORT. VIRG.
1	1	1
2. 3	9	2
4	7	4
5	8	5
6	6	6
7	2. 3	8
8	4	9
9	5	9

10 ex neutro fonte derivatus

sed exstat praeterea liber miraculorum.

3. *Miracula aliquot a sanctis martyribus patrata refert Gregorius Turonensis in loco supra citato, aliaque miracula consignata esse in antiquo codice abbatiae Sancti Stephani Bononiae tradit Melloni* (5). *Qui codex hodie asservatur in bibliotheca regiae Universitatis Bononiensis, signaturque ibidem num 1473; exscriptus est, ut monuit nos cl. vir D^r Ludovicus Frati, eiusdem bibliothecae vicebibliothecarius, anno 1180* (6), *binis columnis. Miracula inveniuntur fol. 329-330, quorum apographum eiusdem viri cl. Frati benevolentia, obtinuimus. Haec etiam, nempe narratio miraculorum ex Gregorio Turonensi et passionali Bononiensi, infra dabuntur cum textibus Ambrosii.* D

§ II. SS. Agricola et Vitalis in multis martyrologiis laudati. — De officio eorundem.

Omnia kalendaria nominant sanctos martyres, sed diversis diebus;

4. *Quam rara exstant de sanctis nostris documenta primigenia, tam celebris est eorum cultus. Longius esset vel enumerare kalendaria et martyrologia quaecumque nomina* SS. Agricolae *et* Vitalis *inseruerunt. Seriem quam suo tempore noverat Giorgi apographorum hieronymianorum integram in notis suis ad Adonem recitavit, quibus nunc addendum Fuldense, Bernense, et Treverense nuper a nobis edita. Sed Bernense ad diem 4 novembris tacet* E SS. Agricolam *et* Vitalem, *ad diem autem 27 iam desinit mutilus; Treverense nullibi eos nominat, Fuldense vero tum ad diem 4, tum ad diem 27 novembris. Apud Melloni collectas invenies mentiones factas in pluribus Italicis kalendariis* (7). *At, kalendaria haec omnia quae* SS. Vitalis *et* Agricolae *memoriam referunt, non adeo inter se concordant in statuendo huius commemorationis die. Occurrit nempe tum die 2, tum die 3 et 4 novembris, saepissime vero ad diem 27 novembris, tum ad dies 3, 4, 10 decembris. Immo Notkerus hanc profert ad diem 28 aprilis* (8). *Plurium ex his discrepantiarum ratio est in promptu. Quaedam, praesertim quod attinet ad* S. Vitalem, *ortae sunt ex confusione facta cum aliis eiusdem nominis sanctis qui praecedentibus diebus recoluntur* (9); *Notkerus autem inductus est ut ad diem 28 aprilis scriberet:* In Bononia, Vitalis et Agricolae, *ex eo quod hac die colitur* S. Vitalis *Ravennas. In paucissimis kalendariis mense decembri coluntur nostri sancti; sed praesertim inter duos dies, nimirum 4 et 27 novembris, diversitas viget. Non diffitendum* F *in veteribus kalendariis saepius die 27 novembris citari nomina sanctorum Bononiensium quam die 4, ita plura ex hieronymianis* (10) *et Italicis quae refert Melloni* (11). *In plerisque breviariis, missalibus et kalendariis bibliothecae nationalis Parisinae quae descripta sunt a nobis,* Agricola *et* Vitalis *occurrunt die 27 novembris* (12). *Idem obtinet in legendariis, verbi gratia, in codicibus signatis numeris 5293, 5365 bibliothecae nationalis Parisiensis in quibus ipse ordo Passionum illud testatur* (13), *et in codice signato num. 5361 explicite indicatur tum in titulo, tum in clausula, passio* celebrari sub die quinto kalendarum decembrium (14).

cuius discriminis ratio expenditur.

5. *Quaerentibus quaenam sit recta dies assignanda commemorationi passionis* SS. Agricolae *et* Vitalis, *sitne 4 an 27 dies novembris, non dubita-*

(1) P. L., tom. XVII, p. 747-749. — (2) Cfr. *Catal. codd. hagiog. bibl. reg. Brux.*, tom. I, p. 18. — (3) *Catal. codd. hagiog. bibl. nat. Paris.*, tom. I, p. 166, 296, 376; tom. II, p. 350, 383; tom. III, p. 107. — (4) *Analecta Boll.*, tom. XI, p. 261. — (5) *Atti o memorie degli uomini illustri... in Bologna*, classe I, vol. I, p. 141-145. — (6) Cfr. Melloni, op. cit., p. 301. — (7) Ibid., p. 139, not. 28. — (8) Cfr. Giorgi in not. ad martyrolog. Adonis, et Melloni, op. cit., p. 116, 117. — (9) Cfr. *Act. SS.* Novemb., tom. I, p. 604-5. — (10) Cfr. Giorgi, loc. cit. — (11) Loc. cit. — (12) *Cat. codd. hag. bibl. nat. Paris.*, tom. III. — (13) Ibid., tom. I, p. 565; tom. II, p. 383. — (14) Ibid., tom. II, p. 350.

mus

AUCTORE J. V. D. G.

A *mus respondere hanc esse quam adscripsit martyrologium Romanum, nempe 4 novembris. Qua die, ut testatur S. Ambrosii pseudo-epistula, revera martyrium subiere, quaque tempore immemoriali actum est festum eorum in ecclesia Bononiensi. Ceteroquin saepius ad hanc diem 4 apparent commemorati in antiquis kalendariis et passionalibus, haud sane infrequentius quam die 27. Quare autem et simul hac die 27 celebrentur martyres Bononienses indicavit Saussayus in sequenti declaratione:* Claromonte Arvernorum, veneratio sanctorum martyrum Agricolae et Vitalis, quorum reliquias sanctus Namatius episcopus a Bononia in Arverniam transferendas curavit, et susceptas in matrice ecclesia collocavit, in qua exinde gloriosi ipsi martyres sancti loci tutelaribus annumerati, hoc potissimum die, qui ipsorum translationi sacratus est proprio in altari honorantur (1). *Quae ratio non est omnino vero absimilis, siquidem hanc translationem iam novit martyrologium hieronymianum; legimus siquidem in Bernensi ad diem 10 maii:* Arvernus dedicatio ecclesie sancte Agregule. *Ex altera tamen parte dubitabit forsan* B *aliquis de hoc Saussayi argumento miratus huius festi Arvernensis commemorationem tam late spatiatam esse extra limites Galliae. Cui non immerito reponeretur kalendaria facillime ex una in aliam regionem transmigrasse.*

Formula laudis ex Ambrosio desumpta

6. *In omnibus paene martyrologiis eadem communiter ratione extolluntur sancti martyres. Cuius cum materies desumpta sit e libro S. Ambrosii* De exhortatione virginitatis, *a variis formulis longe lateque recitandis licet abstinere, duabus tantum prolatis quae sint ceterorum quasi specimen. Ac primo quidem haec habet antiquissimus martyrum laudator Ado Viennensis:* V kalendas decembris. Natalis sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae, qui apud Bononiam Italiae urbem, post alia tormenta, ultimo crucifixi martyrium compleverunt. Quorum corpora postmodum cum essent posita inter sepulcra Iudaeorum, et populo christiano prorsus incognita, beatus Ambrosius (ipsis sanctis martyribus revelantibus) apud Bononiensem civitatem repperit: quaeque exstructa ecclesia, cum magna fidelium laetitia, et daemonum poenis confitentium merita martyrum, sub altari deposuit. *Quae eadem vix diverso* C *tenore, ex Usuardo exponit Romanum hodiernum:* Bononiae, sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae: quorum prior posterioris servus fuit, postea consors et collega martyrii: in quem persecutores omnia poenarum genera exercuerunt, ita ut non esset in corpore eius sine vulnere locus, quae constanter perferens in oratione spiritum reddidit: Agricolam vero plurimis clavis cruci affigentes interemerunt. Eorum translationi sanctus Ambrosius cum interesset, martyris clavos, sanguinem triumphalem et crucis lignum se collegisse refert ac sub sacris altaribus condidisse.

nonnihil discrepat in diversis kalendariis.

7. *Si haec praeconia inter se conferantur, iam primo aspectu varietates haud parvas animadvertere est. Ab Adone ambo crucifixi praedicantur, in Romano autem solus* Agricola *cruci affixus perhibetur, dum contra* Vitalis, *omni genere suppliciorum vexatus,* in oratione spiritum reddidit. *Praeterea quae de ipso martyrio breviter valde rettulit Ado, eadem extendere et quasi exaggerare nituntur et Usuardina Romanaque recensiones, haec vero cultum Bononiensium reticet nec nisi summatim translationem attingit, dum eadem Ado longiori exhibet circuitu. Sed haec notasse nunc sufficit, quae dehinc penitus erunt cribranda, et saltem quod pertinet ad utriusque martyris crucifixionem, in gratiam Adonis contra martyrologium Romanum decidenda. Praeterea de martyrii loco aliisque adiunctis nonnullis discrepant fasti hagiologici. Sic auctaria Usuardi, in editione Lubeco-Coloniensi, formulae consuetae addunt* temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum *martyres passos, et apud editorem Belinum legitur* Agricola *servus* Vitalis, *quem quidem errorem sibi quoque reassumit editor Venetus, Franciscus Maurolycus. Martyrologium Richenoviense, et inter Bedae auctaria Tornacense et Barberinum, non Bononiam, sed indeterminate Italiam ponunt. Alibi Bononia in Pannoniam detorta prodit, et, quod peius est, Gallicus scriba quidam in codice Corbeiensi non Italiae, sed Galliae vindicat clarissimos martyres* Agricolam *et* Vitalem, *similitudine deceptus denominationis urbis Boloniae super Mare* (Boulogne-sur-Mer) *in Gallia flandrica, in ora Picardiae. Tandem* E *aliis femineum genus olebat nomen* Agricola, *ut inde identidem legatur* Sanctae Agricolae virginis, *verbi gratia in Labbeano et Bedae auctario Laetiensi, ut supra fuit notatum. Voluitne Ottobonianum huic errori praecludere viam scribendo* Agricoli? *Praeterea duos passionis socios subiungit Corbeiense cum* Vitali *et* Agricola, *Manilium videlicet et Iulium.*

De officio sanctorum martyrum.

8. *Sanctorum martyrum Bononiensium nomen nec apud Graecos, nec apud Slavos aut Orientales penetravit. Sed, ut dicemus infra, in ecclesiam latinam late diffusus est eorum cultus; immo in kalendario Mozarabico praemisso missali eiusdem ritus memorantur* Vitalis *et* Agricola, *die V kalendas decembris. Quod inde procul dubio originem ducit quia missa quondam sunt sacra istorum martyrum pignora in Hispaniam Garciae regi Navarrae a summo Pontifice, qua de re postea fusius agendum. Nec in kalendariis tantum significatum est quanto cultu prosecuta sit plebs christiana* SS. Agricolam *et* Vitalem, *sed in aliis etiam libris ecclesiasticis indicia haud incerta prodiere. Iam vulgavit Martene* (2) *ordinem undecimum ex vetustissimo libro sacramentorum monasterii Moissacensis, in cuius litaniis inter visitandos et ungendos infirmos recitari solitis duplex reperitur haec invocatio:* S. Agricola, ora pro illo; S. Vitalis, ora pro illo. *In missali ecclesiae Ambrosianae Mediolanensis, die 7 novembris, legitur ritu Ambrosiano de* SS. Vitali *et* Agricola *missa tota propria* (3). *Benedictinis monachis monasterii SS. Vitalis et Agricolae Bononiae officium erat etiam proprium, quod hic tradimus* (4). F

IN FESTO SS. MARTYRUM BONONIENSIUM VITALIS ET AGRICOLAE.

Ad Vesperas. Capit. Hi sunt viri misericordes, quorum iustitiae oblivionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum.

HYMNUS.

Diem sacratum martyrum
Legitime certantium

(1) *Martyr. gallic.*, p. 938, 939. — (2) *De antiq. Eccl. ritibus*, tom. I, p. 870, 872. — (3) Melloni, op. cit., p. 140. — (4) Videsis hoc officium editum apud Melloni, op. cit., pp. 492-499, et partim apud. card. Lambertini, *Trattato sopra gli Atti d'alcuni Santi de' quali si fa l'offizio in Bologna*, pp. 220, 221, 281-290.

Vitalis

AUCTORE J. V. D. G.

Vitalis et Agricolae
  Recolamus sollemniter.

Qui pravam huius saeculi
  Vitam spernentes fragilem,
  Christum secuti fulgida
  Corona caelo iubilant

Vitalis quidem servulus
  Agricolaque dominus,
  Cui Vitalis praevius
  Exstitit ad martyrium.

Certamen primum vulnera
  Concitavit ad praemia,
  Quem prosecutus dominus
  Cum eo vicit postmodum.

Mucro pravorum militum
  Obtulit caelo servulum,
  Dirum crucis patibulum
  Tandem eiusdem dominum.

Quam decoro iuvamine
  Se sublimarunt invicem,
  Qui caeli regis munere
B Nunc coronantur pariter.

Sit laus Deo altissimo
  Eiusque unigenito,
  Una cum sancto Spiritu
  In sempiterna saecula. Amen.

Ad Magnificat. Antiph. O quam venerandi estis, egregii Agricola et Vitalis, martyres Christi, qui terrena contempsistis, et caeli ianuam exsultantes petistis, modo victores fulgentes in virtute caelesti, ideoque supplices exoramus, ut intercedatis pro nobis ad Dominum Iesum Christum.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, da populo tuo praesentis diei festivitatem sincero venerari affectu, et qui eam sanctorum martyrum tuorum Vitalis et Agricolae annua celebritate devotis frequentent obsequiis, eorundem suffragiis caelestis regni gaudia consequamur. Per Dominum...

Ad Matutinum, invitator. Regem martyrum insignium Vitalis et Agricolae venite adoremus.

C

HYMNUS.

Divinitus sunt inclita
  Nomina sibi mystica
  Solutione dedita,
  Capessunt caeli munera,

Vitalis ut acquireret
  Mensuram vitam sanguine,
  Agricola ut emeret
  Agrum aeterno germine.

Plebs laudes Deo conferat
  Bononiensis debitas,
  Quae horum sibi corpora
  Destinavit egregia.

Se omni cura provida
  Custodem illis praebeat
  Ut eorum suffragia
  Adesse sibi sentiat.

Nunc vos rogamus cernui,
  Martyres Dei incliti,
  Ut eum deprecemini
  Pro nobis eius famulis.

Ut expulsis sceleribus
  Cunctis nostris * funditus

* ed. notius

Mereamur caelestibus D
  Associari coetibus.

Praesta, Pater piissime,
  Patrique compar unice
  Cum Spiritu paraclito
  Regnans per omne saeculum. Amen.

Lectiones desumuntur ex illa Passione infra vulganda, cum titulo Sermo S. Ambrosii episcopi, *et earum textus propius accedit ad codicem Bruxellensem. Lectio I a verbis :* Ambrosius, servus Iesu Christi *usque ad :* quae solet ostenderet; *lectio II usque ad verba :* ille implevit *(num. 2), quibus addit :* Nihil illi decerpitur, quomodo minui potest quod Christus donavit egregie? *Lectio III pergit usque ad num. 3 :* ad commendationem hominis condicio affert; *lectio IV terminatur eiusdem num. 3 verbis :* animam suam pro nobis traderet; *lectio V usque ad finem num. 4 procedit; lectio VI finem facit cum :* non sedulitatis fuisse, sed fraudis; *lectio VII pergit usque ad num. 6 :* quae aeterna est acquireret; *lectio VIII habet tamquam ultima verba num. 7 :* revelare dignatus est. E *Quattuor lectiones tertii nocturni sunt S. Augustini in Evangelii S. Ioannis :* Ego sum vitis vera, *quae exordiuntur :* Iste locus evangelicus, fratres.

Ad Laudes, capitulum, hymnus *et* **oratio**, *ut in primis Vesperis.*

Ad Tertiam, capitulum *et* **oratio**, *ut in primis Vesperis.*

Ad Sextam, capitulum : Generatio eorum et gloria eorum non derelinquetur, corpora eorum in pace sepulta sunt et nomina eorum vivent in saecula.

Oratio. Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui sanctorum martyrum tuorum Vitalis et Agricolae sollemnia colimus, eorum virtutes imitemur. Per Dominum...

Ad Nonam, capitulum. Sapientiam eorum narrant omnes populi, et laudem eorum pronuntiat omnis ecclesia sanctorum.

Oratio. Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut sanctorum martyrum tuorum Vitalis et Agricolae, quorum celebramus victoriam, participemus et meritis. Per Dominum etc.

In 2^is Vesperis, *ut in primis.* F

Infra *octavam, lectiones absolvunt supradictam Passionem, nimirum lectio I a verbis num. 7* martyrum exuvias requirebamus *usque ad* metimus martyrum fructus; *lectio II absolvit num. 7* Iudaeus Iudaeo; *lectio III progreditur ad num. 8 verba* sudaria sanctorum sanabantur; *lectio IV ad num. 9 verba* habentibus perniciosus; *lectio V vadit ad num. 10* paravit atque obtulit *(cfr. variantem lect. 3); lectio VI ultima verba habet* templum sanctum est; *lectio VII* mundi huius abluitur, *lectio VIII absolvit totam Passionem cum variantibus lectionibus codicis Bruxellensis, cui addit post verba* sub Diocletiano et Maximiano *haec alia :* anno Domini CCLXXXVII, pridie nonas Novembris.

§ III. Quo tempore, loco et supplicii genere passi sint sancti martyres, et de prima eorum sepultura.

9. *Sanctorum martyrum nomen et condicionem his verbis declarat Ambrosius :* Martyri nomen Agricola

E civitate Bononia oriundi,

AUCTORE
J. V. D. G.

A cola est, cui Vitalis servus fuit (1), *et inferius tradit moribus ita mitem fuisse* S. Agricolam *ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Praeter ea quinam fuerint prorsus ignoratur. Nobili genere oriundum fuisse* S. Agricolam *coniecerunt aliqui ex eo quod passim legitur sanguine iunctus fuisse cum Iovino, praefecto militiae in Gallia, qui, post passionem, ut infra dicetur, in civitate Remorum ecclesiam ipsi dedicavit* (2). *Sed ad istam consanguinitatem firmiter stabiliendam desunt argumenta historica; non enim talia exstant legendae quae de Iovino circumferuntur. Quicquid sit, Bononienses cives exstitisse* SS. Agricolam *et* Vitalem *nemo est qui infitietur; immo non defuere qui in varias abiere fabulas ut eniterentur eos certis quibusdam ex Bononiensibus gentilitiis familiis ascribere, quas cui libuerit, videre licebit collectas apud Melloni* (3) *et Lambertinum* (4), *heic tamen referre nec gravitas operis nostri nec rei momentum sinunt, quippe quae nullo fundamento innixae meri sint lusus genealogici et inanis adulatio. Ex his conaminibus unum tamen exhibebimus, non quia magis probatum videatur, sed quia saltem verisimilitudini non* B *offendat; scilicet Malvasiae* (5), *qui non abhorret a coniectura iuxta quam* S. Agricola *pertinuisset ad Bononiensem tribum Lemoniam. Repertum est enim in inscriptione quadam nomen cuiuspiam Titi Vennonii Agricolae, militis cohortis praetorianae decimae in centuria Victorini; quod epigramma extrahimus e* Corpore inscriptionum latinarum (6).

D . M
T · VENNONI · LEM · AGRI
COLAE · BONO · MIL · COH
X · PR · > · VICTORINI · MIL
ANN · VII · MES · XI DIEB
XXIX · V · ANN · XXV · MES
V · DIEB · XV FEC
T · VENNONIVS · SE
CVNDVS · PATRONO
B · M

Volunt, pauci quidem, S. Vitalem *Mediolanensem fuisse civem, quorum sententiam apud Machiavelli* (7) *relatam recte vituperat Melloni* (8) *utpote qui in turpem inciderint confusionem* S. Vitalis, *de quo nunc agitur, cum S. Vitali, patre SS. Gervasii et Protasii.*

anno 304 passi sunt SS. Agricola *et* Vitalis,

10. *Piam certe et religiosam vitam degebat* S. Agricola *cum servo suo* Vitali, *cum exorta est, prius anno 287 et postea anno 303, persecutio Diocletiani contra christianos. Quonam autem anno saevierit Bononiae edictum percusseritque sanctos martyres nostros, non adeo facile est cum omnimoda certitudine determinare. In epistula de qua supra actum est, S. Ambrosio perperam attributa, asseruntur* SS. Agricola *et* Vitalis passi sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus (9). *Iam si istius momenti chronologici ratio est habenda, accipi queunt anni 287, 299, 303 et 304, quoniam solummodo per hosce annos simul regnarunt Diocletianus et Maximianus. Sane anno 287 referuntur supplicio affecti in lectione VIII officii infra octavam recitari soliti a monachis coenobii Bononiensis Sancti Vitalis* (10). *At, ex alia parte, quae historia istorum temporum nota facit cum anno isto 287 minus concordant. Namque, circa hos annos, si excipiatur altera pars anni 286, dum Maximianus Herculius in Galliam ex Oriente profectus transiit per Italiam et nonnullos christianos ad mortem damnavit* (11), *persecutio Italiam minime vexavit, nec magis anno 299. Anno autem 303, prolatum est Nicomediae decretum contra christianos, refertque Lactantius* (12) post excitatam a Diocletiano et Galerio Maximiano in Oriente persecutionem litteras ad alterum Maximianum et Constantium commeavisse, ut idem faceret, eisque senem Maximianum libentem per Italiam paruisse. *Unde concludit Ruinartius passos esse sanctos martyres* Vitalem *et* Agricolam *circa annum 304, in ea persecutione quam Maximianus Herculius in Italia eo tempore commovebat* (13), *cui opinioni nuper calculum adiecit cl. vir Paulus Allard* (14). *Proin minus recte in annum 301 vel 302 conspirant cardinalis Palaeotus* (15), *Sigonius* (16) *et Casale* (17), *quoniam tunc temporis sopita erat persecutio; nec etiam satis attenderunt Baronius* (18) *et Riccioli* (19), *qui anno 303 patrocinantur, Nicomediense edictum non statim in aliis* E *partibus imperii sortitum esse suum effectum. Ex nullo autem argumento eventum usque ad annum 305 retardant Alberti et Pullieni* (20).

in amphitheatro,

11. *Anno igitur 304, adductus est* S. Vitalis *in Bononiense amphitheatrum, fidei christianae testimonium redditurus. Situs erat ille ludorum campus in loco nunc dicto* Strada di S. Vitale, *olim denominato* Via dell' Arena (21), *antiquitus autem* Via Salaria. *Ex multis scilicet documentis elucet Bononiae, sicut in pluribus Italiae civitatibus, exstitisse* Arenam *seu amphitheatrum. Legitur, exempli gratia, apud Sigonium* (22), *in Vita S. Theodori, episcopi Bononiensis, summus Pontifex Agapetus I eius auctoritati subiecisse omnia monasteria sita in dioecesi Bononiensi, inter quae erat monasterium* SS. Vitalis et Agricolae in Arena.

ambo forsan crucifixi,

12. *De ipso supplicio quod subierunt sancti martyres haec tradit Ambrosius :* Cumque sanctus Vitalis cogeretur a persequentibus ut Christum negaret, et ille amplius profiteretur Dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non esset in corpore eius sine vulnere locus, orationem fudit... et completa oratione emisit spiritum... Agricola crucifixus est (23). F *Scilicet, secundum Ambrosium,* Vitalis *prior passus est, dein, supplicio per aliquot dies dilato,* Agricola; *ille omni tormentorum genere excruciatus est, hic autem crucis patibulo affixus; immo unus* Agricola *diserte asseritur crucis tormento exstinctus. Nihilominus, traditio constans, cuius saeculo sexto se testem praebet Gregorius Turonensis asserens tum* Agricolam, *tum* Vitalem *pro Christi nomine crucifixos fuisse* (24), *utrumque eodem supplicio peremptum docet. Quod quidem videtur Melloni confirmatum* (25) *ex clavorum numero, qui, simul cum corporibus sanctorum confossi, postea sunt reperti, ut testatur Ambrosius, dicens :* Nos legimus martyrum clavos, et plures quidem, quia plura in eis vulnera quam membra fuerunt (26). *Attamen, quod monet Gallonius* (27) *non est obliviscendum per sae-*

(1) P. L., tom. XVI, p. 337. — (2) Cfr. *Breviarium Remense*, anno 1729. — (3) Op. cit., p. 113, 114. — (4) Op. cit., p. 211, 212. — (5) *Marmorea Felsina*, p. 348. — (6) Tom. VI, part. I, p. 714, n. 2761. — (7) In nota 29, col. 26, ad *Historiam Bononiensem*, auctore Sigonio. — (8) Op. cit., p. 114, not. 23. — (9) P. L., tom. XVII, p. 749. — (10) Apud Lambertinum, op. cit., p. 288. — (11) Cfr. Paulum Allard in *Revue des quest. hist.*, tom. XLIV, p. 61-65. — (12) *De morte persecut.* lib., n. 15. — (13) *Acta sincera martyrum*, p. 465. — (14) *La Persécution de Dioclétien*, p. 412. — (15) *Archiepiscopale Bononiense*, p. 278. — (16) *Historia Bononiensis*, p. 26. — (17) *Basilica di S. Stefano*, p. 296. — (18) *Ann. eccl.*, ad annum 303. — (19) *Chronologia reformata*. — (20) Secundum Melloni, op. cit., p. 115. — (21) Masini, *Bolonia perlustrata*, part. I, p. 191. — (22) *De episcopis Bononiensibus*, lib. I, Sigonii op., tom. III, p. 382. — (23) P. L., tom. XVII, p. 748. — (24) *De Gloria Martyrum*, lib. I, cap. 44. — (25) Op. cit., p. 111. — (26) P. L., tom. XVII, p. 748. — (27) *De sanctorum martyrum cruciatibus*, p. 313.

vitiam

AUCTORE J. V. D. G.

vitiam tortorum, et non raro quidem, multiplicatos fuisse clavos, infixos in omni parte corporis. Quare argumentum quod nonnulli, ut Melloni, ex numero clavorum deducere se posse arbitrantur rem intentam suadet quidem, non tamen evincit. Obicientibus vero non nisi unicae crucis lignum simul cum sanctorum martyrum corporibus fuisse repertum, recte responsum est unam crucem haud semel duobus et pluribus exstitisse patibulum (1), *quod in casu praesenti eo vel magis obtinere potuit quod non una eademque die passi traduntur* SS. Vitalis *et* Agricola. *Attamen nec istud obstitisset nempe eos fuisse eadem die interemptos, quoniam mos erat quandoque duos martyres, unum post alterum, eidem affigere ligno. Quicquid sit, deficientibus documentis, certi ratique nihil definiri valet, estque standum enuntiatis coniecturis, ac praesertim textui Ambrosiano, qui unum* Vitalem *crucifixum memorat.*

quorum corpora in coemeterio Iudaeorum sepulta sunt,

13. *Peracto supplicio, sepulturae mandata sunt corpora sanctorum Christi confessorum* Vitalis *et* Agricolae. *Iam vero Ambrosius, narrando corporum eorum inventionem, notat ea fuisse sepulta in* Iudaeorum solo, *inter eorundem sepulcra* (2), *itemque legimus apud Paulinum in Vita S. Ambrosii* posita fuisse corpora martyrum inter corpora Iudaeorum (3). *Inde ansa est data non paucis scriptoribus, quos inter Alberti* (4), *Pullieni* (5), *Sigonius* (6), *Lambertinus* (7), *Petracchi* (8) *et Faleoni* (9), *asseverandi corpora* SS. Agricolae *et* Vitalis *post supplicium proiecta fuisse a nequissimis satellitibus in coemeterium Iudaeorum. Rem paulo aliter contigisse opinatur Casale* (10), *arbitratus ipsos fideles Bononienses cum magna reverentia collegisse sanguinem martyrum ex quo ampulla repleta est, eorumque corpora humo mandasse, quae postea a Iudaeis exhumata in profanum suae sepulturae locum translata sunt. Pullieni modo citatus diversas vices quas subierunt exuviae sanctorum martyrum, antequam, tempore S. Ambrosii, sunt repertae, ita exponit : immediate post poenas datas, corpora proiecta sunt in Iudaeorum coemeterium, unde, nocte insecuta, a christianis, una cum cruce, clavis, nec non ampulla sanguine referta in ecclesiam quandam tunc temporis iam exstructam in loco quem deinde tenuit coenobium* S. Vitalis, *delata sunt, sed inde tandem ab Arianis sunt arrepta ut iterum in mediis Iudaeorum sepulturis deponerentur. Quae quidem omnia ita enucleata eruere se posse existimat Pullieni* (11) *ex Vita S. Iulianae Bononiensis, in qua narratur haec pia femina vehementer doluisse ab Arianis sublata fuisse corpora sanctorum martyrum ex supra dicta ecclesia. Cum hac rerum enarratione quam intexuit Pullieni concordant plane quae in variis operis locis sui habet Masini* (12).

sito prope amphitheatrum.

14. *Sed his opinionibus, quas diligenter rettulit, se negat assentiri posse Melloni* (13), *qui felicius quam ceteri controversiam enodasse dicendus est. Imprimis sedulo in luce ponit iuxta corpora martyrum reperta fuisse a S. Ambrosio supplicii instrumenta, nimirum crucem clavosque, sanguinis ampullam, praetereaque duplicem tabellam marmoream cum insculptis sanctorum nominibus. Quae, si ita sint, cuinam videbitur amplius simile vero, aut satellites, aut Arianos, aut Iudaeos, infensissimos nempe martyribus christianis inimicos, in probrosa, furtiva et tumultuaria inhumatione, tanta usos diligentia quantam denotent ista insignia una cum corporibus deposita ? Quare reiciendae videntur historiunculae confectae praesertim a Pullieni, Masini et Alberti, illudque ut probabilius accipiendum est ipsos christianos raptim sepelivisse corpora prope Arenam seu amphitheatrum, quo in loco, decurrente tempore, Iudaei solebant humo condi. Inde igitur, nullaque alia de causa, contigit probabilius corpora* SS. Vitalis *et* Agricolae *medios inter Iudaeos fuisse detecta,* tamquam inter spinas rosam, *ut Ambrosii verba usurpemus* (13). *Immo admitti potest, ut nuperrime contendit cl. vir Paulus Allard, sepulta fuisse vel etiam primum corpora sanctorum in coemeterio Iudaeorum, quia coemeterium christianorum, quod saepius contigit imperante Diocletiano, fuerat publicatum* (14).

§ 4. Inventio corporum SS. Vitalis et Agricolae.

Inventa sunt corpora anno 393,

15. *Per annos multos humata latuerunt corpora sanctorum martyrum, scilicet ab ineunte saeculo IV, quo sunt crucifixi, usque ad finem eiusdem aevi, quo sunt reperta. Dissentiunt auctores de anno inventionis non secus ac de tempore martyrii. Sed si excipiatur Alberti* (15), *qui eventum anno 397 contigisse contendit, discrepantes opiniones restringuntur ad annos 392 et 393. Primam sententiam tuentur Baronius* (17), *Ruinartius* (18), *Rabbius* (19) *et Paulus Allard* (20), *alteram Tillemontius* (4), *necnon Benedictini Sancti Mauri cum Hermantio* (21), *Muratori* (22), *Palaeoto* (23) *et Lambertino* (24). *Quaestio haec, si alicunde, praesertim ex chronotaxi Vitae S. Ambrosii dirimenda est. Atqui ex ista compertum habetur levata fuisse corpora* SS. Vitalis *et* Agricolae *eo temporis intervallo quo, Eugenio imperatore Alpes transeunte, Mediolanum reliquit S. Ambrosius, degitque per aliquot menses Bononiae, indeque Florentiae et Faventiae. Sed, Valentiniano mortuo die 15 maii anno 392, Eugenius non nisi ineunte anno 393, Italiam invasit, et Mediolani sedit usque ad annum 394, adversus Theodosium copias ducturus, nec Ambrosius ante kalendas augusti eiusdem anni regressus est in suam urbem episcopalem. Itaque potius ad annum 393 quam ad annum 392 referenda videtur inventio corporum sanctorum martyrum.*

a S. Eusebio, episcopo Bononiensi;

16. *Divina revelatione manifestatae sunt sacrae reliquiae, quod testatur Paulinus in Vita S. Ambrosii his verbis :* Posita erant corpora martyrum inter corpora Iudaeorum, nec erat cognitum populo christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti ipsius ecclesiae revelassent, *vel, ut legitur in quodam codice germanico,* sacerdoti ipsi revelassent (25) *Ex ista textus oscitantia nata est controver-*

(1) Cfr. Melloni, op. cit., p. 112. — (2) P. L., tom. XVI, p. 338. — (3) P. L., tom. XIV, p. 37. — (4) Lib. II *della Deca*, an. 305. — (5) *Cronaca della Chiesa di S. Stefano*, tratt. 4, p. 131. — (6) *De episcopis Bononiensibus*, lib. I, in Sigonii op. omn., tom. III, p. 362. — (7) Op. cit., p. 216. — (8) *Della insigne abbaziale Basilica di S. Stefano*, p. 298. — (9) *Memorie historiche della Chiesa Bolognese*, tom. I, p. 19, 20. — (10) *Storia della Basilica di S. Stefano*, p. 296. — (11) Op. cit., tratt. 5, p. 154. — (12) *Bologna perlustrata*, pp. 352, 353. — (13) Op. cit., p. 109. — (14) *La Persécution de Dioclétien*, pp. 187, 412. — (15) P. L., tom. XVII, p. 747. — (16) Lib. II *della Deca* I, ad annum 397. — (17) *Ann. eccl.*, ad annum 392. — (18) *Acta primorum martyrum*, p. 465. — (19) In nota 25 ad Sigonii lib. I, *De Episcopis Bononiensibus*. — (20) *La Persécution de Dioclétien*, tom. I, p. 413. — (21) *Mémoires pour servir à l'hist. eccl.*, tom. V, p. 315. — (22) P. L., tom. XVII, p. 747. — (23) *Annali d'Italia*, ad ann. 393. — (24) *Archiepiscopale Bononiense*, p. 278. — (25) Op. cit., p. 217. — (26) P. L., tom. XIV, p. 37.

A *sia de episcopi cui se revelaverint sancti martyres, utrum Ambrosio, Mediolanensi episcopo, tunc forte Bononiae versato, an Eusebio, Bononiensi episcopo. Quaestionem heic redintegrare supervacaneum foret, quippe quae ventilata est olim in opere nostro* (1) *ab antecessoribus nostris, quibus recentiori tempore scribens Melloni* (2) *iterumque rem totam perpendens assensum praebuit, conclusionem eandem propugnans nullo iure denegandam esse hanc revelationem S. Eusebio. Nihilominus inventioni sacrarum exuviarum interfuit S. Ambrosius, ut ipse narrat* (3), *concurrente multo populo tum christianorum, tum Iudaeorum, cum applausu et exultatione, ad elevationem sanctorum corporum.*

translata vero sunt, non in ecclesiam sitam in Arena,

17. *Quonam primo translata fuerint corpora* SS. Vitalis *et* Agricolae, *postquam inventa fuerunt a SS. Eusebio et Ambrosio, non adeo facile est perspexisse, nec ad illud detegendum ulla certa via patet, quoniam desunt documenta quae rem perspicue declarent. Ad coniecturas est denuo recurrendum. Illud tamen certum notumque habemus solitos fuisse primaevos christianos repertas martyrum exuvias deponere vel in oratorio, quod in*
B *ipso loco sepulturae aut martyrii exstruebant, vel deferre ad aliam ecclesiam. Sed quis effinget sibi, ad casum praesentem quod attinet, Bononienses fideles aedificasse in coemeterio Iudaeorum, ubi detecta sunt corpora* SS. Vitalis *et* Agricolae, *ullum monumentum? Proin vel in ipsa Arena aediculum exstruxerunt, vel reliquias cuidam ecclesiae, quae iam antea existebat, commisere. Qui primam tuentur hypothesin provocant ad marmoream istam tabulam ab antiquis temporibus effossam ex parte subterranea ecclesiae coenobii Sancti Vitalis Bononiae in Arena siti, in qua tabula haec erant inscripta verba :*

HIC REQVIESCVNT CORPORA SANCTORUM
VITALIS ET AGRICOLA ADQVE ALIO-
RUM SANCTORUM RELIQVIE

Quibusdam eruditis visa est istius lapidis inscriptio, propter formam litterarum, antiquissima, immo referenda ad saeculum quartum. Unde coniecit Pullieni (4) *exhumata corpora sanctorum martyrum e sepultura Iudaeorum fuisse iterum humo condita honorificentissime in ipso martyrii loco, id est in Arena, seu hodierna via dicta* Strada di S. Vitale, *cum hac superimposita*
C *inscriptione, donec S. Iuliana ibidem exstruxerit ecclesiam in honorem sanctorum, quae fuit a S. Ambrosio consecrata, posteaque evasit monasterium* S. Vitalis. *Proxime ad Pullieni sententiam accedunt tum Casale*(5), *tum cardinalis Lambertini* (6). *At, tota re ad severiorem trutinam revocata, negat Melloni* (7) *supradictam inscriptionem esse saeculo XI antiquiorem aut posse gesta S. Iulianae praefatae opinioni vel minime favere, utpote quae declarent, expressis verbis, in lectione IV officii S. Iulianae, quod recitabant monachi Sancti Vitalis, ecclesiam a S. Iuliana erectam atque a S. Ambrosio consecratam manere* usque in hodiernam diem iuxta ecclesiam monasterii sancti protomartyris Stephani ad Aquilonem (8).

sed in ecclesiam ad Sancti Petri.

18. *Restat igitur ut in aliqua Bononiensis civitatis ecclesia deposita fuerint corpora sanctorum martyrum. Quaenam fuit ecclesia ista? Melloni* (9), *cum historico anonymo ecclesiae S. Stephani Bononiensis* (10) *nec non Faleoni* (11), *hanc non aliam fuisse censet nisi ecclesiam quae facta est postea cathedralis ad Sancti Petri. Re quidem vera in hac ecclesia deinceps requieverunt sacra corpora in duobus istis sarcophagis marmoreis, de quibus forsan mentionem inicit Gregorius Turonensis* (12) *saeculo sexto, cum dicat ea* super terram *esse collocata, dum Paulinus in Vita Ambrosii asserit corpora deposita esse sub altari, quod est in eadem basilica constitutum* (13). *Pronum est existimare in eam ecclesiam fuisse delatas sacras exuvias in qua episcopus cum clero et populo christiano congregabatur diebus festivis, seu in ecclesiam ad Sanctum Petrum. Nec huic sententiae adversantur quae modo diximus de ecclesia fundata a S. Iuliana. Certum est eam non fundasse ecclesiam Sancti Petri quae iam exstabat tempore S. Faustiniani, saeculo tertio, sed nihil obstat quominus existimetur, occasione inventionis corporum* SS. Vitalis *et* Agricolae, *restaurasse, ampliasse et ornasse hoc templum. Eandem traditionem confirmant tum sculptura antiqua, olim inserta supra portam huius ecclesiae, quaeque repraesentata est in opere Melloni* E
saepius citato (14), *tum duae tabulae marmoreae, incisae in duobus altaribus, quorum unum est a dextris, alterum a sinistris maioris eiusdem basilicae. Primum monumentum exhibet Christum Dominum manu crucem gestantem stantemque inter* S. Agricolam *a dextris et* S. Vitalem *a sinistris. Utique determinari nequit qua aetate confecta fuerit haec pictura et posita in porticu Sancti Petri. Tabulis marmoreis nimis fidit Pullieni* (15), *quas ipso translationis prioris tempore positas fuisse existimat, sed Melloni rectius putat talem sententiam omni fundamento carere* (16). *Nihilominus ex his monumentis firmatur constans traditio qua credebatur corpora sanctorum martyrum, cum primum inventa sunt, deposita fuisse in ecclesia ad Sanctum Petrum* (17).

AUCTORE J. V. D. G.

§ V. Bononiensium civium cultus erga sanctos martyres; variae corporum eorum Bononiae translationes et recognitiones sollemnes. F

Cum diversa fortuna cathedralis Bononiensis, diversae etiam vices reliquiarum SS. Agricolae *et* Vitalis.

19. *Ecclesia ad Sancti Petri, in qua forsan anno 394 deportata sunt corpora* SS. Agricolae *et* Vitalis, *varias vices subiit ; unde vicissitudines etiam diversas expertae sunt sacrae exuviae, quas ordine referre iuvat. Dirutum fuisse, conspirante barbarorum temporumque iniuria, templum Sancti Petri tum ab Arianis, tum a Iuliano Apostata, tum a Theodosio, hinc Vandalis, Herulis, Gothis, Longobardis et Hungaris, anno praesertim 903, constat ex his quae Pullieni exponit* (18), *desumpta ex Bononiensium annalium compilatoribus. Cum vero destructae ecclesiae restituendae initum est consilium, multae rationes suadebant ut mutato loco pristini aedificii id fieret. Eccur enim remaneret cathedralis ecclesia extra civitatem ? Igitur intra urbis ambitum, haud longe ab ipsa platea, hanc reaedificare visum est. Proin, sicuti ait Benedictus XIV*

(1) *Acta SS. Sept.*, tom. VII, p. 273. — (2) Op. cit., pp. 107, 110, 239. — (3) P. L., tom. XVII, p. 747. — (4) Videsis apud Melloni, op. cit., p. 118. — (5) *Nuova Gierusalemme detta la sacra Basilica di San Stefano*, p. 298. — (6) Op. cit., p. 220. — (7) Op. cit., p. 119. — (8) Apud Melloni, op. cit., p. 514. — (9) Op. cit., p. 121. — (10) *Della Chiesa del S. Sepolcro*, p. 15. — (11) *Memorie historiche della Chiesa Bolognese*, t. 1, p. 20. — (12) *De Glor. Martyr.*, cap. XLIII. — (13) P. L., tom. XIV, p. 37. — (14) Op. cit., p. 489. — (15) Op. cit., p. 200. — (16) Op. cit., p. 123. — (17) Op. cit., p. 124. — (18) Lib. I *della Deca*, tratt. VI, p. 178.

in

AUCTORE J. V. D. G.

in officio dedicationis huius ecclesiae, lectione IV secundi nocturni (1), cathedralis Sancti Petri basilica iam inde ab initio ecclesiae Bononiensis exstructa, atque iniuria temporum disiecta et collapsa, sedula priorum civium cura ac largitate, eo ipso, quo exstat nunc loco, saeculo decimo aedificata est. *Forsan huc etiam sanctorum martyrum exuvias transferre iam tunc in animo erat, quod tamen non nisi saeculo undecimo exsecutioni mandatum est. Nam simul ac intra moenia urbis condebatur nova basilica, vetus remansit ecclesia cathedralis, reparata quidem, et in ea fama fert catholicos episcopos sedem habuisse, quamdiu novam schismatici tenerent* (2). *Sed, antequam notetur quomodo ex veteri Sancti Petri ecclesia cathedrali translata sint corpora sanctorum martyrum* Vitalis *et* Agricolae, *paulo superius sunt repetenda Bononiensium pietatis indicia.*

Bononiensium pietas in sanctos martyres

20. *Sane haec maximum incrementum acceperat, cum, inventis sacris corporibus, ista patrata sunt miracula quae Gregorius Turonensis et passionale abbatiae Sancti Stephani enarrant, quaeque infra subiungemus. Ut enim taceamus restauratum martyrium, sive ecclesiam subterraneam, in qua dicta sepulcra magno honore translata et collocata fuerunt, notum est ipsis dedicatum fuisse partim saltem, si non solide, fidelium oblationibus, aliam ecclesiam cum monasterio et* cura animarum, *scilicet Benedictinorum* SS. Vitalis *et* Agricolae, *in loco dicto* in Arena, *scilicet in loco martyrii eorum: quae ecclesia etiam ipsi toti* burgo *seu regioni nomen imposuit. Praeterea in pervetusto elencho beneficiorum et ecclesiarum quae a monasterio Sancti Stephani dependebant, annumerabatur ecclesia seu oratorium et beneficium* SS. Vitalis *et* Agricolae *in* Villa di Barbiano *comitatus Bononiensis* (3), *cuius consecrationi interfuit Lambertus di Mondo ex stirpe nobilissima gentis Lambertinorum, qui saeculo XI et XII vixit. Etiam compertum est in castello Sancti Ioannis in Persiceto a remotissima aetate exstitisse parochialem ecclesiam sub titulo Sancti Vitalis* (4).

pluribus indiciis demonstratur.

21. *In ecclesia Sancti Stephani, bis in anno, scilicet die 3 martii et 4 decembris, agebatur festum sanctorum martyrum; sed moniales et paroecia* SS. Vitalis *et* Agricolae *insuper die 4 novembris hanc sollemnitatem celebrabant, missa et officio, ut supra indicatum est, propriis. Civitas quoque tota, nec clerus tantum aut religiones, hunc festum diem maxima celebritate frequentavit inde ab anno 1364, si fides habeatur Ghirardaccio* (5), *et cum novo zelo ab anno 1563, ut refert Alidosius* (6), *quo renovatum est sollemne decretum datum 29 februarii anno 1396* (7). *Per anni decursum in usu erat sanctorum martyrum nomen invocare in litaniis, cuius rei vestigium remanet in vetusto Ordine manuscripto mensualium processionum SS. Sacramenti in civitate et dioecesi impresso anno 1545, necnon in rituali impresso ad usum sedis Bononiensis et in libris officiorum ad usum confraternitatum, sicut et in litaniis et in ordine commendationis animae.*

Variae translationes et recognitiones, anno 1119,

22. *Sed iam redeundum ad historiam translationum quae, rerum necessitate cogente, Bononiae effectae sunt sacrorum corporum. Anno 1015, basilica vetus, in qua* SS. Vitalis *et* Agricolae *corpora ab initio recondita fuisse a S. Eusebio episcopo, praesente S. Ambrosio, dictum est, supra memorato Hungarorum incendio adhuc prostrata ita iacebat, ut ipsorum etiam sepulcra martyrum omnibus caeli tempestatibus obiecta, summo dedecore affecta squalerent. Qua de re sollicitis monachorum animis, Martinus abbas huic incommodo sibi occurrendum existimavit ac consilio cum Frugerio episcopo communicato, martyrum ossa, in proximam S. Ioannis Baptistae confessionem in ecclesia Sancti Stephani traduxit, clero, civibusque, ac magistratibus eorum accitis, et magna, ut in huiusmodi re antiquitus traditum servat Ecclesia, pompa adhibita* (8). *De tempore huius translationis non una est inter auctores sententia. Scriptor coaevus passionalis Bononiensis refert hanc translationem factam* quinto nonas martii, anno ab incarnatione Domini millesimo nono decimo, indictione secunda. *Idemque, teste Rabbio* (9) *in* Chronico Petricellii *legitur, ubi tamen* ad quinto nonas maii *idem eventus retardatur. At Sigonio* (10) *huic alteri temporis determinationi patrocinatur quae V nonas maii rem confectam tradit. Notat Melloni* (11) *nullibi in kalendariis celebrari quinto nonas martii festum istius translationis, insuper tamen, et quidem recte animadvertit, huius rei cognitionem martyrologos potuisse latere. Proin nihil impedit quominus accipiatur tempus in passionali Bononiensi indicatum.*

anno 1165,

23. *Bononiensibus episcopis semper curae fuit incendio dirutam basilicam instaurare, sed opus ad felicem exitum perducere non contigit nisi Ioanni episcopo, anno 1165. Confessione subterranea columnis multis suffulta et choro supra posito conditis, ut autem confessioni venerationem apud omnes lucraretur, eam, priscos patres imitatus, sanctis reliquiis exornavit: quae fuere sacrarum exuviarum* SS. Vitalis *et* Agricolae *pars maior, quas ex confessione Sancti Ioannis Baptistae in ecclesia S. Stephani IV kalendas maii huc transtulit ac sub altari maiori reposuit* (12).

anno 1578,

24. *Sed anno 1578 facta est omnium celeberrima translatio sacrorum pignorum, cum em. Gabriel cardinalis Palaeotus, archiepiscopus Bononiensis, praeter alia gubernationis suae pastoralis munera, instaurasset Bononiae in ecclesia metropolitana altare marmoreum, supra quod posuit magnam arcam itidem marmoream in hunc finem ut in eam transferrentur reliquiae sanctorum Christi confessorum. Voluit eminentissimus cardinalis haec translatio maxima cum sollemnitate perageretur die 25 maii, quae erat Sacratissimae Trinitatis festus dies. Hac etiam usus est opportunitate ut iuridicam recognitionem institueret, cuius examinis exitum publici iuris fecit in Litteris pastoralibus, quae monumentum exstant tum eruditionis, tum pietatis et zeli, praebentque compendium aptissimum eorum quae in cultum* SS. Agricolae *et* Vitalis *Bononiae peracta sunt* (13). *Praetermissa priori parte huius documenti quia refert quae in praecedentibus sunt* dicta,

(1) Apud Melloni, op. cit., p. 146. — (2) Melloni, op. cit., tom. I, p. 146. — (3) Ita Patricelli et Pullieni apud Melloni, op. cit., p. 146. — (4) Titulus ecclesiasticus est *S. Vitalis de Castro S. Iohannis in Persiceto*. Cfr. *Elenchum ecclesiarum et locorum priorum civitatis et dioecesis Bononiensis*, editum apud Melloni, op. cit., classe II, tom. II, p. 384. — (5) *Della historia di Bologna*, lib. XXIII, tom. II, p. 274, ad ann. 1364. — (6) *Chiesa di Bologna*, apud Melloni, op. cit., p. 148. — (7) Videsis hoc documentum editum apud Melloni, op cit., p. 495. — (8) Cfr. de hac translatione Sigonium, op. cit., loc. cit., Faleoni, p. 117; Casale, p. 300; Masini, p. 509; Lambertini, p. 220, ac praesertim narrationem auctoris coaevi relatam in passionali Bononiensi, quam infra trademus. — (9) Nota 16 libri II Sigonii *de Episcop. Bonon.* — (10) Ibid., scil. Sigonii oper. omn., tom. III, p. 399. — (11) Op. cit., p. 142, nota 4. — (12) Cfr. Sigonium, op. cit., ad an. 1165; Faleoni, p. 177; Casale, p. 300; Lambertini, p. 220. — (13) Palaeoti, *Archiep. Bonon.*, p. 276.

dicta, hic inserimus ea tantum quae pertinent ad recognitionem factam anno 1578. Postquam memoravit cardinalis Palaeotus translationem peractam anno 1060 in altare maius ecclesiae Sancti Stephani, sic pergit : In hoc altari ab eo tempore semper fuerunt, quamvis nobis plane id certum non esset, nisi superioribus diebus, cum divina gratia favente ea illic esse cognovimus; quod etiam praesentibus magistratibus, senatu, praelatis aliisque nobilibus huius civitatis viris demonstravimus, non solum librorum, authenticarum scripturarum, ecclesiae cathedralis rituum, aliarumque rerum auctoritatibus id comprobantes, sed etiam omnium, qui praesentes erant, oculis reliquias ipsas offerentes, qui et eas inspexerunt, et devote sunt venerati. Atque inter cetera, sancto timore perculsi obstupuerunt omnes, dum integrum adhuc S. Vitalis caput illud venerandum intuerentur lineo panno circumvolutum, et sanguine tam recenti vivoque tinctum, ut non dudum eo respersus esse videatur : simulque partem sanguinis illius felicissimi coagulatam, clavumque unum, quorum meminit S. Ambrosius.... Quarum rerum authentica documenta, ad posteritatis memoriam confecta, in archivio episcopali custodiuntur.

et anno 1610.

25. *Tandem, cum anno 1610* in basilica divi Stephani nova quaedam aedes exstructa esset SS. Vitali et Agricolae martyribus dicata a familia Acarisia, ac propterea e vetustiori loco, in quo asservabantur reliquiae eorundem martyrum essent in eam transferendae, indicta ac celebrata fuit sollemnis processio reliquiarum huiusmodi, in qua processione per urbem progressa, dictae reliquiae in capsis duabus reconditae sub umbellis delatae a monachis in ea ecclesia degentibus fuerunt, quorum altera capsa sequebatur aliam (1). *At quoniam hac occasione disputatum fuerat utrum dicenda foret haec processio* CORPORUM SS. Vitalis et Agricolae, *an* RELIQUIARUM *tantum, mandavit archiepiscopus Alphonsus Palaeotus vicario suo generali ut rem penitus inspectam dirimeret. Quare, die altera octobris, vicarius generalis cum priore Sancti Stephani, praesentibus episcopo Reatino, multisque canonicis et e civitate nobilibus viris, testati sunt excellentissimos dominos doctores Iulium Claudinum et Victorium Pelinum, medicos ambos, cum iuramento affirmasse, postquam corpora sanctorum martyrum examinassent, ea et posse et debere proclamari integra. Quorum tamen sententiam non nisi sensu latissimo interpretandam esse vult Melloni* (2). *Etenim, praeter alias reliquias istorum martyrum quae asservantur Bononiae in ecclesia metropolitana ad altare S. Floriani, scilicet partem capitis* S. Agricolae, *partem digiti* S. Vitalis *et dentem eiusdem, quot dispersae sunt, ut videbitur mox, reliquiae per Italiam, Galliam et Hispaniam ! Quare ita declaratum est a praefatis medicis remansisse in basilica Sancti Stephani corpora integra, ut adsint partes praecipuae, quod sufficit ut dici queat, sensu minus determinato, at secundum loquendi consuetum modum, asservari corpora Bononiae in aede Sancti Stephani* (3). *Quae luculenter patent ex enumeratione reliquiarum* SS. Agricolae *et* Vitalis *facta a supra dictis medicis anno 1610 :* et primo vertex cranei S. Agriculae ; vertebrae dorsi numero decem et novem ; fragmenta costarum eiusdem numero quadraginta sex ; fragmenta varia parva numero triginta ; viginti tria ossa pedum ; spatulae pars ; os iuguli cum pluribus fragmentis aliorum ossium ; quinque ossa calcanei ; varia fragmenta capitis cum tribus dentibus, in totum numero viginti duo, ossa pluribus maiora, et parva artuum numero quattuordecim, item pulvis in sacculo cum multis fragmentis eorundem ossium: hisque visis et descriptis, in eadem capsula iterum reposita fuere praedicta omnia, et ilico clavis clausa fuit eadem capsula. In altera vero capsula continente, ut putatur, corpus S. Vitalis, inventa fuere in pluribus velis sericeis quae in ea erant, infra scripta videlicet. Et primo vasculum ligneum cum pulvere ex grumis sanguinis, tibiae utrumque os minus, calcis os, duae grandes vertebrae lumborum, alterius vertebrae portio, ossa pedii cum scaffodio numero decem, varia fragmenta parva ossium eiusdem, costarum fragmenta et particularia capitis ossa, dens molaris primus superioris maxillae, clavi duo, et fragmenta illorum in totum numero 28, pulvis in sacculo cum pluribus fragmentis ossium. Hisque visis et descriptis in eadem capsula iterum reposita fuere supradicta omnia, et ilico clavis clausa fuit capsula eadem. De et super quibus omnibus, ita mandante dicto adm. reverendissimo D. vicario, et rogante dicto R. Patre Priore, nos notarii infrascripti praesens publicum confecimus instrumentum (4).

AUCTORE J. V. D. G.

§ VI. Reliquiae SS. Vitalis et Agricolae extra Bononiam, praesertim in Gallia et in Hispania.

Reliquiae SS. Vitalis et Agricola habentur Florentiae.

26. *Simul ac Bononiae inventorum sanctorum corporum fama in orbe christiano percrebuit, ortum est ubique pium desiderium possidendi reliquias athletarum Christi. Urbs Florentina prima thesauri sacri particeps effecta est. Narrat quippe Paulinus in Vita S. Ambrosii sanctum episcopum a Florentinis invitatum Bononia in Tusciam usque descendisse atque in Florentinorum civitate basilicam constituisse,* in qua deposuit reliquias martyrum Vitalis et Agricolae, quorum corpora in Bononiensi civitate levaverat (5). *Idem testatur Ambrosius, cum in libro* De exhortatione virginitatis *neget aequum fuisse a se* ut repulsam pateretur Iuliana vidua, *ac proin asserat se venisse deferentem apophoreta, nimirum clavos, sanguinem triumphalem et crucis lignum* (6). *Ceterum supra notatum est Ambrosianum opusculum* De exhortatione virginitatis *nihil aliud esse nisi sermonem quem Florentiae habuit S. Ambrosius, quando ab eius civitatis incolis ad novam basilicam, quae olim ob id Ambrosiana, nunc ad Sancti Laurentii dicitur, dedicandam invitatus, ibi aliquid de eorum martyrum reliquiis deposuit. Quasnam vero reliquias Florentiam detulerit S. Ambrosius ex propriis ipsius verbis satis declaratur. Nullius igitur facienda est opinio Calmeti* (7) *arbitrati S. Ambrosium donasse Florentinis corpus* S. Vitalis (8).

(1) Quod legesis apud Gabr. Palaeoti *Archiepiscopale Bononiense*, p. 276. Cfr. etiam quae tradit Melloni, op. cit., p. 155, secundum librum secretum capituli ecclesiae metropolitanae Bononiensis. — (2) Op. cit., pp. 155, 156. — (3) Cfr. Rabbium, not. 16 ad Sigonii lib. II, *de episc. Bonon.* — (4) Melloni, op. cit., p. 500. — (5) P. L., tom. XIV, p. 37. — (6) P. L., tom. XVI, p. 338. — (7) *Storia universale sacra e profana*, ed. Venet., p. 563. — (8) Melloni, op. cit., p. 129.

Nolae, 27. *Primam hanc reliquiarum dispersionem, quae in gratiam urbis Florentiae locum habuit anno 393, subsecuta est altera, cum S. Paulinus, Nolanus episcopus, basilicam S. Felicis Nolani anno 402 ampliavit et exornavit. Videtur enim hac occasione S. Paulinus accepisse vel a S. Ambrosio* (1), *vel a S. Felice, Bononiensi praesule* (2), *reliquiarum martyrum Bononiensium partes aliquas deponendas sub mensa altaris. Cuius rei meminit ipse Paulinus in sequentibus versibus, cum describendo basilicam Nolanam enumerat altaria*

Sub quibus intus habent sanctorum corpora [sedem.

quos inter sanctos nostros etiam nominat :

Hi socii pietate, fide, virtute, corona
Martyres, Agricola et Proculo Vitalis adhaerens
. . . .
Vitalem, Agricolam, Proculumque Bononia condit
Quos iurata fides pietatis in arma vocavit
Parque salutiferis texit victoria palmis
Corpora transfixos trabalibus inclita clavis (3).

Remis, 28. *In Gallia plures civitates martyres Bononienses coluerunt. Narrat enim Flodoardus* (4) *in Remorum suburbio aedificatam fuisse sub titulo* S. Agricolae *ecclesiam anno circiter 340 a Iovino, militiae praefecto per Gallias. Traditio, haud multum probanda, refert hunc ducem Iovinum fuisse* Agricolae *consanguineum, et ob nexum propinquitatis hoc trophaeum erexisse. In documentis ad historiam Remensem pertinentibus saepe agitur de hac basilica, verbi gratia in isto testamento quod sub nomine S. Remigii circumfertur, quodque solvere iubet tres solidos* ecclesiae Iovinianae, tituli beati Agricolae (5). *Recentiori etiam tempore perseveravit martyrum Bononiensium cultus specialis in ecclesia Remensi, quae eorum officium die 27 novembris ritu simplici peragit cum oratione de communi, ea nempe quae et in hodierno Romano breviario adhibetur, et cum lectione historica, cuius pars prior desumpta est ex Ambrosii libri* De exhortatione virginitatis, *capite I, numm. 2, 4, 5, quam proin omittimus, alteram partem transcribentes, quae agit de cultu in partibus Remensium, et sic habet :* Quarto ecclesiae saeculo exstructa fuit Remis in honorem S. Agricolae amplissima basilica a Iovino Gal- C liarum praefecto, qui illius martyris consanguineus traditur. Hanc multis decoratam et ditatam donis, velut regnantis Christi post eversos gentilitatis ritus, trophaeum erexit vir multiplici titulo insignis, in eaque voluit tumulari. Hanc autem Remenses archiepiscopi tanti fecerunt ut, postposita Sancti Sixti basilica, praedecessorum nobilitata pignoribus, in ea sepulturam elegerint. Senio labente Ioviniana basilica, in illius locum altera elegantior exstructa est sancto Nicasio sacra, in qua servantur reliquiae sanctorum Agricolae et Vitalis, quas ecclesiae Claromontanae in Arvernia canonici Nicasiani monachis liberaliter concesserunt (6). *Istae reliquiae quas commemorat breviarium Remensibus saeculo XV datae sunt a Claromontanis* (7), *qui tamen, ut mox dicetur, iam anno 450 curante Namatio, Arvernorum episcopo, ex sacris exuviis* SS. Agricolae *et* Vitalis *possidebant particulas.*

AUCTORE J. V. D. G

Rotomagi 29. *Memoranda est etiam ea quae circa annum 396 facta est Rotomagi per episcopum S. Victricium sollemnis reliquiarum exceptio* (8), *quas inter numerabantur etiam reliquiae* S. Agricolae. *Nam in libello quem de hac festivitate conscripsit sanctus episcopus, cuique titulus* De laude sanctorum, *recitando sanctos qui ex Italia Rotomagum venerant haec dicit :* Hic invenietis Ioannem Baptistam... hic Andream, hic Thomam, hic Gervasium, hic Protasium, hic Agricolam (9). *Ulterius testimonium perhibet de miraculis* S. Agricolae, *dum scribit :* Curat Bononiae Proculus, Agricola, et hic quoque horum cernimus maiestatem (10).

Claromonte 30. *At inter reliquiarum* SS. Vitalis *et* Agricolae *quae in Galliam peractae sunt translationes longe celeberrima ea est quae contigit saeculo V, anno 450, in civitate Claromontensi apud Arvernos, petente S. Namatio episcopo, quamque narrat Gregorius Turonensis* (11). *Narrationem istam, quae operi nostro iam fuit inserta, cum actum est de S. Namatio* (12), *iterum referre non iuvat.* E *Notabimus tamen non nobis aeque certum videri ac R. P. Victori De Buck S. Namatium non accepisse Bononia nisi* brandea, *id est pulveres, oleum ex lampadibus, lintea immissa sepulcro aut alias huiusmodi res. Quicquid sit, ab hoc tempore ecclesia Claromontana cathedralis nomen sibi assumpsit* ad sanctum Agricolam et Vitalem, *quem titulum inter varios casus* (13) *diu servavit, ut liquet ex diversis documentis saeculorum X, XI et XII, quae paulo fusius expendere oportet.*

ubi plures donationes ecclesiae SS. Vitalis et Agricolae *factae.* 31. *Anno 905 donatio facta est isti templo ab Adalardo episcopo, qui illud vocat* matrem ecclesiam SS. martyrum Agricolae et Vitalis (14). *In libello de ecclesiis et altaribus, quae Claromonte consistunt, scripto circa annum 950, haec leguntur :* Imprimis in domo matris ecclesiae est altare S. Mariae et sanctorum Agricolae et Vitalis (15). *Anno 1032, Geraldus quidam concessit mansum unum* ecclesiae S. Mariae Virginis et SS. martyrum Agricolae et Vitalis (16), *et anno 1043 Renco episcopus subscriptione sua munivit diploma* pro ecclesia B. Mariae et SS. Agricolae et Vitalis, quae mater est ecclesia (17). *Eiusdem fere temporis testimonium eruitur ex Helgaldi Floriacensis loco in Vita* F *Roberti regis, ubi de monasterio Sancti Aniani Aurelianensis refert :* Caput autem ipsius monasterii fecit miro opere in similitudinem monasterii S. Mariae matris Domini et SS. Agricolae et Vitalis in Claromonte constituti (18). *Anno 1096, Guido et Radulfus de Scurallia, ex nobili familia hodiedum nuncupata* de Scorailles, *castellum suum, videlicet* Scuralliam, *tradunt* in alodium B. Mariae et matri ecclesiae, sanctisque martyribus Agricolae et Vitali inibi cultis et veneratis (19). *Sed non ecclesia tantummodo dicata est, at plura alia cultus signa exhibita. Ita, saeculo octavo Adebertus, primus nomine, trigesimus nonus Arvernorum episcopus, fieri curavit auream capsam, quae sub ecclesiae cathedralis altari maiori asservabatur, ad includendas reliquias sanctorum martyrum* Agricolae *et* Vitalis, *in qua capsa inscriptus est*

(1) Id., op. cit., p. 129. — (2) Sigonius, *de episc. Bon.*, p. 367. — (3) Hi versus sunt 428-29, 432-35, *de S. Felice natal. carmen IX*, P. L., tom. LXI, p. 658. — (4) P. L., tom. CXXXV, p. 40, 63. — (5) P. L., tom. CXXXV, p. 63. — (6) Ex *Breviario Remensi*, ed. anno 1759. — (7) Marlot. *Metropolis Remensis hist.*, tom. I, p. 640. — (8) P. L., tom. XX, p. 439. — (9) Ibid., p. 448. — (10) Ibid., p. 453. — (11) *De gloria martyrum*, I, c. 43. *Mon. Germ.* Scr. rer. Merov., tom. I, p. 517. Cfr. *Hist. Franc.*, lib. II, c. 16, ibid., p. 82. — (12) *Act. SS. Oct.*, tom. XII, p. 256. — (13) Gonod, *Chronol. des évêques de Clermont*, pp. 6, 23, 36.— (14) *Gallia christ.*, tom. II, p. 253. — (15) Savaro, *De sanctis, eccl. et monast. Claromontii*, p. 10. — (16) *Gallia christ.*, ibid., p. 260. — (17) Ibid., p. 260. — (18) P. L., tom. CXLI, p. 925. — (19) *Gallia christ.*, tom. II, p. 265.

dedicationis

A *dedicationis titulus, qui heic traditur vulgari charactere, non tamen iuxta Damiani Verneti transcriptionem minus accuratam quam vulgarunt editores* Galliae christianae (1), *sed secundum formulam meliorem cuius* fac-simile *reperitur apud Lancelot* (2) :

+ IN NOMINE DEI SVMMI ET IN HONORE SANCTORVM MARTYRVM AGRIGVLI ET VITALIS ARVERNAE CIVITATIS HANC CAPSA [1] EX ELIMONIA [2] CAROLO REGE [3] ANNO XVIII REGNI SVI [4], NECNON HICTERIO COMITE [5], VEL RELIQVIS CHRISTIANIS QVI HVNC AVRO VEL GEMMAS CONGREGAVERVNT PRO ANIMAS [6] EORVM HADDEBERTVS [7] EPISCOPVS FIERI ROGAVIT . ET VOS DOMINI EPISCOPI SVCCESSORES NOSTRI [8] CVM CLERO VESTRO IN MERCIDE VESTRA [9] ORATE PRO NOBIS +

+ DEODIGGUS [10] FECIT.

quas inter capsae duae cum inscriptionibus,

32. *Nonnulla verba, ea nempe quae numeris designavimus, minus recte tradiderunt editores* Galliae christianae ; *de quibus paucis investigandum est. Primo quidem in ipso monumento scriptum est* CAPSA [1], *quod, cum evidenti correctione indigeret, mutaverunt in* CAPSAM. *Per* ELIMONIAM [2] *intellexerunt* Galliae christianae *editores* Limaniam, *vulgo* la Limagne, *quoniam ex hoc pago translatas fuisse opinabantur* SS. Vitalis *et* Agricolae *reliquias. At iure potiori aliam significationem proponit Lancelot* (3). *Altera namque inscriptio inferius recitanda refert expressis verbis has reliquias Bononia esse allatas. Praeterea non adeo Latinis insolitum sonare debet verbum* elimonia, *quod procul dubio detortum est ex vocabulo* cleemosyna, *praesertim cum forma proxime accedens* alimonia *saepius usurpata fuerit in infimae latinitatis documentis.* Ex elimonia *audit ergo* ex cleemosyna. *Nec etiam feliciores fuerunt iidem editores* Galliae christianae *Carolum regem* [3] *existimantes esse Carolum Simplicem. Recte enim animadvertit iam laudatus Lancelot Adebertum episcopum recepisse reliquias Bononia, iubente Carolo rege, ut constat ex altera inscriptione. Porro cum nullum ius exercuerit in Italia Carolus Simplex, ibidem autem imperaverit Carolus Magnus, vero consonat magis hunc Carolum regem fuisse Carolum Magnum. Ex quibus dictis annus decimus octavus qui assignatur regni Caroli regis non est, ut tradunt editores* Galliae christianae,
C *annus 910 vel 911, sed annus 786 vel 787. Quae chronologia exinde multum confirmatur quod citatur simul Hicterius comes. Etenim sententiae editorum* Galliae christianac *id adversatur praeiudicii, quod saeculo X nullus annumeretur in serie principum Arvernensium comes huius nominis. Immo in tota serie non nisi unus ita denominatus invenitur praefuisse, scilicet ab anno 778 ad 819* (4), *qui simul cum Carolo, rege Francorum, et Adeberto primo, Arvernorum episcopo, floruit. Itaque iuxta modo dicta minime agitur, quod volebant editores* Galliae christianae, *de Adeberto II, sed de Adeberto I. Quare expungendus videtur ille Adebertus alter ex serie praesulum Arvernensium, de quo nulla occurrit mentio praeter citatam inscriptionem, quam proin de Adeberto I magis aequum est audire. Tandem notetur ista locutio* pro animas [6], *non raro enim in chartis medii aevi cum accusativo adhibetur praepositio* pro; successores vestri [8] *mendose legerunt editores* Galliae christianae, vestra [9] *omiserunt, et* Deodiggus [10], *nomen opificis, ita separarunt ut scripserint* Deo diggus, *sine ulla tamen ratione.* AVCTORE J V D G

33. *In eadem ecclesia, in qua invenitur capsa modo descripta, est et alia eodem opere ex auro fabricata similibusque characteribus haec verba exhibens :* *quarum textus expenditur.*

HIC HAB. RELIQVIAS [1] DE CAPVT SANCTI AGRIGILI [2] ET DE [3] SANCTI VITALIS SCHINA [4] HADDEBRTVS [5] EPISCOPVS IN BONONIA CIVITATE IVBENTE CAROL[O RE]GE RECIPIT FESTO EORVM III IDVS [6] DECEMBRIS.

Ad quod epigramma haec animadverte. Mendose legitur RELIQVIE [1] *apud editores* Galliae christianae, *cum documentum ipsum ferat* AGRIGILI [2] *ab editoribus correctio proposita est* AGRICVLI; *editores omiserunt* DE [3] *et* SCHINA [4]. *Quare omiserint latet, nam verbum* schina, *gallice* échine, *quod dorsum seu spinam dorsalem designat* (5), *optimum sensum facit. Tandem* HADDEBERTVS [5] *est, una littera in capsa omissa,* HADDEBERTVS, *et pro* IDVS [6] *editores scripserunt* KAL. E

Cultus sanctorum in monasterio Casae Dei,

34. *Sed non tantum in ipsa civitate Claromontana floruit cultus sanctorum martyrum, verum etiam in reliqua provincia, et praesertim in monasterio Casae Dei, curante S. Roberto, fundatore nec non primo istius coenobii Ordinis S. Benedicti abbate. Anno 1052 exstructa est ecclesia sub invocatione* SS. Vitalis *et* Agricolac. *Qui cultus in hoc monasterio perseveravit diu, quoniam anno 1350 refertur Stephanus IV abbas dono dedisse centum et viginti florenos quo maiori sollemnitate celebraretur* SS. Agricolae *et* Vitalis *anniversaria dies titularium huius ecclesiae patronorum, et anno 1674 abbas Hyacinthus Serroni novam ecclesiam consecravit in honorem* SS. Vitalis *et* Agricolae *martyrum et S. Roberti* (6). *Nostris etiam temporibus celebratur translatio* SS. Agricolae *et* Vitalis *in urbem Claromontem. Teste Savarone* (7) *legitur in martyrologio Claromontano :* In Galliis urbe Arvernis translatio beatorum martyrum Agricolae et Vitalis. *Praeterea notat etiam Ordo manuscriptus dioecesis Claromontensis :* Si festum translationis sanctorum Agricolae et Vitalis infra adventum fuit, dicatur missa de sancta Maria, *quod festum chorus cappis indutus sollemniter celebrabat. Monent enim vetus libellus et ordo illos sanctos esse divos tutelares, ac proin de his crebram fieri debere commemorationem in ecclesia Claromontensi, scilicet, cum aliud festum non occurrit, singulis quintis feriis in hebdomada.* F

et in Hispania,

35. *Ex scriptoribus Hispanis constat in earum regionem particulas quasdam corporum sanctorum martyrum* Agricolae *et* Vitalis *fuisse delatas. Quod imprimis vindicat Salazar de Tamayo, cuius haec est in martyrologio hispanico formula ad diem 4 novembris :* Tricii-Metallo, in Autrugonibus Hispaniae, depositio sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae, quorum sacra lipsana illinc translata honorifice asservantur sarcophago et accolarum debita pietate recoluntur. *Atque in notis asserit haec sacra pignora in Hispaniam fuisse translata probari tum ex Ambrosio Morales* (8), *tum ex Ioanne Marieta* (9), *nec non ex F. Ludovico de*

(1) Tom. II, p. 254. — (2) *Recherches sur Gergovia* in *Mémoires de littérature tirés des registres de l'Académie royale des inscriptions et belles-lettres,* anno 1729, tom. VI, p 667; cfr. Melloni, op. cit., p. 491.— (3) Op. cit., p. 669. — (4) Mas Latrie, *Trésor de chronologie,* p. 1546. Cfr. Imberdes, *L'Auvergne depuis l'ère gallique jusqu'au XVIIIe siècle,* p. 195. — (5) Videsis Cangium in *Glossario,* sub v°. — (6) *Gallia christiana,* tom. IX, p. 327, 344, 351. — (7) *De sanctis, eccl. et monast. Clar.,* p. 12. — (8) *Hist. Hispan.,* tom. III, p. 207. — (9) *Hist. SS. Hispan.,* lib. II, p. 73.

Vega

AUCTORE J. V. D. G.

Vega (1) *et ex F. Antonio de Yepes* (2), *omnibus una asserentibus nempe :* cum anno 1553 abbas regalis monasterii Benedictinorum S. Mariae Naxarensis arcam reliquiarum vetustissimam in sacrario repositam visitaret, intra eius cavum invenisse ossa et alia sanctorum lipsana, cum huius epitaphii serie in pergamineo litteris gothicis exarati, cuius talis est tenor : Hic iacent corpora beatissimorum martyrum Agricolae et Vitalis, quae Papa misit e Bononia regi Garsiae. *Maxime tamen innituntur praefati auctores cuidam instrumento confecto anno 1592 a Felice Novello* (3), *in quo declarat:*

. . . .

. . . . Cupiens sanctas reliquias, nempe sacrum caput et ossa sanctae Eugeniae V. et M., quae hactenus, una cum corporibus sanctorum Vitalis et Agricolae in capsa lignea ornata, auroque et colorum varietate depicta, supra altare maius ecclesiae praedictae decenter ac religiose adservatae exstiterunt, prout in publico instrumento in charta pergamena a Ineco Gordero. et Petro de Belgañon notariis et tabellionibus publicis oppidi praedicti die vigesima aprilis, anno B Domini MDXXXIII exarato, et in publicam et authenticam formam redacto, ac per me lecto, nec non ex publica Fratrum omnium dicti monasterii, aliorumque huic publicae actioni adstantium traditione fideliter constat, de cetero solas adservari, custodiri ac venerari. . . . .

. . . .

Tunc visis et veneratis omnibus reliquiis praedictis, idem abbas suis manibus sacrum caput et ossa sanctae Eugeniae panno quodam serico antiquo, separatim a sacris reliquiis SS. Vitalis et Agricolae, involutum et involuta, in alteram capsam, etiam ligneam, et pictam, et ornatam, donec ornatius thecis includantur argenteis, devote et religiose transtulit.

ubi tamen non nisi parvae quaedam reliquiae repertae sunt,

36. *At quae dicunt ista documenta de* corporibus SS. Agricolae et Vitalis, *nequaquam inferunt, ut voluere quidam* (4), *integra corpora sanctorum martyrum fuisse in Hispaniam delata. Etenim haec documenta conferenda sunt cum alio, asservato in lipsanologio manuscripto regii monasterii Sancti Laurentii, vulgo denominati* Escurial, *cuius apographum inveniri potest in collectaneis Bollandianis, codice signato num. 8932 in bibliotheca* C *regia Bruxellensi. Iam vero ex istius instrumenti indeterminato loquendi modo, liquet in praefato Naxarensi monasterio nil aliud nisi paucas* reliquias SS. Vitalis et Agricolae *fuisse repertas. Haec enim ibi leguntur.*

Fidem facio et in verbo veritatis attestor ego Felix Novellus, protonotarius apostolicus et serenissimi Philippi II, Hispaniarum regis catholici, capellanus, quod anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi 1592, indictione V, die vero nona mensis novembris, pontificatus SS^mi in Christo Patris et D. N. D. Clementis divina providentia papae octavi anno primo, regni vero eiusdem Philippi trigesimo sexto, venerabilis in Christo Pr. Fr. Franciscus de Salcedo abbas, Fr. Ioannes Guttierez prior, Fr. Alfonsus Martinez sacrista ac alii monachi monasterii regalis Sanctae Mariae oppidi civitatis nuncupatae Naiarae, Calagurritanae dioeceseos, Ordinis seu Congregationis S. Benedicti, cum sacras reliquias SS. Vitalis et Agricolae martyrum ac Eugeniae, virginis etiam et D martyris, quae a longo et antiquo tempore in ecclesia dicti monasterii exstant, de una arca in aliam tutius ac religiosius recondendas transferrent, ossa duo SS. Vitalis et Agricolae atque aliud S. Eugeniae, magna et insignia, serenissimis regi praefato ac Philippo principi et Elisabeth Clarae Eugeniae infanti, eiusdem regis natis, qui eo ad visendas devoteque venerandas ipsas reliquias convenerant, dono dederunt ac concesserunt, praesentibus ibidem et pro testibus adhibitis doctore Garcia de Loaysa, archidiacono de Guadalaxara in ecclesia Toletana ac eiusdem regis eleemosynario et capellano maiori et ipsius principis praeceptore, necnon Hieronymo Gassolo regis a secretis et consiliis et aliis plurimis. Acta fuerunt haec in praedicta ecclesia Sanctae Mariae die, mense, et anno praefatis. Et ego qui praemissis interfui, hoc praesens publicum testimonium una cum testibus nominatis rogatus subscripsi. Ego Felix Novellus, protonotarius apostolicus serenissimique regis capellanus, Garcias Loaysa, Hieronymo Grassolo.

Proin ex dictis monumentis nihil aliud concedi E *potest Hispanis scriptoribus nisi in sua dicione quasdam reliquias* SS. Agricolae *et* Vitalis *exstitisse. Si quidam amplius evincere se potuisse sperarunt, sic cum Muratori, quem citat Melloni* (5), *respuendi sunt :* Mitto nunc Higueram, Tamayum, Ramiresium, aliosque famosos homines Hispanos. qui proxime praeterito saeculo quaesituri immensum decus genti suae, illam gravi dedecore onerarunt, confictis multis caelitibus, et in martyrologium Hispanicum, toto caelo repugnante ac irato, intrusis.

sicut et Papiae,

37. *Paene idem dicendum de inventione corporum* SS. Agricolae *et* Vitalis *Papiae quam refert Landucci, sacrista apostolicus, in nota ad encomium B. Ioannis Chisii* (6), *quae narrat :* Acquisito loco Papiae in Caelo Aureo, anno 1327, die 1 februarii, ut ibi construeretur monasterium pro religione, superiores procurantes ut spiritualiter sub strictiori observantia aedificaretur, cognita Ioannis sanctitate, illuc eum de familia destinarunt circa annum 1338. ubi eius intercessione miraculose inveniuntur corpora sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae. *Sed, quoniam nec anonymus Papiensis coaequalis* (7), *scribens de* Laudibus Pa- F piae *et agens de ecclesia in* Caelo Aureo, *nec Torellius* (8), *nec Senenses Academici* (9) *qui ad diem 28 octobris tractant Vitam B. Ioannis Chisii, nec Philippus de Agazzariis* (10) *tradunt nomina duorum martyrum, quorum corpora revera invenit B. Ioannes Chisius, quoniam nec Ughellius* (11), *commemorans corpora insignium virorum sepulta in ecclesia ad Sanctum Petrum in Caelo Aureo, ullam inicit mentionem de nostris martyribus, nec tandem ulla martyrologia, sive antiqua sive recentiora, commemorant Papiae* S. Vitalem *et* Agricolam, *non diutius inhaerendum est testimonio prorsus singulari cuius Landucci se prodit unicum relatorem.*

et Derthonae.

38. *In ecclesia cathedrali Derthonensi in Italia fuisse asservatas reliquias* SS. Vitalis *et* Agricolae *patet ex documento anni 1580. Illud documentum invenimus transcriptum in collectaneis Bollandianis cum apographo supradicti lipsanologii depositi in monasterio Matritensi Sancti Laurentii.*

(1) *Hist. S. Dominici Calceat.*, p. 7. — (2) *Coronica general de la Orden de S. Benito.* tom. VI, fol. 465^v. — (3) Ibid. — (4) Cfr. Melloni, op. cit., p. 135-137. — (5) Op cit., p. 137, nota 23. — (6) *Sacra Ilicetana silva*, p. 94. — (7) *Rerum Italic. script.*, tom. XI, p. 13. — (8) *Secoli Agostiniani*, tom. V, pp. 418, 478. — (9) *Fasti Senenses*, ad d. 28 octobr. — (10) *Acta SS. Oct.*, tom. XII, p. 733. — (11) *Italia sacra*, tom. I, *de episc. Papien.*, p. 1076.

Iam

A *Iam vero in hoc documento Caesar a Gambara* (1), *episcopus Derthonensis, id est civitatis* Tortonae, *non vero urbis* Tortosae *in Hispania, in quo erravit documentum hispanicum cum scribit* obispo de Tortosa, *attestatur se dare fragmenta ex reliquiis* SS. Agricolae *et* Vitalis *repositis in antiqua sua cathedrali*. Caesar a Gambara, Dei et sanctae Sedis apostolicae gratia, episcopus Derthonensis et comes, omnibus et singulis, quibus praesentes fuerint praesentatae, fidem facimus et in verbo veritatis tenore praesentium attestamur, reliquias et ossa haec a nobis extracta ex reliquiarum capsa ferrea, quae in antiqua cathedrali nostra reposita est, esse de reliquiis et ossibus sanctorum Vitalis et Agricolae martyrum, prout ab omnibus pro talibus habentur, tenentur et venerantur. Et ne alicui de hoc dubitari contingat, praesentes fieri fecimus manu nostra firmatas, sigillique nostri impressione muniri mandavimus. Datum Dertonae ex episcopali nostro palatio, die 20 martii 1580. AUCTORE J. V. D. S.

CAESAR epis. Derton.
ASDRUBAL cath. can. subscrip.

(1) Cfr. Ughelli, *Italia sacra*, tom. IV, 652.

S. AMBROSII ENCOMIUM

DE SS. AGRICOLA ET VITALI

B E

Ex libro De exhortatione virginitatis, *cap. I (P. L., tom. XVI, col. 335 et sqq). — In uncinis positus est numerus quibus columnae Benedictinae editionis designantur* a. a

[277] **1.** Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consueverunt. Ego ad Bononiense invitatus convivium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis et gratiae reservavi. Apophoreta
b autem solent habere triumphos principum *b*, et haec apophoreta triumphalia sunt: Christi enim nostri principis triumphi sunt martyrum palmae. Nec vero huc dirigebam iter; sed quia petitus a vobis sum, debui mecum deferre quae aliis parabantur, ne minor ad vos venirem; ut, quod in me minus est quam praesumebatur, in martyre plus inveniretur.

2. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis servus fuit ante, nunc consors et collega martyrii. Praecessit servus ut provideret locum; secutus est dominus, securus quod fide servuli [278] iam inveniret paratum. Non aliena laudamus; passio enim servi domini disciplina est. Hic instituit, ille implevit. Nihil illi decerpitur. Quo-
C modo enim minui potest quod Christus donavit? Egregie et ille quidem homini serviendo didicit quomodo Christo placeret, hic tamen geminam laudem acquisivit, in illo magisterii, in se martyrii. Certaverunt tamen inter se beneficiis, postquam aequales esse meruerunt. Hic illum ad martyrium praemisit, ille istum accersivit.

3. Nullum ergo ad commendationem hominis condicio affert impedimentum, nec dignitas prosapiae meritum, sed fides, affert. Sive servus, sive liber, omnes in Christo unum sumus: *Et unus quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino.* Nec servitus derogat, nec libertas adiuvat. Vide ad eam rem quam nihil in condicione momenti sit: *Servus,* inquit, *vocatus es? Non tibi sit curae... qui enim vocatus est in Domino servus, libertus est Domini. Similiter et qui liber vocatus est, servus*
c *est Christi.* Vide, inquam, vim Apostoli *c*. Plus putatur dedisse ei qui servus, quam ei qui liber
d vocatus est *d*; ex servo enim libertus Christi fit, ex libero servus. Sed nulli plus dedit, verum utrisque aequali mensura divisit. Apud Christum enim servitus et libertas aequa lance penduntur, nec ullo discerniculo bonae servitutis et libertatis merita dividuntur; quia nulla maior est dignitas quam servire Christo. Denique *Paulus servus Christi Iesu*; haec enim servitus gloriosa est, in qua gloriatur et Apostolus. An non summa gloria est, quando tali pretio aestimati sumus, ut sanguine [279] Domini redimeremur? Sed iam pergamus ad cetera.

4. Cumque *e* sanctus Vitalis cogeretur a persequentibus ut Christum negaret, et ille amplius profiteretur Dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non esset in corpore eius sine vulnere locus, orationem fudit ad Dominum, dicens: *Domine Iesu Christe, salvator meus et Deus meus, iube suscipi spiritum meum, quia iam desidero ut accipiam coronam, quam angelus tuus sanctus mihi ostendit.* Et completa oratione emisit spiritum. e

5. Sanctus Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideoque differebant eius passionem. Sed haec persecutorum honorificentia omni erat immanitate acerbior, quae invidebat martyrium. Denique ubi non acquievit Agricola, crucifixus est; ut advertamus illas blanditias eorum non sedulitatis fuisse, sed fraudis; supplicio servi dominum terrere voluerunt. Vertit hoc Christus in gratiam *f*, ut martyrium servi dominus imitaretur. F f

6. Utriusque nomen aptum martyrio, ut designati ad martyrium ipsis vocabulis viderentur. Ille Vitalis dictus est, quasi qui contemptui istius vitae veram illam vitam aeternam sibi haberet acquirere: iste Agricola, qui bonos fructus spiritalis gratiae seminaret, et sacri sanguinis effusione meritorum suorum omniumque virtutum rigaret plantaria.

7. Sepulti autem erant in Iudaeorum solo, inter ipsorum sepulcra. Ambierunt Iudaei cum servulis sepulturae habere consortium quorum Dominum negaverunt. Sic et aliquando Balaam dixit: *Moriatur anima mea in animis iustorum;* tamen non communicavit eorum operibus, cum viveret, quorum in animis cupiebat mori. Et istos quos viventes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuvias requirebamus, tamquam inter spinas rosam legentes.

8. Circumfundebamur a Iudaeis, cum sacrae reliquiae

ACTA reliquiae eveherentur, aderat populus Ecclesiae cum plausu et laetitia. Dicebant Iudaei : *Flores visi sunt in terra*, cum viderent martyres. Dicebant christiani : *Tempus incisionis adest. Iam et qui metit, mercedem accipit.* Alii seminaverunt et nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Iudaei voces plaudentis Ecclesiae, dicebant inter se : *Vox turturis audita est in terra nostra.* Unde bene lectum est : *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.* Dies diei, christianus christiano; nox nocti, Iudaeus Iudaeo. Indicabant ergo Iudaei quod haberent scientiam martyrum, sed non scientiam Verbi; id est, non secundum illam solius boni et solius [**280**] veri scientiam : *Ignorantes enim Dei iustitiam, et volentes se iustificare, iustitiam Dei non receperunt.*

9. Detuli ergo vobis munera quae meis legi manibus, id est, crucis tropaea, cuius gratiam in operibus agnoscitis. Certe et ipsi daemones confitentur. Condant alii aurum et argentum, ac de latentibus eruant venis; legant pretiosa monilium serta; temporalis ille thesaurus est, et saepe habentibus perniciosus; nos legimus martyris
B clavos, et multos quidem, ut plura fuerint vulnera quam membra. Clamare martyrem diceres ad populum Iudaeorum, cum clavos eius colligeremus : *Mitte manus tuas in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis.* Colligimus sanguinem triumphalem et crucis lignum.

10. Haec sanctae viduae negare non potuimus postulanti. Munera itaque salutis accipite, quae nunc sub sacris altaribus reconduntur.

ANNOTATA.

a *Scriptus est ille libellus anno 393, qui, ut indicavimus in commentarii numm. 1, 16, probabiliter exstitit sermo habitus ad Florentinos, cum ad ipsos attulisset aliquas Bononiensium martyrum reliquias.* D

b *Romana editio sola :* habere triumphi principum. — *Erant autem apophoreta proprie munuscula, quae olim ab his qui vocati fuerant ad convivium referri domum consueverant, ut puta fructus, assatae aviculae, aut quid huiusmodi. Sic etiam dicta sunt munera quae magistratum novum ineuntes amicis missitabant. Fuerunt quoque apophoreta triumphalia, ab imperatoribus scilicet triumphantibus distributa. Reperitur ea vox usurpata et pro vasis in quibus sacrae reliquiae recondebantur, sed in infima tantum latinitate. De quibus acceptionibus consule Turnebum, l. XIX* Adversar. *cap. 23; Lipsium l. I* Saturn. *cap. 16; Rosweydum in notis ad* epist. 5 S. Paulini; *Cangium in eadem voce; atque alios.*

c *Mss. non pauci* Videte, inquit, vim Apostoli. Plus putatur depressisse, *etc.*

d *Mss. aliquot,* ex quo enim libertus Christi, fit ex libero servus.

e *Quicquid continetur ab hisce verbis,* cumque sanctus Vitalis, *usque ad illa* emisit spiritum *in mss. ferme omnibus desideratur. Neque vero id totum nobis mediocriter suspectum est, maxime quod verba illa,* omnia tormentorum genera in eum exercentes, *cum antecedentibus ac subsequentibus parum congruant. Horum loco in epistula 55, quam Ambrosio Romanus editor mss. aliquot auctoritate substituit, concinnius legitur,* adeo omni tormentorum genere cruciatus. *Videsis infra, p. 247, num. 7.* E

f *Omnes edit. ac mss. nonnulli,* ut martyrio servi dominus invitaretur ; *alii longe plurimi, ut in textu.*

EPISTULA S. AMBROSIO ATTRIBUTA

DE MARTYRIO SS. AGRICOLAE ET VITALIS ET DE INVENTIONE EORUNDEM CORPORUM

C *P. L., tom. XVII, col. 747 sqq.* F

a [**487**] Ambrosius *a*, servus Iesu Christi, vocatus episcopus, dilectissimis fratribus et universis plebibus per Italiam aeternam in Domino salutem.

1. Magna atque praecelsa martyrum testimonia, de quibus vobis scripturus sum, noster potius attenuat quam explicat sermo. Verum quod sermo attenuat, virtus adauget ; idcirco, quod in me minus est, in martyribus luculenter resplendet.

2. Invitatus itaque a plebe Bononiensi, negare praesentiam meam, Domino suggerente, nullatenus potui ; quoniam tempus aderat ut sua quae Christus solet mirabilia suis fidelibus ostenderet. Nam Diocletiani et Maximiani imperatorum temporibus duo viri, Vitalis nempe et Agricola, pro Christo in civitate Bononiae martyrium passi sunt, quorum corpora, ne a fidelibus reperirentur
b tur *b*, inter Iudaeorum sepulcra recondita fuerant. Christum igitur confitentes et pro eius gloria morientes, inter eos qui eum negaverunt indecore sepulti sunt. Locum autem, qui omnes latebat, Christus Dominus noster mihi revelare dignatus
c est *c*. Ubi ieiuniis et orationibus plures habentes excubias, invenimus tandem pignora martyrum, prout mihi Dominus revelaverat, tamquam inter spinas rosam legentes, et omnibus palam manifestata sunt.

3. Aderat populus christianus cum plausu et laetitia *d*. Iudaei ludentes dicebant : *Flores visi sunt in terra nostra.* Respondebant christiani : *Tempus incisionis advenit.* Alii dicebant : *Alii seminaverunt, et nos in eorum labores introimus et martyrum fructus recipimus ; ut quod scriptum est impleatur, quod qui seminat et qui metit mercedem accipit.* Iudaei audientes voces plaudentis Ecclesiae, ridentes dicebant : *Vox turturis audita est in terra nostra;* christiani dicebant : *Vineae florentes dederunt odorem suum.* Unde bene per prophetam dicitur : *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.* Quasi dicat : *Dies diei,* hoc est, christianus christiano, *et nox nocti,* hoc est, Iudaeus Iudaeo. d

4. Certe et ipsi daemones confitebantur *e*, et ab hominum corporibus ilico egrediebantur. Et multi qui variis vexabantur aegritudinibus, sanctorum tangentes sudaria, continuo sanabantur, et plura e
per

per sanctos suos mirabilia in populi praesentia, dum sacra veherentur pignora, operatus est Dominus.

5. Colligant ergo alii aurum et argentum, et de latentibus eruant venis, legant pretiosa monilium serta : temporalis iste thesaurus est et habentibus non infrequenter perniciosus. Nos legimus martyrum clavos, et plures quidem, quia plura in eis vulnera quam membra fuerunt. Colligimus sanguinem triumphalem et crucis lignum. Namque sicut qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consuerunt, ita nos ex convivio Bononiensi apophoreta gratiae et sanctitatis plena nobis reservare curavimus.

6. Sanctorum igitur martyrum uni nomen est Vitalis, Agricola nomen alteri : utrique nomen aptum, ut martyrio iam designati ipsis etiam vocabulis noscerentur *f*. Nam ille Vitalis dictus est, quasi per istius vitae contemptum vitam aliam, quae aeterna est, sibi compararet ; iste vero Agricola, qui bonos spiritalis gratiae fructus sereret, et sui sanguinis effusione meritorum et virtutum suarum plantaria rigaret.

7. Sanctus Vitalis *g*, cum a persecutoribus ut Christum negaret imperaretur, et ille constantius confiteretur, adeo omni tormentorum genere cruciatus est ut nullus in eius corpore sine vulnere esset locus. Quare hanc ad Dominum [**488**] orationem effudit dicens : *Domine Iesu Christe, salvator meus et Deus meus, iube suscipi spiritum meum, quia iam desidero accipere coronam, quam sanctus angelus tuus mihi ostendit.* Et completa oratione emisit spiritum.

8. Sanctus vero Agricola *h* mitioribus ita praeditus erat moribus ut ab omnibus impense diligeretur, ideoque eius passionem differebant. Verum persecutorum haec indulgentia quapiam etiam immanitate martyri videbatur acerbior ; nec enim eorum blanditiae sedulitatis, sed fraudis, erant : differebant quippe coronam. Hinc namque tormenta suppliciaque plura in sancto exercuere Vitale, ut sanctum terrerent Agricolam : sed Dominus illa in maiorem eius constantiam vertit. Denique videntes nihil proficere, eum tandem cruci affixerunt, sicque Deo spiritum reddidit.

9. Sanctus Vitalis sancti Agricolae servus fuerat *i*, mox eius in passione socius, nunc gloriae C consors factus est. Merito autem sanctus Vitalis primo passus est, et ut servus praecessit, quia domino parabat locum ; secutus est dominus, ut D servi prudentis fidem probaret. Passio servi disciplina est domini ; hic instituit, ille implevit ; nihil illi servitute decerpitur. Quomodo autem minui potest quod Christus donavit egregie ? Ille quidem homini serviendo didicit quomodo placeret Christo : hic geminam acquisivit laudem, in illo magisterii, in se martyrii. Beneficiis mutuo certaverunt, postquam aequales esse meruerunt : hic illum ad martyrium praemisit, ille istum accersivit. Nihil ergo ad meritum hominis condicio detraxit, nihil dignitas auxit ; sed utrumque fides consummavit. Nam scriptum est : *Sive liber sive servus, omnes in Christo unum sumus ;* et : *Unusquisque quod fecerit bonum, hoc recipiet a Domino.* Apud Dominum enim servitus et libertas aequa lance penduntur, cum nulla sit maior dignitas quam servire Christo, qui tanti nos aestimavit ut animam suam pro nobis traderet.

10. Haec vobis pauca et compendiario, dilectissimi fratres, de corporum sanctorum martyrum inventione significare curavimus, ut ipsorum memoriam in ecclesiis facere valeatis. Passi sunt E autem sancti martyres sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, in civitate Bononiensi provinciae Italiae, pridie nonas novembris *k*, regnante Iesu Christo Domino nostro, cui est omnis honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATA

a *Dictum est in commentarii praevii num. 1 de huius epistulae genuinitate quam editores Romani inter opera S. Ambrosii posuerant, segregarunt vero Benedictini.*

b *Quid de hac addita ratione censendum sit videsis commentarii praevii num. 13.*

c *Probabilius revelationem hanc factam esse S. Eusebio Bononiensi notatum est ibid., num. 16.*

d *Totum hunc numerum cfr. cum libro Ambrosii* De exhort. virginitatis, *cap. 1, num. 8.*

e *Videsis* De exhort. virg., *num. 9.*

f *Cfr. cum num. 6* De exhort. virg.

g *Haec ad verbum desumpta sunt ex praecedentis documenti num. 4.*

h *Cfr. cum prioris textus num. 5.*

i *Fere num. 2* De exhort. virg.

k *Haec quae ex praecedenti Ambrosiano libro* F *exsulant, interpolationem evidenter sapiunt.*

PASSIO SS. AGRICOLAE ET VITALIS

Quomodo compilata sit haec Passio patet ex commentarii praevii num. 2. Hanc autem ex pluribus edere codicibus visum non est, quoniam res minoris est momenti : tales electi sunt quales praecipuarum variantium lectionum et interpolationum typum exhibeant. Sunt autem codex Bodecensis, ex apographo servato in collectaneis Bollandianis (cfr. supra num. 2), qui hanc Passionem continet folio 159r, quem in recensione signamus 1, et codex Bruxellensis notatus num. 64, fol. 227v-228r, quem signamus 2.

Passio sanctorum Vitalis et Agricolae martyrum, quae est *a* quinto kalendas decembris [1].

Ambrosius servus Christi Iesu, vocatus episcopus, dilectissimis fratribus et universis plebibus [2] in Domino Deo [3] aeternam salutem *b*.

1. Magna *c* martyrum et praecelsa testimonia noster potius attenuat [1] quam explicat sermo. Huc [2] igitur invitatus a plebe Bononiensi negare praesentiam meam nullatenus potui quia tempus [3] aderat ut sua Dominus mirabilia quae solet ostenderet. Apophoreta quidem plena sanctitate et gratia mecum detuli. Christi enim nostri princi-

Tit. — [1] II non. nov. Passio sanctorum Vitalis et Agricolae 2. — [2] (et univ. pleb.) *om.* 2. — [3] Deo *om.* 2.

1. — [1] (nost. pot. at.) attenuat noster potius 2. — [2] (Huc igitur — palmae ergo) *om.* 1.— [3] semper 2.

pis

ACTA pis triumphi sunt martyrum palmae. Ergo quia tantum quod minus est in nobis, plus reperitur in martyribus, de patrocinio eorum confisi, vel breviter aliquid de eis conabimur explicare[4].

2. Sancti martyris huius, cuius hodie festum annua exspectatione recolimus[1], nomen Agricola est, cui[2] sanctus Vitalis servus fuit olim, nunc consors et collega martyrii. Praecessit servus ut provideret[3] locum; secutus est dominus[4], quo datam fidem servuli iam inveniret paratam. Laudamus passionem servi, quae disciplina est domini; nam hic instituit, ille implevit[5]. Ille quidem homini serviendo didicit quomodo Christo placeret; hic vero[6] geminam laudem acquisivit, in illo magisterii, in se martyrii. Certaverunt tamen[7] inter se invicem beneficiis, postquam aequales esse meruerunt. Hic illum ad martyrium praemisit, ille istum accersivit *d*. d

3. Nullum ergo ad commendationem [fidei] hominis condicio adfert impedimentum; nec dignitas prosapiae[1], sed fides adfert meritum[2]. Sive liber, sive servus, omnes in Christo unum sumus, et unusquisque quod fecerit bonum, hoc B recipiet a Domino. Apud Dominum bona servitus et bona libertas aequa lance appenduntur, quoniam[3] nulla maior dignitas quam servire Christo, qui nos tali pretio aestimavit, ut animam suam pro nobis traderet. Sed iam ad proposita redeamus.

4. Cum[1] sanctus Vitalis cogeretur a persequentibus ut denegaret Christum[2] et ille amplius profiteretur eum, omnibus tormentorum generibus in eo consumptis, ita[3] ut non esset in corpore eius sine vulnere locus, orationem fudit ad Dominum dicens: *Domine Iesu Christe[4], salvator[5], redemptor[6] et Deus[7] meus, iube suscipi spiritum meum, quia iam desidero ut accipiam coronam, quam sanctus angelus tuus[8] mihi ostendit.* Et completa oratione emisit spiritum *e*. e

5. Sanctus vero Agricola pius homo et mitis[1] habebatur moribus, ita[2] ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Unde[3] contigit ut eius passionem differre vellent persecutores. Sed haec persecutorum honorificentia omni erat immititate[4] acerbior, quae invidebat[5] sanctis martyribus, ut cito ad palmam martyrii pervenirent, et consummato agone praemium vitae perciperent. Denique ubi post[6] multas interrogationes et paganorum accu- C sationes non acquievit[7] sanctus Agricola quatenus idolis sacrificaret, iussu impiissimorum iudicum[8] crucifixus est[9]. Advertamus nunc[10] illas blanditias persecutorum[11] non sedulitatis fuisse, sed fraudis; nam[12] per supplicia[13] et tormenta D quae[14] sancto Vitali intulerunt[15], dominum eius sanctum Agricolam terrere voluerunt. Sed vertit hoc[16] Christus Dominus[17] in gratiam, non[18] in detrimentum salutis, ut martyrium servi dominus imitaretur *f*.

6. Utrisque[1] autem[2] martyribus divinitus f nomen aptum impositum est, ut martyres designati iam ipsis vocabulis apti esse[3] viderentur. Ille Vitalis dictus est, quasi vitae aeternae habilis et aptus, ut contemptu istius vitae temporalis, veram illam vitam, quae aeterna est, acquireret[4]. Alter[5] Agricola dictus est[6] quia[7] bonos fructus spiritualis gratiae seminaret, et sacri sanguinis effusione meritorum suorum omniumque virtutum[8] irrigaret[9] plantaria *g*.

7. Passi sunt autem sancti martyres Christi g Vitalis et Agricola[1] temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, et sepulti sunt in Iudaeorum solo, inter eorum sepulcra qui Dominum eorum[2] negaverunt. Eundem locum mihi servo suo Ambrosio[3] Dominus noster Iesus Christus revelare dignatus est. Collegi[4] ergo religiosorum E virorum turbam non modicam, et accessimus ad loca martyrum cum timore et reverentia. Illic martyrum cum requireremus exuvias[5] et[6] multa sollicitudine in oratione, ut inter tot corpora inveniri possent, desudaremus, subito divina prodente clementia, tamquam inter spinas rosam collegimus[7], cumque[8] de loco illo corpora sanctorum martyrum veherentur, aderat populus christianus cum plausu et laetitia. Dicebant Iudaei[9]: *Flores apparuerunt[10] in terra.* — Cum viderent martyres Christi christiani dicebant[11]: *Tempus putationis[12] advenit[13], iam qui metit mercedem accipit. Alii seminaverunt, nos metimus martyrum fructus.* Audientes Iudaei vocem vociferantis[14] Ecclesiae et in laudibus martyrum applaudentis[15], dicebant inter se: *Vox turturis audita est in terra nostra.* Unde bene a propheta dictum est: *Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiam;* dies diei, christianus christiano; nox nocti, Iudaeus Iudaeo *h*. h

8. Detuli ergo munera martyrum[1], id est[2] crucis trophaeum, cuius gratiam in[3] operibus agnoscitis. Certe et ipsi daemones martyrum meritis[4] confitebantur, et divina[5] virtute expulsi F mox ab humanis corporibus egrediebantur. Multi etiam qui diversis aegritudinibus[6] affligebantur, contingentes sudaria sanctorum sanabantur. Sed et alia[7] mirabilia et signa ingentia[8] per sanctos

[4] (tantum — explicare) in me minus est quam praesumebatur, in martyribus reperitur 2.

2. — [1] (huius — recolimus) *om.* 2. — [2] cuius 2 — [3] praevideret 1.— [4] secure *add.* 2. — [5] (laudamus — ille implevit). Non (*ex corr., prius* nos) alienam laudamus passionem: servi institutio (*add. sup. lin.*) domini disciplina est. Hic instituit, ille implevit, nihil illi (*prius* ille) decerpitur. Quomodo minui potest quod Christus donavit egregie, et 2. — [6] tamen 2. — [7] *om.* 2.

3. — [1] meritum *add.* 2. — [2] *om.* 2. — [3] quam 2.

4 — [1] cumque 2. — [2] (den. Christ.) Christum negaret 2. — [3] (eum — consumptis ita) Dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes. — [4] *om.* 2. — [5] meus *add.* 2. — [6] *om.* 2. — [7] (Deus) Dominus 2. — [8] (sanct. ang. tuus) ang. tuus sanct. 2.

5. — [1] (pius — mitis) mitior 2. — [2] *om.* 2. — [3] (unde — persecutores) ideoque differebant eius passionem 2. — [4] immanitate 2. — [5] (invidebat — vitae perciperent) videbatur deferre (*add. sup. lin.*) martyribus 2.— [6] (post multas — accusationes) *om.* 2. — [7] persecutoribus *add.* 2. — [8] quatenus — iudicum) *om.* 2.— [9] ut *add.* 2.— [10] *om.* 2.— [11] eorum 2. — [12] nam *om.* 2. — [13] enim *add.* 2. — [14] in *add.* 2. — [15] exercuerunt 2. — [16] Iesus *add.* 2. — [17] noster *add.* 2. — [18] (non — salutis) *om.* 2.

6. — [1] Mitisque 2. — [2] (aut. mart. divinitus) *om.* 2.— [3] apti esse *om.* 2. — [4] (vitae temp. — acquireret) contemptu vitae veram illam vitam aeternam sibi acquireret 2. - [5] Iste 2.— [6] (dictus est) *om.* 2. — [7] qui 2. — [8] (omniumque virt.) omnium virtutumque 2. — [9] rigaret 2.

7. — [1] (Christi — Agricola) *om.* 2. — [2] (Dom. eor.) eorum Dominum 2. — [3] (servo suo Ambr.) *om.* 2. — [4] (collegi — reverentia) *om.* 2. — [5] (requir. — exuvias) exuvias requirebamus 2. — [6] (et multa - prodente clementia) *om.* 2. — [7] eligentes 2. — [8] (cumque — veherentur) circumfundebamur a Iudaeis cum sacra corpora veherentur 2. — [9] (Dicebant Iudaei) vociferans et dicens 1 — [10] visi sunt 2. — [11] (cum viderent martyres Christi christiani dicebant) nostra 1. — [12] incisionis 2. — [13] adest 2. — [14] (vocem vociferantis) voces plaudentis 2. — [15] (et — applaudentis) *om.* 2.

8. — [1] (martyrum) quae meis elegi manibus 2; videlicet corpora *add.* 1. — [2] (id est) *om.* 2. — [3] *om.* 2. — [4] (martyrum meritis) *om.* 2. — [5] (divina — corporibus) ab hominibus mox 2. — [6] (div. aegrit.) aegritud. div. 2. — [7] multa *add.* 2. — [8] (et signa ingentia) *om.* 2.

suos

A suos in praesentia populi dum transferrentur martyrum corpora, Dominus noster Iesus Christus ostendere dignatus est [9] *i*.

9. Condant *k* alii aurum atque argentum ac de latentibus eruant hoc [1] venis, legant pretiosa monilium serta. Temporalis iste [2] thesaurus est, et saepe habentibus perniciosus; nos legimus [3] martyrum clavos et multos quidem, ut puta [4] plura fuerunt vulnera quam membra. Collegimus etiam sanguinem triumphalem et [5] lignum passionis eorum [6].

10. Haec qualicumque ordine exarata, petitionibus [1] sanctae viduae Iulianae [2] negare non potuimus, quae [3] in honore beatorum martyrum templum aedificavit, ubi et diligenti cura corpora eorum sub sacris altaribus recondere studuimus [3]. Fusis *l* itaque precibus te omnipotentem Dominum deprecor ut super hanc domum [4], super [5] haec altaria, super hos lapides spiritales, quibus sensibile tibi in singulis virtutibus sanctorum tuorum Vitalis atque Agricolae templum sacratum est, cotidianus praesul intendas, orationesque servorum tuorum quae funduntur in B hoc loco, divina tua suscipias misericordia. Fiat tibi in honore sanctificationis omne sacrificium, quod in hoc templum fidei gratia [6] et pia sedulitate defertur. Et cum ad illam respexeris hostiam salutarem, per quam peccatum mundi huius abluitur, respicias etiam ad has piae hostias castitatis et diuturno eas tuearis auxilio, ut fiant tibi in odorem suavitatis hostiae acceptabiles, semperque tuo nomini complacentes [7], ut [8] Ecclesia tua in hoc tibi templo pie iusteque deserviens, sine querela, corpore ac spiritu intemerata absque omni ruga et macula servetur usque in adventum Domini nostri Iesu Christi, qui tecum et cum sancto Spiritu vivit et regnat Deus per [8] omnia saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Ut dictum est in commentarii numm. 4, 5, haec dies illa erat qua celebrabatur translatio reliquiarum* SS. Agricolae *et* Vitalis *in urbem Arvernorum.*

b *Haec inscriptio est epistulae spuriae Ambrosianae modo editae.*

c *Hic num. 1 non est nisi num. 1 epistulae pseudo-Ambrosianae, stilo paululum diverso.*

d *Consarcinatio ex epistulae num. 9 et libri* De exhort. virg. *num. 2.*

e *Cfr. quoad hunc num. 4 num. 7 epistulae et* Exhort virg. *num. 4.*

f *Haec paragraphus respondet num. 8 epist. et num. 5* Exhort. virg. E

g *Seu num. 6 tum epist. tum* Exhort. virg.

h *Hic habes numm. 2, 3 epist. et 8* Exhort. virg.

i *En iterum num. 4 epist. et num. 9* Exhort. virg.

k *Cfr. epist. num. 5 et num. 9* Exhort. virg.

l *Haec oratio igitur sola pars est quae propria sit isti Passioni quae circumfertur in codicibus.*

[9] (martyrum — dignatus est) facta sunt 2.

9. — [1] *om.* 2. — [2] ille 2. — [3] eligimus 2. — [4] *om.* 2. — [5] crucis *add.* 2. — [6] (passionis eorum) *om.* 2.

10. — [1] (qualicumque — petitionibus) *om.* 2. — [2] *om.* 2. — [3] (quae — recondere studuimus) itaque salutis accipite pignora, quae nunc sub sacris altaribus reconduntur. Haec igitur vidua sancta est Iuliana, quae Domino templum paravit atque obtulit 2. — [4] (sup. hanc domum) supra dom. hanc 2. — [5] supra 2 — [6] (fidei gratia) fide integra 2. — [7] (semperque — complacentes) Christo Domino placentes 2. — [8] (ut — regnat Deus per) et integrum spiritum eorum et corpus sine querela usque in diem Domini nostri Iesu Christi Filii tui servare digneris. Passi sunt autem sancti martyres Vitalis et Agricola in provincia Italiae in civitate Bononiensi sub Dioclitiano et Maximiano, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in 2.

EX GREGORII TURONENSIS

DE SS. AGRICOLA ET VITALI MARTYRIBUS

C *Lib. I cap. XLIV* de Gloria martyrum, *iuxta editionem cl. v. Br. Krusch in* Mon. Germ. *Script. rer. Meroving., tom. I, pp. 517-518.* F

1. Agricola et Vitalis apud Bononiam Italiae urbem pro Christi nomine crucifixi sunt, quorum sepulcra, ut per relationem fidelium cognovimus, quia nondum ad nos historia passionis advenit, super terram sunt collocata. Quae cum a multis, ut fit, vel tangerentur manu vel ore oscularentur, admonitus est aedituus templi, ut immundi ab his arcerentur. Quidam audax atque facinorosus operturium unius tumuli removet, ut scilicet aliquid de sacris auferret cineribus; missoque introrsum capite, oppressus ab eo, vix ab aliis liberatus, confusus abscessit; nec accipere meruit quod temerario ausu praesumpsit; sed cum maiori deinceps reverentia sanctorum adivit sepulcra.

2. Alius quoque tributa publica deferens, sacculum pecuniae, dum iter ageret, neglegenter amisit. Adpropinquans autem civitati, recognoscit se amisisse [sacculum] publicum quod ferebat. Tunc prostratus coram sepulcris beatorum, cum lacrimis deprecatur, ut perditum eorum virtute reciperet, ne ipse coniuxque ac liberi ob id captivitati subigerentur. Egressus autem foris in atrio, virum qui hanc pecuniam in via iacentem repererat nanctus est; scrutatumque diligenter illius horae tempore hic sacculum invenisse se dixit, quo iste martyrum auxilium flagitavit.

3. Horum reliquias Namacius *a* Arvernorum episcopus devote expetiit, ut scilicet eas in ecclesia, quam ipse construxerat, collocaret. Direxitque unum illuc presbyterum, qui abiens cum Dei gratia, quae petierat detulit. Regressusque cum sociis, in quinto ab Arverna urbe miliario revertentes, metatum *b* accipiunt, et ad episcopum missos dirigunt, ut eis quid agant iubeat ordinare. Mane autem facto, sacerdos, admonitis civibus, cum crucibus et cereis ad occursum sanctarum reliquiarum devotissimus properat. Cumque ei presbyter offerret, ut beatas reliquias aspiceret, si iuberet, et ille: *Mihi,* inquit, *magis est haec credere quam videre. Sic enim in Scripturis legimus sanctis, et ipse Dominus beatos illos iudicat, qui eum cum non viderint credidissent.* Hac itaque sacerdotis fide pollente, Dominus sanctos suos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, subito contenebratum est caelum, et ecce imber umbro- 32 sus

ACTA sus atque teterrimus super eos descendit, et tanta pluvia ibidem est diffusa, ut flumina per vias illas currere cernerentur. Verumtamen circa sancta pignora per unum valde iugerum neque una gutta visa est cecidisse. Et abeuntibus illis, pluvia eos a longe, quasi praebens obsequium, sequebatur, populum fovens, gestatores autem pignorum non attingens. Haec videns pontifex, magnificavit Dominum, qui, fidei suae sic favens, talia ad sanctorum gloriam operare dignatus est. Congregatis vero civibus, cum magno gaudio atque devotione, sanctam ecclesiam his illustratam pignoribus dedicavit c. c

ANNOTATA.

a *A sancto Namacio ecclesiam aedificatam ita describit Gregorius lib. II Hist. Franc., cap. 16, p. 82 ed. W. Arndt :* Sanctus vero Namatius post obitum Rustici episcopi apud Arvernus in diebus illis octavus erat episcopus. Hic ecclesiam, qui nunc constat et senior intra murus civitatis habetur, suo studio fabricavit, habentem in longo B pedes 150, in lato pedes 60, id est infra capso, in alto usque cameram pedes 50, inante absidam rotundam habens, ab utroque latere ascellas D eleganti constructas opere; totumque aedificium in modum crucis habetur expositum. Habet fenestras 42, columpnas 70, ostia 8. Terror namque ibidem Dei et claritas magna conspicitur, et vere plerumque inibi odor suavissimus aromatum quasi advenire a religiosis sentitur. Parietes ad altarium opere sarsurio ex multa marmorum genera exornatos habet. Exactum ergo in duodecimo anno beatus pontifex edificum, Bononiae civitatem Italiae sacerdotes dirigit, ut ei reliquias sanctorum Agricolae et Vitalis exhibeant, quos pro nomine Christi Dei nostri manifestissime crucifixos esse cognovimus. *De ista ecclesia cfr. Cointium ad annum. 554, num. 4.*

b Metatum *heic, ut alibi etiam pluries iuxta exempla quae tradit Cangius, significat* hospitium.

c *In bibliothecae Claromontanae codice signato num. 148, fol. 212r-215v, legitur sermo in festo translationis SS. Vitalis et Agricolae. Incipit autem :* Dignum et congruum est fratres ut gaudia nostra cum sanctis martyribus conferamus. *Cfr.* Catal. gén. des man. des bibl. publiq. de France, *tom. XIV, p. 49.* E

MIRACULA SS. VITALIS ET AGRICOLAE

Ex codice signato num. 1473 bibliothecae Universitatis regiae Bononiensis, fol. 328r-330r. Cfr. commentarii praevii num. 3.

Incipit prologus super miracula sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae.

1. Fidelium patens est universitati quod, inter residuas totius christianitatis urbes, Bononia, inclita civitas, doctrinae fulget privilegio. Adeo nempe beatorum martyrum Vitalis et Agricolae meritis beatificata est praetaxata civitas, quod huius nominis Agricola, nec non et istius nominis Vitalis, apertissime retinere rem videatur. Agricola namque quasi agros Domini colens, Vitalis vero quasi vitam alens dicitur. Colunt itaque sancti C doctores agrum Domini dupliciter, dum scilicet verbi Domini semper in cordibus fidelium vomere suae praedicationis et doctrinae praescindendo eorundem corda fundunt, et ita malefacientes ad bene operandum trahunt, vel infideles in fide plantant. Colunt praeterea alio modo agros Domini, dum scilicet verbum sapientiae in christianorum fundunt * cordibus et de insipientibus sapientes reddunt. Iidem sancti doctores in plantatis vitam alere duplici solent more, dum scilicet in fide plantatos et bene operantes assiduo ammonent ne bene operari et fructuosa opera facere desistant, et sic a vita non cadant vel vivere deficiant. Et hoc fit iuxta quod dicitur : *Bonum opus assiduo indiget ammonitore.* Alunt praeterea alio modo in plantatis vitam, dum videlicet sapientes factos iterum docendo confirmant ne quod audierant et sciunt obliviscantur, et ut alios ad vivendum instruant hortantur. Sic igitur duo sunt quibus sapiens agricola utitur, correctio videlicet et doctrina. Per correctionem in agro Domini, id est in ecclesia, infideles plantant et prava opera perpetrantes velut mortuas et infructuosas arbores ad fructum boni operis perducunt. Per doctrinam vero de insciis et insipientibus sapientes reddunt.

* *cod.* fundunt

2. Duo sunt praeterea quae pertinent ad Vitalem, hoc est ad vitam alentem, ammonitio videlicet et doctrinae confirmatio. Per ammonitionem itaque bene operantes in bono sustinet, ne vitalia opera facere desistant. Per doctrinae confirmationem doctos et eruditos in scientia sua detinet ne quod sciunt, ut dictum est, obliviscantur, et ut de scientia sua tam aliis quam sibi prosint. Ut ergo continente pro contento utar, praefata civitas Bononia vestigia suorum retinens patronorum, Agricolae scilicet et Vitalis, facta est agros Domini colens et vitam in eis alens, ut per hoc eadem civitas meritis praedictorum martyrum fulciri manifestetur, et eorum sacra corpora ibi- F dem esse a fidelibus non dubitetur. Manifeste ergo hic completum apparet quod dicit Iohannes Chrysostomus : *Non locus sanctificat homines, sed homines locum.* Et cum Gregorius dicat Augustino Anglorum episcopo *a* quod *non pro locis res, sed* a *pro rebus loca amanda sunt,* merito ergo Bononiensis urbs inclita commendanda est et laudibus attollenda, quae tanti boni gaudet privilegio.

3. Ipsa namque agros Domini colit dum ex diversis mundi partibus ad se velut ad fontem confluentes in utroque iure, divino scilicet et humano, erudit et qualiter se habere debeant erga Deum ergaque proximum, tam in spiritualibus quam in carnalibus, instruit, ostendens quid praelati subiectis, quidque subiecti debeant praelatis et quid aequales coaequalibus. Et ita sapientiae semen in agro Domini fundit, Domini agros iterum colit, dum de utroque iure poenas minando malefactores ad opera bona pertrahit. Vitam alit in plantatis dum de utroque iure benefacientibus praemia promittendo eos in bono opere sustinet. Vitam iterum alit dum sapientibus quod sciunt reiterat ne illud obliviscantur, et ut vitaliter quod sciunt teneant hortatur dicendo illud evangelicum :

A licum : *Servus qui scit voluntatem domini sui et non facit, digna plagis vapulabit multis**, et ideo duo haec quasi naturaliter sibi inserta observat Bononia, ne Vitalis sine Agricola, vel Agricola sine Vitali ibi esse credatur. Cum ergo uno die, uno in loco, et sub eodem persecutore martyrizati sunt, iuxta quod dicit Ambrosius *b*, patet eos una fide, una devotione vixisse et aequales esse merito. Ad eorum igitur laudem quaedam referendum duxi ut Deum haec audientes per eorum merita et gesta miracula laudantes, ipsi laudantes efficiantur laudabiles.

* sic

Explicit prologus.

Incipiunt miracula sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae.

1. Fuit quaedam mulier in castro quodam in dioecesi sito praefatae civitatis Bononiae, quod vulgari lingua vocatur Pogi calvuli *c*. Haec itaque mulier per multum tempus daemoniaco vexata incursu, spe recuperandae sanitatis multa sanctorum loca peragraverat. Quodam igitur tempore, B post multorum igitur dierum laboris et itineris fatigationem, in celebri die sancti Petronii episcopi et confessoris *d*, cuius sacrum corpus eodem habetur loco *e*, in quo et sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae corpora quiescunt, astante populo et persolvente beati Petronii festi obsequia, contigit praedictam mulierem ad sepulcrum *f* beatorum martyrum Vitalis et Agricolae deferri. Quo in loco deposita et sacro velamine *g* altaris beatorum martyrum super ea posito, statim virtute divina liberata est, ne ultra eam aliqua vestigia illius daemoniacae vexationis attingeretur. Quo visu, clerus et populus laudes laudibus addiderunt ut dies idem* laudibus non solum Petronii, sed etiam Vitalis et Agricolae deputaretur, cum idem locus eis omnibus sit deputatus. Fusis igitur laudibus Salvatori Christo, qui est mirabilis in sanctis suis, pristinae sanitati et incolumitati reddita praedicta mulier redit ad propria.

* cod. eidem

2. Quoniam igitur laudibus et miraculis sanctorum me contuli, placuit quaedam non reticenda, sed scripto et memoriae commendanda brevi stilo perstringere. Erat quaedam mulier in territorio C eodem in quo est constructum monasterium sancti Stephani protomartyris, in quo etiam sanctorum martyrum sacra pignora honorifice habentur* reposita; quae servitio** cuiusdam nobilissimae feminae subdita per longa temporis spatia a daemonio est vexata. Haec ergo quodam die deprehensa, et ad tumulum beatorum martyrum violenter adducta, per virtutem Dei et sanctorum Vitalis et Agricolae merita liberata est. Potest itaque huic facto non inconvenienter adaptari quod dicit beatus Augustinus *h* : *Multo*, inquit, *bona praestantur invitis quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, ipsi enim sibi inveniuntur inimici*. Haec namque mulier sibi videbatur inimica, dum ad salutem traheretur etiam invita. O quam misericordissimum pietatis gremium, qui non renuit misereri etiam nolentibus! Solutis igitur laudibus a clero et populo qui huic miraculo interfuerunt, praedictam mulierem cum gaudio ad propria remiserunt.

* cod. habetur ** cod. servitus

3. Tempore domini Landulfi *i* abbatis, fuit alia mulier de Regio civitate oriunda, nomine Pometa, eleganti forma decora, quae per maxima temporum intervalla a tribus daemonibus graviter fuit obsessa. Cum vero ad plurima sanctorum auxilia spe recipiendi sanitatis beneficii convolaret, et limina visitaret, ipsa muliere astante in conspectu et praesentia sanctorum, quocumque hac de causa venisset, et, ut moris est, fundente preces et observante vigilias, ipsi daemones, more scorpionis qui capite blanditur sed cauda nocet, ita astute interim ab eius vexatione cessabant quod penitus videretur sanata. Sed postquam recedebat ipsa mulier, demum, scorpionis, ut dixi, daemones more, virtutem pristinam exhibebant, et eam vexare iterabant. Videntes itaque parentes et alii amici sui nihil prodesse quod ob hanc videlicet causam ad sanctorum multorum auxilia confugisset, multa de substantia sua medicis erogaverunt ut cui dedignabantur divina adesse praesidia, humana saltem remedium praestarent beneficia. Quod iterum videntes nihil ei prodesse, eam taedio affecti amici sui divinae dispositioni exposuerunt, et omnimodam eius curam et sollicitudinem postposuerunt. Contingit praeterea die quodam quod quidam homo volens ire Bononiam diceret ei : *Vis venire mecum Bononiam?* Quae respondit : *Volo*. Arrepto igitur pariter itinere, E Dei nutu, qui sine causa non desinit punire creaturam suam, prospero cursu venerunt Bononiam. Appropinquantes itaque eidem civitati, postquam ventum est ad flumen quod Renus *k* dicitur, mox in furiam conversa est praedicta mulier; praecipitando seipsam in flumen, conabatur se in ipsa aqua suffocare. Quod videns homo praedictus qui comitatum ei praestabat, voluit eam tenere et ligare, ne se ipsam submergere posset. At vero ipsa mulier, ut erat daemoniaco furore accensa, malum pro bono retribuens, illum qui se a morte eripiebat voluit occidere, et in flumine ipso submergere; hoc etiam fecit ipse diabolus cuius stimulis et agitatione ipsa ducebatur: scilicet malum pro bono voluit reddere, dum illi qui se aliis angelis praetulerat et meliorem fecerat, voluit fieri aequalis, dicens : *Ponam sedem meam ad aquilonem, et ero similis Altissimo*. Cum itaque praedicta mulier hominem iam dictum occidere, ut dictum est, vellet, concurrerunt quidam qui eadem hora secus flumen stabant, et erepto utroque, muliere scilicet et viro, violenter eam eduxerunt de aqua. Sedata tandem incursione daemonis et ad tempus pacificata quae tunc vexabatur eadem mulier, F cum gaudio simul, Pometa scilicet cum comite suo, inclitam urbem intraverunt Bononiam, receptaque est mulier in domo cuiusdam feminae, quae civis erat Bononiensis. Peractoque triduo in eodem hospitio, contingit quodam die dominico quod pergente ipsa Bononiensi muliere, quae aliam receperat in hospitio, ad ecclesiam orandi gratia et audiendi divinum officium, praedicta Pometa remaneret in hospitio. Celebratis itaque ex more missarum sollemniis, rediens praedicta hospita ad propria coepit redarguere iam dictam Pometam, scilicet daemoniosam, quod ad ecclesiam non ierit et iuxta morem christianorum missam, secundum quod festum dominicae diei exigebat, non audierit. Quae statim daemoniaco spiritu agitata, arrepto gladio, volebat eam occidere. Ad cuius clamorem concurrentes vicini tenuerunt saepe dictam daemoniosam et ligaverunt eam, ne cuique posset nocere. Quibus dicentibus : *Deportemus eam ad ecclesiam*, statim ipsi daemones coeperunt clamare dicentes : *Frustra*, inquiunt, *ducetis eam ad ecclesiam. Nemo enim inde nos expellere potest, vel eam liberare, nisi merita beatorum martyrum Vitalis et Agricolae*. Quo audito, tam a nobilibus quam a popularibus violenter perducta est ad monasterium

MIRACULA monasterium Sancti Stephani, ubi martyrum praedictorum corpora quiescunt, depositaque ipsa ante sepulcrum sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae, coeperunt statim daemones clamare et dicere : *Heu, heu, appropinquat de se et defectus noster ab hoc corpore. Egressuri enim sumus inde in instanti media nocte.* Dum itaque ventum est ad mediam noctem, iuxta quod praedixerunt daemones, per virtutem Dei et merita beatorum martyrum Vitalis et Agricolae liberata est mulier.

ANNOTATA.

a *Scilicet in Gregorii epistularum libro XI, epist. LXIV, P. L., tom. LXXVII, p. 1187.*

b *Haec ad verbum nullibi dicit Ambrosius, sed eruuntur ex supra allatis Ambrosii locis.*

c *Illud nomen scribit Melloni* Poggicalvoli, *op. cit., p. 143. Sed codex evidentissime habet* Pogi calvuli. *Indicavit nobis v. cl. Ludovicus Frati hunc locum hodieque vocari* Pizzocalvo.

d *Id est die 4 octobris. Cfr.* Act. SS. Octobr., *tom. II, pp. 422 sqq.* B

e *Corpus S. Petronii inventum est anno 1141, cfr.* Act. SS. Oct., *tom. II, p. 467, et requiescebat in una ex ecclesiis quae efformabant basilicam Sancti Stephani. Unde pronum est concludere hoc miraculum per intercessionem* SS. Vitalis *et* Agricolae *impetratum non nisi post annum 1141 locum obtinuisse.* D

f *Tum temporis reliquiae* SS. Vitalis *et* Agricolae *repositae erant in ecclesia Sancti Ioannis Baptistae. Cfr. supra, comment. praev. num. 23.*

g *Illud sacrum velamen, etiam vocatum* brandeum, *erat velum quod, devotionis causa, ponebatur super reliquias sanctorum.*

h *Ubinam haec dixerit S. Augustinus non datum est nobis reperire, sed notat Melloni, op. cit., p. 144, not. 7 eum in interpretatione psalmi CXLIX, ad vers. 4, cfr. P. L., tom. XXXVII, p. 1954, similem proferre sententiam.*

i *De hoc abbate Sancti Stephani nihil aliunde innotuit nobis.*

k *Re quidem vera venientibus a civitate Reggio Bononiam transeundum est istud flumen haud longe ab hac urbe.* E

TRANSLATIO CORPORUM SS. VITALIS ET AGRICOLAE

IN CONFESSIONEM ECCLESIAE SANCTI IOANNIS BAPTISTAE, BONONIAE ANNO 1019

ex eodem codice bibliothecae Universitatis regiae Bononiensis. Cfr. comment. praevii num. 22.

1. Beatissimus itaque Ambrosius, Mediolanensis ecclesiae episcopus, praecedentium sanctorum studiosus perscrutator, sanctae conversationis, et subsequentium famosissimus instructor, humiliter invitatus a Bononiae urbis civibus, apud quos sancti martyres Vitalis et Agricola per martyrii palmam aeterna meruerunt praemia, ut idem praemissus pontifex suo more dignaretur eorum passiones ordine exponere, ut ad posteritatis lucra succrescerent. Praesul vero idem, caritatis studio intentus, audita martyrum gloria, non exspectavit ut aliorum relatu cognosceret ordinem C passionis praefatorum martyrum Vitalis et Agricolae, sed more impatiens summa cum caritate Bononiam adire festinavit, ibique accensa relationis lucerna diligenter perquirere procuravit praedictorum martyrum mores, virtutes, passiones omniumque poenarum genera illis crudeliter illata, ac sic veraciter per omnia novit, ut eorum mores et patientiam et pravorum obloquia et latratus undique contra eos effusos : quae omnia et doctissimo pernotavit stilo, et eorum corpora in loco sibi a Deo revelato religioso studio sepulturae commisit.

2. Sed quia plerumque cum mutantur tempora, mutantur et populi mores, variantur etiam ipsae locorum qualitates. Donec enim in urbana multitudine sanctorum Vitalis et Agricole miracula viguerunt in salute corporum, in adiutorium animarum, in tribulationum consolatione ceterisque necessitatibus se deprecantium, civilis frequentia virorum ac mulierum sine intermissione cucurrit ad eandem ecclesiam, ubi eorum corpora marmoreis degebantur sepulcris, quae scilicet ecclesia sita est iuxta ecclesiam beatissimi martyris Stephani, in qua monasterium constitutum est honore eiusdem beati Stephani, in qua etiam similitudo sepulcri Domini nostri Iesu Christi miro ordine constituta refulget *a*. *a*

3. Et dum virtutibus miraculorum gaudebant populi, ecclesiae illius parietes et tecta aut aedificabant noviter, aut resarciebant vetusta, si qua patebat ibi ruina. Sed cum ex virtute sanctorum peccata creverunt populorum, quasi de bono semine mala multiplicata est fruges, ut saepe fit, virtutes eorum non ad populi voluntates floruerunt, quorum merita cives eiusdem civitatis tanto frequentius implorare debuerunt, quanto promerentibus peccatis eorum cessavere miracula. F Sed magis inflati, quasi contumaciter recesserunt, nec eorum velle se visitare corpora mussitabant quorum non sentiebant coruscare virtutes. Unde ipsa eius aedificia inveterata corruerunt, nec recidiva surgere potuerunt, ipsarumque culmina arcarum ventis, pluviis omnique aeris intemperie deformata et neglecta videbantur, ac per hoc animi abbatum qui eidem monasterio Sancti Stephani praefuerunt, in re dubitare potuerunt utrum ipsa sanctorum corpora ad tutiora loca transferre debuissent, an ibidem relinquerent. Relinquere ibi ea timebant, ne quasi incuriose neglecta etiam ipsis civibus vilescerent; transportare formidabant pro eo quod in passione eorum legebant locum ipsum quo iacebant divinitus a Deo demonstratum ac designatum fore beato Ambrosio, si eorum corpora ab ipso subducerent loco quasi divinae praedestinationis perversores et transgressores viderentur. Sic quippe metu et terrore harum dubitationum, eadem sanctorum corpora in sarcophagis suis permanserunt multo tempore in eadem ecclesia qua ea beatus locavit Ambrosius.

4. Cum vero placuit divinae dispositioni ordinare eidem monasterio domnum Martinum *b* abbatem, *b*

abbatem, tempore Henrici imperatoris *c*, aperte patuit Omnipotentis voluntatem favere horum sanctorum corporum transmutationi; et ne ambiguitas loci divina revelatione designati alicuius animum obfuscaret, praedesignatus domnus Martinus abbas mente et corporis valetudine cucurrit ad lumen discretionis, quae mater virtutum firmatur ab omnibus catholicae famulantibus fidei, dicens locum non esse accipiendum tantummodo illud brevissimum spatium terrae, quo constat aliquod corpus quod facile circumscribi potest, sed aliquando totam urbem dici unum locum, totam villam similiter dici unum locum, praesertim cum Iohannes Evangelista, describens locum crucifixionis dominicae, ait: *Erat in loco ubi crucifixus est Dominus hortus, et in horto monumentum.* Si hortus est in loco et monumentum in horto, constat nimirum et locum esse magnum, et locum esse parvum, etsi adiacentia brevissima locus iure dicitur. Liquet divinam revelationem non dixisse beato Ambrosio tantummodo illud spatium locum quod sanctis degitur corporibus, sed totam illam convallem qua monasterium Sancti Stephani cum suis ecclesiis, claustris, hortis, aedificiis ostendisse, luceque manifestius omnibus patet sanctorum non locum mutare, neque nos supernam revelationem transgredi si ea fideliter alio transferentes aut ibi tanto religiosius venerentur quanto sanctius ut honestius in pace quiescunt. Hac itaque sanctissima et evangelica fortificatus auctoritate dominique Frugerii *d*, venerabilis eiusdem sanctae Bononiensis ecclesiae episcopi, accepta licentia canonicorumque eiusdem sacrae sedis consensu*, vicinorum fere omnium concesso adiutorio et favore, cum sacro ordine monachorum, praemisso ieiunio et oratione, eadem corpora sanctorum quinto nonas martii, anno ab incarnatione Domini millesimo nono decimo, indictione secunda, praedictus domnus Martinus abbas transvexit ad confessionem, quam ipse miro labore, pulcherrimo opere construxit in ecclesia beatissimi Iohannis Baptistae. Ne autem laboriosum aut fastidiosum vel superfluum civibus videretur bis in anno *e* et vicinas sibi praedictorum festivitates colere, discreta providentia praelibati domni Martini abbatis dividere annum studiose curavit, ut sicut sollemniter eorum natalitia pridie nonas novembris * celebrantur, ita et eorum translationes quarto nonas martii *f* devote venerentur ut fere tantum anni exspectaret translatio sanctorum quantum eorum praemittit nativitas ad regna caelorum, cum quibus Christo duce in cis feliciter vivamus in saecula saeculorum. Amen.

B E d e f TRANSLATIO

* cod. consensuum

* cod. decembris: correct. manu poster. novembris

ANNOTATA

a *Cfr. Petracchi,* Della insigne abbaziale basilica di S. Stefano.

b *Iuxta Rabbium, in card. Sigonii* Episc. Bon., *lib. II, p. 399, ille Martinus abbas commendatarius dicitur, eumque referunt Bononienses historici divinitus monitum ut decenter condi martyrum corpora curaret, si divinam indignationem effugere vellet. At cum ante annum circiter 1448, monasterium commendatum non fuerit, nequaquam Martinus hic commendatarius dicendus est.*

c *Nempe Henrici II, qui ab anno 1014 ad 1024 imperii sceptra tenuit.*

d *Frugerius episcopus ab anno 1015 ad 1034 ecclesiam Bononiensem rexit.*

e *Unde apparet saeculo XII celebratum fuisse bis in anno festum* SS. Vitalis *et* Agricolae, *nimirum die 4 et 27 novembris, vel etiam, ut supra notatum est in comm. praev., die 27 novembris et 3 decembris*

f *Cfr. comm. praev. num. 22.*

DE S. DOMNINO

MARTYRE NICAEAE.

TEMPORE INCERTO. J. V. D. G.

De S. Domnino, *quem celebrant laterculi hieronymiani,*

1. *De hoc sancto nihil praeter nomen retentum est, quod tabulae hieronymianae ad praesentem diem referunt :* in Nicaea natalem sancti Domnini. *Ad quae anno 1668 notabat Florentinius, editor vetustioris occidentalis ecclesiae martyrologii, sibi videri* S. Domnini *Nicaeni natalem aliis martyrologiis suo tempore editis ignotum, praeterquam Rabano, qui etiam commemorat* in Nicaea Domninum. *Re quidem vera, omittunt paene universa martyrologia hieronymiana contracta memoriam S. Domnini Nicaeni. Tria, quae post Florentinii aetatem prelo sunt vulgata, scilicet Richenoviense in* Actis Sanctorum *tomo VI Iunii, Bernense et Fuldense, ut videre licet in editione huic tomo praemissa, commemorant hunc sanctum, sub hac formula* in Nicaea Domnini. *In Antverpiensi, Epternacensi aliisque ex eo derivatis laterculis legitur :* Et in Nicaea natalis sancti Domnini. *Augustanum et Labbeanum ferunt :* Caesarii, Domnini, *forsan ex confusione facta cum commemoratione sancti Domnini Caesariensis, qui colitur die sequenti. Auctarium Flori ad martyrologium Bedae, ex codicibus Barberiniano, Vaticano, Tornacensi et San-Cyriacensi etiam recolit* in Nicaea Domninum. *Cum ad haec addiderimus Rosweydi auctarium ad Usuardum sic sonans :* in Italia Domnini martyris, *omnia recensuerimus quae alicubi de* S. Domnino *proferuntur.*

nihil innotuit.

2. *Uti ex his patet, solum nomen unanimi consensu relatum est,* Domnini *videlicet. Locus ubi natus est ad caelestem beatitudinem dubius remanet utrum sit Nicaea, quod videtur magis probabile et a pluribus martyrologiis affirmatur, an oppidum Italiae, quam solus Rosweydus attulit. De martyrio diserte loquuntur tantum codex Bernensis et auctarium Rosweydi; immo notandum est in Bernensi vocem* martyris *esse additamentum Metense.*

DE

A D

DE S. PIERIO PRESBYTERO

ALEXANDRIAE IN AEGYPTO.

SAECULO QUARTO INEUNTE. J. V. D. G.

§ I. De S. Pierii fama apud scriptores ecclesiasticos et vero eius nomine.

S. Pierium *laudant Eusebius,*

1. *Huius haud ignobilis inter primaevos celebris ecclesiae Alexandrinae clericos memoriam laudant imprimis Eusebius, Hieronymus, Philippus Sidetes, Photius et Nicephorus Callistus. In* Historiae ecclesiasticae *libri septimi capite ultimo, agens de viris ecclesiasticis qui sua aetate florebant, haec refert Eusebius :* Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς σπανιωτάτους ἴσμεν γενομένους τῶν μὲν ἐπ' Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρων Πιέριον, Μελέτιον δὲ τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν B ἐπίσκοπον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο, ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένος. Inter eos vero qui proxime ad nostra usque tempora accesserunt, singulares atque eximios viros novimus, Pierium quidem Alexandrinae urbis presbyterum, Meletium vero Ponticarum ecclesiarum episcopum. Ac Pierius quidem spontanea paupertate et philosophicis disciplinis illustris, in sacrarum litterarum contemplatione atque expositione et in ecclesiasticis concionibus apprime exercitatus fuit (1).

Hieronymus,

2. *S. Hieronymus, in retexendo suo* Catalogo virorum illustrium, *non potuit* Pierio *non occurrere: de quo scripsit integrum caput septuagesimum sextum, quod heic recitare iuvat. Ad illum enim textum aliosque veterum scriptorum saepius legentem remittere opus erit.* Pierius, Alexandrinae ecclesiae presbyter, sub Caro et Diocletiano principibus, eo tempore quo eam ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime docuit populos, et in tantam sermonis diversorumque tractatuum, qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes iunior vocaretur. Constat hunc mirae C ἀσκήσεως et appetitorem voluntariae paupertatis fuisse, scientissimum dialecticae et rhetoricae artis, et post persecutionem omne vitae suae tempus Romae fuisse versatum. Huius est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschae habitum ipse sermo demonstrat (2). *Alibi, scribens ad Pammachium epistulam secundam, affert Hieronymus hoc fragmentum brevissimum ex quadam* Pierii *lucubratione in priorem S. Pauli ad Corinthios epistulam :* Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Caesariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc epistulam interpretati sunt : quorum Pierius, cum sensum apostoli ventilaret atque edissereret, et proposuisset illud exponere : *Volo autem omnes esse sicut meipsum,* adiecit : ταῦτα λέγων Παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει (3).

Philippus Sidetes,

3. *In fragmento decerpto ex Philippi Sidetae, qui saeculo V scripsit,* Historia christiana *hodie deperdita* (4), *asseritur* Pierius *tertius post Origenem rexisse scholam catecheticam Alexandrinam :* μετὰ Ὠριγένην, Ἡρακλᾶου, μετὰ τοῦτον, Διονύσιος· μετὰ τοῦτον, Πιέριος, μετὰ Πιέριον, Θεόγνωστος, post Origenem Heraclas, post illum Dionysius, post quem Pierius, post Pierium Theognostus. *Legitur hoc fragmentum in bibliothecae Bodleianae codice Barocciano num. 142* (5), *fol. 216ᵛ, editumque est primum a Dodwello, tamquam appendix ad* Dissertationes in Irenaeum (6). *At quaecumque ex Philippo Sidete ad* Pierium *pertinentia in hoc codice Barocciano prostant minime tradiderat Dodwell.* E *Etenim in excerptis illis quae ad historiam ecclesiasticam spectantia ibidem a fol. 212-224 collecta sunt, haec habentur de* Pierio : Πιέριος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας* κατὰ τοῦτον ἤκμαζε τὸν χρόνον, ἐν δὲ Πόντῳ Μελέτιος ἐπίσκοπος, ἄνδρες εἰς παιδείαν θαυμαστοί, Pierius, presbyter Alexandriae, hoc tempore floruit, in Ponto vero Meletius episcopus, viri ad institutionem mirabiles. *Hucusque sane auctor refert Eusebii quem adduximus locum, sed pergit :* Ὁ δὲ Πιέριος ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸ πάσχα πολὺ ἐνίσταται ὅτι Παῦλος εἶχε γυναῖκα καὶ ταύτην τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἐκκλησίας ἀνέθετο τῇ πρὸς αὐτὴν κοινωνίᾳ ἀποταξάμενος. Pierius in primo sermone eorum qui in Paschate multum insistit in hoc quod Paulo erat uxor, quam Deo propter ecclesiam consecravit, omni cum ea consortio dimisso. *Eadem alibi in codice Barocciano repetita sunt iisdem prorsus verbis in alio excerpto, referente Eusebii citati operis libri tertii capitis trigesimi primi initium. Dein prosequitur praedictus Philippus Sidetes :* ἐνέτυχον δὲ αὐτοῦ καὶ ἑτέροις σπουδάσμασι πλείοσιν ἀναγκαίοις καὶ μάλιστα τῷ περὶ τῆς Θεοτόκου καὶ τῷ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Ὠσηέ. Θεόδωρος δέ τις συνηγορῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γράψας δι' ἐπῶν ἐν τρισκαιδεκάτῳ λόγῳ φησιν, ὅτι καὶ Πιέριος καὶ F Ἰσίδωρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐμαρτύρησαν καὶ ναὸν ἔχουσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μέγιστον. Ἐν δὲ τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Παμφίλου αὐτὸς ὁ Πιέριος πλεῖστα ὠφέλησεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. Occurri istius aliis operibus quae pluribus prodesse valent et praesertim [libello] de Deipara et [commentario] in initium Oseae. Theodorus, causidicus quidam Alexandrinus, qui versibus scripsit, in sermone decimo tertio ait Pierium et Isidorum, fratrem eius, martyrium subiisse, iisque templum dedicatum esse Alexandriae amplissimum. In sermone de vita sancti Pamphili, ipse Pierius plura utilia profert ad divinam scripturam. *Tandem, idem scriptor recitat specimina quaedam interpretationum* Pierii *in sacris litteris. Sunt autem haec :* Φίλιππος· στόμα λαμπάδων. Ἡρωδιάς· ἀπατωμένη. Ἡρώδης· δερματίνη δόξα, κατὰ Πιέριον. Philippus, os lampadum. Herodias, decepta. Herodes, pellicea gloria, secundum Pierium.

Photius

4. *Varia haec excerpta nuperrime edidit cl. vir C. de Boor, quae singula coniecit, immo haud*

* cod. Ἀντιοχείας.

(1) In edit. Hugonis Laemmer, Scaphusiae, 1862, pp. 601-2. — (2) P. L., tom. XXII, col. 521. — (3) P. L., tom. XXIII, col. 685. — (4) Cfr. Fabricius, *Bibl. gr.*, tom. VII, p. 418-19 ; tom. X, p. 691. — (5) *Catal. cod. mss. bibl. Bodl.*, part. I, p. 242. — (6) Pp. 488-514. Cfr. de Boor, *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, tom. VI, p. 487 ; *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur*, tom. V, p. 167.

spernendis

A *spernendis argumentis evicit particulas esse operis Philippi Sidetae* (1), *cui titulum* Χριστιανικὴ ἱστορία *praefixum fuisse testatur Photius in* Bibliothecae *suae codice XXXV* (2). *Idem Photius in suo* Myrobiblio *profitetur a se relecta fuisse* S. Pierii *opera quaeque recenset et de quibus iudicium aperit, adiecto de vitae curriculo brevi compendio in codicibus CXVIII et CXIX* (3). *Hunc Photii locum, simul cum Andreae Schotti interpretatione latina, hic subiungimus.*

AUCTORE J. V. D. G.

ΡΙΘʹ.

Πιερίου πρεσβυτέρου λόγοι διάφοροι.

Ἀνεγνώσθη Πιερίου πρεσβυτέρου ὃν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίσασθαί φασιν ἀγῶνα, Παμφίλου τε τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων καὶ τοῦ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. Λόγους δὲ τὸ βιβλίον περιεῖχε ιβʹ. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ λαμπρὸς καὶ ὥσπερ ῥέων τῷ λόγῳ, μηδέν τε ἐπιμελὲς ἐνδεικνύμενος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοσχεδίου ὁμαλῶς τε καὶ λείως καὶ ἠρέμα φερόμενος, τοῖς δὲ ἐνθυμήμασιν, εἴπερ τις ἄλλος γονιμώτατος. Πολλὰ δὲ ἔξω τῶν νῦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθεστηκότων, ἀρχαιοτρόπως ἴσως, ἀποφαίνεται· ἀλλὰ περὶ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εὐσεβῶς πρεσβεύει, πλὴν ὅτι
B οὐσίας δύο καὶ φύσεις δύο λέγει τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ὀνόματι, ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν ἑπομένων καὶ προηγουμένων τοῦ χωρίου, ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχ ὡς οἱ Ἀρείῳ προσανακείμενοι, χρώμενος. Περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς λίαν καὶ δυσσεβῶς δογματίζει· ὑποβεβηκέναι γὰρ αὐτὸ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀποφάσκει δόξης. Ἔχει δὲ χρῆσιν εἰς τὸν λόγον οὗ ἐπιγραφὴ " εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ,, δι' ἧς ἔστι παριστᾶν ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ καὶ ἡ ἀτιμία τοῦ πρωτοτύπου ἐστὶ τιμὴ ἢ πάλιν ἀτιμία. Ὑπαίνιττεται δὲ οὗτος, κατὰ τὸν Ὠριγένους ὕθλον, καὶ προΰπαρξιν ψυχῶν. Ἔχει δὲ καὶ ἐν τῷ εἰς πάσχα καὶ τὸν Ὠσηὲ λόγῳ περί τε τῶν ποιηθέντων χερουβὶμ τῷ Μωυσεῖ καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ στήλης, ἐν οἷς τὴν μὲν ποίησιν αὐτῶν ὁμολογεῖ, οἰκονομίας δὲ λόγῳ συγχωρηθῆναι ματαιολογεῖ, ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερον ἦσαν, ὡς ἕτερον τὰ γεγενημένα, οὐδὲ τύπον ἄλλον ἔφερε μορφῆς, ἀλλὰ μόνον πτερύγων κενολογεῖ φέρειν αὐτὰ σχῆμα.

Οὗτος ὁ Πιέριος πρεσβύτερος ἦν τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησίας Θεωνᾶ τηνικαῦτα ταύτης ἀρχιερατεύοντος, ἡνίκα Κάρος καὶ Διοκλητιανὸς τὰ
C Ῥωμαίων σκῆπτρα ἔφερον. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον δ' αὐτὸν ἐλάσαι λέγουσι φιλοπονίας καὶ εὐφυΐας καὶ τῆς ἐν πλήθεσιν ὁμιλίας τέρψιν παρέχειν σὺν ὠφελείᾳ, ὥστε καὶ νέον ὀνομασθῆναι Ὠριγένην· ἦν γὰρ τότε ἐν τοῖς ἀξιολογωτάτοις Ὠριγένης. Διαλεκτικὴν δὲ καὶ ῥητορικὴν αὐτὸν φασιν ἀσκηθῆναι, καὶ ἐγκρατείας δὲ καὶ ἑκουσίου πτωχείας ἐραστὴν γενέσθαι. Καὶ οἱ μὲν αὐτὸν καὶ μαρτυρίῳ τὸν βίον τελειῶσαι, οἱ δὲ μετὰ τὸν διωγμὸν τὸν ὑπόλοιπον τοῦ ζῆν χρόνον ἐν Ῥώμῃ διαγεγονέναι.

CXIX.

PIERII PRESBYTERI SCRIPTORUM LIBRI XII.

Lectum est Pierii presbyteri (quem una cum Isidoro fratre germano martyrii pro Christi nomine certamen subiisse, Pamphili quoque martyris in sacrarum litterarum studio doctorem, atque Alexandrinae scholae praefectum fuisse ferunt) volumen librorum duodecim. Stilus illi clarus ac perspicuus et quasi sponte fluens, nihil exquisitum prae se fert, sed velut ex tempore fusus, placide ac leniter sensimque decurrit. Enthymematis autem, si quis alius, maxime abundat. Plurima quoque praeter ea quae in Ecclesia hodie obtinent, veteri fortassis more, tradit. De Patre tamen et Filio pie credit, nisi quod substantias duas, totidemque naturas esse E dicit : substantiae et naturae nomine (quantum ex iis quae hunc locum antecedunt et consequuntur, colligitur) pro hypostasi usus; non ita vero ut qui Ario adhaerent. Verumtamen de Spiritu sancto periculose nimis atque parum pie docet, dum hunc inferioris esse gloriae, quam sit Pater et Filius, affirmat. Habet item testimonium quoddam in eo libro qui inscribitur " in Evangelium Lucae ,, ex quo demonstrare licet, imaginis honorem et irreverentiam prototypi esse honorem sive irreverentiam. Obscurius deinde etiam hic, secundum Origenis nugas, indicat animas praeexistere. In eo vero libro, quem in Pascha et Oseam prophetam scripsit, agit quoque de cherubim a Mose factis, et de Iacobi lapide, ubi factos quidem illos fatetur, ut divinae tantum providentiae ratione fuisse concessos nugatur : quasi aut nihil fuerint, aut aliud quidpiam fuerint, aut aliud [saltem illa fuerint] quae facta sunt. Neque enim [inquit] vestigium aliud praeferebant alicuius formae, sed illarum dumtaxat speciem fabulatur illos ferre.

Hic Pierius presbyter fuit ecclesiae Alexandrinae, cum Theonas illi patriarcha praeesset, F Carusque ac Diocletianus Romanum tenerent imperium. Quem eo assiduus labor atque ingenii felicitas provexit, cum magnam insuper non absque utilitate voluptatem in suis ad plebem concionibus afferret, ut Origenes alter cognominaretur: erat quippe tunc eorum in numero, qui maximo in pretio haberentur, Origenes. Addunt in dialecticis atque rhetoricis versatum, temperantiae quoque et ultro susceptae paupertatis amatorem fuisse. Nec desunt qui eum martyrio vitam finisse tradant, etsi alii post persecutionem reliquum vitae Romae transegisse malint.

Ut legenti iam patuit, desumpta est fere ad verbum haec ulterior pars praeconii Photiani de S. Pierio *ex Hieronymi modo recitato loco. Quae de suo penu deprompta enuntiavit Photius in prima parte, mox discutiemus, eaque pluries retractare necessitas coget.*

et Nicephorus Callistus.

5. *Eusebium, deinde Hieronymum presso vestigio secutus, haec de* S. Pierio *narrat Nicephorus Callistus in* Ecclesiasticae Historiae *libri sexti capite trigesimo quinto :* Ἐπὶ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου Πιέριος ἐπίσημος ἦν, πρεσβύτερος μὲν τὴν ἀξίαν, ἀκτησίᾳ δὲ βίου καὶ τῇ καθ' Ἕλληνας παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ δεδοκιμασμένος· ταῖς γε μὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδαῖς, καὶ ταῖς ἐν κοινῷ διαλέξεσι καὶ ἐξηγήσεσιν, ὑπερφυῶς θαυμαζόμενος · Θεωνᾶ δὲ τῇ ἐπισκοπῇ διαπρέποντος Ἀλεξάνδρου. Alexandriae vero clarus fuit et celebris Pierius presbyter dignitate, et cum divitiarum contemptu, philosophiaeque et graecarum disciplinarum scientia, tum sacrarum

(1) *Texte und Untersuchungen*, tom. V, p. 171-74. — (2) P. G., tom. CIII, col. 68. — (3) Ibid., col. 398-402.

AUCTORE J. V. D. G.

sacrarum Litterarum studio et peritia, publicisque scripturae enarrationibus et disputationibus admirationem omnium meritus. Episcopatum ibi tum administravit Theonas (1).

De quo multa moventur dubia,

6. *Et haec sunt, pauca sane et subobscura, unica documenta quae de* S. Pierio *ad nos transmisit veterum scriptorum traditio. Restat ut multorum eruditorum virorum, qui ex hisce textibus* S. Pierii *fata perspicere conati sunt, sententias diversas et plerumque discrepantes ad trutinam revocemus. Nam si convenit inter omnes eum fuisse ecclesiae Alexandrinae presbyterum, in eaque saeculo tertio et quarto eminuisse, tum virtute in ascetica agendi ratione et voluntaria paupertate, tum scientia profana, quippe qui philosophiae et graecarum disciplinarum peritissimus et sermone valde exercitatus, tum eruditione sacra, ut qui populum florentissime doceret et divinarum scripturarum contemplator et interpres sagax nimis esset, ad cetera omnia quod spectat, tempus quo ortus sit et obierit, munera quibus functus sit, libros quos conscripserit, quin et doctrinam quam tenuerit et fidei quam profiteretur rectitudinem et puritatem, haec omnia in dubio* B *remanent, quoniam a diversis in varias partes declinatum est.*

etiam de ipso nomine.

7. *Iam de ipso* Pierii *nomine oritur diversitas, quod duplici vestitum forma ad nos usque prodiit; plerumque* Pierius *vocatus, non raro tamen* Hierius *denominatus est. Ceteras lectiones, puta* Herium, Gerium, Hiereum, Hyreum, Hyereum, *immo et* Irenaeum *missas facimus, merae librariorum oscitantiae vitio vertendas. Si martyrologiorum et kalendariorum usui standum est,* Hierii *nomen anteponatur oportet, utpote hoc modo fere ab omnibus exscriptum. Ita enim in* Martyrologio romano parvo, *apud Bedam in auctariis, necnon apud Adonem et Usuardum, si tamen excipias Molani editionem* (2), *in martyrologio Fuldensi et Brundisino, quin et apud Rufinum, non* Pierium, *sed* Hierium *vocari rettulit Valesius* (3). *Ast notat, in editione sua Rufiniana, Frater Petrus Thomas Cacciari a Bononia* (4), *licet in pluribus codicibus manuscriptis, immo et in vulgatis Rhenanis, legatur* Hierius, *in aliis tamen quibusdam editis, quemadmodum et in duobus Vaticanis exemplaribus, expresse scribi* Pierium : *unde iterum apparet error librariis potius quam Rufino adscribendus.* C *Iam vero ista Rufini lectione ad meliorum codicum fidem sic expurgata, deserenda est proinde etiam scribendi forma quae invasit martyrologia superius relata, siquidem singula suam de sancto presbytero Alexandrino mentionem hauserunt ex Rufino ; quod suo loco cum Sollerio nostro* (5) *ostendemus in* S. Pierii *cultus origines indagaturi. Quare, relicta quam Baronius in* Martyrologio romano *depravatam vocat* Hierii *forma,* Pierii *prorsus nomine signandum putamus sanctum nostrum, prout censent omnes viri docti, quodque animadvertit etiam Georgius Dominicus in edito a se martyrologio Adonis* (6).

Quaestiones solvendae de S. Pierio,

8. *Hac lite de* Pierii *nomine composita, iam aggredimur discutiendas tenebras quibus tota vita eiusque res gestae obnubilatae sunt. Quem in finem hasce praecipue solvemus quaestiones: 1º Quid sentiendum de opinione quae* S. Pierio *tribuit locum inter catechetas celebris scholae Alexandrinae, et quo temporis intervallo functus est hoc munere ? 2º Estne admittendum* S. Pierium *martyrio mortem oppetiisse ? 3º Quaenam sunt eius opera litteraria ? 4º Quodnam iudicium ferendum de horum librorum orthodoxia ?*

§ II. De S. Pierii magisterio catechetico in schola Alexandrina.

Recensitis opinionibus de S. Pierii *munere catechetico,*

9. Pierium *titulo tum presbyteri tum catechetae Alexandrini insignire non dubitavit Fabricius cum de eo ageret in* Bibliotheca graeca (7). *Et sanctum virum reipsa catechumenis instruendis praefectum fuisse censent praeterea iam citatus Dodwell,* E *qui in lucem edidit fragmentum Sidetanum* (8), *Care* (9), *Ceillier* (10), *Dupin* (11), *Guerike* (12), *et inter recentiores, eruditissimi viri Stokes* (13). *Moehler* (14) *et Ludovicus Duchesne* (15). *Contradicunt vero Lardner* (16), *Tillemont* (17), *Schroeckhius* (18) *et Keil* (19). *Ancipites remanent diversas sententias rettulisse contenti Cacciarius* (20) *et Routh* (21). *Sed non adeo numerandi sunt scriptores quam pendendae rationes quibus nititur eorum iudicium.*

inquiritur de auctoritate illud asserentium, praesertim Photii,

10. *Iam vero qui relegerit varios textus initio huius lucubrationis allatos ut ex iis perspiciat quid sentiant veteres scriptores de praefectura* Pierii *in schola Alexandrina, is sane vel primo intuitu persuasum habebit duos tantum inter illos disertis verbis hoc munus affirmare de* S. Pierio, *nempe Philippum Sidetem et Photium. Ceteri tacent, non tamen contradicentes aperte, immo, quod suo tempore notabimus, talia proferunt quae a munere catechetico non adeo abhorrent ut ea in suam sententiam interpretari potuerint qui patrocinantur praefecturae* S. Pierii. *At, istis in praesenti omissis, inquiramus quamnam fidem mereantur Philippus Sidetes et Photius. Ad Photium quod spectat, notandum est cum Keilio* (22) *eum circa totam hanc rem* F *propriam sententiam minus enuntiare, quam aliorum narratione acceptam tradere. Esto eum in codice CXVIII aperte scribere :* ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὐτὸς προεστηκὼς διδασκαλείου, Pamphili praeceptor Pierius fuit, ipse quoque scholae Alexandrinae magister (23), *attamen in codice CXIX merum agit traditionum relatorem :* φασὶν καὶ τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου, Alexandrinae scholae praefecturam gessisse ferunt (24). *Proinde, quoniam Photius non proprio nomine testimonium profert, videtur assentiendum esse Keilio asserenti, ad*

(1) P. G., tom. CXLV, col. 1199-1202. — (2) Lovanii, 1568. — (3) *Annotationes in Hist. eccl. Euseb. Caesar.*, p. 160. — (4) Tom. I, p. 455. — (5) *Martyrologium Usuardi*, Antverpiae, 1714, p. 650. — (6) Romae, 1744. Part. prima, p. 563. — (7) Ed. altera, tom. VII, p. 301. — (8) Loc. cit., p. 508. — (9) *Script. eccl. hist. litter.*, p. 94. — (10) *Histoire générale des auteurs sacrés ecclésiastiques*, tom. III, p. 348. — (11) *Nouvelle bibliothèque des auteurs ecclésiastiques*, tom. I, p. 195. — (12) *De schola quae Alexandriae floruit catechetica commentatio historica et theologica*, part. I, pp. 74, 75. — (13) In *A Dictionary of christian Biography*, tom. IV, p. 396. — (14) *La Patrologie*, tom. II, p. 228. — (15) *Les Origines chrétiennes*, edit. altera, part. II, p. 370. — (16) *Glaubwürdigkeit der evangelische Geschichte*, part. II, lib. 1, cap. 24, tom. III, p. 173. — (17) *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique des six premiers siècles*. Paris, 1701, tom. IV, p. 583. — (18) *Christliche Kirchengeschichte*, tom. IV, p. 425. — (19) Fabricii *Bibl. graeca*, edit. alt., tom. VII, p. 301, nota 53. — (20) *Ecclesiast. Hist. Euseb. Pamph. libri novem*, tom. I, pp. 455, 456. — (21) *Reliquiae sacrae*, tom. III, pp. 207, 208. — (22) Apud Fabric., *Bibl. graec.*, tom. VII, p. 301, not. 53. — (23) P. G., tom. CIII, col. 397-8. — (24) Ibid., col. 399, 400.

Fabricii

AUCTORE J. V. D. G.

A *Fabricii supra memoratum locum* (1). Pierium *praefuisse catechetarum scholae, niti solo Philippi Sidetae testimonio.*

et Philippi Sidetae, de cuius auctoritate

10. *Cui sane maximam auctoritatem vindicavit Dodwell* (2), *eo nempe amore abreptus quo flagrant in rem inventam quotquot novi aliquid e codicum latebris eruerint. Se* vero tot novorum testem *minime* fabulatorem aliquem *producere exclamabat,* aut recentioris aevi monachum, *sed testem omni exceptione maiorem, qui quaecumque narrat* accepit ipse a Rhodone *Alexandrino. Iam vero, ita pergit Dodwell, is* tot Alexandrina recte scire potuit quae coaevum latuerint Hieronymum; *immo fide praestantior habendus est Rhodo* quam ipse est habendus Eusebius. *Haec ille. Ad quae ante omnia illud notatum volumus nequaquam recitari in loco allato ipsius Philippi Sidetae verba, at ea fuisse relata ad mentem alicuius ignoti excerptoris, quem codicis Barocciani librarius Nicephorum Callistum fuisse significat, cum in margine folii 212ʳ huius codicis 142 hanc notam scribit:* ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ ξανθοπούλου, ad vocem Nicephori Callisti Xanthopuli. *Quin* B *etiam titulum quem edito textui praefixerat Dodwell* (3), *nimirum :* ὡς *(non autem* καί) φησι Φίλιππος ὁ Σίδης *(non* Σιδητής) ἐν λόγῳ κδ', ut ait Philippus Sidetes in capite 24, *ostendit nuper C. de Boor nullatenus praemittendum esse elencho praefectorum scholae Alexandrinae, subiungendum autem esse excerpto quod antecedit* (4). *Attamen, etiam hoc a loco nostro avulso titulo, quoniam in ipso textu quater inserta est Philippi mentio, non deest ratio cur ex isto ceu fonte promanaverit fragmentum a Dodwello traditum de scholae Alexandrinae successione. Legimus enim ibi :* φησὶν ὁ Φίλιππος, ... κατὰ μὲν Φίλιππον... κατὰ Φίλιππον, *et praesertim attendenda sunt ultima excerpti verba quibus refertur Rhodo post Didymum, Philippi temporibus, scholam catechetarum Siden transtulisse :* ὃς καὶ μετήγαγε κατὰ Φίλιππον τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῇ Σίδῃ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. Τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος φησιν καὶ πλεῖστα μαρτυρεῖ περὶ εἰδήσεως λόγων, τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν ἔξωθεν. *Scilicet nulla est ratio suspicandi non recte nobis tradita fuisse haec omnia ad mentem Philippi, licet ex prolatis documentis non appareat nos prae manibus habere ipsum Phi-* C *lippi testimonium.*

dubium moretur propter contradictiones

11. *Cui tamen testimonio non eam, quam modo requirentem audiebamus Dodwell, adnectere auctoritatem velim. Utique Philippus probe accipere valuit, utpote qui, ut docemur ex fragmento, Rhodonis discipulus exstitit, ab eius ore seriem catechetarum, quorum Rhodo, et ipse praefectus saeculo IV exeunte, partim, recentissimorum nempe, recordari, partim, reliquorum scilicet, ex ecclesiae suae monumentis publicis, notitiam haurire potuit. Idcirco* per se *Philippi auctoritas haud videtur neglegenda. At multa contradicunt, quae quominus Philippo plene fidamus vetant. Primum illud est quod in symbolo catechetarum, qui in codice Barocciano rubricatis litteris exaratus pone sequitur ipsum Philippi fragmentum, diverso ordine traduntur praefecti ab illo quo sibi invicem succedunt in textu. Hic enim haec est series : Athenagoras, Clemens, Pantaenus, Origenes, Heraclas, Dionysius, et ceteri; ibi autem est illa : Athenagoras, Pantaenus, Origenes, Heraclas, Dionysius, Clemens, et reliqui. Num igitur textui qui sibimetipsi non adeo constat prorsus confidere licet? Illud praeiudicium e medio se sustulisse existimant Dodwell* (5) *et Guerike* (6) *ex eo quod subscriptio de qua agitur* litteris miniatis concepta est, ideoque librario potius quam vel auctori vel excerptori videtur imputanda. *Sed cl. C. de Boor* (7), *qui textum Baroccianum diligentissimae disquisitioni denuo submisit, falsam denuntiavit hanc Dodwelli et Guerikii conclusionem, minimeque dubitandum esse ait litteras miniatas ex ipsius excerptoris manu prodiisse, siquidem codicis librario haud insuetum est tum lineas integras tum singula verba hinc inde rubro atramento exscribere.*

et errores.

12. *Praeterquam quod Philippus sibi contradicit, bis in eodem documento erravit, primo cum asserit Athenagoram imperantibus Hadriano et Antonino Pio floruisse et ad eos sermonem suum apologeticum dixisse. Etenim in omnibus codicibus hunc exhibentibus, si Bodleianus excipitur,* E *testatur inscriptio apologiam M. Aurelio Antonino et L. Aurelio Commodo dicatam esse, et quicquid, ut Philippum ab hoc errore immunem faciat, astruit Dodwell* (8) *est, ipso Guerike fatente* (9), *aequo audacius dictum. Iterum Philippus Sidetes in manifestum errorem impegit, ubi Pantaenum Clementis discipulum praedicavit. Nec placet iterum longa controversia quam Dodwell movet ad ostendendum Clementi Pantaenum successisse* (10), *quoniam unanimis veterum scriptorum consensus contrarium docet, quos recensos invenerit apud Guerike qui rem in praesenti omittendam penitius scrutari voluerit* (11). *Tandem prae oculis habendum nec Socratem* (12), *nec Photium* (13) *magni facere Philippum, cuius quidem veracitatem non suspicantur, sed quem inaccuratae potius et prolixae nimis eruditionis insimulant. Namque* ordinem vero temporum quibus res gerebantur ab eo confusum esse *non dubitat affirmare Socrates. Nihilominus cl. vir de Boor, qui septem nova Philippi fragmenta nuper invenit, de quibus longe lateque disseruit* (14), *in istis nullum se errorem deprehendisse professus est. Quapropter omnibus rite perpensis, talis de fide Philippo facienda statuatur oportet norma quam sapienter enuntiavit Guerike* (15) *hisce verbis :* F Quae cum ita sint, equidem, quamvis saepius, quando ceteri tacent, ad Philippum et ad veri tantummodo similia refugiendum sit, nonnisi tum demum in fragmenti illius auctoritate secure niti ausim, cum alius historiae ecclesiasticae auctor vel idem quod fragmentum dicit, vel certe id, quod fragmentum refert, verisimile reddit.

non tamen propter Eusebii

13. *Quid, si haec regula* Pierio *fuerit applicata? Nullus auctor ecclesiasticus Philippo consentit in astruenda* Pierii *praefectura, immo quominus Philippo Sidetae assentiantur, exinde maxime moventur aliqui quod de munere catechetico* S. Pierii *alte silent tum Eusebius, tum Hieronymus. Profecto, ut vidimus, Eusebius accenset* Pierium *eximiis sui temporis viris, nullumque ipsi confert titulum cum tantum eum vocet unum* ex presbyteris Alexandrinis. *Hieronymus pariter non alius cuius-*

(1) Loc. cit. — (2) *Dissert. ad Iren.*, p. 491. — (3) Ibid., p. 488. — (4) *Zeitschr. für Kirchengesch.*, tom. VI, p. 487, not. 1; *Texte und Untersuchungen*, tom. V, p. 184. — (5) Loc. cit., p. 490. — (6) *De schola quae Alexandriae floruit catechetica commentatio historica et theologica*, part. I, p. 5. — (7) *Zeitschr. für Kirchengesch.*, tom. VI, p. 287. — (8) Loc. cit., pp. 494, 495. — (9) Op. cit., p. 6. — (10) Loc. cit., p. 501-6. — (11) Loc. cit., p. 24. — (12) *Hist. eccl.*, lib. VII, c. 27 : P. G., tom. LXVII, col. 800. — (13) P. G., tom. CIII, col. 67. — (14) *Texte und Untersuchungen*, tom. V, pp. 171-82. — (15) Loc. cit., p. 7.

AUCTORE J. V. D. G.

dam meminit muneris praeter presbyteratus. Ex eorum silentio praesertim moventur Lardnerus, Cacciarius et Keilius qui dubitent utrum Pierius Alexandrinae catecheticae scholae praefecturam gesserit, an solummodo in ea contionatorem egerit. Re quidem vera primum intuenti mirum videri potest, Eusebium et Hieronymum qui alia multa in litterariam et ecclesiasticam laudem Pierii congerunt, de eius munere catechetico omnino tacere. Sed apposite valde suggerit Dodwell (1) Eusebium, quamvis non expresse loquatur, talia tamen de S. Pierio proferre verba quae cum catechistae munere apprime conveniant. Ait enim Eusebius illum fuisse philosophicis disciplinis inlustrem et sacrarum litterarum contemplatione atque expositione et in ecclesiasticis contionibus apprime exercitatum, ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένον (2). Iam vero illas ecclesiasticas contiones, ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεις, ad scholarum doctores praefectosque pertinere se satis ostendisse profitetur Dodwell, contendens, pro temporum illorum usu loquendi, διαλέξεις esse praeceptorum ad discipulos sermones, eosque ore tenus plerumque prolatos potius quam scripturae mandatos (3). Quod quidem ex ipsa lingua Eusebiana confirmari valet, nam talem sensum apud eum haud raro prae se ferre verbum διαλέξις eruitur tum ex Historiae ecclesiasticae libri V capite 26, ubi docemur Irenaeum scripsisse καὶ βιβλίον τι διαλέξεων διαφόρων, quam vocem dialogos interpretatur Rufinus, tum ex eiusdem operis libri VI capite 19, ubi διαλέγεσθαι est contionari in ecclesia, tum ex capite 36, in quo Origenis homiliae in Psalmos vocantur διαλέξεις. Praeterea silentis Eusebii haec ratio dari potest haud absona, nimirum eum, in loco ubi Pierium adducit, non agere nisi de rebus sub Diocletiano peractis; at inter omnes constat S. Pierium prius muneri suo catechetico, si quidem illud obierit, renuntiasse quam regnare coepit Diocletianus. Insuper Eusebius non iste est ut supra modum commoveamur si quid praetermiserit, quoniam minime dicendus est exhaurire res omnes a se tractatas, et ad scholam Alexandrinam quod attinet, post Dionysium nullius alius praefecti istius institutionis catecheticae nomen nobis transmisit.

aut Hieronymi silentium infirmatur,

14. Itidem Hieronymus, etsi non expresse denominat Pierium catechetam Alexandrinum, talia de ipso narrat quae illud potius videntur insinuare nedum repugnent tali muneri. Is enim scribit Pierium florentissime docuisse populos, et in tantam sermonis venisse elegantiam, ut Origenes iunior vocaretur (4). Quod ita interpretatur Dodwell non alia de causa fuisse dictum, nisi quia Pierius exstiterit Origeni in eodem munere successor (5). Hominem enim illius aevi, ut animadvertit Guerike (6), atque Alexandriae doctissimum eumque Origenem iuniorem vocatum, ne docuisse quidem in schola Origeniana veri videtur dissimile. Argumentum alterum ex Hieronymo peti potest quia tradit presbyterum Alexandrinum scientissimum exstitisse dialecticae et rhetoricae artis, quoniam scholae catecheticae magistros frequentissime harum doctrinarum laudibus emicuisse Dodwell se compertum habere opinatur (7).

per Photii vero testimonium roboratur.

15. Recitavimus superius Photii testimonium, quod flocci facere videtur Keilius, propterea quod Photius hoc non proprio nomine proponat, sed tamquam aliorum dicta referens. At Dodwell magnopere insistit in verbis Photii; immo vocem φασὶν quae Keilio suspicionem inicit omnino monet attendendam, quia ex hac colligere datur a Philippo Sidete potius quam ex Eusebio didicisse Photium quae profert. Etenim, si Eusebii, scriptoris S. Pierio coaevi, testimonio niteretur Photius, eodem modo hanc praefecturam tradidisset quo et cetera quae pendebant ex eodem Eusebii testimonio de suo etiam saeculo scribentis. At vox φασὶν traditionem potius sapit e seniorum memoria repetitam, quamque coniicitur haud immerito, ut supra dictum est, Philippus Sidetes accepisse a Rhodone Alexandrino, qui a S. Pierii obitu una tantum generatione remotus est, proin testis haud spernendus quique Eusebii silentium compensare valeat. Quin ex codicum ordine, ut prostant in Myriobiblio, constare putat praelector Cambdenianus antea visam fuisse a Photio Philippi Historiam christianam quam S. Pierii opera. Re quidem vera, scripta Philippi recensentur in codice XXXV, opera autem Pierii in codice CXIX, et testatur Photius hoc ordine singula sibi argumenta succedere quo eadem haec memoria praeoccupavit (8). Attamen nolim quisquam rationum adhuc duobus numeris superioribus allatarum vim et pondus sibi exaggeret. Non sane diffitendum ex illis, praesertim si simul sumantur, exsurgere aliquid argumenti ad suadendam S. Pierii praefecturam in schola Alexandrina. At, meo iudicio, strictam demonstrationem minime efficiunt.

Difficultas chronologica exponitur,

16. Sed gravior difficultas prodiit. Scilicet, ut sententiam dubitantem, immo et negantem, circa praefecturam S. Pierii amplecteretur Tillemont (9), Photii assertis se nequaquam fidere posse professus, hanc rationem dabat quia neque ante neque post persecutionem Diocletiani potuit Pierius hoc officio fungi. Non ante, siquidem Eusebius locutus simul de Pierio et de Achilla, hunc tantum hoc munus exercuisse commemorat, de illo prorsus tacens; neque post, docente Hieronymo post persecutionem Pierium reliquum vitae tempus Romae transegisse. Ut haec quaestio integre discutiatur, statum controversiae breviter exponamus oportet. Et primo quidem de tempore quo praelaturam scholae occupaverit, docet Hieronymus Pierium, Alexandrinae ecclesiae presbyterum, sub Caro et Diocletiano principibus, populos, eo tempore quo eandem ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime docuisse (10). Carus vero coepit regnare anno 282, Diocletianus autem anno 284; et iuxta Baronium, Theonas episcopatum gessit ab anno 285 ad 300 (11), dum Pagius eundem dicit iam anno 282 solium Alexandrinum conscendisse. Ex quibus concludit Dodwell (12) nec ante annum 282 aerae vulgaris, quo regnum cepit Carus, nec post annum 300, quo defunctus est Theonas, scholam catecheticam regere potuisse S. Pierium. Sed, his temporum statutis terminis, iam magnus erit admittendus hiatus successionis in schola Alexandrina, nimirum ab anno 247, quo episcopus renuntiatus Dionysius scholae curam abdicavit, usque ad annum 282 quo pedum pastorale accepit Theonas. Etiamsi detur, quod fieri potuit, in scholae cura, una cum episcopatu, perseverasse Dionysium, nihilominus scholam vacasse necesse erit ab anno 265, quo defunctus est Dionysius successitque Maximus, usque ad annum 282. Nam scholam et episcopatum tenuisse Maximum non est existimandum, silentibus Eusebio et

(1) Loc. cit., 508-9. — (2) Lib. VIII, cap. 32. — (3) Loc. cit., p. 451-3. — (4) P. L., tom. XXII, col. 521. — (5) Loc. cit., p. 509. — (6) Loc. cit., p. 75. — (7) Loc. cit., p. 609. — (8) P. G., tom. CIII, col. 43. — (9) Loc. cit. — (10) P. L., tom. XXIII, col. 685. — (11) Annal. eccl., anno 285, § XVI. — (12) Annotationes in Eusebii eccl. hist. librum VII, p. 160. Ed. Mogunt. 1672.

Philippo

AUCTORE J. V. D. G.

A *Philippo de munere catechetico Maximi, qui ceteroqui nullo tempore, eo etiam quo non fuerit episcopus, catechistam egit.*

cum Pierius *nec ante annum 247 nec post 300, munus catecheticum exercere potuerit.*

17. *Praeterea certe munus illud vix administrare potuit* S. Pierius *ab anno 247, quo Dionysius episcopus est renuntiatus, si verum est quod tradit Hieronymus,* eum post persecutionem omne vitae suae tempus Romae versatum esse, *eo vel magis quod plane indicare videatur, diu post persecutionem superstitem fuisse* S. Pierium. *Sitne tamen Valesio adstipulandum, qui* Pierium *usque ad Constantini tempora vixisse autumat, non liquet. Sed inquirendum de quanam persecutione fiat sermo apud Hieronymum. Si damus agi de Romana, quae omnium brevissima fuit, decennali nempe, ita etiam diutius post annum 305, quo purpuram deposuit Maximianus Herculius, oportet superfuisse* S. Pierium. *Immo, cum annus iste 305 fluat quinquagesimus octavus a Dionysio facto episcopo Alexandrino, iuvenis nimis fuerit* Pierius, *cum sedem episcopalem adipisceretur Dionysius, ac proinde hanc obtinente Dionysio, nequaquam praefuerit scholae Alexandrinae. Si autem de fine per-* B *secutionis orientalis, nimirum de anno 312, Hieronymum intellegamus, superasse tunc adulescentiam vix potuit* Pierius, *non igitur magister habendus, sed discipulis potius annumerandus.*

At vel anno 265 regimen scholae accipere valuit,

18. *Quo igitur modo solvenda difficultas? Hanc enodat Dodwellus nisus fragmento Philippi Sidetae, cui si credendum, praesertim qui Rhodonis supparis aevi referat commentum, duo censendi sunt praefecti scholae successisse* S. Pierio *ante Petrum martyrem, nempe Theognostus et Serapion. Scilicet cohaerebunt omnia, si dicatur Dionysius etiam episcopus scholam rexisse, dum vixerit; defuncto autem Dionysio, anno 265, successisse, non in sede, sed in schola* S. Pierium, *ut diserte docet Philippus Sidetes et successorem habuisse, anno 282, Theognostum, eodem illo anno inaugurati Cari, quo Hieronymus* S. Pierium *coepisse credit. Sane hoc modo prorsus reicitur Hieronymi chronologia : quod minime reformidandum esse notat Dodwell, cui Rhodo, ex quo hausit Philippus Sidetes, testis videtur in rebus Alexandrinis, quia ipse Alexandrinus, Hieronymo fide dignior. Idque vel eo magis quod et aliud praebet incommodum chronotaxis Hieronymiana, quia nempe hiatum veri* C *plane dissimilem inducit in successione scholae Alexandrinae, ab anno videlicet 247, ut supra fuit monitum, ad annum 285. Quam tamen solutionem Dodwelli paulo audaciorem existimat Guerike* (1), *quippe cui non placet Hieronymum tam crassi erroris insimulare qui Theognostum cum* Pierio *commutasset. At immerito; nam similem mendam alibi non effugit Hieronymus cum antea doceat, de eadem schola Alexandrina agens* (2), *sub Severo et Antonino floruisse Pantaenum, cui nonnisi sub Commodo scholae catecheticae cura commissa est.*

nec obstat eum sub Diocletiano perseverasse in docendo populo,

19. *Qui Hieronymum de* Pierio *non errasse contendunt, sequentem proponunt interpretationem. Nimirum eius verba* sub Caro et Diocletiano principibus populos docuisse Pierium eo tempore quo eandem ecclesiam Theonas episcopus regebat, *minime pertinere ad ministerium catecheticum opinantur, neque legendum* : sub Caro et Diocletiano principibus..... florentissime docuit populum, *sed tempus istud referendum ad munus presbyteratus, ita ut hic sit loci citati sensus :* Pierius, qui sub Cari et Diocletiani imperio Theonaeque episcopatu presbyter fuit, florentissime docuit populum (3). *Scilicet, secundum aliquos auctores, locus Hieronymi modo allatus diversam ab illa quae solet tradi patitur interpretationem. Etenim nihil aliud intendit Hieronymus nisi* Pierium *sub Caro et Diocletiano populos erudivisse. Quae verba, utrum de munere catechetico, an potius de ordinariis contionandi ad populum officiis intellegenda sint in dubio remanet, licet Cave posteriorem opinionem amplectatur, cum Eusebius* Pierium *sub Theona episcopo, presbyterali honore decoratum, Alexandriae claruisse scribat.*

nec Achillam et Arium praefuisse scholae,

20. *Altera est difficultas sat gravis, illa nimirum quae inde oritur quod Eusebius Achillam quoque, qui Petro martyri in sede Alexandrina successit, etsi eam haud ultra annum unum alterumve tenuit, scholae catecheticae magistris, idque eodem tempore quo vixit* Pierius, *accenset* : καθ' ὃν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ ταὐτὸν τῷ Πιερίῳ πρεσβυτερίου ἠξιωμένος Ἀχιλλᾶς ἐγνωρίζετο, τῆς ἱερᾶς πίστεως τὸ διδασκαλεῖον ἐγκεχειρισμένος, sub quo (Theona), Achil- E las eodem, quo Pierius, tempore, presbyteri honore decoratus, Alexandriae claruit : cui etiam christianae fidei institutio commissa erat (4). *Quae verba, si de munere catechetico intelligenda sunt, ut prorsus debent intelligi, novum assignant* Pierii *successorem, ac proinde tres isti, Theognostus, Serapion et Achillas, intra nimis artiores, videlicet ab anno 265 ad 300, praefecturae suae legitimos terminos includendi sunt. Scholae Alexandrinae successio adhuc magis erit turbata, si verum fuerit etiam Arium haeresiarcham inter eius magistros locum tenuisse. Achillam enim, Alexandriae episcopum, Arii fucis et fraudibus deceptum, ipsum presbyterum ordinasse et scholae Alexandrinae praefuisse haud dubie testatur Patricius Ararsius in libro quem* Oceanum *inscripsit, cuius fragmentum servavit* Synodici *auctor* (5).

siquidem Achillas non nisi adiutor fuit,

21. *Huic difficultati solvendae imparem se profitetur Cave, nec aliquam solutionem quidem tentat. Nihilominus ostendere conatus est Guerike obiectionem petitam ex ministerio catechetico Achillae non tantam, quantam sibi fingit Cave, rem facessere. Primo quidem, autumat Achillam numquam fuisse veri nominis praefectum scholae* F *Alexandrinae, sed tantummodo adiutorem primo* S. Pierii, *deinde Theognosti. Quae est ratio cur in successione praefectorum omittatur eius nomen a Philippo Sidete. Praeterea huic interpretationi apprime favere existimat Guerike tum textum modo allatum Eusebii, tum locum statim afferendum Nicephori Callisti, in quo Eusebius diserte narrasse dicitur Achillam, sub Theona episcopo, eodem quo* Pierium *tempore, suscepisse christianae fidei institutionem. Nicephorus enim ait* una cum Pierio Achillam quoque in presbyterorum cathedra laudem magnam esse consecutum, sacrarum scripturarum doctrinae praepositum, κατὰ ταὐτὸν Πιερίῳ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων καὶ Ἀχιλλᾶς γνωριζόμενος ἦν, τὴν τῆς διδασκαλίας ἔχων ἐπιτροπὴν τῆς ἱερᾶς ἐπιστήμης (6). *Vereor ne qui Eusebii textum, postea a Nicephoro retractatum, perpenderit, audeat tali eius interpretationi a Guerike propositae adhaerere. Sensus enim obvius istorum locorum iste est, nimirum Achillam eodem quo* Pierium *tempore floruisse, minime vero ambobus eadem aetate commissam esse christianae*

(1) *De schola quae Alexandriae floruit catechetica*, p. 75. — (2) *De viris illustribus*, cap. XXXVI. P. L., tom. XXIII, p. 651. — (3) Cave, *Script. eccl. hist. litt.*, p. 94. — (4) Loc. cit., lib. VIII, cap. XXXII. — (5) Quod videsis apud Fabricium, *Bibl. graeca*, edit. altera, tom. XII, p. 369. — (6) *Eccl. hist.* lib. VI, cap. XXXV; P. G., tom. CXLV, col. 1202.

fidei

AUCTORE J. V. D. G.

fidei institutionem. Proinde, nedum ex hoc loco quicquam eruendum sit unde colligere liceat Achillam non nisi adiutorem egisse in schola Alexandrina, potius fatendum est Eusebium apertis verbis eiusdem praefecturam docere.

Arius autem scholam tenuit post Pierium.

22. *Praefectura Arii, de qua silent Philippus Sidetes, Socrates Sozomenusque, quam vero testatur Patricius Ararsius* (1) *et insinuare Theodorum* (2) *volunt scriptores nonnulli, repugnante tamen iure merito I. C. Michaelis* (3), *sive admittatur, quod volunt Guerike* (4) *et Bingham* (5), *sive reiciatur, non tantum turbat Alexandrinae scholae successionem quantum contendit Cave, aut saltem non obstat solvendo dubio, de quo nunc disputatur, quo nimirum tempore* S. Pierius *catechetas Alexandrinos rexerit. Etenim Arius non diebus* Pierii *scholam tenuit, neque adeo historicae veritati consonat quod Caveum torquet dicentem tres esse includendos* Pierii *successores intra paulo artiores terminos. Ut enim antea notavimus, limites isti versantur intra annos 265 et 300. Sed insuper Arius non nisi anno 313 scholae praefici potuit ab Achilla* (3), *et cum iam anno 317 controversias* B *movit cum Alexandro episcopo, ab hoc tempore munus suum parum videtur curasse usquedum anno 320 de sacerdotali gradu sit deiectus.*

cui proin non ratione temporis, sed deficientibus argumentis certis, denegandum forsan munus catecheticum.

23. *Quaecumque disputata sunt de tempore quo* Pierius *potuit regere scholam Alexandrinam ad hoc reducuntur, quod legenti satis patuerit, ut ostensum sit nullatenus deesse in hucusque nota praefectorum serie intervallum quod* Pierii *praefecturae attribuatur. At illud sane non sufficit, ut probetur eum revera hoc munus exercuisse neque ulterius progressi sumus a conclusione enuntiata in fine num. 15, nimirum non deesse quaedam indicia quibus innuatur* Pierius *catechetarum scholae praesedisse, sed argumenta quae rem plane evincant praesto non esse.*

§ III. De S. Pierii martyrio.

Pierii *martyrium, quod asserunt* [illegible]

24. Pierium *martyrium subiisse bis testatur Photius in* Myriobiblio, *nimirum tum in codice CXVIII :* μάρτυς δὲ ὁ Πιέριος ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τῶν ἀθλητικῶν ἀξιωθέντες στεφάνων, martyrque idem Pierius una cum fratre Isidoro certaminis coro- C nam adeptus est ; *tum in codice CXIX :* ὃν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίσασθαί φασιν ἀγῶνα quem una cum Isidoro fratre germano martyrii pro Christi nomine certamen subiisse ferunt. *Praeter hoc Photianum testimonium affertur nobis textus superius recitatus ex fragmentis* Historiae christianae *Philippi Sidetae nuper ex codice Barocciano in lucem editis a cl. v. de Boor* (7). *Qui textus sic sonat :* Θεόδωρος δέ τις συνηγορῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γράψας δι' ἐπῶν ἐν τρισκαιδεκάτῳ λόγῳ φησὶν ὅτι καὶ Πιέριος καὶ Ἰσίδωρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐμαρτύρησαν καὶ ναὸν ἔχουσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μέγιστον. Theodorus quidam causidicus Alexandrinus scribens in poematis tertio et decimo libro ait Pierium et Isidorum fratrem eius martyrium subiisse et templum illis dicatum fuisse in Alexandria maximum.

25. *Quomodo intelligendi sunt hi textus? Suntne sensu stricto interpretandi? Fere omnes scriptores, verbi gratia Keilius* (8), *Andreas Schottus* (9), *Lardnerus* (10), *Ceillier* (11), *Tillemont* (12), *Routh* (13) *et Guerike* (14) *refragantur sententiae quae in sensu proprio* Pierium *subiisse martyrium tenet. Ratio negandi exinde iure petitur quod Eusebius de hac re altum servavit silentium, quodque Hieronymus* Pierium *Romae siccam mortem obiisse significat. Eusebium prorsus tale nihil referre eo magis mirabitur quisquis noverit quam fuerit iste auctor historiae martyrum curiosus. Immo in praesenti casu, non ut in praecedenti disquisitione de munere catechetico* Pierii, *suppeditatur quicquam unde silentium Eusebii corrigatur, praesertim cum expressis verbis declaret Hieronymus* Pierium, *post decennalem a Diocletiano motam persecutionem* omne vitae suae tempus Romae *fuisse versatum. Quod testimonium est in martyrologio romano integre receptum.*

Propter Eusebii silentium negatur.

26. *Praeterea ex hoc quod dicitur* Pierius *certaminis laurea una cum Isidoro, fratre suo, insignitus fuisse, nihil est eruendum. Utique mentio prodita est alicuius Isidori in epistula S. Dionysii, episcopi Alexandrini, ad Fabium episcopum Antiochiae* (15). *Et licet Ruinart, testimonium Photii retractans* (16), *nullo modo abhorreat ab assimilando isto cum fratre germano* Pierii, *meliori tamen iure profitetur Routh minime perspectum esse nobis utrum is* Pierii *frater fuerit* (17). *At etiamsi fuerit, nondum ideo evinceretur* Pierii *martyrium, sed potius refutaretur. Nequaquam enim, ut narrant Photius et Philippus Sidetes, eodem tempore duo fratres mortem oppetiissent, cum* Pierius *Dionysio istius Isidori martyrium referenti et anno 265 defuncto superstes exstiterit.*

nec id roborare valent quae circumferuntur aut de Pierii *fratre Isidoro*

27. *Nec magis illud nos moveat oportet, quo tamen maxime se persuasum declarat Cave, nimirum quod asserunt Photius et Philippus de templo atque sacris aedibus* Pierio *Isidoroque Alexandriae dicatis. Potuit enim, ut recte animadvertit Routh, designari alius quidam* Pierius, *qui ipse martyr esset. Verumtamen fuerit, quod magis verisimile fit per testimonium Epiphanii* (18), S. Pierio, *de quo nunc agimus, exstructa ecclesia, nil vetat eam nuncupatam fuisse* Pierii *templum, etsi non fuerit martyr. Namque omnes et singulas ecclesias Alexandrinas martyrum nominibus appellatas fuisse* F *prohibet quominus credamus eodem loco Epiphanius, qui ecclesias Dionysii et Theonae episcoporum, non martyrum, inter alias recensuit.*

aut de ecclesiis in eius honorem exstructis

28. *Proinde ex Philippi, Photii et Hieronymi testibus inter se collatis illud, quod etiam propugnat de Boor, videtur eruendum, nimirum* Pierium *non nisi sensu latissimo declarandum esse martyrem. Scilicet credere licet eum forsan propter celebre nimis ac studiosum magisterium in suspicione apud tyrannos habitum, ea de causa tormenta passum esse, et postea in exilium actum Romam venisse, ubi, teste Hieronymo, diem supremam obiit. Quae coniectura sola est quae cum documentis hucusque cognitis prorsus congruat.*

Quare non nisi sensu lato martyr dicendus est.

(1) Apud Fabricium, *Bibl. gr.*, tom. XII, p. 369. — (2) *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 1; P. G., tom. LXXXII, col. 886. — (3) *Exercitatio historica de scholae Alexandrinae catecheticae origine*, tom. I *Symbolorum litterariorum Bremensium*, p. 237. — (4) Op. cit., p. 85-6. — (5) *Origines sive antiquitates eccl.*, tom. II, lib. II, p. 57. — (6) Qui Achillas discernendus ab illo qui cum Pierio et Theognosto simul docuit. Episcopum et catecheten unum eundemque esse perperam putavit Sollerius noster in suo *Tractatu historico-chronologico de patriarchis Alexandrinis*, num. 192. — (7) Loc. cit., p. 171. — (8) Fabric. *Bibl. gr.*, tom. VII, p. 301. — (9) In scholiis ad cod. CXIX *Myriobiblii* Photii. Rothomag., 1653, p. 300. — (10) Op. cit., tom. III, p. 173. — (11) Op. cit., p 94. — (12) Op. cit, tom. IV, p. 583. — (13) *Reliq. sacr.*, tom. III, p. 208. — (14) Op. cit., passim. — (15) P. G., tom. X, col. 1304. — (16) *Acta prim. mart. sinc.*, ed. alt., 1713, p. 127. — (17) Loc. cit., p. 208. — (18) P. G., tom. XLII, col. 206.

§ IV.

§ IV. De S. Pierii scriptis.

S. Pierius, eruditione clarus, plura scripsit opera.

29. *Doctrinae* S. Pierii *laudem haud semel iam innuimus. At quaenam fuerint ab ipso scientiae ecclesiasticae exhibita specimina nunc venit indicandum. Ex* Pierii *scriptis nihil ad nos servatum pervenit, sed eum plurimas easque praestantissimas composuisse tractationes testes sunt nobis Hieronymus, Palladius et Photius. Praeter locum iam citatum ex libro* de viris illustribus, *in quo* Pierium *significat, per elegantiam sermonis* diversorumque tractatuum qui usque hodie exstant, *fuisse appellatum* Origenem iuniorem, *Hieronymus, in epistula sua LXX* ad Magnum oratorem urbis Romae (1). Pierium *recenset in eorum numero* qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos resarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem saeculi an scientiam scriptorum. *Capite XII* Historiae Lausiacae *narrat Palladius Ammonium quendam plura potuisse memoriter citare ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani ac* Pierii (2). *Legerat Photius* Pierii *opera in volumine quod duodecim libris constabat, et scriptorem laudat quoniam* stilus illi clarus ac perspicuus et quasi sponte fluens nihil exquisitum prae se fert, sed velut ex tempore fusus, placide ac leniter, sursumque decurrit. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ λαμπρος, ὥσπερ ῥέων τῷ λόγῳ, μηδέν τε ἐπιμελὲς ἐνδεικνύμενος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοσχεδίου ὁμαλῶς τε καὶ λείως καὶ ἠρέμα φερόμενος. *Notat idem Photius* Pierio *praeplacuisse in ratiocinando enthymematis figuram* τοῖς δὲ ἐνθυμήμασιν, εἴπερ τις ἄλλος, γονιμώτατος, enthymematis autem, si quis alius, maxime abundat.

nempe de Hosea propheta.

30. *Dolendum iam pridem perisse omnia* Pierii *scripta, quorum nec nomina omnia titulosve integros cognoscimus, sed non nisi unum alterumve memoriae nostrae ab Hieronymo, Photio et Philippo Sidete servatum est. Notus est autem imprimis* Tractatus in Pascha et Hoseam prophetam. *De quo Hieronymus bis loquitur, primo in catalogo virorum illustrium,* huius est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschae habitum ipse sermo demonstrat, *dein in prologo commentarii sui in Hoseam,* Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio huius prophetae die vigiliarum dominicae passionis extemporali et diserto sermone profudit. *Scilicet, ut compertum est et ab eodem Hieronymo* (3) *aliisque scriptoribus ecclesiasticis notatum* (4), *credentibus Iudaeis Christum media nocte venturum, inde ab apostolis usus invaluerat ut in die vigiliarum Paschae ante mediam noctem populos dimittere non liceret exspectantes adventum Christi. Presbyteri vero ut populum occupatum tenerent, contionem habebant, in qua, cum vices* Pierio *datae essent, prophetiam Hoseae evolvendam assumpsit. Idem opusculum novit Philippus Sidetes et, sicut Hieronymus, tradit* Pierium *non nisi exordium Hoseae esse interpretatum* εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Ὡσηέ (5). *Immo fragmenta Sidetana videntur innuere* Pierium *pluries habuisse sermonem in festo Paschae, siquidem refert hanc explicationem Hoseae locum habuisse* ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὸ πάσχα in PRIMO sermonum in Paschate. *Non recte censet Routhius* sermonem in Paschate *et* in exordium Hoseae *fuisse duo diversa opera. Huic enim sententiae prorsus refragatur titulus praemissus :* ἐν τῷ εἰς τὸ πάσχα καὶ τὸν Ὡσηὲ λόγῳ, *non autem* ἐν τοῖς λόγοις *aut* ἐν τῷ εἰς τὸ πάσχα λόγῳ καὶ ἐν τῷ εἰς τὸν Ὡσηέ.

et de Dei Genetrice: Pamphili vero Vitam

31. *Philippus Sidetes in fragmentis Baroccianis etiam citat, solus inter ceteros omnes scriptores ecclesiasticos, duo alia opera* Pierii, *alterum inscriptum* περὶ τῆς θεοτόκου, de Dei Genetrice, *alterum vero* λόγος εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Παμφίλου, Tractatus in Vitam sancti Pamphili. *Sed de primo dubitat iure merito cl. v. C. de Boor utrum sub hoc titulo e manu* Pierii *prodierit, quia locutio* θεοτόκος *eius temporibus vix in usu erat, non ea saltem frequentia ut in titulum libri ascripta fuerit. Fieri potuit ut Philippus Sidetes, qui scripsit dum furebat procella Nestoriana, mutaverit veterem titulum, forsan sic ferentem* περὶ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας *in hunc alium* περὶ τῆς θεοτόκου *suo tempori magis accommodatum. Quod quidem alias factum fuisse nuper innotuit ex* Aristidis Apologia, *cuius versio armeniaca adhibet verbum quod* Deiparae, θεοτόκου, *vim habet, dum textus graecus mere ait* ἐκ παρθένου ἁγίας, *syriacus vero* ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ, ex virgine (6). *Quod ad* Tractatum in Vitam sancti Pamphili *spectat, si nil mirum est* Pierium *aggressum fuisse tale opus, siquidem traditur fuisse Pamphili praeceptor, mirum est magis Eusebium, Pamphilo amicissimum, hanc* Pierii *lucubrationem silentio prorsus pressisse.*

et commentarium de prima ad Corinthios an scripserit dubitatur.

32. *Scripsisse* Pierium commentarium in primam epistulam ad Corinthios *testantur tum Photius, tum Hieronymus in* epistula ad Pammachium *qui, praeterquam quod dicit* Pierium *hanc epistulam* latissime *esse interpretatum, etiam locum adducit huius commentarii :* Quorum Pierius cum sensum Apostoli ventilaret atque edissereret et proposuisset illud exponere: “ Volo autem omnes esse sicut meipsum „ (I Cor., I, 7), adiecit ταῦτα λέγων ὁ Παῦλος ἄντικρυς ἀγαμίαν κηρύσσει, haec dicens Paulus propalam virginitatem profitetur. *Exstitisse hunc* commentarium *in dubium revocavit Lardnerus, qui censet nullum in Pauli epistulam a* Pierio *scriptum commentarium, sed eum* ῥῆσιν *Paulinam hic adductam tantummodo in alio quodam opere sermone fusiori exposuisse* (7). *Rationem affert dubitandi quod minime docet Hieronymus talem commentarium fuisse conscriptum a* Pierio, *sed dumtaxat tradit* Pierium *in aliquo loco sensum Paulinum edisseruisse. Utrum in homilia aliqua, epistula, aliove libro, an in peculiari commentario factum fuerit, id nequaquam plane definitur. Fabricius vero opinatur id non accurate esse a Lardnero constitutum, neque se dubitare ait tractatum illum* in primam ad Corinthios *ex duodecim* λόγοις Pierii *a Photio lectis fuisse* (8). *Hieronymi et Fabricii partes amplectuntur Caveus, Ceillerius, Tillemontius et Guerikius in allatis operibus. Unus Routhius hanc Fabricii coniecturam de* Pierii λόγοις *sibi incertam videri declarat. Quaestionem hanc forsan solvit sequens textus inter fragmenta Barocciana nuperrime vulgata :* καὶ Πιέριος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸ πάσχα πολὺ ἐνίσταται ὅτι Παῦλος

(1) P. L., tom. XXII, col. 667, 668. Cfr. *Epist. XLIX ad Pammachium,* P. L., tom. XXII, col. 511, 512; *Proleg. comment. in Hoseam,* P. L., tom. XXV, col. 819; *Comment. in Matth.,* lib. IV, cap. 24, v. 36; P. L., tom. XXVI, col. 181. — (2) P. L., tom. LXXIII, col. 1104. — (3) P. L., tom. XXVI, col. 185. — (4) Cfr. Epiphanium, *Haeres.,* cap. LXX; *Const. Clement.,* lib. V, cap. 19; Lactant., lib. VII, cap. 19; Isidor., *Origin.,* lib. VI, cap. 17. — (5) *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur,* tom. V, p. 180. — (6) J. Rendel Harris et J. Armitage Robinson, *The Apology of Aristides,* p. 2, 3, 27, 78, 79. — (7) *Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte,* tom. III, p. 175. — (8) *Bibl. graeca,* edit. alt., tom. VII, p. 301; tom. X, p. 713.

εἶχε

AUCTORE J. V. D. G.

εἶχε γυναῖκα καὶ ταύτην τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἐκκλησίας ἀνέθετο τῇ πρὸς αὐτὴν κοινωνίᾳ ἀποταξάντος. Et Pierius, in primo sermone illorum qui in Paschate, multum insistit quia Paulo erat uxor quam Deo propter Ecclesiam devovit, illam in eius ministerium statuens. *Recte enim animadvertit cl. vir de Boor* (1) *illud fragmentum artissime cohaerere cum alio isto modo allato* ταῦτα λέγων Παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει. *Scilicet* Pierium *valde angebat ex una parte textus Apostoli (I Cor. VII, 7) extollentis virginitatem suam et ex altera traditio aliquot veterum Patrum qui matrimonio iunctum fuisse sanctum Paulum docebant. Hanc difficultatem enodare conatur* Pierius *admittendo quidem Paulo fuisse uxorem quam mox ultro dimissam consecravit ministerio ecclesiae, ac proinde ius habuisse se profitendi* ἄγαμον. *Quicquid id est, ille textus ita iuvat ut concilietur Lardneri cum Fabricio controversia, si concedatur Fabricio* Pierium *fuisse revera commentatum epistulam ad Corinthios, Lardnero autem hunc commentarium fuisse susceptum inter sermones paschales. Tandem* in Evangelium Lucae, εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, *scripsisse* Pierium *tradit Photius* B *in codice CXIX. Ut duodecim* Pierii *libris haec lucubratio etiam annumeretur nullus repugnat scriptorum quos consuluimus, immo neque ipse Lardnerus in sancti nostri doctrinam aequo severiorem se exhibens.*

Ad hermeneuticam haud parum contulit.

33. *Haec quinque quae memoravimus opera sola sunt quorum nomen ad nos usque pervenit* (2). *At scimus etiam* Pierium *de critica ad singula verba scripturae spectante bene esse meritum, cum peculiarem eius susceperit recensionem, aut, quod probabilius est, studiosam operam ad Origenis recensionem contulerit. Profitetur enim Hieronymus se codicibus* Pierii *usum fuisse, nempe pro Commentario in Matthaeum, capite XXIV, v. 36* (3); *huic versiculo 36* de die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum nisi solus Pater, *dicit Hieronymus esse additum in quibusdam latinis codicibus* neque Filius, *cum in graecis et maxime Adamantii et* Pierii *exemplaribus hoc non occurrat adscriptum. Controversiam de constituendo Matthaei textu non est nostrum hic attingere* (4). *Sed quanti pretii habiti sint codices* Pierii *observant plerique inter commentatores Novi Testamenti. Sufficit citasse Hodium* (5), *et Millium* (6) *qui* C *narrat codices Pierianos, ut et Origenianos aliosque optimae notae, maxima cura et ingenti sumptu corrogasse Pamphilum,* Pierii *discipulum, ipsosque una cum singulis quae comparare undique potuerat scriptorum ecclesiasticorum monumentis, in bibliotheca Caesariensi, quam recens exstruxerat, reponendos curavisse. Notat quoque Ricardus Simon, in* Dissertatione critica de manuscriptis Novi Testamenti, *quam appendicem adnexuit operi suo* Historia critica commentatorum Novi Testamenti (7), *S. Hieronymum in corrigenda editione sua vulgata praesertim* Pierii *et Origenis codicibus usum esse tamquam optimis. Iam Eusebius* Pierii *meritum in scientia hermeneutica extollens, dicit eum* in sacrarum litterarum contemplatione atque expositione exercitatum ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι (8). *Et revera verbum* θεωρία, *ubi sermo est de interpretatione sacrorum librorum, apud scriptores ecclesiasticos fre-* D *quenter notat sensus mystici indagationem. Ad hoc stabiliendum affert Guerike* (9), *quem hic sequimur, auctoritatem Isidori Pelusiotae* (10) *et Suiceri* (11). *Unde pronum est concludere* Pierium *imprimis operam dedisse interpretationi allegoricae invectae ab Origene; cuius etiam nomen apud coaevos gerebat, teste Hieronymo. Tandem recens inventa fragmenta Barocciana hanc laudem attulerunt ex Philippo Sidete* S. Pierium *valde profuisse divinae scripturae :* αὐτὸς ὁ Πιέριος πλεῖστα ὠφέλησεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, *licet exemplum adductum id minus ostendat, sed ab uno non fas est discere. Scilicet Philippus Sidetes interpretatus locum Eusebii (II, 1) in quo refertur conversio eunuchi Candacae a diacono Philippo baptizati addit :* Φίλιππος στόμα λαμπάδων· Ἡρωδιὰς ἀπατωμένη· Ἡρώδης δερματίνη δόξα κατὰ Πιέριον. *Hic* Pierii *commentarius referendus videtur ad Matth. XIV, 3 vel Marc. VI, 17, in quibus locis citantur tria nomina Philippi, Herodiadis et Herodis :* ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα, τὴν γυναῖκα Φιλίππου, τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. E

§ V. Vindicatur S. Pierii orthodoxia.

De Patre et Filio recte sensisse S. Pierium non infitiantur;

34. S. Pierii *memoriam suspicione quadam heterodoxiae infectam, aut saltem minoris orthodoxiae praeiudicio obnubilatam reliquit Photius. Inspicere placet quid sit in hac re Photio concedendum, vel potius denegandum. Non infitiatur Photius* Pierium *circa naturam Patris et Filii recte sensisse. Ait enim :* De Patre et Filio pie credit, nisi quod substantias duas, totidemque naturas esse dicit : substantiae et naturae nomine (quantum ex iis quae hunc locum antecedunt et consequuntur colligitur) pro hypostasi usus; non ita vero, ut qui Ario adhaereant, ἀλλὰ περὶ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εὐσεβῶς πρεσβεύει· πλὴν ὅτι οὐσίας δύο καὶ φύσεις δύο λέγει· τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ὀνόματι, ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν ἑπομένων καὶ προηγουμένων τοῦ χωρίου, ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχ ὡς Ἀρείῳ προσανακείμενοι, χρώμενος. *Re quidem vera, ut fatentur post Photium Petavius, qui refert* Pierium *de Patre et de Filio more catholico credidisse* (12), *et Georgius Bullus declarans* Pierium *doctrinam de Filio Dei* F *piam tenuisse quae omnino conspiret cum theologia ipsa sui aetate tamquam catholica habita* (13), *modus ille loquendi tunc usitatissimus, etsi postea reprobatus est utpote qui errorem olet, fidei minime adversatur. Norunt enim omnes a Patribus qui floruerunt ante saeculum V, vocabula* οὐσία, φύσις *usurpata fuisse pro* ὑποστάσει. *Sic Petavius affert Ignatium martyrem,* Pierium *nostrum, Epiphanium, synodum Antiochenam, Alexandrum episcopum Alexandrinum, Cyrillum. Immo neque Ariani a consensu Ecclesiae aberrarunt quia in Trinitate tres esse* οὐσίας *asserebant, sed quia inaequales, sibi invicem inferiores existimabant illas.*

[illegible]

35. *Sed Photius alia struit crimina quae praesertim ad tria capita reducuntur, nimirum erravisse* Pierium *circa naturam Spiritus sancti, circa essentiam angelorum, circa praeexsistentiam ani-*

(1) Loc. cit., p. 180. — (2) Tria tantum citabat Le Long, *Biblioth. sacra*, tom. II, p. 906. — (3) P. L., tom. XXVI, col. 181. — (4) Videsis inter alios Ambrosium *De Fide*, lib. v, cap. 16 : P. L., tom. XVI, col. 687 cum nota ibid., et Liagre, *Commentarius in libros historicos N. T.*, tom. I, p. 416, 417. — (5) *De biblici textus origine*, lib. IV, cap. 2, p. 622. — (6) *Prolegomena ad Novum Testamentum*, n. 727.

(7) Rotterdam, 1693, p. 22. — (8) Cfr. supra, p. 255. — (9) Loc. cit., tom. II, p. 28. — (10) *Ep. CXVII*, lib. IV. P. G., tom. LXXVIII, col. 1191. *Ep. CCIII*, lib. IV; P. G., tom. LXXVIII, col. 1290, 1291. — (11) *Thesaurus ecclesiasticus*, tom. I, p. 1395, 1396. (12) *De theologicis dogmatibus*, tom. I, *De Trinitate*, lib. IV, cap. 2. Edit. Antverp. 1700, tom. I, p. 184. — (13) *Opera omnia*, 1703, p. 159.

rum.

A *marum. De Spiritu sancto haec eum docuisse monet Photius :* περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς λίαν καὶ δυσσεβῶς δογματίζει· ὑποβεβηκέναι γὰρ αὐτὸ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀποφάσκει δόξης. Verumtamen de Spiritu sancto periculose nimis, atque parum pie docet : dum hunc inferioris esse gloriae, quam sit Pater et Filius, affirmat. *Cui accusationi patrocinatur Petavius palam confessus illud* quod apud Photium dixit et Pierius presbyter, Pamphili martyris dogmatum interpres, *esse* haereticum et cum Arianis et Macedonianis impie usurpatum, *quia haec asserta inferior gloria Spiritus sancti de processione et origine vix intelligi valet* (1). *Item Routh* (2) *assertione Photii valde movetur et miratur eum qui, quicquid veterum more docuisset* Pierius, *de Filii natura nihil in ipso reprehendit, voluisse illum insimulare quod periculose admodum et impie de Spiritu sancto sentiret, nisi revera in errorem aliquem, saltem verbo tenus, Alexandrinus iste incidisset. Ceteroqui non adeo miran dum esset eum qui Origenis vestigia pressit, periculose nimis circa Spiritum Dei philosophatum esse. Id etiam Cave et Tillemont prohibuit quominus* B Pierium *contra Photii criminationem defendere conarentur.*

Sed quod de Spiritus sancti natura asserit in sui temporis ambiguam locutionem refundendum est.

36. *Numquid igitur est haec causa perdita aut improbabilis prorsus* S. Pierii *orthodoxia? Nequaquam, et qui sequentes rationes perpenderit quoque persuasum iri non desperamus. Primo quidem auctoritas Photii, in re litteraria ponderosa sane, non aequalis est momenti ubi iudicandas opiniones scriptorum aggreditur, praesertim quando de theologicis quaestionibus agitur. Notarunt enim Dupinus* (3) *et Ceillerius* (4) *Photium, utpote qui tempore floruit quo dogmata et mysteria iam strictissima loquendi formula per Ecclesiae definitiones authenticas constituta exprimebantur, plerumque solere non iuxta primaevae aetatis locutionem, sed iuxta sui aevi exactiorem formulam, ferre iudicium de veteribus scriptoribus. Nullo modo proinde volunt allati auctores erraverit in fide* S. Pierius. *Illud tantum testimonio Photiano concedunt catechetam Alexandrinum minus stricte locutum fuisse. Recentiori etiam tempore illustrissimus episcopus itemque eruditus vir RR. DD. Ginouilhac enixe protestatus nullo modo credendum esse Photio, qui scholae Origenianae plus aequo* C *adversatus, suspectae est auctoritatis ac propterea* S. Pierii *orthodoxiam omnino extra controversiam esse habendam. Sane ipsum* Pierii *modum loquendi de Spiritu sancto minime probat, quando docet iste Spiritum Dei inferioris esse gloriae quam sit Pater et Filius; sed non ideo Photio consentit, immo negat inde fundamentum solidum subesse ut* Pierius *periculose nimis atque impie docuisse decernatur. Quomodo enim eruditus iste Alexandrinus abhorruisset a consubstantialitate et ab aequalitate naturali sancti Spiritus cum Patre et Filio? Absit, sed ut alii scriptores ecclesiastici istius temporis imprudentem locutionem usurpavit* (5). *Quare causam* Pierii *acerrime defendendam susceperunt Gulielmus Berrimannus in* Contionibus sacris de historia controversiae Trinitariae *lingua anglica praeclare scriptis* (6), *et Georgius Bullus in* Defensione Fidei Nicaenae (7), *quorum alter negat hoc verisimile esse in gravem ullum errorem incidisse eum, qui de Filii natura vere recteque saperet; alter vero opinatur scripsisse* Pierium *minorem esse Patre et Filio eadem ratione, qua ipse Filius minor a plerisque Patribus antiquis proclamatur, nempe originis et processionis respectu. Fatetur namque ipse Routh, ceteroqui orthodoxiae* Pierii *infensus, eius verba pati benignam interpretationem eumque ex oeconomia, quae dicitur, incarnationis, rationem sumpsisse autumandi Spiritum sanctum esse Patre ac Filio inferiorem gloria. Proin deperditis* Pierii *operibus unde sententia damnationis esset unice desumenda, non videtur aequum, unius tantum et, fatentibus multis, rigidioris iudicis testimonio, sanctissimi et virtutibus atque doctrina florentissimi viri memoriam in suspicionem adductam gravare.*

De angelis autem allegorice locutus est, et de praeexsistentia animarum non prava demonstratur eius sententia.

37. *Nunc restat breviter expedire* S. Pierium *a ceteris criminibus quorum a Photio accusatur, quaeque circa angelorum naturam et praeexsistentiam animarum versantur. De angelis* Pierium *plura* nugari et fabulari *contendit Photius :* [illegible] καὶ ἐν τῷ εἰς πάσχα καὶ τὸν Ὠσηὲ λόγῳ περί τε τῶν ποιηθέντων χερουβὶμ τῷ Μώσει καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἰακὼβ στήλης· ἐν οἷς τὴν μὲν ποίησιν αὐτῶν ὁμολογεῖ, οἰκονομίας δὲ λόγῳ συγχωρηθῆναι ματαιολογεῖ, ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα ὡς οὐδὲ τύπον ἄλλον ἔφερε μορφῆς, ἀλλὰ μόνον πτερύγων κενολογεῖ [illegible] σχῆμα. In eo vero libro quem in Pascha et Oseam prophetam scripsit agit quoque de cherubim a Mose factis et de Iacobi lapide, ubi factos quidem illos fatetur, at divinae tantum Providentiae ratione fuisse concessos nugatur : quasi haec in nulla re exstiterint aliorum instar quae facta sunt, cum neque effigiem aliam prae se ferrent formae, sed alarum dumtaxat speciem fabulatur illos ferre. *Ante omnia notare oportet versionis huius loci Photiani haud unam esse interpretationem, siquidem de textu graeco non adeo constat. Ferunt quidam codices :* ματαιολογεῖ, ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερον ἦσαν, ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα (8). *Proin Andreas Schottus latine reddidit :* Quasi aut nihil fuerint, aut aliud quidpiam fuerint, aut aliud (saltem illa fuerint) quae facta sunt. *Praeplacuit versio Routhii quam tradimus, uno alterove mutato verbo* (9). *Quid sentiendum de hac* Pierii *opinione circa naturam angelorum? Acriter in illam invehitur Routh* (10) *et simul in omnes allegoristas, qui, alioqui magni viri, propter nonnulla vere typica in sacra Scriptura, in nugas abeuntes quibus populum captare* F *studebant, suammet ipsorum famam laeserunt. Immo ipsum Hieronymum insanientem non dubitat asserere, qui scripserit in* Epistula ad Nepotianum *historiam Davidis et Abisag figmentum esse de mimo vel Atellanarum ludicro, si sequeris litteram* (11). *Non tanta sane indignatione opus erat; ad* Pierium *autem quod attinet, etsi non diffitendum eum plus aequo allegoricae Scripturarum interpretationi indulsisse, non tamen carpendus est quasi vecorde allegorias sectatus, veritate litterae* in rebus procul dubio gestis *subversa. Neque diutius etiam immorandum videtur nobis in tertio errore a Photio in* Pierianis *scriptis detecto, nempe quod* obscurius deinde etiam hic, secundum Origenis nugas, indicat animas praeexsistere [illegible] δὲ οὗτος κατὰ τὸν Ὠριγένους ὕθλον καὶ προΰπαρξιν ψυχῶν. *Non negandum hanc opinionem esse temerariam et post Origenem ea fuisse abusos varios haereticos ita ut damnata sit anno 381 in altero concilio Constantinopolitano.*

(1) *De Trinitate*, lib. VII, cap. VI, 11; tom. I. p. 387. — (2) *Reliquiae sacrae*, tom. III, p. 149 — (3) Loc. cit., tom. I, p. 192. — (4) Loc. cit., tom. III, p. 350. — (5) *Histoire du dogme catholique*, tom. II, p. 149. — (6) *Serm. III*, p. 134; apud Routh, *Reliquiae sacrae*, tom. III, p. 213. — (7) *Opera omn.*, p. 160. — (8) Cfr. notam in editione Davidis Hoeschelii, p. 35. — (9) *Reliquiae sacrae*, tom. III, pp. 212, 215. — (10) Ibid., pp. 214, 215. — (11) P. L., tom. XXII, col. 528.

AUCTORE J. V. D. G.

stantinopolitano. *Sed nullatenus probatur* S. Pierius *hanc doctrinam pravo sensu intellexisse aut eo qui eius orthodoxiam laedat modo.*

§ VII. De cultu S. Pierii.

In martyrologiis laudatur S. Pierius.

38. *Ut hanc lucubrationem de* S. Pierio *absolvamus paucissima quae de huius cultu nota sunt in unum sunt colligenda. Quorum haec est summa a Baronio conflata* (1) : Porro tam Meletius quam Theonas nec non Pierius, quod egregia sanctitate praediti fuerint, inter sanctos recenseri quoque meruerunt, adscriptis nataliciis eorum diebus in tabulis ecclesiasticis. Meminit sanctus Epiphanius ecclesiarum exsistentium Alexandriae quae dicatae erant nomine Theonae atque Pierii. Cum enim recenset Alexandriae positas ecclesias : " Sunt, inquit, aliae plures (ut dixi) ecclesiae Dionysii appellatae et Theonae et Pierii et Serapionis (2).. *Photius item refert* Pierio *templum domusque constructa fuisse a piis hominibus. Domus istas aedes sacras minus amplas conicit fuisse Routh* (3).
B *Qua via factum sit ut* S. Pierii *natalicia in fastis ecclesiasticis adscripta fuerint, non erit abs re inquirere. Notavit Sollerius noster in observationibus quas* Martyrologio Usuardi (4) *adiecit, primum relatum esse hunc sanctum in tabulas sacras ab auctore* Romani Martyrologii parvi, *atque ex illorum numero sanctorum esse quos extra seriem Usuardi apud alios martyrologos frustra requisiveris. In laterculorum Hieronymianorum hucusque cognitis codicibus nondum apparuit inscriptum* Pierii *nomen nisi in uno ex genere Hieronymianorum quae contracta vocari solent, saeculo decimo exscripto, quique fuit Fuldensis coenobii et editus est in* Analectorum Bollandianorum *tomo primo. Iam vero, in hoc martyrologio legitur ad II nonas novembris :* In Alexandria sancti Hierii presbyteri (5). *Attamen non est negandum hanc commemorationem, quoniam in ceteris omnibus Hieronymianis deest, potuisse adici ex* Martyrologio Romano parvo *aut ex Adone.*

iuxta Rufini formulam usurpatam ab Adone.

39. *Ex quonam fonte hauserint isti martyrologi patet quidem, ut notat Sollerius in opere mox citato. Scilicet ex Rufini libri VII capite XXIX desumpsit auctor* Martyrologii parvi *laudem* S. Pierii. *Nam quod ibi recitatur, sicut et in* Martyrologio Bedae, *duobus verbis mutatis,* Alexandria *pro* Alexandriae, scripturis *pro* scriptura, Alexandriae, Hierii presbyteri vita purissimi, in scriptura nobiliter eruditi, *integre reperitur apud dictum Rufinum :* Pierius... in divinis scripturis nobiliter eruditus, vita purissimus. *Plura ex Rufiniano praeconio collegit Ado, ita ut nulla eiusdem pars iam desit : quod ostendit collatus uterque textus.* D

RUFINUS.	ADO.
Pierius quidem acer ingenio, in divinis scripturis nobiliter eruditus, vita purissimus, atque ad christianam philosophiam nudus et penitus expeditus, doctor Ecclesiae incomparabilis, privatim et publice mirabiliter disputans.	Apud Alexandriam, beati Hierii presbyteri, viri acris ingenii, in divinis scripturis nobiliter eruditi, *etc. In fine mendose valde, neque secundum Rufinum, addit :* Hic quievit tempore Philippi imperatoris, *quod esset inter annos 244 et 249.*

E

Usuardo, aliisque.

40. *Usuardus eandem formulam, simul cum eadem falsa chronologia, repetit. Fuldense martyrologium Rufinianum textum retinet, sed omittit* Pierium *tempore Philippi quievisse. Galesinius formulam paulisper mutavit sequenti modo :* Alexandriae, S. Pierii presbyteri : qui in divinis scripturis sane quam eruditus, singulari vitae innocentia et sanctitate insignis, migravit ad Dominum. *Tandem* Martyrologium Romanum *priori parti laudis ex Rufino desumptae alteram adiunxit, quae est ex Hieronymi* Catalogo virorum illustrium, *tempus quo floruit indicans. Sanctum Pierium in suo* Catalogo *reposuit libro IX, capitulo 50, Petrus de Natalibus. Ipse quoque Hieronymianum encomium repetit, additque haec sat mira :* Et apud Alexandriam in pace quievit VI idus octobris. *Apud Graecos et Orientales, etiam apud Coptos qui sanctum Theonam colunt, quo regente Alexandrinam ecclesiam vivebat* S. Pierius, *nullam eius mentionem datum est reperire.*

C (1) *Annales ecclesiastici*, anno 285, XVI. — (2) *Haeres.*, LXIX, 2. P. G., tom. XLII, col. 206. — (3) *Reliquiae sacrae*, tom. III, p. 208. — (4) P. 650. — (5) *Analect. Bolland.*, tom. I, p. 44. F

DE SANCTO LUSORE

PUERO CONFESSORE

SAEC. III.

IN TERRITORIO BITURICENSI.

S. Lusor paucis diebus post baptismum adhuc puer obiit,

1. *Quicquid novimus de historia* S. Lusoris * *recidit ad haec pauca quae tradidit Gregorius Turonensis libri* In gloria confessorum *cap. 90 :* In Dolense * autem Biturigi terminum vico beatus Lusor, Leucadi quondam senatoris filius, requiescit, qui fertur in albis migrasse a saeculo. *Leocadius vero pater* S. Lusoris *vix cuiquam dubium esse potest quin idem fuerit ac Leocadius ille de quo egit idem Gregorius* Hist. Franc., *I. 31, ubi ab ipso susceptos narrat primos apud Biturigas christianae fidei praecones, eumque simul describit* primum Galliarum senatorem, qui de stirpe Vecti Epagati fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memoravimus. *Scilicet eiusdem libri cap. 29 Vettius Epagathus unus legitur fuisse ex quadraginta octo martyribus qui cum Photino episcopo Lugdunensi anno 179 sanguinem pro Christo profuderunt. Idem Leocadius ex proavis fuisse videtur Gregorii Turonensis : nam ab hoc scriptore laudatur Leocadia, quam matrem habuit Florentius*

* *vulgo* Ludre.
* *vulgo* Déols.

A *rentius Gregorii pater* (1), *et ipsa* a stirpe Vetti Epagati discendens (2). *Nulla tamen ratio cogit ut cum quodam recentiore scriptore* (3) *Leocadiam neptem Leocadii dicamus, sed omnino incertum est quo gradu cognationis cum illo coniuncta fuerit.*

saeculo tertio vergente,

2. *Ex eo tamen quod Gregorius ex progenie ortus est Leocadii, et ea progenie* ut in Galliis nihil inveniatur esse generosius atque nobilius (4), *sequitur praecipuam auctoritatem tribuendam esse ipsius testimonio ubi de iis loquitur quae ad illam spectant : omni etenim tempore consuevit in huiusmodi eximiae nobilitatis domibus diligentius servari memoria progenitorum, praesertim vero quo ordine sibi successerint et qua vixerint aetate. Iam vero perspicue indicat Gregorius Leocadium floruisse ubi primum ad christianam fidem conversa est Biturigum civitas opera unius ex discipulis episcoporum illorum quos circa medium saeculum tertium Roma in Gallias missos fuisse ait* (5) : *unde, ni fallor, efficaciter refellitur opinio illorum qui Leocadium ac proinde* Lusorem *saeculo aevi christiani primo vel exordio secundi innectunt. Huc* B *accedit quod Leocadium asserit Gregorius fuisse* de stirpe Vecti Epagati (6), *qui, ut supra memoravimus, martyrium passus est circa annum 180 ; is autem, secundum communem modum loquendi,* de stirpe *alicuius viri dicitur, qui ex eius posteris post duas saltem vel tres generationes ortum duxerit. Unde ulterius, ut id obiter advertamus, evertitur sententia eorum qui contendunt saeculo primo conditam fuisse ecclesiam Bituricensem a S. Ursino. Licet enim non nominetur Ursinus citato loco* Historiae Francorum, *perspicue tamen significatur tempore Leocadii primum praedicatam fuisse apud Biturigas christianam fidem, et alio loco Ursinum praecipuas partes in hac praedicatione egisse testatur Gregorius, ubi scilicet :* Bituriga vero urbs, *ait,* primum a sancto Ursino, qui a discipulis apostolorum ordinatus, in Galliis distinatus est, verbum salutis accepit, atque ecclesiam Biturigis primum instituit rexitque (7).

infantiles annos nondum transgressus.

3. *Certum itaque videtur non ante saeculum tertium adultum obiisse* S. Lusorem. *Qua vero vitae suae aetate ad supernas sedes vocatus sit, utique non satis constat ex eo quod* fertur in albis migrasse a saeculo : *inde enim solummodo colligitur* C *ipsum decessisse paucis post baptismum diebus. Attamen non immerito* pueri *titulo designatum fuisse in antiquis martyrologiis* (8), *libenter concluserim ex narratione apparitionis a Gregorio paulo inferius memoratae. Nimirum* cuidam pauperi idem Lusor beatus per visum apparuit praecepitque cellulam emundari in qua, ut ferunt, infantiae vagitus exegerat (9). *Cur enim de solis infantiae vagitibus hic sermo fieret nisi quia, ubi paucorum dierum christianus ad aeternam requiem transmigravit, infantiae annos nondum exegerat ?*

Eius mentio in fastis sacris

4. *Antiquissimum* S. Lusoris *cultum testatur imprimis Martyrologium quod vocant Hieronymianum in codice Bernensi saeculi VIII, ubi ad kalendas novembres annuntiatur :* In Gall. territurio Beturico noncupante Dolos vico depos. sancti Lusoris pueri et conf. *Eodem die in codice Epternacensi :* Betoricas Lusoris confessoris : *in codice vero Wissenburgensi pridie nonas seu ad diem quartam novembris, iisdem verbis ut in codice Bernensi. Ad diem quartam quoque memoratur in martyrologio quod dicitur Bedae-Flori :* Bituricas, depositio sancti Lusoris pueri..., *et apud Rhabanum :* In Galliis, Bituricas, depositio sancti Inlusoris *(sic)* pueri et confessoris. *Nulla* S. Lusoris *mentio fit in Usuardino puro, sed tantummodo in auctariis Aquicinctino, Daveronensi et Burdigalensi, ubi non* pueri *sed* episcopi Bituricensis *appellatione ornatur, cui errori forte occasionem dedit exemplar aliquod ubi ex librarii inscitia vel oscitantia pro siglo* p̄i *legeretur* ep̄i. *Certe episcopum Bituricensem Lusorem nomine nulla alia monumenta historica produnt. — Recentiora martyrologia recensere supervacaneum visum est. Advertendum tantummodo nomen* Lusoris *exsulare e Martyrologio Romano. In Proprio sanctorum ecclesiae Bituricensis recentiore* (10) *indicatur festivitas* S. Lusoris *ad diem 16 novembris, celebranda ritu semiduplici, officio de communi confessoris non pontificis cum oratione propria et lectionibus historicis in secundo nocturno, ubi, nescio qua auctoritate, mater* S. Lusoris *Susanna appellatur. In eodem Proprio signatur festivitas* E *S. Leocadii item ritu semiduplici cum lectionibus secundi nocturni propriis celebranda die 14 eiusdem mensis.*

auctore G. D. S.

Sepulcrum illius

5. *Martyrologorum elogiis praeiverat Gregorius Turonensis, non semel laudato capite 90 libri* In Glor. conf. *post citata superius* (11) *gloriam sepulcri* S. Lusoris *ita celebrans :* In cripta vero positus super pavimentum, sepulchrum habens ex marmore Phario mirabiliter exculptum. Factum est autem ut quadam vice sanctus Germanus Parisiacae urbis episcopus ad hoc tumulum vigilias celebraret, haud procul formulam habens, in qua genua, cum necessitas cogeret, deflectebat. Factum est autem in una vigiliarum nocte, dum psalmos lectiones Daviticae decantarent, stationis labore lassi clerici quasi pro aliquo relevamine se super sepulchrum sancti, defixis ulnarum conpagibus, sustentarent. Contremuit ilico beati tumulum confessoris, et sibi iniuriam inrogari, praesenti vibratione fatetur. At Germanus pontifex pavore perterritus, amoveri desuper praecepit somnolentos, dicens : A b s i s t i t e, o s i g n e s, p r o c u l a t u m u l o, n e s a n c t o D e i m o l e s t i a i n f e r a t u r. Quibus amotis, tremorem illum F deinceps non senserunt. Sed nec illud placuit praeteriri, quod cuidam pauperi idem Lusor beatus per visum apparuit praecepitque cellulam emundari, in qua, ut ferunt, infantiae vagitus exegerat. Sed cum pauper ille bis commonitus agere iussa differret, apparuit ei tertio, dicens : S i f e c e r i s q u a e p r a e c i p i o, u n u m t r i a n t e m p r o o b o e d i e n t i a e famulatu recipies. Ille vero consurgens, cellulam scopis mundatam, ablutam aqua herbisque respersam, stabat attonitus, pollicitam promissionem operiens, donec nutu Dei advertit triantem in pavimento lucere, quem collegens laetus abscessit.

adhuc visitur.

6. *Sepulcrum istud usque ad nostra tempora servatum gaudemus, illudque descripserunt plures scriptores recentiores, quibus illud oculis suis conspicere contigit. Unam ex his descriptionibus, accuratissime confectam, e gallico latine redditam hic recitamus.* Sepulcrum S. Lusoris collocatum est in crypta sub sacello quod visitur ad dexteram

(1) Cfr. G. Arndt, Praef. ad Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, p. 4. — (2) Greg. Turon. *Vit. Patrum*, vi, 1. — (3) Levesque de la Ravalière, *Nouvelle vie de S. Grégoire, évêque de Tours*, in *Mémoires de l'Acad. des Inscr.* (anc.), tom XXVI, p. 599. — (4) *Vit. Patrum*, loc. cit. — (5) *Hist. Fr.*, I. 30, 31 — (6) Ibid. — (7) *Glor. conf.*, cap. 79. — (8) Cfr. num. seq. — (9) Cfr. infra, num. 5. — (10) Ed. anno 1879. — (11) Num. 1.

chori latus *(in ecclesia Sancti Stephani in vico Dolensi)*, ad quam deducunt gradus a tergo altaris exstructi. Marmore candido confectum est, ut indicavit Gregorius Turonensis..., et tribus partibus constat, basi scilicet, ipsa tumba atque operculo. Basis, crepidine tantum ornata, diffracta est et late excavata in parte dextera. Tumba autem in anteriori facie sculpturam exhibet ectypam, qua repraesentantur venatores undecim, romano vestiti more, alii equis insidentes, pedites alii, qui gladiis et venabulis ope canum persequuntur et prosternunt leones, apros, lupos, cervos et alias omnis generis feras. Quae vero in operculi zophoro exsculptae sunt effigies multo minus eminent et manifeste diversum a priorum artificem et aevum produnt. Medium istud zophorum occupant duo pueruli alati qui clypeum quadratum sustinent omni inscriptione vacuum ; ad laevam partem repraesentata est cena quaedam, ad dexteram vero equitum et peditum agmen (1). *Subiungimus et monumenti imaginem non ita pridem insigni arte delineatam* (2).



Facile advertet prudens lector nihil in hoc sumptuoso sepulcro exhiberi quod proprium monumentorum christianorum dici queat, praeter repraesentationem cenae, in qua panes crucis effigie signati et totius quasi species imaginis christianam artem manifestant. Itaque existimandum videtur tumbam ipsam ex Italia a Leocadio adhuc gentili comparatam esse ad sepulturam suam, operculum vero postea in Gallia ab artifice christiano sculpturis adornatum fuisse.

(1) Fauconneau-Dufresne, *Histoire de Déols et de Châteauroux* (Châteauroux, 1873, 2 vol. in-8°), tom. I, p. 125. — (2) *Esquisses pittoresques sur le département de l'Indre*, texte par MM. de la Tremblais, de la Villegille et Jules de Vorys, dessins par Isidore Meyer (nouv. éd., Châteauroux, 1882, gr. in-8°), p. 27.

DE SANCTO FLORO

EPISCOPO LODOVENSI IN GALLIA

TEMPORE INCERTO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Flori, *de quo nihil refertur in monumentis saeculo XIV vetustioribus*,

* *vulgo* S. Flour.

1. S. Florum *, *a maioribus nostris ad diem 1 Iunii praetermissum* (1), *nulla martyrologia memorant ante Canisium-Walasserum et Molanum, sed neque ulla alia monumenta quae certo antiquiora sint saeculo XIV* (2), *seu aetate Bernardi Guidonis, qui Vitam* S. Flori *inseruit quartae parti sui* Speculi sanctoralis (3). *Quas vero* ex veteri *legendario* ms. Moissacensi *exscriptas Tolosa quondam ad Bollandum anno 1643 misit Petrus Possinus lectiones de* S. Floro (4), *manifeste ex ultima parte illius Vitae per compendium excerptae sunt. Utrumque hoc documentum, deficientibus aliis,*

(1) Tom. I Iun., p. 7 B. — (2) Nisi quod *ecclesia Sancti Flori* nominatur in charta donationis confecta ineunte saec. XI. Cfr. infra, num. 3. — (3) De quo opere cfr L. Delisle, *Les manuscrits de Bernard Gui* (in *Notices et extraits des mss.*, etc., tom. XXVII, part. II, p. 171 sqq.), num. 131 sqq. — (4) Bibl. reg. Brux. cod. 8014, fol. 17.

AUCTORE C. D. S.

A *aliis, loco Actorum primigeniorum tradere cogimur, Vitam nempe contentam in* Speculo sanctorali *e codicibus Parisinis lat. 5406 et 5407 ac Tolosano 64, synopsin vero legendarii Moissiacensis ex apographo inter collectanea Bollandiana servato in codice nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8014.*

aetas prorsus incerta;

2. *Diximus nulla documenta prostare de* S. Floro *quae certo antiquiora censeri possint saeculo XIV* (1). *Legitur quidem* Florus *quidam episcopus interfuisse concilio Arelatensi in causa monasterii Lirinensis habito circa annum 451* (2), *et eodem anno subscripsisse epistulae praesulum Galliae ad Leonem I papam* (3); *sed nequaquam constat hunc fuisse* S. Florum *Lodovensem, de quo nunc agimus. Id sane non concedent qui cum Bernardo Guidonis* S. Florum *unum ex Christi Domini discipulis fuisse tradunt. Sed neque haec traditio, saeculo XIV primum scripto consignata, incertis prorsus fontibus, ea auctoritate gaudet ut aliquid inde ad definiendum qua aetate vixerit* S. Florus *eruere valeamus. Ipsius autem Lodovensis sedis mentio primum occurrit in epistula Bonifatii* B *I papae ad Hilarium episcopum Narbonensem scripta circa annum 422, in qua Patroclus episcopus Arelatensis quendam episcopum Leutevensem in alterius demortui locum ordinasse legitur* (4), *sed reticetur nomen defuncti, sicut et illius qui suffectus est. — Quae vero de* S. Floro *scripserunt recentiores Ioannes Plantavit de la Pause* (5), *Dominicus a Iesu Carmelita* (6), *Andreas Saussayus* (7) *et Iacobus Branche prior coenobii Piperacensis* (8), *vix quicquam circa historiam* S. Flori *referunt praeter ea quae leguntur apud Bernardum Guidonis et traditiones nonnullas manifeste fabulosas. Traditiones illas populares, quae apud Bernardum non leguntur, indicabimus inter Annotata ad Vitam. Haec prolixius hoc loco perscrutari piget.*

cultum tamen antiquum demonstrant ecclesia eius nomine dedicata ante annum 1016,

3. *Ecclesia Sancti Flori, quae scilicet in loco sepulturae sancti aedificata est, circa annum 1016* (9) *donata est Odiloni abbati Cluniacensi* (10); *quo tempore iuvenis surdus et mutus a nativitate, ad sanctum sepulcrum adductus, auditum et loquelam coram magna populi multitudine recepisse fertur* (11). *Fuit inde haec ecclesia prioratus monasterio Clessinacensi subiectus, qui postea anno 1317* C *a Ioanne XXII erectus est in sedem episcopalem* (12). *Ipsum autem oppidum, quod circa eam ecclesiam coaluit, iamdudum Sancti Flori nomine nuncupatum est.*

et kalendaria ac breviaria exarata saeculo XV;

4. *Praeter haec, cultum* S. Flori *asserunt kalendaria praemissa missalibus Arelatensibus, quae exhibent codices bibliothecae nationalis Parisiensis signati inter latinos numeris 874 et 881, et breviario quo utebatur conventus Ordinis Praedicatorum in civitate Sancti Flori, contento in codice eiusdem bibliothecae lat. 1305; et praeterea lectiones officii* S. Flori *in eodem breviario, eiusdemque sancti commemoratio in codicibus 1274 et Nov. Acq. 116, qui uterque est breviarium ecclesiae Claromontanae. Codices illi omnes exarati sunt saeculo XV. In kalendariis citatis festivitas* S. Flori *signata est ad diem 4 novembris. Antiquitus vero, ut constat ex inscriptione Vitae apud Bernardum Guidonis, celebrabatur in ecclesia Lodovensi* in kalendis novembris: *saeculo vero XVII, die 3 novembris* (13): *ac denique saeculo elapso, teste* Proprio sanctorum insignis ecclesiae et dioecesis Lodovensis auctoricate Ioannis Felicis Henrici de Fumel episcopi et comitis Lodovensis *typis edito Piscenis anno 1770,* dominica quae proxime antecedit festum omnium sanctorum, *ad quam diem signatur festum* S. Flori proto-praesulis ecclesiae Lodovensis confessoris: duplex secundae classis. Omnia de communi apostolorum, *praeter lectiones in secundo nocturno et hymnos ad utrasque vesperas et ad laudes, quae propria sunt. In dioecesi vero Sancti Flori celebrantur nunc duae sancti festivitates, altera scilicet die 1 iunii, quae est* Exceptio sancti Flori Christi discipuli, dioecesis protopraesulis et patroni, *sub ritu duplici secundae classis, altera et praecipua die 4 novembris, sub ritu duplici primae classis cum octava, officio et missa in utraque propriis.* E

qui cultus etiam extra dioeceses Lodovensem et Floripolitanam propagatus est.

5. *Extra dioeceses Lodovensem et Sancti Flori celebrari olim consuevit festivitas* S. Flori, *sive die 1 iunii sive 4 novembris, in ecclesiis Podiensi, Miniatensi, Claromontana et in coenobiis Casae Dei * et Piperacensi ** (14). *In ecclesia etiam Narbonensi peculiari cultu honoratum fuisse* S. Florum *vel inde constat quod lectio de sancto in Proprio Lodovensi edito anno 1745 excerpta dicitur* ex Brev. Narbon. *Quatenus autem cultus ille hodieque in iis ecclesiis perseveraverit, cum desint nobis earum* Propria, *indicare non licet. Sed et in septentrionali Gallia, in dioecesi Ambianensi,* S. Florum *patronum agnoscit ecclesia vici Maciacensis ** (15).

* Chaise-Dieu

* Pebrac.

* Machy.

De illius reliquiis

6. *De reliquiis* S. Flori *haec nos docuit ren. vir. E. Mercuy, vicarius generalis dioeceseos Floripolitanae, litteris quas recens ad nos humanissime rescripsit. In ecclesia nempe cathedrali Sancti Flori servantur os femoris, cuius pars superior desideratur, dimidia pars cubiti, duo ossa pedum, dens fere integer, duo fragmenta costarum et alterius cuiusdam ossis, articulus unius digiti et cornu eburneum quo sanctus uti consuevisse fertur ad convocandam plebem ad contionem sacram, cuiusque fragmentum repositum est apud sanctimoniales* F *quae nuncupantur a Visitatione B. V. M. in eadem civitate. — Praeterea ossium particulam se possidere gaudet ecclesia vici* La Chapelle-Alagnon *in dioecesi Floripolitana. Alteram quoque anno 1886 concessit Ill. Dom. Baduel, tunc episcopus Floripolitanus, ecclesiae Lodovensi (quae nunc pars est dioeceseos Montispessulanae), quo magna tunc sollemnitate translata est. — Denique et nonnullae reliquiae* S. Flori *honorantur in ecclesia Sancti Vulfranni, dioeceseos Ambianensis* (16).

et memoria in martyrologiis recentioribus.

7. *Iam diximus nomen* S. Flori *in nullo martyrologio comparere ante medium saeculum XVI. Quo tempore primum illud suo martyrologio* (17)

(1) Attamen ex nomine *Gothiae*, quod in Vita legitur, forte colligere licet eam conscriptam esse ante finem saeculi XII. Cfr. infra, Annot. *b*. — (2) Mansi, *Conc.*, tom. VII, p. 907. — (3) Ibid., tom. VI, p. 164. — (4) Ibid., tom. IV, p. 395. — (5) *Chronologia praesulum Lodovensium.* Amarontii, 1634. — (6) *Histoire paroenetique des trois saincts protecteurs de l'Auvergne.* Paris, 1635. Maxima ex parte recusa apud C. Barthélemy, *Vies des saints de France*, tom. I, p. 827-74. — (7) *Martyrol. gallic.*, ad d. 4 nov. — (8) *La vie des saincts et sainctes d'Auvergne et de Velay.* Au Puy, 1652, p. 316-28. — (9) Ut constat ex nominibus Stephani episcopi et Rotberti comitis, quae chartae donationis subscripta leguntur. — (10) Charta donationis ed. ap. Mabillon, *Annal. Benedict.*, tom. IV, p. 697. — (11) Ms. S. Flori cit. ap., Branche, p. 328. — (12) *Bullar. Rom.*, tom. III, p. 150. — (13) Dominicus a Iesu, ap. Barthélemy, p. 843. — Plura etiam templa et sacella in honorem *S. Flori* Lodevae aedificata esse memorat idem scriptor (ibid.) — (14) Branche, op. cit., p. 328. — (15) Corblet, *Hagiographie du diocèse d'Amiens*, tom. IV, p. 276. — (16) Ibid. — (17) Primum edito an. 1562.

inseruit

AUCTORE C. D. S.

inseruit Adamus Walasserus. Secuti sunt Molanus in additionibus ad Usuardum (1), *deinde Andreas Saussaius in* Martyrologio gallicano, *Ferrarius in* Catalogo sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt *et Castellanus in suo* Martyrologio generali : *qui omnes festivitatem sancti signarunt ad diem 4 novembris.* D

Iam sequuntur Vitae.

I. Vita S. Flori, ex Bernardi Guidonis Speculo sanctorali.

Edita ex codicibus **1**. *Paris. lat.* 5406; **2**. *Paris. lat.* 5407; **3**. *Tolosano* 64. — *Cfr. Comm. praev., num.* 1.

Gesta [1] sancti Flori confessoris, cuius festivitas occurrit in kalendis novembris, prima die ipsius mensis [2].

S. Florus, *Christi discipulus, socius Petri apostoli,* a

1. Beatus Florus, ex transmarinis partibus ortus *a*, Domini nostri Iesu Christi vestigia secutus, eius ubique alumnus, et sacro fonte baptismatis ablutus doctrinisque eius salutaribus edoctus, honorifice vocatus est eius [3] spiritualis filius. Inter ceteros vero missos dignos condiscipulos directus est ipse Romae catholicae Ecclesiae, ut illic socius fieret inter alios et beati Petri apostolorum principis particeps efficeretur et consors. B Pro tanto et tali denique nitore, quem ipse habebat in pectore, ardor apostoli erga ipsum vigebat in mente et Flori [4] meritis pollebat in corde.

in provinciam Narbonensem ad praedicandum evangelium missus,

2. Denique postquam magister veritatis Christus discipulos ad praedicandum mitteret et alios septuaginta duos discipulos designaret [1] ut irent bini et bini per singulas provincias ad docendum verba evangelii Iesu Christi, sanctus Florus ex admonitione beati Petri apostoli cum quibusdam aliis missus est ad partes provinciae quae cognominatur Gotia [2] *b* in provincia Narbonensi, ubi quam plurimis errantibus a via veritatis fidem sanctae Trinitatis praedicando declaravit [3] et ad confessionem eiusdem fidei ad perfectum usque perduxit. *b*

ibidem primo ecclesiam Lodovensem pastorali sollicitudine

3. Perveniens autem vir Dei ad civitatem Lotovensem [1], ibi [2] pastor ecclesiae et episcopus animarum electus est [3] primus, et errantes oves propriis umeris ad ovile dominicum reportavit. Cumque tanta fragraret gratia ut inter domesticos hic [4] providentia ipse domesticus haberetur devotus, impiger mansit in omnibus bonis, virtutibus et moribus decoratus. Bene etenim erudiens C filios suos per quem tramitem Christi tenerent mandata, docuit per gratiam Spiritus sancti calcare colla inimicorum [5] spirituum et omnia machinamenta diaboli superare.

instruxit:

4. Cumque populum ecclesiae suae divino cultui [1] prius ignoto vir Dei mancipasset et a cunctis veneraretur obsequio dignus antistes, taliter ad eos locutus est : *O filii carissimi, o Christi cruore redempti, audite verba Dei. Empti enim estis pretio magno, sanguine immaculati agni Iesu Christi, et de lupis effecti estis agni innocentes. Sequimini divinam vocem, per Paulum vas electionis sic dicentem : Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem; haec [2] enim sibi invicem adversantur. Estote ergo parati, et pugnate adversus insidias diaboli, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum.*

deinde, alio divinitus evocatus,

5. Haec et his similia egregio pontifice Floro docente et cum Christi miraculis suae plebi collustrante et in pace cum suis famulis in praedicta Lodovensi ecclesia quiescente, vox divina facta est ad eum, dicens : *Famule mi Flore, noli timere, quia ego tecum sum quocumque perrexeris.* Admonitus his verbis et divinis institutionibus : *En*, ait, *assum, Domine.* Et vox Domini [1] ad eum : *Sume*, inquit, *tibi undecim in vicem te sequentes, et vade in locum Planiticum ad montem Indiciatum, ibique tibi demonstrabo viam itineris tui, per quam ad me ingredi debeas.* Confestimque miles Dei, audita E hac institutione et iussione Dei, nihil trepidans, ut alter Abraham oboediens voci Dei, egressus de sede sua, properavit ad locum de quo dixeral ei Deus.

cum duobus sociis

6. Consurgens vero beatus Florus, coepto itinere carpens viam, duxit secum duos se consequentes, Genmardum [1] presbyterum et Iustum archidiaconum, ut hymnos spirituales cum ipso canerent et in omni loco Domino deservirent. Ceteri autem sequentes, cum supradictis discipulis usque in Bolismam collem [2] sequentibus pontificem pervenerunt. Quo in loco siti incomparabili sitierunt; et interveniente patrono eorum sancto Floro, mox ut virga sua terram aridam tetigit, aquae largissime effluxere, et illi biberunt et refocillati sunt, et ab ipso die usque in hodiernum fons ibi praeclarus emanat et satietatem multis populis praestat *c*. Tunc somno sopiti divino, duarum fere horarum spatio quieverunt et quiescentes dormitaverunt [3]. *c*

in Indiciaco monte,

7. Dehinc egregius Florus properans citissime, tumulum ascendit et circuivit montes plurimos in arce Planitica, donec veniret ad locum quem praecepit ei Deus in monte Indiciacum [1] *d*. Qui per angustum iter rupem excidentem *e* veniens cum laetitia, exquisivit qualiter inibi per Domini [2] clementiam repausaret. Tunc intervallo facto ae mora peracta, repedavit ad suos sequaces. *Surgite*, inquit, fratres, *dirigite viam pedetentim euntes* [3] *et properemus ad eum quem Domini iussu contemplari potuimus locum.* *d* *e*

non sine multiplice prodigio, alteram ecclesiam condidit,

8. Exsurgentes itaque, secuti sunt plane vestigia benigni sui pastoris. Illa vero lux eos praeibat quae filios Israel ducebat, deducens eos per [1] columnam nubis in die et per columnam ignis [2] in nocte. O dives in meritis athleta Dei. Ascendit in montem, ut illic Deo faceret habitaculum sollemne. Ibi visitatio divina giravit quattuor angulos

(1) Primum ed. an. 1568.

Tit. et Num. 1. — [1] *om.* 2. — [2] (p. d. i. m.) *om.* 2, 3. — [3] *om.* 3. — [4] fori 1.

Num. 2. — [1] designarent 2. — [2] Gocia 2 — [3] declinavit 2.

Num. 3. — [1] Lodovensem 2, 3. — [2] sibi 2. — [3] *om.* 2. — [4] hac 2, 3. — [5] immundorum, 2, 3.

Num. 4. — [1] cultu 2. — [2] hoc 2.

Num. 5. — [1] dominica 3.

Num. 6. — [1] et Gemarclum 2. — [2] collam 2. — [3] (et q. d.) *om.* 2.

Num. 7. — [1] Indiciatum 2. — [2] Deum 2. — [3] euntem 2.

Num. 8. — [1] *om.* 2. — [2] nubis 1, 3; (in die — ignis) *om.* 2.

A los quadrigae, quo fundamentum christiani nominis postmodum indiderunt; et nulla deinceps culmina antistitum absidam dedicaverunt *f*.

ibique, post multos annos sanctissime transactos, diem clausit extremum.

9. Cultor autem Dei Florus multis postea vixit temporibus, et suos discipulos prudenter instituit, ut in omnibus bonis operibus stabiles permanerent, in radice altissimi montis *g*. *Estote,* inquit, *filii, supra firmam petram fundati. Ego namque viam universae carnis proficisci cupio et ad perpetuam vitam ingredi desidero.* His itaque monitis edocti, lacrimantes dixerunt ad eum: *O pastor bone, cur oves innumerabiles, quas Domino acquisisti, relinquis? Sed quid nos orphanos dimittis? Interpella pro nobis ad Deum assidue, ne pereamus in novissimo die.* Haec illis lacrimabiliter dicentibus, benedicens eos et instruens in praeceptis Dei, anima eius migravit a corpore et feliciter penetravit in sancta. Corpus autem eius sepelierunt iidem sui discipuli, et construxerunt ibi ecclesiam in honore[1] beati Petri apostoli *h*. Ubi meritis eiusdem sancti Flori[2], digne implorantibus eius suffragium a diversis incommoditatibus praestantur remedia sanitatum.

B

ANNOTATA.

a *Insigne civitatis Floripolitanae exhibet triplicem litteram* A *auream rubro clypeo impositam. Quod, si fides habeatur Dominico a Iesu* (1) *ideo assumptum est quia credebatur* S. Florus, *cui civitas ortum suum et nomen debet, oriundus esse ex* ArAbiA. *Quin, et secundum traditionem popularem ibidem vigentem, filius erat unius e tribus magis qui Iesum recens natum adoraturi venerunt Bethleem, et a patre suo ad Salvatorem missus, ubi is divinam suam doctrinam praedicare exorsus est; ideoque in vetustis imaginibus depictus est facie nigra. Alii tamen illum Hebraeum natu dixerunt, et apud suos nomine* Cicis *vel* Criscis *aut etiam* Tsitsis *appellatum, quod latine sonaret* Flos viri *vel* Floris viri; *unde et vocabulum illi* Florus *apud Latinos inditum fuerit* (2). VITA

b *Nomine* Gothiae *vel* Septimaniae *appellata fuit ea pars Narbonensis provinciae qua primo potiti sunt Visigothi, ab exordio scilicet saeculi V usque ad saeculum XII* (3).

c *Fons iste, qui ferebatur a* S. Floro *elicitus, tempore Dominici a Iesu, id est ante medium saeculum XVII, frequenti populi et praesertim infirmorum concursu colebatur. Fornix lapideus ei impositus fuerat et grandis crux apud eum erecta. Sollemni pompa quotannis illuc procedebat plebs Floripolitana* (4).

d *Eadem nomina ad locum designandum adhibita sunt in charta donationis anno 1016 confecta, de qua cfr. supra Comm. praev., num. 3.*

e *Angustus ille callis saeculo XVII dicebatur una esse ex portis civitatis Floripolitanae, in rupe excisa, ipsumque saxum orante* S. Floro *repente diffissum ferebatur, ut transitum ei praeberet. Quin et monstrabatur vestigium manus* S. Flori *rupi impressum, quod pia plebs osculari consueverat ubi ad* fontem S. Flori *pompa annua fiebat* (5). E

f *Haec aliquanto magis perspicue enuntiantur in legenda Moissiacensi (infra, numm. 2 med., 3 init.).*

g *Et hic locus saeculo XVII monstrabatur apud civitatem Sancti Flori, specus nimirum quidam sub alta rupe, in quo cernebatur et lapis quasi in formam lecti excavatus, quo* S. Florum *usum esse ferebant* (6).

h *Postea inde translatum est sacrum corpus in ecclesiam cathedralem Sancti Flori* (7). *Simul autem cum corpore* S. Flori *recondita fuisse tradunt reliquias SS. Innocentium martyrum, quas ipse ex Oriente detulisset. Et re quidem vera testatus est Carolus cardinalis de Noailles, episcopus Floripolitanus, se, cum reliquias* S. Flori *inspiceret ineunte saeculo XVII, repperisse in eius sepulcro quaedam ossa minutiora, quae omnino infantulorum fuisse videbantur* (8).

II. Lectiones legendarii Moissiacensis.

Editae ex apographo servato in cod. Brux. 8014. — Cfr. Comm. praev., num. 1.

C **Die quarta mensis novembris. In festo S. Flori episcopi et confessoris.**

1. Florus igitur Lodovensis episcopus in ecclesia sua divina voce est monitus ut, montana petens Arvernica, iret in montem Indiciacum in loco Planitico. Cui assentiens, convocato et informato populo valedicens, cum aliquibus sibi obsecuturis recessit. Pervenientes autem ad quendam locum, facta oratione, ad ictum sceptri, quod manu tenebat, terra produxit laticem largissimum divinitus defluentem, quo astantes sitim intolerabilem exstinxerunt. Florus itaque in tellure Planitica plures montes circumiens, tandem Christo duce per angustum iter rupis excisae ad montem Indiciacum, locum a Deo destinatum, pervenit.

2. Quo circumspecto, Deo gratias agens, rediens ad socios, taliter allocutus est eos: *Surgite, fratres; Dominus enim direxit viam nostram. Properemus ad eum, quem eius iussu quaesivimus, locum.* F Tunc cogitare et tractare coepit qualiter ibi sollemne Deo habitaculum posset instruere. Cumque haec ita disponeret, apparuit quaedam vis et operatio divinae maiestatis, per quattuor angulos spatii basilicae in modum quadrigae sulcum faciens ducto limite: ut palam cunctis appareret qualiter fundamentum ecclesiae poni deberet. Qua virtute qui viderunt stupefacti, non mediocri etiam laetitia cum ingenti admiratione perculsi, accelerant perficere intimum opus designatum divinitus. Erigitur fabrica, construitur ecclesia, fit Deo sollemne habitaculum et populis in veneratione divinae majestatis sanctificatum oratorium.

3. Ob reverentiam vero praedictae virtutis, ut fertur, nullus deinceps antistitum absidam ecclesiae illius dedicare praesumpsit; nec immerito: quod enim Dei et Domini nostri sanctificatum est maiestate, mortalium non eget benedictione. Pluribus itaque annis Florus ibi Deo laudabiliter

Num. 9. — [1] honorem 2. — [2] *om.* 2.

(1) Ap. Barthélemy, *Vie des SS. de France*, tom I, p. 874. — (2) Ibid., p. 836. — (3) Vaissette, *Hist. de Languedoc*, lib. IV, cap. 88 (tom. I, p. 213; ed. III, p. 481). — (4) Ap. Barthélemy, pp. 853, 855. — (5) Ibid., p. 855. — (6) Ibid., p. 865. — (7) Branche, *Vie des saincts d'Auvergne*, p. 328. — (8) Dominicus a Iesu, ap. Barthélemy, p. 871.

serviens,

VITA serviens, praedicatione sua et exemplo vitae plures fideles Domino acquisivit. Erat enim in potestate doctrinam habens: quia qualis instruebat subditos verbo, talis et ipse apparebat in facto. Exoratus * namque est eos ut mundum non diligerent neque quae in mundo sunt diligere studeant, quoniam mundus transit et concupiscentia eius, et Paulus : *Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar.* Cum vero tempus resolutionis instaret, discipulis et populo fidem et doctrinam Christi praedicans, inter verba orationis beatus Florus ad Christum migravit. Ad cuius tumulum meritis eius multi infirmi ac debiles prosperantur. D

* leg. exhortatus?

DE SANCTO AMANTIO

SAEC. V. EPISCOPO RUTHENENSI IN GALLIA C. D. S

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De fontibus historiae S. Amantii.

B

1. Vita latina antiqua, cuius forma duplex; * vulgo Chamans

1. *Inter hos fontes principem locum obtinet antiqua Vita latina* S. Amantii*. *cuius contigit nobis undecim reperire apographa, quorum tria in bibliotheca regia Bruxellensi, cetera in bibliotheca nationali Parisiensi asservantur. Apographa autem illa inspicienti facile apparet duplicem illis repraesentari Vitae formam, quarum altera amplior est, brevior altera : breviorem hanc dico, non quod ullae partes compendio seu paucioribus verbis efferantur, sed quia nonnulla capita vel capitum partes in ea prorsus omissa sunt, videlicet (secundum partitionem nostram) prologus, posterior pars capitis primi praeter ultimam sententiam, caput quartum, ultima sententia capitis quinti, posterior pars capitis sexti, totum caput septimum, et praeterea liber miraculorum post mortem, qui vel integer vel ex parte annexus est exemplaribus formae amplioris. Sed et utraque forma multiplicem exhibet lectionem sibi propriam et omnibus ipsius apographis communem. Duas illas formas vel complexus codicum qui eas continent designabimus siglis* A *et* B, *singulos vero codices numero proprio. Formam ampliorem* A *praebent* C *codices quattuor. Quorum, et omnium codicum nostrorum, antiquissimum* [**1**] *servat nunc bibliotheca nationalis Parisiensis, signatum lat. 17002, antea* Notre-Dame *97, qui fuit olim coenobii Moissiacensis, exaratum saeculo X* (1). *Huic valde affinis est, adeo ut ex eo vel certe simili exscriptus videatur,* [**2**] *eiusdem bibliothecae cod. lat. 3809 A, exaratus saeculo XV* (2). *Aliquanto lectionibus variantibus a duobus prioribus recedit* [**3**] *Par. lat. 3820, exaratus saeculo XIV* (3), *et magis etiam* [**4**] *Par. lat. 5406, eiusdem aetatis, qui continet quartam partem* Speculi sanctoralis *collecti a Bernardo Guidonis* (4). *Is iam nonnullis lectionibus accedit ad formam breviorem, quam continent reliqui codices septem, videlicet* [**5**] *Brux. 2989, olim Sancti Laurentii Leodiensis, exaratus extr. saec. XI* (5), *in quo satis multae occurrunt lectiones variantes singulares, et tria paria (paritate nimirum lectionum propriarum)* [**6**] *Par. lat. 5308, saec. XII* (6) *ac* [**7**] *5278, saec. XIII* (7), [**8**] *Brux. 207-8, saec. XII* (8) *ac* [**9**] *Par. lat. 5289, saec. XIV* (9). [**10**] *Par. lat. 14651, saec. XV* (10) *ac* [**11**] *Brux. 11987, ante medium saeculum XVI in coenobio Rubeae Vallis prope Bruxellas ab Antonio Gentio exaratus* (11). E

forma amplior, quae et vetustior,

2. *Manifeste antiquior est forma* A. *Huius apographa* **1**, **2**, **3**, *quod spectat sive ad elocutionis genus sive ad orthographiam, multis barbarismis scatent, quales in primigenio exemplari occurrisse inde satis constare videtur quod, si bene memini, multae aliae Vitae in eisdem codicibus exscriptae, eam notam prae se non ferunt; non pauci tamen, praesertim in codicibus* **1** *et* **2**, *vitio librariorum imputandi sunt, cum et in uno tantum codice legantur et nullum prorsus sensum reddant et facile e quibus verbis adulterati sint liqueat. Textum* Sanctorali *suo insertum passim emendavit et expolivit, vocibus etiam subinde additis vel mutatis, Bernardus Guidonis. Idem praestitit qui primus concinnavit formam breviorem* B; *sed et praeterea singulae classes codicum huius formae, quas numero quattuor distinguere est, suas proprias emendationes vel adulterationes exhibent. Has inter variantes lectiones singulis capitibus subiectas sedulo notavimus, praeter singulares singulorum codicum* **8** *et* **9**: *quas, sicut et eas quoque quae propriae sunt unius codicis* **4**, *post caput tertium fere praetermittere visum est, ne sine ullo commodo et cum multo legentium taedio variarum lectionum copia quasi obrueremur.* F

saepius, sed non satis accurate, edita est

3. *Formam Vitae breviorem solus edidit Laurentius Surius ad diem 4 novembris* (12) *et ita fideliter expressit textum qui legitur in codice nostro* **11**, *prout in ipso codice ab aliquo correctore multis locis emendatus est, ut lectiones etiam illi codici singulariter proprias, praeter unam manifeste absonam* (13), *omnes rettulerit et haud amplius decem voces levissime mutaverit : unde vix dubium esse potest quin hunc ipsum codicem, et quidem solum, prae oculis habuerit. Formam vero* A *primus vulgavit Philippus Labbe* (14) ex veteribus legendariis mss. (15), *quae distinctius non recensuit, et ex iis, praesertim vero ex exemplari quodam quod in multis conveniebat cum nostro* **4**, *lectiones selegisse videtur quas iudicavit meliorem efficere sensum ; sed hac ratione Vitae quasi faciem ita limavit ut eam, qualis exhibetur praecipuis codicibus* **1**, **2**, **3**,

(1) Cfr. *Cat. codd. hag. Paris.*, tom. III, p. 364. — (2) Cfr. ibid., tom. I, p. 382. — (3) Ibid., p. 364. — (4) Ibid., III, 551. — (5) *Cat. codd. hag. Brux.*, tom. II, p. 282. — (6) *Cat. Paris.*, II, 64. — (7) Ibid., I, 463. — (8) *Cat. Brux.*, I, 135. — (9) *Cat. Paris.*, I, 518. — (10) Ibid., III, 262. — (11) Cfr. *Anal. Bolland.*, tom. VI, p. 31. — (12) Tom. XI, p. 54. — (13) Cfr. infra, Vit. cap. 5, var. lect. — (14) *Nov. Bibl. Mss.*, tom. II, p. 474. — (15) Ibid., in indice praefixo volumini.

vix

A *vix agnoscas. Postea autem e codice Moissiacensi* [1], *ipsi Tolosa transmisso, paucas lectiones variantes adiecit* (1). *Textum Labbeanum, cum Suriano collatum, repetivit Michael Angelus Luchi monachus Casinensis in sua editione operum Venanti Fortunati* (2) *et, secundum ipsam hanc Luchianam editionem, Migne* (3). *Novissime demum cl. v Bruno Krusch eundem textum, sed praeter editiones citatas non aliis subsidiis usus quam variantibus lectionibus e codice nostro* 5 *excerptis, inseruit inter* Venanti Fortunati opera pedestria (4).

et perperam Fortunato scriptori attributa.

4. *Vitae scriptorem censuit Surius fuisse Venantum Fortunatum Pictaviensem illum episcopum, qui floruit post medium saeculum VI, sed non alio momento nisi quod, ut ipsi videbatur,* stilus a Fortunati dictione non abhorret. *Surii sententiam non improbabilem censuit Labbe, re tamen penitius non inspecta. Luchius vero in praemonitione ad Vitam* S. Amantii : Fortasse, *ait,* alicui dubitationem inicere possunt formae illae loquendi, quae plane poesim sapiunt, quibus auctor huiusce Vitae S. Amantii frequentius usus deprehenditur quam fere videatur in more fuisse Fortunato cum B sanctorum Vitas conscribebat (5) :.... nisi forte Fortunatus, nondum assuetus sanctorum Vitis conscribendis, cum hanc elucubraret, genio poetarum paulo liberius indulsisse dicendus est, ac colores poeseos, cui impense studebat, vel in pedestrem hanc elucubrationem transtulisse. Quamquam et stilus ipse politior et cultior quam fere proprius ille Fortunati esse soleat (6), ac grandior et rotundior oratio, suspicionem alicui afferre possunt haud illam genuinum esse eiusdem fetum, secus atque alii sentiant. Verum nec illud inficiandum est, Fortunati ingenium et in verbis collocandis industriam saepius in eadem apparere : quamobrem sub eiusdem nomine illam edendam existimemus. *Mira sane conclusio. Nempe nullo in codice neque ab ullo antiquo scriptore ante Surium Vita* Amantii *Fortunato legitur inscripta, et sola ratio cur illi inscriberetur fuit existimata illa stili cum Fortunati dictione similitudo; et postquam demonstratum est Vitae dictionem a scribendi ratione familiari Fortunato non parum esse dissimilem, retinendum nihilominus censetur nomen Fortunati auctoris, quia illius ingenium et in verbis collocandis industria saepius in ea manifestatur,* C *quasi id non commune esset multis aliis Vitis sanctorum aevo merovingico aut carolingico conscriptis, quarum scilicet auctoribus Fortunati dictio praecipuum quoddam artis scribendi exemplar erat, quod sibi imitandum proponerent. Huc accedit quod, cum Fortunatus supponatur Vitam* S. Amantii *adornasse ubi* nondum assuetus *erat* sanctorum Vitis conscribendis, *nequaquam hunc librum citavit Gregorius Turonensis, qui tamen et* Amantii *apparitionem memoravit* (7) *et alias Vitas sanctorum ab amico suo conscriptas, quae certo genuinae sunt, data occasione laudare non praetermisit* (8), *praeter Vitam S. Paterni episcopi Abrincensis, de quo nusquam in suis scriptis egit, et Vitam S. Radegundis reginae, quam forte edidit* *Fortunatus post obitum Gregorii* (9). *Iure merito igitur cl. v. B. Krusch Vitam* S. Amantii *inter* Opuscula Fortunato male attributa *relegavit.*

II. Liber miraculorum paulo post Vitam et ab eodem scriptore, saeculo, ut videtur, VI extremo vel ineunte VII scriptus.

5. *In quattuor codicibus qui nobis servarunt Vitae formam A, huic adiunctum esse iam indicavimus librum in quo descripta sunt miracula post mortem* S. Amantii *eius intercessione impetrata. Librum hunc non eodem tempore quo Vitam, sed ab eodem scriptore concinnatum esse, constat ex eius exordio :* Quondam vitam beati confessoris Amantii divino munere, ut potui, stilo digessi. Nunc pauca de his quae triumphator egregius gerat signa, brevi sermone constringam. *Porro scriptorem illum Ruthenensem aliquem fuisse clericum, his argumentis aliquatenus videtur confici. Imprimis nimirum nulla refert miracula nisi quae apud ipsam Ruthenensem civitatem contigerint ; deinde, unum miraculorum* Ruthena urbe teste *ipse* conspexit (10) ; *denique, librum suum composuit ut legeretur in anniversaria festivitate* S. Amantii, *cui et ipse, ut ex eius modo loquendi videtur colligi, interesse consueverat* (11). *Quo vero tempore utrumque documentum conscriptum sit,* E *nullo indicio sive extrinseco sive intrinseco satis certo definire licet. Sane genus scribendi minime abhorret ab hagiographorum aevi merovingici more, qui cum sermone barbaro subridiculam quandam verborum et sententiarum pompam, antithesibus praecipue et similibus locutionum figuris conspicuam, saepissime affectant. Haec tamen non ita iis scriptoribus propria sunt ut et apud alios posteriores identidem non appareant. Crediderim nihilominus non diu post extremum saeculum VI documenta illa conscripta esse : nam ex octo prodigiis in libro miraculorum narratis quartum et quintum certe huic saeculo illiganda sunt, neque probabile videtur sextum, cuius scriptor testis oculatus fuit, adeo magno intervallo temporis ab illis distare. Certe id non indicat formula illa simplex transitionis :* Dicam miraculum quod ipsa Ruthena urbe teste conspexi. *Et aliquantum forte confirmatur sententia nostra ex nomine pueri qui eo loco narratur sanatus : is scilicet nuncupabatur* Euphrasius *vel* Euphrasinus, *quod vocabulum cognationem galloromanam demonstrat et adulto saeculo VII in usu fuisse parum credibile est.*

III. Vita romana metrica saeculo forte XII concinnata.

6. *Alterius Vitae* S. Amantii, *provinciali seu romano idiomate et sermone metrico conscriptae, nonnulla fragmenta supersunt, quae citarunt circa medium saeculum XVII Marcus Antonius Dominicy et scriptor Vitae gallicae de qua mox dicendum. Codicem unde haec excerpta sunt exaratum esse saeculo XI vel XII asseruit Dominicy* (12); *sed cum deperditus sit codex ille* (13), *neque eum umquam inspexerit quisquam artis palaeographicae peritus, res satis dubia manet. Auctor in clausula sui carminis ait illud e latino textu translatum esse : unde, cum in parte illa quae ad nos pervenit non pauca legantur quae vel prorsus desiderari existimaret vel certe alio modo narrentur in Vita latina de qua hactenus egimus, iure concludendum opinatus est v. v. L. Servières* (14), *illud e diverso ab ea Vita*

(1) Ibid., in Supplemento ad calcem voluminis, fol. 2. — (2) Part. II (Romae, 1787), p. 96. — (3) P. L., tom. LXXXVIII, p. 513. — (4) *Mon. Germ.*, Auct. antiq., tom. IV, part. poster. (Berolini, 1885), p. 55. — (5) Quin, teste cl. Krusch, *Virgilianas Ovidianasque elocutiones Vitae scriptor tot adhibuit, quot in genuinis Fortunati scriptis omnibus vix reperias.* Ibid., p. XXI. — (6) Noverat scilicet Luchi solam Labbei editionem politiorem. — (7) *Vit. Patrum*, cap. IV, num. 1. — (8) Scilicet, addito Fortunati nomine, Vitam Germani Parisiensis *Hist. Fr.* V, 8; Albini, *Glor. conf.* c. 94 ; Severini, ibid., c. 44; tacito auctoris nomine, Vitam Hilarii, *Hist. Fr.*, II, 37, et Marcelli Parisiensis, *Glor. conf.*, c. 87. — (9) Gregorius scilicet obiit anno 593; Radegundis vero anno 587. — (10) Mirac., cap. 6. — (11) Ibid., cap. ult. extr. *Nunc ergo in tantae festivitatis gaudiis omni supplicatione Dominum... deposcamus.* — (12) Cfr. Raynouard, *Choix des poésies originales des troubadours*, tom. II (Paris, 1817), p. CXLIX. — (13) Servières. *Hist. de S. Amans*, p. 20. — (14) Ibid., p. 22-23.

fonte

AUCTORE C. D. S.

fonte derivatum esse. Cui equidem opinioni assentiri non ausim; neque enim Vitam metricam romanam adeo a Vita latina nostra discrepare video (1), *cum praesertim, licet haec fuerit fons romanae praecipuus, potuerit tamen scriptor non pauca ex traditione populari addere vel adulterare aut etiam, licentia qua uti semper soliti sunt poetae, nonnulla ipse confingere, sicut in multis aliis eiusdem generis lucubrationibus factum novimus. — Fragmenta illa carminis romani, iam saepius edita* (2), *hic denuo recudere cum versione latina non pigebit.*

IV. Vita gallice composita saeculo XVII.

7. *Denique habemus Vitam* S. *Amantii gallice confectam saeculo XVII, quae manu scripta et adhuc inedita servatur in domo episcopali Ruthenensi, sed eius apographum anno 1838 ad Neobollandianos misit episcopus tunc Ruthenensis Ill. Petrus Giraud, postea Cameracensis archiepiscopus et S. R. E. cardinalis. Scriptor huius Vitae fontes adhibuit opus Plantavit de la Pause episcopi Lodovensis de* Chronologia episcoporum Lodovensium (3), *Vitam latinam breviorem editam a Surio et praecipue carmen romanum, quod* B *eius tempore servabatur in aede municipali Ruthenensi* (4), *unde huius carminis iactura compensatur. Citat etiam legendam* S. Amantii *in ecclesia Ruthenensi recitari solitam. Ex Vita hac gallica in reliquo hoc commentario et inter Annotata ad Vitam latinam quaedam subinde citabimus sub titulo* Vit. gall. ms. — *Quae praeterea vulgo circumferuntur traditiones de* S. Amantio *et monumenta de eius cultu sedulo collecta reperiuntur in opere de* historia S. Amantii *recens edito a v. v. Ludovico Servières, parocho in dioecesi Ruthenensi* (5), *et in superioribus iam pluries laudato.*

§ II. Quo tempore vixerit S. Amantius; an sedem Lodovensem aliquando tenuerit et an monasterium condiderit apud Ruthenam.

S. Amantius vixit saeculo V.

8. S. Amantium *floruisse saeculo V satis perspicue eruitur ex libro miraculorum* (6), *ubi S. Quintianus narratur sancti sui decessoris corpus elevasse post* nondum multorum emensa temporum orbe completo, *id est annorum,* curricula, *quae manifeste computanda sunt a prima sepultura* S. Amantii. *Iam vero Quintianus ecclesiam Ruthenensem rexit ineunte saeculo VI* (7). *Quidam praeterea afferunt* (8) *fragmentum carminis romani* (9), *ubi dicitur* Amantius *Ruthenensi civitati obtinuisse ab Honorato seu Honorio imperatore alicuius vectigalis remissionem; et inde magis definite illum sedisse opinantur anno circiter 401. Verum, ut libenter concedimus Honorium imperatorem a poeta romano intentum fuisse sub nomine* regis Honorati Caesaris, *simul tamen censemus eundem forte vitiosa sui codicis lectione esse deceptum, et certe non tantum momenti in ipsius testi-* D *monio reponendum ut hoc solo nixi rem ab ipso narratam vere contigisse agnoscamus* (10).

(argumenta autem, quibus nonnulli eum long. antiquiorem demonstrare conati sunt.

9. *Adversus sententiam illam, apud eruditos vulgo receptam* (11), *insurgunt nonnulli recentiores, qui* Amantium *saeculo I vel certe non post saeculum III sedisse contendunt. Qui priorem hanc opinionem tuentur, nullum prorsus antiquum testimonium afferunt, sed praecipue hoc ratiocinium: Certum est S. Martialem primo aevi christiani saeculo Ruthenis evangelium praedicasse, nec dubitandum quin apud eos aliquem episcopum ordinaverit; iam vero* S. Amantius *primus Ruthenorum episcopus fuit. Huic primo et praecipuo argumento secundum addunt e textu Vitae latinae et Miraculorum erutum. Nimirum in Vita fit mentio supplicii crucis* (12), *quod edicto Constantini paulo post exordium saeculi IV prorsus prohibitum fuisse notum est; et in libro miraculorum* (13), *incursus Marcomannorum, qui semel tantum, Marco Aurelio imperatore, id est inter annos 162 et 170 Galliam invasisse leguntur. Tertium argumentorum genus desumitur ex sculpturis nonnullis et specularibus pictis, in quibus* S. Amantius *adiunctus esse videtur S. Martiali vel S. Mariae Magdalenae, qui scilicet primo saeculo in Galliam appulisse credebantur.* E *Denique ex antiqua Vita latina* (14) *constat Ruthenos opera* S. Amantii *a turpi idololatria conversos esse ad religionem christianam, et incredibile est eos saeculo V fidei lumine nondum fuisse illustratos aut illud, a S. Martiali olim allatum, penitus amisisse* (15).

facile refelluntur;

10. *Sed haec argumenta parum efficacia sunt. Etenim, quod ad primum spectat, traditionis, qua asseritur S. Martialis primo saeculo fidem Christi attulisse Aquitaniae populis, prima vestigia apparent saeculo XI, idque iis adiunctis quae eam admodum suspectam faciant* (16), *et aeque vel etiam multo magis incertum est eundem Martialem Ruthenorum fuisse apostolum; nullum autem alium episcopum ante* Amantium *sedisse Ruthenae primus saeculo XII affirmavit poeta romanus* (17). — *Ad secundi generis argumentum prius, ex mentione supplicii crucis deductum, multiplex responsio patet. Nam* a) *crucis nomine non solum crux proprie dicta, sed et subinde arbores, pali, furcae designari solebant, e quibus suspensi capitalis poenae damnati, sive virgis sive sagittis sive igne necabantur* (18); b) *etsi edicto Constantini vetitum erat* F *crucis supplicium, potuit facile id edictum non raro violari, praesertim in provinciis remotioribus, ubi christiana religio nondum gentiles mores exstirpaverat;* c) *quae potior videtur esse explicatio, facile potuit etiam extremo saeculo VI vel ineunte VII scriptor, non ita antiquitatis peritus, hac locutione* crucis supplicio *uti ad significandum supplicium capitale, quamvis cui supplicii generi addictus fuerit reus ignoraret; quod et confirmatur ex locutione synonyma et indefinita* et extrema patibuli poena, *quae statim additur. Nec maiorem difficultatem facessit vox* Marcomanni. *Nam triplex iam testimonium protulit Gaujal, unde constat hoc nomine designatos fuisse saeculo IX septentrionales Europae gentes, quae alias plerumque Normanni*

(1) Cfr. infra, Annotata ad fragmenta romana. — (2) Praeter duo priora, quae solus edidit Servières. — (3) Amarontii, 1634. — (4) " Dieu fit beaucoup de miracles par l'intercession de S. Amans après son trepas; nous en avons tiré quelques-uns du vieux manuscrit de son ancienne legende composée en vers en langage vulgaire, qui est dans la maison de ville de Rodés. „ *Vit gall. ms.* circa fin. — (5) *Histoire de saint Amans, évêque de Rodez, patron du diocèse*, par l'abbé L. Servières. Rodez, 1885, in-12°, pp 504. — (6) Cap. 3 init. — (7) Cfr. *Gall. christ*, tom. I, p. 198. — (8) Servières, p. 60-62. — (9) Infra, fragm. III. — (10) Cfr. infra, annot. ad h. l. — (11) *Gall. christ.*, tom. I, p. 197; *Hist. litt. de la Fr.*, tom. III, p. 480; etc. — (12) Vit. cap. 2. — (13) Cap. 5. — (14) Capp. 3 et 6. — (15) Cfr. Servières, p. 34-42. — (16) Cfr. L. Duchesne, *Saint Martial de Limoges*, in periodico *Annales du Midi*, tom. IV (1892), p. 289 sqq. — (17) Infra, fragm. II. — (18) Cfr. I. Lipsius, *De cruce*, lib. I, capp. 5, 6; lib. III, capp. 6-11.

nuncupatae

AUCTORE C. D. S.

A *nuncupatae sunt* (1), *et nuperrime quartum simile testimonium ipsi edidimus* (2). *Iam vero meridionalem Galliam anno 572 et sequenti invaserunt Saxones, qui septentrionalem Germaniam incolebant* (3) *et saepe Normannis aequiparati sunt et eadem ratione nomine Marcomannorum designari potuerunt. — Ad tertii generis argumentum advertisse satis erit, et antiquissimum monumentorum quae afferuntur exstructum esse anno 1486, et una societate coniungi potuisse duos praecipuos Ruthenorum patronos, etsi non eodem tempore vixissent. — Denique, Ruthenenses saeculo V in idololatriae tenebris iacuisse non adeo mirandum est, cum ex historia S. Martini noverimus alias Galliae partes extremo saeculo IV iisdem fuisse immersas. Eaque verae fidei ignorantia eo facilius apud illos perseverare potuit, qui montanam ac proinde minus perviam regionem incolebant, et revera diutius ibidem viguisse idololatriam ostendunt antiqua monumenta in illa regione nostris temporibus reperta* (4).

ante annum 470.

11. *Itaque non est cur a sententia nostra recedamus. Quam adulto vero saeculo V sederit* Amantius, *non ita constat. Illud solum ex Vita eruitur, eum sedisse ante annum 470, quo circiter anno urbs Ruthenorum in manus venit Visigothorum* (5) : *mentio enim praesidis* (6) *et militum qui in praesidio civitatis erant* (7) *indicat eius aetate civitatem adhuc subiectam fuisse Romanis. Anno autem 475, ecclesia Ruthenensis orbata suo episcopo erat; nam hoc anno, ante captam a Visigothis Arvernorum urbem, scribebat Sidonius Apollinaris ad Basilium episcopum Aquensem :* Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemovices.... multaque iam maior numerus civitatum, summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis nec ullis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis,... latum spiritalis ruinae limitem traxit (8). *Porro praeter* S. Amantium *nullus episcopus Ruthenensis ante saeculum VI ex documentis fide dignis notus est. Ait quidem Savaron* (9) *se vidisse vetustum codicem in quo Eustachius* episcopus Ruthenensis *subscripsisse legebatur epistulae anno 451 ad Leonem I papam missae ab episcopis Galliae ; sed nec Eustachius aliquis alias hoc titulo insignitus reperitur neque ullae designationes sedium episcopalium adiunctae erant nominibus episcoporum in codici-*
C *bus unde epistula illa ad Leonem edita est apud Ballerinios* (10) *et apud Mansi* (11). *Codicem aliquem vidit Harduinus in quo re vera istae designationes appositae erant, sed ita mendose ut nullam earum rationem iure habere liceat* (12). *Eundem forte vel aliquod eius apographum prae manibus habuit Savaron, in quo ad nomen Eustachii, quod antepenultimo loco inter subscriptiones legitur, adiectus fuerit titulus* episcopus Ruthenensis.

S. Amantium fuisse prius episcopum Lodevensem,

12. *Aliae duae quaestiunculae circa historiam* S. Amantii *hic breviter tractandae veniunt. Altera est, num Amantius, antequam Ruthenensem ecclesiam regendam susceperit, praefuerit Lodevensi. Id primus affirmavit Plantavit de la Pause in sua* Chronologia episcoporum Lodevensium (13), *cui praeivisse videtur Bernardus Guidonis in opere suo nunc deperdito de historia episcopatus Lodevensis* (14). *Huius autem auctoritas tanta non est ut ea sola nixi translationem illam ab alia sede episcopali ad aliam probabilem existimemus, cum praesertim Bernardus in recipiendis traditionibus etiam maxime absonis faciliorem se praebuerit* (15); *neque profecto maioris facienda est traditio incertae aetatis quam secutus est Plantavitius. Quamquam sane nec adeo validum iudicamus argumentum negativum a scriptoribus* Galliae christianae *deductum e silentio Vitae latinae, cum et alia multa circa historiam* S. Amantii *in hoc docu-* E *mento, sicut fere in aliis multis eiusdem generis, desiderentur, et qui illud conscripsit, clericus nempe Ruthenensis, id solum curae habuisse videatur ut quae* Amantius *in episcopatu suo Ruthenensi praeclare gessit commemoraret.*

admodum dubium est.

13. *Sed praeter testimonia Bernardi Guidonis et traditionis Lodevensis afferuntur duo monumenta non paulo antiquiora ; utrumque scilicet extremo saeculo X conscriptum, unde illa egregie confirmari censentur. Alterum est* Notitia consecrationis ecclesiae cathedralis Leutevensis *a S. Fulcranno peractae anno 975, in qua legitur* altare *octavum in honorem* S. Amantii confessoris *erectum esse* (16); *alterum, testamentum eiusdem S. Fulcranni, in quo inter confessores soli invocantur S. Martinus et* S. Amantius (17). *Verum ex utroque illo documento eruitur solummodo* Amantium *aliquem in magna veneratione fuisse Lodevae saeculo X, non tamen illum eundem fuisse cum Ruthenensi episcopo huius nominis, aut, si idem fuit, non ob aliam rationem honoratum esse nisi quod ecclesiam Lodevensem rexerit. Quin immo ex ipsa illa veneratione, cum originis eius memoria iam nesciretur, facile oriri potuit traditio* F *de Lodevensi* S. Amantii *episcopatu.*

nec minus, ab ipso conditum fuisse coenobium apud Ruthenam.

14. *Altera quaestio est de coenobio Sancti Amantii Ruthenensi, quod ipsius* Amantii *opera conditum fuisse indicat Hugo Flaviniacensis in Vita S. Magdalvei episcopi Virodunensis, quam*

(1) " Tempore quando ex partibus Europae ab Aquilonis cardine diffusa gens Marchomanorum sevissima atque barbarorum immanior Galliamque introgressa, fortissimis ictibus sancta patiebatur Ecclesia..... „ *Hist. fundationis monasterii Vabrensis* (anno 861), auctore Agione abbate in. saec. X (ap. Vaissette, *Hist. de Languedoc*, tom. I, Preuves, p. 108 ; ed. III, tom. II, p. 323). — *Annal. Masciacences*, ad an. 865 : " Stephanus a Marcomannis occiditur et Arvernis incenditur „ ; et ad an. 873 : " Marcomanni in Masciaco venerunt. „ (*Mon. Germ*, Scr. tom. III, p. 169). Priori autem annuntiationi Annalium Masciacencium haec respondet in Chronico Sancti Maxentii Malleacensis : " (Anno 864) Stephanus comes Arvernorum a Danis interfectus est „ (*Hist. de Fr.*, tom VII, p. 228). — (2) " Fideles quidam, in ecclesia beati Exuperii divino cultui eiusque servitio mancipati, feros indomitae gentis, Marcomannorum scilicet, mores ferre non valentes... „ *Translatio SS. Exuperii et Lupi* ex cod. Paris. 14364 (*Cat. Paris.*, tom. III, p. 235). — (3) Cfr. infra, Annot. ad cap. 5 miraculorum. — (4) " Rodez ne nous offre (du Ier siècle à la fin du IVe) que statuettes de dieux et de déesses ; les poupées en plâtre de Vénus pullulent .. Pas un souvenir chez les Rutènes de ces martyrs qu'on trouve partout ailleurs ; pas un nom d'évêque... Nulle part, ce semble, autant que dans les montagnes du Rouergue, la désignation de *pagani*, gens de la campagne, n'équivaut au triste sens de *païens*. Mais à partir du milieu du Ve siècle, comme tout change ! ... „ V. Davin, *Les anciens monuments chrétiens de Rodez*, in periodico *Revue de l'art chrétien*, 2e série, tom. II (1875), p. 214.
(5) Cfr. Vaissette, *Histoire de Languedoc*, tom. I, p. 217 (ed. III, p. 487). — (6) Vit. cap. 2. — (7) Ibid , cap. 5. — (8) Epist. VII, 6 (*Mon. Germ.*, Auct. antiq., tom VIII, p. 103). — (9) Citatus in *Vit. gall. ms.* S. Amantii. — (10) P. L., tom. LIV, p. 966-70. — (11) *Conc.*, tom. VI, p. 161-65. — (12) Cfr. tomm. citt., P. L. p. 967, not. *j*; Mansi, p. 163, not 24. — (13) Cit. *Gall. christ.*, tom. VI, p. 528. — (14) Cfr. Delisle, *Les manuscrits de Bernard Gui*, § XVI (*Notices et extraits des mss.*, tom. XXVII, II, p. 273). — Testimonium Guidonis citavit *Hist. gall. ms.*, Plantavit vero legendam ecclesiae Lodovensis — (15) Cfr. quae de Virgilio Marone ab ipso narrata citavit cl. L. Delisle (*Notices*, tom. cit., p. 230). — (16) *Gall. christ.*, tom. VI, Instrum. p 267 D. — (17) Ibid., p. 269 B.

AUCTORE C. D. S.

inseruit suo Chronico Virodunensi, *ineunte saeculo XII conscripto. Sic enim scribit de possessionibus ecclesiae Virodunensis in Aquitania :* Fuerunt autem res istae abbatia Sancti Amantii in Rotena urbe cum appendiciis, fiscus etiam regius Maderniacus et alius. Puliniacus nomine, donata servitorum Sancti Petri et Sancti Vitoni usibus ipsius beati Amantii largitione (1). *Sed manifeste erravit Hugo ubi abbatiam illam a* S. Amantio *monasterio SS. Petri et Vitoni subiectum fuisse ait : primum enim saeculo X ex possessionibus ecclesiae Virodunensis illi monasterio attributa est, teste continuatore Historiae Virodunensium antistitum, ubi de Berengario episcopo scribit :* Quorum *(monachorum S. Vitoni)* victui delegavit Scantiam villam cum banno ; abbatiam quoque Sancti Amantii in Aquitania... (2). *Ceterum verba superius citata Hugo manifeste exscripsit ex Bercharii presbyteri Virodunensis, qui ducentis ante ipsum annis, id est ineunte saeculo X, floruit, brevi commentario de historia ecclesiae Virodunensis, ubi de Magdalveo :* Res etiam, *ait,* quae sunt in Equitania antiquitus isti ecclesiae subiectae, id est abbatia Sancti Amantii in Rodenia B sita, et Marderniacum et Poliniacum, frequenter visitabat (3), *sed prorsus silet ea* donata *fuisse monachorum Sancti Vitoni usibus* ipsius beati Amantii largitione. *Iacobus Branche* (4) *primum abbatem Sancti Amantii Ruthenensis circa annum 600 fuisse ait Clarium, e domo Stagnensi* (d'Estaing), *sed nulla alia auctoritate quam legendae cuiusdam Stagnensis valde imperite contextae et manifeste mendosae* (5).

§ III. De cultu S. Amantii.

Mentio S. Amantii in martyrologiis

15. *Iam inde ab exordio saeculi VI* S. Amantius *cultu legitimo honoratus est, teste historia sollemnis elevationis corporis eius, opera S. Quintiani Ruthenensis episcopi peractae, quae legitur in libro miraculorum* (6) *: huiusmodi enim elevatio, ut notum est, pro canonizatione iis temporibus erat. Eiusdem memoria inde in omnibus antiquis martyrologiis (praeter illud solum quod sub nomine Bedae citatur, ubi in nonnullis tantum auctariis comparet) annuntiatur ad diem 4 novembris, Hie-* C *ronymiano scilicet secundum vetustiores codices, Adonis, Rhabani Mauri, Wandelberti, Usuardi, et ceteris posterioribus, ac denique in Martyrologio Romano, his verbis :* Apud Ruthenos in Gallia, beati Amantii episcopi, cuius vita sanctitate et miraculis exstitit gloriosa.

et in breviariis.

16. *Ad diem quoque 4 novembris* S. Amantium *memorant, sive per orationem vel lectiones in corpore sive in kalendario ipsis praefixo, breviaria, missalia et alii libri liturgici multarum ecclesiarum particularium, quorum recensio sequitur. Videlicet 1° in Gallia :* a) *provinciae ecclesiasticae Albigensis : ecclesiae Ruthenensis codices tres* D *saeculi XIV* (7) *et alii quattuor saeculi XV* (8), *et praeterea breviaria vel Propria typis impressa annis 1603, 1670, 1706, 1824 et 1859* (9); *ecclesiae Albigensis codices tres saeculi XV ; ecclesiae Vabrensis Proprium editum annis 1650, 1702 et 1752,* b) *provinciae Narbonensis : ecclesiae Narbonensis Proprium ed. an. 1602 ; ecclesiae Biterrensis codex unus, Carcassonensis duo, Magalonensis unus, qui omnes exarati sunt saeculo XIV ; ecclesiae Lodevensis Proprium editum an. 1630* (10); *et Ucetiensis Proprium ed. an. 1686* ; c) *provinciae Aquensis : ecclesiae Aquensis codex unus saeculi XIV et tres saeculi XV; Foroiuliensis codex unus saeculi XIV;* d) *provinciae Arelatensis : ecclesiae Arelatensis codices duo saeculi XIII et tres saeculi XIV;* e) *provinciae Bituricensis : ecclesiae monasticae Sancti Flori codex saeculi XII; ecclesiae Claromontanae codices duo saeculi XV; ecclesiae Aniciensis Proprium ed. an. 1661, et Aginnensis ed. an. 1727;* f) *provinciae Lugdunensis : ecclesiae Lingonensis codex saeculi XIII, codex saeculi XIV et duo saeculi XV ;* g) *provinciae Turonensis : ecclesiae Cenomanensis codices* E *duo saeculi XV;* h) *provinciae Treverensis : ecclesiae Virodunensis codex saeculi XIII, codex saeculi XIV et breviarium ed. an. 1560 et an. 1625; ecclesiae Tullensis codices duo saeculi XV et coenobii Romarici Montis in dioecesi Sancti Deodati codex saeculi XII ;* i) *provinciae Viennensis : Proprium Vivariense ed. an. 1584; 2° in Hispania, breviarium Geronense saeculi XV ; 3° in Germania, breviarium Templariorum ms. saeculi XIII (Trev. 5), breviarium Strigoniense ms. saeculi XV et missale ecclesiae incertae, saeculi XI; 4° in Hibernia, kalendarium Drummondiense :* In Gallia natale Sancti Amantii episcopi (11). — *Ad diem vero 3 novembris signatus est* Amantius *in Proprio ecclesiae Lodevensis ed. ann. 1745 et 1770* (12): *ad diem 5, in Proprio Biterrensi ed. ann. 1721, 1741 et 1773* (13); *in Montispeliensi ed. an. 1736* (14) *et in Proprio Mimiatensi* (15); *ad diem 6, in Proprio Biterrensi ed. an. 1534* (16) *et in breviario Albigensi ed. an. 1734* (17); *ad diem 10, in Proprio Albigensi ed. an. 1703* (18); *ad diem 16, in Proprio Floripolitano hodierno* (19); *denique, ad diem 26, in Nemausensi* (20). — *In ecclesia Ruthenensi celebrabatur praeterea olim die 4 iulii* festum F translationis S. Amantii, *quod tamen anno 1859 in Proprio a Sancta Sede approbato suppressum est* (21).

Reliquiae eius in magno honore habitae,

17. *Multa ex memoriis Ruthenensibus collegit v. v. L. Servières de veneratione reliquiarum* S. Amantii. *Huius venerationis primum vestigium apparet ineunte saeculo XI : quo tempore, teste Bernardo Andegavensi, ad synodum coactam ab Arnaldo Ruthenensi episcopo, inter alias sanctorum reliquias quae illuc pro more allatae sunt, allata est* et Sancti Amantii aeque confessoris et

pontificis

(1) *Act. SS.*, ad d. 4 Oct., tom. II, p. 538, num. 18 extr. — (2) Cit ibid., p. 512, num. 48 extr. — (3) Cit. ibid., p. 501, num. 7. — (4) *La vie des saincts et sainctes d'Auvergne et de Velay.* (Au Puy, 1652), p. 452. — (5) Cfr. *Act. SS.*, ad d 1 Iul. (de S. Floregio), p. 42, num. 4-8. — (6) Capp. 3, 4. — (7) Servières, p. 475. — (8) *Cat. Paris.*, tom. III, Suppl. II, ad d. 4 Nov. (Alb. 4, 5, 6 ; B. 6). — (9) Qui hoc loco et deinceps in reliquo hoc numero indicantur libri typis editi vel in museo nostro servantur vel citati reperiuntur passim apud v. v. L. Servières, p. 476-85. Codices vero manuscripti, praeter tres Ruthenenses saeculi XIV modo citatos, omnes indicantur in elencho sanctorum quo terminatur noster *Catalogus codicum hagiographicorum bibliothecae nationalis Parisiensis* (tom. III, p. 606 sqq.), ad d. 4 et 5 Novembris. — (10) Non autem ad diem 3, ut secundum Plantavit de la Pause ait Servières (p. 458). — (11) Ap. Forbes, *Kalendars of Scottish saints*, p. 27. — (12) Ita Servières, p. 484; sed superius (p. 458) dixerat, eadem Propria citans, *S. Amantium* ibidem signari ad diem 5. Unde et alia quaedam hoc loco ex eodem scriptore allata nobis suspecta sunt. — (13) Servières, p. 484. Rursus supra (p. 458) dictum erat *S. Amantium* in iisdem Propriis signatum esse ad diem 6. — (14) Ibid., p. 484. — (15) Ibid., p. 460. — (16) Ibid., p. 477. — (17) Quod habemus in museo nostro; unde mirum apparet festum *S. Amantii* signari ad diem 10 in Proprio Albigensi ed. an. 1703, quod vidit Servières (cfr. not. sqq.). — (18) Servières, p. 481. — (19) Ibid., p. 460. — (20) Ibid., p. 458. — (21) Ibid., p. 485.

AUCTORE C. D. S.

A pontificis aurea maiestas, *id est* S. Amantii *imago seu statua sacris eius reliquiis nobilitata* (1). *Eandem venerationem demonstrat mentio hierothecae argenteae, qua includerentur lipsana* S. Amantii, *legatae per testamentum anno 1398 a Bernardo de Armagnaco* (2), *et alterius paulo post oblatae ex voto* communitatis *burgi Ruthenensis anno 1407 publice emisso ad obtinendam sanationem Ioannis comitis, Bernardi filii, in qua anno 1410 sollemniter repositum fuit* S. Amantii *caput* (3). *Haec collocata est supra altare maius ecclesiae in armario triplicibus valvis munito, quarum quae apparebant exterius sculpturis ornatae erant* S. Amantii *historiam repraesentantibus; et in eodem armario asservabatur anno 1525 statua lignea* S. Amantii *argenteis laminis deauratis contecta, quae anno 1670 ablatae sunt ad exornandum scrinium reliquiarum S. Naamatii* (4). *Sed et anno 1726 thesauro ecclesiae Sancti Amantii nova capsa exponendis sancti reliquiis addita est* (5).

et saepius recognitae ac translatae,

18. *Sacras exuvias* S. Amantii *(praeter eas quae in hierothecis modo memoratis inclusae erant),* B *sicut et S. Naamatii et S. Dalmatii, saepius recognoverunt episcopi Ruthenenses inde ab exordio saeculi XV usque ad medium saeculum XVIII: videlicet Gulielmus de Turre (an. 1429-57), Georgius de Armagnaco anno 1551, Bernardinus de Corniliano (an. 1614-45), Harduinus Perefixus (an. 1648-62), Gabriel de Palmiaco anno 1673, Philippus de Lusignano anno 1699; quarum omnium visitationum authentica instrumenta in sanctorum sepulcris reperta sunt quando ultimam instituit die 30 decembris anni 1750 Carolus Grimaldi* (6). *Sepulcra haec concludebat crypta quaedam in abside pone sanctuarium, quae memoratur in rotulo anni 1412 et vulgo dicebatur* sacellum sanctorum corporum. *Cryptam autem effingebat fornix pavimento innixus, qui altitudine minus duo metra cum dimidio patebat, latitudine vero prope solum paulo amplius metra tria. Nullum in eo recessu conspiciebatur altare, sed solummodo tria sarcophaga. Postea bis adauctum fuit sacellum, anno scilicet 1550 et anno 1692, ac tandem anno 1699, cum locus uliginosior videretur, corpus* S. Amantii *inde translatum est in maiorem capsam quae in choro ecclesiae supra altare praecipuum eminebat* (7).

adhuc ex parte Ruthenae et aliis nonnullis locis asservantur.

19. *Remanserunt ibi* S. Amantii *exuviae usque ad magnam perturbationem gallicam extremo saeculo XVIII; nisi quod, cum eodem saeculo medio ecclesiam iam ruinam minitantem funditus dirui et reaedificari necesse fuerit, sollemni pompa translatae sunt die 10 ianuarii 1751 ad Fratres Minores et deinde non minore apparatu in ecclesiam instauratam die 9 septembris 1764* (8). *Sed anno 1793, sicut et aliis innumeris Galliae locis, ita Ruthenae pretiosae capsae, quae sanctorum reliquias continebant, cum aliis eiusdem generis monumentis direptae et destructae sunt, sacraque ossa cum ludibrio proiecta et dispersa. Attamen capita* SS. Amantii, *Naamatii et Dalmatii a duobus viris collecta et, pace ecclesiae gallicanae reddita, restituta sunt. Nunc exposita visuntur in ecclesia Sancti Amantii, sed humilibus capsis ligneis deauratis in formam sarcophagorum confectis inclusa. Caput* S. Amantii *adhuc integrum est, nisi quod maxillae superiori dentes desunt* (9). *Alia quaedam ossium eius fragmenta servantur in eadem ecclesia, sed cum ossibus aliorum sanctorum permixta, ac praeterea dens unus tubo cristallino conclusus et os insignius in capsa maiori altari imposita et hanc inscriptionem prae se ferente :* De brachio sancti Amantii (10). *Nonnullas quoque* S. Amantii *reliquias se possidere gloriantur aliae quaedam ecclesiae ; videlicet, in dioecesi Ruthenensi ecclesia vici Villae comitis * et sacellum prope vicum Burnacum *; et extra eam, ecclesia* Sancti Amantii de Laguépie, *quae olim ad Ruthenensem dioecesim pertinebat, nunc autem ad Montalbanensem, ecclesia Montisregalis * in dioecesi Vivariensi, et ecclesia* S. Amantio *dicata in civitate Tullensi, quae anno 1699 insignem partem ossium sancti, a Philippo de Lusignano episcopo Ruthenensi concessam, ingenti civium exultatione recepit* (11).

* *Villecomtal.*
* *Bournac*
* *Montréal*

Alia pietatis Ruthenensium erga S. Amantium *indicia.*

20. *Ruthenensis plebis erga sanctum patronum suum pietatem demonstrat etiam ampla ecclesia, in loco, ut creditur, quo ipse* S. Amantius *primam basilicam christianam erexit, saeculo XI constructa ac post medium saeculum XVIII funditus* E *instaurata; et addita illi multa pretiosa ornamenta* (12), *inter quae peculiari mentione digna sunt aulaea decorando ambitui exteriori sanctuarii circa medium saeculum XVI confecta et pleraque adhuc servata, in quibus arte textili praecipua miracula* S. Amantii *exhibita sunt oculis* (13). *Demonstrant quoque confraternitas sub* S. Amantii *patrocinio inde ab anno 1283 constituta, et annua sancti festivitas, magna pompa ac tripudio celebrari solita, cui celebrationi cum satis graves abusus irrepsissent, necesse fuit auctoritate episcopali illis remedium afferri* (14).

prodigiis non semel confirmatae.

21. *Hanc pietatem saepe remuneratus esse fertur* S. Amantius, *non sine manifestis prodigiis. Nimirum a dira pestilentia haud semel ipsius praesidio Ruthenensis civitas servata narratur, singillatim vero annis 1458, 1518, 1628, 1652 et 1721* (15) ; *immane incendium exstinctum anno 1510* (16), *et recentius, anno 1826, calamitosa inundatio repressa* (17). *Memoratur quoque animadversio divinae iustitiae in sacrilegos tres ; qui anno 1793, dum in ecclesia Sancti Amantii, quae tunc temporis, ut ferebat misera rerum condicio, vilissimis usibus deputata erat, foenum in fasces colligabant et interea sermonibus impiis et licentiosis sancto insultabant, manu subito apparente et flagello* F *armata acriter caesi sunt et in fugam acti : cuius rei testes, qui scilicet ab illorum ipsorum ore eius narrationem exceperant, plures adhuc his ultimis annis in vivis supererant* (18).

Ecclesiae S. Amantii *titulo consecratae in Ruthenensi et finitimis dioecesibus.*

22. *Extra civitatem Ruthenensem, sed intra dioecesim sitas, non minus quinquaginta ecclesias* S. Amantii *titulo olim et plerasque nunc quoque dicatas recenset v. v. L. Servières* (19). *Sed et in finitimis Ruthenensi dioecesibus iam pridem sanctum pontificem praecipuo cultu honoratum reperimus. Et in Cadurcensi quidem inde ab exordio saeculi VII conditum legitur coenobium prope Cadurcensem civitatem* S. Amantii *nomine insignitum, quod a S. Desiderio Cadurcensi episcopo (an. 629-54) instauratum et multis aedificiis ac muneribus auctum est, et deinde mox post Desiderii obitum huius (vulgo* Saint-Géry) *nomen assumpsit* (20). *Praeterea*

(1) *Act. SS.*, ad d. 6 Oct., tom. III, p. 312, annot. *m.* — (2) Servières, p. 357. — (3) Ibid., p. 354-59, ubi et accurata capsae descriptio legitur. — (4) Ibid., p. 359-61. — (5) Ibid., p. 360. — (6) Ibid., pp. 352, 370. — (7) Ibid., p. 347-51. — (8) Ibid., p. 368-72. — (9) Ibid., p. 374-76. — (10) Ibid., p. 378-79. — (11) Ibid., pp. 379, 441, 456, 465, 468-70. — (12) Ibid., p. 407-19. — (13) Ibid., p. 411. — (14) Ibid., p. 380-91. — (15) Ibid.. p. 400-2. — (16) Ibid., p. 404-5. — (17) Ibid., p. 405-7. — (18) Ibid., p. 375-76. — (19) Ibid., p. 436-45. — (20) *Gall. christ.*, tom. I, p. 155; Servières, p. 452-55.

in

AUCTORE C. D. S.

in eadem dioecesi aliae ecclesiae septem S. Amantii *titulo dedicatae sunt, quarum sex nunc, ab anno scilicet 1808, subiectae sunt sedi episcopali Montalbanensi* (1). *Sex etiam ecclesiae in dioecesi Albigensi* S. Amantium *principalem patronum agnoscunt* (2); *in Montispeliensi vero, cui nunc adiunctae sunt dioeceses olim Biterrensis et Lodevensis, ecclesiae duae et praeterea sacellum rusticanum, ad quod saepe piae peregrinationis ritu accedere solent viciniorum locorum incolae; in dioecesi Nemausensi item duae, praeter alias duas iam destructas; denique in dioecesi Sancti Flori quattuor, et una in dioecesi Mimiatensi* (3).

et etiam in remotioribus

e *Secundum* Hist. gall. ms., la troisieme s'enfonça dans le champ où l'idole était placée, qui se voit encore dans un lieu prés de la ville nommé le pré de la conque, où il y a au milieu un grand creux et concavite. *Eo loco anno 1853 detecta sunt rudera amphiteatri ; unde et probabilius fit ibidem exstitisse aliquod insigne idolum : eiusmodi enim simulacris passim amphitheatra ornare solebant.*

f *Vestigia binorum castrorum romanorum prope Ruthenam recens reperta sunt : quorum altera, quae* stativa *erant, quattuor tantum chiliometris distabant a civitate ; altera, minoris ambitus, circiter novem* (1).

g *Supra portam principalem ecclesiae Sancti Amantii Ruthenae affixa est solea equina, quam traditio popularis asserit avulsam esse a pede unius* D *equorum et solo adhaesisse inter conatus quibus famuli Honorati tentabant eos ut procederent commovere* (2).

h *Honoratum postea ut sanctum Ruthenenses venerati sunt, teste* Vit. gall. ms. Honorat, aprés avoir rendu graces à Dieu, s'en alla et vecut saintement ; ses reliques sont encore gardées dans l'eglise de S. Amans de Rodés, y ayant une chapelle fondée en son nom, et dans le tresor de la dite eglise il y a un reliquaire d'argent où il y a un os du bras du dit St. Honorat. *Capsa haec argentea in formam brachii confecta, cui inclusa erat os brachii S. Honorati, memoratur etiam in duplici instrumento, anno 1525 et 1609, ubi recensentur reliquiae ecclesiae Sancti Amantii* (3). *Sacellum autem et altare S. Honorati cum reliqua ecclesia diruta sunt anno 1751* (4), *nec deinceps restituta.*

(1) Ibid., p. 248-49. Cfr. Marquardt et Mommsen, *Handbuch der römischen Alterthümer*, tom. V, p. 577. — (2) Servières, p. 235-36. — (3) Ibid., p. 234-35. — (4) Cfr. supra, p. 275, num. 19.

B E

II. MIRACULA S. AMANTII POST MORTEM.

Edita ex codicibus **1**. *Par. lat. 17002, saec. XI;* — **2**. *Par. 3809 A, saec. XV;* — **3**. *Par. 3820, saec. XIV;* — **4**. *Par. 5406, saec. XIV;* — *et ex* L. *editione Labbeana.* — *Cfr. supra, Comm. praev., numm. 1, 5.*

De mirabilibus sancti Amancii[1]**. Item unde supra**[2]**.**

Fur correptus. **1**. Quondam[3] vitam beatissimi[4] confessoris Amancii[5] divino munere, ut potui, stilo digessi. Nunc pauca de his quae[6] triumphator egregius gerat[7] signa[8], brevi sermone constringam[9].

Igitur mulier quaedam erat, Iuliana nomine[10], vidua[11] anus[12] pauperque[13], quam artabant pariter fragilitas senior[14], solitudo[15], egestas: vigebat in ea tamen[16] fortis animus aerumnarumque contemptor. Haec, quo propior divino operi fore[17], cellulam praeter[18] sancti antistitis basilicam collocavit, ut frequentiam[19] quam tarda[20] senectus[21] negaverat[22], vicinitas cellulae C restauraret. Huic mercandi vendendique vini lucrum necessitas, variarum artium magistra[23], monstraverat. Mercabatur itaque vendebatque hoc modo vina, ut quod supererat pretii fieret substantia laborantis, neque plus lucri caperet augmentum quam victus necessitas postulabat. Venit[24] ad hanc vir quidam, atroci[25] scelere aliis longe[26] criminosis[27] immanior[28], aitque se velle vina[29] mercari[30]. Illa[31] intra cellulam accepit[32] ut emptorem, et ut[33] ne diutius teneret[34] forsitan properantem, celeritatis studio aniles[35] castigat mores. Ille vero circumspectare coepit omnia vagisque luminibus universa percurrere, si qua[36] essent quae viduae simul et pauperi crudelissimus praedo possit[37] auferre. Dum ergo haec[38] muliebri levitate turbatur, mox ille capsulam cum exigua pecunia conspicit, diripit occulitque[39]; vina mercatur[40], aufugitque[41]. Venit[42] postridie[43], innocentiam quasi[44] praesentia[45] monstraturus. Illa ilico, nefarii furis certissima, coepit evolare in faciem[46], opemque clamoribus quaerere. Criminosus[47] etenim[48], conscientiae[49] sceleris[50] territus, cursu[51] cito se proripit[52] equumque conscendit. Anus[53] prodit[54] e cellula, cupiens praeire clamoribus quem tardo sequi gressu[55] non poterat. Ad sanctam tamen basilicam erigens oculos, haec[56] fideli devotione et maxima F voce proclamabat: *Ne sinas, summe sacerdos*[57] *defensorque fortissime*[58], *abire praedonem meum*[59]; *ne deseras viduam anum*[60] *et pauperem, divitiarum*[61] *solatium et virtus mea.* Cumque haec[62] supplex depromeret, miris repente modis conspicit in medio atrio[63] in morem cautis riguisse cornipedem. Acciderat enim ut ea die sacrae depositionis[64] celebrarentur festa, annuo[65] orbe completo[66]. Egrediuntur[67] e[68] basilica populi, exspectatis[69] ex more sollemnibus; stupent[70],

Tit. et num. 1. — [1] (De m. S. A.) *ita* 2, *om.* 1, 3, 4. — [2] (I. u. s.) *inferius post* brevi sermone constringam 2, *om.* 3. — [3] Hactenus quidem L. — [4] beati 2, 3, L. — [5] qui *add.* 2. — [6] qui 1. — [7] gerit 3, gessit L. — [8] *om.* L. — [9] perstringam 3; (Hactenus-constr.) Post obitum sancti Amancii multis claruit miraculis, de quibus pauca subduntur studio brevitatis 4. — [10] (e. I. n.) *om.* 3. — [11] et *add.* 4, L. — [12] (et a.) *om.* 3. — [13] pauper 2, paupercula 3, et pauper 4, L. — [14] senium 3, senii 4, L; et *add.* 4, L. — [15] et *add.* 4, L. — [16] (in ea t.) t. in ea 3. — [17] foret 3, 4, L. — [18] prope, 3, 4, L. — [19] frequentatione 3. — [20] trade 1, 2. — [21] ei *add.* 4, L. — [22] necaverat 1, 2. — [23] magistram 1. — [24] ergo *add.* 4, L. — [25] atrocis 1 (*corr.* atrocior). — [26] *om.* 3. — [27] iam *add.* 3. — [28] humanior 1; (a. l. c. i.) *om.* 4. — [29] vinum 4, L. — [30] (v. m.) m. v. 3. — [31] vero eum *add.* 4, L. — [32] recepit 2, 3, 4, L. — [33] *om.* 3. — [34] eum *add.* 4, L. — [35] seniles L. — [36] quae L — [37] posset 4, L. — [38] hic 1, 2. — [39] obtulitque 2, abstulitque 4, L. — [40] et vino (vinum 4) mercato 4, L. — [41] *om.* 3, 4, L. — [42] que *add.* 4, L. — [43] post triduum 3, 4, L. — [44] (i. q.) q. i. 4, L; suam *add.* 2, 3, 4, L. — [45] praesentiam 3, praesentialiter 4, L. — [46] eius *add.* 4, L. — [47] criminosi 2. — [48] et ipse L; (c. e.) qui 4. — [49] conscientia 3; suae *add.* 4, L. — [50] scelere 4, L. — [51] cursi velocis 3, celeri *add.* 4, subito *add.* L. — [52] prorepit 1 (*corr.* prorupit), 2, 3. — [53] pronus (i. e. protinus?) *add.* 2. — [54] prodiit 1; e *om.* 3. — [55] gressum 1. — [56] ac 3, hoc L. — [57] Amanci *add.* 3. — [58] (d. f.) *om.* 4. — [59] *om.* 3. — [60] *om.* 4, L. — [61] mearum *add.* 4, L. — [62] hoc L. — [63] atrii 3. — [64] eius *add.* 2, L, sancti Amancii *add.* 4. — [65] annua 3. — [66] et *add.* 4, L. — [67] Egrediebantur 3, 4, L. — [68] et 2, 3, de 4, L. — [69] exspectantes 3; expletis 4, L. — [70] que *add.* 4, L.

miraculi

MIRACULA

A miraculi novitate perculsi. Haerebat [71] reus stupens corpore; stabat anus innixa baculo. Fundet [72] criminosus uberes fletus; peccatum fatetur, pecuniam reddit [73], absolvitur, domique [74] remeat absolutus. Plebs igitur tantam virtutem [75] mira exsultatione [76], ineffabili laude [77], ad caelos effert [78]. Ita gloriosus antistes [79] fuit in defensione fortis pauperis [80], in absolutione misericors criminosi [81], praebuitque immensa miracula, vel cum audit innocentem constringendo perditum [82], vel cum facit innocentem [83] solvendo damnatum.

Vas vinarium e rupe decidens, integrum servatum.

2. [1] Non longo [2] post tempore, dum [3] in periculis [4] adest famulo [5], sequitur clara virtus ac maxima. Itaque [6] in Septimania [7] *a* quidam, vinum mercari cupiens, properabat. Prius tamen basilicam glosiosi triumphatoris [8] ingressus, tumulum [9] petit, solo prosternitur, prosperitatem poscit itineris, vota spondit [10]. Progreditur; levique labore defusum [11] emensus iter, in Septimaniam [12] venit, vinum mercatur, ad urbem remeat [13]. Et iam medium, secundis gaudens rebus, iter transgreditur, iam summae e [14] vertice rupis [15] prima [16] vallis agmine [17] leni fluentem Tarnem conspicit flumen, iam vicinos urbi *b* colles [18] spe alacer [19] intuetur, iam votis [20] dulcis [21] nati blandis pendent ex osculis, iam urbe fruitur, iam parentum civiumque potitur affectu, iam vota dissolvit. Dum ergo spe totus in urbe est et excelsi montis iuga carpit itinere [22], repente atroci luctu gaudia [23] perturbantur. Nam impulso [24] saxo [25] vehiculum quatitur, excussumque [26] vehiculo vas atroci resultat sono, atque ima petens vallis, in planis tandem conlabitur. Haec [27] emptor prospiciens, abrumpit [28] caesariem genasque dilacerat [29]; et vertens ad moenia oculos oppletos [30] lacrimis [31], faturque [32] paucis: *Te* [33], *beatissime pontifex* [34], *duce ab urbe progressus sum, duce te* [35] *externa adii* [36] *loca. En desertus a te* [37], *patriae inductus iam* [38] *finibus* [39], *gravi aerumnarum mole oppressus, dignas meriti* [40] *poenas luo.* Haec [41] ingenti luctu commemorans, ad locum in quo vas deciderat properabat, cum [42] lacrimas scilicet causa lacrimarum augeret et dolor damni praesentis maiores a misero poenas exigeret. Cum ergo ad locum flens venit [43], aspicit repente stupendo [44] miraculo vas integrum vinoque pleno [45], et patronum, quem [46] querebatur absentem, virtute clara praesentem intellegit. Lacrimae [47] vertuntur in gaudiis [48], maeror laetitiae [49] permutatur. Ita fuit maioris miraculi [50] rem patrociniis antistitis nostri [51] commissam [52] sic fuisse salvatam [53] quam non fuisse dilapsam [54], duras cautes [55] non sensisse quo collidetur [56] quam evasisse [57] pericula dum servatur [58], excepisse aspera et nescisse discrimina quam [59] transisse inter praerupta quam [60] a praeruptis integram custoditam [61].

Corpus S. Amantii mox post eius obitum a Quintiano episcopo elevatum.

3. Nondum [1] multorum emensa temporum orbe [2] completo rediere [3] curricula, cum sanctus Quintianus archiepiscopus *c* ante sacra altaria capacem tumulo [4] locum legit [5], miroque [6] opere et laudabili arte suspendit [7] *d*. Nam prius in basilica sancti viri *e* exstans [8] sepulcrum velut [9] praefulgens lampas splendore propriae claritatis mentes exspectantium illustrabat [9] *f*. Hoc itaque tam pulchrum facinus [10] mente concepit, devotione spondit [11], consummavit [12] opere, diemque [13] sacra [14] translatione [15] constituit. Haec ergo celerrime [16] fama percrepuit [17], neque [18] solum diffusae urbis [19] E conclusa finibus [20] loca, sed diversae etiam urbes [21] confinesque provinciae vel [22] pontifices immisere [23] vel populos [24]. Fideli itaque coetu moenia laeta complentur [25]. Venit etiam e Narbonensi urbe Maturius [26] abbas quidam laudabilis [27], vita conspicuus *g*. Prius tamen artifex legitur [28], qui [29] tumulo circumiecta demat. Qui [30] sacrae venerationis locum ingressus, audaci motu [31] sepulcro [32] opposita impulit [33]. Ilico insurgentis dexterae ictu percussus ingemuit, ultricique poena temeritas conlapsa [34] procubuit. Iam [35] sacrae translationi [36] dicata dies illuxerat [37], quae [45] primos [38] urbis Romae vel [39] doctores vel martyres [40] Petrum Paulumque [41], duo mundi [42] maxima lumina, triumphali supplicio et inclita [43] morte [44] victores misit ad caelos [45]. Hac [46] ergo die [47], dies [48] omnium exspectata votis advenerat [49]: sacerdotes adsunt, populi confluunt. Oratio ex more indicitur, plebs solo prosternitur, tumulus commovetur; cum [50] repentino miraculo tanta flagrantia [51] e [53] tumulo, ineffabile [53] exhalans suavitatem, prodiit [54] odor [55], ut non solum cunctum in sancta ecclesia populum [56], verum etiam sitam in porticibus atriisque [57]

C

[71] quoque *add.* 4, L. — [72] Fundit 4, L, tandem *add.* 4, L. — [73] et *add.* 4, L. — [74] domumque 2, 4, L. — [75] (t. v.) tantam virtutem L. — [76] et *add.* L. — [77] (i. l.) *om.* 3. — [78] (Plebs-effert) *om.* 4; et *add.* 4, L. — [79] Amantius *add.* 3. — [80] (f. p.) p. f. 4, L. — [81] (m. c.) c. m. 4, L; *quae sequuntur usque ad finem numeri* om. 4. — [82] (c. p.) *om.* L; (vel cum-perditum) *om.* 1, 2. — [83] (c. f. i.) *om.* L.

Num. 2. — [1] *Tot. num. om.* 4. — [2] vero *add.* L. — [3] ipse *add.* L. — [4] periculum 2. — [5] famulis L. — [6] Iamque L. — [7] Septimana 3, Septimaniam L. — [8] Amantii *add.* 3. — [9] eius *add.* L. — [10] *ita prius* 1 *(corr.* spopondit), 2, spopondit 3, spondet L; Mox *add.* L. — [11] diffusum 3, L. — [12] Septimanam 3. — [13] remeant 1. — [14] de L. — [15] (e. v. r.) r. e. v. 3. — [16] primae 3, L; vallis *om.* L. — [17] amne L. — [18] (v. u. c.) vicinus u. collis 1, 2, 3, vicinus u. (c. *om.*) L. — [19] (s. a.) a. eam L. — [20] *om.* 3, vocatus 2, L. — [21] *ita* 1, 3; (dulcis-affectu iam) *om.* 2, L. — [22] (i. c. i.) iugia coepit itinera L. — [23] gaudio 1, 2. — [24] impulsu 2, impulsum 3, L. — [25] saxoque 3. — [26] excussoque 3, L. — [27] Quod L; et *add.* 3. — [28] abrumpsit 1. — [29] dilaniat L. — [30] repletus 3. — [31] (o. o. l.) oblitos l. oc. L. — [32] fatur sic L. — [33] Teque, o 2, Te, o L. — [34] Amanti *add.* 3. — [35] (ab urbe — te) *om.* L. — [36] (e. a.) *om.* 3 *spatio vacuo relicto,* extrema a. L. — [37] ante 1, ad te 3. — [38] (p. i. i.) i. p. adductus in L. — [39] fini 2, *om.* 3. — [40] meritis L. — [41] autem *add.* L. — [42] ut 3. — [43] (f. v.) v. f. 3. — [44] *om.* 3. — [45] plenum 3, L. — [46] *om.* 2. — [47] igitur *add.* L. — [48] gaudia L; (v. in g.) in g. v. 3; et *add.* L. — [49] in laetitiam L. — [50] *Hic desinit* 3, *lectione abrupta per verba* Tu autem, *etc.* — [51] sancti L. — [52] commissa 1. — [53] salutem 1, saltem 2. — [54] (n. f. d.) d. n. f. 1. — [55] cautis 1, 2. — [56] colliditur 2, 3; (q. c.) dum collideretur L. — [57] (q. c. q. e.) *om.* 2. — [58] servaretur L. — [59] *om.* L. * — [60] cum 1, et 3, si *add.* L. — [61] (i. c.) esset integre custodita L.

Num 3. — [1] Non post 4; quoque *add.* L. — [2] orbem 1. — [3] redierant L; (emensa — red.) annorum 4. — [4] tumuli 4, L. — [5] leget 1, elegit, 4, L. — [6] ubi ipsum miro 4, L. — [7] collocavit 4, L. — [8] extensa 2, 4, L. — [9] (velut-illustrabat) positum erat 4. — [10] opus 4; episcopus *add.* 4, L. — [11] spopondit 4, L. — [12] consummat 2, consummatoque 4, L. — [13] que *om.* 4, L. — [14] sacrae 2, 4, L. — [15] translationi 4, L. — [16] celerrima 4, L. — [17] percrebuit L. — [18] et non 4, L. — [19] Ruthenae *add.* 4. — [20] fimbriis L. — [21] confines *add.* 2. — [22] adit 4. — [23] *ita correxi,* inhisere 1, 2, *om.* 4, ad id misere L. — [24] populorum 1; transmiserunt *add.* 4. — [25] pletur 1, completur 2; (Fideli-compl.) *om.* 4, Fidei itaque convenientia completa L. — [26] Marturius 4, L. — [27] et *add.* 4. — [28] eligitur 4, L. — [29] ex *add.* 4. — [30] statim *add.* 4, L. — [31] de *add.* 4, L. — [32] sepulcrum 2. — [33] intulit 1, expulit 4, L; sed *add.* 4, L. — [34] prolapsa L. — [35] que *add.* 4, L. — [36] translatione 2, translationis 4, L. — [37] luxerat 4. — [38] (q. p.) quia primus 1, 2. — [39] *om.* L. — [40] (v. m.) *om.* L. — [41] et Paulum L. — [42] scilicet *add.* L. — [43] inclite 1, 2. — [44] (i. m.) *om.* L. — [45] (quae primos-caelos) in natali sanctorum apostolorum Petri et Pauli 4. — [46] Haec 2, Hac, 4, L. — [47] *om.* 2. — [48] *om.* 4, L. — [49] *om.* L; (o. e. v. a.) *om.* 4. — [50] mox vero 4, L. — [51] fragrantia 4, L. — [52] de 4, L. — [53] ineffabilem 4, L. — [54] prodit 1. — [55] *om.* 4, L. — [56] (in s. e. p.) p. in e. (s. *om.*) 4. — [57] (p. a.) atriis circumstantem 4.

* *Nonnullae voces forte hic a librariis praetermissae sunt.*

F

plebem

MIRACULA

plebem dulcedine[58] mira[59] repleverit[60] et devotionem tantam velut quodam retributionis munere spiritali haustu[61] reficeret. Interea subiectis[62] manibus pia devotione[63] fidelium vehiculo felix onus infertur[64] tumulus[65]; manus[66] Maturii[67] abbatis comprimitur. Ille vero neque[66] manum retrahere nititur neque circumstantium opem, uti[68] sepulcrum elevetur, inquirere[69]; sed piis questibus auxilium beati[70] Amancii implorare non desinit, haec humili voce commemorans: *Noli, sacerdos quondam noster, nunc socius angelorum, noli opprimere manum famuli; libamen meum*[71], *ne servum tuum ullo afflictionis maerore exasperans*[72]; *iucundior mihi melle dulcedo*[73], *ne sinas gaudia nostra tristitiae nubilo maculari; gaudium et*[74] *exultatio mea, quem ad sollemnitatem tuam perduxisti sospitem*[75], *cellulae*[76] *reduc*[77] *incolumem*.Vix verba finierat, cum elevatur subito sponte tumulus[78]; abstrahitur manus illaesa, abstractaque rursus oneri pio subicitur.

non sine multiplici prodigio.

4. Interea obvium[1] quendam vehiculum impulit impulsumque prostravit, atque obliquo[2] strati pedes[3] discurrens rota pertransiit; sed ita minacem impetum iussa suspendit ne[4] sensu[5] doloris[6] B infligeret, ne[7] signa livoris imprimeret. Cucurrit enim[8] motu celeri, nec subiecta contrivit[9]; ministeria complevit itineris, relinquens signa virtutis. Inter haec[10] miraculorum insignia, nullo impellentum[11] labore et[12] summum[13] cunctorum gaudio in loco omnibus studiis praeparatum[14] reliquiae sacrae conduntur[15]. Nonnulli[16] ad tumulum sancti viri vesano praesumpsere auso[17] forti[18] scelus priori scelere cumulare; sed correpti protinus furore lymphatico, solvere supplicia, afflictique horribili fremitu et occultis exusti flammis, prodere[19] nefas, reddere[19] sublata[20], prostratique solum[21] veniam petere[19] facinorum, ac sine mora beatissimi virtute antestis[22] obscenis contagiis meruere purgari. Ita hos et ultio iusta perculit et miseratio pietatis absolvit.

Ruthena civitas a barbarorum obsidione semel et iterum soluta.

5. Confusis in praelio[1] cum adversum Zoetis[2] *h* Marcomanni[3] *i* truces ingruerent, omnemque late Rutenam[4] provinciam belli nube texissent, atroci etenim corona obsederant[5] civitatem, horrebat[6] murorum interiectio[7] discrimine strictis mucronibus segis ferrea[8]. Addebat[9] fiduciam hostibus multitudo ingens,natura ferox[10]; hostium[11] fugam sternebat passim dives[12], dira[13] lues, inmites enses, fames[14] obscena. Consurgit[15] in ultionem famulorum sacerdos noster propugnatorque[16] fortissimus, et ita gentem totam uno timore perculsit[17], ut hoc discedens[18] pavore, fugam arripe- D ret[19] quo veniens fervore[20] arma rapuerat[21]. Nam cum fortissimae gentis duces[22] ingrederentur ex more[23] basilicam, uti rebus secundo[24] poscerent suis, tumulum petere[25], statim circumiecta sepulcro velamina alterna[26] in partem, ut acta flagris[27], novae virtutis miraculo sinuantur, magnus e tumulo liquetur[28] sudor, commotione[29] etiam mira sacrum tumuli[30] velamen excutitur. Sternuntur solo duces, pro gloria reditum, fugam pro felicitate poscentes[31], atrocique[32] prius saevitia immanitatem transgressi feralem, in hominum mores novo redeunt metu perculsi. Ab oratione itaque consurgunt, terribili tubae sono[33] gens tota contrahitur, prodiit metu[34] pallor timoris index, faturque[35] trepidus sermo miraculum, horror omnium[36] quatit membra novitate virtutis. Placet fuga, densa mole[37] referuntur ad patriam. Abacto[38] itaque triennio*k*, hoc quo prius veniunt *k* fervore[39] succensi[40], hac[41] saeviunt immanitate bacchantes; hoc[42] redeunt miraculo moniti[43], hoc[44] fugiunt pavore perculsi. Ita[45] pater egregius gregem suum ab incursu luporum bis eruit una E virtute.

Energumenus liberatus.

6. Dicam[1] miraculum quod ipsa Rutena urbe teste conspexi[2]. Puerum quendam, Eufrasium[3] nomine, arto dirae infirmitatis nexu constrinxerat hostis ille multimoda nocendi arte saevissimus, atque ora ferocitate obseraverat[4], dempto linguae motu et fandi libertate sublata. Luebant[5] longi maeroris[6] poena[7] diuturna silentia[8], nec ulla adflicto[9] ferri[10] poterant remedia salutis. Tandem infirmus, audacis fidei[11] fervore succensus, sancti patris tumulum petiit et[12] tumulo velamen contiguum[13] ori violentus iniecit[14]. Ilico verberante ora[15] plectro, auctorem Christum vox clara conlaudat, divinamque virtutem et merita bellatoris antiquos[16] soluta in modos[17] lingua testatur[18]. Ita infirmus ille e[19] basilica, Christo referens[20] gratias, sanus egreditur, totamque exsultans iam[21] percurrit urbem, tanti miraculi testis et[22] nuntius.

Innocens iniusto supplicio ereptus;

7. Latro[1] quidam saevissimus viatorem[2] incautum adit, interimit[3] prosternitque, spolia diripit, ac terrore[4] ultricis conscientiae perculsus aufugit[5]. Ignoto cuidam[6] a latrone exstincti vestimenta venduntur. Quibus palam sine mora pro- F latis, innocens emptor ad supplicia rapitur et alieni sceleris poena torquetur. In carcerem tru-

[58] dulcedinem 1, 2. — [59] mira L. — [60] repleret 4, L. — [61] austo 1; (s. p.) speciali haustro L; (et velut-haustu) atque circumstantem 4. — [62] suggestis 2. — [63] (p. d.) *om.* 4. — [64] imponitur 4. — [65] *ita* 1. 2, tumulusque 4; tumulo L. — [66] manum 2, manu 4; (manus-neque) *om.* 1. — [67] Marturii 4, L. — [68] utique 1, ut 4. — [69] inquirit 4, L. — [70] beatissimi 2, 4, L. — [71] (l. m.) artificis 4, *om.* L. — [72] exasperes 4, L. — [73] (i. m. m. d.) *om.* 4, L. — [74] *om.* 4. — [75] hospitem 2, 4, L. — [76] ad cellulam suam 4. — [77] suae *add.* L. — [78] et *add.* 4, L.

Num. 4. — [1] sibi *add.* 4, L. — [2] obliquos 2, obliquatis 4, L. — [3] pedibus 4, L. — [4] ut nec 4, L. — [5] sensum 4, L. — [6] strato 4, L. — [7] nec 4, L. — [8] ergo 4, L. — [9] sed *add.* 4, L. — [10] vero *add.* 4, L. — [11] impellente 4, L. — [12] *om.* 4, L. — [13] summo 4, L. — [14] (o. s. p.) studiose praeparato 4, L. — [15] (r. s. c.) sacri corporis venerandi antistitis (reliquiae *om.*) reconduntur. Tempus vero translationis istius non describitur in gestis eius 4; *et hic desinit* 4. — [16] autem *add.* L. — [17] ausu L. — [18] *om.* L. — [19] prodiderunt, reddiderunt, petiere L. — [20] sublato 1. — [21] solo L. — [22] antistitis L.

Num. 5. — [1] (C. in p.) Rursus L. — [2] (a. Z.) adversus Ruthenenses L. — [3] Marchumanni 1, Marcumanni 2. — [4] *om.* L. — [5] cinxerant L. — [6] horrebant L. — [7] interiecto L. — [8] (s f.) *om.* L. — [9] etiam *add.* L. — [10] ferus 1, feros 2. — [11] hostiam 1, quorum L. — [12] *ita* 1, 2, *om.* L. — [13] dura 1. — [14] (i. e. f.) immiti ense, fame L. — [15] tandem *add.* L. — [16] pugnatorque 2. — [17] percussit L. — [18] (ut h. d.) quod discedentes L. — [19] arripere 2, arriperent L. — [20] (q. v. f.) sicut vehementi furore L. — [21] rapuerant L. — [22] dulces 1. — [23] morte 1. — [24] (r. s.) res secundas L. — [25] petiere L. — [26] nunc alteram L. — [27] flabris L. — [28] liquatur L. — [29] commemoratione L. — [30] de tumulo L. — [31] et ipsi *add.* L. — [32] que *om.* L; cui *add.* 1. — [33] (t. t. s.) terribilisque s. t. L. — [34] (p. m.) prodit metum L. — [35] factusque 1, factumque L. — [36] omnium L. — [37] mola 1. — [37] Abactu 1, 2, Peracto L. — [39] furore L. — [40] successi *prius* 1 (*corr.* succensi), 2. — [41] ac 2. — [42] ex hoc L. — [43] commoniti L. — [44] hocque L. — [45] Itaque 2, et ita L.

Num. 6. — [1] iterum *add.* L. — [2] conspexit 2. — [3] Euphrasinum L. — [4] obserraverat 1. — [5] luebat L. — [6] macrores 1, 2. — [7] poenam L. — [8] (d. s.) diuturno silentio L. — [9] adflictu 1, 2, ad afflictum L. — [10] conferri L. — [11] fide L. — [12] e 1. — [13] contiguam 1, 2. — [14] et *add.* L. — [15] linguae *add.* L. — [16] anticus 1, antiqui L. — [17] modus 1, 2; (in m.) *om.* L. — [18] et *add.* L. — [19] et 1. — [20] referendo L. — [21] *ita?* exultantiam 1, 2, exultundo L. — [22] ad 2, ac L.

Num. 7. — [1] Latronem 1, 2 Item latro L. — [2] viatori 1, 2. — [3] intremuit 1, intremit 2. — [4] tro 1, tero 2, telo L. — [5] obfuit 1, 2. — [6] (I. c.) Ignotam quidam 1, 2.

ditur,

A ditur, profertur, extenditur[7], verberatur; carceri redditur, et comperendinato die letalis patibuli poena defertur[8]. Interea intempestae[9] noctis silentio divino fulgore carcer emicuit, adest gloriosus Amantius nivali[10] splendore conspicuus, maerentem visitat, nomen edicit[11], et ut crudelia se duce[12] tormenta effugiat exhortatur. Ilico arta ferri vincla dissiliunt, claustra panduntur, proscrit[13] vinctorum manus, fitque[14] nocentum salus absolutio innocentis; patet spetydotyra[15], ad basilicam gloriosi triumphatoris confugitur, pulsantur fores, mox sera[16] novo miraculo solo illisa[17] resilivit[18]. Ita beatissimus Amancius divino munere ab imminente[19] exitio damnatos eripuit sacraque ereptis[20] basilica[21] dulci gremio salvandos[22] excepit.

itemque alter.

8. A latrone[1] quidam in praesentia bonae conscientiae viri[2] occiditur. Sed cum se latro cursu praepeti aufugiens[3] occultasset, innocens ille, metuens ne stans[4] iuxta corpus carnis[5] exstincti, alieni sceleris poenas exciperet[6], basilicam beati triumphatoris expetit[7]. Qui tumulo astans pontificis[8], a[9] propinquis stincti[10] artissime ferri[11] B vinclis innectitur. Quique effusis[12] fletibus maxima[13] in conspectu populi voce proclamat: *Fortissime propugnator*[14], *si scis*[15] *reum, ultrici damnatum poena prosterne; si inspicis innocentem, inique vinctum, iustitiae defensor, absolve.* Vix verba finierat, cum in conspectu plebis suae[16] ferrum dissiluit proculque conlapsum merita bellatoris et innocentiam laborantis virtute miraculi monstravit *l*.

Nunc ergo in tantae festivitatis gaudio omni supplicatione Dominum nostrum, cui[17] ineffabili miraculo est unitas sine confusione coniuncta, trinitas sine divisione distincta[17], poscimus[18] ut, quia[19] pariter iustus et pius est[19], cum beatissimo suo Amancio sperata[20] iusta[20] praestet nobis, errata[20] clementer indulgeat; qui[21] vivit et regnat[22] in unitate Spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Iam diximus supra* (1) *vocabulo* Septimaniae *ab ineunte saeculo V designatam fuisse partem Narbonensis provinciae qua primo potiti sunt* C *Visigothi. Secundum* Vit. gall. ms., *mercator ille Biterrim tendebat; quod, ut fere reliqua omnia, hausisse censendus est ex Vita romana.*

b *Haec narratio, sicut et fere ceterae, satis confusa est. Certe Ruthenam urbem non alluit Tarnis amnis. Sed, ni fallor, ita intellegenda est rerum series ex ordine successisse ut primo* medium iter transgressus *mercator, deinde* Tarnem conspexerit flumen, *et tandem, longius progressus,* vicinos urbi *Ruthenae* colles intueretur.

c *Quintianus Ruthenensis episcopus dicitur a Saussaio* (2) *fuisse frater* S. Amantii; *id vero nullo antiquo testimonio firmatur, immo refutatur ex testimonio mox citando Gregorii Turonensis, ubi Quintianus* Afer natione *fuisse dicitur.*

MIRACULA

d *Quo circiter anno elevatum fuerit corpus* S. Amantii *a Quintiano episcopo, videtur satis perspicue definiri ex Gregorio Turonensi. Is enim de illa elevatione sic narrat:* Igitur beatissimus Quintianus, Afer natione.. ad episcopatum Rutenae ecclesiae elegitur, expetitur, ordinatur. In quo episcopatu ampliatis adhuc virtutibus.... auctam beati Amantii antestitis basilicam, sanctum corpus in antea transtulit; sed non fuit sancto acceptabile hoc opus. Unde factum est, ut per visum apparens diceret ei: " Quia ausu temerario artus in pace quiescentes visus es amovisse, ecce ego removeam te ab hac urbe, et eris exul in regione altera; verumtamen non privaberis ab honore quo frueris. " Non post multum vero tempus, orto inter cives et episcopum scandalo, Gothos, qui tunc in antedictam urbem morabantur, suspicio attigit, quod se vellit episcopus Francorum dictionibus subdere, consilioque accepto, cogitaverunt eum perfodere gladio. Quod cum viro sancto nuntiatum fuisset, de E nocte consurgens, cum fidelissimis ministris suis ab urbe illa egrediens, Arvernus advenit. Ibique a sancto Eufrasio episcopo... receptus est, largitisque ei tam domibus quam agris et vineis, vel ille qui Lugdunensi urbi praeerat, summa eum diligentia excolebant (3). *Hinc itaque docemur, Quintianum paulo post elevationem* S. Amantii *ex urbe sua episcopali eiectum seu fuga elapsum fuisse. Iam vero alio loco eandem eiectionem seu fugam fere iisdem verbis memorat Gregorius* (4), *et statim post* (5), *bellum Visigothicum et praelium Vogladense, in quo occisus est Alaricus: haec autem certissime illiganda sunt anno 507* (6). *Itaque ante hunc annum, et probabilissime anno 506, die 29 iunii (ut inferius hoc capite Miraculorum indicatur), elevatio facta est: sedit enim mense septembri huius anni Quintianus in concilio Agathensi ex episcopis regni Alarici coacto* (7); *quod sane ei non licuisset si tunc, quia Gothis suspectus erat, e sede sua profugus exsulasset.*

Huic tamen conclusioni refragantur eruditissimi scriptores Hadrianus Valesius (8) *et Antonius Pagi* (9), *qui praepostero ordine a Gregorio narratum fuisse exsilium Quintiani existimant, illudque referendum censent ad tempus quo post mortem* F *Clodovei regis Theodoricus rex Gothorum Italiae non paucas civitates, quas Clodoveus Visigothis eripuerat, et singillatim Ruthenam, recuperavit* (10), *id est post annum 511. Praecipuam suae opinionis rationem afferunt, quod Quintianus titulo episcopi Ruthenensis, sicut et Euphrasius Arvernensis, subscripsit actis Concilii Aurelianensis mense iulio anni 511, paulo ante mortem Clodovei, congregati* (11), *Euphrasio autem in sede Arvernensi successit anno 515* (12). *At haec ratio non adeo valida est. Potuit enim Quintianus post occupatam a Francis anno 507 Ruthenam urbem ad*

[7] *om.* L. — [8] differtur 2, L. — [9] intempesta 2. — [10] nivalis 1 — [11] edicat 2. — [12] (se d.) *om.* L. — [13] procedit L. — [14] fuitque 2. — [15] *ita* 1, 2, carcer L. — [16] (m. s.) *om.* 2. — [17] (s. i.) illaesa s. L. — [18] resiliit, et L. — [19] eminente 1. — [20] ereptos L. — [21] basilicam 1, 2. — [22] salvandus 1.

Num. 8. — [1] quoque *add.* L. — [2] (b. c. v.) v. b. c. L. — [3] afugiens 2, confugiens L. — [4] *om.* 1, 2. — [5] *om.* L. — [6] excipere 2. — [7] expetiit 2. L. — [8] (Q. t. a. p.) *om.* L. — [9] ad 1. — [10] exstincti L. — [11] *om.* L. — [12] (Q. e.) Qui offusis L. — [13] maxime 2. — [14] pugnator 2. — [15] me *add.* L. — [16] (p. s.) s. p. 2, L. — [17] (cui-distincta) *om.* L. — [18] deposcamus L. — [19] (quia-est) *om.* L. — [20] sperate, iuste, errate 1, 2. — [21] cum Patre *add.* L. — [22] Deus *add.* 2; *sequentia om.* 1.

(1) Pag. 269, annot. *b.* — (2) *Martyrol. gallic.*, ad d. 4 nov., de S. Amantio. — (3) *Vit. Patr.*, IV, 1. — (4) *Hist. Fr.*, lib. II, cap. 36. — (5) Ibid., cap. 37. — (6) Cfr. Richter, *Annalen... der Merovinger*, ad h. a. — (7) Mansi, *Conc.*, tom. VIII, p. 338. — (8) *Rer. Franc.* lib. VI (p. 269). — (9) *Critic.*, ad an. 507, num. 3. — (10) *Hist. Fr.*, lib. III, cap. 21. — (11) Mansi, *Conc.*, tom. VIII, p. 356. — (12) *Hist. Fr.*, lib. III, cap. 2.

sedem

AUCTORE C. D. S.

sedem suam reverti, et deinde, eadem a Gothis recuperata anno 512, propter eandem ob quam prius suspicionem iterum ab ea exsulare et ad Euphrasium confugere. Neque etiam ita firmum videtur duplex aliud argumentum a Valesio allatum. Primum est, quod tam Arverni quam Ruteni sub imperio ac ditione Vesigothorum fuerint quoad vixit Alaricus minor. *Sane; sed Quintianus, apud Arvernos degens privatus et exsul, non ita Visigothis timendus erat quam si remansisset Ruthenae in sede sua episcopali. Alterum est, quod* Ruteni, ultima Aquitaniae gens et provinciae Narbonensi contermina, regnante Alarico variis dicionis eius nationibus undique claudebantur, minime ut verisimile sit Quintianum tum prodendi Francis oppidi Rutenorum Segoduni consilium iniisse, quo ne praesidium quidem mittere invitatus Chlodoveus potuisset : eo enim per Bituriges et Arvernos, gentes infestas, hoc est per omnem fere quam lata est Aquitaniam Alarico parentem, tendere oportebat. *Sed etsi Quintianus non statim Segodunum seu Ruthenam civitatem Clodoveo regi tradere potuerit,* B *nonne, imminente bello Francico, satis erat episcopum suspicionem incurrisse nimii erga Francos amicitiae affectus ut maxime infensi illi essent Visigothi? Itaque non video rationes a Valesio et Pagio allatas tanti momenti esse ut a Gregoriana chronotaxi recedamus.*

e *Eadem scilicet quam testatur Gregorius Turonensis* (1) *auctam fuisse a S. Quintiano et in qua is* ante sacrosancta altaria, *id est in loco honoratiori,* capacem tumulo locum elegit, *ubi* S. Amantii *corpus deponeretur. Utrum vero haec basilica ab ipso* S. Amantio *aedificata fuerit, quod ait* Vita gall. ms., *an post eius mortem supra tumulum eius in communi fidelium coemeterio constructa* (2), *ex antiquis testimoniis definire non licet.*

f *Haec verba satis manifeste indicant nullo ornamento hactenus insigne fuisse* S. Amantii *sepulcrum. Anno 1751, quando reaedificata est Ruthenae ecclesia Sancti Amantii, repertum est a fodientibus solum ad fundamenta ponenda sarcophagum quoddam marmoreum saeculo V vel VI, ut videtur, exsculptum, quo primum conclusum fuisse corpus* S. Amantii *existimarunt. Sarcophagum istud fuse descripsit v. v. V. Darin* (3); *sed* C *non video quo iure affirmari liceat* perpetua traditione *constare illud fuisse sepulcrum* S. Amantii (4) : *nullum enim huius traditionis affertur vestigium antiquius saeculo XVIII. Sed neque in ipso sarcophago aliquod exstat indicium unde* S. Amantii *fuisse indicetur.*

g *Marturius iste aliunde notus non est.* D

h *Vocabulum hoc legitur in codicibus 1 et 2, apud Labbeum vero eius loco* Ruthenenses. *Satis manifestum videtur illud corruptum esse ex voce* Gothios, *qua Gothiae seu Septimaniae* (5) *incolae designari potuerunt.*

i *Vidimus supra* (6) *etiam post medium saeculum IX illo nomine nuncupatos fuisse barbaras gentes quae ex Europa septentrionali egressae Galliam invaserunt. Iam vero ex Gregorio Turonensi* (7) *discimus Saxones cum Langobardis in meridionalem Galliam prorupisse paulo post annum 570 semel et iterum, et bis recedere coactos. Haec autem contigisse omnino videntur inter annos 571 et 574* (8). *Huic duplici invasioni optime conveniunt quae hoc loco narrantur, nulli autem alii quae ex documentis historicis nota sit.*

k *Hinc egregie confirmatur coniectura scriptorum Historiae Occitaniae putantium* (9) *priorem invasionem Saxonum forte illigandam esse anno 571, alteram vero anno 573 vel 574.*

l *Duo alia miracula adiungit* Vita gall. ms. *secundum Vitam romanam, quorum ultimo hanc Vitam concludi ait. Nimirum* E

I. Un autre jour un petit enfant [etant] prés d'un chemin, une charete lui monta dessus, ce que son pere qui etoit prés ayant vu, tout alarmé de cet accident reclama St. Amans et fit voeu de porter son fils au sepulcre du saint, s'il lui souvoit la vie. Ce voeu fait, l'enfant se leva sans aucun mal, de quoi le pere s'en alla rendre graces à Dieu dans l'église du St. Amans, et porta son fils sur son tombeau en accomplissement de son voeu.

II. Finissons la vie de St. Amans par le dernier miracle que nous lisons dans le vieux manuscrit. il y eut certains mechans garçons qui pour tromper leurs juges furent jurer faussement sur le tombeau et reliques du saint. Le serment fait, ils reçurent la punition condigne à leur parjure, car il y en eut un qui perdit le sens, l'autre tomba roide en terre, et l'autre fut frappé de mal de St. Antoine (10), autrement dit le feu du ciel, un autre se mit à aboyer comme les chiens, en sorte que voyant la juste punition de leur parjure, ils furent contraints d'avouer leur faute devant le corps de St. Amans, qu'ils prierent de vouloir leur pardonner leur péché, promettant de ne faire jamais F rien contre son honneur, lequel exauçant leur priere leur obtint par son intercession une entiere et parfaite guerison.

(1) Cit. supra, annot. *d*, init. — (2) Cfr. Servières, p. 325. — (3) *Les anciens monuments chrétiens de Rodez*, in periodico *Revue de l'art chrétien*, Ser. II, tom. II (1875), p. 219-30. (Brevius ap. Servières, p. 338-45.) — (4) Ibid., p. 219. — (5) Cfr. *Hist. de Languedoc*, tom. I, p. 213 (ed. III, p. 481). — (6) Pag. 273, not. 1. — (7) *Hist. Fr.*, lib. IV, cap. 42. — (8) Cfr. *Hist. de Languedoc*, tom. I, p. 676 (ed. III, tom. II, p. 157), note 73. — (9) Ibid. — (10) Cum extremo saeculo XI primum invocari coeperit S. Antonius ad sanationem istius morbi et inde ipse morbus eius nomine designari (Cfr. *Act. SS.*, tom. II Ian., p. 156), hinc confirmatur non ante saeculum XII concinnatum esse carmen romanum.

A D

III. FRAGMENTA VITAE ROMANAE.

Edita primum, praeter tria priora, ex codice nunc deperdito, a Marco Antonio Dominicy in opere cui titulus Disquisitio de praerogativa allodiorum in provinciis Narbonensi et Aquitanica quae iure scripto reguntur *(Paris., 1645, in-4°) et in altero cui titulus* Ansberti familia rediviva, sive superior et inferior stemmatis beati Arnulfi linea... vindicata *(Paris., 1648, in-4°). Inde apud Raynouard,* Choix des poésies originales des troubadours, *tom. II (Paris, 1817), p. 152* (1) ; *in* Histoire littéraire de la France, *tom. XV (Paris, 1820), p. 478 ; apud Migne,* Dictionnaire des légendes *(Paris, 1855), p. 33-34; apud de Gaujol,* Études historiques sur le Rouergue *(Paris, 1859, 4 vol. in-8°), tome III, p. 434 et tome IV, p. 474 ; et apud L. Serrières,* Histoire de saint Amans *(Rodez, 18[illegible]), p. 489, qui primus tria priora protulit ex* Vita gall. ms. — *Cfr. supra, Comm. praev., num. 6 et pag. 286, not. 11.*

I. Et fouet dins Roudes nat bategat certamen *a*.

II. De case de Roudes fouc lou premier prelat *b*,
Des premiers crestias et des premiers letrats.

III. Del cabalagre gran del comtat que crompet
Quatre deniers d'argent lou pobol n'aleuget
Cad'an percept qu'era del rey Honorat cesar *c*
Als homes del Rouergue pel cap de cad'oustal.

IV. Et fo mandat al rey per mesatge coren
Que Quintia l'avesque de Rhodes veramen
Era fugit sa oltra per penre gandimen
B Del pobol de Rhodes que va'n far perseguen ;
Diso que subiugar los vol certanamen
Al noble rey de Franca ; no lor era plasen.
Et per aquella causa lo rey ven bravemen *d*.

V. Aprob aisso long tems, s'en se vol recordar,
Un prince qu'era duc, que se fasia appelar
Marcia *e*, ab gran gen per assetiar
La vila de Rhodes, et vol la subiugar,
Que de per totas parts la fec environar
Et gardar, que monda no lay pouges intrar,
Et destrieys tant lo pobol que non ac que mangar.
. . . .
Tant lor entendement a Dieus van demonstrar,
Ab grand devotio se van appareilhar,
Qu'el sepulchre visito de sanct Amans lo bar,
Et prego caromen qu'els veille desliurar
Del prince Marcia et de tot son affar.
Quand airo long temps facha aquesta orasio,
Et airo Dieus pregat ab grand devotio,
Et an pres sanct Amans per garda et per guido,
Viro fugir d'aqui los contrari que so.

VI. Et devenc se l'altr'an, per malvais mouvement,
Qu'aques duc Marcia fes altre asietgament
Per tornar a Rhodes et per far raubamen;
Que vol penre la vila et contrenger la gen,
Per so que miels n'agut tot son entendemen
Que no ac l'altra ves, quan s'en fugi corren.
E'l pobol, que a vist sest assietgamen,
C Gran paor en a aguda d'aquela mala gen,
A sanct Amans s'en fuio, qu'es lor defensamen :
E'ls ennemics fugiro com l'altra ves coren.
Onc puiessas no tornero per far mal a la gen.

VII. Al nom de Iesus Christ aysi sia affinat
Lo libre, que vous ay de lati romansat,
Del patro sant Amans.

I. Et fuit Ruthenae natus baptizatus[que] profecto.

II. Sedis Ruthenensis fuit primus antistes, — primorum christianorum et primorum litteratorum.

III. A capitatione gravi comitatus quam redemit, — quattuor denariis argenteis, populum sublevavit, — singulis annis percepti qui erant a rege Honorato Caesare — ex hominibus Rutheniae, [scilicet] ex capite singularum domorum.

IV. Et fuit nuntiatum regi [Francorum] per nuntium citum, — Quintianum episcopum Ruthenensem vere — fugisse procul ad consulendum saluti suae — a plebe Ruthenensi, quae eum persequitur; — dicunt [scilicet eum] subiugare illos velle certo — nobili regi Franciae; [quod] non illis erat gratum. — Et propterea rex venit cito. E

V. Post haec longo tempore, si volumus recordari, — princeps qui erat dux, qui sibi nomen assumpsit — Marcianum, cum magno exercitu venit ad obsidendam — urbem Ruthenam, et voluit eam subicere; — qui ex omni parte eam obsidione cinxit — et custodiis clausit, [ita] ut nemo in eam posset ingredi — et distrinxit adeo plebem ut non haberet quod manducaret — .... — Adeo suam mentem coram Deo exponunt, — cum magna pietate se comparant — ut sepulcrum invisant sancti Amantii baronis — et deprecantur summa ope ut illos velit liberare — a principe Marciano et ab omni eius negotio.

Postquam multo tempore institerant isti orationi — et fuerant Deum deprecati cum magna pietate, — et assumpserant sanctum Amantium in custodem et in ducem, — viderunt fugientes inde hostes qui sunt.

VI. Et accidit altero anno, pravo motu — ut ille dux Marcianus pararet alteram obsidionem. — ad aggrediendam Ruthenam et ad faciendam praedam ; — ut voluerit capere urbem et subicere gentem, — adeo ut melius compleret omne suum desiderium — quam altera vice, ubi fugit velociter. — Et plebs, quae conspexit illam obsidionem, — ingente metu affectus est ex illa mala gente, — F ad sanctum Amantium confugit, qui est eorum praesidium ; — et hostes fugerunt sicut altera vice velociter. — Numquam exinde reversi sunt ad nocendum populo.

VII. In nomine Iesu Christi hic sit finitus — liber, quem vobis ex latino romanum feci, — patroni sancti Amantii.

ANNOTATA.

a *Ex Vitae latinae cap. 1 init.*

b *Itaque iam eo tempore quo scripsit poeta romanus, vigebat ecclesiae Ruthenensis traditio, quae* S. Amantium *primum illius antistitem pronuntiabat.*

c *Honoratum illum Caesarem crediderim confictum esse a poeta romano ex lectione vitiosa nonnullorum codicum, in quibus Honoratus is, qui primo* S. Amantio *infensus, deinde per prodigium ad meliores sensus conversus est* (2), *imperator fuisse scribebatur* (3). *Supervacaneum autem videtur inquirere ex quo fonte hauserit narratiunculam illam de vectigali* S. Amantii *opera redempto. Forte originem illi dedit historia Aviti tempore Honorii imperatoris ab Arvernis deputati ut illis posceret* informe recidi vectigal (4) *et sua legatione feliciter functi.*

d *Haec manifeste hausit poeta ex Gregorii Turonensis* Hist. Fr., *lib. II, capp. 36, 37* (5).

e *Quae in hoc fragmento et sequente narrantur, desumpta sunt ex libri Miraculorum cap. 5. Nomen autem Marciani ducis confinxisse videtur poeta e vocabulo Marcomannorum, quod forte iam non valebat intellegere.*

(1) Huic erudito viro certum videtur, fragmenta illa non satis accurate exscripta esse a Dominicio. — (2) Vit. cap. 6. — (3) Cfr. ibid., lect. var. 31. — (4) Sidonii Apollinaris Carm. VII, v. 209. — (5) Cfr. supra, pag. 285, annot. *d*.

A D

APPENDIX

DE SANCTO NAAMATIO

DIACONO RUTHENENSI.

SAEC. VI. C. D. S.

S. Naamatius signatus ad diem 2 novembris

1. *S. Amantio adiungimus* S. Naamatium, *qui eius diaconus fuisse fertur. De quo omnino agendum fuerat ad diem 2 huius mensis, quo die eius memoria signata est in kalendariis saeculi XIV. Cur eo loco prorsus praetermissus fuerit, multis explanare non conabimur. Culpam agnoscimus, condonari rogamus, emendare aggredimur.*

in kalendariis saec. XIV et XV; postea vero ad diem 3 in Proprio Ruthenensi;

2. *Itaque* S. Naamatii *Ruthenensis diaconi nulla uspiam sive in martyrologiis sive in aliis monumentis reperitur mentio ante saeculum XIV. Quo tempore in kalendariis quae continent duo codices Ruthenenses, ad diem 2 novembris memoratus legitur his verbis :* S. Naamatii conf. (1). *Sequuntur breviaria quattuor Ruthenensia saeculi XV, in quorum kalendariis eandem mentionem nuper repperimus* (2); *in horum autem duobus in corpore adiuncta est brevissima de eius historia lectio, quam mox recitabimus. Ad diem 2 quoque adscriptus legitur in kalendario breviarii cuiusdam typis editi anno 1482, quod additamentis manu scriptis ad usum Ruthenensem accommodatum est, in missali Ruthenensi edito inter annos 1530 et 1560, et in kalendario Ritualis Ruthenensis editi anno 1603* (3). *Postea vero (propter concursum, ut conicere licet, commemorationis omnium fidelium defunctorum) reiectus est ad diem 3, videlicet in Proprio Vabriensi edito ann. 1650, 1702 et 1752, in Proprio Ruthenensi edito ann. 1670, 1703, 1706, 1824, 1838 et 1851, ac denique in eodem Proprio Ruthenensi, a S. Sede approbato, edito an. 1859* (4).

et rursus die 2 in martyrologiis recentioribus.

3. *Nulla, ut iam monuimus,* S. Naamatium *referunt martyrologia antiquiora, sed recentiora tantum, ad diem 2 novembris. Scilicet, ut omittamus Auctarium Usuardi Hagenoyense, in quo ad hanc diem notatur:* Item sancti Naamatii episcopi

C

et confessoris (5), *Philippi Ferrarii* Catal. gen. : Ruthenis in Gallia, S. Naamatii diaconi; *Andreae Saussaii* Martyrol. gallic., *in Supplemento:* Eadem die, Rutenis sancti Naamatii diaconi, a sancto Amantio Rutenensi episcopo ordinati, cuius gesta in scriniis illius ecclesiae praeclara habentur; virtus vero perpetim viget in liberandis energumenis ; *Claudii Castellani* Martyr. univ. : A Rodès, S. Nâmas, diacre ; *et Martyrologium Parisiense editum anno 1727 iussu Cardinalis de Noailles:* Rutenis, sancti Naamatii diaconi.

Illius historia in breviariis saec. XV et extremi saec. XVII

4. *De historia* S. Naamatii *antiquissimum omnium monumentum est legenda illa brevissima inserta breviariis Ruthenensibus quae exhibent codices Parisienses saeculi XV 1262 et 13236* (6), *his verbis concepta :* Igitur beatissimus Naamacius Ruthenae fuit urbis civis, levita, confessor, qui propriam virtutum meritis illustravit ecclesiam, vitae severitate correxit, caelos beatae consummationis palma conscendit ; quique nunc etiam commissam sibi a Domino urbem felicium meritorum commendat suffragi[i]s, tuetur patrocini[i]s, inflammat exemplis (7). *Plura refert Proprium Ruthenense editum anno 1670, in quo ad diem 3 novembris hae de* S. Naamatio *proponuntur lectiones :* Lectio iv. Naamatius, e Ruthena urbe oriundus, iam ab ipsa adolescentia virtutibus coruscare coepit ; quibus permotus sanctus Amantius eiusdem urbis episcopus, eum sacris ordinibus initiavit ac in leviticum cooptavit ordinem. In quo munere beatorum Stephani, Laurentii, Vincentii vestigia sibi sectanda proponens, tantos in sanctitate progressus fecit ut etiam solo verbo

E

daemones ex obsessis corporibus eiceret, ita ut ne quidem Naamatii praesentiam nefarii illi spiritus perferre possent. — Lectio v. Quare cum adolescentis cuiusdam corpus hostis ille humani generis atrocissime divexaret, isque ad sanctum Naamatium recuperandae salutis gratia adductus, ab eo iuberetur excedere, neque sancti viri iussis resistere ulterius posset, seque diceret mox egressurum, hoc tamen subdolus ille hostis illi proposuit, nimirum, cum tanta virtute spiritibus imperaret, se illum, si iuberet, Romam usque, quo servus Dei religionis causa ire decreverat, devecturum, quo molestias et laborem itineris sublevaret. Cui subridens Naamatius : " Disce, inquit, serpens, militum Christi virtus non frangitur labore, sed probatur. " Quo dicto, iuvenis ille ab omni daemonis infestatione se liberum sentiens, ad pedes sancti viri provolutus, gratias immensas Christo redemptori et liberatori reddidit. — Lectio vi. At enim malignus ille spiritus inde discedens et Romam advolans, principis filiam invadit. Cumque exorcismis nusquam pelli posset, inclamaretque se cessurum solummodo imperio unius Naamatii, cuius sanctitatis fama iam plu-

F

rima loca pervaserat, continuo vir Dei missis nuntiis accersitur. Cumque iam prope urbem accederet, paterque virginis, illi obviam factus ac de salute filiae, quam daemon crudelius vexabat, sollicitus, urgeret ut gressus accelerare dignaretur, ille pallium sibi detractum praemisit puellae imponendum ; cuius attactu nefarius ilico spiritus depulsus est, puellaque ab omni illius infestatione liberata. Exinde Naamatius, spretis muneribus quae illi offerebantur honoresque sibi delatos aversatus, patriam repetit ; ibique reliquae vitae spatio in sanctis operibus insumpto, meritis et miraculis clarus, ad caelestem gloriam evectus est (8).

ex incertis fontibus hausta.

5. *Lectiones istae excerptae indicantur* Ex martyrol. gallic. et Guidone episc. Lodoven. in Sanctorali. *Sed quam pauca ex* Martyrologio gallicano *desumpta sint facile agnoscet qui legerit quae ex hoc*

(1) Servières, *Hist. de S. Amans*, p. 475. — (2) *Cat. codd. hagiogr. Paris.*, tom. III, Supplem. II, ad d. 2 Nov. — (3) Servières, pp. 475, 476, 479. — (4) Ibid., pp. 479, 481, 484, 485. — (5) Ed. Soller., p. 646. Ubi tamen error admissus non est in nomine *Naamatii* pro *Amantii* substituto, ut perperam dictum est in tomo nostro superiori (tom. I Nov., p. 419), sed in adiuncto titulo *episcopi*. — (6) Cfr. *Cat. Paris.*, tom. III, p. 591 (*Alb.* 3 et 6). — (7) Cod. Paris. lat. 1262, fol. 495^{v}. — (8) Servières, p. 479-80.

Martyrologio

AUCTORE C. D. S.

A *Martyrologio supra* (1) *recitavimus. Quod vero spectat ad Bernardum Guidonis, nihil prorsus de* S. Naamatio *legitur in codicibus* Speculi sanctoralis *qui ad nos pervenerunt* (2). *Utrum igitur qui illas lectiones concinnarunt, aliqua de eo a Bernardo Guidonis consignata reppererint in codice nunc deperdito vel latente, an perperam huic scriptori attribuerint scriptum aliquod ab alio confectum, quidve denique ex monumentis scriptis hauserint aut ex traditionibus popularibus vel proprio marte adiunxerint, incompertum nobis est. Proinde neque pronuntiare ausim quam probabiliter credi possit narratiuncula illa de* Naamatio *Romam advocato ut principis filiam energumenam liberaret, qualis et in nonnullis aliis, sed sublestae fidei, sanctorum Actis legitur, ut in Vita S. Abercii episcopi Hierapolitani* (3) *et in Passione S. Tryphonis* (4).

in recentioribus addita mentio de elevatione eius corporis.

6. *Lectiones supra recitatas repetiit ad diem 3 novembris Proprium Ruthenense editum anno 1706, ubi et haec addita sunt in fine lectionis VI:* Corpus eius in ecclesia Sancti Amantii depositum fuit, ibique in tumulo lapideo requievit usque ad B annum 1670, in quo reverendus in Christo pater Gabriel de Voyer de Paulmy, Ruthenensis episcopus, a canonicis venerabilis capituli associatus et praesentibus totius suae dioecesis parochis ad synodum convocatis, sacra illius pignora magna cum sollemnitate elevavit (5). *Eadem etiam, cum additamento, repetita sunt in Propriis editis ann. 1824, 1838, 1851 et 1859* (6).

Quae praeterea narrentur in Vita ms. gall. *S. Amantii de S. Naamatio*

7. *Nonnulla praeterea de* S. Naamatio *adiunxit auctor* Vitae gallicae ms. *S. Amantii post medium saeculum XVII conscriptae* (7), *quorum fides sit penes anonymum illius Vitae scriptorem. Imprimis scilicet indicat* S. Naamatium *ut socium individuum adhaesisse S. Amantio ab exordio apostolatus ipsius apud Ruthenenses et fuisse hunc,* qui prope adstiterat, puerum *memoratum in antiqua Vita latina S. Amantii* (8). *Deinde narrat S. Amantium iam aetate provectum curam ecclesiae suae credidisse* Naamatio, *et ab eodem sancto episcopo ad* Naamatium *directum fuisse iuvenem illum energumenum* (9), *qui prius ad ipsum fuerat adductus. Sed et de iis quae contigerunt in itinere Romano* S. Naamatii *quaedam particularia refert quae vel prorsus silent vel minus distincte narrant* C *lectiones Proprii Ruthenensis. Videlicet* (Le diable) s'étant allé jetter dans le corps d'une jeune demoiselle de Rome, niéce de l'empereur, il la tourmenta si étrangement qu'elle ne pouvoit se tenir droite ni couchée. L'empereur... envoya des gens dans la dite ville (de Rodés) pour le prier de prendre la peine de venir à Rome guérir sa niéce. S. Naamas... prit incontinent son chemin vers Rome, y allant tout à pied. Quand il fut au milieu de son voyage, le diable se mit à tourmenter plus fort cette demoiselle, ce qui obligea l'empereur de redoubler ses messagers pour le faire avancer, car la fille etoit aux abois et prete à rendre l'âme. St. Naamas ne pouvant aller vite, à cause qu'il etoit à pied, leur bailla son manteau, leur enjoignant de s'avancer pour le mettre sur la possidée, ce qui fut fait d'abord qu'ils furent arrivés à Rome. Le diable incontinent qu'il sentit le manteau du saint, sortit du corps de la demoiselle, criant tout haut : " Naamas de Rodés m'a tiré d'ici. „ L'empereur fut si aise de la delivrance de sa niéce qu'il alla au devant du saint lorsqu'il arriva dans la ville de Rome, et après lui avoir fait grand honneur, il lui présenta beaucoup d'or et d'argent qu'il refusa, ayant seulement demandé à l'empereur de lui donner des ouvriers pour achever la batisse d'une église que St. Amans avoit commencée de batir dans la ville de Rodés, ce que l'empereur lui octroya, et lui donna beaucoup de reliques qu'on voit encore dans l'église de St. Amans. Savoir une cote de St. Pierre apotre, la plus grand part du crane de St. Laurens, du pain de la derniere céne de Jesus-Christ, et une portion de la vrai croix. St. Naamas s'étant remis en chemin avec les maçons que l'empereur lui avoit donnés, arriva à Rodés et y fut reçu de St. Amans avec grand joye, le quel fit continuer le batiment de son église par ces ouvriers venus de Rome, en sorte que la dite église fut bientot achevée, la quelle St. Amans consacra et dédia à l'honneur de St. Pierre et St. Paul, et y mit les susdites reliques. Mais cette église ne porte plus le nom des dits St. Apotres, ayant par succession E du temps changés en celui de St. Amans acause de la devotion que les habitans de cette ville ont eu pour ce saint leur patron dont le corps repose en la dite église.

et de eius obitu ac sepultura, et de innocente illius opera carcere liberato.

8. *Denique de obitu* S. Naamatii *eiusque sepultura, et de miraculo eius ope postea impetrato ita pergit eadem* Vita gall. ms. : Aprés qu'elle fut achevée, St. Naamas décéda, que St. Amans enterra en icelle. A sa sepulture son corps rendit une odeur tres suave qui embauma l'air et tous les assistans.

Comme Dieu avait fait des miracles par les merites de St. Naamas pendant sa vie, il en fit pareillement après son decés. Entre autres il arriva qu'un pauvre religieux passant à Rodés allant en Perigord s'accompagna d'un homme, le quel, etant tous deux logés en semble la nuit suivante dans une hotélérie, vola l'hote et s'enfuit; l'hote ayant découvert le larcin et vu la faute de cet homme, croyant qu'il n'y eut de l'intelligence du voleur au religieux, et qu'il eut pris cet habit deguisé de religion pour couvrir son vol, le prend prisonier, le fait conduire dans une obscure et etroite prison. Ce pauvre religieux, qui etoit innocent, sur le minuit se met en oraison, et F reclamant au glorieux St. Naamas le prie de vouloir par son intercession le tirer du danger ou il etoit. Sa priere achevée, il vit au tour de soi St. Naamas vetu de blanc avec une étole blanche, qui lui dit de sortir de cette prison et prendre le pain qu'il trouveroit au seuil de la porte pour donner au chien qui gardoit la prison et empechoit sa sortie, ce que le religieux ayant fait, la porte s'ouvrit miraculeusement, les liens dont il etoit attaché se rompirent, et il sortit et s'en retourna droit à Rodés pour y rendre graces à Dieu et à St. Naamas par l'intercession du quel il avait été delivré.

Voila ce que nous trouvons de la vie de St. Naamas, les ossemens du quel reposent aujourd'hui dans la même chapelle que ceux de St. Amans dans l'église qui porte le nom du dit saint dont la fête se celebre le quatrieme jour du mois de Novembre qui est celui de son decés.

(1) Num. 3 med. — (2) Cfr. L. Delisle, *Les manuscrits de Bernard Gui*, § 135-138 (in *Notices et extraits des mss.*, tom. XXVII, part. II, p. 276-86). — (3) *Act. SS.*, ad 22 Oct., tom. IX, p. 504 sqq. — (4) *Cat. Paris.*, tom. I, p. 287-88, numm. 10, 12. — (5) Servières, p. 482. Cfr. infra, num. 9. — (6) Servières, pp. 484, 485. — (7) Cfr. supra, p. 272, num. 7. — (8) Cfr. supra, p. 278, col. 1, lin. 8. — (9) Cfr. supra, num. 5, lect. V.

9. *Saepius*

Corpus S. Naamatii sollemniter elevatum anno 1671.

9. *Saepius inde a saeculo XV recognitae sunt reliquiae* S. Naamatii *simul cum reliquiis SS. Amantii et Dalmatii* (1). *Sed et singularis translatio sacrarum eius exuviarum instituta est anno 1671, opera Gabrielis de Voyer de Paulmy, tunc Ruthenensis episcopi* (2). *Hanc ex documentis coaevis fuse descripsit v. v. L. Servières* (3) ; *quam descriptionem fere integram hic exhibere non pigebit. Igitur postquam confecta fuit ex quattuor catinis quae ad stipem a fidelibus corrogandam adhiberi solebant et ex laminis argenteis quibus operta erat statua quaedam lignea S. Amantii, hierotheca argentea deaurata in formam hermae (cuius caput diademate cinctum, medium autem pectus pretioso crystallo ornatum erat, basim vero octogonon sustentabant quattuor leones et ad singulos octo angulos totidem angeli conspiciebantur serta florum manibus gestantes), accessit episcopus die 13 aprilis 1671 cum praecipuis cleri sui viris et civitatis consulibus ad aperiendum sepulcrum* S. Naamatii, *quod in* sacello sanctorum corporum (4) *collocatum erat. Ossa ab advocatis illuc medicis agnita et integra reperta sunt ; quodque* B *adstantes admiratione complerit, fere integra quoque reperta sunt vestimenta quibus sacrum corpus indutum fuerat, dalmatica nempe, manipulum, alba et pars cinguli. Deinde die 14 decantatae sunt sollemnes vesperae praesidente episcopo, inter festivum campanarum ecclesiarum totius urbis sonitum, instrumentorum musicorum concentus et tormentorum bellicorum fragorem, quibus praenuntiabatur posterae diei festivitas. Die vero 15 aprilis, magno apparatu ad ecclesiam Sancti Amantii processit episcopus, praecedentibus paenitentibus, ut vocabant, albis et caeruleis, patribus Franciscanis et Dominicanis, sacerdotibus amplius quingentis qui ex tota dioecesi ad synodum convocati erant, canonicis capituli cathedralis et magistratu civili ac iudicibus ; ibique coram immensa populi multitudine missam pontificali ritu celebravit, inter quam contionem panegyricam de sancto habuit. In media autem ecclesia assurgebat meta, quae aedium fere fastigium attingebat, cuique imposita erat ingens statua* S. Naamatii *diaconalis ordinis insignibus decorati. Expositum erat paulo inferius SS. Sacramentum innumeris luminaribus circumdatum et ad quattuor metae angulos erecta* C *altaria, in quibus singulis sine intermissione a sacerdotibus sacra celebrata fuerunt ab hora quinta matutina usque ad meridianam. Post decantatam missam episcopus populo venerandum proposuit caput* S. Naamatii, *illudque in praeparata hierotheca recondidit. Deinde instituta est sollemnis pompa, qua, praecedentibus sub undecim pretiosis conopeis aliis sanctorum reliquiis quae in ecclesiae thesauro asservabantur, per praecipuas urbis vias et etiam extra eam delatum est caput* S. Naamatii *a quattuor diaconis sub conopeo splendidiore ; sequebatur et reliquum eius corpus capsa lignea deaurata inclusum et triumphali currui impositum, quem trahebant pueruli quadraginta lauro et floribus redimiti et vestitu suo angelos repraesentantes. Postea per totam octavam continuata est festivitas, exposito in media ecclesia capite* S. Naamatii, *quod veneratura incessanter accurrebat multitudo populi, et cottidie sacro sollemni ritu celebrato atque panegyrica oratione de sancto pronuntiata, quibus omnibus semper intererat episcopus. Denique, cum extranei in dies magis confluerent, prorogata est celebritas usque ad diem 26 aprilis ; qua die iterum circumductae sunt* S. Naamatii *reliquiae et vespere sollemnitati finem imposuerunt rogis festivis per plateas accensis, luminibus ordine per* E *singulas domos dispositis et ignibus artificiose vario colore et figura a summa ecclesiae turri proiectis, inter concentum omnium campanarum, ab hora octava usque ad mediam noctem.*

AUCTORE C. D. S.

De eiusdem reliquiis et hodierno cultu.

10. *Occasione huius sollemnitatis concessa est a priori ecclesiae Sancti Amantii canonicis capituli cathedralis os costae vel umeri* S. Naamatii *et a Gabriele episcopo maxilla eiusdem sancti ecclesiae Sanctae Crucis in vico Palmiaco, unde oriundus erat* (5). *Ceterae* S. Naamatii *reliquiae eadem fata subierunt quae reliquiae S. Amantii* (6). *Denique ut quaecumque de cultu* S. Naamatii *novimus memoremus, olim in urbe Ruthenensi dedicata sub ipsius nomine fuisse fertur ecclesia quae postea a Sancta Magdalena nuncupata est et anno 1798 funditus diruta. Alia quoque ecclesia parochialis, nunc solo aequata, exstabat olim in vico quodam Ruthenensis dioeceseos. Nunc vero iam non alia illius cultus vestigia supersunt praeter officium sancti quod a clero Ruthenensi quotannis die 3 novembris celebratur, et sacellum* S. Naamatio *dicatum in hodierna ecclesia Sancti Amantii, in quo visuntur statua altari supereminens et speculare vitreum, quibus sanctus diaconus repraesentatur* (7), *ac* F *eiusdem caput expositum in maiori ecclesiae altari.*

(1) Cfr. supra, p. 275, num. 18. — (2) Cfr. supra, num. 6. — (3) *Hist. de S. Amans*, chap. XIX, p. 362-66. — (4) Cfr. supra, p. 275, num. 18 post med. — (5) Servières, p. 367. — (6) Cfr. supra, p. 275, num. 19. — (7) Servières, pp. 367, 368.

DE S. PROCULO

EPISCOPO AEDUENSI.

TEMPORE INCERTO

J. V. D. G.

S. Proculi qui videtur fuisse

1. *De* S. Proculo *duplex agitatur quaestio, altera utrum Augustodunensem rexerit ecclesiam, altera utrum martyrii palma fuerit insignitus. Ad primam respondent editores Benedictini* Galliae christianae (1) *sibi videri indubium* S. Proculum *Augustodunensi sedi praefuisse, licet de eius pontificatus tempore nihil fixum certumque quod asserant habeant, nisi illud, probabile tantum,* S. Proculum *inter S. Pragmatium et Agrippinum, id est inter annos 517 et 533, sedisse. Duplici ex fonte sua hauserunt argumenta qui opinionem de* S. Proculi *Augustodunensi episcopatu tenuerunt, nempe primo ex indice episcoporum civitatis Aeduensis ; in quo cum* Proculi *nomen legatur tum supradicti editores, tum Sammarthani* (2), *tum Gams* S. Proculum *inter Augustodunenses antistites referre non*

(1) Tom. IV (1728), pp. 341, 342. — (2) *Gallia christiana*, tom. II (1656), p. 30.

dubitarunt.

episcopus Augustodunensis

dubitarunt. Alteram documentorum seriem praebent martyrologia Hieronymiana paene omnia, quorum variis formulis celebratur Augustoduni *vel* Augustiduni S. Proculus episcopus; *aliique fasti hagiologici, ut Adonis et Usuardi, similem enuntiationem tradunt. In nomine transcribendo apparet etiam forma contractior* Proclus. *In martyrologio Autisiodorensi legitur :* Augustiduno natale sancti Patrocli; *sub qua forma mendosa evidenter latet sancti nostri nomen. Gallicae linguae usui est alia forma* Saint Preuil. *Ad nostra usque tempora testata est cultu suo ecclesia Aeduensis* (1) *pontificatum* S. Proculi, *cum ad diem 4 novembris commemorationem eius agens eum sub hac indicatione annuntiet :* Commemoratio S. Proculi Aeduensis episcopi et martyris.

ignota est historia.

2. *De* S. Proculi *autem rebus gestis nihil ad nos pervenit. Id tantummodo tradunt Sammarthani* (2), *corpus eius in ecclesia Sancti Symphoriani iacere. Monet Claudius Robert* (3) *et post eum iidem Sammarthani* (4), *editores Benedictini* (5) *et canonicus anonymus qui conscripsit historiam Augustodunensis ecclesiae* (6), *minime assentiendum esse Saulnier* (7) *conicienti* S. Proculum, *Aeduensem episcopum, eum esse quem in sua ad Rusticum epistula* (8) *S. Hieronymus sanctum doctissimumque appellat pontificem. Etenim, quominus haec* S. Proculo *Augustodunensi conveniant, repugnat temporum ratio, quoniam S. Hieronymus anno 420 obiit, et, licet incerta satis sit chronotaxis* S. Proculi, *tamen saeculo sexto, potius quam quinto, videtur vixisse. Agnoscunt quidam* (9) *duplicem Proculum episcopum Augustodunensem, secuti catalogum quendam episcoporum quem in maioris basilicae civitatis Aeduensis sacrario asservatum fuisse referunt Sammarthani* (10). *Sed cum editoribus Benedictinis* (11) *et Georgio* (12) *rectius dixerit aliquis, secundum antiqua monumenta non nisi unum* Proculum *praesulem Augustodunensem agnoscendum esse. Quonam in horum pontificum serie loco ponendus sit, non adeo elucet : alii, ut editores* Galliae christianae, *saeculo VI, post Pragmatium, quod reprobat Georgius ; alii, ut Saulnier, saeculo V, inter Leontium et Euphronium. Quid inter has opiniones sibi contradicentes tenendum sit, deficientibus documentis, non licet definire.*

Attamen vetustiora monumenta

3. S. Proculum *martyrem appellat martyrologium Romanum :* Augustoduni, sancti Proculi, martyris. *Ut hunc titulum adscriberet* S. Proculo, *motus fuit cardinalis Baronius, martyrologii corrector, quod in notis declarat, auctoritate Petri de Natalibus, ac praesertim Adonis et Usuardi. Re quidem vera, non paucae Usuardini textus recensiones, scilicet Antverpiensis utraque, Lubecensis, Ughelliana, Belinensis, Ultraiectina, Leidensis, Lovaniensis, Aquicinctana,* S. Proculum *tum episcopum, tum martyrem conclamant. Attamen, in puriori Usuardi textu, qualem nempe referunt Pratensis, Heriniensis et Muneratensis,* S. Proculus *simpliciter episcopus Augustodunensis, minime vero martyr, nuncupatur. Nec adeo certum est Adonem suffragari* S. Proculi *martyrio, ut iam notaverat Tillemontius* (13); *siquidem in editionibus Mosandri et Rosweydi, quos approbat Georgius* (14), Proculus *fuit in Adonianam appendicem reiectus, licet Sollerius ipsi Adonis textui inserendum eum existimet* (15). *Ad Petrum de Natalibus quod attinet, eius auctoritas a Rabano et Usuardo satis eliditur, ut monet Sollerius* (16). *De Usuardo mox dictum est ; Rabanus autem haec habet :* Augustoduno, depositio beati Proculi episcopi, *tacito martyris titulo* (17). *Illud etiam prae oculis est habendum, quod iam animadverterat laudatus saepius Sollerius, codices Hieronymianos, sive ad primam, sive ad posteriores manus pertinent, de* S. Proculo *meminisse, sed ubique episcopum, nusquam martyrem appellare. Sufficiat citasse lectionem codicis Bernensis* Agustiduno Proculi episcopi. *Igitur, si fastis hagiographicis standum est, argumenta haud satis firma inveniri queunt quae* S. Proculum *martyrem probent.*

AUCTORE J. V. D. G.

iis minime favent

qui ipsum martyris nomine appellant.

4. *Et haec quidem praesto sunt ei qui de* S. Proculi *martyrio fontes et primaeva monumenta interrogaverit. Nostro enim tempore, quod suo iam dolebat Sollerius, desiderantur etiam eius Vitae documenta. Quod si recentiores interpretes adierit, paucissimos offendet qui martyrem* S. Proculum *affirment. Soli enim paene sunt Saulnier* (18), *qui* S. Proculum *ab Attila morte peremptum anno 451 asserit, dum pro plebe sibi commissa apud ipsum intercederet, et Saussaius* (19), *referens* S. Proculum *ab impiis, qui adversus eum perpetuo livore fremebant, tandem interceptum et interemptum. Sed iure queruntur editores* Galliae christianae (20) *nec non Tillemontius* (21) *haec esse conficta, ignorarique prorsus unde sint hausta, immo inter se pugnare, quoniam Saulnier* S. Proculum *doceat passum anno 451, quippe quem successorem facit S. Leontio, dum Saussaius eum post S. Andochium Augustodunensem ecclesiam rexisse opinatur. Vir v. F. E. Pequegnot* (22) *non omnino refragatur sententiae quae vult* S. Proculum *pro fide passum esse, nisus testimonio Longuevallii* (23), *qui Proculum quendam ignotae sedis episcopum a Gundobaldo, Burgundiorum rege, eiectum narrat. Sed quoniam unde haec desumpta fuerint, non indicat Longuevallius, nemini fas erit affirmare talia ad* S. Proculum *Augustodunensem esse referenda.* S. Proculi *martyrium reiciunt Florentinius* (24), *Castellanus* (25), *Georgius* (26), *Sollerius* (27) *et supramemorati editores* Galliae christianae, *qui uno ore petunt ut deleatur hic martyris titulus. Et re quidem vera fatendum est hanc appellationem non nisi tardius invectam esse fastis hagiologicis, et puriores inter eos semper ab ea abstinuisse.*

(1) Cfr. *Officia propria ecclesiae Aeduensis,* 1873, pars autumnalis, pp. XVII et 121. — (2) Loc. cit. — (3) *Gallia christiana,* p. 199. — (4) Loc. cit. — (5) Loc. cit. — (6) *Histoire de l'Église d'Autun,* p. 22. — (7) *Autun chrétien,* p. 10. — (8) P. L., tom. XXII, p. 1084. — (9) Sammarthani, loc. cit.; Saulnier, *Autun chrétien,* p. 10. — (10) Loc. cit. — (11) Loc. cit. — (12) *Martyrologium Adonis,* p. 563. — (13) *Mémoires,* tom. V, p. 546. — (14) *Martyrologium Adonis,* p. 563. — (15) Ad d. 4 Novembris, p. 561. — (16) Ibid. — (17) P. L., tom. CIX, p. 1178. — (18) Op. cit., p. 10. — (19) *Martyrologium Gallicanum,* p. 828. — (20) Loc. cit. — (21) Loc. cit. — (22) *Légendaire d'Autun,* tom. II, p. 410. — (23) *Histoire de l'Église gallicane,* 1825, tom. III, p. 13. — (24) *Vetustius Martyrologium.* — (25) *Martyrologe universel.* — (26) *Martyrologium Adonis,* p. 563. — (27) *Martyrologium Usuardi,* ad diem 4 Novembris.

DE S. PERPETUO

A D

DE S. PERPETUO

SUB INIT. SAECULI VII

EPISCOPO TRAIECTENSI.

A. P.

§ I. De historia S. Perpetui.

Ut aliorum priscorum episcoporum Tungrensium et Traiectensium,

1. *Nemo nescit quam altis tenebris involuta sit priorum Tungrensium Traiectensiumve episcoporum historia, quamque pauca atque incerta de eorum numero, nomine, aetate, fatis ab antiquioribus scriptoribus posterorum memoriae tradita sint. Dolendum illam amplamque lacunam congestis undique narratiunculis explere quidem conati sunt diligentissimi id genus monumentorum collectores Aegidius Aureaevallensis et Iohannes Ultramosanus, maxime autem auctores illi Leodienses, qui* B *saeculis XVII et XVIII historiam patriam scriptis illustrare contenderunt; at quamvis multum in his insudarint, adeo exiguam tamen fidem sapientioribus criticis fecere, ut qui nuperrimus elenchum antistitum Leodiensium contexuit, b. m. Pius Bonifacius Gams* (1), *inter episcopos, qui ante medium saeculum VII Tungris vel Traiecti ad Mosam sederint, Maternum quidem, Servatium, Falconem (?), Domitianum, Monulfum, Betulfum (= Gondulfum?), Iohannemque Agnum recensuerit, alios autem septendecim numero, utpote vel perperam huc illatos vel saltem dubios, ab hac serie exsulare iusserit. Qua in re quid demum sentiendum sit, est et difficile dictu et a praesenti proposito alienum. De uno siquidem dumtaxat ex hisce deturbatis episcopis agendum nobis est, de* Perpetuo *nempe, cuius ut certus utique et illustris est cultus ecclesiasticus, huic diei affixus, ita obscura plane et dubia sunt cetera, quae ad ipsum spectant, tantum non omnia.*

ita S. Perpetui *obscura est historia.*

Huius meminerunt Herigerus Lobiensis,

2. Perpetui *primus omnium meminit scriptor saeculi X Herigerus Lobiensis, in* Gestis episcoporum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium, *ieiunis hisce verbis :* Sanctus autem Perpetuus, qui C 23. praefuit, apud Deonantum quiescit (2). *Vicesimum tertium episcopum eum dicit, nempe si seriem episcoporum Traiectensium cum vulgata serie praesulum Tungrensium, quae a S. Materno initium ducit, continuaveris; nam qui solos Traiectenses episcopos recensent* (3), *ii* Perpetuum *decimum quartum fuisse asserunt* (4). Perpetui *autem decessores nominat Herigerus : 20. Domitianum, 21. Monulfum, 22. Gundulfum; successores vero 24. Ebregisum, 25. Iohannem Agnum, 26. Amandum. Herigero consonat omnino antiquissimus, qui quidem servatus sit, antistitum Tungrensium catalogus, ineunte saeculo XI exaratus, qui tamen ex Herigeri libro excerptus non videtur* (5); *consonant ceteri eorundem catalogi saeculo XII descripti* (6), *quorum unus, metricus nempe, generosam* Perpetui *originem sic insuper commemorat :*

antiqui catalogi episcoporum,

Perpetuus decimus claro de sanguine quartus.

Iocundus presbyter,

3. *His si paucissima quaedam addideris, quae in Iocundi presbyteri opusculo* de translatione sancti Servatii *et in* Annalibus, *quos vocant,* Leodiensibus (7) *leguntur, omnia omnino habebis, quae de* E S. Perpetuo *ante saeculum XIII memoriae tradita sint. Iocundus quidem, qui haud multo post annum 1088 scribebat, haec tradit op. cit., cap. 22 :* Ipse est namque *(scilicet Servatius)*, cuius de sinu exorti sunt, cuius sub ubere alti sunt martires omnes et confessores, qui sunt in universis urbibus et castellis et oppidis fere totius Lothariae. Sed quia longum est fortassis et tediosum de singulis agere, pauca de multis accipiat caritas vestra. Habet enim Deonantum beatum Perpetuum confessorem magnum, Arduenna duos sanctum Remaclum atque Hubertum, *et q. s.* (8). Annales *autem* Leodienses, *qui saeculo XI exarati sunt, ita perhibent ad annum 598 :* Sanctus ||||||||| Tungris antistat (9). *Vox quidem aliqua post vocem* Sanctus *in codice unico erasa est; ast supplendum esse* Perpetuus *exin satis probabile efficitur, quod ita hunc locum legebat medio saeculo XIII Aegidius Aureaevallensis, qui* Gestorum *suorum lib. I, cap. 35 in margine inferiore annotavit :* Circa annum Domini 598 sanctus Perpetuus Tungris antistat (10).

et Annales Leodienses.

Ex quorum testimoniis probabiliter colligitur,

4. *Iam vero, si modo ultimam hanc notam chronologicam, de qua mox agemus, exceperis, ex his antiquioribus fideque dignioribus testibus id demum habemus,* Perpetuum *quendam sub initiis saeculi VII in Traiectensi seu, si quis mavult, in Tungrensi cathedra sedisse, et Dionanti esse sepultum; sub initiis, inquam, saeculi VII : nam tertius ipsius decessor Domitianus fuisse dicitur, quem anno 549 concilio Aurelianensi quinto interfuisse certum est* (11); *Gundulfus autem ille, quem proxime ante* Perpetuum *nominant auctores supra laudati, unus idemque esse omnino videtur cum Betulfo Traiectensi episcopo, cuius nomen canonibus concilii Parisiensis anni 614 subscriptum legi-*

(1) *Series episcoporum ecclesiae catholicae*, p. 248. Hunc catalogum exscripsit Mas Latrie, *Trésor de chronologie* (1889), col. 1518. — (2) Lib. I, cap. 28 (*MG.*, Scr. tom. VII, p. 176). — (3) De hac appellatione " episcoporum Traiectensium ", quae haud exiguam litem inter viros eruditos olim excitavit, videsis *Act. SS.*, Nov. tom. I, p. 183-6, num. 95 sqq., praesertim num. 107-8. Certum iam est ipsos huius sedis antistites interdum sibi ipsis nomen " episcoporum Traiectensium " assumpsisse : horum enim quidam actis concilii Parisiensis anni 614 subscripsit his verbis : *Ex civitate Treiecto Betulfus.* Cfr. E. Amort, *Elementa iuris canonici*, tom. II (1757), p. 416; I. Friedrich, *Drei unedierte Concilien* (1867), p. 16; F. Maassen, in *MG.*, Legum sect. III, tom. I : *Concilia aevi merovingici* (1893), p. 192, lin. 21. — (4) Vide locum ex catalogo metrico mox adducendum. — (5) Cfr. *MG.*, Scr. tom. XIII, p. 290. — (6) *MG.*, ibid. et tom. XII, p. 126. — (7) Quid sub hac non prorsus vera appellatione veniat, vide declaratum a G. Waitz in *Nachrichten von der kön. Gesellschaft der Wissenschaften...* Göttingen, 1870, p. 302-9; brevius apud Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 5, tom. II, p. 128, nota 1. — (8) *MG.*, Scr. tom. XII, p. 99. — (9) Ibid., tom. IV, p. 10. — (10) Ibid., tom. XXV, p. 29; cfr. *Notae Aureaevallenses*, ibid., tom. XVI, p. 681. — (11) *Conciliorum Galliae collectio*, ed. Maurina, p. 1042; F. Maassen, *Concilia aevi merovingici*, p. 109, lin. 18.

tur

AUCTORE A. P.

A *tur* (1). *At proximus vel paene proximus* (2) Perpetui *successor Iohannes Agnus iam circiter annum 625 Traiecti sedebat* (3). *Unde inferendum esset* Perpetuum *illum, qui Dionanti colitur, si revera Traiectensem sedem obtinuerit, inter annos 614 et 625 obtinuisse. Enimvero non desunt qui obtinuisse infitientur; quibus nos equidem assentire gravamur. Licet enim allata a nobis testimonia neque tantae antiquitatis neque auctoritatis tantae sint, quae certitudinem pariant et locum dubitationi non relinquant, attamen quae de* Perpetuo *proferunt scriptores laudati, imprimis vero cautissimus auctor et diligentissimus Herigerus, ea antiquam probabilemque ecclesiae Leodiensis traditionem exhibere videntur; a qua in hac re ut recedamus, nulla suppetit ratio solida.*

quamvis auctores nonnulli,

5. *Non enim quae contra primos successores sive S. Materni, — Navitum dico, Marcellum etc., — sive S. Servatii, — Agricolaum nempe, Ursinum etc., — vel etiam contra S. Ebregisum a quibusdam proponuntur dubitandi momenta non sane levia* (4), *eadem ullo pacto* Perpetuum *nostrum attingunt. Unicum autem argumentum,* B *quod ad eum e Traiectensium episcoporum serie excludendum quosdam movit, minime firmum est. Illud inde desumitur, quod cum iis, quae de tempore et duratione episcopatus* Perpetui *vulgo traduntur, componi nequeunt quaecumque de chronotaxi episcoporum Traiectensium huius temporis ex monumentis historicis certo eruuntur. Id utique verum est; ast aeque verum nulla fide digna esse ea quae vulgo, ut dicebamus, circa chronologiam episcopatus* S. Perpetui *obtruduntur. Nimirum, demptis* Annalibus Leodiensibus, *quorum testimonium et ambiguum est* (5), *et ceteroqui non est tanti, circa hanc chronologiam non proferuntur nisi merae opinationes recentiorum quorundam auctorum, eaeque mirum in modum inter se discrepantes* (6).

nulla valida ratione prolata,

6. *Ex quibus commemoranda tamen venit hypothesis quaedam I. Friedrich* (7), *qui alterutro ex his modis hanc partem seriei Traiectensis constituendam esse conicit, nempe sive*

iverunt infitias,

Monulfus (c. 550 - c. 580),
Gondulfus, idem qui Betulfus (c. 580 - c. 623),
Iohannes Agnus;
C *sive Monulfus, idem qui Gondulfus,*
Perpetuus, *idem qui Betulfus,*
Iohannes Agnus (8).

Ast minime necessariae nobis videntur huiusmodi hypotheses; hae enim ideo tandem invehuntur, quia praesupponitur Perpetuus *exhiberi velut qui annis 598-608 vel certe ante annum 614 Traiecti sederit. Iam vero nullo monumento historico, qui fidem faciat, id suadetur; nullo monumento historico improbabile efficitur* Perpetuum *non nisi post annum 614 factum esse episcopum. Liceat ergo nobis, dum prorsus deficiunt certiora veritatis indagandae subsidia, huic ultimae conclusioni, tamquam vere probabili, acquiescere,* Perpetuum *scilicet intra annos circiter 614 et 625 Traiectensem sedem obtinuisse.*

S. Perpetuum inter annos 614 et 625 episcopum Traiectensem fuisse.

7. *Paucis, quae de* Perpetuo *tradiderat Herigerus, pauca addidit Aegidius Aureaevallensis monachus, nisi quod miraculorum quorundam, quae suo tempore, intercedente beato praesule, contigerant, brevem subnexuit narrationem. Quae autem de ipsa sancti episcopi vita ille refert, ea fere vulgari quodam encomio continentur, et sic a Ghesquiero nostro aestimata sunt, cuius sententiae prorsus adstipulamur:* Nihil, *ait* (9), in Aegidii de S. Perpetuo narratione est, quod, si notas chronicas excipis E *(quas nempe in marginibus codicis autographi Aegidius addidit),* ab eruditis viris admitti non possit; tametsi, ut verum fatear, omnino certa et explorata dici nequeant quaecumque scriptor ille de sancto nostro consignavit litteris. Attamen cum his certiora magisque probabilia nuspiam invenerim, non video cur pudere me debeat ea in hac sylloge recensere. *Antequam tamen et nos hunc Aegidii locum recudimus, commemoranda est* Vita *quaedam* S. Perpetui (10), *quam maiores nostri " ex manuscripto Ultraiectino S. Martini " exscripserunt saeculo XVII* (11) *et contulerunt " cum ms. Rubeae Vallis qui inscribitur 2ª pars Agiologii Brabantinorum ", iam, quod saepe doluimus, deperdito, et " cum ms. canonic. regul. in Corsendonc "; qui codex Corsendoncanus, anno 1498 exaratus, nunc in bibliotheca Mazarinaea Parisiis asservatur sub num. 1329* (12). *Est autem haec, quae dicitur, Vita verbo tenus exscripta ex Aegidio, paucis quibusdam omissis vel mutatis, quae nullius sunt momenti. Ea igitur, ut consentaneum est, neglecta, Aegidii narrationem proferimus ex optima editione quam* Monumentis Germaniae historicis *paravit Ioh. Heller.*

Paulo plura de ipso

eaque non improbabilia

8. *Sic nempe Aegidius, lib. I, cap. 35* (13): De F sancto Perpetuo episcopo qui ei *(Gondulfo scilicet)* successit (14).

(1) I. Friedrich, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 320. Trita res est et omnibus, qui antiqua documenta vel obiter attigerunt, notissima, quam facile huiusmodi nomina ab amanuensibus deformarentur vel permiscerentur. — (2) Integram nempe relinquimus quaestionem utrum Ebregisus, qui vicesimus quartus Tungrensis episcopus fuisse dicitur, iure hoc loco catalogis episcoporum insertus fuerit, an iniuria, nempe ex mera confusione eum inter et sanctum Evergislum Coloniensem episcopum facta. Videsis qui hac de quaestione nuperrimus scripsit, J. Demarteau, *Saint Ébregise de Termogne* in *Conférences de la Société d'art et d'hist. du dioc. de Liége*, 5e série (1892), p. 137-54. — (3) Vide Herigerum, lib. I, cap. 31 *(MG.*, Scr. tom. VII, p. 178); cfr. Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 424, num. 5; Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. I, p. 554; I. Friedrich, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 321. — (4) Rettberg, op. cit., tom. I, pp. 204, 552-3; Friedrich, op. cit., tom. I, p. 309-10; tom. II, pp. 316-7, 320. — (5) Non enim plane constat vocem erasam, quae h. l. praecipua sane est, reapse ab initio fuisse *Perpetuus*. — (6) Sic tempus initae a Perpetuo episcopalis dignitatis alligant anno 586 Iohannes Ultramosanus in *Speculo historiali* (ed. Ad. Borgnet, tom. II, pp. 270, 271); anno 598 cum *Annalibus Leodiensibus* Mathias de Lewis in chronico (ed. St. Bormans, 1865, p. 18), Aegidius Aureaevallensis et nonnulli moderni; alii autem, et ipsi moderni, quos bene multos perlegi ast singillatim adducere supervacaneum duco, annis 604, 607, 608, 609, 614, 617... Quin mox laudandus Chapeavillus, in uno eodemque opere, in *Vita* nempe *B. Perpetui* alibi annum 598 (fol. 5), alibi annum 608 (fol. 11) assignat. — Perpetuum in cathedra Traiectensi sedisse annos 3 docet Iohannes Ultramosanus l. c.; annos 13 idem Iohannes in chronico metrico, lib. I, versu 7454 (ed. Borgnet, tom. II, p. 589), et moderni plerique; annos 12 vel 18 alii. — Eum demum obiisse tradunt anno 589 Iohannes Ultramosanus in *Speculo* l. c., anno 611 Aegidius Aureaevallensis (in margine codicis autographi), anno 618 *Annales Leodienses* et post eos idem Aegidius (in margine inferiore eiusdem codicis), alii recentiores annis 617, 620, 630 etc. Uno verbo nihil hac de re fixum ratumque est. — (7) Op. cit., tom. II, p. 320-1. — (8) Utrinque autem Ebregisum, velut suppositicium, de serie exturbat. — (9) *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 317, num. 3. — (10) Eam laudat Henschenius in *Act. SS.*, Maii tom. VII, p. XXIX, num. 31 extr. — (11) Illud apographum asservatur in codice bibliothecae regiae Bruxellensis signato 8932, fol. 265. — (12) Cfr. Aug. Molinier, *Catal. des mss. de la bibl. Mazarine*, tom. II, p. 203-8. " Vita Perpetui " legitur fol. 151. — (13) *MG.*, Scr. tom. XXV, p. 29. — (14) Vide indicem capitulorum, ibid. p. 14.

Igitur

AUCTORE A. P.

tradidit Aegidius Aureaevallensis;

Igitur post discessum beati Gondulphi episcopi vicesimus tercius Traiectensi ecclesie [mitissimus Christi confessor] (1) beatus Perpetuus ordinatur episcopus (2). Qui beatus vir clarus existens signis et virtutibus, talentum sibi creditum Domino suo cum lucro reportavit; nam in omnibus, que probabiliter Deo favente agere potuit, non suam sed Christi gloriam quesivit. His ergo atque aliis bonorum operum studiis fultus, ad sanctam senectutem pervenit, et sic in confessione Domini pridie nonas novembris migravit ad Christum. Qui beatus confessor Christi primo quidem sepultus est in ecclesia beati Vincentii levite et martyris in oppido quod Dionantum nuncupatur. [Nam ex eius tumba oleum emanasse dicitur per longa tempora]. Sed postea corpus eius in ecclesia Beate Marie Virginis in eodem oppido sita translatum est et in feretro decenter collocatum. Ubi et a civibus reverenter frequentatus et fideliter invocatus, multiplici beneficio alter post Christum est eis patronus. De quo inter cetera aliqua hic, que nostris temporibus acciderunt miracula, enarrare curavimus.

B

9. Fuit apud Dionantum burgensis quidam nomine Theodericus, qui habens puerum nomine Fucherum, morbo rupture vel calculi miserabiliter laborantem, medicum cum ferramentis, ut opem ferret puero, advocavit. Cumque in crastinum predictus puer secari debuisset, predictus pater eiusdem pueri votum faciens beato Perpetuo et promittens, quod fabricam ipsius pro posse suo promoveret, [si per ipsius merita sospitas puero redderetur, eadem nocte predictus puer optatam et insperatam recuperavit sanitatem.] Fuit etiam ibidem quidam clericus nomine Clemens, qui quadam die, dum Mosam super ripas inundantes ex nova domo iuxta turrem Beate Virginis cerneret, ex alto in predictum fluvium subito lapsus est; in ipso autem casu beatum Perpetuum ad memoriam reducens, eum prout potuit, ut sibi adesset, fideliter invocavit. Cum igitur in predictum fluvium mergeretur et impetus aque ipsum traheret in profundum, vidit subito beatum Perpetuum pontificali habitu indutum per caput eum tenentem et ad ripam illesum perducentem. A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris.

C

10. Quedam etiam puella, dum ex puteo, quod in medio Dionanti situm est, aquam extraheret, repente in puteum corruit, et capite graviter leso ceterisque membris pene confractis, mortua ut dicebatur extracta est. Illi autem qui eam extraxerant beatum Perpetuum invocantes et corpus exanime ad altare ipsius cum festinatione deferentes, spatio brevi transacto, puellam, quam attulerant, ut putabant, mortuam, meritis beati Perpetui receperunt vivam.

Post sanctum Perpetuum Traiectensi ecclesie substituitur vicesimus quartus episcopus sanctus Ebregisus (3) [circa annum Domini 611; qui sedit plus quam 14 annis sub apostolicis Honorio.....]

11. *Haec Aegidius. Sed abhinc ieiunior illa legenda sancti episcopi coepit congestis, qui reperiri poterant, floribus ornari, at illis suspectis sane et ceteroqui nec multis, neque egregiis. Amplificatorum huiusmodi agmen ducit diligentissimus ille traditionum Leodiensium, etiam maxime fabulosarum, collector Iohannes Ultramosanus. Is quidem in chronico metrico, cui nomen indidit* Les Giestes de Liege *vel etiam* Les Giestes des evesques de Tongre et de Liege, *sobrio utique calamo vitam* Perpetui *prosecutus erat in haec verba* (4):

plura etiam Iohannes Ultramosanus,

CCLX. Le XXIII^e evesque.

Et puis fut fais evesque XXIII^e, sens refus,
Unc canoine proidhomme qui astoit de Namut.
Perpetueis olt à nom, dignement là rechut
Ne regnat que trase ans que Deu l'at recoilhut.
Droit à Dynant morit li evesque menbrus,
A Saint Vincent fut mis, où mult longtemps il jut,
Et puis le translatont.

CCLXI. Le XXIIII^e evesque.

Perpetueis l'evesque, de quoy je vos raconte,
Fut puis enseveli en unc fiestre parfont,
A Dynant en l'englise la virgene, qui confont E
Tot le poioir al dyable, où soventes fois font
Grans miracles et beals ses osseals qui là sont.

12. *Verum postea, repertis in chronica quadam novis documentis, in margine codicis hoc loco adscripsit :* Altre chronique dient qu'il fut fils de conte d'Osterne, que ons dit de Loos, ⟨et⟩ del filhe de conte de Colongne, et regnat XIII ans. *Demum cum, multis interiectis annis, prosa oratione* Speculum historiarum *componeret, ampliora iam atque etiam ab his prioribus subinde discrepantia addere habuit. Sic nempe scribit* (5):

at ea partim suspecta valde

Apres la mort sains Gondulphe, fut consacreis et ordineis à evesque XXIII^e de Tongre uns sains hons, canoyne de l'engliese Sains-Bertremeir que ons nomme maintenant Sains-Servais, qui oit nom Perpetuus, et tient le siege trois ans.

Et paulo post (6) :

Item, l'an V^c IIII^{xx} et IX, le quart jour de novembre, morut à Treit l'evesque Perpetuus : chis fut uns valhans hons de bonne vie, et à son poioir multipliat grandement la vraie foid. Si fut premierement ensevelis en l'engliese Sains-Vincent à F Dynant, mains depuis fut son corps translateis en l'engliese Nostre-Dame de Dynant, où ilh fut mult reveremment mis en unc fiestre, pro les grans myracles que Dieu faisoit par li. Si fut sa fieste estaublie par le pape le dierain jour sens unc de decembre, assavoir : le vigiel de sains Silvestre, pape. Chis sains Perpetuus fut d'Allemagne, le fis d'on riche chevalier et poissans de la ducheit d'Ostriche, qui oussi oit nom Perpetuus; et sa mere oit nom Prudenche, qui estoit la fille d'on vallant chevalier, qui estoit maire de Colongne. Chis sains evesque Perpetuus fist mult de miracle à Colongne, car ilh resuscitat III hommes que li thonoir et oraige deseurdit (7) avoit ochis à Colongne.

(1) Quae verba hic et in sequentibus comparent uncis inclusa, ea sunt quae in codice autographo ab initio quidem scripta non erant, at quae postea Aegidius vel manu scribae in margine addidit, vel sua ipse manu superinduxit, eo nempe consilio ut textui insererentur. Quae autem posteriore etiam tempore adiecta narrationi minime respondent, ea in sequentibus notis 2 et 3 subiecimus. Cfr. Heller, l. c., p. 4. — (2) Aegidius addidit in margine inferiore : *Circa annum Domini 598 sanctus Perpetuus Tungris antistat.* — (3) Aegidius addidit in margine inferiore : *Anno Domini 618 sanctus Ebregisus Tungris antistat.* — (4) Cap. 260 et 261, vers. 7451-7462 (ed. Borgnet in editione sua chronicae prosae seu *Speculi historialis*, tom. II, p. 589). — (5) *Ly Myreur des histors*, lib. I (ed. Borgnet, tom. II, p. 270). — (6) Ibid., p. 271. — (7) Paulo superius scripserat Iohannes : *Item l'an V^c IIII^{xx} et VIII, le XVII^e jour de may, fist unc grant tempieste de thonoir et d'alumure...*

13. *Inde*

AUCTORE A. P.

et ab antiquorum dictis discrepantia,

13. *Inde narrat tria miracula, quae Aegidius iam rettulerat quaeque ex ipso supra exscripsimus, de filio nempe Theoderici burgensis Dionantensis, de Clemente clerico et de muliere quadam in puteo mersa. Haec utique ex ipso Aegidii libro desumpsit, licet secundum miraculum paulo aliter enarrarit. Sed et paulo post* (1) *tria iterum profert miracula, quorum primum diversum utique est a primo miraculo, quod apud Aegidium legitur, at etiam in gratiam alicuius* borgois qui oit nom Thyris *accidit; alterum verbo tenus, additis tamen aliquibus ad ornatum circumstantiis, ex latina Aegidii narratione versum est in linguam gallicam; tertium est ornatior item amplificatio tertii miraculi ab Aegidio memorati. Verum haec prodigia, quae Aegidius suo tempore, hoc est saeculo XIII, evenisse tradiderat, vult Iohannes noster annis 596, 598 et 599 contigisse. Sane istius diligentiam potius quam prudentiam commendat iterata haec earundem rerum incautaque relatio; quam qui legere voluerit, editionem a v. cl. Borgnet adornatam adeat; nam horum exscriptione hunc commentarium protendere nolumus.*

partim etiam certo falsa;

14. *Neque multo amplius immorandum est ventilandis iis, quae de ipsius* S. Perpetui *natalibus et ecclesiasticis muneribus profert chronographus noster; non solum enim magis exigua in universum est Iohannis auctoritas, quam ut haec a tali teste enuntiata, silentibus antiquioribus omnibus, fidem ullo pacto faciant; sed etiam certo falsa illa sunt et vix, quae serio examinentur, digna. Ut enim omittam quod, sibi ipsi contrarius, in chronico metrico* Perpetuum *Lossensis comitis, in prosa autem historia eundem ducis Austriaci* (2) *filium facit, notum prorsus est Lossenses — seu, ut chronistae Leodienses oggerere solent, Hostienses Osternensesve — comites nonnisi a saeculo XI sic esse nominatos, neque ante illud tempus ullatenus exstitisse hunce comitatum* (3); *notum est quantum delectati sint recentiores chronistae vel historiographi Leodienses in assignanda praesulibus illius ecclesiae, etiam antiquissimis, fabulosa a stirpibus illustribus, quae diu tandem postea exortae sunt, origine.*

cuius commenta imprudenter receperunt

15. *Et quod ad* Perpetuum *attinet, imprudenter aeque atque avide Ultramosani commenta receperunt posteriores historici, eaque novis additis ad ornatum commentis amplificarunt. Patrem nempe* C *antistitis fuisse scripserunt alii comitem Lossensem sive comitem Ostiernae sive ducem Hostiensem, alii ducem Austriacum, alii comitem Namurcensem* (4), *etc., etc. Neque ab his occinendis fabulis abstinuit vir doctus et alioqui cautior Iohannes Chapeaville, in ea, quam primus composuit,* S. Perpetui *Vita* (5); *qui si, antiquitatis licet monumentis carens, bene longam tamen historiam conficere potuit, hanc paene solis paraeneticis sermonibus et locis, quos dicunt, communibus confarsit. Copiosior etiam in huiusmodi tritis laudationibus congerendis fuit alter, quem recensere habemus,* S. Perpetui *biographus, P. E. Evrard* (6); *qui pio quidem lectori nonnulla proponit ad animae aedificationem utilia, scriptoribus vero historicis nil suppeditare habet. Idem iudicium ferendum est de plerisque* Perpetui *encomiis, quae apud Leodienses historiographos leguntur, quaeque, utpote nullo antiiquo testimonio fulta, singillatim examinare non vacat : ut cum fertur* Perpetuus *nomen " doctoris fidelium " accepisse, Arianos Nestorianos Eutychianos impugnasse, disciplinam ecclesiasticam promovisse, viris saecularibus, qui bona ecclesiastica diripiebant, obstitisse, et alia huiusmodi quam plurima; quorum fides penes auctores sit. Itaque iam pro instituti nostri proposito ad declarandum cultum sancto episcopo praestitum et gloriam eius, quam dicunt, postumam veniamus. In quibus enarrandis ordinem temporum, quoad eius fieri poterit, observabimus.*

et amplificarunt recentiores.

§ II. De cultu ecclesiastico S. Perpetui et de miraculis eius intercessione patratis. E

Post obitum

16. *Quo anno obierit* Perpetuus, *iam diximus esse incertum; neque magis determinare est quis ei fuerit dies emortualis. Asserit quidem Iohannes Ultramosanus, et post eum multi,* Perpetuum *hac die quarta novembris vita functum esse. Verene id ille affirmarit, an ea ratione utcumque probabili nisus, quod hac die festum beati pontificis celebrabatur, non liquet. Notandum tamen est hoc ipso loco Iohannem huic festo agendo assignare* le derain iour sens unc de decembre, *seu diem 30 decembris; qua in re ceteroqui falsus certe est quadam, ut omnino videtur, nominum similitudine : is nempe dies festus est divo Perpetuo non Traiectensi, sed Turonensi episcopo* (7). *Quicquid est, sepultus dicitur beatus noster in aedibus S. Vincentii, sive alio nomine S. Clementis, ut vult Ioh. Placentius* (8); *indeque — quo tempore, incertum — ad maiorem ecclesiam Dionantensem, quae B. V. Mariae dicata erat, sacrum eius corpus translatum est; ubi miraculis claruit. Qua de re illud imprimis notandum est, recenseri* Perpetuum F *inter sanctos* ἐλαιοφόρους *sive* μυροβλύτας, *e quorum nempe reliquiis sacrum manarit oleum* (9). *Primus illud testatur supra laudatus Aegidius Aureaevallensis; qui tamen non tam ex certa propriaque scientia quam famam popularem secutus, id asserit:* Nam ex eius tumba, *ait,* oleum emanasse dicitur per longa tempora.

miraculis clarus

coli coeptus est

17. *Ceteroqui nullum de cultu ecclesiastico* S. Perpetui, *quin etiam nullum omnino, ut diximus, de ipso* S. Perpetuo *exstat documentum saeculo X antiquius. At ex quo nomen illius in*

(1) Ibid., pp. 276, 279, 280. — (2) Errandi occasionen, ni prorsus fallor, accepit ille ex nomine isto " comitum Osternensium ", quo tunc temporis, ut mox monebimus, comites Lossenses appellari solebant. — (3) Vid. J. Daris, *Histoire de la bonne ville, de l'église et des comtes de Looz*, tom. I (1864), pp. 377, 378. Ch. Piot, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond*, tom. II (1874), p. lxxii-vi. — (4) Ita v. g. chronicon quoddam gallicum, ex Iohanne Ultramosano contractum, cuius exemplar circa an. 1650 manu scriptum in bibliotheca nostra servamus. De Perpetuo scilicet haec mira habet, p. 38 : *Après lui* (Gondulfum nempe) *fust eslu evesque Perpete, qui estoit chanoine de St Piere et fils du conte de Namur.* Nihilominus p. 37 inficete depictum est, tamquam quod ad S. Perpetuum pertineat, scutum gentilicium seu arma comitum Lossensium. — (5) *Vita B. Perpetui Leodiensis episcopi et confessoris ex officialibus ecclesiae Dionantensis libris collecta.* Leodii, 1601, 4°, 20 ff. Idem opus eodem anno gallice est editum. Latinum textum, omissa tamen parte media, quae inscribitur *Descriptio oppidi Dionantensis* (Chapeaville, fol. 10-16) in suam collectionem recepit et recudi curavit Surius ad d. 4 novembris. Versionem gallicam autem inseruit R. Gaultier translationi suae *Florum Sanctorum* Petri Ribadeneirae, etc... — (6) *Abregé de la vie et des miracles de saint Perpete eveque de Liege et patron de Dinant.* Dinant, 1721, 16°, 76 pp. — (7) Cfr. *Act. SS.*, Apr. tom. I, p. 750, num. 9,10. — (8) *Catalogus omnium antistitum Tungarorum, Traiectensium ac Leodiensium* (1529), fol. D.ij. — (9) Legesis Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 318-9, num. 6, 7 : cfr. Cahier, *Caractéristiques des Saints* (1867), pp. 129 et 742.

historicis

AUCTORE A. P.

historicis monumentis comparet, ilico appellatione sancti vel beati cohonestatur, apud Herigerum dico, in Annalibus Leodiensibus, *apud Aegidium Aureaevallensem* (1), *apud Albericum Trium-fontium* (2), *in kalendario psalterii Hasteriensis ad d. 4 novembris* (3), *etc., etc. In antiquioribus quidem martyrologiis nuspiam nominatur* Perpetuus; *sed* [*saltem inde a saeculo X*] *inde a saeculo XIV et maxime saeculo XV in aliquibus codicibus Usuardinis commemoratio eius addita est* (4); *ex quibus in non pauca martyrologia recentiora privataque auctoritate edita transiit; quorum nonnulla recensuit Ghesquierus* (5), *alia insuper, si operae pretium esset, facili negotio adderemus. Cultum autem* S. Perpetui *ipso saeculo XI haud ignobilem exstitisse testis est Iocundus presbyter supra laudatus, cum ait:* Habet enim [*Dionanti,*] Deonantum beatum Perpetuum confessorem magnum, *eundemque simul nominat cum illustrioribus quibusque sanctis, quorum patrocinio Lotharingia gloriaretur* (6). *Attamen usque ad saeculum XIV artis limitibus, parietibus nempe templi B. V. Mariae, quod etiam ecclesia* S. Perpetui *dici coeptum erat, cultus ille erat contentus. Manifeste*

B

siquidem errat Iohannes Ultramosanus cum scribit ab ipso romano pontifice colendo S. Perpetuo *diem fuisse constitutum:* Si fut sa fieste estaublie par le pape le dierain jour sens unc de decembre (7). *At anno 1323 praecepit Adulphus de la Marck, episcopus Leodiensis, ut deinceps " singuli fideles in toto oppido Dionantensi diem festum beati* Perpetui *necnon eius dedicationem, prout in matrice ecclesia seu ipsius beati* Perpetui *fiebat et consuetum erat, celebrarent et observarent "* (8).

[*postea in tota dioecesi Leodiensi*] 18. *Utrum antea in reliqua dioecesi Leodiensi atque in ipsa Leodiensi civitate festum* S. Perpetui *ageretur, deficientibus monumentis decernere nequimus; sed docent nos missalia et breviaria Leodiensia sive saeculo XV manu exarata* (9), *sive inde ab anno 1486 typis impressa* (10), *festum hoc in universa ecclesia Leodiensi tum celebratum esse die 4 novembris. Verum haud multo post annum 1610* (11), *quo anno sollemni canonizatione inter caelites adscriptus est Carolus Borromaeus, in breviariis Leodiensibus locum cessit glorioso archiepiscopo Mediolanensi antiquus episcopus Traiectensis, qui sola commemoratione in officio diei contentus esse iussus est* (12); *in excusis autem*

C

D

Officiis propriis festorum ecclesiae et dioecesis Leodiensis (13) *servabat interim* Perpetuus *honorem suum, cum ibi ad diem 4 novembris inscribi pergeret sub ritu semiduplici. Tandem circa initium huius saeculi XIX translatum est festum beati* [*et in Namurcensi.*] Perpetui *in diem quintam novembris, qua die in dioecesi tum Leodiensi, tum Namurcensi colitur sub ritu semiduplici* (14).

[*Dionanti nempe*] 19. *In oppido autem Dionanto ampliore sollemnioreque ritu, ut consentaneum est, honoratus est beatus noster, utpote ibidem sepultus et in patronum civitatis iamdiu adscitus; quam ob causam illius festum ibi die 4 novembris celebratur sub ritu duplici primae classis. Ipsi olim sacra erat praecipua ecclesia, quae iam anno 1096 in monumentis publicis occurrit nuncupata* paupercula sancte Marie sanctique Perpetui confessoris ecclesia in Dyonant (15), *nunc vero a B. V. Maria assumpta dumtaxat appellatur, estque caput decanatus Dionantensis. Visebatur item olim* (16) *in medio templo statua sancti patroni lapidea haud imperite exsculpta, item pone chorum sacellum seu capella et altare eidem dicata; in thesauro autem* [*servabantur eius reliquiae,*] *ecclesiae servabatur lipsanotheca pretiosa, caput nempe argenteum auro superfusum gemmisque abunde ornatum, quo ipsius* Perpetui *caput continebatur* (17). *Insuper reliquum beati antistitis corpus pulchra quadam capsa inclusum erat, quae auro argentoque plurimum erat decorata* (18). *Non iam exstant sacellum illud, neque altare, neque statua lapidea. Invenimus dumtaxat pone chorum statuam quandam ligneam quae sancti effigiem exhibet. Reliquiae autem eiusdem quod fatum tulerint, paulo pluribus est enarrandum.*

[*quae saeculo XV Boviniam deportatae*] 20. *Cum nempe anno 1466 a Philippo duce Burgundiae et filio eius Carolo, comite Carolino, qui postea dictus est Carolus Audax, miserrimo casu Dionantum, oppidum olim florentissimum, obsessum, occupatum, spoliatum, exustum esset, in cineres abiit ipsa ecclesia maior, paulumque abfuit ut sacrum* Perpetui *corpus cum capsa supra memorata totaque templi pretiosa supellectili flammis absumeretur. Sed feliciter accidit ut ex ingruente incendio eriperetur capsa, operam gnaviter conferente nobili viro Antonio de Lalaing, quemadmodum testatur supra dictus Carolus in litteris anno 1475 datis* (19). *Porro paulo post, anno videlicet*

F

(1) Vide supra, p. 292, num. 2, 3. — (2) *MG.*, Scr. tom. XXIII, p. 695. — (3) Cfr. A. Lechner, *Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern* (1891), p. 219. Psalterium illud (cod. Monac. lat. 13067) esse Hasteriensis coenobii, non vero, ut putabat Lechner, ecclesiae Ratisponensis, luculenter ostendit R. P. Ursm. Berlière in *Revue Bénédictine*, tom. IX (1892), p. 109-12. — (4) Vide *Martyrologium Usuardi* a Sollerio editum, p. 651-2. — (5) Tom. cit., p. 319, num. 8. — (6) Vide supra, p. 292, num. 3. — (7) Vide supra, p. 294, num. 12 — (8) Eius litteras hac de re datas vid. apud Chapeaville, *Vita*, fol. 17; Surius, *De probatis sanctorum Vitis*, tom. XI (1618), p. 57; Ghesquière, l. c. p. 321, num. 13. Cfr. Foullon, *Historia Leodiensis*, tom. I (1735), p. 395. — (9) Codd. Bruxellenses 3782, 5611, 9217; cod. Parisinus, bibl. Mazarinaeae 224; cod. Leodiensis, bibl. seminarii episcopalis 6. M. 2. — (10) Missalia annis 1486, 1502, 1509, 1513, 1515, 1540, 1552 typis excusa; breviaria an. 1488, 1498, 1535, 1558 etc.; breviarum ecclesiae S. Servatii Traiectensis ad Mosam, an. 1503. — (11) Prima editio brev. Leod., quae post an. 1610 vulgata est, an. 1622 prodiit, altera an. 1636. Primam non vidimus; exemplar enim illius fortassis unicum, quod. v. cl. de Theux in bibliotheca academiae Leodiensis asservari asserit, ibi non repperimus. — (12) Vide brev. Leod. an. 1636, 1746, 1766, 1792... Miram tamen rem exhibet brev. Leod. an. 1636: in ipsius quidem kalendario inscribebantur haec ad d. 4 novembris: *Caroli episcopi et confessoris. Semiduplex et comm. octave ac SS. Perpetui et Amantii...;* ast in ipso corpore breviarii Proprium sanctorum exhibet die 4ª officium S. Perpetui sub ritu semiduplici cum tribus lectionibus propriis, die autem 5ª officium S. Caroli sub ritu item semiduplici. Vide partem aestivalem, pp. 1049, 1050. — (13) Annis 1644, 1666, 1683, 1698. In off. propr. anno 1623 excusis nil in kalendario, at commemoratio S. Perpetui in secundis vesperis diei 3ªᵉ. — (14) Off. propr. Leod. ann. 1805, 1845, 1846, 1847, 1857... Ab anno dumtaxat 1806 hoc festum recenset ad illam diem *Directorium Leodiense* — Offic. propr. Namurc. an. 1830 etc... In dioecesi Namurcensi hoc festum celebrari coeptum est anno 1810 ex indulto S. C. R. die 27 ianuarii anni 1809 concesso. Cfr. *Directorium... ad usum dioecesis Namurcensis pro anno Domini* M.D.CCC.X. — (15) St. Bormans, *Cartulaire de la commune de Dinant*, tom. I (1880), p, 13; item ibid., pp. 15, 21-2; cfr. p. 65. Collegium autem canonicorum saecularium, qui huic ecclesiae addicti erant, saeculo XII nominatum offendimus " monasterium beati Perpetui " (*Anal. Boll.*, tom. XI, p. 134, cap. 11). — (16) [Saumery], *Les Délices du pays de Liége*, tom. II (1740), p. 261, 262. — (17) Ibid., p. 262. Cfr. St. Bormans, *Cartulaire de Dinant*, tom. II (1881), p. 331: " le chief de monseigneur saint Perpete enchassé en argent doré " (charta an. 1474 data). — (18) St. Bormans, l. c.: " le corps de monseigneur saint Perpete,... à tout sa chasse et fertre avec l'or et l'argent y appartenant "; cfr. ibid., pp. 332, 336, 338; — p. 339: " la valeur et extimacion que estoit ladite fiertre,... qu'ilz extimoient... à deux cens marcs d'argent ouvré ou environ ". — (19) Vide ibid., p. 337.

mox Dionantum relatae sunt,

1474, restitutis utcumque, quae tantopere prolapsae erant, rebus Dionantensibus, et reaedificatis aedibus B. V. Mariae (1), *ilico canonicorum illius ecclesiae animos subiit desiderium huiusce pretiosi thesauri, qui interea in vicinum Boviniensium oppidum* (2) *deportatus ibidem asservabatur. Supplices igitur hac de re litteras ad Carolum, Burgundiae iam factum ducem, miserunt; qui Boviniensibus imperavit ut beati* Perpetui *corpus cum capsa seu feretro Dionantensibus restituerent* (3). *Cui iussioni cum obtemperare gravarentur Bovinienses et nescio quae subterfugia ambagesque interponerent* (4), *re demum ad curiam parlamenti Mechliniensis delata ibique diligenter ventilata, causam obtinuerunt Dionantenses et die 10 novembris 1475 sollemnis prodiit in eorum gratiam parlamenti sententia* (5). *Paruerunt tandem Bovinienses, et die 6 ianuarii anni 1477 magna cum pompa corpus beati* Perpetui *Dionantum relatum est* (6), *relicto interdum Boviniensibus "pro mutua unione et pace indissolubili foedere conservandis" nobili aliquo pignore, scilicet "una parte seu portiuncula dicti sacri corporis" h. e. "una de costis corporis sancti".*

B

ubi etiamnum honorantur.

21. *Ab hac tamen coaevi et publici narratoris relatione dissentiunt inde a saeculo XVII plerique recentiores scriptores, qui non costam, sed brachium* S. Perpetui *in ecclesia Boviniensi asservari affirmant* (7); *quam ecclesiam cum nuper inviseremus, neque costam, neque brachium, quod nomine* S. Perpetui *inscriberetur, invenimus. Nec magis invenimus Dionanti pretiosam illam, de qua mox agebamus, capsam; haec enim iam diu nescio quo casu periit; quin ipsae* S. Perpetui *reliquiae ante annos aliquot nullae in ecclesia Dionantensi reperiebantur. Hodiernus autem decanus venerabilis vir I.-B. Houba, qui impigro multorum annorum labore aedes ecclesiae pristino splendori restituit, cum in domo parochiali lipsana quaedam, quae* S. Perpetui *esse tradebantur, repperisset, ipsa caute simul et reverenter in arca lignea, simplici quidem, haud tamen ineleganti opere fabrefacta reposuit; quam in thesauro ecclesiae videre est, simul cum alia parva lipsanotheca, qua pars exigua sacri corporis continetur. Hactenus de ipso sancti nostri corpore.*

Caput autem eiusdem sancti

22. *Alterae autem ex praecipuis eiusdem reliquiis, caput nempe ipsius argentea lipsanotheca, ut supra diximus, inclusum, in eadem civitatis clade anno 1466 ab incendio praeservatum est et Dionanto ablatum; non tamen similem fortunam expertum est, nimirum ut mox Dionantensibus restitueretur. Siquidem legimus in iam laudatis litteris Caroli Burgundici anno 1474 datis, iussum esse a capitulo Dionantensi "le conte de Bouchem, seigneur de la Verre en Zélande" ut redderet et restitueret supra dicto capitulo "le chief de monseigneur saint Perpete..... que icellui conte a fait transporter en l'eglise de la Verre en Zelande"* (8). *Erat comes ille Wolfhardus, sextus huiusce nominis comes Borsalus* (9); *qui cum Mariam Stuartiam, Iacobi I Scotorum regis filiam* (10) *in matrimonium duxisset, a regio leviro in dotem uxoriam accepit comitatum Buchanensem* (11), *unde et solitus est dici "comes de Buchan"* (12). *Is nempe, postquam cum patre suo Henrico in obsidione Dionantensi a partibus ducis Burgundiae steterat et gnaviter dimicarat, expugnato oppido, capite* S. Perpetui *potitus, illud in ecclesiam oppidi Veriae* (13), *in quo a duobus circiter saeculis maiores eius ex stirpe comitum Borsalorum resederant, transtulit. Cum autem postulationi Dionantensium obsequi noluisset Wolfhardus, die 5 iulii anni 1474 iniunxit ipsi Carolus ut abreptum sancti caput legitimis possessoribus redderet* (14). *At ne tunc quidem paruit; demum anno 1496 pretiosum pignus recuperarunt Dionantenses, quem ad modum testatur instrumentum authenticum nuper a nobis in archivo publico Namurcensi repertum* (15), *quodque non piget hic integrum proferre.*

in Zelandiam delatum

E

Dionantensibus postea redditum est

23. Decanus et capitulum ecclesie collegiate beate Marie opidi de Veris Traiectensis diocesis venerabilibus et circumspectis dominis decano et capitulo ecclesie collegiate beate Marie Dionensis Leodiensis diocesis salutem. Notum vobis facimus et certificamus quod caput una cum iocali beatissimi Perpetui, quod dudum citra destructionem opidi Dionensis in ecclesia collegiata predicta de Veris asportatum et translatum per generosum et prepotentem Dominum Dominum Wolfardum de Borsalia, comitem de Grantpre, dominum de Veris, de Zandenburch etc., et usque hodiernum diem honeste et religiose conservatum, venerabili viro domino Iohanni Salmon, preposito et canonico ecclesie vestre necnon vestro procuratori, reservata nobis eiusdem capitis aliqua certa parte de consensu eiusdem domini prepositi iuxta requisitionem diligentissimam per Dominum de Bevers, eiusdem dominii de Veris dominum modernum, sibi desuper instantissime factam, reddidimus et tradidimus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri et per notarium nostrum publicum subscribi sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum in loco nostro capitulari sub anno a

F

(1) Cfr. ibid., p. 315-20. — (2) *Bouvignes.* — (3) Litteras Caroli videsis ibid., p. 330-3. — (4) Vide ibid., p. 332-3, in nota. — (5) Ibid., p. 334-42. Eiusdem documenti dimidiam circiter partem latine versam legere est apud Chapeaville, *Vita*, fol. 17vo-18vo; Surium, *De probatis SS. Historiis*, ad d. 4 nov.; Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. II, p. 322-3, num. 15-6. — (6) Huiusce translationis historiam, in publico quodam instrumento enarratam, legesis apud Chapeaville, op. cit., fol. 19-20ro; Surium, l. c.; Ghesquière, op. cit., p. 323-5, num. 17. — (7) Ita J.-B. Gramaye, *Namurcum* (ed. altera 1708), p. 65; [Aeg. du Monin], *Sacrarium perantiqui comitatus Namurcensis* (1619), p. 23; A. Rayssius, *Hierogazophylacium belgicum* (1628), p. 117; A. Henri, *Notes sur l'histoire de Bouvignes* (1888), p. 195-6, ubi citantur etiam rationes expensarum in ecclesia Boviniensi saec. XVIII adnotatae. Tradit supra laudatus Aeg. du Monin, l. c., in ecclesia monasterii Walciodorensis olim servatum esse aliud brachium S. Perpetui. — (8) *Cartulaire de Dinant*, tom. II, p. 331. — (9) De eo vide Jacques Ermerins, *Eenige zeeuwsche oudheden... behelzende de Heeren van Vere uit den Huize van Borssele* (Middelburg, 1786), p. 91. Cfr. J. Reygersbergium, loco infra citando. — (10) Sororem Iacobi I eam facit Ermerins, l. c., sed perperam. — (11) De districtu *Buchan*, qui in hodierno comitatu Aberdonensi situs est, olim autem non ignobilis comitatus erat, vide Vivien de Saint-Martin, *Nouveau dictionnaire de géographie universelle*, tom. I, p. 540. — (12) Quod nomen in litteris Caroli Audacis scribitur *Bouchem*, alibi autem *Bouchain*, *Bouchane*, etc. — (13) *Vere* sive *Veere*, *Ter-Veere*, *Kamp-Veere*, oppidum insulae Walachriae in Zelandia, haud procul Middelburgo. — (14) *Cartulaire de Dinant*, tom. II, p. 331-2. Cum iis, quae in his litteris Carolus profert, non multum consonat id quod narrabant Verienses incolae (vide locum mox laudandum chronici Zelandici auctore Reygersbergio), scilicet Henricum Borsalum, Wolfhardi VI patrem, reliquias illas a Carolo dono accepisse. Notandum tamen est Reygersbergium familiarem comitum Borsalorum fuisse. Cfr. S. de Wind, *Bibliotheek der nederlandsche Geschiedschrijvers*, tom. I (1835), p. 152. — (15) Archives de l'État. Fonds du chapitre Notre-Dame de Dinant, carton de chartes. Appensum adhuc manet capituli Veriensis sigillum.

AUCTORE A. P.

nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, die vero vicesima secunda mensis aprilis.

De mandato dictorum decani et capituli

IOHANNES BAILLETTI notarius publicus manu propria.

et ab ipsis pie adhuc conservatur;

24. *Istud publicum documentum id habet utilitatis, ut explicet, quod antea nobis satis mirabile videbatur, quomodo hollandici scriptores non solum saeculi XVI, sed et saeculi XVIII, potuerint inaccurate quidem, attamen cum aliqua veritatis specie asserere in Veriensi ecclesia caput* S. Perpetui *suo etiam tempore asservari et coli* (1), *cum tamen inde a saeculo XVII, ut mox videbimus, Dionantenses idem caput in ecclesia sua se possidere crederent illudque pio cultu prosequerentur. Nimirum non iam superest caput argenteum seu iocale illud quod anno 1496 reddiderunt Verienses; huius in vicem arte eximia confecta est lipsanotheca alia etiam argentea, et ipsa formam capitis exhibens, quae adhuc in ecclesiae thesauro servatur, estque ipsius pretiosissimum cimelium.* B *Hanc anno 1671 fabricatam esse, pecuniam conferentibus tum capitulo ecclesiae, tum magistratibus civitatis, docere videntur inscriptiones tres circum scuta tria, quae dicunt, gentilicia exaratae, quae scuta ornant basin quandam non inelegantem super qua caput illud imponi solet* (2). *In primo nempe scuto, quod in media basi exstat, legitur:* " F. TABOLLET ABBAS SAECVL. DION. "; *in altero, quod a dextris est:* " DIONANTENSE CAPITULUM "; *in tertio, quod est a sinistris:* " 1671. OPPIDUM DIONANTENSE ". *Sed etiamsi alio tempore lipsanotheca, alio basis confecta est, certe non multo antiquiorem esse lipsanothecam tum ipse operis character seu, ut aiunt, stilus, satis innuit, tum etiam ex litteris colligimus, quibus Maximilianus Henricus, episcopus Leodiensis, anno 1669 statuta societatis arcuballistariorum Dionantensium rata habuit et confirmavit: in his nempe semel iterumque mentio fit cuiusdam capsae, quae tunc fabricabatur, ut in ipsa caput* S. Perpetui *includeretur* (3).

qui pro sua in sanctum patronum pietate

25. *Ut demum paucis reliqua, quae ad* S. Perpetui *cultum pertinent, comprehendamus, haec notare iuvat olim consuetum fuisse iisdem arcuballistariis Dionantensibus ut singulis hebdomadibus* C *feria tertia missam in honorem divi* Perpetui *celebrarent* (4), *quotannis autem feria tertia post Pentecosten* (5) *sollemni pompa per universas oppidi plateas sacras divi patroni reliquias venerabundo animo circumgestarent, omnibus paene incolis sacra pignora comitantibus, frequentibusque undequaque ad piam caeremoniam accedentibus advenis* (6); *capitis enim et corporis beati* Perpetui *in hac pompa et in ceteris huiusmodi deferendorum privilegium erat olim coetus dictorum arcuballistariorum* (7), *postea autem praecipuorum quorumque civium; nunc vero in annua pompa SS. Sacramenti, — pompa enim* S. Perpetui *iam nulla est, — caput illud portant viri ex familia piorum illorum fratrum Charlot, qui in ea, quae extremo saeculo XVIII efferbuit, perturbatione gallica, lipsanothecam illam absconderunt atque ita ab impiorum manibus praeservarunt* (8). *Insuper praeter alia pietatis publicae in divum patronum testimonia* (9), *annuam pecuniam constituerant cives Dionantenses, qua lychnus coram sancti episcopi reliquiis ardens perpetuo aleretur* (10). *Quod si commemoraverimus icones duas beati* Perpetui *in aere incisas, quarum alteram Iohannes Chapeavillus* (11), *alteram Iohannes Gallaeus* (12) *exhibet, praecipua certe, quae ad praesens propositum pertinent, attigerimus.* D

non pauca vicissim

26. *Restat ut quos favores quaeve miracula fideles pro sua pietate sancto suo patrono accepta retulerint, persequamur. Omissis autem illis, quae ipso saeculo VI evenisse Iohannes Ultramosanus perperam, quin etiam insulse, ut monuimus, commentus est* (13), *primum illud in censum venit, quod narrat Chapeavillus eo loco ubi illustrem triumphum commemorat a Leodiensibus anno 1213 de Henrico Brabantiae duce apud Steppes reportatum. Sic nempe ille habet* (14): Erat ea tempestate acre inter Henricum Brabantiae ducem et Hugonem de Petraponte, Leodiensem antistitem et principem, bellum. Militabant praesuli cum aliis plures Dionantenses. Hi iam aliquot diebus sub armis sudarant, iamque manus cum hoste collaturi erant; cum ecce mulier quaedam Dionantensis, Maria nomine, fide pietateque erga Deum divumque Perpetuum egregia, periculum quod suis civibus imminebat, morbo domi implicita, spiritu prospicit; et, ut D. Perpetui opem praesidiumque imploret, admonetur. Paret femina seu Deo, seu D. Perpetuo apud divinam maiestatem pro Dionantensium periclitantium salute intercessori. Itaque templum, quod sacra D. Perpetui ossa asservat, e lecto aegra, ut poterat, animo contuens, huiuscemodi verbis patronum ore menteque compellat: " Inclite Christi confessor, patrone benignissime, civibus tuis cultoribusque, qui sub tuo praesidio suo antistiti militant, hocce in conflictu sedulus auxiliator adesto ". Nec in vanum fusae preces: confestim adfuit pugnantibus F D. Perpetuus. Certis namque nuntiis statim cognitum fuit illa ipsa hora, qua mulier periculum suorum civium prospexerat et pro periclitantibus supplicaverat, Dionantenses cum hostibus congressos fuisse eosque constanter fortiterque stravisse.

ab eo beneficia

27. *Hactenus Chapeavillus; eadem narrat Fisenius* (15), *aliquantum licet dubitabundum se*

(1) Jan Janssen Reygersberch, *Dye Cronijke van Zeelandt* (Antverpiae, 1551), cap. 46 versus finem, ad an. 1467. Similia proferunt H. F. V(an) H(eusden) anno 1719, *Historia episcopatuum foederati Belgii*, tom. II, episcopatus Middelburgensis, p. 27, et anno 1722 H. V(an) R(yn), *Oudheden en Gestichten van Zeeland*, eerste deel, p. 208. At hi forsan ipsius Reygersbergii dictis dumtaxat nituntur. — (2) Frustra est Siderius, *Dinant et ses environs* (1859), p. 166-7, cum ea, quae de illa basi dicimus, de capsa quadam, qua sancti ossa includerentur, asserit. — (3) *Recueil des ordonnances de la principauté de Liége*, 2e sér., tom. III (1872), p. 343. — (4) *Cartulaire de Dinant*, tom. IV, ed. L. Lahaye (1891), pp. 233 et 287-8; cfr. tom. III, p. 330. Quod autem asserit Siderius, op. cit., pp. 5 et 55, ipsam civitatem constituisse ut singulis feriis secundis missa sollemnis in honorem divi Perpetui caneretur, nullibi in documentis antiquis legi. — (5) Id " quarta feria sollemnitatis S. Spiritus " solere fieri asserit Chapeavillus in *Historia* mox citanda, fol. 11vo. Ast ex documento anni 1456 comperimus saeculo saltem XV hanc pompam celebratam esse *le jour de la procession saint Perpette, qui est derniere feste de penthecouste*, h. e. feria tertia post Pentecosten (*Cartulaire de Dinant*, tom. II, p. 54.). — (6) Vide Chapeaville, l. c.; Reinsberg-Düringsfeld, *Traditions et légendes de la Belgique*, tom. II (1870), p. 257-8. — (7) *Cartulaire de Dinant*, tom. II, p. 54; tom. IV, p. 289; *Recueil des ordonnances*, tom. cit., p. 342. — (8) Siderius, p. 167. — (9) Vide v. g. *Cartulaire de Dinant*, tom. III, p. 225. — (10) Cfr. Siderius, p. 55. — (11) *Historia* etc., mox citanda, fol. 6vo. Eandem, at multo inelegantius expressam, repraesentat Evrard in capite operis supra citati. — (12) *Sanctorum Galliae Belgicae imagines et elogia* (Antverpiae, 1663), num. 6. — (13) Vide supra, num. 13. — (14) *Vita...* fol. 8vo-9. — (15) Barth. Fisen, *Sancta Legia romanae ecclesiae filia* (Leodii, 1699), parte I, lib. xii, num. 20 (p. 299).

esse

AUCTORE A. P.

A *esse innuens; eadem Evrardus* (1). *Quae quam fidem faciant, — hoc est nullam, — facile est perspicere. Non solum enim nullo adducto sponsore, nullo fonte indicato, haec proferunt, dum de illa muliere, quin etiam de* Perpetuo *prorsus tacent quotquot pugnam illam Steppianam descripserunt auctores antiqui Leodienses; qui si quem caelestem adiutorem concivibus suis adfuisse tradunt, solum S. Lambertum nominant; sed insuper vel eo suspecta est haec historiuncula, quod nimium quantum speciem similitudinemque refert visionum illarum, quas copiosius sane quam sapientius enarravit credulus auctor Vitae Odiliae in libro III, qui de eodem eventu, nempe " de triumpho S. Lamberti in Steppes „ paene totus agit* (2).

se recepisse testantur.

28. *Quid porro saeculo XIII quibusdam Dionanti incolis ope et protectione, ut pie crediderunt, beati sui patroni bene atque feliciter evenerit, superius Aegidium enarrantem vidimus* (3). *Quae postquam elegantiore suo stilo polita rettulit Chapeavillus, aliud addit huiusmodi, quomodo nempe pia quaedam mulier, Gertrudis nomine, ad depre-* B *cationem divi Perpetui acri capitis dolore liberata sit* (4); *cuius sanationis in antiquioribus auctoribus nullum vestigium repperimus. Illustriora autem sunt miracula quorum narrationem exhibet alter eiusdem Iohannis Chapeaville libellus, cui titulum fecit :* Historia admirandarum curationum, quae divinitus ope deprecationeque divi Perpetui Leodiensis episcopi et confessoris, ad eius sacras reliquias Dionanti, anno 1599, et aliquot superioribus, contigerunt. Adiecta est Vita D. Perpetui cum descriptione oppidi Dionantensis, et quibusdam aliis, Historiam illustrantibus (5). *Cum scilicet intra annos 1585 et 1589 Dionanti ad divi* Perpetui *feretrum sanationes quaedam mirandae contigisse dicerentur, quae tantum non omnes in reparandis illorum viribus continebantur, qui membrorum usu destituti essent, iussit Ernestus Bavarus, Leodiensis episcopus, ut super tota re processus ecclesiasticus instrueretur* (6); *qui postquam anno 1600 diligentissime perfectus esset, de eiusdem Ernesti mandato operam navavit Iohannes noster, tunc episcopi Leodiensis vicarius generalis in spiritualibus, ut quae a publico notario Gulielmo Jadoule, invigilantibus viris sex primoribus ex utroque magistratu, ecclesiastico nimirum et civili, " in tabulis authenticis ex ore testium descriptis „ erant exposita* (7), *ipse pressiore narratione ad fidelium aedificationem comprehenderet; qua in re praestanda, nullam se vel periodum adscripsisse* E *profitetur, quae non ex publicis plurimorum proborum virorum testimoniis deprompta certoque comprobata esset* (8).

(1) *Abrégé de la vie de S. Perpete*, p. 44-5. — (2) Quam tenuis in hac maxime parte sit scriptoris huius auctoritas, vide edisserentes J. Daris, *Examen critique de la Vie d'Odile*, in *Bulletin de l'Institut archéologique liégeois*, tom. XI (1872), pp. 183, 187; Joh. Heller in *MG*., Scr. tom. XXV, p. 170. — (3) Supra, num. 9,10. — (4) Chapeaville, *Vita*, fol. 8vo. — (5) Leodii, 1601, 4°, 14 ff. Integra haec historia, omissis utique carminibus liminaribus, praefatione etc., iterum excusa est a Surio ad d. 4 nov., a Ghesquiero, op. cit., p. 325-30. *Vita* autem, quae adiecta dicitur, eadem est quam saepe citavimus, et cui specialis titulus est praefixus. — (6) Litteras Ernesti, item Chapeavilli praefationem, quibus quid factum sit uterque dilucide enarrat, videsis ibid. fol. 2 et fol. 7-8vo. — (7) Publici instrumenti, in quo haec testimonia exarata sunt, partem aliquam adhuc possidet archivum publicum Namurcense (fonds du chapitre Notre-Dame de Dinant). — (8) Chapeaville, op. cit., fol. 8vo.

DE S. MODESTA

VIRGINE ET ABBATISSA TREVERENSI.

POST MEDIUM SAECULUM VII. — A. P.

C

§ I. Cuinam coenobio S. Modesta abbatissa praefuerit. F

S. Modesta, quae laudatur

1. *Beatam* Modestam *post medium saeculum VII Treveris vixisse ibique abbatissae dignitate ornatam esse ex Libello de Virtutibus S. Gertrudis Nivialensis comperimus, quem libellum non multo tempore post huius sanctae obitum scriptum esse constat. At quam certa haec sunt, tam dubia reliqua videntur et tenebris obvoluta, quae de* S. Modestae *gestis tradita sunt memoriae. Ingens etenim ilico deprehenditur tum antiquorum monumentorum, tum etiam recentiorum auctorum, qui de illa vel ex proposito vel obiter scripserunt, discrepantia. Alii enim eam Dagoberti regis filiam, alii S. Modoaldi Treverensis episcopi neptem, alii S. Willibrordi sororem dictitant. Neque magis consentiunt in designando monasterio, cui praefuerit : illud nimirum quidam Habendense, nonnulli Treverense Sancti Symphoriani, plerique Treverense Horreum fuisse contendunt ; inter quos tamen ultimos ea est dissensio, ut* Modestam *huius parthenonis vel solummodo priorissam, vel abbatissam, at alii primam sive ante S. Irminam, alii secundam sive post S. Irminam, alii etiam tertiam faciant. Sunt insuper qui, ut his se difficultatibus expediant, duas Modestas vel duas Irminas distinguant. Ne multis, tot paene afferuntur sententiae, quot fuere, qui de sancta nostra scriberent, viri docti. Quae cum ita sint, non equidem tantum nobis sumimus, ut credamus in illa antiquorum scriptorum vel dissensione vel obscuritate* S. Modestae *historiam ad liquidum posse perducere. Sed id nobis est propositi, ut tot sententiis atque coniecturis, quae ab scriptoribus praesertim recentioribus prolatae sunt, quid momenti, quid auctoritatis insit, indagemus, et quando certa vix statuere licet, quaenam probabilia, quaenam etiam probabiliora dici possint, definire nitamur.*

in libello antiquo

2. *Verum quoniam primum atque firmissimum fundamentum eorum, quae de* S. Modesta *novimus vel disputaturi sumus, in iam laudato Libello Virtutum seu Miraculorum positum est, qui Vitae primigeniae S. Gertrudis subiunctus est, necesse habemus de huius libelli auctore pauca recolere. Ipsius Vitae primigeniae scriptorem fuisse sanctae Gertrudi coaevum, et quidem clericum monasterii Nivialensis domesticum, cum tota eius scriptio*

apertissime

AUCTORE A. P.

de Virtutibus S. Gertrudis,

apertissime declarat, tum ab omnibus vulgo tenebatur. Primus infitias ivit H.-E. Bonnell, qui aliis, quibus praeoccupatus erat, sententiis inductus est ut arbitraretur auctorem Vitae et Virtutum sive ex consilio, sive imprudenter, at certe falso se tamquam sanctae coaetaneum venditasse, et saeculo dumtaxat XI manum scriptioni admovisse (1). *At haec parum feliciter dicta; ostendit enim luculenter v. cl. I. Friedrich ex intrinsecis maxime indiciis constare quam frustra esset Bonnelli suspicio* (2); *quam praesertim omnino irritam facit momentum illud decretorium, nempe quod Vitam illam et Virtutes nobis servavit, praeter codices nonnullos saeculis IX et X exaratos, exemplar quoddam saeculo VIII descriptum, codex nempe Montipessulanensis scholae medicinae signatus H. 55. Nuperrime autem vir de merovingica hagiographia praeclare meritus Bruno Krusch, licet, ad summam rei quod attinet, Friedrichio prorsus assentiatur, optime tamen probavit non eundem fuisse scriptorem Vitae et Virtutum: hanc nimirum neque ante annum 670, neque multo post esse compositam; illas circa annum 700 scriptas* (3). *Porro* B *magna manet, etsi non summa, scriptoris Virtutum auctoritas.*

Treveris vivebat saeculo VII

3. *Haec igitur narrator ille suppar aetate de* S. Modesta *tradit, quae hic integra ex egregia Kruschii editione referre non piget :* Erat, *ait* (4), quedam abbatissa in monasterio Treverense, cui nomen erat Modesta, et hec ab ipsa infantia sua Deo consecrata fuerat similiterque sanctae Geretrude in amicitia divina familiariter constricta videbatur. Quamvis longe positae longeque disiunctae inter se fuerunt corporaliter, et multis miliis et terrarum spatiis interiacentibus, quod oculorum obtutibus inter se videre non quiverunt, animo tamen atque in cordis dilectione semper praesentes fuerunt, quia aequalem servitutis militiam baiularunt et Domino in sinceritate cordis aequaliter sine dolo servierunt. Post multum vero temporis spatium contigit hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare, ut quadam die, cum praedicta famula Dei Modesta in monasterio suo posita, orationis causa in ecclesiam suam intrasset, seque ipsam ante altare beatae Mariae semper virginis in oratione prosternebat. Cum autem, finita oratione, surrexisset, C se ipsam undique circumspiceret, subito aspexit viditque ad dexteram latus altaris sanctam Geretrudem stantem in eodem habitu atque in eadem specie, qua ipsa formata fuerat. Dixitque ad eam : " Soror Modesta, certam tene hanc visionem et sine ulla ambiguitate scias me hodie in hac eadem ora absolutam de habitaculo carnis huius. Ego sum Geretrudis, quam multum dilexisti ". Et his dictis, ab oculis aspicientis ablata D est. Tunc illa intra se tacite cogitabat, quid tanta visio debuisset fieri. Et in eadem die de visione illa nemini indicavit nullum verbum. Cum autem crastinus advenisset dies, civitatis Mettensis episcopus nomine Chlodulfus venit ad monasterium praedictae Dei famulae Modestae. Tum illa inter alia conloquia Dei virgo interrogavit episcopum de sancta Geretrude, in quale habitu vel ordine vel specie ipsa fuisset. At ille statim per ordinem narravit staturam corporis eius et speciem decoris eius. Tunc beata Modesta intellexit ex signa, que ab episcopo audierat, verum esse, quod ante viderat, et dixit ad eum : " Hoc tibi nunc confiteor, quod ante celabam, qua revelatum mihi fuit hesterno die hora quasi sexta, quod de hac luce ipso die et eadem ora migrata fuisset. " Et postea totam rem per ordinem pandit episcopo. Ille autem diem ipsum atque horam consignans praedictus episcopus Chlodulfus et invenit ita factum ordinem rei, sicut et supradicta prius indicaverat abbatissa.

abbatissaeque munere fungebatur

4. *Haec ille. Quodnam porro fuerit coenobium istud Treverense, cui praeposita erat* Modesta, *paulo distinctius tradit Vita quaedam alia sanctae Gertrudis sive retractatio Vitae prioris, quam retractationem in nonnullis codicibus saeculis etiam XI exeunte et XII exaratis legimus* (4). *Ita nempe illa :* Erat quaedam sanctimonialis femina Treviris posita Modesta nomine, quae praeerat gregi sanctimonialium Trevirensis monasterii..., *et paulo post :* Haec itaque beata virgo ipso die dormitionis beatae Gertrudis basilicam ingressa sui monasterii, quae erat sacrata in honorem beatae Mariae semper virginis,.. (5). *Quibus verbis si non aperte, aliquatenus tamen indicatur monasterium Horreense; Horreum siquidem coenobium erat sanctae Dei Genitrici primitus Treveris dicatum; quod* in palatio Dagoberti, quod vocatur Orreum, ecclesia in honorem beatae Mariae virginis constructa, *constitutum esse tradit celebris a saeculo saltem XII Treveris fama* (6). *Nomen illud Horrei acceptum referunt litterae quaedam spuriae Leonis III* (7), *quas in hac re qui postea scripsere, tantum non omnes secuti sunt,* a regalibus horreis, *in quibus fundatum erat monasterium. Certe super ruinas antiquas atque nobiles* F *aedificatum illud erat, quas suo tempore mole sua etiamtum stetisse testatus est Wilthemius* (8); *et quod fluvio alluebatur, potuit certe olim publicis horreis aptum locum praebere. Vocatur autem non tantum* Horreum *vel* monasterium B. Mariae ad Horreum, *sed etiam singulari nomine* abbatia sanctae Mariae virginis, quae cognominatur Horrea (9), sanctae Mariae monasterium, posses-

in coenobio B.V. Mariae;

(1) H. E. Bonnel, *Die Anfänge des karolingischen Hauses,* pp. 68 et 151-2. — (2) *Kirchengeschichte Deutschlands,* tom. II, pp. 341 et 667-70. — (3) B. Krusch in *MG.*, Script. rer. merov. tom. II, p. 448-9. — (4) Ibid., p. 465-6, num. 2. — (5) Toties retractata est Vita S. Gertrudis simul cum libello Virtutum, ut multam omnino operam impendere debeat is, qui singulas horum editiones medio aevo confectas in compluribus, qui supersunt, codicibus discernere et recensere voluerit. Vereor autem ne exiguus tanto labori respondeat fructus. Porro quattuor hic dumtaxat editiones memorasse sufficiat : 1° Primigenium illud opus, de quo num. 2 egimus, partim ab auctore coaevo, partim a suppari conscriptum ; illud post alios multos nuperrimus edidit v. cl. B. Krusch, l. c., p. 453-71 (hanc recensionem designat littera *A*). — 2° Retractatio quaedam antiqua, saeculo IX non recentior ; at illa Virtutes non complectitur, nec porro ad rem nostram pertinet ; edita est apud Krusch, l. c., p. 453-64 ; cfr. p. 450 (hanc vocat *B*). — 3° Alia retractatio tribus libris constans, cuiusque locum quendam infra num. 5 afferemus. Eius exemplaria tria recenset Krusch, l. c., p. 451 ; illis alia plurima addere est, quorum nullum saeculo XII antiquius repperimus ; neque multo ante tempore opus illud confectum esse putat Kruschius (l. c., p. 450), qui hanc editionem designat littera *C*. Edita est ab G. a Ryckel in libro mox laudando.— 4° Illa de qua hoc num. 4 agimus, quaeque inedita est. Legitur autem in cod. Vaticano Reg. Suec. 497, fol. 64vo-70, saec. XI (cfr. Archivum Pertzii, tom. XII, p. 284) ; in cod. Bruxellensi 9119, fol. 96-8, saec. XII, etc., etc. Videtur equidem haec esse antiquior quam Vita *C*; sed quoniam illa iam aliqua littera, qua distinguatur, insignita est, hanc quartam infra laudabimus signantes eam littera *D*. De eadem postea in *Analectis* nostris quaedam proferre in animo est. — (6) *Gesta Treverorum,* cap. 24 (*MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160, lin. 6). — (7) Jaffé-Ewald, *Reg. Rom. Pont.*, num. 2540. — (8) Cfr. Friedrich, *Kirchengeschichte Deutschlands,* tom. II, p. 218. — (9) Diploma spurium Dagoberti apud Pertz, *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 151 ; *Libellus de rebus Treverensibus* in *MG.*, Scr. tom. XIV, p. 105, lin. 8.

sio

AUCTORE A. P.

A sio sanctae Mariae (1), *etc. Huic porro parthenoni praefuisse* Modestam *innuit, ut videtur, recensor ille* D *Virtutum sanctae Gertrudis, ex quo pauca quaedam recitavimus, cum de beatae Mariae ecclesia agat, quam coenobio nomen, ut mos erat, dedisse credibile est.*

quod idem esse coenobium Horreense

5. *Sed luculentius ipsum coenobium Horreense designat recensio* C *Virtutum Gertrudinarum, quam summum saeculo XII ineunte conscriptam esse aetas codicum manuscriptorum testis est* (2). *Huius enim auctor ita iam aperte :* Erat, *inquit,* in civitate Treverensi sanctimonialis quaedam, quae praeerat coenobio beatae Dei genitricis Mariae (3). *Consentiunt, quin ipsum etiam Horrei nomen pronuntiant, omnes alii, qui de* S. Modesta *sermonem habuerunt, scriptores antiqui : sic inter Treverenses medio saeculo XI auctor* Libelli de rebus Treverensibus (4), *saeculo XII auctor* (5), *interpolatores* (6) *et continuatores* (7) Gestorum Treverensium ; *sic saeculo XIV auctor* Gestorum Boemundi (8) ; *sic falsarius ille qui litteras Leonis papae III in gratiam Horreensis parthenonis confinxit* (9). *Quorum vestigiis inhaerentes incunctanter censuerunt recentioris aetatis historici bene* B *multi monasterio Horreensi* Modestam *praepositam esse. Quod utrum recte statutum sit, paucis est inquirendum. Contra siquidem dixerunt Smetius noster* (10) *et nuperius v. cl. Friedrich* (11) ; *qui notant in recensione* A *Virtutum sanctae Gertrudis de monasterio quidem Treverensi aliquo, at eo non distincte designato, sermonem fieri ; porro probatum minime esse nullum tunc exstitisse Treveris parthenona praeter Horreense ; immo iam certo tum exstructum esse Sancti Symphoriani coenobium, a S. Modoaldo fundatum* (12). *Monet insuper Smetius* (13), *quod editio* C *Virtutum S. Gertrudis coenobium illud Beatae Mariae dicatum asserat, ac proin, quoniam aliud hoc eodem titulo insignitum id temporis non videatur Treveris exstitisse* (14), *Horreense illud fuisse innuat, id nihil ad rem conferre, cum nesciamus utrum ex fonte sincero an levi quadam coniectura retractator* C *id narrationi interpolaverit, quod recensio primigenia* A *tacebat,* Modestam *nempe praefuisse monasterio, quod Beatae Virgini Mariae sacrum esset.*

testatur vulgata

6. *Libenter equidem missum facimus argumentum ex hac editione* C *Vitae S. Gertrudis, si sola* C *respiciatur, desumptum. At huius dictum confirmat auctor* Gestorum Treverensium, *qui sub initiis saeculi XII scripsit :* Isdem, *inquit,* igitur pontifex *(nimirum Modoaldus)* in palatio Dagoberti, quod vocatur Orreum, ecclesiam in honorem beatae Mariae Virginis construxit; ubi et congregationem virginum instituit, quarum matres fuerunt Irmina et Modesta, filiae Dagoberti (15). *Non videtur autem, qui haec scripsit, ullam S. Gertrudis Vitam novisse, quippe qui neque hoc loco, ubi de sancta illa virgine meminisse pronum erat, ullam de ea fecerit mentionem. Secus utique illi ambo, qui ante medium saeculum XII haec Gesta interpolationibus auxerunt ; hi enim S. Modestam* contemporaneam beatae virginis Gertrudis *fuisse notant ; secus etiam auctor* Libelli de rebus Treverensibus, *qui tamen, licet primam editionem Virtutum Gertrudinarum exscripserit,* Modestam *tamen Horreensem abbatissam dixit* (16). *Concludere igitur fas est saltem medio saeculo XI hanc fuisse vulgatam Treveris famam, quam etiam secutus sit auctor editionis* C *Vitae Gertrudis.*

saeculo XI Treveris fama.

Nulla autem ratione probatur

7. *Attamen* Modestam *Horreensem abbatissam fuisse praeter Smetium et Friedrichium acriter negant Henschenius* (17) *et Cointius* (18), *ita tamen ut illam coenobio Sancti Montis seu Montis Romarici praefuisse asserant, quod nempe in Habendensi comitatu fundaverat S. Romaricus* (19); *atque ideo in textu supra recitato Virtutum S. Gertrudis legi vetant :* Erat in monasterio Treverensi... ; *sed potius haec ita corrigere volunt :* Erat in monasterio Avendensi. *Quam emendationem audacem satis duobus adstruere nituntur argumentis : primo, quod Treveri non monasterium, sed urbs erat plura complectens coenobia ; quasi vero aliud his significare voluerit S. Gertrudis biographus, nisi ea, quae narraturus iam erat, " in monasterio quodam Treverensi „ accidisse.* E *Altero, quod adversetur ratio temporum, quandoquidem S. Irmina, quae prima fuit Horreensis abbatissa, longo post tempore vixerit quam Modesta Treveris Gertrudem sibi apparentem conspexerat ; ast hoc ipsum probandum erat, Irminam nempe primam fuisse Horreensi parthenoni praepositam ; quod sequenti paragrapho ostendemus saltem dubium valde esse.*

coenobium illud fuisse coenobium Habendense

8. *Porro non solum nullius roboris sunt argumenta illa duo, quibus pugnant Henschenius et Cointius, sed et nulla omnino sunt antiqua monumenta, quae ipsorum sententiae faveant. Cur tamen Habendense coenobium potius designare maluerint quam aliud quodlibet, ea sane fuit ratio, quod in secunda et tertia* Gestorum Treverorum *recensionibus traditum est* S. Modestam *fuisse* alumpnam coenobii montis Romarici (20); *quo nomine* (21) *postea appellatum est monasterium a S. Romarico in Vosago fundatum, quod primitus Sanctus Mons vel Habendum dictum erat. Animadvertendum autem est eosdem* Gestorum *interpolatores, qui* S. Modestam *in Habendensi parthenone vixisse aiunt, non solum illam abbatissam Habendensem non facere, immo ipsos etiam tradere* F *Horreensem postea abbatissam fuisse. Adde difficile negotium esse, ut ostendit Mabillonius* (22), *in serie antistitum Habendensium locum aliquem* Modestae *invenire.*

vel Treverense Sancti Symphoriani;

9. *Neque feliciore coniectura usi sunt, qui* S. Modestam *coenobio Treverensi Sancti Symphoriani praefectam fuisse opinati sunt, Papebrochius nempe* (23), *Smetius* (24), *Wion* (25), *Arturus a Monasterio* (26) ; *hi quidem — rectene an perperam, postea examinandum erit — duas Modestas distinguunt; at asserunt illam, cui S. Gertrudis apparuerit, Sancti Symphoriani abbatissam fuisse. Quod ut*

(1) *Libellus de reb. Trev.*, num. 14, 15 (ibid., p. 104) ; *Act. SS.*, Oct. tom. II, p. 377, d. — (2) Vide supra, p. 300, not. 5. — (3) Apud Ryckel, *Vitae S. Gertrudis... historicae narrationes tres* (Lovanii, 1632), p. 147. — (4) *MG.*, Scr. tom. XIV, p. 104-5. — (5) Ibid., tom. VIII, p. 160, lin. 8. — (6) Ibid., lin. 19, 28. — (7) Prima continuatio, cap. 15 (ibid., p. 188). — (8) Ibid., tom. XXIV, p. 372. — (9) Cfr. supra, p. 300 not. 7. — (10) *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 185, num. 27 sqq. — (11) Op. cit., tom. II, p. 218. — (12) Vide Friedrich, l. c. — (13) Loc. cit , num. 28 extr. — (14) Cfr. Mabillon, *Annales O. S. B.*, lib. XVI, num. 66 (tom. I, p. 534). — (15) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160. — (16) Ibid., tom. XIV, p. 105. — (17) *De tribus Dagobertis... diatriba...* (1655), p. 116 ; *Act. SS.*, Mart. tom. II, p. 597, annot. *a* et *b.*, et tom. III, p. xxi, num. 30. — (18) *Annales ecclesiastici Francorum*, ad an. 659, num. 2 (tom. III, p. 467) ; ad an. 726, num. 8-11 (tom. IV, p. 745-6). — (19) Hanc opinationem secuti sunt moderni auctores *Martyrologii Parisiensis* (1727) et *Ebroicensis* (1753) ad diem 4 novembris. — (20) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160. — (21) Gallice *Remiremont.* — (22) *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 468, annot. *m.* ; *Annales O. S. B.*, lib. XVI, num. 66 (tom. I, p. 534). — (23) *Act. SS.*, Apr. tom. II, propyl. antiq. p. v, num. 21. — (24) *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 185, num. 28. — (25) *Lignum Vitae*, parte II, p. 361. — (26) *Gynecaeum*, ad diem 4 nov.

comminiscerentur,

AUCTORE A. P.

comminiscerentur, eadem ratione adducti sunt, qua motos diximus Henschenium et Cointium (1), *nempe ut intricatam Irminae Horreensis abbatissae chronotaxin expedirent. Hanc rationem mere negativam nullius esse momenti iam diximus; positiva autem argumenta non magis afferunt modo laudati auctores, quam attulerunt Henschenius et Cointius. Nullo enim textu antiquo nituntur; neque probabilitatem sententiae suae inde conciliare valent, quod parthenonem Sancti Symphoriani fundaverit S. Modoaldus, quem avunculum* S. Modestae *aliqui fuisse tradunt. Nam etiamsi vera sit haec cognatio, notandum tamen iterum est, quotquot eam asserunt auctores antiqui* (2), *eosdem* S. Modestam *dicere abbatissam Horreensis coenobii; atqui hoc ipsum coenobium a S. Modoaldo etiam fundatum esse, fama est non spernenda, quam paragrapho sequenti diligenter trutinabimus.*

contra haud improbabilis est

10. *Ut igitur quae hucusque disputata sunt, paucis comprehendamus, habemus, quae* S. Modestam *Horreensem abbatissam testentur, tum Vitae S. Gertrudis editionem saeculo XI, ut videtur, confectam, tum documenta Treverensia saeculis XI et* B *XII composita. Quae scripta, quoniam multo post sanctae nostrae mortem tempore confecta sunt, neque in aliis rebus enarrandis ab erroribus sunt immunia, ea utique non sunt, quibus fisi certo statuamus* S. Modestam *Horreo reapse praefuisse; ast quia, quae eandem in alio quodam monasterio abbatissam egisse tradant, nulla sunt monumenta antiqua, hanc vulgatam a tanto tempore hodieque a plerisque historicis receptam opinionem serio probabilem existimamus. Ut autem probabilis illa sententia aliquatenus confirmetur, disquirendum iam est quonam pacto conciliari possit cum iam saepe memoratae S. Irminae aetate et gestis,* S. Modestae *in Horreo praelatura. Qua de re saepe olim disputarunt viri docti, et ex proposito tum etiam disputandum erit, cum aliquando ad diem 24 decembris in hisce* Actis *Vita S. Irminae veniet illustranda. At necesse habemus hic pauca ex illis praelibare, quia ea maxime res auctores non paucos movit ut* Modestam, *sicuti supra monuimus, ex Horreensium abbatissarum catalogo expungerent, alios autem induxit ut eandem vel primam, vel secundam, vel tertiam huic coenobio praefuisse contenderent.*

traditio Treverensis supra explicata.

C

§ II. Quis monasterii Horreensis fundator exstiterit, quae prima abbatissa.

Huius Horreensis coenobii,

11. *Duae potissimum apud auctores antiquos occurrunt narrationes circa Horreensis parthenonis initia; aut enim illius fundatorem faciunt S. Modoaldum Treverensem archiepiscopum, aut S. Irminam, quam iidem Dagoberti regis filiam fuisse asserunt; sunt etiam qui media quadam via incedentes, remita componere satagunt ut Modoaldum quidem dicant monasterium construxisse, sed in gratiam Irminae. Mirum quantae inde ortae sint recentiorum scriptorum controversiae, quanta discrepantia; Irminam nempe illam alii Dagoberti I, alii Dagoberti II, quidam etiam Dagoberti III filiam fuisse commenti sunt; alii regios* D *natales ipsi abiudicarunt; nec defuit qui, ut alii duas Modestas, ita duas etiam Irminas, quemadmodum in intricatis hisce causis sollemne est, distinguendas esse pronuntiaret. Quorum omnium prolixas disputationes, coniecturas interpretationesque ex ordine recensere longum est, neque huic loco proprium; singula itaque monumenta antiqua, quae in quamque praecipuam sententiam faciunt, praemittentes, quam poterimus brevissime graviora, quae ex eis desumpta sunt a recentioribus, argumenta examini subiciemus, coniecturas abunde ab eisdem propositas trutinabimus, ut demum quid in re obscura tuto probabiliterque credi possit, disquisitione facta, assequi liceat.*

quod a S. Modoaldo

12. *Modoaldum Horrei fundatorem nominant* Gesta Treverorum *hisce verbis:* Deinde Modowaldus episcopatum suscepit temporibus Dagoberti. Qui videlicet Dagobertus plurima beneficia Treberensi ecclesiae contulit et beato Modowaldo. Isdem enim pontifex in palatio Dagoberti, quod vocatur Orreum, ecclesiam in honorem Mariae virginis construxit; ubi et congregationem virginum instituit, quarum matres fuerunt Irmina et E Modesta, filiae Dagoberti (3). *Suffragatur, praeter* Gesta Boemundi *in quibus hoc loco* Gesta Treverorum *exscripta sunt* (4), *diploma spurium Dagoberti I, quod anno 634 in gratiam ecclesiae S. Petri Treverensis datum fingitur* (5) : *in illo nempe decernitur sub potestate huius ecclesiae esse et fore, inter alia plurima,* monasterium sanctae Mariae, quod idem praefatus pontifex Modoaldus in territorio sancti Petri a fundamentis exstruxit, quod vocatur Horrea; *quae totidem paene verbis asserta leguntur in diplomatibus spuriis Pippini regis an. 760* (6) *et Karoli Magni an. 774* (7), *atque in authentico diplomate regis Zventiboldi an. 895* (8). *Suffragatur etiam aliquatenus bulla item spuria Leonis papae III, quae saeculo saltem XII conficta erat, cum a tertio recensore* Gestorum Treverorum *exscripta sit* (9); *in hac plura iam de coenobii fundatione doceri videntur; dicit enim Pseudo-Leo :* Coenobium Orrense a sancto Modowaldo Trevirorum archiepiscopo, subministrante beata Modesta, filia sororis eius,... ad (10) divini cultus officium restauratum post decessum beatae Irminae, quae prima hunc locum provehendum suscepit... F donatum (11). *Licet autem hic prima monasterii fundatio S. Irminae adscribatur, Modoaldum tamen eidem stabiliendo operam contulisse clare edicitur. Tacet quidem de hac fundatione Vita Modoaldi* (12), *quam post annos ferme sexcentos ab eius morte Stephanus abbas Sancti Iacobi Leodiensis conscripsit; at in hac enarranda tutos auctores se non semper habuisse ipse profitetur; et re quidem vera exigui momenti est eius opella* (13).

fundatum esse tradunt,

13. *Quid porro hactenus ex his monumentorum testimoniis colligendum est? Unum, opinor, nimirum famam fuisse Treveris, saltem inde a saeculo IX, Modoaldum Horreensis coenobii esse fundatorem. A saeculo, inquam IX : non solum enim habemus laudatum illud diploma Zventiboldi anno 895 datum, cuius exemplar apographum ipso saeculo IX descriptum ad nos usque pervenit* (14), *sed ex eodem manifestum etiam fit antea iam conficta*

(1) Vide supra num. 7. — (2) Tertia recensio *Gestorum Treverensium (MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160); bulla spuria Leonis III. — (3) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160. — (4) Ibid., tom. XXIV, p. 469. — (5) Ibid., Diplom. imp. tom. I, p. 150-2. — (6) Böhmer-Mühlbacher, *Reg. imp.*, num. 90 (tom. I, p. 40-1). — (7) Ibid., num. 164 (p. 69.) — (8) Ibid., num. 1907 (p. 712). — (9) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160. — (10) *et* apud Beyer. — (11) H. Beyer, *Urkundenbuch zur Geschichte der... mittelrheinischen Territorien*, tom. I (1860), p. 236. — (12) *Act. SS.*, Maii tom. III, p. 51 sqq. — (13) Vide ibid., p. 50, comment. praev. num. 2; p. 52, num. 4. — (14) Cfr. Böhmer-Mühlbacher, l. c.

AUCTORE A. P.

A *ficta fuisse quaedam ex spuriis, quae citavimus, litteris Dagoberti, Pippini, Karoli magni; ita siquidem Zventiboldus :* Vir venerabilis Rathpodus sanctae Treverensis ecclesiae archiepiscopus obtutibus nostris obtulit praecepta antecessorum nostrorum, regum scilicet Francorum, in quibus insertum comperitur inter cetera monasterium sanctae Mariae, quod domnus Modoaldus eiusdem urbis praesul magnificus in territorio sancti Petri a fundamento construxerat vocatum Orrea... (1). *Zventiboldum hoc loco authenticas quasdam, quae nunc perierint, merovingorum regum litteras appellare, quemadmodum opinatur Hauck* (2), *aegre crediderim; attente enim textus conferenti tantum non manifestum est ipsa spuria diplomata, quae ad nos pervenerunt, a Zventiboldo esse lecta. Unde, ut id obiter moneam, elucescit quantum a vero abhorreat id quod probare nititur Prümers* (3), *scilicet spurias hasce merces sub Treverensi archiepiscopo Adalberone saeculo XII confictas esse et primum venditatas. Sed ut ad nostrum propositum revertamur, notandum est interfuisse quidem falsatoris, quo efficacius iura ecclesiae S. Petri in* B *monasterium Horreense exaggeraret, ut comminisceretur monasterium illud ab antiquo quodam archiepiscopo Treverensi esse conditum; sed quoniam, ubi de aliis monasteriis vel bonis agit, quorum etiam possessionem ecclesiae maiori Treverensi vindicare intendit, nil tale commemorat, licet par fuisset commemorandi seu fingendi ratio, adducimur ut credamus potius eum hoc loco traditionem, quae saeculo IX vigebat, rettulisse. Quam traditionem priusquam etiam ut probabilem tantum recipiamus, ponderanda sunt, quae in contrariam partem producuntur, testimonia.*

prima abbatissa

14. *Irminam igitur Horrei fundatricem exhibent documenta non ita multa et his quae num. 10 recitavimus, certe minus antiqua; quae insuper ut mox videbimus, non solum melioris notae non sunt, sed pluribus etiam et peioribus erroribus deturpantur. Primum est diploma Dagoberti I regis spurium, saeculo scilicet XI fabricatum, quod fingitur anno 646 in gratiam coenobii Horreensis editum; de quo coenobio ita sermocinatur :* Dagobertus divina preordinante providentia rex... rogatu dilectae coniugis nostrae reginae Nanthildis monasterio in Treverica valle in honore sanctae C Dei genetricis ab Irmina, filia nostra, constructo et sanctimonialium coadunatione decorato, ex rebus proprietatis nostrae... contradidimus (4). *Consonat, qui medio saeculo XI conscriptus est,* Libellus de rebus Treverensibus *num. 12 extr. :* Dagobertus itaque rex... tres filias a regina nobilissima nomine Nanthilde suscepit, Regendrudim, Irminam, Adelam; quarum... Irmina... monasterium in Treveris civitate in honore sancte Dei genitricis construxit, ubi sororum, quas ibi congregaverat, abbatissa in sancto proposito vitam finivit (5). *His similia recitant, paucioribus licet verbis, bulla spuria Leonis III, quae num. 12 laudata est, multis vero exaggerat Thiofridus monachus († 1110) in ea, quam concinnavit, S. Irminae Vita, quamque nihil immutatam Theodoricus monachus integro ferme post saeculo libro II* Chronici *sui* Epternacensis *praeposuit* (6); *in hac Vita conscribenda antiquiorem quandam Vitam, licet non ita magni pretii, adhibitam esse opinatus est v. cl. L. Weiland* (7), *equidem vehementer dubito. Videor enim mihi plane ostendisse omnia, quae in hoc opusculo tradit Thiofridus, ex monumentis aliis, iisque notis, esse desumpta* (8); *inter haec autem monumenta occurrunt duo ex illis, quae superius citavimus, diploma nempe Dagoberti apocryphum et* Libellus de rebus Treverensibus. *Unde fit ut consentaneum sit huiusce Vitae testimonium omnino neglegere.*

non fuit S. Irmina.

15. *Auditis in utramque partem testimoniis, quotquot quidem nobis antiquitas transmisit, non alienum erit quid super his recentiores causarum historicarum cognitores iudicii tulerint, paucis enarrare. Fuerunt quidem, at illi non utique multi, qui textibus num. 14 congestis plenam fidem adhiberent, ac proin Irminam Dagoberti I regis filiam* E *Horreensisque parthenonis fundatricem fuisse pronuntiarent; cui proinde* S. Modesta *in regimine successisset. Ita Iohannes Malburnus de Bruxella († 1503) in suo* Venatorio sanctorum ordinis canonicorum regularium (9), *qui ut litem dirimat, dicit Horreum a S. Modoaldo in gratiam S. Irminae esse fundatum; ita Trithemius* (10), *qui nihilo minus Irminam anno 710 obiisse notat; ita alii quidam, quos recenset Henschenius* (11); *ita Kolbius* (12), *qui etiam S. Modoaldum in gratiam S. Irminae coenobium hoc construxisse narrat; ita vir egregius antecessor noster Iohannes Bollandus in commentario historico de* S. Modesta, *quem rogante Petro Francisco Chiffletio conscripsit, cuiusque tria saltem ad nos pervenerunt exemplaria autographa* (13). *Conicit autem Bollandus* (14), *difficultatum levandarum ergo, sive Irminam Horrei fundatricem submissionis quietisve studio vel alia de causa in regiminis onere sibi* Modestam *substituisse, sive eandem, utpote quae, cum pater ipsi monasterium aedificaret, tenera valde aetate esset et regimini inhabilis,* Modestae *commissam esse, sub cuius disciplina adolesceret* (15). *His omnibus auctoribus consentit Browerus* (16) *et cum eo* F *Masenius* (17), *qui prolixius et vehementius contra Valesium et Henschenium sententiam suam propugnat. Et quidem Irminam, si ab aliquo Dagoberto rege orta sit, Dagoberti I potius quam Dagoberti III filiam ut dicamus, iubent auctores omnes antiqui, quorum verba num. 14 recitavimus, cum eam ex Nanthilde regina, uxore Dagoberti I, natam asserant; in cuius rei confirmationem adduci etiam possunt illa omnia documenta, quae Horreum a S. Modoaldo conditum esse testantur* (18); *siquidem Modoaldus (sedit circa 627 - circa 639) Dagoberto I (regn. 622-638), non vero Dagoberto III (regn. 674-678) fuit coaetaneus.*

(1) Beyer, op. cit., tom. I, p. 203. — (2) *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. I, p. 277, nota 1. — (3) *Albero von Montreuil* (1874), p. 69. — (4) *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 169-70. — (5) Ibid., Scr. tom. XIV, p. 104. — (6) Ibid., tom. XXIII, p. 48 sqq. — (7) Ibid., p. 18 med. — (8) *De fontibus Vitae S. Irminae*, in *Anal. Boll.*, tom. VIII (1889), p. 285-6. Quae autem de Irmina libro I chronici sui habet Theodoricus (l. c., p. 44, num. 23), haec vix non verbo tenus referunt textum *Libelli de rebus Treverensibus* supra recitatum. — (9) Vide codices Bruxellenses bibl. reg. num. 11973, fol. 215; num. 11815-6, fol. 180-1. Legitur etiam idem opus, adhuc ineditum, in codd. Parisinis bibl. nat. lat. 14662, 15044, etc. — (10) *De viris illustribus ordinis S. Benedicti*, lib. III, cap. 138; *Compendium libri I Annalium*, ad regem 52m. — (11) *Diatriba de tribus Dagobertis*, pp. 120, 121, 125, 184, etc. — (12) *Series episcoporum Mogunt., Trevir. et Colon.*, p. 94-5. — (13) Conservantur in codice Bruxellensi bibl. reg., num. 8932, fol. 138-40, 145-6, et 151-3. Litteras binas datas Dolae die 20 mai et die 12 augusti 1642, quibus Chiffletius tum postulat ut hunc commentarium sibi Bollandus scribat, tum de scripto atque recepto gratias agit, videsis ibidem, fol. 136 et 143. — (14) Ibid., num. 4 commentarii. — (15) Alias coniecturas, at infeliciores etiam, l. c. proponit Bollandus. — (16) *Annales Trevirenses*, lib. VII, num. 49 (tom. I, p. 350). — (17) Ibid., annot. XIII, (tom. I, p. 606-15). — (18) Vide supra, num. 12.

AUCTORE A. P.

Errant nempe qui illam Dagoberti I

16. *Verum quominus Irminam Dagoberti I filiam nominari liceat, ea allata sunt a viris doctis momenta rationum gravissima, ut tantum non omnes scriptores recentiores ab illa sententia recesserint, excepto utique Masenio, qui tamen, utut eam multis verbis defendere nisus est, nemini tamen probare valuit. Primum momentum est quod nuspiam in documentis antiquis atque authenticis Dagobertus I legatur filias procreasse. Quis ergo monumentis sive spuriis sive saltem longe recentioribus credet, praesertim cum notum sit quam delectati sint tum falsatores, tum recentioris aevi scriptores in assignanda ecclesiarum suarum fundatoribus, rectoribus, patronis nobilissima quadam ex illustribus stirpibus origine? Alterum est quod cum Dagobertus anno dumtaxat 629-630, Gomadrude repudiata, Nanthildem duxerit* (1), *et anno 639 diem obierit* (2), *fieri sane non potuit ut Irmina, tum vix novennis, iam sponsum amiserit et a patre monasterium impetrarit. Quae cum aliis non paucis argumentis longius explicata videre est apud auctores, quos sequenti numero laudabimus. Fatendum quidem est non omnia ea, quae illi super-* B *addunt, eiusdem esse roboris ; quod ceteroqui mirum non est, cum utrinque saepe pugnatum sit armis valde fragilibus, documentis dico vel suppositiciis vel recentiore satis aetate conscriptis. Inconcussum tamen illud manet, Irminam Dagoberti I filiam nequaquam fuisse.*

vel Dagoberti II regis filiam fingunt,

17. *Neque felicius videntur sententiae suae auctoritatem conciliasse qui Irminam Dagoberti II filiam dixerunt, ut Henschenius noster* (3) *et post eum viri doctissimi multi, Papebrochius* (4), *Cointius* (5), *Hontheimius* (6), *Dionysius Sammarthanus* (7), *Smetius* (8), *recentius vero Wyttenbach* (9), *Rettberg* (10), *Marx* (11), *Friedrich* (12), *alii. Hoc ut statuerent, duas maxime rationes proposuere : alteram quod, ut supra declaravimus, tempus tum conubii Dagoberti cum Nanthilde, tum mortis eiusdem non patiatur Irminam, vivo patre, viro traditam esse ; alteram quod si Irminam Dagoberto I genitam velis, consequens sit eam, cum S. Willibrordo et monasterio Epternacensi possessiones quasdam donaret* (13), *provecta praeter solitum aetate fuisse ; quod ut non impossibile, minus tamen congruum videretur* (14). *Quod argumentum aliis verbis exaggerat Henschenius* (15), *nempe ex* C *chartis Epternacensibus constare Irminam* temporibus S. Willibrordi, Ultraiectini episcopi, SS. Basini et Lutwini Trevirensium, Pippini Herstalli maioris domus regumque Dagoberto II iuniorum vixisse. *Porro huiusmodi auctores ubi propius accedunt ad quaestionem huic loco propriam, alii, puta Hontheimius, asserunt Irminam* Modestae *in regimine coenobii Horreensis successisse ; quod sane temporum ratio facile patitur ; alii cum Henschenio, praeconcepta sententia Irminam primam abbatissam Horrei fuisse, quam fontes alii iique* D *fide digni non ante annum circiter 706 mortuam esse probant, coguntur negare Modestam Horreo praepositam esse, ut quae iam anno 659 abbatissa S. Gertrudem sibi apparentem viderit.*

18. *Sed hi omnes, — tantorum virorum salva reverentia dixerim, — fundamentum in aqua posuisse videntur. Quis enim non videt eorum argumenta eo spectare ut efficaciter quidem ostendant Irminam a Dagoberto I non esse procreatam, minime autem definiant eandem Dagoberti II vel ullius omnino Dagoberti filiam exstitisse. Donec igitur probaverint, — quod tentaverunt quidem, at parum feliciter* (16) *— alicuius Dagoberti Irminam esse filiam, nihil prorsus efficient. Notare insuper iuvat nullum omnino auctorem antiquum, ne obscure quidem, tradere Irminam a Dagoberto II esse genitam, immo omnia prorsus quae num. 14 allata sunt monumenta, etiam quae beneficia a S. Irmina B. Willibrordo collata commemorent, aperte Dagobertum I designare, cum Irminam ex Nanthilde natam dicant. Neque effugium invenies, si cum Cointio in diplomate Dagoberti, quod laudavimus, tum notas temporis, quo diploma datum dicitur, ex ingenio mutaveris, tum* Mechtildis *nomen pro* Nantildis *nomine reposueris* (17) ; *praeterquam enim* E *quod haec arbitraria nimis sunt, nescio ubi adinventa sit haec uxor Dagoberti II Mechtildis, quam Bruschius ducissam Saxonum facit* (18). *Fatente enim ipso Henschenio* (19), *nullus est antiquus auctor qui nomen exhibeat coniugis illius Dagoberti II, quae mater fuisset Irminae.*

aut qui duas Irminas comminiscuntur.

19. *Tandem, ut nullam ex propositis sententiis omittamus, commemorasse sufficiat infelicem gratuitamque coniecturam Bosschartii* (20), *qui duas Irminas distinguit, alteram filiam Dagoberti I et Horrei fundatricem, alteram filiam Dagoberti III, quae nempe S. Willibrordo fuit benefica. Postremum hunc Dagobertum Bosschartius " secundum „ vocat, quia nempe nondum tunc ab Henschenio historiae redditus erat genuinus Dagobertus II ; at tertium a Bosschartio intellegi ex ipsius contextu manifestum est. Iam vero Irmina chartam in gratiam Willibrordi iam dederat anno IV Childeberti III* (21), *patris Dagoberti III, qui Childebertus iuvenis coepit regnare* (22). *Quis ergo feret eum Irminae avum dici?*

Irmina porro a nullo Dagoberto

20. *Reiectis porro, quae hactenus enarratae sunt, sententiis, haec tutior videtur omnium difficultatum levandarum ratio, si statuimus Irminam nequaquam fuisse filiam Dagoberti nec primi, nec secundi, quibus ceteroqui nulla documenta satis antiqua et authentica filias adscribunt. Omnino siquidem de hac cognatione tacent documenta de S. Irmina quaecumque sunt, quibus plenam fidem adhibere possimus, chartas maxime illas quinque dico ab ipsa Irmina in gratiam monasterii Epternacensis intra annos 698 et 704 datas* (23) ; *quas nimis leviter atque prorsus immerito a Karolo*

(1) Cfr. *Chron. Fredegarii*, l. IV, cap. 58 (ed. Krusch in *MG.*, Scr. rer. merov., tom. II, p. 150). — (2) Cfr. Krusch, *Zur Chronologie der Merowingischen Könige* in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, tom. XXII, p. 465. — (3) In iam laudata *Diatriba de tribus Dagobertis*, lib. II, cap. 10 sqq. (p. 107 sqq.). — (4) *Act. SS.*, April. tom. II, propyl. antiq. num. 5-21 (p. II-V). — (5) *Ann. eccles. Franc.*, ad an. 678, num. XX (tom. III, p. 793) ; ad an. 726, num. VII sqq. (tom. IV, p. 744 sqq.). — (6) *Hist. archiep. Trevir.*, tom. II, p. 87. — (7) *Gallia christiana*, tom. XIII, col. 611 sqq. — (8) *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 184 sqq. — (9) *Gesta Trevir.*, tom. I, p. 67 sqq. — (10) *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. I, p. 476. — (11) *Geschichte des Erzstifts Trier*, II Abth., I Bd., p. 461 sqq. — (12) *Kirchengesch. Deutschl.*, tom. II, p. 219. — (13) Cfr. *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 173 sqq. De his chartis mox recurret sermo. — (14) Cfr. Papebrochium, l. c. num. 7, 8. — (15) L. c., p. 112. — (16) Nituntur nempe unice spurio diplomate Dagoberti et Vita Irminae aliisve huiusmodi opusculis, quorum auctores hoc ipso diplomate usi sunt. — (17) *Ann. eccles. Franc.*, ad an. 678, num. XX (tom. III, p. 794). — (18) *Magni operis de omnibus Germaniae episcopatibus epitomes* (1549), fol. 55vo ; cfr. Eckhart, *Comment. de rebus Franciae orientalis*, lib. XV, num. IV (tom. I, p. 258); *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 185, num. 27. — (19) *Diatriba*, p. 111-2. — (20) W. Bosschaerts, Διατριβαι *de primis veteris Frisiae apostolis* (1650), dissert. 50, p. 341-50. — (21) *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 173. — (22) Cfr. Henschenius, *Diatriba*, p. 154. — (23) *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 173-7.

Pertzio

AUCTORE A. P.

A *Pertzio inter spurias reiectas esse ostendit vir in hac re praestantissimus Th. Sickel* (1) ; *et omnino sane notatu dignum est Theodericum Epternacensem, qui solus nobis haec documenta servavit, postquam non semel in suo* Chronico *Irminam Dagoberti filiam dixerat, ita tamen fideliter chartas illas exscripsisse, ut nuspiam in ipsis regiae istius originis mentionem interpolaret. Iam vero in his minime se Irmina Dagoberti natam, sed solummodo consobrinam Erminitrudis, filiae Pantini dicit* (2); *qui ceteroqui prorsus ignoti sunt* (3). *Neque Irminam regiam virginem praedicat Pippinus, ubi in diplomate anno 706 Epternacensibus dato de ea sermonem habet* (4) ; *quem locum diplomati a falsario quodam interpolatum esse perperam etiam opinatus erat Pertzius* (5).

procreata est,

21. *Genuinam porro illam Irminam abbatissam fuisse textus laudatorum diplomatum aperte, abbatissam Treveris fuisse tantum non aperte declarat ; quod autem Horreo praefuerit, nuspiam ibidem dicitur; ast id diserte asserunt Thiofridus Epternacensis tum in Vita S. Irminae*(6), *tum in retractata ab ipso Vita S. Willibrordi*(7); *cum illo autem* B *consonant cetera, quae supra allata sunt* (8), *monumenta Treverensia; quae, licet non sint ita antiqua et naevis minime careant, tamen hac in re sequi non piget, quia nec cuiquam alii documento haec Treverensis fama contradicit, neque commode explicare esset quomodo, ceterorum monasteriorum incolis non repugnantibus, haec, si falsa esset, constanter servata sit. Cum autem memoria in Horreo servata esset Irminae cuiusdam, quae divitiis abundans coenobio olim praefuisset illudque fortasse de bonis suis multum ditasset, facili negotio accidit ut saeculo circiter XI* (9) *haec regis filia diceretur et coenobii fundatrix, quemadmodum confictae sunt aliae regum merovingorum filiae, Adula nempe Palatioli fundatrix et abbatissa atque Irminae soror suppositicia, quin etiam* Modesta *nostra, quae in* Gestis Treverorum, *quod negabat Masenius*(10), *filia Dagoberti dicitur* (11).

sicuti neque ipsa Modesta,

22. *De* Modesta *qui id credat, nemo, opinor, sat robusta fide erit ; de Adula non est animus in praesentiarum disputare*(12); *quam ceteroqui nullo modo certius, quam Irminam, Dagoberti filiam efficiunt collata inter se documenta authentica* (13). *Et tamen quam libenter hanc de Irmina famam* C *Treverenses acceperint et sparserint, testes sunt quos allegavimus, veteres auctores ; multo etiam libentius huic adhaeserunt recentiores, quamquam non defuerunt qui eam suspectam haberent ac proin vel subtimide proponerent, vel etiam impugnarent ; ita Mabillonius in suis* Annalibus (14), *qui tamen postea in praeclaro opere* De re diplomatica, *cum de Horreo obiter sermonem haberet, imprudenter non Irminam modo, sed et* Modestam *regias virgines dixit* (15); *ita Calmetus* (16), *maxime autem Valesius*(17), *atque inter recentiores etiam nonnulli.*

quae videtur

23. *Amandatis igitur inter fabulas regiis illis Irminae notalibus, facilius iam erit initia Horreensis monasterii et primarum abbatissarum seriem quadantenus explicare. Diximus superius probabile satis esse monasterium illud a S. Modoaldo esse fundatum ; quae sententia hac etiam ratione confirmari potest, quod ipsi auctores, qui Irminae Horrei fundationem adscribunt, nihilo minus idem tempore Dagoberti I, cui familiaris erat S. Modoaldus, erectum esse tradunt. Porro aedificari coeptum sit intra annos 627 et 639, quibus terminis aliquatenus definiri posse videtur Modoaldi episcopatus* (18). *Primam ibi abbatissam constitutam esse* Modestam *etiam probabile est ; cui sententiae et illud favet quod, cum anno 659* Modestae *appareret Gertrudis nuper mortua,* Modestam *iam aetate satis provecta exstitisse constat ; scriptor enim suppar Virtutum S. Gertrudis amicitiam, quae inter* E *duas sanctas illas moniales intercedebat, diuturnam fuisse innuit* (19). *Insuper illud satis notatu dignum est, quam pauci auctores antiqui conceptis verbis asseruerint Irminam ante* Modestam *abbatissam egisse : solum invenio tertium recensorem* Gestorum Treverorum (20), *quem exscribit auctor* Gestorum Boemundi (21). *Secunda recensio* Gestorum Treverorum (22) *Irminam* Modestae *postponit ; prima ordinem successionis non tradit explicite* (23) ; *auctori vero* Libelli de rebus Treverensibus *aquam hac in re haesisse crediderim, cum de* Modesta *loquatur nullo indicato tempore :* In hoc *(Horreensi)* monasterio aliquando erat Modesta abbatissa... (24).

prima Horrei abbatissa fuisse

et successorem habuisse Irminam.

24. *Demum igitur secundo recensori* Gestorum Treverorum *libenter consentio, dum Irminam asserit* Modestae *in regimine successisse ; ut enim alia quaedam abbatissa* Modestam *inter et Irminam interponatur, nec auctores antiqui vel minimum suadent, nec temporum ratio exigit. Fac ipso etiam, si vis, anno 659, quo Gertrudem sibi apparentem viderat,* Modestam *obiisse atque Irminam regimen suscepisse : potuit eadem anno 704, septuagenaria* F *fortasse, Willibrordum donis adiuvare. Haec, quantum in re obscura fieri poterat, expedire conati, antequam finem huic quaestioni imponimus, iterum et libenter monemus nos tantum probabilia vel potius probabiliora inquisivisse; quibus ne cer-*

(1) In censura sua editionis diplomatum Pertzianae (Berolini, 1873), p. 64 sqq. Cfr. Böhmer-Mühlbacher, *Reg. imper. I*, num. 14 (tom. I, p. 7); A. Görz, *Mittelrheinische Regesten*, tom. I, p. 48 sqq. — (2) *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 175, lin. 27. — (3) Non satis fundata videtur coniectura quaedam a Martenio proposita *(Amplissima collectio*, tom. I, fol. 11, not. *a)*; quem sequi videtur Hontheim, *Hist. dipl. Trevir.*, tom. I, p. 93, not. *b*. — (4) *MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 93, lin. 45-6. — (5) Vide Sickel, op. cit., p. 65-6. — (6) *MG.*, Scr. tom. XXIII, p. 49, num. 4 et 6. — (7) Ibid., p. 49, not. 61. Horreum nempe fuisse tradit Thiofridus *monasterium* illud *puellarum*, cuius incolas S. Willibrordus ab ingruente peste liberarit, teste Alcuino in Vita Willibrordi, cap. 21; in qua Vita quidem monasterii istius nomen reticetur (Jaffé, *Bibl. rer. germ.*, tom. VI, p. 54). Vero simile certe est hoc aliudve huiusmodi beneficium ab Irmina commemorari, ubi in prima sua charta Willibrordum sic alloquitur : *dilectio vestra erga me vel monasterium meum.* Nequeo enim consentire Hauckio *(Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. I, p. 278, nota 1), qui *monasterium meum* de Epternaco vult intellegi. — (8) Num. 14. — (9) Id nempe tunc factum esse probabile est, cum falsarius quidam diploma Dagoberti I pro Horreo confinxit *(MG.*, Dipl. imp. tom. I, p. 169-70), ut monasterio possessiones quasdam vindicaret. — (10) *Annales Trevirenses*, annot. XIII (tom. I, p. 607). — (11) Hunc locum vide exscriptum supra num. 12 init. — (12) De ea agendum erit in hisce *Actis* ad diem 24 decembris. — (13) De ea videsis Hauck, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. I, p. 277, not. 5. — (14) *Ann. O. S. B.*, lib. XVI, num. 66 (tom. I, p. 534). — (15) Lib. IV, cap. 145 (ed. 2ª, p. 331). Ratam hac de re sententiam habuisse non videtur vir egregius. Siquidem in *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. I, in " indice praetermissorum " de Irmina agens : *Fuit*, inquit, *ut putant, filia Dagoberti III*; at in eodem tomo, p. 532, num. 2, sanctas Adelam et Irminam Dagoberti II filias fuisse asserit. — (16) *Hist. de Lorraine*, lib. X, num. 52 (tom. I, col. 456). — (17) *Rerum Francicarum* tom. III, p. 134. — (18) Cfr. Friedrich, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 196-7. — (19) Vide supra, num. 3 : *Erat quaedam abbatissa... Post multum vero temporis contigit hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare.* — (20) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160, lin. 28. — (21) Ibid., tom. XXIV, p. 469. — (22) Ibid., tom. VIII, p. 160, lin. 19. — (23) Vide supra, num. 12 init. — (24) *MG.*, Scr. tom. XIV, p. 105.

AUCTORE A. P.

tius aliquid proponi posset, obstiterunt tum aliis multis, tum nobis, et ingens monumentorum Trerensium saeculo XI antiquiorum penuria, et infausta falsariorum illorum audacia, qui nobilissimae urbis exordia prioraque tempora obscurarunt, dum se ea fallaciis suis illustraturos esse crediderant. Aeque, quin etiam magis incerta est sequentium Horrei abbatissarum series. Plerique tamen auctores tertiam nominant Anastasiam, de qua successoribus nostris aliquando ad diem 9 decembris erit inquirendum. Puto imprudentiae adscribendum esse quod doctissimus vir Hontheimius, postquam alibi, Eckhartium secutus, Modestae primae abbatissae successisse tradiderat tum Irminam, dein Anastasiam (1), postea in alio opere, nulla mutationis ratione allata, Irminam primam abbatissam, Anastasiam secundam, Modestam demum tertiam recensuit (2). Hontheimium in hac ultima sententia secutus est auctor lectionis propriae de sanctis Severa, Anastasia et Glodesinda, quae ad diem 20 iulii in ecclesia Treverensi diu lecta est (3).

Inepte autem fingitur

25. Ultimo loco commemorandae veniunt sententiae duae satis mirabiles; quas huc, post absolutam nempe disquisitionem, ideo reiecimus, quod illae nullis monumentis probationibusve innituntur, at merae sunt coniecturae, quas exponere iam refellere erit. Altera est Maseni, qui rei difficultate et studio conciliandi inter se omnia documenta etiam spuria, quae obtrudebantur, adductus demum est ut pronuntiaret Horreensem parthenonem ab Irmina fundatum, a S. Modoaldo restauratum esse, haec subiungens: " Hoc Modoaldus non per „ se, sed [per] Modestam a se pie quondam insti- „ tutam et S. Willibrordum, id temporis quo „ Modesta praefuit, ecclesiae Trevirensi subser- „ vientem, praestitisse censendus est. „ " Neque „ enim „ ita scripserat paulo ante Masenius, „ Modoaldus per se praefecit monasterio neptem „ suam Modestam, sed per successores suos „ (4).

Modestam coenobium Horreense restaurasse dumtaxat,

Haec intricata, impedita et toti chronologiae minime consona quam inutile fuerit excogitare, ex supra dictis patet. Idem dixerim de altera sententia, qua duas Modestas exstitisse statuitur (5): quarum prior ex Habendensi monasterio adducta Treveros, sub S. Irmina monasterium Horreense rexerit ut priorissa, et in Horreo sepulta nunc colatur ut sancta; eadem forte etiam post S. Irminam abbatissam egerit et die 6 octobris vita functa sit. Secunda autem eaque, ut vero simile est, S. Modoaldi neptis, praelaturam gesserit in Sancti Symphoriani monasterio, quod a S. Modoaldo fundatum esse constat, ibique S. Gertrudem sibi apparentem conspexerit; illa die 4 novembris obierit. Haec sollerter quidem, at frustra, excogitata esse, quae in hac paragrapho disputavimus, satis ostendunt. Quae vero discrepantia in designando die emortuali Modestae subinde deprehenditur atque ad adstruendam duarum Modestarum exsistentiam urgetur, hanc ex mero Trithemii errore, ex mero, inquam, lapsu calami originem ducere infra ostensuri sumus (6).

aut duas exstitisse Modestas.

D

§ III. De cognatione S. Modestae; de ipsius initiis in vita monastica; de S. Chlodulfi episcopatu Treverensi.

De cognatis S. Modestae

26. Praecipuis et difficilioribus quaestionibus expeditis, reliquum est ut cetera, quae ab antiquis scriptoribus vel a recentioribus de sancta nostra prolata sunt, paucis ventilemus. Vidimus Modestam in prima recensione Gestorum Treverorum dici filiam Dagoberti I; quod assertum ab auctore prolatum, qui saeculis plus quinque a tempore sanctae remotus est, non solum indignum est in quo examinando aliquis diutius immoretur, sed et manifeste, ut diximus (7), falsum est. Modoaldi autem sorore Modestam natam esse tradit bulla spuria Leonis III, cui adhaesit tertius recensor Gestorum Treverorum. Hanc parentelam nec affirmare ausim, nec negare volo. Affirmant quidem recentiores historici vix non omnes; cui sententiae illud aliquatenus favere quibusdam videtur, tum quod Modoaldus Horreense coenobium, ut probabile est, condidit, tum quod S. Gertrudis avunculus fuisse idem sanctus episcopus dicitur; dicitur autem in ipsius Vita a Stephano abbate Sancti Iacobi Leodiensis († 1112) composita (8), quae sublestae fidei est; et in eadem ceteroqui Vita duae dumtaxat Modoaldi sorores nominantur, Itta et Severa, quarum profecto neutra Modestae mater fuit.

nonnulla passim traduntur

E

vel non satis certa

27. De his proinde omnibus, ut cum Henschenio dicam (9), an et quantum credi possit in antiquiorum silentio, iudicet lector. Prorsus autem reiciendum est quod secundus Gestorum Treverorum recensor, valde caute quidem, tradit: (Modesta) ab aliquibus soror beati Willibrordi fuisse putatur (10). Biennis nempe erat S. Willibrordus vitamque in Northumbria agebat, cum anno 659 Treveris Modestae apparebat S. Gertrudis. Sed pudet huiusmodi nugas refutare; et tamen a non paucis recentioribus fabula illa recepta est et venditata; quin etiam fuerunt, qui incunctanter Modestam simul et Modoaldi neptem, et Willibrordi sororem praedicarent (11). Reiciendum etiam quod dicit Iohannes Malburnius (12), Modestam S. Gertrudis neptem fuisse; consobrinam dumtaxat eam illi dicent, qui S. Modoaldum putant fratrem fuisse tum S. Ittae, tum matris S. Modestae. Hactenus de sanctae nostrae propinquis. De vita eius monastica quaedam etiam vulgo tradunt, quae, ad trutinam sunt vocanda.

vel plane falsa.

F

Incerta etiam

28. Legitur nempe in Gestorum Treverorum secunda et tertia recensionibus S. Modesta, antequam Horreo praeesset, alumna fuisse coenobii Montis Romarici sive Habendensis; quin eandem abbatissam Habendensem egisse voluit Henschenius (13). Esto monialis ibidem fuerit, quamquam tutiora et antiquiora testimonia iure postulamus; sed his nequeo assentiri, qui tam exiguo documento multa audacter superstruunt: Modestam nimi-

(1) *Hist. dipl. Trev.*, tom. I, p. 87, not. — (2) *Prodromus hist. Trev.*, tom. I, p. 367. — (3) Vide *Officia propria ecclesiae Trevirensis* ed. an. 1706, 1849... — (4) *Annales Trevirenses*, annot. XIII, num. 12 (tom. I, p. 610). — (5) A. Wion, *Lignum Vitae*, parte II, pp. 333 et 361; Arturus du Monstier, *Sacrum Gynecaeum*, pp. 392 et 439-40; Bucelinus, *Menologium Benedictinum*, pp. 692-3 et 756; Papebrochius in *Act. SS.*, Apr. tom. II, propyl. ant. p. v, num. 21; Smetius in *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 185, num. 28; A. J. L(iehs), *Leben und Thaten der Heiligen deren Andenken im Bisthum Trier gefeiert wird*, Fortsetzung (1861), pp. 283-6 et 292-4. Cfr. Cointius, *Annales eccl. Franc.*, ad an. 724, num. XI (tom. IV, p. 746). — (6) Num. 35. — (7) Siquidem Dagoberto I nullae fuerunt filiae; vide supra, p. 304 num. 16 — (8) *Act. SS.*, Maii tom. III, p. 52, num. 4. — (9) Ibid., p. 54, annot. *b*. — (10) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 160, lin. 20. — (11) V. g. Bruschius *Chronologia monasteriorum Germaniae*, p. 272. — (12) Loco citato supra, p. 303, not. 9 — (13) Vide supra num. 7.

rum

A *rum a SS. Amato et Romarico velum accepisse ; eandem tantum inter socias excelluisse, ut brevi digna iudicata sit, quae ad ducendam in Horreum Treverense instituti sui coloniam emitteretur, etc...* (1). *Iam vero ex hac, quae fertur,* S. Modestae *ab Habendensi monasterio ad Horreum migratione, conati sunt nonnulli quaedam ulterius colligere : nempe cum sub regula S. Columbani constitutum fuisse credatur Romaricense coenobium, inde argumentum desumpserunt illi, ut ostenderent eidem regulae addictas fuisse tum Horreenses moniales, utpote Habendensis parthenonis propaginem, tum etiam Nivialenses, quia scilicet tradit auctor Virtutum S. Gertrudis istam* aequalem *cum S. Modesta* servitutis militiam baiulavisse (2). *Sed timeo ne haec in vacuo vel in arena fundata sint. Nec firmiore certe fundamento nisus est Iohannes Malburnus* (3), *cum pronuntiavit ab initio in Horreensi monasterio canonicarum regulam esse introductam ; quem alioqui aut quam ille non facit canonicum aut canonicam regularem ? Inanem controversiam de prima, quae in Horreo observata sit, regula, monumentis deficientibus,* B *movere non placet ; non tamen abs re erit illud saltem obiter commemorare, scilicet mox laudata Virtutum S. Gertrudis verba paene ad litteram exscripta esse ex regula S. Benedicti* (4) ; *unde aliquis conicere potest, iam ipso saeculo VII, quo exeunte scribebat auctor Virtutum, regulam benedictinam tum in Nivialensi, tum in Horreensi coenobio esse observatam. Qui cetera monasterii fata cognoscere cupiat, apud domesticos historicos explicata inveniet* (5).

et futilia sunt partim quae narrantur

de ipsius in monasterio Habendensi conversatione.

29. *Solebant etiam inquirere, qui de* S. Modesta *vel de initiis monasterii Horreensis egerunt, quisnam fuisset episcopus ille, cui suam visionem aperuisse* Modesta *perhibetur. Hunc sanctae nostrae consiliarium prima recensio Vitae Virtutumque S. Gertrudis, qualis quidem ad nuperrima usque tempora in omnibus editionibus legebatur, dicebat* civitatis episcopum nomine Chlodulfum (6) ; *quem locum auctor* Libelli de rebus Treverensibus *ita exhibet :* episcopus civitatis nomine Lûdolfus; *Vita vero Gertrudis altera, quam ineditam diximus, seu recensio* D : ipsius civitatis episcopus Chlodulfus nomine, *et recensio* C : eiusdem civitatis episcopum Clodulfum, *additque haec illum* C invitante necessitate monasterii *et pro* utilitate loci *Modestam adiisse. Surius vero " mutato stilo" recensionem primigeniam repraesentans incunctanter scripserat* Trevirensis episcopus Clodulphus. *Hac igitur de re non exigua exorta est controversia ; quae licet omnino iam dirempta videatur, ex quo nempe laudatus v. cl. B. Krusch nuper tandem antiquissimae Vitae S. Gertrudis editionem, ut aiunt, criticam primus paravit, attamen neque inutile neque iniucundum fore putamus si tres, quae de sancto illo Chlodulpho olim propositae sunt sententiae sive coniecturae, paucis recolamus.*

Chlodulfus episcopus,

qui Treveris S. Modestam *allocutus est,*

30. *Finis, inquiebam, diuturnae liti impositus iam est, et quidem unico verbulo : genuinum enim Virtutum S. Gertrudis textum, qui ubique antea in libris editis mancus erat, ita legendum esse constat :* civitatis Mettensis episcopus nomine Chlodulfus venit ad monasterium praedictae famulae Dei Modestae (7). *Iam vero nil miri in eo est, quod episcopus quidam Mettensis, cum aliquando quapiam ex causa Treveris versaretur, monasterium Horreense adierit. Nihil siquidem amplius tradit textus authenticus supra recitatus ; quod autem in recensione* C *Virtutum Gertrudinarum dicitur, Chlodulfum ideo in Horreensem parthenona venisse, ut res aliquas ibi ordinaret componeretve, hoc a recensione* A *prorsus abest, recensor vero* D, *licet aliquid immutet, id tamen dumtaxat asserit, Chlodulfum* causa visendi *Modestam in Horreum se contulisse. Porro ut vero simile certe est id, quod tradit auctor primigenius* A, *ita huius narrationi facilius etiam acquiescent ii, qui* Modestam *S. Modoaldi neptem, istum vero avunculum S. Gertrudis autument ; aliqua enim necessitudine cum hac sancta familia coniungebatur S. Chlodulfus, utpote cuius fratri* E *Ansegiso nupta erat S. Begga, soror ipsius S. Gertrudis ac proinde Modoaldi, ut ferunt, neptis. Hic sane Chlodulfus erat, qui sanctae nostrae declarare posset* habitum vel speciem *S. Gertrudis, quam* Modesta *quidem, ut ex narratione paene coaeva constat* (8), *numquam viderat.*

AUCTORE A. P.

notus ille est

Mettensis antistes ;

31. *Haec autem, utut captu facilia, intellexisse tamen non videntur, qui postea scripserunt, plerique auctores antiqui : alii enim, ut retractatores* C *et* D *Virtutum Gertrudinarum, Chlodulfum episcopum Treverensem fuisse satis diserte innuunt ; alii apertius etiam loquentes ita eum Treverensem episcopum exstitisse narrant, ut praeter Mettensem cathedram ecclesiam etiam Treverensem aliquando nactus sit gubernandam. Quod ut eis in mentem veniret, id saltem magna ex parte contulisse credo, quod amanuensis quidam, cum primigenium textum* A *Virtutum S. Gertrudis transcriberet, nec facile caperet quomodo Mettensis episcopus Treverense monasterium visitatum ivisset, id sibi sumpsit ut verbum* Mettensis, *utpote quod falsum putabat, omitteret. Rem sane miram, non solum omnes editiones ante Kruschianam hac, ut diximus, voce carent, sed nullus etiam videtur esse* F *codex manuscriptus, si solum antiquissimum, Montepessulanensem nempe, excipimus, in quo eadem legatur. Omissa siquidem certe est in omnibus antiquis exemplaribus quae reperire potui* (9), *in Sangallensi dico num. 566, qui saec. IX/X exaratus est, in Parisinis bibl. nat., lat. 11748 (saec. X), 5318 et 16732 (saec. XII), in Monacensibus lat. 4618 et 18854 (saec. XI), in Bruxellensi ser. II, num. 984 (saec. XI), tum etiam in codice quem saec. XI legebat auctor* Libelli de rebus Treverensibus (10).

quem Treverensi etiam ecclesiae praefuisse

32. *Nihil porro mirari debemus si recentiore*

(1) Ita Lectiones propriae de S. Modesta a P. F. Chiffletio conscriptae (exemplar autographum conservatur in codice Bruxellensi 8982, fol. 142) et anno 1657 typis mandatae in *Officiis propriis insignis ecclesiae S. Petri Romarici montis*, p. 111-4 ; Guinot, *Étude sur l'abbaye de Remiremont* (1859), p. 28. — (2) Vide supra, num. 3. — (3) Vide supra p. 303, not. 9. — (4) Cap. 2 : *aequalem servitutis militiam baiulamus.* — (5) Videsis v. g. Marx, *Geschichte des Erzstiftes Trier*, Abth. II, Bd. I, p. 464-7. — (6) G. a Ryckel, *Vitae S. Gertrudis narrationes tres* (1632), p. 21 et *Historia S. Gertrudis* (1637), p. 14 ; Henschenius in *Act. SS.*, Mart. tom. II (1688), p. 597, num. 10; Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II (1669), p. 468, cap. 2; Smetius in *Act. SS. Belg.*, tom. III (1785), p. 156, num. 10. — (7) Krusch in *MG.*, l. c. p. 465, num. 2. — (8) Vide supra num. 3 : *oculorum obtutibus inter se videre non quiverant.* — (9) Nescio quo casu factum sit ut in adnotandis variis lectionibus de hac omissione prorsus siluerit amicus noster Krusch. Adhibuit nempe ille praeter codicem Montepessulanensem, etiam codices Sangallensem 566, Parisinum lat. 11748, Monacensem lat. 4618; in quorum nullo vox *Mettensis* scripta legitur. Conicio aliquid hoc loco in typothetarum manibus excidisse. Prorsus enim impertinens est sola varia lectio *x* quam ad vocem *Mettensis* adnotat Krusch (l. c., p. 465, lin. 47), eaque manifeste unice referenda est ad vocem *narravit* (ibid., lin. 52); ibi enim reapse in codice A. 1 (= Montepessulanensi) addita est vocula *ei*, quae nequaquam addita est post verbum *Mettensis*. — (10) Vide *MG.*, Scr. tom. XIV, p. 105, lin. 20 et 30.

etiam

AUCTORE A. P.

perperam commenti sunt multi,

etiam tempore viri historici non pauci longiusculis subinde disputationibus inquisiverint utrum, quando, quomodo Chlodulfus ille fuisset episcopus Treverensis. Nonnulli nempe hoc loco S. Chlodulfum Mettensem quidem episcopum designari intellexerunt, at qui, sive servata sive relicta sede Mettensi, factus esset archiepiscopus Treverensis; cui sententiae favebant sane quadantenus textus Virtutum S. Gertrudis, quales eos ex tribus recensionibus A, C, D *exscripsimus supra* (1); *concinebant prorsus Vita S. Basini extremo saeculo XI composita* (2), *secunda et tertia recensio* Gestorum Treverorum (3) *et* Gesta Boemundi (4); *ast contra faciunt tum recens horum documentorum aetas, tum turpes qui in illis deprehenduntur errores chronologici* (5), *tum quod in catalogis episcoporum Treverensium, qui quidem supersunt, nullus apparet Chlodulfus, tum alia argumenta quae passim afferunt qui hac de re disquisiverunt multi. Sed quicquid est, atque etiam si Chlodulfus aliquando Treverensem possederit cathedram, quod ceteroqui minime concedimus, non tamen probatum esset ipsum eo tempore illam possedisse, quo*
B S. Modestae *apparuit Gertrudis. Hanc anno 659 mortuam diximus; sunt qui annum 664, perperam quidem, propugnaverint; esto: at asseri nequit tum iam obiisse Numerianum, qui Treverensem ecclesiam inde ab anno circiter 640 regebat. Multum enim abest ut demonstratum sit inter documenta spuria ablegandum esse privilegium Numeriani a Mabillonio* (6) *posteaque a multis editum, quod anno circiter 666 datum est* (7).

dum alii non Chlodulfum,

33. *Eodem privilegio, si quidem authenticum est, potest redargui secunda sententia, eorum nempe qui asserunt episcopum illum, cui visionem suam* Modesta *patefecit, non Chlodulfum fuisse, sed Hildulfum quendam Treverensem, ut volunt, archiepiscopum* (8). *Esto enim, quod probare conantur viri quidam docti* (9), *ceteris vehementer refragantibus* (10), *locum Hildulfo dandum esse in Treverensium episcoporum serie, quem locum in antiquissimis catalogis minime obtinet, attamen saltem post annum 666, nimirum post Numerianum, reponendus esset* (11), *aliquot porro post annos quam* Modestae *apparuerat S. Gertrudis; nisi acquiescere velis levissimae sane coniecturae Friedrichii* (12), *qui opinatur auctorem Virtutum S. Gertrudis,*
C *cum rescivisset* Modestam *usque ad praesulatum Hildulfi vitam protraxisse, hunc Hildulfum etiam in referendis rebus, quae ante praesulatum illum acciderant, absque cunctatione narrationi suae interposuisse.*

sed Hildulfum episcopum Treverensem

S. Modestam *invisisse*

34. *Sed etiamsi ostensum esset et Hildulphum fuisse archiepiscopum Treverensem, et anno circiter 659 fuisse, nequaquam tamen staret haec*
secunda sententia: auctor enim suppar Virtutum D *Gertrudinarum in codice antiquissimo Montepessulanensi non Hildulfum Treverensem, sed Chlodulfum Mettensem totidem verbis designat. Quae genuina huius loci lectio certam inconcussamque effecit tertiam sententiam, quae, etiam antequam textus ille cognosceretur, probaverat se Bollando* (13), *Henschenio* (14), *Papebrochio* (15), *Mabillonio* (16), *Smetio* (17), *aliis:* Modestam *scilicet cum S. Chlodulfo Mettensi, qui qualibet de causa Treveris praesens aderat, de obitu S. Gertrudis collocutam esse. Neque, ut vidimus, aegre explicatur quomodo factum sit ut simplicem adeo veritatem tot tamdiu tenebrae obnubilaverint. Quid de tota re sentiendum esset, ante plus ducentos annos praeclare odoratus erat vir emunctae naris Daniel Papebrochius, cuius verba referre non piget: " Sane ", inquit l. c., " quam facile Crodulphus iste potuit " ob sua quaedam negotia tunc fuisse Treviris, " tam facile labi potuit aut scriptor Nivellensis in " Belgio, existimando eum qui episcopus erat, et " cui haec Treviris narrabantur, fuissse ipsius " Trevirensis civitatis episcopum; aut scriptae ab " illo Vitae transcriptor, omittendo vocem* Metensis, E *" de qua dubitabat an non esset per errorem scri" pta pro* Trevirensis. *" Transcriptorem utique, non Nivialensem scriptorem errasse iam certum est.*

falso opinabantur.

Obiit Modesta

post medium saeculum VII

35. *Quo anno Modesta obierit, prorsus ignoramus; unum novimus, eam anno 659 iam satis matura aetate fuisse* (18). *Sicubi vero recentiores quidam eam anno 680 vel 710 vel alio intermedio mortuam dictitant, hae merae coniecturae sunt, quas ideo dumtaxat induxerunt illi, ut rationem haberent Irminae illius Horreensis abbatissae et suppositiciae Dagoberti filiae. Dies emortualis, si antiquiora martyrologia et kalendaria sequeris, assignandus est pridie nonas novembres; quod diserte asseritur in codice* Gestorum Treverorum *saeculo XIV exarato* (19). *Aliqui tamen recentiores diem 6 octobris indicant* (20); *quin etiam sunt, ut diximus* (21), *qui diversitate illa in designando die natali* Modestae *abutuntur, ut duas Modestas fingant, quarum altera die 4 novembris, altera die 6 octobris defuncta sit. Atqui hi omnes posteriores sunt Trithemio et ab eo in errorem inducti esse videntur. Trithemius enim, qui unam dumtaxat Modestam nominat, eandem* pridie nonas octobris *coli refert* (22); sed, *ita ad rem Bollandus,* (23) F " pridie nonas novembris " non " octobris " videtur scribere voluisse; quod alii tamen temere secuti sunt. *Subest igitur merus lapsus calami, et interroganti Chiffletio:* Cur, quaeso, duobus illis diebus colitur S. Modesta? (24) *reponendum est* Modestam *die 6 octobris minime coli.*

et quidem, ut ferunt, die 4 novembris.

(1) Num. 29. — (2) *Act. SS.*, Mart. tom. I, p. 318, num. 13. — (3) *MG.*, Scr. tom. VIII, p. 161, lin. 50. — (4) Ibid., tom. XXIV, p. 469, lin. 37. — (5) Sic Chlodulfum, qui certe an. 693 diem obierat, successorem dicunt Liutwini, qui circa an. 713 mortuus est! — (6) *Ann. O. S. B.*, tom. I, p. 696. — (7) Privilegii huius authentiam a multis viris etiam egregiis, ut est Th. Sickel, negatam, nuper propugnavit post alios quosdam v. cl. Carolus Pfister, *Les légendes de saint Dié et de saint Hidulfe* in *Annales de l'Est*, tom. III, p. 379-95. Neque feliciter cessit inceptum, quamquam fatemur non omne dubium esse remotum. Videsis quae scripsi in *Université catholique*, tom. IV, p. 287-8. — (8) Ita Calmet, *Hist. de Lorraine*, tom. I, col. 417. — (9) Calmet, l. c.; Friedrich, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 197 et 204-8. — (10) Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. I, p. 467-8; F. X. Kraus, *Die ältern Bischofskataloge von Trier* in *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande*, tom. XXXVIII (1865), p. 42; C. Pfister, l. c., p. 400-5. Cfr. tamen pp. 405, 407, 587, quibus locis Pfister Hildulfum dicit chorepiscopum Treverensem, at qui circa initium saeculi VIII vixerit. — (11) In recentioribus catalogis, qui soli Hildulfum recensent, post Milonem dumtaxat, h. e. medio scilicet saeculo VIII insertus ille est. Cfr. *MG.*, Scr. tom. XIII, p. 300 — (12) Op. cit., p. 208. — (13) In commentario de S. Modesta, num 9; vide supra p. 303, num. 15. — (14) *Diatriba de tribus Dagobertis*, lib. II, cap. 12 (p. 116-7). — (15) *Act. SS.*, Apr. tom. II, propyl. ant. p. v, num. 21. — (16) *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 468, annot. *m.*; *Annales O. S. B.*, lib. XIV, num. 59 (tom. I, p. 447). — (17) *Act. SS. Belgii*, tom. III, p. 185-6. — (18) Vide supra, p. 305, num. 23. — (19) Apud Wyttenbach, *Gesta Trev.*, tom. I, p. 68, annot. *c.* — (20) Hier. Dungersheim, *De laudibus sanctae Scholasticae* (Lipsiae, 1515), cap. v; cfr. *Act. SS.*, Febr. tom. II, p. 411, num. 30; Saussaius in *Martyrologio Gallicano*, ad diem 6 octobris; Dion. Sammarthanus, *Gallia christiana*, tom. XIII, col. 613. — (21) Vide supra, p. 304, num. 18. — (22) *De viris illustribus O. S. B.*, lib. III, cap. 143. — (23) Comment. hist. de S. Modesta, num. 2. — (24) In litteris de quibus supra, p. 303, not. 13.

§ IV.

AUCTORE A. P.

§ IV. De cultu ecclesiastico S. Modestae.

Honores ecclesiasticos

36. *Antiquissimum* S. Modestae *cultum probant litaniae binae Treverenses saeculo X descriptae; quarum alterae* (1) *ad calcem psalterii Sanmaximiani Treverensis leguntur, quem codicem in bibliotheca nostra asservamus, alterae* (2) *reperiuntur in celebri codice Cividalensi, quem* " *Psalteriu m Gertrudianum* „ *nuncupare solent* (3) : *in utrisque nimirum* Sancta Modesta *inter sacras virgines recensetur* (4). *Eandem cultus sanctae nostrae exhibiti antiquitatem inde colligere est, quod cum anno 952 dedicarentur cryptae monasterii Sancti Maximini Treverensis,* in inferiori cripta ... positum est altare in honore sanctarum virginum, in quo sunt reliquie sanctae Felicitatis, de corpore sanctae Agnetis, sanctae Caeciliae, sanctae Luciae, sanctae Walgisgae, sanctae M o d e s t a e, *etc...* (5). *In ecclesia autem Sancti Simeonis Treverensis, postquam eam anno 1097 post incendium et ruinam restituerat Egilbertus archiepiscopus* (6), V kalendas februarias dedicatum est sinistrum altare in honorem sanctae Gertrudis virginis, Reparate virginis,... M o d e s t e virginis, Irmine virginis, Agnetis martiris et omnium sanctorum (7).

inde saltem a saeculo X

adepta est S. Modesta

37. *De incrementis autem et perseverantia huiusce cultus ut distinctum aliquid et omnibus numeris absolutum proponamus, desunt nobis in praesentiarum documenta idonea. Contenti igitur erimus, quod ceteroqui pro rei momento satis erit, hic in unum quae passim ea de re nobis occurrerunt, colligere. Inscriptam nempe offendimus* S. Modestam *ad hanc diem 4 novembris in libris liturgicis 1) Treverensibus, nimirum in martyrologio Horreensi manuscripto, ut testatur Bollandus* (8); *in supra dicto psalterio nostro, olim Sanmaximiano, fol. 6*[vo]*, ubi, quamquam id indicare omisit Hontheimius* (9), *nomen* Modestae *additum est manu saec. XI-XII; in parvo psalterio saec. XI*(10); *in missali quodam saec. XII* (11); *in martyrologio abbatiae Sancti Martini Treverensis saec. X, in quo tamen manu duntaxat posteriore additum est hoc nomen* (12); *in libro hebdomadali ecclesiae Sancti Simeonis saec. XIII* (13); *in missalibus excusis an. 1480 et 1547* (14); *2) Traiectensibus nempe Trai. inferioris, scilicet in missali quod in bibliotheca nostra conservamus, quodque saeculo XV exaratum est; in aliis missalibus an. 1497, 1507, 1514 et 1540 atque in breviariis an. 1508 et 1512 excusis, etc...* (15); *3) Polonico, in breviario nempe manu scripto saec. XV* (16); *4) Romaricensi, nimirum in* Officiis propriis insignis ecclesiae S. Petri Romarici Montis, *anno 1657 Divione excusis* (17).

in diocesi praesertim Treverensi;

in qua etiamnum colitur.

38. *Omitto libros recentiores, ut sunt interpolatae Usuardi editiones aliaque id genus opera, quorum plurima citari possunt; ex quibus solum nominabo martyrologium Romanum, in quo ad hanc eandem diem legitur :* Treviris sanctae Modestae virginis. *Postridie autem* Modestam *referunt* (18) *codex Camberiensis martyrologii Usuardini interpolati, Maurolycus et, si fides sit Hontheimio* (19), *kalendaria Treverensia saeculi XV et seq. Quod utrum ille vere dixerit, quadantenus ambigo; certe* Lectionarium de sanctis quibusdam Treverensis officii, *quod anno 1645 typis excusum est, haec in kalendario ad diem 4 novembris exhibet :* Treviris, S. Modestae virginis Trevirensis. *Quod autem idem Hontheimius* (20) : " (Modesta) *in moderni* „ *breviarii lectione quinta die 20 iulii ad sponsum* „ *migrasse (perperam, ut puto) dicitur* „ *id neque plane verum esse crediderim. Siquidem in propriis et in kalendariis Treverensibus saeculi XVIII et XIX, quae inspicere licuit, iam ad diem 4 novembris non amplius utique nominatur* Modesta, *de ea autem commemoratio fit die vicesima iulii simul et de SS. abbatissis Severa, Anastasia, Glodesinda; ast auctor lectionis quintae nequaquam hanc diem tamquam* Modestae *emortualem assignat, sed errorem Trithemii secutus eam* " *pridie nonas octobris migrasse in caelum* „ *asserit* (21). *Nuperrime tandem* Proprium officiorum dioecesis Treverensis, *quod iussu reverendissi mi episcopi Michaelis Felicis Korum reformatum atque a sede apostolica approbatum, anno 1888 typis excusum est, ad diem 20 iulii de* Modesta *prorsus tacet, at festum ipsius die 5 novembris celebrandum indicat sub ritu semiduplici; sanctam tamen pridie nonas novembres obiisse in lectione quarta docet.*

De reliquiis S. Modestae.

39. *Ad gloriam sanctae nostrae postumam id etiam pertinet, quod eius sepulcrum tempore Hontheimii in separato sacello abbatiae S. Irminae ad Horrea cum veneratione visebatur* (22). *Ecclesia autem illa anno circiter 1770 diruta est, novaque exstructa* (23), *in qua nec sacellum, neque altare ullum exstat* S. Modestae *sacrum. Antiqua autem abbatia Horreensis* " *sub regimine gallico per legem consularem de die nona iunii 1802*

(1) Earum pars, quae ad Treverensem ecclesiam pertinet, edita est a v. cl. F. X. Kraus in *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande*, tom. L-LI (1871), p. 215. Cfr. Hontheim, *Prodromus*, tom. I, pp. 367, 379. — (2) Editae a Fr. Althano, *De calendariis* (1753), p. 305-20. Nomen Modestae legitur p. 318. — (3) De eo videsis Laur. a Turre, *De duobus psalteriis Foroiuliensibus* apud A. Fr. Gorium, *Symbolae litterariae*, tom. IX (1752), p. 179 sqq.; Althanum, l. c., p. 86 sqq., et Archivum Pertzii, tom. XII, p. 679. — (4) Comparet etiam sancta nostra in litaniis saeculo XI/XII descriptis in psalterio quodam Hasteriensi (Lechner, *Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien*, 1891, p. 225. Cfr. supra p. 296, not. 3). — (5) Cfr. *Bibl. de l'École des Chartes*, tom. XLV (1884), p. 579-80. — (6) Beyer, *Urkundenbuch zur Gesch. der mittelrh. Territ.*, tom. I, p. 447; cfr. Sauerland, loc. mox citando, nota 1. — (7) Sauerland, *Trierer Geschichtsquellen des XI. Jahrhunderts* (1889), p. 37 — (8) Num. 2 commentarii historici de S. Modesta. — (9) *Prodromus*, tom. I, p. 378. — (10) Ibid., p. 392. — (11) Cod. Vindobon. bibl. caesar. 1836, olim theol. nr. 403. — (12) *Martyrologium Trevirense* in *Anal. Boll.*, tom. II, p. 30. — (13) Hontheim, *Prodromus*, tom. I, p. 406. — (14) Cfr. H. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters*, tom. II (1892), p. 191. — (15) Cfr. Grotefend, op. cit, p. 196. — (16) Cod. Vindobon. bibl. caesar. 1842, olim theol. 422. — (17) Antiquo autem tempore in Romaricensi coenobio non colebatur S. Modesta. Tacent saltem de ea libri liturgici Romaricenses, quos quidem manibus volvimus, missalia nempe saec. XI (cod. Parisin., bibl. nat. lat. 823) et saec. XV (ibid., lat. 14283), breviarium saec. XVI (ibid., lat. nov. acquis. 1545), martyrologium saec. XIV (ibid., nov. acquis. 349) et processionale saec. XV (cod. bruxell., bibl. reg. ser. II, num. 265, nimirum in litaniis longioribus, quae leguntur fol. 83-4, et quae bene longam seriem exhibent sanctarum virginum; cfr. etiam litanias breviores fol. 45 et 88). — (18) Aliis etiam diebus, nempe 19 martii, 12 augusti et 6 octobris, Modestam commemorant scriptores quidam recentiores, quorum nulla est hac in re auctoritas. Videsis *Act. SS.*, Mart. tom. III, p. 4a; Aug. tom. II, p. 699e; Oct., tom. III, p. 260c; cfr. etiam supra p. 308, num. 35. — (19) *Prodromus*, tom. I, p. 367. — (20) Ibid. — (21) Ita saltem officia propria edita an. 1706, 1849. — (22) Hontheim, *Prodromus*, l. c. — (23) J. Hansen in *Treviris oder Trierisches Archiv für Vaterlandskunde*, tom. II (1841) pp. 256 et 266. Cfr. A. J. L(iehs), *Leben und Thaten...* Fortsetzung, p. 293, ubi tamen rem anno 1760 gestam esse perperam scribitur.

suppressa „

AUCTORE A. P.

suppressa (1) „ *iam ptochotrophium facta est* (2), *in quo nullum amplius deprehendere est vestigium cultus sanctae nostrae exhibiti. Tradunt incolae reliquias sacrae virginis pridem translatas esse in ecclesiam Sancti Matthiae, in qua nunc inter plurima, quae ibi pie servantur, sanctorum ossa, repositae sunt.*

De Vita ipsius. 40. *Tandem monere iuvat, quamquam elenchi codicum manuscriptorum id subinde docere videntur, nullam antiquitus scriptam esse* S. Modestae D *Vitam, quae saltem ad nos pervenerit. Quae enim in codicibus v. g. Bruxellensi bibl. reg. 8932* (3), *Parisino bibl. nat. lat. 5593, Zwettlensi 15* (4), *Monacensi lat. 27127* (5) *inscribitur* Vita S. Modestae, *ea nihil aliud exhibet praeter vel integrum textum vel saltem partem sat magnam Vitae et Virtutum S. Gertrudis* (6).

(1) Ita narratio quaedam cui titulus *De monasterio sanctimonialium virginum in Horreo*, ed. a J. Hansen in *Treviris*, tom. II, p. 266. Ibidem, p. 265 reliquiae S. Modestae recensentur inter " reliquias huius ecclesiae aestimatiores „. — (2) Id decreto diei 9 octobris an. 1804 constitutum est. Cfr. J. Hansen in *Treviris*, tom. I (1840), p. 184. — (3) Fol. 147-9. Cfr. Archivum Pertzii, tom. VIII, p. 522. In capite huius apographi notaverat Bollandus : *Accepi, ut puto, Treviris.* — (4) Cfr. Archivum Pertzii, tom. VIII, p. 724. — (5) Cfr. *Catal. codd. lat. bibl. reg. Monacensis*, tom. II, parte IV (1881), p. 246. — (6) Codices Brux., Paris., Monac. ipsi inspeximus ; de Zwettlensi vide *Xenia Bernardina*, parte II, tom. I (1891), p. 308. De Parisino cfr. iam nostrum *Catal. codd. hag. bibl. nat. Paris.*, tom. II, p. 495, 4°.

B

DE SANCTO TIGERNACO

E

ANNO DCCCX. C. D. S.

ABBATE IN HIBERNIA

De S. Tigernaci cultu, 1. *In martyrologio Mariani Gormanni annuntiatur ad diem 4 novembris* Tigernach mind, *id est* Tigernacus corona, *et secunda manu additum est* [de] Doire-Melle (1). *Inde martyrologium Dungallense ad eandem diem :* Tigernacus de Doire-Melle, cuius mater vocabatur Mella, quae mater quoque fuit Cainnechi presbyteri. *Nulla alia martyrologia* Tigernacum *memorant.*

parentibus, 2. *Ex martyrologio Dungallensi non solum* S. Tigernaci *matrem novimus, sed ex eodem atque ex martyrologio Mariani etiam patrem eius. Is enim nominatur in memoria S. Cainnechi presbyteri, fratris eius, signata ad diem 31 ianuarii, ubi dicitur fuisse filius Uchilli seu Ua Chil. Denique et quodnam ipse monasterium rexerit (nam coenobium Doire-Melle, ut mox dicemus, exstruxit matri suae), et quo anno obierit, indicant Annales Quattuor Magistrorum ad annum 805 (seu rectius 810, ut* C *monet recentior horum Annalium editor Iohannes O'Donovan), ubi haec leguntur :* Caithnias... et Tigernacus, a quo coenobium de Doire-Melle constructum fuit, abbas de Cill-Achaidh,... obierunt (2).

historia, 3. *Vix quicquam praeterea nos docet brevis legenda S*[ae] *Mellae, quam edidit Iohannes Colgan* (3), *his verbis concepta :* Floruit in septentrionalibus Connaciae finibus, circa saeculi octavi medium, femina geminis liberis inter divos relatis et vita postea sanctissime instituta vere beata. Haec marito orbata, filiorum, quorum uni nomen erat Cannechus, alteri Tigernachus, pium exemplum et virtutes imitata, studuit Christo, sanctimonialium habitu suscepto, reliquum vitae consecrare. Filius autem ipsius S. Tigernachus monasterium erexit ad marginem lacus vulgo Loch-Melge in finibus inferioris Breffiniae et dioecesi Killmorensi : quod exstructum matri regendum reliquit, et ipse ad alium * migravit monasterium Kill-Acaidh appellatum : in quo abbatis perfunctus munere, vita defunctus est anno salutis 805, die 4 novembris, quo et eius natalis celebratur. Mater vero eius Mella in illo a filio exstructo coenobio munus abbatissae annis pluribus exercuit ; quod proinde ex eius nomine coepit Doire-Melle, id est Quercetum sive Roboretum Beatae Mellae, appellari. F

* sic.

monasterio. 4. *Loca* Doire-Melle *et* Cill-Achaidh, *in citatis documentis indicata, iam his vocabulis nota non sunt ; sed et ubi hic posterior situs fuerit ignoratur* (4). *Coenobium vero Doire-Melle aiunt exstructum fuisse in vico qui hodie nuncupatur Rossinver, in baronia Rossclogher, comitatus Leitrim* (5).

(1) Cod. Brux. 5100-4, p. 119. — (2) Ed. O'Donovan, tom. I, p. 414. — (3) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 796 (31 Martii). — (4) Cfr. O'Donovan, *Ann. Quatt. Mag.*, p. 415, not. *h*; O'Hanlon, *Lives of the Irish saints*, tom. III, p. 1030. — (5) O'Donovan, ibid., not. *g*; Lewis, *Topographical Dictionary of Ireland*, tom. II, p. 537.

DE

A D

DE S. IOANNICIO

MONACHO IN BITHYNIA

COMMENTARIUS PRAEVIUS

J. V. D. G.

ANNO DCCCXLVI.

§ I. De S. Ioannicii cultu ecclesiastico.

Celebris valde S. Ioannicius laudatur in menologio Basilii

1. S. Ioannicium, *abbatem in Bithynia celeberrimum iure merito a Papebrochio nostro* (1) *nominatum esse, cuilibet eius Acta legenti patebit. Etenim tum propter egregiam sanctitatem, tum propter magni momenti eventus in quibus versatus partes haud spernendas egit, maxime ad coaevorum animos contra iconomachorum imperatorum vexationes confirmandos, humilis iste monachus, inter tot tamque inlustres ecclesiae graecae viros, principem locum obtinuit. Ideo multa veneratione prosecuti sunt, praesertim Graeci et Slavi, eius sanctam memoriam. Imprimis menologii Basilii* (2) *recitabimus elogium.*

Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου τοῦ θαυματουργοῦ.

B

Ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Ἰωαννίκιος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς χώρας Βιθυνίας ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου. Διὰ δὲ τὴν ἀνδρίαν αὐτοῦ ἐστρατεύθη εἰς τὴν τῶν ἐσκουβίτων στρατείαν καὶ ἠνδραγάθει ἐν πᾶσι πολέμοις, κατακόπτων τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος. Ἐν μιᾷ δὲ πολέμου γενομένου, ἰδὼν πολλοὺς τῶν συστρατιωτῶν σφαγέντας, καὶ λυπηθεὶς κατέλιπε τὴν στρατείαν, καὶ κατέλαβε τὸ τοῦ Ὀλύμπου ὄρος καὶ ἡσύχαζε. Εἶτα γνωρισθεὶς παρὰ συστρατιώτου τινος, φυγὼν ἀπῆλθεν ἐν τῷ τῆς Λυκίας ὄρει· ἐν ᾧ πολλὰ θαύματα ποίησας, δι᾽ ἀποκαλύψεως ἦλθεν εἰς τὴν μονὴν Ἐριστῆς, καὶ γίνεται μοναχός. Καὶ ἀπὸ ὄρους εἰς ὄρος μεταβαίνων ἐθαυματούργει, καὶ δαίμονας ἐφυγάδευεν, ἐδέξατο δὲ καὶ προορατικὰ χαρίσματα, καὶ βασιλέων μὲν ἀλλαγὰς προεῖπε καὶ πατριάρχων. Ἐξ οὗ καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν ἅγιον Μεθόδιον πατριάρχην, περὶ οὗ προεφήτευσε, μετὰ τρίτην ἡμέραν ἐκοιμήθη.

COMMEMORATIO SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNICII THAUMATURGI. E

Magnus pater noster Ioannicius ex Bithyniae regione oriundus fuit tempore Constantini Caballini imperatoris. Propter bellicam virtutem in excubitorum militia stipendia meruit, multisque cladibus gente Bulgarorum affecta, rem fortiter gessit. In quodam vero huius belli praelio cum versaretur, vidit multos commilitones mactatos; dolore perculsus deseruit militiam, conscensoque Olympo monte, solitariam vitam amplexus est. Deinceps vero a quodam suo quondam commilitone agnitus, fugam arripuit, donec in Lyciae monte constitit: ubi, multis editis miraculis, per visum monitus Eristae monasterium petiit, factusque est monachus. Ac de monte in montem transiens, prodigia patrabat, daemones vertebat in fugam, prophetiae etiam donum accepit et imperatorum commutationes praedixit atque patriarcharum. Inde, facto patriarcha Methodio, quem praenuntiaverat, tertiam post diem obdormivit.

Adeo contracta est haec ultima menologii sententia ut in manifestum errorem impingat. Ut enim postea ostendemus, S. Ioannicius *non tertio die* C *post Methodium factum patriarcham obiit, sed tertio die post praedictum Methodii obitum.*

et in synaxario

2. *Similis est, at explicita magis, formula quam exhibet synaxarium. Quam tradimus excerptam ex tribus antiquis synaxarii codicibus, iam saepius in hoc volumine citatis* (3), *qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi sub numm. 1590, 1592, 1594, nec non ex synaxario Sirmondi, nunc bibliothecae Berolinensis codice Phillippico num. 1622, fol. 70v-71r. In recensendis variis lectionibus notabuntur hi codices num. 1, 2, 3, 4.* F

Οὗτος ὁ μακάριος γεννᾶται τὸ τέταρτον ἔτος [1] τῆς [2] τοῦ Κοπρωνύμου Λέοντος [3] τυραννίδος, χώρας μὲν φὺς τῆς τῶν [4] Βιθυνῶν ἐπαρχίας [5], κώμης τῶν Μαρυκάτων [6], πλησίον Ἀπολλωνιάδος κειμένης λίμνης, πατρὸς μὲν Μυρισικοῦ [7], μητρὸς δὲ Ἀναστασοῦς. Οὗτος [8] εἰς μέτρον ἡλικίας πεφθακώς, τῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας κατὰ Βουλγάρων ἐστράτευσεν [9]· οὓς κατακόψας, καὶ τοὺς ὁμοφύλους περισώσας [10] ἐπ᾽ ὄψεσι τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπωσάμενος τὴν ἐκ τῆς νίκης μελετωμένην [11] παρὰ τοῦ βασιλέως [12] δόξαν τε καὶ πλοῦτον [13], καταλαμβάνει τὸ ὄρος, ἐν ᾧ καὶ [14] θείας φωνῆς αὐτήκοος γίνεται [15]. Καὶ ἀκολουθῶν τῷ κελεύοντι τὰ

Beatus ille nascitur anno quarto regni Leonis Copronymi, regione oriundus ex Bithynorum provincia, et vico Marycatis prope Apolloniadem lacum sito, patre quidem Myrisico, matre Anastaso. Ad iustam aetatem progressus, tertio et quadragesimo aetatis anno contra Bulgaros pugnavit. Quos cum clade affecisset et commilitones liberasset sub oculis regis, recusatis quae sibi propter victoriam a rege procurabantur gloria et divitiis, petit montem ubi divinae vocis ultroneus factus auditor, sequitur eum qui iubebat ipsi et properat ad excelsos montes, in quibus invenit monachos duo, qui ab annis quadraginta asceticam

[1] Τῷ ἑβδόμῳ ἔτει 1, 2. — [2] *om.* 3. — [3] *om.* 3. — [4] *om.* 2, 4. — [5] *om.* 3, 4. — [6] Μαρυκάτου 1, 2. — [7] Μυριτζίκη 3, 4. — [8] καί 3, 4. — [9] (ἐστράτευσεν — καὶ ἀπωσάμενος) συνεστρατεύσας τῷ βασιλεῖ 1. — [10] διασώσας 4. — [11] ταμιευομένην 3, 4; αὐτῷ *add.* 4. — [12] κρατοῦντος 3, 4. — [13] τιμήν 3, 4. — [14] *om.* 3, 4. — [15] γέγονεν 3, γεγονώς 4.

(1) *Ephemerides graeco-moscae, Acta SS.*, Maii tom. I, p. L. — (2) Secundum ed. Card. Albani, 1727, tom. I. p. 164, cuius liberiorem interpretationem latinam nonnumquam mutavimus. — (3) Cfr. supra pp. 225, 227.

AUCTORE J. V. D. G.

τὰ [16] τῶν ὀρέων ὑψῆ [17] φθάνει, ἐν οἷς εὗρε δύο μοναχοὺς [18] ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτῶν ἀσκουμένους [19] καὶ οὐδέποτε παρά τινος ὁραθέντας [20] τριχίνοις ἐνδύμασι περιεσμένους [21] καὶ βοτάναις ἀγρίαις [22] τρεφομένους. Οἳ καὶ θεοφορούμενοι [23] περὶ πάντων αὐτῷ τῶν μελλόντων [24] προήγγειλαν, ἐπιδεδωκότες [25] περιβόλαιον ἐξ ὧν εἶχον, εὐλογίας [26] χάριν. Ὁ [27] δὲ μαθὼν παρὰ τῶν θεοφόρων ἐκείνων ἀνδρῶν [27] ἐκεῖθέν τε ἀπολυθεὶς τὸ [28] Τριχάλιχος ὄρος καταλαμβάνει [29], εἶτα τὴν τῶν Ἀγαύρων [30] μονήν, εἶτα τῆς Κουνδουρίας τὰ ὄρη. Ἔκτοτε [31] μαθὼν τριάκοντα μόνους ψαλμοὺς ἔψαλλε μετά τινος σμικροτάτου τροπαρίου [32] οὕτω συντεθειμένου· Ἡ ἐλπίς μου ὁ Θεός, καταφυγή μου ὁ Χριστός, σκέπη μου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὗτος ὁ μακάριος πολλοὺς [33] καὶ ἀναριθμήτους [34] τόπους καὶ πόνους [35] διαμείψας [36] καὶ μέγιστα ἐργασάμενος τεράστια καὶ περὶ τῶν μελλόντων προειπὼν [37] καὶ [38] πρὸς τὴν Ἀντιδίου μονὴν ἐλθών, πλήρης τε ἡμέρων γενόμενος μετὰ τρίτην ἡμέραν τῆς τοῦ ἁγίου Μεθοδίου ἐν Κωνσταντινουπόλει πατριαρχίας [39] ἣν προεῖπεν αὐτός [40], ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ, ἔτη [41] ὑπάρχων ἐνενήκοντα τέσσαρες. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῇ μονῇ τῶν
B Καλλιστράτου.

cam vitam agebant quosque nemo hucusque D viderat, cilicinis vestibus indutos et herbis agrestibus sese enutrientes. Qui vero a Deo inspirati futura ipsi quaeque praenuntiarunt, insuper dato ei in eulogiam vestimento ex iis quae praesto erant. Edoctus autem ab illis deiferis viris, inde progressus ad Trichalicem montem pervenit, postea ad Agaurorum monasterium et dein ad Cunduriae montes. Postquam triginta tantum psalmos didicerat, psallebat illos in parvo quodam tropario ita composito : *Spes mea Deus, refugium meum Christus, protectio mea Spiritus sanctus.* Iste beatus in multis innumerabilibusque locis et laboribus versatus, maxima operatus prodigia et futura praedicens, cum venisset in monasterium Antidii, plenus dierum factus, post diem tertiam sancti Methodii patriarchatus Constantinopolitani quem praedixerat ipse, requievit in Domino, annos natus nonaginta quattuor. Celebratur autem eius synaxis in coenobio Sancti Callistrati.

E

Ut suo loco monebimus, circa annum natalem S. Ioannicii *non rectius docet synaxarium quam menologium. Demonstrabimus enim eum nequaquam sub regno Leonis IV, sed imperante Constantino Copronymo natum esse. Postea etiam elucidabimus quo cohaereant modo quae hic obscura valde enuntiantur de tempore mortis* S. Ioannicii *et S. Methodii.*

atque in variis ephemeridibus.

3. *Martyrologium metricum* sanctum patrem Ioannicium magnum in Olympo *ita laudat :*

Τὸν Ἰωαννίκιον ἐκ γῆς λαμβάνει
αὐτῷ λόγῳ γῆν τοῦ Θεοῦ πήξας Λόγος

Evexit e terris Ioannicium
verbo suo formans orbem, Verbum Dei.

Sic autem Ephemerides graeco-moscae :

Σῆμά σοι ἔν γε τετάρτῃ, Ἰωαννίκιε, χεῦσαν.
Quarta tibi tumulum struxit, Ioanicie, dignum.

Iam monitum est in praecedenti volumine (1)
C S. Ioannicium *celebrari in menologio Basilii die 3 novembris. Nec maior concordia viget in variis menaeorum et synaxariorum codicibus, quorum alii diei 4, alii diei 3 sancti memoriam affigunt. Quod etiam observare licet in libris liturgicis Slavorum, ad quos accedimus.*

Apud Slavos etiam unanimis est cultus S. Ioannicii,

4. *In his fastis refert R. P. Martinov unanimi consensu praedicari* S. Ioannicium, *eremitam in monte Olympo in Bithynia, magnae apud orientales famae; nisi quod in codice Rumiantsoviano perperam dicatur* Anicius, *multoque peius in synaxario Possevini denominetur* Onicius martyr. *Adeat* Annum ecclesiasticum graeco-slavicum *qui seriem integram monumentorum cupit novisse in quibus memoratur* S. Ioannicius ; *quam hic iterum piget recitasse. Sed haec documenta sunt addenda quae post editum opus P. Martinovii adiecit archimandrita Sergius in Kalendario Orientis completo, cui titulus* Polnyj Mesjacoslov Vostoka (2). *Sunt autem* Kalendarium graecum *synodi anni 1056,* Synaxarium graecum *synodi anni 1295 et* codex Ochridensis *saeculi XII. Tandem R. P. Nilles refert tum Ruthenos catholicos* (3), *tum Serbos graeco-orientales* (4), *kalendario suo inscriptum honorare* S. Ioannicium. *In kalendario Syrorum edito ab Assemanno in tomo altero* Bibliothecae Clementino-Vaticanae, *fit etiam memoria* Ioannicii thaumaturgi *die 4 novembris*

cuius festum sollemne agebatur Constantinopoli

5. *Praeter haec liturgicorum librorum testimonia, de ipso* S. Ioannicii *cultu publico pauca tantum comperta sunt. Scimus Iosephum hymnographum.* θεοτόκιον *seu* mariale *in eius honorem composuisse* (5), *eiusque festum celebratum fuisse Constantinopoli* F *in monasterio Sancti Callistrati* (6). S. Ioannicii *caput fuisse asservatum Constantinopoli in aede XL Martyrum Sebastenorum declarat Antonius Novgorodensis episcopus, qui itineris Constantinopolitani anno 1200 instituti narrationem descriptam reliquit* (7). *Illa insignis pars reliquiarum, cum excidit urbs ista, erepta est, si fidendum est Iohanni Comneno qui, in sua* Descriptione montis Athonis, *inter lipsana monasterii Pantocratoris* caput S. Ioannicii magni *connumerat* (8).

[16] (καὶ-τὰ) *om.* 4. — [17] ὑψηλότερα 3, 4. — [18] μον. δύο περιτυγχάνει 3, 4. — [19] (ἀπ. τεσ. ἐτ. ἀσκ.) *om.* 3, 4. — [20] (καὶ-ὁραθ.) οὐχ ὁραθέντας παρά τινος πώποτε 3, 4. — [21] (τριχ. ἐνδ. περιεσμ.) τρίχινά τε περιβεβλημένους 3, 4. — [22] βοτάνας ἀγρίας 4. — [23] *om.* 3, 4. — [24] τῶν μελ. *om.* 3, 4. — [25] δεδωκότες 2, 3. — [26] εὐχῆς 3, 4. — [27] (ὁ δὲ-ἀνδρῶν) *om.* 3, 4. — [28] τοῦ *add.* 4. — [29] (ἐκεῖθεν-καταλαμ.) καταλαμβάνει τὸ Τριχάλ. ὄρος 1, 2. — [30] Αὐγάρων 4. — [31] καὶ 3, 4. — [32] τρόπου 1, 2. — [33] τόπους *add.* 4. — [34] (καὶ ἀναριθ.) *om.* 3, 4. — [35] πόλεις 1, 2. — [36] διαμειψάμενος 3, 4. — [37] προσειπών 3. — [38] (καὶ-*ad finem*) *stilo paulo diverso in* 1, 2, *et quidem sic :* καὶ πλήρης ἡμέρων γενόμενος πρὸς τὴν Ἀντιδίου μονὴν ἔρχεται· ἐν ᾗ ὑπάρχοντος αὐτοῦ ὁ ἅγιος Μεθόδιος ὁ πατριάρχης γνοὺς τῷ πνεύματι τὴν ἀνάλυσιν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν παρεγένετο, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς τοῦ ἐπισκόπου ἐπιδημίας ὁ ὅσιος ἀνεπαύετο ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, καὶ μετὰ μῆνας ἑπτὰ ἐκοιμήθη καὶ ὁ ἅγιος Μεθόδιος. — [39] πατριάρχου 3. — [40] αὐτῷ 4. — [41] ἐτῶν 4.

(1) Tom. I Novembris, p. 583. — (2) Edito Moscoviae 1875 et 1876. De praestanti merito istius operis legesis Martinov in collectaneis Bruxellensibus *Précis historiques*, 1876, p. 577, et Nilles, *Kalendarium manuale utriusque ecclesiae*, tom. I, p. xxviii. — (3) Op. cit., p. 426. — (4) Ibid., p. 445. — (5) P. G., tom. CIII, p. 1231. — (6) Martinov, secundum menologium, *Annus eccl. gr.-sl.*, p. 269. — (7) Ed. apud Riant, *Exuviae sacrae Constantinopolitanae*, tom. II, p. 228. Cfr. Sergius, *Kalendar. orient.*, tom. II, p. 349. — (8) Apud Montfaucon, *Palaeographia graeca*, p. 481.

6. *Ex*

AUCTORE J. V. D. G.

De cultu S. Ioannicii in Ecclesia latina

6. *Ex Graecorum kalendariis tandem, sed sero satis, in Latinorum martyrologia transiit* S. Ioannicius. *Primum etenim apparet in martyrologii Usuardini editione a Molano recusa anno 1568, atque ita laudatus :* Et sancti patris Ioannicii magni, *formulae graecae instar :* Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου τοῦ μεγάλου, *quae legitur in* Tabulis Capponianis. *Molano certe innotescere potuit* S. Ioannicius *ex eius Actis vulgatis in tomo quinto Vitarum sanctorum a Lipomano annis 1551-58 editarum. Quae Acta praeplacuerunt em. cardinali Baronio, qui non semel, praesertim ad annos 782, 828, 846 et 847, illis usus est in retexendis* Annalibus ecclesiasticis. *Nec dubitandum est hac strata via, nimirum per Lipomanum et Molanum,* S. Ioannicium *receptum esse in martyrologium Romanum sub hoc titulo :* In Bithynia sancti Ioannicii abbatis.

deque eius officio in liturgia graeca et slavica.

7. *Restat ut de officio* S. Ioannicii *pauca subiciamus. In lucem data est* ἀκολουθία *valde longa et integra in editione Menaeorum Venetiana. Incipit autem* Τῷ φέγγει τῆς χάριτος, *et adscribitur Iosepho hymnographo, qui in ea rythmum secutus est signatum* ἄγγελος πρωτοστάτης, *scilicet usitatum in Sergii acathisto* (1). *In celebri codice* Δ. α. *III Cryptoferratensi* (2), *continetur canon prorsus idem atque ille quem tradunt editores Veneti. At in Menaeis Slavonicis* (3) *nuper in lucem datis a cl. viro Ignatio Iagic, Academiae Petropolitanae socio, invenies slavicam versionem* (4), *cui sunt addita cathisma tono* δ', ὅμ. ὑψωθείς· Ὡς ἄστρον, *et tria stichera :* Οἰκονόμος ἐγένου, — Ὄμμα πιστοῖς ἡμῖν *et* φωτίζων, *quae non exhibent graeci codices. Praeterea in* Contacario graeco *saeculi XII-XIII ab archimandrita Amphilochio, nunc episcopo Rostoviensi, edito et versione slavonica antiquissima aucto* (5), *sequens* οἶκος *legitur, qui discrepat ab editione Venetiana.*

Ἄλλος, πάτερ, ἐφάνης ἰατρὸς καὶ προστάτης τοῖς νόσῳ κρατουμένοις καὶ θλίψει, Ἰωαννίκιε θαυμαστέ, θεραπεύων πάντας τοὺς πιστοὺς σπεύδοντας ὑπὸ τὴν B θείαν σκέπην σου· διὸ καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούεις.

Χαίροις, πατρὸς ἀγαθοῦ ἡ ῥίζα, χαίροις, μητρὸς ἀγαθῆς ὁ κλάδος, ὁ τὴν τούτων στοργὴν ἀπωσάμενος. Χαίροις, ὁ τὸν μόνον Θεὸν προσλαβόμενος· χαίροις, ὅτι ἐγκατέλιπες ἐπιγείους στρατιάς· χαίροις, ὅτι κατηδαφίσας τῶν βαρβάρων τὴν ὀφρύν· χαίροις, τεῖχος καὶ φύλαξ βασιλέων· χαίροις, ὅπλον καὶ πύργος τῶν πιστῶν ἀσφαλής. Χαίροις, ὁ πῦρ ἐσκαίων τὰ Βάρβαρα· χαίροις, φωστὴρ ἐκλάμπων τοῖς ἅπασι· χαίροις, γυμνοὺς ὁ πολλάκις σκεπάσας· χαίροις, πιστῶν αἰχμαλώτων ὁ ῥύστης.

Alius, Pater, apparuisti medicus et protector morbo detentis et pressura, Ioannicie mirabilis, sanans omnes fideles qui festinant ad divam protectionem tuam; ideo et a nobis invocaris. E

Salve, patris boni radix; salve, matris bonae ramus, eorum amori qui renuntiasti. Salve, qui solum Deum suscepisti; salve quia reliquisti terrenos exercitus, salve quia calcasti barbarorum superbiam; salve, murus et custos regum; salve, armatura et turris fidelium secura. Salve, ignis incendens Barbaros; salve, lux splendens omnibus; salve, nudos qui saepius texisti; salve, fidelium captivorum ereptor.

§ II. De Actis S. Ioannicii.

Prima narratio Actorum S. Ioannicii Metaphrastae falso attributa est,

8. *Tres diversae pervenerunt ad nos Actorum* S. Ioannicii *narrationes. Prima est apud occidentales eruditos iam diu trita et notissima, sola nimirum ex qua hucusque hauserunt hagiographi quicquid de* S. Ioannicio *protulerunt, verbi gratia Baronius et Baillet. Haec prima recensio, quae incipit* Τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁδὸν φέρουσαν, *vulgo attributa est Metaphrastae. Cuius versio latina a Gentiano* C *Herveto confecta in Lipomani tomo quinto, apud Surium vero ad diem 4 novembris, edita est; nuper autem, ipse textus graecus in* Patrologia graeca *Migniana* (6), *ex codice num. 1481 bibliothecae nationalis Parisiensis prodit* (7). *Eandem Vitam, idiomate graeco vulgari ab Agapio monacho expressam, invenies in libro cui titulus* Νέος Παράδεισος (8). *Idem brevissimum compendium confecit Actorum S. Porphyrii* (9), *de quibus supra dictum est* (10). *Illa Acta Metaphrasticum opus esse arbitrabantur tum Lipomanus, qui in duobus ultimis voluminibus Vitas a Metaphraste consarcinatas exhibet, tum Surius, ut refert Leo Allatius in* Diatriba de scriptis Symeonis (11). *Quod nemo mirabitur, si fuerit recordatus unanimem fere traditionem huic opinioni favisse, cuius traditionis testem se facit Gennadius* (12), *seu, ut alii, rectius forsan, volunt, Iosephus Methonensis. Qui, in* Defensione quinque capitum synodi Florentinae (13), *tamquam a Metaphraste conscriptum locum integrum recitat istius Vitae* S. Ioannicii, *nempe ultimas sententias quibus desinit, a verbis* καὶ ὁ μ[illegible] θεῖος Ἰωαννίκιος τῷ πνεύματι *usque ad finem* (14). *Sed iam a Pagio in dubium vocatum est utrum ista Acta fuerint necne genuinus Symeonis Logothetae fetus. Negat enim eruditus annotator cardinalis Baronii, in suis criticis ad annum 846, n. V, Vitam quae reperitur apud Surium die quarta novembris, iure adscribendam esse Metaphrastae* (15). *Cui sententiae minime videntur repu-* F *gnare nec De Aste, in suis notis ad editionem Baronianam martyrologii Romani* (16), *nec Cangius qui, in serie quadam ab ipso instructa Vitarum, Actorum et Martyriorum manuscriptorum, quorum auctores putat incertos, refert Vitam* S. Ioannicii *contentam in codice regio num. 2018 (hodie graeco num. 1522), quae incipit* Τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁδὸν φέρουσαν (17). *Eidem iudicio iam subscripserat Leo Allatius, qui, ad severissimam trutinam revocatis operibus hagiographicis Metaphrastae, recenset in tabella Actorum quorum, propter dissimile orationis genus et stilum, Metaphrasten parentem nequit agnoscere, et si stilus vellet, aetas ipsa scriptoris non pateretur, hanc ipsam* S. Ioannicii *Vitam circa quam inquirimus* (18). *Nihilominus, contra Allatii auctoritatem, antiquam opinionem retinuerunt*

(1) Bouvy, *Étude sur les origines du rythme tonique dans l'hymnographie de l'Église grecque*, p. 48. — (2) Rocchi, *Codices Cryptenses*, p. 293. — (3) *Menaea Septembris, Octobris et Novembris*, slavonice versa et ad fidem codd. russicorum, an. 1095-1097. Petropoli, 1886, p. 582. — (4) Pp. 284, 285. — (5) Mosquae, 1879. — (6) P. G., tom. CXVI, pp. 35-94. — (7) H. Omont, *Inventaire sommaire des mss. grecs de la bibliothèque nationale*, tom. II, p. 60. — (8) Pp. 99-106. Cfr. Nicodemus, Συναξαριστής, tom. IV, p. 19. — (9) P. 107. — (10) Pp. 228-32. — (11) P. G., tom. CXIV, p. 73. — (12) Ibid., p. 74. — (13) Cap. IV. P. G., tom. CLIX, p. 1278. — (14) P. G., tom. CXVI, p. 91. — (15) *Annal. eccl.*, ed. novis., tom. X, p. 1090, 1091. — (16) *In martyr. rom. discept.*, p. 497. — (17) In indice auctorum post *Glossarium med. et inf. graec.*, p. 41. — (18) P. G., tom. CXIV, pp. 117, 127.

AUCTORE J. V. D. G.

Cave (1) et Martinus Hanckius (2). Etenim Hanckius refert Vitam S. Ioannicii in Catalogo Vitarum quas digessit Symeon Metaphrastes. Nec valet ambigi quamnam Vitam intendat, quoniam ex brevi compendio ab ipso tradito apertissime indicat illa Acta quae ordiuntur his verbis Τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁδόν. Ab indice lucubrationum Metaphrastae, quem confecit Daniel Nesselius, exsulat idem libellus. Sed inde non videtur quicquam eruendum; nam ratio cur Nesselius ita egerit forsan esse possit quod hunc textum in codicibus manuscriptis bibliothecae Caesareae Augustanae Vindobonensis non repperit (3). Bandinius etiam opinatur Acta S. Ioannicii opus esse Symeonis Metaphrastae (4). Igitur, si soli eruditorum numero et opinioni standum esset, non necessario detrahenda forent Metaphrastae Acta S. Ioannicii a Lipomano et Surio vulgata. Nam pro una sententia testantur Gennadius, Baronius, Surius, Cave, Hanckius et Bandinius, pro altera vero Allatius, Pagi, De Aste, Cangius. Igitur quaestio ex intrinsecis argumentis decidenda est. Iam vero, qui accurate contulerit Acta conscripta a Saba monacho, de quibus mox B dicetur, cum recensione cuius initium Τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁδόν, hanc minime ut primigeniam agnoscet, sed ex illis abbreviatam. Quod demonstrabitur postea, cum triplicis recensionis Actorum S. Ioannicii comparatio magis enucleata instituetur. Sed quoniam Metaphrastae solitum est subiectam sibi materiam non contrahere, sed ampliare et ornare, inde concludendum videtur Acta S. Ioannicii quae incipiunt Τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁδόν nequaquam esse Symeonis fetum, sed alius cuiusdam minoris notae compilatoris. Putat Sergius archimandrita (5) Metaphrasten sic dictum, quisquis reapse sit, fuisse usum utraque alia recensione, nimirum Vita auctore Saba et Vita auctore Petro. Cui sententiae nequimus suffragari; siquidem patet Metaphrastica Acta ab uno Saba esse integre derivata, minime vero, ne in uno quidem loco, a Petro monacho. Quicquid est de hac controversia, quoniam ad Acta Metaphrastica tam facilis datur aditus in Patrologia graeca, non visum est haec operi nostro annectere, eo vel magis quod in illis nequaquam praesto est ampla materies quam suppeditant cetera Acta longissima ad discutiendas S. Ioannicii res gestas. Ceteroqui quodcunque ex Actis Metaphra- C sticis notatu dignum erit, cum aliis scriptoribus conferendum curabimus.

illae vero quas conscripserunt Sabas et Petrus monachi pluris ab eruditis factae,

9. Acta conscripta a Saba et Petro monachis saepius ab antecessoribus nostris memorata, in decursu suorum laborum, prius detecta fuisse videntur cum Daniel Papebrochius Ephemerides graecomoscas parabat. Antea namque una recensio Suriana usui venerat, et licet tuncusque non defuerat opportunitas alias indicandi, hae tum prima vice sunt in Actis Sanctorum (6) consignatae. Postea docuit Godefridus Henschenius (7) istos libellos graecos Sabae et Petri fuisse Romae et Parisiis acquisita. Re quidem vera in bibliotheca pontificia, inter codices Vaticanos bis invenitur textus Sabae monachi, scilicet in codicibus signatis num. 807, fol. 36, et num. 1256, fol. 35. Parisiis autem, in bibliothecae nationalis collectionis Coislinianae D codice 303, reperitur Vita cuius auctor est Petrus monachus (8). Ex his igitur bibliothecis indicatos codices prae manibus habuerunt maiores nostri, unde Acta S. Ioannicii eruerent; idque videtur, quod attinet ad Vitam auctore Petro, omnino certum siquidem tum Papebrochius (9), tum Pinius (10) eodem codice Coisliniano ad edenda Acta martyrum Sabaitarum et S. Stephani Sabaitae usi sunt. Actorum quae digesserunt Sabas et Petrus denuo tandem recurrit mentio apud Sollerium, in notis ad martyrologium Usuardi, ubi vocantur egregia (11). Nec apud nostros tantum magnopere praedicata sunt ista Acta, sed et grandem sui exspectationem fecerunt apud ceteros omnes eruditos, quotquot audierunt haec praesto esse Bollandianis. Petrus Lambecius (12), collatis inter se Vitis a Metaphraste Sabaque conscriptis, asserit respectu antiquitatis et aliarum circumstantiarum hanc multo esse probatiorem; Baillet (13) usus recensione Suriana nuntiat hagiographos meliorem prorsus tradituros esse. Nicolaus Falconius in Tabulis Capponianis (14) ex promissis illis Actis omnia E exspectat sine tricis. Tandem nuperius Sergius archimandrita (15) fatetur authentiam operum Sabae et Petri inde maxime commendari quia mire consentiunt ibi narrata cum factis historicis aliunde notis. Illud tamen nobis ingratum accidit pessum ivisse Papebrochii apographa, nec eadem nobis favit fortuna quae Pinio nostro, cui licuit Papebrochii defuncti opera uti ad vulgandam Vitam Stephani Sabaitae (16).

asservantur Romae, Parisiis et Vindobonae:

10. Libellum Sabae monachi, praeter codices Vaticanos mox commemoratos, in duobus aliis invenimus, qui nobis potissimum inservierunt ad edendum textum. Alter ex his codicibus asservatur Parisiis, in bibliotheca nationali, signatus ibi num. 1519, Vitaque S. Ioannicii legitur a folio 74r ad folium 150a. Olim regius, iste codex membranaceus in folio, constat foliis 768, singulis in binas divisis columnas, in lineas vero triginta et unam stilo ferreo ductas. Videtur exaratus saeculo XI (17), et Constantinopoli, tempore Ludovici XIV, ab abbate Sevin Parisios allatus est (18). Initio Vitae S. Ioannicii avulsum est integrum folium, illud nimirum quod pone subsequitur folium notatum num. 74. Feliciter suppletur haec lacuna per codi- F ces, tum Vindobonae, tum Romae superstites. Codex Vindobonensis notatur inter historicos num. XIX, cui Vita S. Ioannicii inest a folio 32r ad folium 64r. Qui codex est etiam in folio, alternis columnis, et inter eos annumeratur quos Sambucus ex Oriente advexit (19). Aetatem huius codicis quem appellat pervetustum, elegantem et optimae notae, non definivit Lambecius, sed saeculo quoque XI, ut ex scriptura conicere licet, exaratus videtur. Codices Vaticani pertinent, alter qui signatus est num. 807 ad saeculum XIII; alter vero qui num. 1256 ad finem saeculi XV vel initium saeculi XVI. Acta, auctore Saba, incipiunt his verbis Τὰ ψυχωφελῆ καὶ θεάρεστα τῶν ἁγίων πατέρων ἀνδραγαθήματα. De scriptore nihil aliunde compertum habemus, at ipse tradit in opere suo se monasticae vitae institutum exercuisse, et

(1) Script. eccl. hist. litt., tom. II, p. 35. — (2) P. G., tom. CXIV, p. 294. — (3) P. G., tom. CXIV, pp. 299-304, atque in Catalogo bibl. Vindob. mss. graec. Index I, p. 409. — (4) Catal. codd. mss. bibl. Med. Laurent., tom. I, p. 497. — (5) In Kalendarii orientalis notis, tom. II, p. 349. — (6) Tom. I Maii, p. L. — (7) Act. SS., Iun. tom. II, p. 972. — (8) Montfaucon, Bibliotheca Coisliniana, p. 418. — (9) Act. SS., Mart. tom. III, p. 166. — (10) Act. SS., Iul. tom. III, p. 528. Cfr. Anal. Boll., tom. VII, p. 95. — (11) P. 652. — (12) Comment. de August. bibl. Caesar. Vindob., lib. VIII, p. 567. — (13) Vies des Saints, tom. III. Table critique du quatrième jour de Novembre, p. VII. — (14) P. 27. — (15) Kalendarium orient., tom. II, p. 349. — (16) Act. SS., Iulii tom. III, p. 528. — (17) H. Omont, Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la bibliothèque nationale, tom. II, p. 76. — (18) L. Delisle, Le Cabinet des manuscrits de la bibliothèque impériale, tom. I, p. 380-387. — (19) Comment. de August. bibl. Caesar. Vindob., lib. VIII, p. 566.

quidem

A *quidem in uno ex monasteriis montis Olympi in Bithynia, coaevum vixisse* S. Ioannicio, *quin etiam saepius cum eo fuisse conversatum, sermones eius percepisse, novisse personas plures quarum res gestas referat, et tandem sancti viri cuius industria certamina enarraverit assecutum fuisse disciplinam asceticam. Accipimus etiam ex ipso Acta* S. Ioannicii *quae digessit non fuisse opus tironis in re hagiographica; sed antea se alterius cuiusdam Olympici eremitae Petri Atroensis, hegumeni Sancti Zachariae, Vitam scripsisse* (1). *Nullibi tamen, in catalogis bene multis Vitarum Sanctorum sive impressarum, sive manuscriptarum, quos adiicimus, repperimus hanc Vitam Petri quam se confecisse tradit Sabas. Quae vulgabuntur infra Acta exscripsimus ex codice Parisino num. 1519, quem cum Vindobonensi num. XIX ipsi contulimus. Cl. vero vir Stornajolo codicum Vaticanorum variantes lectiones operosa diligentia dignatus est colligere, et laboris fructum maxima humanitate nobiscum communicare.*

Libellus autem Petri Parisiis tantum repertus est.

11. *Quae vero Petrus monachus composuit Acta* S. Ioannicii *continentur, ut iam diximus, in codice qui erat olim in bibliotheca Coisliniana signatus num. 303, inaestimabilis pretii thesauro e quo prodiere iam Vita S. Stephani Sabaitae* (2), *sanctorum martyrum Sabaitarum* (3), *S. Georgii Chozebitae* (4), *S. Syncleticae* (5) *et S. Theognii* (6). *Alium autem librum cui eadem Vita inseratur, non invenies in ullo adhuc impresso catalogo codicum graecorum. Utrum, quod etiam in Actis SS. Georgii Chozebitae et Theognii contigit, illa Coisliniana sit unica superstes chirographus, prorsus affirmare non licet, inde tamen iure quis concluderet quod etiam Moscovitae scriptores, graecis membranis adeo divites, videntur e fonte Parisino notitiam istius libelli Petri monachi hausisse. Etenim celebris valde est quoque apud eos codex iste, ut appa-ret, verbo gratia, apud Demetrium Verzinski* (7). *Minus recte opinatur cl. vir Iohannes Martinov* (8) *alios exsistere praeter Coislinianum codices ex eo conicicbat quod apographum Vitae Georgii Chozebitae asservant Bollandiani in museo suo; siquidem apographum illud fuit a Papebrochio ex ipso Coisliniano exscriptum. Codex iste e quo eruimus haec altera* S. Ioannicii *Acta est optimae notae. Exaratus est saeculo X, id est uno vix* C *saeculo post mortuum* S. Ioannicium. *Res gestae* S. Ioannicii *ibidem amplum tenent spatium, a folio 304 ad folium 353; incipiunt vero hisce verbis* Τῆς καθ' ἡμᾶς ἅπαντας βροτοὺς ἡ σύστασις. *Non videntur ista Acta latam hucusque nacta esse notitiam. Illis, unus et solus paene, usus est identidem Le Quien* in Oriente christiano, *ut suo loco notabimus. Fabricius, in* Bibliotheca graeca, *istud opus plane ignoravit. Nec magis Petrum novisse videntur Cave, Ceillier et Oudin, qui tamen omnes loquuntur de Saba monacho. Petrus monachus, auctor alterius Vitae* S. Ioannicii, *erat, aeque ac Sabas, coaevus sancto viro cuius res gestas prosequitur. Ipsum testatur Sabas fuisse pium et virtute plenum monachum, valde familiariter et frequenter conversatum cum* S. Ioannicio: Πέτρος ὁ μοναχὸς εὐλαβὴς καὶ ἐνάρετος πάνυ συνήθως καὶ συνεχῶς ἐρχόμενος πρὸς τὸν ὅσιον *(num. 43). Videtur S. Eustratii, qui hoc tempore Olympico monasterio Agaurorum praesidebat, disciplinae adhaesisse (cfr. alterius Vitae cap. III, num. 12), a quo plura de* S. Ioannicio *percepit, ut infra distincte magis indicabimus. Tum ex Saba (num. 43), tum ex seipso (num. 67) novimus Petro quinque fuisse sorores. Sabas ad* S. Ioannicium *isse cum eo collocutum fuisse narrat (cap. XIX,* E *num. 67), et bis alibi, ut rei narratae veritatem confirmet, appellat ad testimonium virorum superstitum qui* S. Ioannicii *misericordem potentiam experti erant, scilicet cuiusdam opificis nomine Pardi a sancto patre sanati (num. 40) et captivi ab eodem liberati (num. 60). Nimirum Petrus se nobis prodit testem fide dignum quia in eadem regione, eodemque tempore degit ac vir cuius vitam narrat, quem insuper ipse noverat.*

Sabam secutus est Metaphrastes

12. *Si quis trinas* S. Ioannicii *Actorum varias narrationes inter se contulerit, primum quidem recensioni dictae Metaphrasticae minime dubitabit ultimum assignare locum. Etenim non nisi compendium exstat Vitae quam Sabas conscripsit, siquidem utrinque eadem facta, eodem ordine, haud raro iisdem verbis, partim saltem, narrantur, compilatorque Sabam ita pedetentim est secutus ut, si excipiatur brevissimus prologus, nihil de proprio penu haustum addiderit. Pluraum ambitu verborum id demonstrare piget, quod unicuique legenti patebit. Sit tantum speciminis ergo, quoniam de ceteris idem licet dicere, locus unus ex utraque narratione collatus.* F

METAPHRASTES *(P. G., tom. CXVI, p. 73).*

Ἑνὸς γοῦν τῶν τότε μαγίστρων ἡ σύζυγος (Στέφανος δέ, οἶμαι, οὗτος ἦν) θεραπαινίδων τε μοχθηρίᾳ καὶ μαγγανείᾳ περιέργῳ τὰς φρένας βλαβεῖσα, ἰατροῖς ἐξεδίδου. Πολλαὶ μὲν δὴ χεῖρες ἰατρῶν, μυρία δὲ φάρμακα, πλείω δὲ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης. Ἐπεὶ δὲ ἀνήνυτα ἔγνω πονοῦσα, τὰ μὲν ἄλλα ἔδοξε χαίρειν ἐᾶν, ἐπὶ δὲ τὸν μέγαν Ἰωαννίκιον καταφεύγει. Ὁ δὲ προσευχῇ μὲν δίδωσι τῇ γυναικὶ τὴν ὑγείαν, μισθὸν δὲ τοῦτον αἰτεῖ παρ' αὐτῆς, τὴν εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ πύλας εἰσέλευσιν ταύτης ἐν ἐξομολογήσει καὶ ὕμνοις καὶ τὸ τοῖς πταίσασιν ἀφεῖναι τὴν ἁμαρτίαν.

SABAS *(cap. IX, num. 35).*

Γυνὴ γάρ τις τοῦ πατρικίου καὶ μαγίστρου Στεφάνου ἐκ περιεργίας τῶν θεραπαινίδων αὐτῆς φαρμακευθεῖσα καὶ τὰς φρένας βλαβεῖσα τοῦ πλούτου τὸ πλεῖστον εἰς ἰατροὺς ἀνωφελῶς ἀναλώσασα, πρὸς τοῦτον καταλαμβάνει τὸν δίκαιον, ὑπὸ τῶν συγγενῶν αὐτῆς ἀγομένη καὶ τῶν ἰδίων. Ἥνπερ θεασάμενος ὁ πατὴρ οἰκτειρήσας καὶ ἐπευξάμενος καὶ τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ σφραγίσας ὑγιῆ ἀπέστειλεν εἰς τὰ ἴδια, παραγγείλας μὴ ποιήσασθαι αὐτὴν ζήτησιν τῶν βλαψάντων, ἀλλ' ἀφεῖναι χριστομιμήτως τοῖς φονευταῖς κατὰ πρόθεσιν.

Petri vero libello nullatenus usus est Metaphrastes. Nam ea tantum refert quae apud Sabam inveniuntur, nec ex iis quae Petrus enarrat quaeque Sabas non recensuit, quicquam reperies in Metaphrastica lucubratione. Stilus etiam Sabae tantum, numquam Petri locutionem imitatur.

Etsi in pluribus discrepant

13. *Porro utrum et quomodo Sabas et Petrus in conficiendo opere suo alter ab altero pendeat,* non

(1) Vide infra in Vita cap. X. — (2) *Act. SS.*, Iul. tom. III, p. 528. — (3) *Act. SS.*, Mart. tom. III, p. 166. — (4) *Anal. Boll.*, tom. VII, pp. 95 sqq. — (5) Cotelerii *Eccles. graec. Monum.*, tom. I, p. 201. Cfr. Montfaucon, *Bibl. Coisliniana*, p. 417. — (6) *Anal. Boll.*, tom. X, pp. 73 sqq. — (7) Cfr. *Ann. eccles. graeco-slav.*, p. 34. — (8) Ibid.

Petrus et Sabas,

non ita facile definieris. Ut illud aliquatenus statuamus, oportet prae oculis habere qua via procedat utriusque narratio. In pluribus discrepant Petrus et Sabas. Ita iam ab initio animadvertimus Sabam de S. Ioannicii pueritia, conversione et bellicis facinoribus late disserere, eadem vero a Petro paene esse praetermissa aut in exiguam nimis narrationem contracta. Miracula post Ioannicii mortem patrata commemorat Sabas, eadem Petrus reticet. Hic litterarum, quas a Ioannicio ad Methodium missas perhibet ille quasque in epistulae formam redactas recitat, sensum ac elenchum tradidit, minime ipsa scriptoris verba adducenda curavit. Sabas fidei professionem a S. Ioannicio coram multis prolatam proprio marte confinxit, dum satius duxit Petrus integrum locum ex Nicephori Antirhetico ad verbum exscribere ac in ore S. Ioannicii reponere. Nonnulla invenies apud Sabam quae in alterius opere frustra requisiveris. Nimirum solus Sabas docet nos quae monachus Epiphanius attentaverit in Ioannicium (num. 51), quae duobus Macaribus fuerint praedicta (num. 49), item quae ad S. Petrum Atroensem pertinent
B (num. 44), ad puerum balbum sanatum (num. 37) et captivos e Bulgarorum carceribus ereptos (num. 29). Vice versa unus Petrus nos docet miraculum de spiritu nequam e religiosa femina depulso (num. 43). Aliquando eiusdem facti adiuncta diversimode mutata sunt. Petrus enim narrat, cum aedificaretur aliquod templum, operarios defectum aquae passos esse (num. 44); Sabas autem eosdem nimia aquarum inundatione impeditos fuisse refert (num. 20). Secundum Petrum (num. 53), Eustratius, propter sanguinis copiam ex naso defluentis, graviter aegrotavit, dum Sabas sanguinem ex intestinis effusum asserit (num. 41). Apud Petrum (num. 33) Theodotus quidam nuncupatur candidatus, apud Sabam vero senator (num. 27). Nec tantum in rebus narratis apparet discrimen, at illud in modo narrandi, praesertim in stili tenore, non minus perspicue deprehenditur. Sabae scribendi genus simplex magis, utpote qui rei veritati persequendae imprimis intentus videtur; non plura congerit quam opus est, licet nonnumquam, ut ferebat aevi illius unanimis et inveterata consuetudo, sermones et colloquia nimis protracta intermiscet. Petrus autem in dicendo inani prolixitate laborat, longiori verbo-
C rum ambitu saepius abusus. Qui canora eloquendi pruritus iam in ipso operis limine, in prologo nempe sed maxime in epilogo, displicet. Proin, cum ambo hagiographi idem factum enarrant, Sabas rem paucis absolvit, Petrus subiectam materiam per longiores circuitus deducit. Aliud discrimen, nempe utriusque auctoris ingenium, legentis animum non potest non offendere. Sensus acerbiores gerit Petrus erga monachos Studitas, quos, omni data occasione, verbis etiam contumeliosis vehementer increpat (numm. 35, 56). Sabas, solis iconomachis infensus, mitiorem erga ceteras personas se praebet. Tandem dissimilis etiam viget in utroque libello ordo rerum quae edisseruntur. Praeposterum magis hunc ordinem apud Petrum expertus eris quam apud Sabam, licet singulorum eventuum tempus presse definiri non semper valeat. Haud infrequenter tamen, praesertim in miraculis enarrandis, quattuor vel quinque prodigia sibi invicem eodem modo succedunt in utroque opusculo. Tunc denuo abrumpitur series, ut paulo post eodem ordine resumatur. Et ita quidem per totum operis decursum procedit narratio, ut, exempli gratia, Sabae libelli locos, quos numm. 14-19 signavimus, reppereris apud Petrum numm. 13-23. Eadem etiam referunt Sabae numm. 21-31, 38-41, 46-48, D
Petri autem numm. 25-36, 49-53, 66-68. Perturbatam seriem agnoveris inde quod opusculi Sabae numm. 20, 34, 51 sint in Petri libello numm. 40, 59, 60.

ex multis indiciis ostenditur Sabas imitatus esse Petrum,

14. Ista quae Petrum inter et Sabam statuimus discrimina, suntne huius momenti ut evincant neutrum alterius opus novisse nec quicquam inde desumpsisse? Ut huic quaestioni plane fiat satis, potius ad similitudinem quae viget inter utrumque opusculum attendendum est. Etenim, discrimina quae notavimus id tantum ostendunt utrumque auctorem, in conficiendo suo libello de S. Ioannicii Actis, et propriam sibi indolem scribendique consuetam sibi rationem tenuisse, nec, etiamsi unus ab altero pendet, Metaphrastico more, serviliter alterius inhaesisse vestigiis. Aliter tamen loquendum existimo de ea opusculi parte, neque ea exigua, in qua narrantur multa miracula a S. Ioannicio patrata. Qui, ad hanc partem quod spectat, textum Sabae et Petri attente perspexerit, non poterit non agnoscere in multis locis artam etiam in ipsis verbis utrinque similitudinem. Supra recitavimus E
(num. 12) miraculum uxoris Stephani magistri sanatae. En quomodo illud enarrat Petrus (num. 62). Ἡ γυνὴ Στεφάνου τοῦ ποτε γεγονότος μαγίστρου ἐκ διαβολικοῦ ζήλου παρὰ τῶν δουλίδων αὐτῆς φθονηθεῖσα, καὶ ὑπ' αὐτῶν δειλιτήριον λαβοῦσα, καὶ ἀγνώστως πιοῦσα κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ τὰς φρένας βέβλατο. Πολλὰ οὖν εἰς τοὺς ἰατροὺς ἀναλώσασα χρήματα καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα τέλος πρὸς τὸν ἅγιον ἄπιει καὶ ῥίψασα ἑαυτὴν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐδέετο τυχεῖν ἐλέους. Γνοὺς οὖν ὁ ἅγιος ἐκ περιεργίας πάσχειν, φησίν· Ὦ γύναι, εἰ βούλει τῆς ἰάσεως τυχεῖν, σύνθου μηδένα ἀδικεῖν τῶν θαναθῶσαί σε βουληθέντων καὶ τάχιον ἰᾶταί σε ὁ Κύριος. Τῆσδε μεθ' ὅρκου τοῦτο καταθεμένης, ἐπευξάμενος αὐτῇ ὁ ἅγιος καὶ τῷ σημείῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ τρίτον σφραγίσας ἐρρωμένας τὰς φρένας ἀποδοὺς ὑγιῆ ταύτην ἀπέλυσε δοξάζουσαν τὸν Θεόν. Haec profecto si conferuntur cum loco supra citato luculentissime ostendunt alterum ex scriptoribus textum alterius prae oculis habuisse. Et idem asserendum est de ceteris miraculis patratis in gratiam variarum personarum, quorum notitiam a S. Eustratio se accepisse dicit Petrus. In aliis vero prorsus discrepant ambo auctores. Scilicet inest utrique opusculo pars satis ampla, quae praesertim miracula continet, et in quorum enarratione procul dubio ita alter ab altero pendet uterque auctor ut certo certius F
unus noverit libellum alterius, illudque subsecutus sit in scribendo. Quam tamen conclusionem effugeret qui putaret quendam libellum miraculorum S. Ioannicii fuisse ab Eustratio confectum chartisque mandatum, quod tum Petrus, tum Sabas, unusquisque pro suo ingenio et modo scribendi, denuo retractaverint. Unde factum fuerit ut ex primigenio textu nonnulla verba et dicendi formulae eaedem in utriusque compilatoris opere irrepsissent. Sed gratuito est hoc confictum, et quominus admittatur obstant rationes quibus potius evincitur Petrus praeivisse Sabae in digerendis S. Ioannicii Actis, ac proinde Sabas, saltem in hac parte qua eadem facta recenseri diximus, Petrum imitatus fuisse. Rationem istius opinionis inde primam deducimus, quod Sabas nullibi ad cuiusquam testimonium appellat, sed dicit tantummodo se ab aliquo patre Iosepho ad opus suscipiendum incitatum fuisse; attamen eum Petrum novisse scimus quem cum S. Ioannicio pluries congressum fuisse asserit (cfr. supra, num. 11 in fine, et in Vita num. 43). Petrus autem e quo fonte haec hauserit sedulo significavit quater commemorando se ab Eustratio, hegumeno Agaurorum, audivisse quaecumque narrat prodigia.

AUCTORE J. V. D. G.

A *gia. Ipsa verba recitare iuvat :* Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ θείου ἀνδρὸς τούτου κεκινήμεθα ταύτην καθυποτάξαι τὴν ἱερὰν καὶ ἐπωφελῆ πραγματείαν..... καὶ ὅσα τε παρ' αὐτοῦ ἠκούσαμεν, ταῦτα πάντα καὶ ἀναγγελοῦμεν ὑμῖν. *Haec in opusculi Petri cap. XII, num. 12 ad finem inveneris. Idem alibi, nimirum capite XIV, num. 60, iterum asserit :* μόνοις τοῖς ῥηθεῖσιν ἡμῖν παρὰ τοῦ ἡγιασμένου Εὐστρατίου τοῦ καὶ συνόντος αὐτῷ καὶ αὐταῖς ὄψεσι ταῦτα θεασαμένου ὑποσημᾶναι προεθυμήθημεν. *Bis Eustratii testimonium invocatur, semel in fine num. 39, post enecatum serpentem :* ἔλεγεν δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ὁ ἡγιασμένος καὶ περιβόητος Εὐστράτιος, *iterumque initio num. 45, cum in Chelidonis spelunca occurritur draconi :* ὡς ἔλεγεν ἡμῖν ὁ ἁγιώτατος Εὐστράτιος ὁ καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πληροφορηθείς. *Et quanti sit faciendum Eustratii testimonium, quod ultro concedet quisquis historiam monachorum Olympicorum vel parum perscrutatus erit, saepius iactat Petrus, ut cum haec dicit :* Ἴστε δὲ τὸν ἄνδρα ἅπαντες ὅπως τε ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους παρηκολούθηκε τῷ ἁγίῳ, ὅπως τε ἔργῳ καὶ λόγῳ κατακεκόσμηται, ὡς, σχεδὸν εἴπειν, πᾶσαν τὴν Βιθυνῶν χώραν ἀγγελομιμήτως ὑπ' αὐτοῦ καταλάμπεσθαι *(cap. XII, num. 12). Unde elucet Eu-* B *stratium, quia cum* Ioannicio *artissimis amicitiae vinculis coniunctus est, cum eo assidue vixit, simulque vir erat eximiae sanctitatis, testem esse omni exceptione maiorem. Proinde Vitae quam conscripsit Petrus, in iis saltem quae ex S. Eustratio derivata sunt, plenissima concedi valet auctoritas. Idque praesertim quia Petrus in libello suo affirmat Eustratium, dum ipse scriberet, adhuc vivere :* διαδέχεται τὴν ἡγουμενίαν ὁ πανοσιώτατος Εὐστράτιος, ὅστις καὶ μέχρι τῆς σήμερον καθάπερ ἥλιος διαλάμπων ἅπαντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἰθυνομένους καταφωτίζει *(num. 58 ad fin.). Non tamen infitiatur Petrus, praeter ea quae ab Eustratio audivit, plura exstare quae de* S. Ioannicii *mirabili vita passim spargantur in vulgus :* πλεῖστα γὰρ καὶ ὑμεῖς παρὰ πολλῶν ἄλλως καὶ ἄλλως ἀκηκοότες *(cap. XIV, num. 60). Quin etiam in testimonium appellat, ut fidem dictis faciat, et Pardum quendam a* S. Ioannicio *sanatum (num. 40 ad fin.) et civem pagi Elusi, nepotem Eugantri notarii (num. 60), de manu Saracenorum ereptum.*

praesertim ex narratione visitationis Petri monachi ad Ioannicium.

15. *Igitur, cum Petrus candide fateatur se multa Eustratii testimonio debere, nec ulla ratio id negare suadeat, Sabas vero alte de documentis a seipso adhibitis sileat, et ex altera parte certo affirmare liceat in multis locis unum auctorem alterum exscripsisse, rectius sane eum concludere opinamur qui Sabam Petri vestigiis inhaesisse existimet. At praecipuum istius sententiae argumentum petendum censemus ex narratione quae utrinque legitur visitationis a Petro apud* S. Ioannicium *institutae (num. 43 in libello Sabae, 67 in opusculo Petri). Hanc Sabas cum eisdem adiunctis etiam minutissimis, non raro iisdem verbis usus describit quibus* E *ab ipso Petro refertur. Sed nonne potuit idem ab aliis audivisse et ex eorum relatione edisserere? Utique potuit, sed si ab aliis, non a Petro audivisset, num vigeret in utriusque lucubratione tam mira adiunctorum concordia, tamque arta verborum similitudo? Nequaquam ita contingeret, idque, sicut et nobis, prudenti lectori visum fore arbitramur, qui hosce locos comparandos curaverit.*

VITA AUCTORE SABA *(cap. IX, num. 43).*

Ἀνελθὼν ἐν μιᾷ σὺν πλησιοχώρῳ αὐτοῦ ἡσυχαστῇ Πλάτωνι καλουμένῳ καὶ εὐλογηθείς, συγκαθημένου αὐτοῖς τοῦ πατρὸς καὶ συνομιλοῦντος θεοχαρίτωτα, φησὶν ὁ Πλάτων τότε· Ἀπὸ ψυχῆς καὶ πίστεως ἐκδυσωποῦμέν σε, πάτερ ἅγιε, ἅπαξ τοῦ ἔτους ἡμῖν χαρίζεσθαι τὴν τίμιαν συνομιλίαν καὶ θέαν σου πίστιν ἐκ τούτων καὶ γνῶσιν μεταλαμβάνουσι διὰ πνεύματος, ὡς ἐξ ἡλίου ὄντως φῶς καὶ θερμότητα.

VITA AUCTORE PETRO *(cap. XIV, num. 67).*

Καὶ δὴ παραλαβὼν μετ' ἐμοῦ τὸν σὺν ἐμοὶ ἐρησυχάζοντα ἀδελφὸν Πλάτωνα, πρὸς τὸν ὅσιον παρεγενόμεθα καὶ θεαταὶ ἀξιωθέντες γενέσθαι τῆς ἀγγελικῆς ἐκείνης θέας καὶ πλείστων ἐπωφελῶν καὶ παραινετικῶν λόγων ἐπαπολαύσαντές φησιν ὁ σὺν ἐμοὶ ἀδελφὸς πρὸς τὸν ἅγιον· Παρακαλῶ σε, ὦ πάτερ, ἵνα διὰ τὸν Κύριον παράσχῃς ἡμῖν ἄδειαν μίαν τοῦ ἐνιαυτοῦ πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα ἔρχεσθαι καὶ τῶν σῶν ἁγίων εὐχῶν κατατρυφᾶν καὶ μετὰ χαρᾶς ἀνθυποστρέφειν.

C *Hinc sequitur series humilium cogitationum quas Petrus ait se versatum animo fuisse in conspectu* F S. Ioannicii. *Haec a Saba, qui brevior esse laborat, omissa sunt.*

Ὁ δέ· Γινώσκειν σε βούλομαι, ἀδελφὲ Πλάτων, ὡς οὐ προσθήσῃ θεάσασθαί με σωματικῶς ἔτι ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ βουλόμενος.

Ὁ ὅσιος φησι πρὸς τὸν σὺν ἐμοὶ ἀδελφόν· Γινώσκειν σε βούλομαι, ὦ μεγαλόψυχε Πλάτων, ὅτι ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ οὐ μή με ἄλλο θεάσῃ.

Iterum sensum suum de hac praedictione multis verbis aperit Petrus; quod, ut erat narrationi prorsus inutile, plane reticet Sabas.

Ὅθεν δοὺς αὐτοῖς ἄρτου ξηροῦ ἀνὰ μερίδων δώδεκα εἰς εὐλογίαν ἐξέπεμψε μετ' εἰρήνης. Τῷ οὖν ἐπιόντι ἐνιαυτῷ συναπελθὼν τῷ Πλάτωνι ὁ ἀββᾶς Πέτρος πρὸς ἕτερον μοναχὸν μήκοθεν ἡσυχάζοντα καὶ αὐτὸν Πέτρον καλούμενον ἐκ τοῦ κατὰ Βιθυνίαν μοναστηρίου Ἡράκλην ὀνομαζομένου ὁρμώμενον, τὸν κατὰ μικρὸν ὕστερον, Θεοῦ χάριτι γενομένης ὀρθοδοξίας, μητροπολίτην Συλλαίου γενόμενον, ἐπισκέψεως ἕνεκα καὶ εὐχῆς, μετὰ ἀσπασμὸν καὶ συνομιλίαν πνευματικὴν φησιν ὁ Πέτρος πρὸς ὃν παραγέγονε Πέτρον· Ἔφεσιν ὄντως οὐ μικρὰν ἔχω, πάτερ, τὸν ἅγιον Ἰωαννίκιον ἰδεῖν καὶ τὰ τίμια αὐτοῦ ἴχνη κατασπάσασθαι, ἀλλὰ ἀδυνατῶ τοῦ πεζοπορῆσαι καὶ κτήνους ἀπορῶ καὶ μισθώματος.

Δοὺς δὲ ἡμῖν ὁ ὅσιος εὐλογίας ἐκ τῶν αὐτῷ συνήθως διδομένων παξαματίων καὶ πρὸς ἕνα σταυρὸν ἐκ ξύλου ἰδιοχείρως αὐτῷ εἰργασμένον καὶ κάλλιστα ἐξεσμένον, ἐπευξάμενος ἀπέλυσεν. Τοῦ οὖν ἐνιαυτοῦ ἐκείνου διελθόντος καὶ τοῦ μέλλοντος εἰσιόντος, ἔδοξεν ἡμῖν ἐπισκέψεως χάριν κατελθεῖν πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πέτρον τὸν νυνὶ μητροπολίτην τοῦ Συλαίου....... φησιν πρὸς ἡμας ὁ ῥηθεὶς Πέτρος ὅτι· Εἰ εὐδοκεῖ Κύριος, βουλῆς ἔχω τοῦ πορευθῆναι πρὸς τὸν πατέρα ἡμῶν τὸν κύριν Ἰωαννίκιον, καὶ τὰ δοκοῦντά μοι πάντα αὐτῷ ἀναθέσθαι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ εὐλογηθῆναι..... Ὡς οὖν ἀναστάντες τῆς τραπέζης περισπωμένως φροντίδα περὶ ἀλόγων ἐποιούμεθα τοῦ εὑρᾶσθαι διά τε τὸ μῆκος τοῦ ὁδοῦ καὶ τὴν ἀσυνηθῆ πεζοπορείαν.

Plura

AUCTORE J. V. D. G.

Plura referre supervacaneum est, ideoque finem tantum huius narrationis subicimus.

Ὧι καὶ δοὺς ὁ πατὴρ δώδεκα εὐλογίας, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις, καὶ λόγῳ Πλάτωνος αὐτῷ δέδωκε λέξας· Εἰπὲ Πλάτωνι, ὦ τέκνον Πέτρε· μὴ λυποῦ ὅτι ἄκων τῆς ταπεινῆς μου θέας ἀπελείφθης· ἐδέξατό σου τὴν πρόθεσιν Κύριος, καὶ ὡς κοπιάσαντι τὸν μισθὸν ἀποδώσει. Τοῦ δὲ Πέτρου ταῦτα ἀκούοντος παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ κατὰ διάνοιαν λέγοντος· εἴθε καὶ τῇ ἐμῇ μητρὶ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ὁ πατὴρ ἔπεμψεν εὐλογίας, δίδωσιν αὐτῷ πρὸς τοῦτο ἀδολεσχοῦντι ἑτέρας εὐλογίας τριάκοντα ἓξ εἰπών· Δὸς ἀνὰ ἓξ τῇ τε μητρί σου καὶ ταῖς πέντε σου ἀδελφαῖς.

Καὶ λαβὼν ἐκ τῶν εὐλογίων δώδεκα τὸν ἀριθμὸν* δίδωσί μοι καὶ λέγει· Δέξαι ταῦτα καὶ δὸς τῷ ἀδελφῷ Πλάτωνι, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· μὴ λυποῦ· ὁ γὰρ Θεὸς τὴν προαίρεσίν σου ἀπεδέξατο*. Εἶτα λαβὼν ἑτέρας εὐλογίας δώδεκα δίδωσί μοι καὶ λέγει· Δέξαι ταῦτα εἰς περιποίησιν τῆς σῆς ψυχῆς. Ἐμοῦ δὲ διαλογιζομένου· εἴθε ὁ Θεὸς ἐπληροφόρει αὐτὸν δοῦναι καὶ τῇ ἐμῇ μητρί, αὖθις προσβλέψας καὶ πρὸς τὴν τῶν εὐλογίων θέσιν τετανικῶς τὴν χεῖρα μεστὴν ταύτην ἀνέλκυσεν. Ἄμφω οὖν μου τὼ χεῖρε ἁπλεῖν προτρεψάμενος τριάκοντα ἓξ τὸν ἀριθμὸν δίδωσί μοι καὶ λέγει· Δέξαι ταῦτα, καὶ δὸς ἀνὰ ἓξ τῇ τε σῇ μητρὶ καὶ ταῖς σαῖς πέντε ἀδελφαῖς.

* cod. δωδεκατὸν ἀριθμῶν

* cod. ἀπεδείξατο

Praesertim ultimus iste locus aptus est ad omnem dubitationem, si qua perseveraret in alicuius animo, tollendam. Quare ut e longiore disputatione conclusionem breviter colligamus, ita existimamus conflata B *fuisse a Saba et Petro Acta* S. Ioannicii, *ut prius lucem viderit libellus Petri. Qui cum ad Sabae notitiam pervenisset, ita est ab ipso accommodatus ut partes integras, puta miracula praesertim, paucis mutatis, servaverit. Cum tamen et ipse* Ioannicium *optime novisset, et nonnulla rescivisset quae non invenit in Petri opusculo, haec ipse addidit. Quae sunt a nobis superius num. 13 indicata. Praeterea, cum ipsi non placuerit nec prologus nec epilogus hunc omisit, illum prorsus mutavit. Noluit* S. Ioannicii *fidei professionem ex Nicephori* Antirhetico *a Petro exscriptam denuo recitare. Ordinem rerum temporumque, a quo perturbando Petrus non videtur abhorruisse, restauravit Sabas. Uno verbo, opus antecessoris sui gravibus defectibus et praesertim garrula prolixitate horridum expolivit. Igitur opus Sabae, tempore licet posterius, praestat libello Petri. Est quasi eiusdem editio nova, aucta et emendata. Haec ratio nos movit ut primo loco Acta quae Sabas conscripsit cum lectoribus communicaremus. Praeter Acta graeca de quibus disseruimus, nullus exstat alius Vitae* S. Ioannicii *fons primigenius. Nos monet enim Sergius, in notis ad* Kalendarium orientale, *slavo-* C *nicam Vitam quae inest Menologio esse e Metaphraste derivatam et abbreviatam* (1). *Sed in aliis istius aevi, nempe IX et X saeculi, lucubrationibus plura saepius de* S. Ioannicio *referuntur, quae omnia suo loco trademus et excutiemus.*

§ III. Chronotaxis vitae S. Ioannicii.

Momenta chronologica circa annum emortualem S. Ioannicii

16. S. Ioannicii *annum tum natalem, tum emortualem cum omnimoda certitudine definire non caret difficultate, siquidem componenda sunt varia momenta chronologica inter se admodum discrepantia. Ut faciliore via annus nativitatis statuatur, iuvat prius in annum mortis inquisivisse. De quo id in Actis omnibus assertum legimus mortem* S. Ioannicii *accidisse aliquot menses ante obitum S. Methodii patriarchae Constantinopolitani. Quem eventum a* S. Ioannicio *fuisse praedictum referunt recensiones singulae. Acta Metaphrastae vulgo attributa tempus huius prophetiae determinatum valde adstruunt, nimirum annum quintum imperii Michaelis Iunioris, adduntque divum* Ioannicium *die tertia novembris, eodem anno, e vita migrasse, Methodium autem quarta decima iunii anno* E *proxime insecuto* (2). *Apud Sabam legimus defunctum esse* S. Ioannicium *die novembris quarta, anno regnantium Michaelis et Theodorae quinto, a restituta orthodoxia quarto, nonagesimo tertio totius vitae suae, quinquagesimo autem secundo a conversionis suae tempore, anno mundi sexies millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto a creatione, indictione decima* (3). *Eundem eventum alligat Petrus monachus diei tertiae novembris, regnantibus Michaele et Theodora anno quinto, aetatis* S. Ioannicii *anno octogesimo quarto, quinquagesimo secundo a die quo iconomachorum haeresi renuntiavit* (4). *In Menaeis, ut supra diximus num. 2, haec ita sunt compendiaria ut referant tantum* S. Ioannicium *obiisse natum nonaginta annos quattuor, praenuntiata S. Methodii morte proxima.*

multis difficultatibus obnoxia

17. *Sane haec sunt tempora arte conclusa. Etenim iste mundi annus 6355, quem assignat Sabas, est, secundum consuetam Byzantinorum chronotaxim, annus Christi 847. Sed, quoniam additur* indictione decima, *et indictiones Constantinopolitanae initium repetunt a prima die septembris, inde sequitur diem quartam novembris 847 in* F *chronographia byzantina esse illis qui annum a kalendis ianuariis numerant, diem quartam novembris anni 846. Praeterea si, quem Acta tradunt, computatur annus quintus regni Michaelis Iunioris, reinciditur in eundem annum 846. Mortuo namque Theophilo die 20 ianuarii 842, statim regnare coepit Michael eius filius, sub tutela matris Theodorae. Hucusque perfecta viget concordia inter memorata in Actis momenta chronologica. At, non mediocris difficultas exsurgit ex tertio citato eventu coaetaneo, qui tamen, primo intuitu, ratus certusque apparet, nimirum cum tradunt scriptores nostri accidisse* S. Ioannicii *obitum die tertia vel quarta novembris anni istius qui praecessit S. Methodii mortem. Inde enim demergimur in illam controversiam quae a tanto tempore eruditos inter se divisos retinet circa annum mortis S. Methodii Constantinopolitani. Notum est nempe Pagium* (5), *Anselmum Bandurum* (6), *Cuperum nostrum* (7), *Le Quien* (8), *atque nuper cardinalem*

(1) Tom. II, p. 349. — (2) P. G., tom. CXVI, p. 91. — (3) Cfr. Vitae primae num. 53. — (4) Videsis num. 5. — (5) *Critica* ad annum 847, n. 17-19; ad annum 858, n. 12. — (6) *Imperium orientale*, tom. II, p. 908. — (7) *Act. SS.*, Aug. tom. I, *Historiae chron. patr. Const.*, pp. *107, *108. — (8) *Oriens christianus*, tom. I, p. 245.

Hergenroether

A *Hergenroether* (1) *et Manuelem Gedeonem* (2) *consentire ut Methodium anno 846 vita functum asserant contra Baronium* (3), *Bollandum* (4), *Henschenium* (5), *Pinium* (6), *Leonem Allatium* (7), *Goarum* (8) *et Amari* (9), *qui hunc eventum ad annum 847 transferunt. Proinde nec una erit opinio de anno quo obiit* S. Ioannicius. *Illud imprimis ad suam defendendam sententiam Pagium et Cuperum valde commovit quod in Vita S. Ignatii Constantinopolitani narrat Nicetas Paphlago, nimirum imperatricem Theodoram ad* Ioannicium *anachoretam consultum misisse* ecquemnam patriarchatus honore dignum per Dominum cognosceret (10). *Quapropter nolunt* S. Ioannicio *fuisse Methodium superstitem.* Ioannicii *historicum, gravem licet, hac in re errasse arbitrati contendunt auctoritatem Nicetae scriptoris coaevi merito praevalere, quem et omnes Graeci secuti sunt* (11). *Haec illi, quorum ipsa verba paene attulimus. Ab hac Pagii et Cuperi sententia non videtur multum abhorrere antecessor noster P. Van Hecke* (12), *qui monet tamen totam hanc quaestionem ad diem 4 novembris retractatum iri;* B *quod nunc attentamus. Antea tamen alterum Pagii et Cuperi argumentum indicasse iuvabit. Scilicet, cum iam dictus Nicetas* (13) *aliique scriptores* (14) *asserant S. Methodium per quadriennium ecclesiam Constantinopolitanam optime sanctissimeque rexisse, cumque fuerit, ut ab aliquibus admittitur, ordinatus anno 842, inde nova datur ratio Pagio et qui ipsi patrocinantur qua persuasum habeant annum 846 esse annum emortualem S. Methodii. Insuper, cum propter argumentum prius expositum, auctoritatem scilicet Nicetae in Vita S. Ignatii,* S. Ioannicio *neget superstitem vixisse S. Methodium, eundem hunc annum 846 statuit tamquam supremum vitae sancti eremitae Olympici* (15). *E contrario Baronius et alii, nixi prophetica praenuntiatione a* S. Ioannicio *facta, mortem S. Methodii in annum 847 differunt* (16). *Fatendum quidem est eminentissimum* Annalium *scriptorem sibimetipsi minus constare, quippe qui secutus Nicetam referat, ut proprium sibi opinionem,* consuluisse et imperatorem et matrem eius hoc tempore *(nempe anno 847)* S. Ioannicium anachoretam quis in sede patriarchali collocandus esset (17). *Infeliciter,* C *cum haec litteris mandaret, oblitus erat Baronius se iam anno superiori, nempe 846, eiusdem* Ioannicii *obitum consignasse.*

vindicantur secundum ea quae traduntur in Actis,

18. *Quid in tanto sententiarum conflictu? Primo quidem vindicandam censemus contra Pagium et Cuperum veracitatem Actorum* S. Ioannicii, *quod spectat ad praedictionem mortis S. Methodii, cui testimonio videntur contradicere ea quae narrat Nicetas in Vita S. Ignatii. Minime enim possumus illis concedere, quod ipse Pagius in casu praesenti sibi praesumit gratuito nimis, auctores coaetaneos et suppares, in rebus suo tempore gestis recensendis numquam falli et decipi posse* (18). *Aut cur non licet nobis hanc regulam, quam Pagius subinde inculcandam putavit et nunc iterum iactat, in Nicetam potius quam in utrumque auctorem Vitae* S. Ioannicii *refundere? Sane gravissima est apud eruditos Nicetae auctoritas, sed non minorem, opinamur, tribuendam Sabae et Petro monachis existimabunt quicumque Acta* S. Ioannicii *pervolverint. Illis enim eventus et personas suae aetatis probe scimus innotuisse; nec in factis historicis aliunde notis quae obiter attingunt, fere ulli umquam errori obnoxios deprehendimus. Praeterea incerta aetate vixit Nicetas, quem tamen non ante annum 890 ferunt floruisse. Nonne igitur in narrandis rebus quae anno 846 contigerunt minus est audiendus quam scriptores nostri Sabas et Petrus qui eodem hoc anno, in eodem loco, versati sunt cum viro cuius certamina describunt? Si, quae tantum habuit prae manibus Pagius, Actis Metaphrasticis unice credendum esset, forsan cum Pagio et Cupero, iure dubitari posset cuiusnam debeat praevalere testimonium, utrum Nicetae Paphlagonis, an auctoris Vitae* S. Ioannicii. *Forsan haec eadem fuit ratio propter quam Bollandus, qui non alia* S. Ioannicii *Acta cognoscebat praeter Surianа, noluit solvere difficultatem quam ipsi facessebat dictus Nicetae locus, cui occurrit in elucidandis Actis S. Theodorae* (19). *Sed postquam iam* E *nacti sumus testes duo omni exceptione maiores, fide omnimoda dignos, graves prorsus, qui asserant veritatem praedictionis* S. Ioannicii *quique probabilius prophetiam propriis perceperunt auribus factam coram ingenti monachorum Olympicorum concursu, durius nobis est tale testimonium reicere.*

contra Nicetam Paphlagonem

19. *Quid ergo de Niceta? An prorsus finxit rem? Non quidem infitiamur imperatricem Theodoram consuluisse anachoretam quendam ex Olympo, quoniam istius regionis monachi egregia sanctitatis fama tunc temporis apud Byzantinos imperatores gaudebant; cum simul autem* S. Ioannicii *memoria eodem tempore adhuc celeberrima haberetur, nil mirum Nicetam Paphlagonem de eo cogitasse, incautum nimis. Si ita est, nulla remanet ratio sufficiens ad asserendum S. Methodium non fuisse superstitem* S. Ioannicio, *ac proin hac in re Sabae Petroque prae Niceta fidendum esse. Iure ergo cardinalis Baronius mortem* S. Ioannicii *anno 846 alligavit, cum in Actis dicatur diem supremum obiisse anno quinto Michaelis, id est 846, et sequenti anno defunctum esse Methodium, seu anno 847. Proin deserendus est Pagius qui uno eodemque anno 846 putat obiisse, tum S. Methodium, tum* S. Ioannicium, *hunc nempe die 4 novembris, illum 14 iunii.* F

et chronographos Byzantinos,

20. *Soluta hoc modo prima difficultate quam repetebant ex testimonio Nicetae, restat et altera, gravior forsan, quam indicasse licebit, sed quam nos enodaturos non audemus polliceri. Monuimus scilicet secundum omnes chronographos tradi S. Methodium cathedram patriarchalem annos quattuor obtinuisse. Sed si mortuus est anno 847, quomodo dicendus erit rexisse ecclesiam suam per quadriennium, cum tradat Theophanis continuator* (20), *quem Cuperus putabat Constantinum Porphyrogenetum et cuius testimonium magni faciebat* (21), *ordinatum fuisse Methodium die 19 februarii anni 842? Baronius quidem audacter reiecit chronographos qui asserunt per quadriennium sedisse S. Methodium, quem ipse credit per quinquiennium ecclesiam*

(1) *Photius, Patriarch von Constantinopel*, tom. I, pp. 319, 355. — (2) Πατριαρχικοὶ Πίνακες, p. 277. — (3) *Annales*, tom. X, p. 64. — (4) *Acta SS.*, Febr. tom. II, p. 563. — (5) *Acta SS.*, Iunii tom. II, p. 960. — (6) *Acta SS.*, Iulii tom. II, p. 601. — (7) P. G., tom. C, pp. 1239, 1240. — (8) *Ibid.*, p. 1299. — (9) *Storia dei Musulmani della Sicilia*, tom. I, p. 498. — (10) *Acta SS.*, Octob. tom. X, p. 173. — (11) *Critica* in tom. X *Annal.*, p. 1099, n. 19. Cfr. *Acta SS.*, Aug. tom. I, p. * 108. — (12) *Acta SS.*, Octob. tom. X, p. 176. — (13) P. G., tom. CV, p. 501. — (14) Niceph. in *Chron. brevi*, P. G., tom. C, p. 1050; Cedren., P. G., tom. CXXI, p. 1055; Zonar., P. G., tom. CXXXV, p. 26. — (15) *Critica* in annum 847, tom. X, p. 1098. — (16) *Annales*, tom. X, p. 64. — (17) Ibid., p. 66. — (18) *Critica* in annum 847, tom. X, p. 1099. — (19) *Acta SS.*, Febr. tom. II, pp. 563, 564. — (20) P. G., tom. CIX, p. 167. — (21) *Acta SS.*, Aug. tom. I, p. * 107.

byzantinam

AUCTORE J. V. D. G.

byzantinam administrasse (1). *Quam solutionem non immerito improbat Pagius* (2). *Aliam viam inierunt tum Leo Allatius* (3), *tum Iacobus Goarus* (4) *qui rettulerunt S. Methodium electum, non anno 842, sed anno 843. Sic profecto habemus quadriennium illud quod attestantur omnes chronographi quodque, nulla ratione allata, negabat Baronius. Dolendum tantummodo est eruditos illos scriptores rerum byzantinarum prae ceteris peritos nullum attulisse monumentum quo opinionem suam confirmarent. Sed ad hanc sententiam eorum sustinendam argumentum haud spernendum praebent Acta* S. Ioannicii *a Saba monacho conscripta* (5). *Postquam enim narravit* S. Ioannicium *suo amico Eustratio praedixisse persecutionem Theophili mox cessaturam esse, ita pergit :* ὅπερ καὶ γέγονεν μετὰ γὰρ ἓξ ἥμισυ ἔτη τῆς δυσσεβείας τοῦ Λέοντος, καὶ ὀκτὼ πρὸς ἐννέα μησὶ τοῦ Μιχαὴλ χλιαρότητος, δώδεκά τε καὶ μησὶ τρισὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Θεοφίλου πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀσεβοῦς στιβαρότητος, καὶ ἐνιαυτὸν ἕνα τῆς τούτου γυναικὸς Θεοδώρας καὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τῶν εὐσεβῶν ἀναθρώξεως. Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐνθέου καὶ φιλοχρίστου αὐτῶν βασιλείας τὸν ἴδιον κόσμον ὃν ἀποστολικαῖς χερσὶν B ἡ ἐκκλησία ἐστόλιστο, τῶν δυσσεβῶν δὲ παλάμαις γεγύμνωτο, χάριτι Χριστοῦ ἀμφιασαμένη, ἀρχιερέα ἔνθεον, τὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς προορασθέντα, Μεθόδιον προσεδέξατο, τοῦ δυσσεβοῦς καὶ βλασφήμου Ἰωάννου καθαιρεθέντος. Quod factum est post annos sex et dimidium Leonis *(Armeni)* impietatis, post octo annos cum mensibus novem Michaelis *(Amorrhaei)* tepiditatis, post duodecim vero cum mensibus tribus eiusdem filii Theophili in religionem iniquae crudelitatis, et quidem annum unum istius uxoris Theodorae et Michaelis, filii eius, piorum regum, instaurationis. Altero vero anno a Deo inditae et Christo dilectae gubernationis eorum, proprio suo decore quo manibus apostolicis Ecclesia fuerat ornata, impiorum autem manibis denudata fuerat, gratia Christi iterum induta, divum patriarcham, illum qui a patre *(Ioannicio)* fuerat praevisus, Methodium excepit, impio et blasphemo Ioanne sublato. *Scilicet si Sabae fides danda sit, ad annum primum Michaelis et Theodorae pervenitur, additis sex annis cum dimidio quos Leo iconomachis favens catholicos persecutus est, octo novemque mensibus imperii Michaelis et duodecim cum tribus mensibus regni Theophili. Qui hunc computum* C *effecturus est moneamus oportet, ne in errorem incidat, ut initium non repetat a primo anno quo Leo Armenus coepit regnare. Si ita enim ageret, non sex anni numerandi essent, sed septem, scilicet a die 11 iulii 813 ad diem 24 decembris 820. Sed Sabas seriem temporum ordinavit ab anno 814, quo impietas Leonis exordium sumpsit. Iam vero textu sic intellecto, summa annorum istorum ducit in annum 842, qui est revera primus imperii Michaelis et Theodorae. Quo anno cessavit etiam iconomachorum haeresis et restituta est orthodoxia. Anno sequenti tantum, id est 843, dicitur a Saba Methodius in patriarcham electus.*

qui plures eventus artiore tempore includunt.

21. *At non sufficit attulisse hanc scriptoris nostri assertionem. Num ulterius valeat demonstrari inspiciendum est. Fatemur ingenue nos haerere valde ancipites utrum hoc Sabae testimonium sit accipiendum prae continuatore Theophanis, Iohanne Scylitza, Georgio Cedreno, Michaele Glyca, Iosepho Genesio, Iohanne Zonara, uno verbo, tota Byzantinorum caterva, e quorum Annalibus hoc videtur eruendum esse, statim mortuo Theophilo instauratisque Theodora et Michaelis, exauctoratum fuisse haereticum praesulem Ioannem et suffectum eius loco Methodium. Attamen huic eorum opinioni obstat imprimis quod, si anno 842 conscendit Methodius solium Constantinopolitanum, concedendum est, ut etiam concedit Cuperus* (6), *minimo temporis intervallo, unius nempe mensis, a die 20 ianuarii, quo e viris decessit Theophilus, ad diem 19 februarii, quo ordinatum dicunt Methodium, contigisse plurimos eventus, scilicet funus Theophili peractum, instauratum Michaelem post sollemnem Manuelis in circo renuntiationem* (7), *concilium curatorum de administrando imperio habitum* (8), *gravem Manuelis morbum* (9), *et, eo sanato, conventum orthodoxorum factum in Caniclei mansionibus* (10), *restauratas sacras imagines per consensum magnatum et eiectos plurimos inter iconomachos presbyteros et episcopos* (11), *dein tandem legationem a Theodora ad Ioannem patriarcham missam ut orthodoxiam restitueret, et propter munus abnegatum, eundem vi deturbatum per Constantinum* (12). *His omnibus peractis tandem eligitur et accipitur Methodius. Non infitiamur aliquos ex allatis eventibus esse forsan fecundiori chronographorum inventioni ascribendos* (13), *damus etiam libenter ad haec omnia pertractanda negotia annum integrum minime fuisse necessarium. Sed ex altera parte, non recte semper mensuratur rerum cursus ex tempore quod ut fiant requiritur. Quicquid est, haec duo prae oculis habenda esse volumus in praesenti controversia : primum est Acta Sabae monachi antiquitate praestare ceteris omnibus documentis hucusque ad hanc litem dirimendam allatis, ipsi etiam continuatori Theophanis, cuius testimonio rem peractam esse suo tempore putabat Cuperus, utpote qui tunc recens vulgatus, vetustissimum exstabat historiae byzantinae documentum quod ad priorem partem saeculi noni pertineat; alterum est nullibi apud Byzantinos scriptores diserte affirmari quo anno solium patriarchale conscenderit S. Methodius, et ea tantum subobscure proferri unde colligi valeat id non diu post mortem Theophili contigisse; in nostris vero Actis aperte enuntiatur id locum habuisse anno 843.*

Soluta nunc est controversia saepius iam a Bollandianis agitata.

22. *Sed de his tricis chronologicis satis superque dictum est, quae iam saepius in opere nostro fuerunt agitatae quasque solvendas Bollandus* (14), *cum ageret de S. Theodora, ad hunc socium suum remittebat qui tractaret de S. Methodio. Is fuit Henschenius* (15) *qui opinatus est Methodium obiisse anno 847, attamen rem penitius commendavit discutiendam illi qui SS. Ignatium et* Ioannicium *elucidaret. Interea Pinius* (16) *commentatus Acta S. Irenes et Cuperus* (17) *in retexenda* Historia chronologica Patriarcharum Constantinopolitanorum *quaestionem alter obiter indicabat, alter penitus dirimere conabatur. Nihilominus monebant rem posse curiosius examinari in Actis S. Ignatii ad diem 23 octobris et in Vita* S. Ioannicii *ad 4 novembris. Qui propior accedit ad dies* *nostros*

(1) *Annales*, tom. X, p. 64. — (2) *Annales*, tom. IX, p. 1654; tom. X, pp. 1098, 1099. — (3) P. G., tom. C, p. 1239. — (4) P. G., tom. C, p. 1050. — (5) Vide infra in Vita prima, n. 46. — (6) *Acta SS.*, Aug. tom. I, p. * 107. — (7) Genes., P. G., tom. CIX, p. 1030. — (8) Cont. Theoph., P. G., tom. CIX, p. 163. — (9) Contin. Theoph., Genes., P. G., tom. CIX, pp. 163, 1031. — (10) Id., ibid. — (11) Genes., P. G., tom. CIX, p. 1032. — (12) Sym. Mag., Genes., P. G., tom. CIX, pp. 710, 1034. — (13) Cfr. Hirsch, *Byzantinische Studien*, pp. 34, 150, 151, 152, 153, 209, 210. — (14) *Acta SS.*, Febr. tom. II, p. 558. — (15) *Acta SS.*, Iun. tom. II, p. 972. — (16) *Acta SS.*, Iulii tom. VI, p. 601. — (17) *Acta SS.*, Aug. tom. I, p. * 108.

AUCTORE J. V. D. G.

A *nostros antecessor noster P. Van Hecke* (1), *cui Acta S. Ignatii declaranda obtigerunt, concludit, denuo indicata rei difficultate, controversiam retractandam esse cum ageretur de* S. Ioannicio. *Utrum huic officio a venerandis maioribus imposito et diuturnae exspectationi a nobis fuerit satis factum, iudex esto benignus lector. Quoquo denique anno ordinatus est S. Methodius, ex dictis certo tenendum putamus cum Baronio, Pagio aliisque supra citatis* S. Ioannicium *defunctum esse die quarta novembris anno 846, et cum eodem Baronio contra Pagium ceterosque iam memoratos annum 847 esse accipiendum tamquam ultimum vitae S. Methodii. Minus fauste ergo tradunt hagiographus Albanus Butler* (2), *historicus scriptor Daras* (3), *et cl. vir Ulysses Chevalier* (4) *anno 845 vita functum esse* S. Ioannicium, *S. Methodium autem anno 846. Id tamen recte docent, secundum Acta* S. Ioannicii, *mortem sancti anachoretae praecessisse S. Methodii obitum quem praedixerat. Ad ipsam diem quod spectat qua ad superos evolavit* S. Ioannicius, *diutius non immorabimur. Sane Acta Metaphrastica assignant diem tertiam novem-*
B *bris, quae secuti sunt nonnulli codices Menaeorum et Synaxarii; sed libelli Petri et Sabae, qui meliorem faciunt fidem, tradunt diem quartam.*

Non anno 729, ut olim falso putabant plures,

23. *His circa annum mortis disputatis, iam inquiramus de anno nativitatis* S. Ioannicii. *Antequam nota erant Acta conscripta a Saba et Petro monachis, difficultas paene insuperabilis inde exsurgebat, propterea quod iam a primo initio in re chronologica vehementer errabat Actorum Metaphrasticorum auctor, nimirum cum referebat* quartodecimo anno tyrannidis Leonis, filii Constantini, qui etiam generis seriem traxit ex Isauria, admirabilem Ioannicium processisse ex maternis thalamis (5). *In eundem scopulum inciderunt tum Baronius* (6), *tum Bollandus* (7), *tum Pagius* (8), *tum Bailletius* (9), *siquidem haec dicta intellexerunt de imperatore Leone tertio, cognomine Isauro, ac proin natum existimarunt* S. Ioannicium *anno Christi 729 vel 730, cum Leonis imperium anno 716 vel 717 sumpserit initium* (10). *Sed, ut luculenter constabit, haec sententia iam nequit defendi. Etenim, si acciperetur dictus annus tamquam annus natalicius* S. Ioannicii, *non tantum nonaginta tres vixisset annos, sed centum et quin-*
C *decim. Quod quidem non movit Baronium et citatos auctores, qui adeo provectam aetatem eum fatentur attigisse. At obstant Acta Petro et Saba auctoribus conscripta, atque ipsa Menaea. Petrus refert* Ioannicium *vixisse annos octoginta tres; de cuius opinione postea agendum erit. Sabas et alia documenta annos nonaginta tres natum eum obiisse declarant. Praeterea synchronismo minus recto utitur Baronius ut vindicet anno 720 vel 730 natum esse* S. Ioannicium (11). *Refert enim sanctum pervenisse ad annum quadragesimum tertium cum ex errore iconomachorum conversus est; conversum autem dicit anno 782, apparente nimirum quodam sene qui ipsi contumaciam exprobravit. Hoc contigisse putat em. auctor* Annalium *cum rediret exercitus Romanorum triumphum agens cum Stauracio ob devictos Sclavos. Sed deceptus fuit Baronius versione Gentiani Herveti, hoc in loco male interpretantis* κατὰ τὴν ἑῴαν *per haec verba :* ad occidentem. *Ut suo loco et tempore notabimus, cum senex apparuit* Ioannicio *exercitus versabatur in regionibus orientalibus* κατὰ ἑῷα μέρη, *idque contigit anno 790, non autem 782, ut cum Baronio iterum docet Bollandus* (12).

sed anno 754 natus S. Ioannicius

24. *Nicolaus Falconius, sagax* Tabularum Capponianarum *commentator, nescio qua ratione inductus, suspectam valde iam habuerat illam, quae suo tempore recepta erat, chronotaxim vitae* S. Ioannicii, *et difficultatem enodandam putabat correctis Actis Surianis, et pro Leone tertio, quem falso nominatum recte iudicabat, assumpto Constantino Copronymo, eiusque regni anno decimo quarto seu anno Christi 754* (13). *Hanc correctionem, quae tunc temporis mera erat coniectura, prorsus approbandam esse ostendunt Acta auctore Saba monacho, in quibus haec leguntur, quae pessime mutavit auctor Metaphrasticus cuius recensionem vulgavit Surius :* τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς τοῦ Ἰσαύρου Λέοντος παιδός, Νεστοριανοῦ Κωνσταντίνου, δυσσεβοῦς τυραννίδος, *id est* decimo quarto anno impiae dominationis Constantini Nestoriani, filii Leonis Isauri (14), *qui annus est aerae nostrae 754. In idem tempus nos* E
deducit menologium Basilii, quod docet S. Ioannicium *natum temporibus Constantini Caballini* (15). *Valde inter se discrepare videntur Menaea, quae tum de Copronymo Constantino loquuntur, tum de Copronymo Leone. Quae tamen componi queunt : etenim codices, qui, ut codex Parisinus n. 1594, fol. 90ʳ, annum quartum indicant, interpretaberis recte per lectionem codicum in quibus, ut in Parisinis n. 1590, fol. 56ᵛ et 1592, fol. 40ᵛ, hic annus quartus Leoni Copronymo adscribitur. Nam sic revolvimur in annum 754, cum Leo IV, regnante adhuc patre suo Constantino Copronymo, imperio consociatus sit anno 751* (16). *Proin annum 754 aliquatenus nuncupare licet* quartum eius dominationis, τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τοῦ Κοπρωνύμου Λέοντος τυραννίδος.

demonstratur ex Actis eius sinceris.

25. *Ceteroqui annus iste 754, quem iam in variis fontibus invenimus designatum, solus quadrat cum variis momentis chronologicis quae passim bene multa indicantur in decursu Actorum a Saba digestorum. Primo etenim asserit ille* (17), *anno trigesimo primo regni Constantini Copronymi, qui est annus 771, et anno uno elapso post matrimonium* F
Leonis Chazari cum Irene, qui est etiam annus 771, — siquidem sponsalia fuerunt celebrata XVI kalendas ianuarii anni 769 (18) —, Ioannicium *versari in principio suae tertiae aetatis, quam dicit ordiri ab anno sexto decimo. Inde ad annum 754 iterum redimus, si paulo latius interpretati intelleximus* Ioannicium *egisse tunc annum circiter decimum octavum ; quod inde probabilius evadit quod statim postea addat scriptor* Ioannicium, *anno suo decimo nono, nomen dedisse militiae imperiali* (19). *Paulo post aliud momentum chronologicum praebet Sabas, cum memorat* Ioannicium *natum esse annos viginti septem cum Irenes altero iam anno imperium teneret* (20). *Iam vero hoc tempus est annus 781, siquidem mortuo anno 780 Leone Chazaro, summa rerum potita est Irenes* (21). *Inde iterum deducimur in annum 754 tamquam* Ioannicii *natalem. Tertium synchronismum nanci-*

(1) *Acta SS*, Octobr. tom. X, p. 176. — (2) *Vies des Saints*, 4 nov. — (3) *Histoire de l'Église*, tom. XVIII, p. 347. — (4) *Répertoire des sources historiques du moyen âge*, tom. II, p. 1295. — (5) P. G., tom. CXVI, p. 38. — (6) *Annales*, tom. IX, p. 428. — (7) *Acta SS.*, Ian. tom. I, p. 599. — (8) *Annales*, tom. IX, p. 1328. — (9) *Vies des Saints*, tom. III, p. 79. — (10) Pagii, *Critica*, tom. IX, p. 1067. — (11) *Annales*, tom. IX, p. 428. — (12) *Acta SS.*, Mart. tom. II, p. 220. — (13) P. 27. — (14) Vide Vitae n. 2. — (15) In ed. card. Albani, tom. I, p. 164. Cfr. supra, n. 1. — (16) Id refert inter alios Pagi, *Critica* in annum 751 ; *Annalium*, tom. IX, p. 1207. — (17) Cfr. Vitae n. 2. — (18) Baronii *Annales*, tom. IX, p. 364. — (19) Vitae n. 2. — (20) Vitae n. 4. — (21) Cfr. Baronii *Annales*, tom. IX, p. 425.

AUCTORE J. V. D. G.

scimur apud Sabam cum refert sexto anno regni Constantini Iunioris, S. Ioannicium *iam agere septimam vitae periodum seu annum quadragesimum tertium* (1). *Sed annus Constantini Iunioris sextus est annus Christi 795* (2), *a quo si adimantur anni 42, quos tunc temporis adeptus erat* Ioannicius, *redimus ad annum 753, tamquam annum quo prodiit in lucem. Hic parvum discrimen intercedit, unius nempe anni, nam annus 754 attingendus erat. Tandem ex quarta quam tradit Sabas notitia deveniri potest in annum natalem* S. Ioannicii, *scilicet cum docet annum quintum imperantis Nicephori esse* Ioannicii *quinquagesimum quartum* (3). *Iam vero solium Byzantinum conscendit Nicephorus anno 802, proin annus eius quintus est annus Christi 806, et quoniam idem annus vergit in* S. Ioannicii *quinquagesimum quartum, inde sequitur eum natum esse anno 753. Ergo quattuor synchronismi dati in Actis Sabae efficiunt ut statuatur annus natalis* S. Ioannicii *vel annus 753, vel 754. Fieri nequit ut ex documentis quae nunc praesto sunt tempus magis determinatum assignetur.* B *Attamen non omnino irrita cecidit spes quam in novis Actis* S. Ioannicii *edendis ponebat Nicolaus Falconius commentans Tabulas Capponianas, cum haec peteret :* Omnia e sociis Papebrochii exspectamus graeco-latina et utinam sine his tricis (4).

Chronotaxis vitae S. Ioannicii summatim exponitur.

26. *Ut integra chronologia Vitae* S. Ioannicii *quasi unico intuitu appareat, placuit sequentem conficere tabellam, quae sit tamquam illius sancti viri regestum.*

Anno Christi 754. *Nascitur* S. Ioannicius *in pago Marycati, in Bithynia, prope lacum Apolloniadem.*

761-773. *Pascit porcos in regione paterna, vivens pie quidem, sed implicitus haeresi iconomachorum.*

773. *Adscribitur militiae inter excubitores imperatoris, in cohorte decima octava.*

791. *Occurrit in monte Olympo cuidam seni; a quo cum reprehensus fuisset quod adhaereret iconomachis, conversus est.*

791-795. *Pergit militare sub vexillis imperatoris, sed addictus pietatis exercitiis et omni operi bono, nec non devotus in sacrarum imaginum cultum.*

C 795. *Post praelium apud castrum Marcellorum in Thracia, renuntiat mundo et petit monasterium Agaurorum in Olympo monte situm. Inde in Antidii coenobium statim profectus*

795, 796 *duos ibi transigit annos; dein solitariam vitam exercet in Corvi Capite, in monte Trichalice et in Hellesponte,*

797-799 *ubi tres annos remanet. Transit in Cunduriam, dein prope Myras in Lycia, unde vadit Ephesum, redit in Lyciam et petit montes Ciliciae ubi*

800-806 *per septem annos moratur.*

806. *In monasterio Eristae habitum et tonsuram monachorum accipit, unde divertit in locum dictum Critamum,*

806-808 *ubi per tres annos perseverat.*

808-810. *Tres annos se abscondit in Chelidonia.*

810-815. *In Agaurorum monasterium reversus, in cella degit constructa in Trichalice monte; quam relinquit, exorta persecutione Leonis Armeni;*

815-820 *profectus in silvam dictam Ad Lydiam.* D *Unde revertitur in Trichalicem montem, anno 820.*

825. *Visitatur a S. Theodoro Studita aliisque suo tempore venerandis episcopis et hegumenis.*

830. *Redit in Antidii monasterium.*

841. *Ad eum consultum mittit imperator Theophilus de cultu sanctarum imaginum.*

843. *Praedicit S. Methodii electionem in patriarcham, ad quem etiam epistulam mittit.*

845. *Male habetur a perversis monachis.*

846. *1 novembris visitatur a S. Methodio.*

846. *3 novembris incidit in letalem morbum, senio confectus.*

846. *4 novembris sanctam Deo remittit animam suam. Eius corpus inhumatur in ecclesia monasterii Antidii.*

§ IV. De monte Olympo et de monasteriis ibidem constitutis.

E

In monte Olympo, qui est in Bithynia prope Prusam,

27. *Regionem quam per tot annos incoluit* S. Ioannicius *quamque sanctitatis celebritate atque prodigiis multis extulit, paucis iuvat describere, praesertim cum in monachorum orientalium annalibus locum insignem obtinuerit et latam adepta sit famam. Oriundus dicitur sanctus vir e pago Marycato, ignobili prorsus, cuius nomen vix alibi occurrit. Illud iterum in Vita S. Pauli Latrensis, de quo agendum erit ad diem 15 decembris et cuius Acta nuper inter* Analecta Bollandiana (5) *sunt edita, legimus :* κατοικεῖ δὲ ἔν τινι χωρίῳ, ὃ τοῦ Πέτρου μὲν λέγεται, προσεχὲς δέ ἐστι τοῖς τοῦ Μαρυκάτου κατονομαζομένοις, ὅθεν ὁ θεῖος ἐν μοναχοῖς Ἰωαννίκιος ὥρμητο. Habitavit autem in quodam loco quem Petri appellant, haud procul ab iis quae Marycat vocantur, unde oriundus erat beatus Ioannicius monachus (6). *Ex Actis nostris tamen percipimus situm fuisse hunc pagum Marycatum ad borealem lacus Apolloniadis partem. Iam vero lacus ille est quem nostris diebus vocant indigenae* Aboullonia, *iacetque Propontidem inter et septentrionales clivos montis Olympi, a mari chiliometris fere quindecim. Montis vero Olympi, in cuius speluncis asperisque vallibus tot annos sancte degit vir mirabilis* Ioannicius, *in ipsius Vita determinatur situs. Etenim narratur Constantinopolim rediturus vidisse* a dextris suis supereminentem montem Bithyniae, qui apud nos vocatur Olympus (7). *In recensione quae sub Metaphrastae nomine inscribitur, paulo diversa est haec descriptio topographica :* F *cum vidisset* Ioannicius *montem* qui supereminet a dextera Bithyniae, qui apud nos vocatur Olympus, concepit animo vitam quietam et amantem solitudinis (8). *Ex quo textu eruebat R. P. Victor De Buck* (9) *non in ipsa Bithynia assurgere hunc montem, potius quidem in Mysia, ita ut ad septentrionem adiaceret Bithyniae, ad orientem autem Phrygiae Epicteto, qui vero hinc Constantinopolim versus adspectarent, a dexteris Bithyniam haberent. Praeterea exinde confirmabat eruditus vir Olympum adscribendum esse Mysiae montibus, quod nomen ei et cognomen* Ὄλυμπος ὁ Μύσιος. *Attamen minus recte cohaeret haec opinio cum textu Sabae quem modo rettulimus, ubi aperte declaratur*

(1) Vitae n. 6. — (2) Baronii *Annales*, tom. IX, p. 543. — (3) Vitae n. 13. — (4) P. 27. — (5) Tom. XI, pp. 1-74, 136-82. — (6) Ibid., p. 21. — (7) Cfr. infra, Vitae primae n. 7. — (8) P. G., tom. CXVI, p. 42. — (9) *Act. SS*, Octobr. tom. X, p. 918.

Olympus

AUCTORE J. V. D. G.

A *Olympus ad Bithyniam pertinere. Rem ita componi posse censemus, si, ut veritas videtur postulare, paululum adtemperatur sententia nimis exclusiva R. P. De Buck. Scilicet, verum est Olympum maiori ex parte se extendere in Mysia, sed alia etiam pars in Bithyniam vergit, ubi se extollit altissimum montis cacumen. Iam dubium solverat Strabo cum dicit tractum borealem occupari a Bithynis, reliquos a Mysis* (1). *Indeque factum est ut auctores aliqui loquantur de Olympo Mysio, alii plures, ut inter recentiores Leake, usurpent nomen Olympi Bithyniae* (2). *Etiam ad rem nostram facit quod in Vita S. Michaelis Syncelli, cuius apographum ex chirographo Monacensi num. 10* (3) *servat bibliotheca regia Bruxellensis in codice signato 18235-6, Nicephorus Gregoras describit de monte Olympo. Interpretationem latinam subicimus confectam a P. Reinoldo Dehnio, qui anno 1665 hoc apographum cum interpretatione latina Vitae graecae S. Michaelis Syncelli ad Bollandianos misit.*

Ὄρος δ' Ὄλυμπος τῶν ἐν Βιθυνίᾳ τὸ μέγιστον, ἡ δὲ Βιθυνία τέρμα τῆς Ἀσίας καὶ τοῖς τῆς Εὐρώπης τέρμασιν ἀντιβλέπουσα. Πολλαὶ μὲν οὖν ἐπ' αὐτῇ πεδιάδες, πολλὰ δὲ ὄρη ἀνίστασι πρὸς μέσον ἀέρα τὰς κορυφὰς ἀνατείνοντα. Οἷς γε δὴ πᾶσιν ὁ Ὄλυμπος παρατιθέμενος πεδιάδας τὰς αὐτῶν κορυφὰς ἀποφαίνει παρὰ τοσοῦτον γὰρ ἐκείνων ὑπερανέχει παρ' ὅσον ἐκεῖνα τῶν πεδιάδων. Τούτου παρὰ τὴν ὑπωρείαν ἡ τῶν Προυσαέων κεῖται μητρόπολις.

Qui Bithyniae montium est maximus. Bithynia, terminus Asiae, Europae terminos obversa fronte respicit ac frequenter in planitiem exporrecta montibus non rarius ad mediam usque aeris regionem assurgit, qui tamen Olympo comparati campis sunt similiores. Quanto enim ipsi campis, tanto Olympus ipsis celsior est; cuius radicibus Prusa metropolis adiacet.

multos monachos vixisse declarant Acta multorum sanctorum,

28. *Praesertim celebris factus est mons Olympus in fastis Ecclesiae, iam a remotissimis temporibus, multitudine monachorum qui hanc regionem incoluerunt. Non ingratum opus nos facturos fuisse arbitramur, si notitias quae apud scriptores ecclesiasticos non infrequenter occurrunt de sanctis istis Olympicis hagioritis quasi in manipulum collegerimus. Primus hucusque notus Olympici tractus eremita est S. Neophytus, sub Diocletiano martyr, qui ibidem secesserat vitam acturus solitariam* (4). *Regnante Galerio Maximiano, sanctae virgines Menodora, Metrodora, Nymphodora, ut ferunt earum Acta, latuerunt in tumulo quodam non procul a Pythiis thermis in Bithynia* (5). *Praeterea legere est apud Socratem de quodam Eutychiano monacho, qui narratur in tractu Olympico, temporibus Constantini Magni, solitariam degisse vitam, multorum hominum et corpora et animas salutari medicina curasse, ibidemque versatum cum discipulo Auxanone, quem disciplinae monasticae praeceptis erudiebat* (6). *Eiusdem fere temporis testimonium perhibent Acta S. Hypatii, qui vixit saeculo V, quemque tradunt monachos in Olympo degentes visitasse* (7). *Saeculo VI, in concilii Constantinopolitani actione prima leguntur subscripsisse tum* Stephanus, presbyter et prior mona-
C sterii Olympii (8), *tum* Hypatius, presbyter et archimandrita monasterii Olympii (9). *Ab illa aetate usque ad finem saeculi VII nulla est deprehensa mentio monachorum Olympicorum, forsan quia Cappadocia et Palaestina, tunc temporis monachorum quasi almae tellures, fama Sabae, Basilii, aliorumque monasticae vitae ductorum, ascetas ad se attrahebant. Attamen vero est simile etiam in Olympica regione, dum pacem teneret Ecclesia, floruisse ibi eremitas late diffusos. At a saeculo VIII ineunte ex bene multis sanctorum Vitis, tum monachorum Olympicorum tum monasteriorum plurium ibi erectorum frequentissimam mentionem nanciscimur. Quos inter tempore prior, non ultimus virtute, emicuit S. Plato. Refert enim nepos eius S. Theodorus Studita, in oratione funebri, quam de sancto suo avunculo et patre spirituali S. Platone pronuntiavit, eum abscurrisse in partes Olympi* (10), *ut ibi disciplinam vitae monasticae edoceretur. Citandus forte etiam Timotheus quidam, postea monachus in monasterio Symbolorum,* E
cui diu praefuit S. Plato. Timotheus iste colitur die 21 februarii. Sub Leone Isauro floruit S. Georgius Limniota, qui in tractu montis Olympi asceticam duxit vitam (11). *Narratur in Vita S. Theodori Studitae ad eum, cum Prusam versus intendisset, accurrisse omnes monachos qui Olympum incolunt* (12) *et S. Theodorum fuisse praesertim conversatum cum quodam Petro monacho* (13), *qui forsan fuerit Petrus Atroensis hegumenus coenobii Sancti Zachariae, de quo postea dicemus. Praeterea noti sunt SS. Nicephorus* (14) *et Nicetas* (15), *hegumeni monasterii Mediciensis, quod erat situm ad orientem Prusae, haud procul ab hac urbe prope Nicaeensem sinum* (16); *notus est etiam, et imprimis S. Theophanes Sigrianus, qui in eadem Bithyniae regione vitam monasticam agebat. Est enim Sigriana, prope Cyzicum in Asia minori ad littus Propontidis, montuosa regio quam Rhyndacus fluvius dividit ab Olympo* (17). *Etiam in Olympo asceticam vitam didicit S. Lucas Stylita, ut docemur ex apographo eius Actorum servato in bibliothecae regiae Bruxellensis codice 18864-74, fol. 191ʳ, quod exscriptum est ex Parisiensi* F
graeco, olim num. 142, nunc vero 1458.

plura monasteria erecta testatur Vita S. Ioannicii,

29. *Maxime ex Actis* S. Ioannicii *plurima innotuerunt nobis nomina monasteriorum et coenobiorum in tractu Olympico erectorum. Praeter iam citata Mediciense, Symbolorum et Sigrianum, habemus monasterium Agaurorum dicatum SS. Cosmae et Damiano, cuius abbas erat, temporibus* S. Ioannicii, *Gregorius* (18), *cui posthac successerunt S. Eustratius et Antonius, qui prius adhaesit haeresi iconomachorum, dein erroris paenitens resipuit hortante* S. Ioannicio; *habemus et coenobium Sancti Agapii, unum ex Agaurorum metochiis; monasterium Antidii in quo cum diu vixisset* S. Ioannicius *sepultus est, cuius etiam novimus unum ex hegumenis Iohannem nomine; monasterium Eristae, cui saeculo VIII exeunte praeerat Stephanus, qui*

(1) Lib. XII, ed. Falconer 1807, p. 826. — (2) *Journal of a Tour in Asia Minor*, p. 168. — (3) Cfr. Hardt, *Catal. cod. mss. bibl. reg. Bavaricae*, tom. I, p. 55. — (4) *Act. SS.*, Ian. tom. II, p. 297. — (5) Hunc locum fuisse in Bithynia tenent Bollandiani contra Tillemontium, qui putabat extra Bithyniam sitos fuisse thermos. *Act. SS.*, Sept. tom. III, p. 492. Cfr. Texier, *L'Asie mineure*, p. 116. — (6) *Hist. eccl.*, lib. 1, cap. 13. P. G., tom. LXVIII, p. 105-110. — (7) *Act. SS.*, Iun. tom. III, p. 343. — (8) Labbe. *Concil.*, tom. V, col. 31. 110, 130. — (9) Ibid., col. 174. — (10) P. G., tom. XCIX, p. 810. Cfr. ibid., p. 122. — (11) *Act. SS*, Aug. tom. IV, p. 841. — (12) P. G., tom. XCIX, p. 219. — (13) P. G, tom. XCIX, p. 315. — (14) *Act. SS.*, Maii tom. I, pp. 500 sqq. — (15) *Act. SS.*, April. tom. I, pp. 253 sqq. — (16) *Act. SS*, Oct. tom. X, p. 915. — (17) *Act SS.*, Mart. tom. II, pp. 213 sqq. — (18) Ibid., p. 220, nota 9 et praesertim infra.

S. Ioannicium

AUCTORE J. V. D. G.

S. Ioannicium *tonsura monachali insignivit; monasterium Cellularum; coenobium Sancti Heliae in quo detonsus est S. Paulus Latrensis* (1) *et frater eiusdem Basilius hegumenus renuntiatus* (2), *et aliud quod denominatur* Ἐλαιοβώμοι Altaria Heliae, *cuius erat Antonius abbas, et cuius typicum anno 1162 exscriptum servat bibliotheca Patmiaca* (3); *monasterium Telai, quod Metaphrastica recensio vocat Hytotelai, forsan idem ac monasterium Sancti Zachariae quod rexit S. Petrus Atroensis; monasterium Sancti Nicolai; coenobium Leucadum; coenobium Balei; monasterium Cunis, nec non tria coenobia condita ab ipso* S. Ioannicio *in honorem B. Mariae Virginis, SS. Petri et Pauli et S. Eustathii, in quo septuaginta monachos suo tempore demoratos esse docet Petrus, alter* S. Ioannicii *historiographus* (4). *Ex Theophanis continuatore audimus ad ipsius Olympi ascensum venientem Nicaea offendere monasterium Athenogeni martyri sacrum, cui, cum illud visitavit Constantinus Porphyrogenetus, praefectus erat Petrus quidam nomine* (5). *In Vita S. Antonii iunioris quae exstat in codice Vindobonensi historico trigesimo primo in catalogo Nesseliano (fol. 1-17) dicitur S. Antonius perrexisse in montem Olympum* B *ad monasterium Eunuchorum. Coenobia Phlouboutinorum* (Φλουβουτινῶν), *Hyacinthi atque Bolii* (Βολίου) *citantur in Vita S. Constantini Iudaei transcripta ex codice Laurentiano* (6), *quam servat codex Bruxellensis num. 18864-74* (7). *Hyacinthi monasterii meminit etiam Georgius Acropolita in* Annalibus (8), *et coenobium Bolii, forsan non distinguendum est a Baleo de quo modo dicebamus.*

cuius etiam post mortem perseverasse vitam asceticam,

30. *Et haec quidem de praecipuis monachis Olympicis qui claruerunt tempore* S. Ioannicii, *et de insignioribus istius tractus locis quae ex eius Actis innotuerunt nobis. Saepissime mentionem iniciunt scriptores byzantini, hagiographi et libri ecclesiastici de istis hagioritis. Ita refert auctor Vitae S. Stephani iunioris ad eum confugisse in monte Sancti Auxentii ut, furente Constantino Copronymo, ab ipso recrearentur, cum aliis pietatis assertoribus, monachos Europae, Byzantii, Thyniae et provinciae Bithyniensis, eosque qui Prusae antra et montes incolebant* (9). *Imperator Nicephorus expulit inter Bithyniae monachos, ut ibi reliquam vitam ageret, Arsaberem quaestorem* (10), *verberibus* C *caesum et capillitio damnatum, propterea quod insidias ipsi struxerat. Ex celebri monte Olympo narrat Genesius descendisse religiosos homines qui illum incolebant, Methodio in patriarcham electo congratulaturos* (11). *Plurium monachorum Olympicorum nomina tradit cl. v. I. Martinov in suo* Anno ecclesiastico graeco-slavico. *Sic refert S. Hilarionem venisse in* Olympum, S. Ioannicii anachoretae nomine clarum, *et ibi in quodam oratorio, non procul a monasterio Olympiaco, sedisse annos quinque* (12). *Idem vir eruditus nobiscum dignatus est communicare versionem gallicam Vitae rossicae S. Euthymii Thessalonicensis, dicti Iunioris, editae in* Paterico Montis Athonis *conscriptae a Basilio quodam monacho, minime autem, ut quidam opinati sunt, a Basilio episcopo Thessalonicensi. Iam vero in hac Vita etiam legimus S. Euthymium cum sociis suis Nicolao, postea facto hegumeno Pissadorum, et Theodoro aliquandiu etiam Olympum incoluisse* (13). *Idem asserit de SS. Cyrillo et Methodio, Slavorum apostolis, Legenda Pannonica, quae haec sic refert :* Ut solitariam vitam iniret solique Deo vacaret, abiit ad fratrem suum in montem Olympum (Cyrillus). Methodius enim in montem hunc, ubi sancti patres habitant, secesserat prior, monachus factus (14). *Tandem, sub Romano imperatore, Constantinum, Boilae filium, praefectum mensae, in Olympum discessisse ut monachum indueret, testes sunt scriptores byzantini* (15). D

31. *Hi sunt ergo celebriores incolae montis Olympi qui, in Ecclesia graeca, splendidissimum lumen sparserunt usque ad istud infaustissimum tempus, quo, si credi oporteat Anastasio bibliothecario, diruta sunt a Photio monasteria Olympica. Qui, ut iste narrat,* in monte Olympo eremiticam vitam ducentes fugavit, eorumque tuguria seu speluncas igni perdidit (16). *Restaurata tamen postea fuisse videntur coenobia, et ad tempora etiam recentiora perseverasse monachi Olympici. In epistula namque sua nona ad principem Bulgarorum nuntiat Nicolaus mysticus se misisse ad ipsum, qui* inter Alanos fidei verbum in virtute Spiritus sancti disseminaret, cathegumenum quendam monachorum eorum qui in Olympo (17). *Saeculo X, in montem Olympum secessit cum fratre suo Basilio S. Paulus Latrensis, qui colitur die 16 decembris, ibique vestem induit monachalem* (18). *Idem comperimus de S. Constantino Iudaeo* (19). *Similiter saeculo XI, S. Christodulus, anno aetatis suae vigesimo, ne a matre cogeretur matrimonium inire, fuga se in Bithyniae montem Olympum recepit, ubi ascesis florebat* (20). *Notum est etiam Michaelem Psellum, quem taedebat aulae byzantinae tumultus, aliquandiu monachum inter Olympicos ascetas egisse* (21), *traditumque est ad nostri memoriam nomen alicuius monachi Sergii, qui olim in* F *Olympo degens lectionarium Evangelii manu sua transcripsit anno 1059, quod lectionarium nunc Hierosolymis in Sancti Sabae monasterio asservatur* (22). *Ex eadem solitudine, tamquam ex asceterio virtutis avocatus, non unus monachus Olympicus episcopali vel etiam patriarchali infula fuit insignitus. Referunt enim, post Constantinum Manassen* (23), *Cuperus noster* (24) *et nuperius*

usque ad saeculum XIII referunt passim scriptores byzantini.

(1) *Anal. Bolland.*, tom. XI, p. 22. — (2) Ibid., p. 25. — (3) Gardthausen, *Catalog. codic. graec. Sinaiticorum*, p. 264. Τυπικὸν τῆς μονῆς [τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου] τῶν Ἡλίου βώμων. Cfr. Sakkelion, Πατμιακὴ Βιβλιοθηκή, p. 136, n. 265. — (4) Cap. V, num. 22. — (5) P. G., tom. CIX, p. 482. — (6) Bandinius, *Catalog. cod. mss. Mediceae Laurentianae*, tom. I, p. 412. — (7) Fol. 283v, 286r, 292r. Locos integros referre non pigebit : ὁ τῶν Φλουβουτινῶν μονῆς καθηγούμενος (fol. 283v), — καὶ τὴν ὁδὸν διανύσας τὴν Ὑακίνθου καταλαμβάνει λεγομένην μονήν· αὐτοῦ γὰρ ἔλαβε τὴν ἱερὰν ἐκείνην χαρίσασθαι χεῖρα. Οὗτος δ' ὁ τόπος ἱερὸν τῆς Θεομήτρος οὐ τῶν ἀσήμων παρά τινα πόλιν ἐπίσημον, Νικαία δὲ αὐτή, τῆς Βιθυνίας· ὅπερ Ὑάκινθός τις εὐσεβὴς ἀνὴρ ἐδείματο μὲν θερμῷ τῷ πόθῳ, ἑαυτὸν δὲ σὺν τῇ περιουσίᾳ καθιερώσας ψυχῶν ἀπετέλεσε φροντιστήριον (fol. 286r), — ὡς δὲ τῆς μὲν τοῦ Μεσῶνος παροικίας μετέστη, ἀγχοῦ δέ που τῆς τοῦ Βολίου μονῆς οὕτω καλουμένης παρεγένετο (fol. 292r). — (8) P. G., tom. CXL, pp. 1006, 1034, 1082. — (9) Ibid., tom. C, p. 1114. — (10) Ibid., tom. CVIII, p. 971. — (11) Ibid., tom. CIX, p. 1095. — (12) Ad diem XIX novembris. — (13) *Annus eccl. gr.-slav.*, p. 248. — (14) Ibid., p. 169. — (15) P. G., tom. CIX, pp. 427, 802. — (16) P. L., tom. CXXIX, p. 13. — (17) P. G., tom. CXI, pp. 19, 79. — (18) *Anal. Bolland.*, tom. XI, pp. 22. — (19) In apographo codicis Laurentiani servato in bibliotheca regia Bruxellensi, num. 18864-74, fol. 283v, 286r, 287r, 292r, 293v. Cfr. Sergius, *Kalendarium Orientis completum*, tom. II, p. 401. — (20) Édouard Le Barbier, *Saint Christodule et la réforme des couvents grecs au XIe siècle*, p. 8. Cfr. Cyrillus Boines, Ἀκολουθία τοῦ ὁσίου Χριστοδούλου, p. 65. — (21) Sathas, *Bibl. gr. med. aevi*, tom. IV, p. LXVII; tom. V, p. 177. Cfr. Rambaud, *Revue historique*, tom. III, pp. 267-8. — (22) Gregory, *Prolegom. ad Nov. Testam.*, fasc. III, p. 713. — (23) P. G., tom. CXXVII, p. 422. Cfr. Gedeon, Πατριαρχικαὶ Πίνακες, p. 297. — (24) *Act. SS.*, Aug. tom. I, p. * 114.

cl. v.

A *cl. v. Hirsch* (1), *fuisse anno 906 evectum in solium Constantinopolitanum Euthymium,* qui a teneris unguiculis et aetate prima solitariam in Olympo Mysiae monte vitam egerat. *Idem fere a scriptoribus byzantinis narratur tum de S. Tryphone, quem memorant ex monacho in Opsicio, id est in tractu Olympico, factum esse anno 930 eiusdem sedis patriarcham* (2), *tum de Basilio, quem refert Leo diaconus* (3) *fuisse anno 970 ab imperatore Iohanne in medium productum* qui, a teneris unguibus arrepta vita monastica, crebros agones religiosae palaestrae ludorum in Olympi montis arduis clivis ostenderat. *Idem honor obtigit Iohanni monacho, cognomento Xiphilino, quem inter alios Iohannes Curopalates* (4), *Glycas* (5) *et Zonaras* (6) *tradunt vitam solitariam in monte Olympo haud exigui temporis spatio duxisse. Tandem comperimus alium monachum Olympicum, Iohannem Lacapenum, eodem saeculo XI (1060-1078), fuisse missum in Bulgariam episcopum* (7). *Nil igitur mirum si monachos istius celeberrimi tractus magnis laudibus extollit Eustathius Thessalonicensis* (8). *Imperatores etiam*
B *byzantinos magni semper fecisse ascetas montis Olympi non uno docemur testimonio. Saepius nempe refertur Romanus Lacapenus illis eleemosynas elargitus* (9), *nec non misisse illis libellum in quo peccata ipsius fuerant obsignata, ut eorum precibus se commendaret* (10). *Imprimis notissima est Constantini Porphyrogeniti sollemnis visitatio ad monachos in Olympo exercentes, paucis ante obitum suum diebus* (11). *At tantae virtutum laudi finem imposuit Turcarum crudelitas, et, regnantibus Osmano I et Orkhano (1298-1358), montis Olympici, sicut et totius Bithyniensis regionis eversa sunt monasteria et fugati monachi* (12). *Praeteritae famae vix nomen remansit, hodie tamen etiam superstes tum apud Graecos, qui montem Olympum denominant* καλογέρων ὄρος, *tum apud Turcas appellatione usos* Ketchich dag, *quae sonat montem monachi. Sed et recentioribus temporibus apparet identidem unus alterve qui, pristina sancti montis admotus celebritate, veterum temporum conatur excitare memoriam, ut S. Dionysius Olympicus, qui saeculo XVI, expetitus in episcopatum sese abscondit in monte Olympo, ubi ad extremum vitae suam diem latuit* (13); *cuius Vita legitur in*
C *codice num. 9 (fol. 273-279), bibliothecae monasterii Zographi in monte Athone* (14). *Cum de his tantum monasteriis egerimus quae in ipso Olympo aut in eius proximitate fuerint erecta, qui de aliis compluribus in Bithynia fundatis cuperet audire, is adeat eruditas notas congestas nuper a clarissimis viris Manuele Iohanne Gedeone* (15) *et Tryphone Evangelide* (16).

AUCTORE J. V. D. G.

§ V. De S. Petro Atroensi, S. Ioannicii coaevo et socio in monte Olympico.

Ex Actis S. Ioannicii palam factum est S. Petrum Atroensem,

32. *Haud parvum ex Actis* S. Ioannicii *hucusque ineditis lucrum decerptum est, notitia nempe omnino certa alicuius sancti ecclesiae byzantinae prorsus incogniti. Scilicet ad nostra usque tempora, ducibus maxime Bollando et Radero* (17), *quos secuti sunt viri ceteroqui eruditissimi I. S. Assemanus* (18), *Martinov* (19) *et Nilles* (20), *existimatum est S. Petrum, qui apud Graecos et Slavos dicitur tum* Sanctus Petrus qui in Atroa *(in menologio Basilii Iunioris, ad diem 2 ianuarii), tum* Sanctus Petrus signifer in aede Sancti Zachariae Atroae iacentis *(in menaeis excusis et in Sirmondianis manuscriptis ad dies 2 et 3 ianuarii), tum* Athirensis *(in menologio Mosquensi ad diem 5 septembris), quae appellatio corrupta certe est ex* Atroensis *denominatione in monumentis slavicis ad diem 13 septembris usurpata, existimatum est, inquam, hunc S. Petrum Atroensem unum eundemque esse cum Petro Balsamo seu etiam Abselamita, de quo in opere nostro actum est ad diem 3 ianuarii* (21). E *Quin etiam in toto decursu* Anni ecclesiastici graeco-slavici *opinionem istam tam acriter propugnavit vir cl. I. Martinov ut hallucinationis notam iis non dubitavit inurere, qui in illo Petro Abselamo, in Atroa sepulto, duos homines distinguere vellent. Postea tamen suspicatus est Sergius archimandrita* (22) *plane diversum a Petro Abselamo exstitisse Petrum Atroensem, quem ita denominatum agnoscebat ex aliquo montis Olympici loco. Nihilominus R. P. Nicolaus Nilles S. I. non destitit Petrum Atroensem unum eundemque existimare cum Abselamita, quem a sepulturae loco* Atroensem *sic vocatum fuisse putabat* (23), *negabatque se ad Sergii opinionem illatenus accedere posse, quippe cui contradicerent* praestantissimae animadversiones quas Martinov ea de re prior occupavit scribere. *Nec felicius conciliabat Synaxarista Nicodemus cum Petrum Atroensem faciebat episcopum Argensem, fratrem Pauli Corinthii* (24).

quem falso unum dixerunt cum Petro Abselamita,

33. *Argumentum praecipuum quo Raderus, I. S. Assemanus et Nilles nitebantur ut Petrum Atroensem ab Abselamita martyre non distinguerent, inde petitum erat quod in Menaeis* σημειοφόρος *praedicatur Petrus Atroensis:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ *(nimirum 2 ianuarii)* μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ σημειοφόρου, ἐν τῷ ναῷ Ζαχαρίου τῆς Ἀτρώας κειμένου. *Quoniam Petrus Abselamita martyrio vitam finierat, verbum* σημειοφόρος *in hunc sensum detorquere conati sunt praedicti auctores quasi significaret* cruciferum, *quoniam in crucem actus fuerat Petrus pro Christi nomine. At haec nullo prorsus iure afferuntur, suntque inane figmentum. Ex usu enim loquendi apud scriptores byzantinos consueto, cuius testimonia plura citari possunt, recte colligit*

(1) *Byzantinische Studien*, p. 411. — (2) P. G., tom. CIX, p. 434, 970; tom. CX, p. 1174. — (3) Ibid., tom. CXVII, p. 807. — (4) Ibid., tom. CXXII, p. 387. — (5) Ibid., tom. CLVIII, p. 603. — (6) Ibid., tom. CXXXV, p. 254. — (7) Malychewski, *SS. Cyrillus et Methodius* (rossice), p. 445. — (8) Tafel, *Eustathii opuscula*, p. 359-60. — (9) P. G., tom. CIX, pp. 447, 971. — (10) Ibid., p. 458. — (11) Ibid., p. 482. Cfr. Rambaud, *L'Empire grec de Constantinople au Xe siècle*, pp. 47, 48. — (12) Ἀκολουθία τοῦ ὁσίου Χριστοδούλου, pp. 65, 115. — (13) *Ann. eccl. gr.-slav.*, p. 52. — (14) Spyr. Lambros, Καταλ. τῶν ἐν ταῖς βιβλ. τοῦ ἁγίου ὄρους ἑλλην. κωδίκων, tom. I, p. 80. — (15) Cfr. in periodico graeco, cui titulus Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια, anno 1889, n. 49 et sqq., articulum inscriptum Ἔγγραφοι πλίνθοι καὶ κεράμια. — (16) In periodico graeco Σωτήρ, anno 1889, περί τινων ἀρχαιοτάτων μονῶν ἐν Βιθυνίᾳ. — (17) *Act. SS.*, Ian. tom. I, p. 129. — (18) *Kalendaria eccl. univ.*, tom. VI, p. 59, 60. — (19) *Ann. eccl. graec.-slav.*, pp. 27, 37, 38, 217, 246, 248. — (20) *Kalend. manuale utriusque eccl.*, tom. I, pp. 67, 68. — (21) *Act. SS.*, Ian. tom. I, p. 129. — (22) *Polnyj Mesjacoslov Vostoka (Kalendarium Orientis completum)*, tom. II, pp. 284-5. — (23) Loc. cit., p. 67. — (24) Συναξαριστής, tom. VI, p. 15.

Sophocles

AUCTORI J. V. D. G.

Sophocles in Lexico graeco romanae et byzantinae periodi *verbum* σημειοφόρος *idem sibi velle atque thaumaturgum* (1). *Sufficiat sequentes adduxisse locos. In* Apophtegmatibus Patrum : εἰδὼς καὶ ὅτι σημειοφόρος ἐστὶν ὁ γέρων, sciens autem senem signa seu miracula edere (2), *et alibi in eodem libro :* ἦν γὰρ σημειοφόρος, erat enim miraculorum effector (3). *Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabae invocat testimonium sanctorum patrum, luminarium et miraculorum editorum,* ὑπὸ τῶν ἀρχαίων φωστήρων καὶ σημειοφόρων πατέρων. *Praeterea, ut legenti patebit, Petrus monachus, alter* S. Ioannicii *Actorum scriptor, saepius eum appellat* σημειοφόρον.

fuisse hegumenum monasterii Sancti Zachariae, siti in Olympicae regionis loco dicto Atroa.

34. *At quominus idem sint Petrus Atroensis et Abselamita, obstant quae dicuntur in menaeis, nimirum alterum ex illis sepultum esse in Atroa ad Sancti Zachariae. Haec quae hucusque obscura viris doctis videbantur, nunc ex* S. Ioannicii *Actis clara nimis eradunt. Legimus etenim in Vita a Saba conscripta, cap. X num. 44 :* Τοῦ δὲ μακαριωτάτου καὶ θαυματουργοῦ Πέτρου, ἡγουμένου γεγονότος τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Ζαχαρίου ὑπὸ πόδας τοῦ ἐκεῖσε B Ὀλυμπιακοῦ ὄρους καὶ σύνεγγυς Καλουκώμης κειμένης, ἐν τῷ ὑπεράνω τῆς μονῆς βασιλείου ναῷ τοῦ ἁγίου Νικολάου τότε κατασκηνοῦντος, beatissimus et thaumaturgus Petrus qui hegumenus factus erat monasterii Sancti Zachariae, siti ad radices istius ibidem Olympici montis et prope Calucome in templo Sancti Nicolai, quod regio monasterio supereminet, tunc versabatur. *Proin Petrus dictus Atroensis erat monachus Olympicus* S. Ioannicio *coaevus, qui praefuit monasterio Sancti Zachariae, in quo et sepultus iacuit. Idem innotescit ex Vita adhuc inedita S. Lucae Stylitae, cuius apographum ex codice Parisino olim 142, nunc 1458, servat bibliotheca regia Bruxellensis in codice signato num. 18864; ubi fol. 191ᵛ haec legimus :* καταλιπὼν γῆν πατρῴαν καὶ κτῆσιν πᾶσάν τε συγγενείας καὶ φιλίας προσπάθειαν καὶ συνήθειαν λάθρα μετανάστης τῆς πατρίδος γίνεται καὶ πρὸς τὸ Ὀλύμπιον οὕτω καλούμενον ὄρος ἀποτρέχει. Ἔνθα που λαύραν καταλαβὼν ἐπ' ὀνόματι τοῦ μεγάλου προφήτου προσαγορευομένην Ζαχαρίου τὴν κώφευσιν ἐθελουσίως ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ ἀνδρὸς σχηματίζεται, λίθον ὡς οἷά τινα κημὸν ἑκούσιον ἐμβαλὼν τῷ ἰδίῳ στόματι. Προσέρχεται τοίνυν τῷ τῆσδε τῆς μονῆς προεστῶτι θείῳ γέροντι Πέτρῳ προσαγορευομένῳ, τῷ προορατικῷ προδήλως C κατακεκοσμημένῳ χαρίσματι. Cum reliquisset terram patriam et possessiones et omnem consanguinitatis amicitiaeque affectum et conversationem, secreto migrat e patria et ad Olympicum sic vocatum montem proficiscitur. Ibi cum petiisset monasterium prae nomine magni prophetae denominatum Zachariae, taciturnitatem sponte imitatur istius sancti viri, lapidem ad instar cuiusdam freni ultronei imponens ori suo. Vadit igitur ad istius monasterii praelatum divum D senem Petrum vocatum, prophetico prorsus ornatum charismate. *Habemus ergo Petrum istum de quo inquirimus fuisse praelatum monasterio Sancti Zachariae in Olympico monte sito. Quem locum magis determinatum assignant Menaea cum dicunt :* ἐν τῷ ἁγίῳ Ζαχαρίᾳ τῆς Ἀτρώας κειμένου. *Iam vero locum istum ex Actis* S. Ioannicii *etiam cognoscimus. Narrat Sabas* S. Ioannicium, *cum mane quodam e monasterio Agaurorum profectus esset, vespere advenisse in unum ex Olympicis pagis dictum versus* Atroam Castulo ἐν κώμῃ μιᾷ τῶν πρὸς Ἀτρώαν Καστούλω καλουμένῃ *(cap. III, num. 8). In Vita* S. Ioannicii, *auctore Petro, dicitur transeundum esse per* Atroam *ut eatur de monasterio Agaurorum ad Antidium (num. 8). Atroa videtur ad radices montis Olympi sita fuisse, siquidem inde refertur* S. Ioannicius *ascendisse in monasterium Antidii in ipso monte exstructum. Eundem locum melius definit Leo diaconus referens Iohannis Tzimiscis iter in regione Olympica :* ἄρτι δὲ κατὰ τὴν τῷ Ὀλύμπῳ παρακειμένην τῆς Ἀτρώας πεδιάδα ὁ βασιλεὺς ἀφικόμενος, venerat imperator in Atroae E campum Olympo subiectum (4). *Apud Theophanem chronographum leges nomen eiusdem Olympici loci* ἐν τῇ Ἀτρῴᾳ, *sed adeo obscuro modo ut nec Ortelius nec Goarus situm determinare valuerint* (5). *Tandem in Vitae S. Constantini Iudaei apographo Bruxellensis bibliothecae regiae, signato num. 18864-74, fol. 289ᵛ, haec invenies :* ἔρημον ἤδη καταλιπὼν περί τινα τόπον προέρχεται· Ἀτρώαν αὐτὸν καλεῖν οἱ ἐγνωκότες εἰώθασιν, καθ' ὃ ὁ Μεσῶν καλούμενον χωρίον τι ἵδρυται.

§ VI. De S. Ioannicio analecta ex variis.

Theodorus Studita, in epistulis suis

35. *Praeter ea quae copiose satis in ipsis Actis* S. Ioannicii *de eius vita et miraculis enuntiata sunt, alia quaedam ab eo gesta apud alios rerum huiusce temporis scriptores reperiuntur. Praesto imprimis est testimonium luculentissimum de* S. Ioannicii *sanctitate productum ab alio sanctissimo viro, nimirum a S. Theodoro Studita. Qui, ut legitur in Actis* S. Ioannicii (6), *cum circa annum 823* (7) *hac iter haberet sanctum nostrum* F *anachoretam in monte Olympo visitaverat. Mirum sane est auctorem Vitae S. Theodori Studitae, quamvis iter illud narret* (8), *non tamen commemorasse hunc Theodori cum* S. Ioannicio *congressum; sed quaedam S. Theodori epistula omnem, si forte oriretur, tollit dubitationem de huius facti veritate* (9). *S. Theodorus ad* S. Ioannicium *scribens, recens eorum colloquium in memoriam revocat :*

Ἰωάννῃ ἐρημίτῃ.

Ἡδὺ θέαμα ὁπόταν τις θεάσοιτο τοῦτο καὶ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν εἰς νοῦν ἀεὶ ἀναθεωρεῖν εἴωθεν. Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς οἱ ταπεινοί, θεοτίμητε, ἅπαξ σε βλέψαντες καὶ ὡμιληκότες, οὐκ ἐπιλελήσμεθα· ἀλλὰ φανταζόμενον ἔχομεν ἐν τῇ διανοίᾳ· αὐτὸ

Iohanni eremitae.

Si iucundum spectaculum viderit quispiam, hoc etiam postquam recesserit, animo semper intueri solet. Sic igitur et nos humiles, vir a Deo honorate, ex quo te semel vidimus et locuti sumus tecum, minime obliti sumus; sed impres-

(1) Cfr. notam Combefisii in verbum σημειοφόρος, *Eccl. gr. monum.*, tom. I, p. 806. — (2) Ibid., tom. I, p. 424. — (3) Ibid., p. 568. — (4) P. G., tom. CXVII, p. 923. — (5) Ibid., tom. CVIII, p. 937. Cfr. Ramsay, *The historical Geography of Asia Minor*, p. 189. — (6) Vide infra Vitae primae num. 28, alterius vero num. 35. — (7) Hunc annum 823, Baronius, tom. IX, p. 871; Le Quien vero, in *Oriente christiano*, tom. I, p. 605, putat tum rem evenisse, cum iam morti proximus esset S. Ioannicius; quod certe falsum est. Chronotaxis synoptica S. Theodori Studitae statuit annum 824. (Edit. Sirmondi tom. V) et Acta S. Ioannicii conscripta a Saba idem tempus indicant. — (8) P. G., tom. XCIX, pp. 218, 219. — (9) Tom. V, p. 444; cfr. P. G., tom. XCIX, p. 1386. Iterum textum contulimus cum codice graeco num. 894 bibl. nat. Parisiensis, fol. 334ᵛ-335ᵛ.

τοῦτο

sum

AUCTORE J. V. D. G.

A τοῦτο γαννύμενοι ὁρᾶν ἄνθρωπον Θεοῦ, προσώπῳ τε καὶ ὁμιλίᾳ χάριν θείαν λάμποντα, καὶ εἰς δοξολογίαν Θεοῦ προτρεπόμενον. Ἔσχες δὲ τοῦτο τῇ ἐρημικῇ μονώσει, καὶ τῇ προσευχτικῇ προσελεύσει· λαμπρυνθεὶς Μωσαϊκῶς τὴν ὄψιν πρὸ τοῦ ἀρρήτου φάους. Διὸ καὶ αὖθις γλιχόμεθά σε κατοπτεῦσαι, καὶ συμμετασχεῖν τῶν ἔν σοι χαρίτων κατὰ δευτέρωσιν ἁγιαστικοῦ μετουσιασμοῦ, σὺ πρὸς Θεόν, καὶ ἡμεῖς παρὰ σοῦ. Ὁρᾷς ὅσον σε Θεὸς ἐδόξασεν, ἐπεὶ ἐδόξασας αὐτόν; Ἀλλὰ καὶ ἔτι δοξάσειεν ἐν τέλει τοῦ βίου, ἀποπεραίνοντα ἀξίως τὸν δρόμον, ἡμῖν δὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς εὔξαιο κἂν ἄρξασθαι τοῦ σωτηρίου δρόμου· ἐπείπερ μακρὰν ἀπὸ Θεοῦ οἱ ἐλάχιστοι. Ἡ πρώτη ἐπιβολὴ τοῦ λόγου ἐν τούτοις.

sum menti gerimus, illum ipsum videre gestientes hominem Dei, et vultu et verbis divinam gratiam spirantem, et ad Dei laudes incitantem. Hoc vero adeptus es eremitica solitudine, et orationis frequentatione, faciem gerens Moysis instar ineffabili luce resplendentem. Quocirca et iterum intueri te cupimus, et gratiae donorum quae in te sunt participes fieri, ac sanctitatis quam tu a Deo, nos abs te, minus tamen quam quanta in te est, hauriemus. Viden quanta te Deus gloria affecerit quoniam tu illum gloria affecisti? Atque utinam ornare te pergat in fine vitae curriculum, ut par est, absolventem. Tu vero pro nobis ora peccatoribus, ut vel incohemus salutarem cursum; quippe qui a Deo longe absumus homunculi. Atque hoc primum orationis propositum.

Ista igitur prior pars indubitatum et extra controversiam relinquit cum S. Ioannicio *nuper collocutum fuisse Theodorum Studitam cum haec scribebat, indeque Actorum nostrorum fides nova eaque non spernenda ratione confirmatur. Sed praecipue inspiciendum qua de causa scripserit Theodorus Studita. Pergit enim post expressum de ultimo et nuperrimo colloquio gaudium :*

B Τίς ἡ δευτέρα; Περὶ Θεοκτίστου τοῦ ἐρημίτου· ὃς ὅπως διερράγη ἐξ αἱρετικῶν τινων ὑποθέσεων τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας· αὐτὸς ἡμῶν μᾶλλον ἐπίστασαι, τιμιώτατε. Πλὴν ὅτι καὶ ἡμεῖς προπέρυσι πλησιάσαντες τοῖς καθ' ὑμᾶς ἐνδιαιτήμασιν, ἐξεμάθομεν παρὰ τῶν εἰδότων τὰ τοῦ ἀνδρός. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ γραμμάτων ὑπεμνήσαμεν καὶ παρεκαλέσαμεν ἀποσχέσθαι αὐτὸν τῶν σκοτεινῶν ἐκείνων καὶ δαιμονοποιῶν φθεγμάτων, ὀρθοδοξεῖν δὲ μᾶλλον ἐπί τε τῆς παναγίας θεοτόκου, καὶ τῶν ἄλλων τρόπων. Νῦν οὖν Νικάνωρ ὁ ἡμέτερος ἀδελφὸς φοιτήσας πρὸς ἡμᾶς, ἀπήγγειλεν ἐλθεῖν εἰς μετάγνωσιν τὸν ἄνδρα, καὶ ἐθέλειν ὁμοφρονεῖν τῇ ἐκκλησίᾳ, λέγειν δὲ μηδὲ γράμμα ἐμὸν εἰληφέναι, ἀλλὰ καὶ ἐρᾶν δέξασθαι. Ἐπεὶ οὖν, πάτερ ἅγιε, γέγραπται· Ὁ ἐξάγων ἄξιον ἐξ ἀναξίου ὡς στόμα μου ἔσται, καὶ· Ὁ ἀποστρέφων ἄνθρωπον ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν· δεῖ τὴν ἁγιωσύνην σου διαναστῆναι, καὶ δοῦναι χεῖρα βοηθείας τῷ πλανωμένῳ, ἐν τούτῳ γὰρ Θεοῦ συνεργὸς ἔσῃ. Ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; ἵνα δηλώματι ἄξας τὸν Θεόκτιστον πρὸς σέ, εἴποις τε καὶ διαλεχθῇς τὰ εἰκότα. Καὶ εἰ μὲν εὕροις αὐτὸν εἴκοντα τῷ θείῳ λόγῳ, εἴποις καὶ περὶ ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ, ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο κεκίνημαι φιλῶν τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ· κἂν δοκιμάζοις, ὁ πατήρ, C κἀκεῖνος ἐρᾷ, ἐπιστείλω αὐτῷ εὐθέτως, ὥστε ἀμφοτέρωθεν ἑλκυσθῆναι καὶ κερδηθῆναι τὸν ἀπολλύμενον. Τοῦτο γὰρ βούλεται Θεός, κἀν τούτῳ ἦλθεν ἐπὶ τῆς γῆς τὸ ἀπολωλὸς ἐκζητῶν ἐπιστρέψαι, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἀπόδειξιν τὴν τοῦ πέλας φιλίαν ποιεῖται ἡμῖν. Καὶ δεῖ παντὶ σθένει κινηθῆναι ἡμᾶς, πάτερ ὅσιε· εἰς τοῦτο γὰρ κἀγὼ κινηθεὶς ἔγραψά σοι. Εἰ δὲ μετὰ τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ἀπειθῶν ἀπειθεῖ ὄψεται ὁ ἀνομῶν. Λέγει Κύριος· Ἄφετε αὐτούς, τυφλοί εἰσί. Ὡς οὖν εὐοδοῖ Κύριος, ἀγαθύνθητι, πάτερ, δηλοποιῆσαί μοι γράμματι σου τιμίῳ.

Quodnam alterum? De Theoctisto eremita : E qui quonam modo per haereticas quasdam quaestiones ab ecclesiae corpore divulsus sit, ipse nosti melius quam nos, reverendissime. Attamen et ipsi nuper ad cellulas vestras cum venissemus, de hominis rebus ex iis qui noverant didicimus. Quin etiam per litteras eum commonefecimus (1) et adhortati sumus, ut ab tenebricosis illis et daemoniacis sermonibus abstineret, et orthodoxe potius sentiret, tum de sanctissima Deipara, tum de aliis capitibus. Nunc ergo Nicanor frater noster ad nos veniens resipuisse hominem renuntiavit, velleque Ecclesiae consentire, negare autem se litteras meas accepisse; sed et illas optare. Quoniam igitur scriptum est, pater sancte : " Qui educit dignum ex indigno, sicut os meum erit (2) ", et " Qui converti fecerit hominem ab errore viae suae operiet multitudinem peccatorum (3) "; sanctitatem tuam exsurgere oportet, et auxilii manum porrigere erranti : in hoc enim Dei adiutor eris. Qui vero id fiet? Ut Theoctistum ad te advoces, eique dicas et edisseras quae par erit. Et si quidem cedere illum videris divino sermoni; de me etiam humili significes, eandem meam mentem esse, eius salutis desiderio, et, si probabis, F pater, idque ille expetet, scribam ad illum apposite, ut utraque parte trahatur, et lucrifiat qui perit. Hoc enim vult Deus, et huius rei gratia in terram venit, quod perierat quaerens reducere (4), et amorem proximi esse iubet nobis amoris erga se argumentum, omnique conatu excitari nos convenit, pater sancte; in hunc enim finem ut ad te scriberem permotus sum. Quod si post talem conatum detrectans non obsequetur, " videbit iniquus (5) ". Ait Dominus : " Sinite illos, caeci sunt (6) " Quem igitur successum Dominus dederit, indicare mihi, pater, venerandis tuis litteris bonitas tua ne gravetur.

Scilicet petit S. Theodorus a S. Ioannicio *ut secum allaboret in convertendo aliquo ex Olympicis monachis, Theoctisto nomine. Hunc in Olympo eremiticam agere vitam plane indicat Theodorus Studita in recitata epistula, cum refert se didicisse de hominis istius rebus cum nuper ad Olympi cellulas venisset. Ex Actis* S. Ioannicii *nihil quidem percipimus de Theoctisto aut de eius resipiscentia. Attamen Baronius non dubitat asserere* S. Ioannicium *praestitisse integre quod precibus suis Theodorus ab eo requirebat* (7). *Re quidem vera, exstat tum epistula ista Theodori ad Theoctistum scripta* (8), *quam in litteris ad* Ioannicium *commemorat et in qua redarguit eum, quod ob suspectam doctri-*

(1) Cfr. edit. Sirmondi, tom. V, p. 473. — (2) Ierem., XV, 19. — (3) Iac., V, 20. — (4) Matth., XVIII, 13. — (5) Psal., CXI, 10. — (6) Matth., XV, 14. — (7) *Annales*, tom. IX, p. 906. — (8) Ed. Sirmondi, tom. V, p. 473.

nam

AUCTORE J. V. D. G.

nam complures ab eius communione divisi sunt, tum altera (1) *ex qua certum deduci valet argumentum, Theoctistum eremitam paenitentem, suadente* S. Ioannicio, *suos condemnasse errores; siquidem in fine istius epistulae Theodorus Theoctistum hortatur ut libello suae paenitentiae subscribat* coram domno Ioannicio spirituali patre nostro, teque venerando patre et fratre nostro, ἀπέναντι τοῦ κυροῦ Ἰωαννικίου τοῦ πνευματικοῦ ἡμῶν πατρός, καὶ σοῦ τοῦ τιμίου καὶ πατρὸς καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν. *Ad quem locum iuvat notare hunc titulum* patris spiritualis, τοῦ πνευματικοῦ πατρός, *quo S. Theodorus* S. Ioannicium *insignit. Cavendum tamen est ne inde inferamus* Ioannicium *fuisse sacerdotio initiatum. Recte quidem monuit I. Habert* (2) *apud Graecos* spiritualium patrum *seu* virorum *nomine designari proprie confessarios ac proin presbyteros; attamen haud magno negotio demonstraretur huius vocabuli sensum proprium in alios minus strictos aberrasse et saepe etiam ad patrinos ob spiritualem cognationem* (3).

et in parva Catechesi agit de S. Ioannicio,

36. *Alibi iterum commemoratur* Ioannicius *a Theodoro Studita, nimirum in* Parvae Catecheseos *catechesi XXXVIII* (4). *In hoc loco hegumenus Studii proposuerat suis monachis exempla sequenda nonnullorum ex sanctissimis eorum fratribus ut eos hortaretur* ad permanendum in quo vocati erant apud Deum et non quaerendum quae sunt alterius ordinis. *Dein pergit ita inducendo* S. Ioannicium : ἐχέτω οὖν ὁ πατὴρ Ἰωαννίκιος σὺν τοῖς ὁμοταγέσι τὴν ἐρημίαν καὶ τὴν ὀρεινήν· σὺ στέργε τὴν ὑποταγὴν καὶ τὴν ξενίαν· ἐκεῖνος ἐν τῷ νῦν καιρῷ οὐ δεδίωκται, σὺ δὲ δεδιωγμένος ἕνεκεν δικαιοσύνης· ἐκεῖνος οὐ πεφυλάκισται, σὺ δὲ ἐφυλακίσθης διὰ Κύριον· ἐκεῖνος οὐ τέτυπται, σὺ δὲ ἐτύφθης διὰ Χριστόν. Πόσῳ ταῦτα ἐκείνων βελτιώτερα! Teneat igitur pater Ioannicius cum suis sociis deserta et montana, tu dilige submissionem et hospitalitatem. Iste nunc non patitur persecutionem, te autem persequuntur propter iustitiam. Iste non fuit incarceratus, tu vero compactus es in custodiam propter Dominum; iste non fuit verberatus, tu autem caesus es propter Christum. Quam haec illis antestant! *Prima fronte non videtur Theodorus Studita hic probare* Ioannicium. *Sed cum ex altera parte notum sit quanti fecerit sanctum monachum, locus praesens est declarandus ex peculiari scopo qui intenditur. Nempe vult* C *monere suos monachos unicuique permanendum esse in statu a quo vocatus est a Deo, qui status est unicuique melior, et ita ratiocinatur :* S. Ioannicius *cum suis tenet solitudinem, ubi quietus Deo vixit, vobis datum est non adeo tranquillam agere vitam, et propter Deum pati multa; quod vobis melius fuit. Minime autem, ut falso sibi fingeret aliquis, intendit Theodorus Studita improbare agendi rationem* Ioannicii. *Tandem nolumus praetermittere* S. Ioannicium *a Theodoro Studita commemorari inter viginti tres amicos et fratres quos, quoniam de iis scire avebat et de quibus frequens fiebat significatio, consultum fore duxerat brevius et occulte magis, ex elementis seu viginti quattuor litteris designare. Iam vero ut* S. Ioannicius *per litteram ι significetur petit* (5).

qui commemoratur etiam in Vita

37. *Commemoratur etiam* S. Ioannicius *in Vita S. Euthymii, qui colitur die 15 octobris* (6). *Haec Vita conscripta a Basilio quodam, quem aliqui perperam eundem dicunt atque archiepiscopum Thessalonicensem, hucusque latet in bibliothecarum tenebris, nimirum, ut tradit Nicodemus Synaxaristes* (7), *coenobiorum Vatopedensis et Laurae maximae in Athone monte. Hucusque est vulgata tantummodo versio rossica* Vitis patrum montis Athonis *inserta, quam* (8) *benignissime nobis interpretari dignatus est cl. vir Iohannes Martinov. Illa Acta maximi facit eruditus auctor* Anni ecclesiastici graeco-slavici, *quippe quae cum factis historicis aliunde notis, tum quod ad res ipsas, tum quod ad chronotaxim spectat, apprime concordent. Accuratae traduntur notitiae geographicae, stilus est simplex admodum, nec, ut saepius contingit in Graecorum narratiunculis, canoris nugis et ornatu superfluo abutitur eius auctor Basilius, qui S. Euthymii, tum discipulum, tum aequalem se manifestat. Natus est S. Euthymius circa annum 824, narratur autem anno aetatis suae decimo octavo reliquisse patriam suam, Galatiam, et post diutina itinera, petiisse regionem Olympi, ubi occurrit* S. Ioannicio, *qui tunc temporis maximae sanctitatis veneratione decoratus florebat. Cui statim* E *adhaesit asceticae vitae praecepta edocendus. Cum quadam die congregati essent patres et fratres apud* Ioannicium, *ut verbis oris eius instruerentur, simulque adesset iunior Euthymius,* S. Ioannicius, *qui discipuli sui tum praecocem virtutem, tum futuram sanctitatem, tum fructum quem in animabus operaturus esset, praevidebat, voluit in conspectu omnium monachorum Euthymii humilitatem demonstrare. Quare patres singulos allocutus interpellavit quis eorum, dum in saeculo versaretur, magis nocuisset proximo suo. Cum id se ignorare respondissent patres : " En illum, respondit indignabundus* S. Ioannicius, *designato Euthymio : iuvenis iste est malefactor, homicida, tenete eum eiusque alligate manus. " Percontari omnes quodnam scelus admiserit, nihil respondere iuvenis, non ausus contradicere sancto viro, nec negare se esse scelestissimum virorum, paratum ad vincula ferenda; obstupescere omnes. Tunc iterum locutus est* S. Ioannicius : *" Sinite eum abire, ait; innocentissimus est virorum. Homicidii insimulavi eum experimenti causa, demonstrare volens quanta sit olim patraturus qui a vitae asceticae incunabulis oboedientiae humilitatique adeo studet ut non* F *recuset haberi vir infamis et nequam. "*

S. Euthymii iunioris,

in Vita sanctae Irenes,

38. *Praeter multas praedictiones quas a* S. Ioannicio *prolatas fuisse Acta eius referunt, duae aliae ibi non commemoratae sunt quae leguntur alibi, scilicet de S*[a] *Irene eligenda in hegumenam monasterii Chrysobalanti et de Photio futuro Ecclesiae Christi acerrimo adversario. Iam fuit inserta operi nostro narratio congressus Irenes cum* S. Ioannicio, *nimirum quomodo Irenes virgo in sponsam destinata Michaeli imperatori, in itinere suo versus Constantinopolim diverterit ad Olympum montem ut celebratissimi tunc temporis anachoretae conspectu frueretur precibusque adiuvaretur. Cui praedixit sanctus vir indigere ipsius auxilio monasterium Chrysobalanti, ut virginibus ibidem Deo sacratis praeesset* (9). *Hunc congressum anno 842 locum habuisse opinabatur noster Iohannes Pi-*

(1) Ibid., p. 518-520. — (2) *Liber Pontif. Eccl. graec.* Paris, 1676, pp. 598-600. Cfr. I. Hergenroether in *Entalmate graeco Patrum spiritualium officium describente additoque brevi de eodem commentario*, pp. 13 17. — (3) Zhishman, *Orient. Eherecht*, p. 260 et *Syntagma Athen.*, tom. V, p. 380. — (4) In editione cl. viri Auvray, Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογήτου Θεοδώρου ἡγουμένου τῶν Στουδίου μικρὰ κατήχησις, p. 141. — (5) P. G., tom. XCIX, p. 1059. — (6) *Annus ecclesiasticus graeco-slavicus*, p. 248. — (7) Συναξαριστής, tom. III, p. 84. — (8) *Afonski patérisc.* Saint-Pétersbourg, 1860, tom. I, pp. 36-40. — (9) *Act. SS.*, Iul. tom. VI, p. 604.

nius

AUCTORE J. V. D. G.

A *nius* (1). *Quoniam in nulla Actorum* S. Ioannicii *recensione quaequam subicitur istius praedictionis mentio, quid sentiendum sit de hac prophetia pronus erit quisque ad dubitandum. Licet de tempore quo obtigerit notet Pinius ex suis dictis satis liquere accipiendum esse annum 842, addit tamen se hac de re ulterius quod aperiat non habere. Ceterum auctori Vitae Sae Irenae, utpote qui* ita locis, personis ac temporibus suam adaptavit narrationem, ut conveniri possit res aperte falsas ac palpabiliter disparatas alicubi obtrusisse, *quique, nedum fuerit Sae Irenae synchronus, diu post illam vixit, mediocrem prorsus se dare fidem profitetur idem antecessor noster. Cum igitur sileant Acta nostra, nec multum confidere liceat auctori Vitae Sae Irenae, certo omni indicio supersedisse satius erit.*

Nec Symeoni magistro, qui S. Ioannicii praedictionem de Photio refert,

39. *Praedictionem autem circa Photium sic factam legimus in Symeonis magistri* Annalibus *relatam :* quod vero parentes monachorum studiosi erant, uxor domo lubens excipiens pro ipsis ac Photio preces fundere rogabat. Hunc quandoque Photium valde adhuc puerulum, cum pater ad S. Ioannicium in monte Olympo adduxisset,
B obsecrabat ut oraret pro eo. Cui ille actutum respondens : " Photius, inquit, vias tuas, Domine, ut sciat, in animum non inducit ". Ad quem Sergius alta ducens suspiria : " Ut quid, pater, hoc dixisti ? " Respondit senex : " Quae ille perpetraturus est, tibi denuntio. " Tum Sergius caput cinerem aspersus e monte descendit (2). *Veritati istius narrationis de* S. Ioannicii *congressu cum Photio puerulo non utique favet silentium Actorum nostrorum. Quamvis non obstet temporum ratio, cum natus sit Photius certo ante annum 827 et* S. Ioannicius *anno 846 obierit, eruditi plures, quos inter cardinalis Hergenroether, maxime abhorrent ab accipiendo Symeonis magistri testimonio. Eminentissimus scriptor non dubitat hanc et alias, quas Magister de Photio profert historias, fabulis et ficticiis commentis accensere* (3). *Non tamen negat hos rumores fortassis in populum sparsos fuisse, sed plane recusat illos in historicae veritatis documentum invocare. Quapropter talia reticuisse laudi sit scriptoribus Vitae* S. Ioannicii, *novumque exsistat argumentum unde crescat fides ipsis adhibenda, quod in apertas nugas et aniles historiunculas, plebis delectamentum, non inciderint, saltem quod*
C *spectat ad traditionem popularem quam rettulit Symeon de* S. Ioannicio *iam ab ipsa fautoris pueritia praedicente Photianum schisma.*

40. *Iam actum est (num. 17) de consilio quod a* Ioannicio *petiverat imperatrix Theodora ; hanc nempe narrat Nicetas, in Vita Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, consultum misisse ad* S. Ioannicium *ecquisnam, mortuo Methodio, in patriarcham eligendus esset. Rationes dedimus propter quas illud testimonium incertum nimis appareat nobis. Sed placet referre quod de* S. Ioannicio *tradit auctor Vitae eiusdem basilissae Theodorae, cuius textum nuper edidit cl. v. W. Regel inter* Analecta byzantino-russica *ab Academia Petropolitana vulgata* (4), *et apographum ex codice quodam Basiliorum Messanensium servat codex signatus num. 8599-60 in bibliotheca regia Bruxellensi. Ubi haec leguntur fol. 82r-83v :* κατ' ἐκείνους δὲ τοὺς καιροὺς διέλαμπον ἄνδρες θαυμαστοί τε καὶ εὐλαβεῖς καὶ ζήλου θείου καὶ σοφίας ἔμπλεοι τυγχάνοντες· Ἰωαννίκιος ὁ μέγας, σημειοφόρος καὶ ἀξιάγαστος καὶ τρισμακάριστος, ὁ ἐκ τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος τὸ τῆς προοράσεως (5) καὶ προγνώσεως μέγα (6) καὶ ὑπερθαύμαστον χάρισμα ἀξιωθεὶς λαβεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πολλὰ τοῖς πυνθανομένοις προλέγων τῶν ἐσομένων. Illis vero temporibus (7) fulgebant viri mirabiles et pii, atque zelo divino et sapientia E
pleni : Ioannicius magnus, miraculorum editor et mirabilis terque beatus. Qui per illuminationem sanctissimi et vivifici Spiritus, praevisionis et praescientiae magnum et admirandum charisma dignus qui acceperit a Deo, multa interrogantibus praedixit futurorum. *Re quidem vera prophetico dono imprimis emicuit* S. Ioannicius, *quod plura ex eius Vita mirabiliter facta testantur. Eundem S. Theodorae Vitae locum reperies verbotenus repetitum in* Oratione historica in festo restitutionis imaginum *a Combefisio edita* (8). *Huius orationis scriptorem haec ab auctore Vitae Theodorae excerpsisse luculenter demonstravit W. Regel* (9).

nec Actis SS. Davidis, Georgii et Symeonis,

41. *In Actis hucusque ineditis SS. Davidis, Georgii et Symeonis, quae Florentiae in bibliotheca Medicea Laurentiana inveniuntur* (10), *quorumque apographum a P. Daniele Papebrochio confectum conservat bibliotheca regia Bruxellensis in codice signato num. 8229* (11), *legitur* S. Ioannicius, ὁ ἐν ἡσυχασταῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀγγελικῶς ἐν τῷ Ὀλύμπῳ διαπρέπων Ἰωαννίκιος (12), *consensisse contra Symeonem cum Georgio, Methodio et Iohanne Catasamba ut, basilissa Theodora rogante, emortuum imperatorem Theophilum fidelem et orthodoxum declararent,* ὡς πιστὸν καὶ ὡς ὀρθόδοξον. *Integrum locum* F
transcribere iuvat (13).

* cod. περιεβλέπτῳ

Πάντων δὲ τῶν ὀρθοδόξων ἀρχιερέων καὶ μοναχῶν ἐν τῇ μεγαλοπόλει συναθροισθέντων ἡ βασίλισσα τούτους οὐκ ἀηδῶς δεξαμένη ἔνδον τῶν βασιλείων, ἐν τῷ λεγομένῳ Περιβλέπτῳ* τῷ τέως καταχθῆναι κελεύει· τὴν δὲ δίττην ταύτην τῶν ἀδελφῶν τὴν ξυνωρίδα Συμεὼν καὶ Γεώργιον σύν τε τῷ θαυμαστῷ Μεθοδίῳ ἐν ἰδιάζοντι ταμιείῳ παρ' ἑαυτὴν ἔχουσα συχνοτέρως ὡμίλει, καὶ εἰς συνεστίασιν προετρέπετο. Θνήσκειν δὲ μέλλων ὁ βασιλεὺς μετάμελος, κἂν μὴ τελείως,

Omnes orthodoxos presbyteros et monachos in metropoli congregatos (14) cum basilissa (15) haud iniucunde intra regiam aedem excepisset, in locum dictum Peribleptum (16) simul convenire iubet. At illud duplex fratrum par, Symeonem Georgiumque (17), cum mirabili viro Methodio in proprio cubiculo secum habens, cum illis frequentius conversabatur eosque ad convivium invitabat. Cum moriturus esset rex, paenitens factus, licet non integre,

(1) Ibid., p. 601. — (2) P. G., tom. CIX, p. 731. — (3) *Photius, Patriarch von Constantinopel*, tom. I, p. 317-319. Cfr. Hirsch, *Byzantinische Studien*, pp. 340 sqq. — (4) P. 7. Cfr. *Rev. des quest. hist.*, tom. LIII, p. 259. — (5) Apud Regel minus recte προαιρέσεως. — (6) Cod. Brux. μέγαν. — (7) Scilicet annis 829-842, quibus regnavit Theophilus. — (8) *Auct. Bibl. Patr.*, tom. II, p. 720. — (9) *Analecta byzantino-russica*, pp. IX-XI. — (10) Bandinius, *Catalog. cod. mss. bibl. Med. Laurent.*, tom. I, p. 425. — (11) Omont, *Catalogue des ms. grecs de la bibl. roy. de Bruxelles*, p. 35. — (12) P. 27. — (13) P. 26, 27. — (14) Cfr. Theoph. Contin., P. G., tom. CIX, p. 166-7; Symeon. Mag., ibid., p. 711, num. 3; Zonar., P. G., tom. CXXXV, p. 11. — (15) Nempe Theodora. — (16) Monasterium Constantinopolitanum, de quo Bandurius, *Imperium orient.*, tom. I, p. 380, Cangius, *Constantinop. christ.*, libr. IV, p. 63. Monasterium Deiparae Peribleptae saeculo XI a Romano Argyro conditum est. Unde patet Acta SS. Davidis, Georgii et Symeonis non prius saeculo XI fuisse conscripta. — (17) De his sanctis cfr. *Act. SS.*, Apr. tom. I, p. 668.

AUCTORE J. V. D. G.

τελείως, τῇ τε τῆς εὐσεβείας μετακινήσει καὶ τῷ διωγμῷ ὀρθοδόξων γενόμενος, δοθῆναι τοῖς ἀναπήροις καὶ πένησι λίτρας ἑξήκοντα χρυσίου παρέθετο· ἑτέρας δὲ τοσαύτας τοῖς ἐν σπηλαίοις καὶ ὄρεσιν ἡσυχάσουσι καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐξορίαις κατακριθεῖσιν· ἡ δ' εὐσεβὴς ἐκείνη καὶ φίλανδρος, μᾶλλον δὲ φιλόχριστος βασιλὶς τοῖς τρισὶν ἁγίοις τούτοις ἀνδράσι τὸν ἴδιον αὐτῆς ἀνακοινοῦται σκοπὸν καὶ ἀναφανδὸν ἀνακαλύπτει, λέγουσα· Ἐγὼ μέν, ὦ ἱεροὶ καὶ θεοφόροι πατέρες, τὸν ἴδιον κόσμον τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ εὐσεβοφρόνως ἀποδοῦναι βούλομαι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὑμῶν ὁσιωτάτην ὁμήγυριν ἐκ περάτων πρὸς ἡμᾶς παραγενέσθαι κεκέλευκα. Μίαν δὲ κἀγω πρὸς ὑμᾶς ταύτην προφέρω τὴν αἴτησιν κούφην ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν καὶ μάλα ῥαδίαν ὑπαρχοῦσαν· ἐξουσίαν γὰρ ἔχετε πρὸς Θεοῦ τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ὅσα ἂν καὶ βούλεσθε, οὐ μόνον τῶν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἐξεταζομένων τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἤδη προληφθέντων θανάτῳ, ὡς ἱερεῖς αὐτοῦ καὶ ἀκραιφνεῖς λατρευταὶ καὶ θεράποντες. Καὶ ἀντιβολῶ νῦν, ἰδού, ὑμᾶς, τὸν ἐμὸν σύζυγον ὑμῶν χρηματίσαντα βασιλέα μὴ ἀναθεμαθισμῷ καθυποβαλεῖν, ἀλλ' ὡς πιστὸν καὶ ὀρθόδοξον τοῦτον οἰκονομικῶς δέξασθαι.
B Πεπληροφόρημαι γὰρ ἔχειν ὑμᾶς, εἰ μόνον θελήσετε, καὶ τὸ δύνασθαι· ἰδοὺ γὰρ καὶ εὐλογίαν ὑμῖν καὶ τοῖς μεθ' ὑμῶν ἐκδημῶν ἐνδιαθήκως κατέλιπε. Καὶ ἡ μὲν πραοτάτη καὶ μετριόφρων δυὰς Μεθόδιος λέγω καὶ ὁ Γεώργιος ἀπηνεώθησαν μετὰ συννοίας οὐ τῆς τυχούσης σκεπτόμενοι τίνα ἂν δῶσιν ἀπόκρισιν. Ὁ δὲ θεῖος Συμεὼν πυρὸς ὑπάρχων θερμότερος καὶ ἐφικέσθαι ῥομφαίας τομώτερος, μηδὲν ὅλως ἐνδοιάσας ἢ τὸ παράπαν ὀρρωδήσας σφοδρῶς ἠγανάκτησε καὶ μέγα τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν ἀνακέκραγε· Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ σὺν αὐτῷ εἰς ἀπώλειαν· οὐκ ἔστιν αὐτῷ μερὶς ἢ κληρονόμια μετὰ τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων ἱεροσύλῳ καὶ θεομάχῳ ὑπάρχοντι· ᾧ γὰρ περιόντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, τούτῳ δῆλον ὅτι καὶ μεταστάντι. Τούτων οὕτως περὶ τοῦ μακαρίου ῥηθέντων, ἡ ἄνασσα τῇ λύπῃ κατασχεθεῖσα, θυμοῦ τε ἔμπλεως γενομένη τούτους τε καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς τοῦ παλατίου μετ' ὀργῆς ἐξωθεῖσθαι κελεύει, τάδε μετὰ θυμοῦ λέγουσα· Ἐφ' ὅσον ὑμῖν οὕτως δέδοκται, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ. Ἐγὼ γάρ, ὥσπερ ἔλαβον καὶ μεμάθηκα παρά τε τοῦ κηδεστοῦ καὶ τοῦ ἀνδρός, κρατήσω καὶ βεβαιώσω· ὑμεῖς δὲ ὄψεσθε. Ἐξελθόντων δὲ τῶν πατέρων οὐ μόνον τῶν βασιλείων, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως, ἅπας ὁ τῶν ὁμολογη-
C τῶν καὶ ὑπερορίων θίασος τῷ Συμεὼν ἠκολούθησε, τὰ αὐτὰ ἐκείνου φρονοῦντες, καὶ σὺν αὐτῷ θανεῖν προελόμενοι. Μόνοι δὲ τὸν τῆς βασιλίσσης σκοπὸν συνευδόκουν, καὶ ἤθελον περαιωθῆναι τῆς τοῦ κοινοῦ σωτηρίας εὖ μάλα καὶ ἐπισταμένως προνοούμενοι σὺν Γεωργίῳ Μεθόδιος, Ἰωάννης ὁ Κατασάμβας λεγόμενος καὶ ὁ ἐν ἡσυχασταῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀγγελικῶς ἐν τῷ Ὀλύμπῳ διαπρέπων Ἰωαννίκιος.

integre, propter piorum exsilium et persecutionem D orthodoxorum dari indigentibus pauperibusque libras sexaginta auri curavit, totidemque alias monachis in speluncis et montibus degentibus et ab ipso ad exsilium damnatis. Pia illa et hominum, sed potius Christi amatrix regina tribus sanctis istis viris proprium communicat suum consilium et apertissime revelat, dicens : *Equidem, o sancti et deiferi patres, proprium ornatum Dei ecclesiae piissime reddere volo, ideoque vestri venerandam congregationem ex finibus [imperii] ad nos convenire mandavi. Unam ad vos istam profero petitionem, quae levis in oculis vestris erit et valde facilis. Facultatem enim habetis a Deo ligandi et solvendi quaecumque volueritis, non tantum illos qui in vita hac perscrutati sunt peccata sua, sed illos etiam qui iam correpti sunt morte, siquidem sancti Dei et puri famuli et servi estis. Et deprecor nunc ecce vos ne meum maritum, vestrum renuntiatum regem, anathemati subiciatis, sed tamquam fidelem et orthodoxum illum canonice accipiatis. Compertum habeo praesto esse vobis, si modo volueritis, hanc potestatem. Ecce enim et eulogiam vobis et sociis vestris moriens testamento suo reliquit.* Tunc dulcissimum E et moderatos sensus gerens par, Methodium dico et Georgium, obstupuit, simul cum diligentia non qualicumque considerans quamnam daret responsionem. Divus vero Symeon, qui igne erat ferventior et ad penetrandum gladio acutior, nil prorsus haesitans, nec quicquam reformidans, valde indignatus est, et celebre illud Apostoli verbum exclamavit: *Pecunia eius cum eo sit in perditionem. Non est pars neque hereditas cum piis et orthodoxis sacrilego et adversario Dei. Cui in vita inimicae erant res divinae, illi inimicae sunt etiam post mortem.* His a beato prolatis, regina dolore affecta et ira plena effecta illos asseclasque suos e palatio indignabunda eici iubet, haec cum ira dicens: *Siquidem vobis ita visum est, proficiscimini e conspectu meo; equidem, ut accepi et didici a marito meo et viro, vincam et superabo; vos videritis.* Cum exiissent patres non tantum ex regia aede, sed ex urbe, totus confessorum et extraneorum chorus Symeonem subsecutus est, idem ac ipse sentiens et cum eo ad mortem paratus. Soli vero reginae intentum probaverunt et volebant perficeretur ad communem salutem, ipsi quidem optime et sapienter existimantes cum Georgio, Methodius, F Iohannes Catasambas dictus (1) et qui inter solitarios hoc tempore angelica vita in Olympo excellebat Ioannicius.

nec sermoni, quae S. Ioannicium de absolvendo Theophilo egisse narrant, adstipulandum censemus.

42. *Quae modo recitavimus ex SS. Davidis Georgii et Symeonis Actis ineditis illustrantur ex aliquo loco sermonis, qui in die festo restitutae orthodoxiae, cum iterum instauratae sunt sacrae imagines, pronuntiatus est anno 842, die 19 februarii, quemque ex* Sacro Graecorum Triodio *desumptum in* Annalibus ecclesiasticis *inseruit Baronius* (2). *Ibi narratur, cum sceptris potiti essent Theodora et Michael, Arsacium quendam magnum ascetam* (3) *accessisse ad* S. Ioannicium *in Olympo vitam monasticam exercentem, cui dixit :* Deus me ad te misit, ut quam primum ad venerabilissimum virum Esaiam cognomento Inclusum (4) Nicomediam accedentes, ab ipso discamus quae Deo sint placita, et eius sanctae Ecclesiae congrua. *Iam vero hortatus est eos Isaias inclusus ut quam primum se Constantinopolim conferrent ad S. Methodium. Haec graece edidit Combefisius* (5) *et nuper iterum cl. vir W. Regel* (6). *Quae cum imprimis ad rem nostram faciant exscribere non piget.*

(1) Nimirum patriarcha Constantinopolitanus iconomachus, etiam Iannes dictus. — (2) Tom. IX, anno 842. — (3) De S. Arsacio cfr. *Act. SS*, Aug. tom. III, p. 270. — (4) Iam notavit Combefisius, loc. cit., p. 745 Baronii interpretem male dixisse τὸν ἔγκλειστον *Esaiam cognomento Inclusum;* est enim vitae genus, non cognomen. Quisnam fuerit iste Isaias prorsus nos latet. — (5) *Auctar. Bibl. Patr.*, tom. II, pp. 716-7. — (6) *Analecta byzantino-russica*, pp. 24-26.

Τοιγαροῦν

Tunc

AUCTORE J. V. D. G.

A Τοιγαροῦν τὸ τηνικαῦτα ἐκ θείας ἐλλάμψεως ἐφάνη τῷ ὁσίῳ καὶ μεγάλῳ Ἰωαννικίῳ φιλοσοφοῦντι ἐν τοῖς ὄρεσι τοῦ Ὀλύμπου ὁ ἅγιος Ἀρσάκιος, ὁ τοῦ Θεοῦ γνήσιος θεράπων καὶ μέγας ἀσκητής, λέγων πρὸς αὐτόν· « Ὁ ἐξ ὕψους Καρμηλίου Θεὸς ἐν δυνάμει τῆς αὐτοῦ παρουσίας Ἠλίαν ἀποστείλας πρὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐλέγξαι τοὺς ἀνομοῦντας ἐν ταῖς βεβήλοις θυσίαις παρακελεύεταί σοι δι' ἐμοῦ παραγενέσθαι ἐν τῷ πύργῳ Νικομηδείας τοῦ ἁγίου Διομήδους πρὸς τὸν ἐκλεκτὸν αὐτοῦ θεράποντα Ἡσαΐαν, ὅπως τὰ τῷ Θεῷ φίλα καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἁρμόζοντα οἱ ἀμφότεροι σὺν ἐμοὶ τελέσητε. Σύνες οὖν, καὶ πάντα, ὅσα ἂν εἴποι ἡμῖν, ποιήσωμεν καὶ τῇ βασιλίσσῃ Θεοδώρᾳ ἅμα Μεθοδίῳ τῷ πατριάρχῃ ἀναγγείλωμεν ἃ δεῖ γενέσθαι. » Καὶ δὴ τούτων οὕτως λεχθέντων πρὸς ἀλλήλους, κατῆλθον ἀμφότεροι ἀπὸ τοῦ ὄρους καὶ διὰ μέσης τῆς νυκτὸς ἐν τῷ πύργῳ Νικομηδείας παρεγένοντο πρὸς τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ Ἡσαΐαν, οἵτινες τρισσῶς εὐλογηθέντες ὑπ' αὐτοῦ συνῆσαν τῷ ὁσίῳ Ἡσαΐᾳ ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις· μετὰ δὲ τὴν τρίτην ἡμέραν, ταῖς ἀλλήλων ἁγίαις εὐχαῖς ἀμφοτέρων ἐφοδιασθέντων, ἐλάλησε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος τοῦ ὁσιωτάτου Ἡσαΐου πρὸς τοὺς ἐρημικοὺς ἄνδρας
B λέγον· « Τάδε λέγει Κύριος· ἰδοὺ ἡμέρα ἐλήλυθε καὶ οἱ ἐχθροὶ τῶν ἐκτυπωμάτων μου τέλος εἰλήφαν, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλίδα Θεοδώραν παραγενομένων ὑμῶν κραυγὴ φωνῆς ἀκουσθήσεται λέγουσα· Ἰωαννίκιε καὶ Ἀρσάκιε, εἴπατε Μεθοδίῳ τῷ πατριάρχῃ· παῦσον πάντας τοὺς ἀνιέρους καὶ οὕτως σὺν ἀγγέλοις προσενέγκῃς μοι θυσίαν αἰνέσεως, τῆς ἐμῆς εἰκόνος τὴν μορφὴν μετὰ τοῦ σταυροῦ σεβαζόμενος. »

Tunc vero per divinam revelationem apparuit sancto et magno Ioannicio, qui asceticam philosophiam exercebat in montibus Olympicis sanctus Arsacius (1), Dei genuinus famulus et magnus asceta. Qui dixit illi : " Qui ex alto Carmelo Deus in potentia praesentiae suae Eliam misit ad Israel exprobraturum impiis polluta sacrificia (2), hortatur te per me ut in Nicomediensi castello Sancti Diomedis (3) adeas electum eius famulum Isaiam (4), ut quae Deo grata sint et ecclesiae profutura sint ambo mecum definiatis. Veni ergo, et quaecumque dixerit nobis faciamus, et reginae Theodorae simul et Methodio renuntiemus quae oporteat fieri. His igitur invicem dictis, descenderunt ambo de monte et media nocte in castellum Nicomediense convenerunt ad servum Dei Isaiam. Cum ter illis benedixisset, remanserunt apud sanctum Isaiam tres dies. Post tertiam autem diem, altero sanctis alterius precibus refecto, elocutus est Spiritus sanctus per os sanctissimi Isaiae, qui asceticis viris dixit : *Haec dicit Dominus : ecce dies venit et inimici imaginum mearum finem acceperunt, et cum apud reginam Theodoram* E *conveneritis sonus vocis audietur dicens : Ioannici et Arsaci, dicite Methodio patriarchae : tolle omnes impios et ita cum angelis offer mihi sacrificium laudis, imaginis meae formam crucemque venerando.*

Ioannicium *cum Arsacio et Isaia praestitisse mandata in sequentibus narratur, atque interfuisse sacro conventui confessorum quos, licet invitos prius, tandem persuasit Theodora imperatrix ut pro defuncto suo marito Theophilo sollemnes preces funderent. En igitur duplex testimonium de partibus a* S. Ioannicio *habitis ad Theophilum post mortem absolvendum. Quid igitur sentiendum de facti quod asserunt veritate, in iis quae perhibentur de* S. Ioannicio ? *Eo magis ea de re iuvat inquisivisse quod sancti nostri Acta de hoc prorsus silent. Cardinalis Baronius sermonem de quo diximus magni facere videtur, in quo se invenisse profitetur quae desiderantur in vulgatis historicis scitu digna. Sed cum Allatio* (5) *et Combefisio* (6) *recte animad-* C *vertit Pagius* (7) *minime tantam esse huius sermonis auctoritatem, quippe qui non unam passus est interpolationem, praesertim in iis quae spectant ad Theophili imperatoris conversionem. Praeterea, haud semel omnino perturbatus apparet temporum ordo, ut cum referat anno 842 auctor Constantinopolim advenisse S. Theophanem praepositum Magni Agri et S. Theodorum Studitam* (8), *quorum alter certe ante annum 820, alter anno 826 iam vita functus erat. Ad Acta SS. Davidis, Georgii et Symeonis quod attinet, etsi maior illis quam sermoni de quo modo agebamus fides adhibenda videtur, tamen, cum diu post eventus narratos digesta fuerint (cfr. not. 16, p. 329), et obiter tantum* Ioannicium *commemorent, potius magna eius famae celebritate adducti fuerint horum Actorum scriptores ut eum inter sanctos viros, qui iussu imperatricis convenerunt, nominarent quam ipsa rerum veritate. Etenim hic conventus habitus est anno 842, cum iam ad imam senectutem provectus erat* S. Ioannicius.

Quare cum taceant de hoc facto momentoso sane Acta nostra, S. Ioannicium *nullatenus censemus interfuisse sollemni deprecationi pro Theophilo habitae. Aegre nimis persuasum est nobis talem rem, si revera contigisset, fuisse tum a Saba, tum a Petro silentio pressam. Id tamen evincunt allati loci ex SS. Davidis, Georgii et Symeonis Actis, nec non ex sermone habito in festo restitutae orthodoxiae, quanto sanctitatis fulgore emicuerit apud coaevos* S. Ioannicii *virtus eximia vitaque mirabilis. Quae ratio excusationem nobis pariat apud illos qui de longius latiusque protracto hoc commentario quererentur.*

S. Ioannicius *laudatur in synodo Nicaena.*

43. *Ideo nec praetermissum volumus sancti nostri documentum sanctitatis exhibitum in vetere quodam documento ecclesiastico. Nimirum in epistula synodi Nicaenae ad Alexandrinam ecclesiam, quae tamen non est ex authenticis huius concilii actis* (9), *laudantur* pietatis praecones fraterno paternoque affectu in gloriam et honorem pietatis pro qua decertarunt. *Post citatos patriarchas, archiepiscopos et episcopos, incipit series hegumenorum, quarum prima haec est :* Θεοδώρου, τοῦ πανοσίου ἡγουμένου τοῦ Στουδίου, αἰωνία ἡ μνήμη, Ἰσαακίου τοῦ θαυματουργοῦ καὶ Ἰωαννικίου τοῦ προφητικωτάτου αἰωνία ἡ μνήμη. Theodori, sanctissimi hegumeni Studii, aeterna memoria. Isaaci thaumaturgi, et Ioannicii prophetico spiritu plenissimi, aeterna memoria (10). *Hanc epistulam, quae non reperitur inter acta concilii Nicaeni, vulgavit Montfaucon ex codice Coisliniano num. XXXIV, fol. 35r.*

Eiusdem miraculum post mortem

44. *Tandem miraculum subicimus quod a* S. Ioannicio *patratum fuisse narrat auctor anonymus Vitae S. Constantini ex Iudaeis. Haec Vita nondum edita in bibliotheca Laurentiana Floren-*

(1) Cfr. supra, p. 330, not. 3. — (2) *III Reg.*, XVIII, 42. — (3) De S. Diomede, qui Nicomediae martyr occubuit, cfr. *Act. SS.*, Aug. tom. III, p. 266. — (4) Cfr. supra, p. 330, not. 4. — (5) *De erroribus Graecorum.* — (6) Op. cit., p. 749. — (7) *Annal. eccl.*, tom. IX, anno 842, n. 13. — (8) Regel, op. cit., p. 31, 32. — (9) Montfaucon, *Biblioth. Coislin.*, pp. 96-102. Cfr. Hefele, *Hist. des Conciles*, tom. IV, p. 386. — (10) Montfaucon, ibid., p. 100.

tiae

VITA *tiae latet in plutei IX codicis XIV fol. 335v (1), sed eius apographum habemus olim a Daniele Papebrochio exaratum, quod nunc in bibliothecae regiae* *Bruxellensis codice signato num. 18864-74 reperitur. Iam vero fol. 293v ibi haec leguntur de S. Constantino.* D

Πότε γὰρ παρὰ τὴν μεγάλην ταύτην ἐπ' εὐσεβείᾳ τε καὶ κράτει ἐφοίτα πόλιν, καὶ ἐπειδὴ ἀγχοῦ που τῶν ὁρίων ἐγένετο ἔνθα τῶν μοναστῶν ὁ ἀστὴρ Ἰωαννίκιος ἐκεῖνος τούς τε ἀσκητικοὺς κατεβάλετο ἀγῶνας καὶ τὸ μακάριον ἀπόκειται σῶμα, πίστει τῇ πρὸς ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα πολλοῖς δοξάσαντα* θαύμασι Θεὸν ὥσπερ ζῶντι καὶ ἐπὶ γῆς τῷ ἐν Θεῷ ζῶντι διαλεγόμενος τοῦ αὐτοῦ χάριτος ἐδέετο τυχεῖν ὡς ἂν μὴ τῇ προσβολῇ τῶν δαιμόνων πειραζόμενος ὀκλάσοι τοῦ λοιποῦ περὶ τὸν ἀσκητικὸν ἀγῶνα. Ταῦτα μὲν ἡ πρὸς Θεὸν αὐτοῦ δέησις εἶχε, μεσίτην προβαλλομένη τὸν μέγαν ἐκεῖνον τῆς ἀσκήσεως ἥλιον. Ὁ δὲ θερμὸς ὑπήκοος τῶν ἐπικαλουμένων αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ οὐκ ἀναβάλλεται τὸ δῶρον Θεός, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου θᾶττον τὴν αἰτουμένην δίδωσι* χάριν καὶ τὸ σύμβολον τῆς δωρεᾶς ἐμφανῶς τῷ μακαρίῳ παραδείκνυσιν. Ὁρᾷ γὰρ ἀστέρα λαμπρὸν τοῦ μὲν ἱεροῦ ἐκείνου χώρου καθ' ὃν τὸ τοῦ ἀοιδίμου πατρὸς ἔκειτο σκῆνος ἐκπεφοιτηκότα, παρ' αὐτὸν δὲ γενόμενον κατά τε τὸ B στέρνον ἐμπαγῆναι καὶ παρ' αὐτήν που τὴν καρδίαν ἀνεγκαταδῦναι.

* cod. δοξάσαντι

* cod. δίδουσι

Quondam enim apud magnam istam tum pietate, tum potestate versabatur urbem(2), cumque appropinquasset finibus in quibus monachorum astrum Ioannicius iste asceticos exercuerat agones et beatum eius requiescit corpus (3), fide motus in istum virum qui Deum multis glorificaverat miraculis ac si viveret, qui in terra Deo vixerat, supplex ab eo gratiam imploravit impetrandam ne iam impetu daemonum tentatus fatisceret amplius in ascetico certamine. Haec vero eius apud Deum petitio obtinuit, tamquam mediatorem praemittendo magnum illum asceseos solem. Fervens auditor invocantium eum in veritate non recusat donum Deus, sed ipsius verbo citius petitam concedit gratiam, signumque donationis luculenter beato manifestat. Videt enim astrum splendidum quod ascendebat ex sacro illo loco iuxta quem venerandi patris iacebat corpus, et prope ipsum factum pectori suo inhaerere atque in ipsum cor penetrare. E

et apophtegma de paenitentia prolatum.

45. *Haec e variis de* S. Ioannicio *analecta concludimus, ne quicquam quod ad ipsum pertineat silentio premamus, allato illo quod exstat in codice Vindobonensi num. LVIII apophtegmate de paenitentia ipsi attributum* (4). Τοῦ μεγάλου πατρὸς Ἰωαννικίου· Μακάριος ὁ φθάσας κἂν μίαν ὥραν μετανοῆσαι· δύναται γὰρ καὶ μιᾶς ὥρας μετάνοια πολλῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν χαρίσασθαι. Magni patris Ioannicii. Beatus qui festinaverit vel per unam horam paenitentiam agere. Valet enim et unius horae paenitentia multorum peccatorum remissionem conciliare. *Quantum huic doctrinae congrua fuerit agendi ratio* S. Ioannicii *percipiet sane quisquis eius Acta, quae iam cum lectore communicamus, pervolverit.*

(1) Bandinius, *Catal. cod. mss. bibl. Med. Laur.*, tom. I, p. 412. — (2) Prusam nempe, Bithyniae urbem. — (3) In monasterio Antidii. Vid. infra in Vita prima, num. 54. — (4) Nessel, *Catal. bibl. Caes. Vindob. mss. graec. et ling. orient. codd. theolog.*, part. I, p. 136.

VITA S. IOANNICII

AUCTORE SABA MONACHO

C *Edita ex codicibus : **1.** Parisino bibl. nat. num. 1519, saeculi XI. — **2.** Vindobonensi bibl. Caesar. Aug. num. 5, saeculi XI. — **3.** Romano bibl. Vaticanae num. 807, saeculi XII. — **4.** Romano bibl. Vaticanae num. 1256, chartaceo saeculi XV. Cfr. Comment. praev. num. 8-10. Taciti menda plurima, praesertim in scribendi forma et apicibus correximus. Has tantum variantes lectiones, praesertim ex codicibus Romanis, tradidimus quae mutatum verbum proferunt, plures omisimus quae ad scribendi diversum modum pertinent.* F

PROLOGUS.

Ἐπίγραμμα ἤτοι· βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα [1] τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ [2] Ἰωαννικίου, συγγραφεὶς παρὰ Σάβα μοναχοῦ.

Inscriptio quidem : Vita et conversatio et miracula sancti patris nostri et thaumaturgi Ioannicii, conscripta a Saba *a* **monacho.** *a*

1. Τὰ ψυχωφελῆ καὶ θεάρεστα τῶν ἁγίων πατέρων ἀνδραγαθήματα τοὺς εἰδότας [1] λόγῳ καὶ γραφῇ ἄξιόν ἐστιν ἐνσημαίνειν μετὰ τὸ ζηλοῦν τοῖς ἀγνοοῦσιν, ὅπως μὴ τῶν συνεχόντων [2] σῖτον, ἢ [3] πηγὴν φραττόντων, ἢ θησαυρὸν κατορυττόντων [4] ὑποδίκους ἑαυτοὺς τοῦ κρίματος ὑποδείξωσιν [5], ἑαυτοῖς [6] δὲ μᾶλλον τοῦ ζήλου τῆς τῶν πολλῶν ὠφελείας τὰ τοιάδε λέγοντες τὸν μισθὸν προξενίσωσιν. Εἰ γὰρ σίτου καὶ πηγῆς καὶ χρυσοῦ φειδωλία, τῶν σαρκὸς μεταληπτῶν, λέγω,

Sanctorum res gestas scripto mandare decet.

1. Utilia animabus ac Deo placentia sanctorum Patrum fortia facta, eos qui norunt, dignum est, postquam sermone vel scripto aemulati fuerint, significare ignorantibus *b*, ne retenti crimini frumenti aut fontis obstructi aut thesauri infossi obnoxios seipsos praebeant, sed ut sibi potius studii pro multorum utilitate, talia dicentes, praemium procurent. Etenim, si frumenti aut fontis aut auri avaritia, carnalium scilicet inquam, rerum, improbos *b*

Tit. — [1] (καὶ θαυμ.) *om.* 1 (καὶ πολ. κ. θ.) *om.* 3, 4. — [2] (κ. θαυματουργ.) *om.* 3, 4.
1. — [1] εἰδιῶτας 3, ἰδιώτας 4. — [2] τόν *add.* 3, 4. — [3] καί 1. — [4] (ἢ θησ. κατορ.) *om.* 3. — [5] ἀποδείξωσιν 4. — [6] ἑαυτούς 1, 2, 3.

A λέγω, πονηροὺς τοὺς συνέχοντας δείκνυσι κολάσεώς τε ἀξίους αἰωνίου καὶ καταδίκης, πόσων καὶ ὁποίων χειρόνων ἀξιωθήσεται ὁ τὰ πρὸς ψυχικὴν ἐφησυχάζων ὠφέλειαν καὶ [7] λήθη παραδοὺς τῶν τοιούτων τὴν μνήμην ἢ βασκήνας ἢ ἀμελήσας. Τοῦτον ἔγωγε ὑποπτήξας τὸν φόβον, καὶ [8] ὑπὸ τῆς τοῦ πατρὸς Ἰωσὴφ ἀγάπης πολλάκις εἰς τοῦτο προτετραμμένος, ὁ ἄλογος, μόλις ὡρμήθην [9] εἶξαι τῇ παραινέσει, μειζόνων ὑμῖν ὁ εὐτελὴς ἐνάρξασθαι τὴν διήγησιν, καὶ πνευματικῶν ἀγωνισμάτων [10] ὁσίου πατρὸς καὶ [11] ἀνδρὸς Ἰωαννικίου ποιήσασθαι τὴν ἀνάρρησιν.

VITA improbos eos qui haec retinent, ostendit castigatione dignos aeterna et ultione, quanto magis punietur ille qui ea quae ad spiritualem profectum conferunt praetermittit oblivionique tradit talium rerum memoriam, sive invidia, sive neglegentia. Equidem tali correptus timore et patris Ioseph *c* dilectione saepius ad hoc excitatus, licet non disertus, aegre me accinxi qui obtemperarem consilio, magnarum rerum ut vobis, humilis ego nimis, aggrederer narrationem, deque spiritualibus certaminibus venerabilis patris et viri Ioannicii *d* miscerem sermonem.

ANNOTATA.

a *De Saba monacho, vide Commentarii praevii num. 10.*

b *Huius primae sententiae servavimus versionem traditam ab Oudino in* Commentario de scriptoribus Ecclesiae antiquis, *tom. II, p. 176.*

c *Pater Ioseph videtur fuisse abbas monachi Sabae, in aliquo ex Olympi monasteriis. Nullam tamen alibi de eo datum est reperire mentionem.*

d *In epistulis Theodori Studitae, libri II 116 et 166, in eiusdem operum editione Sirmondiana, tom. V, pp. 444, 518, legimus nomen sancto nostro proprie fuisse Iohannem,* Ioannicium *vero diminutive dictum a pueritia; qui usus inde continuo perseveravit. Quod iam monuit Baronius in* Annalibus E

B *ad annum 825.*

CAPUT PRIMUM.

Ortus et primi anni S. Ioannicii, grassante haeresi iconomachorum.

2. Ὃς χώρας μὲν ἔφυ Βιθυνῶν ἐπαρχίας, κώμης δὲ τῶν Μαρυκάτου [1], πρὸς τῷ βορείῳ μέρει τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνης παρακειμένης. Ὁ τούτου δὲ πατὴρ ἐκέκλητο Μυριτζικὸς [2] καὶ ἡ μητὴρ Ἀναστασώ, ὡς οἶμαι, οὐκ ἀπεικότως [3]· ἔμελλον γάρ, ὡς ἐν ἀσεβείας [4] ἀκάνθῃ καὶ ὀσμῇ θανατοποιῷ αὐτοὶ ἐκεῖνοι συζῶντες [5] καὶ συστρεφόμενοι, ῥόδον εὐθαλὲς καὶ μυρίπνοον ἀναβλαστάνειν τὸν δίκαιον ἐκ ζωῆς εἰς ζωήν, τῇ τῆς εὐσεβείας ὀσμῇ, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, τοὺς θέλοντας προσκαλούμενον καὶ ἐκ πτώσεως ἁμαρτιῶν εἰς ἀνάστασιν τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐφελκόμενον. Γεννῶσι δὲ τοῦτον τὸν περιφανῆ καὶ μεγαλαμπτῆρα τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας Ἰωαννίκιον τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς τοῦ Ἰσαύρου Λέοντος [6]
C παιδός, Νεστοριανοῦ Κωνσταντίνου, δυσσεβοῦς τυραννίδος. Τοῖς αἰσθητοῖς αὐτὸν* τρέφοντες μόνον καθ' ἡλικίαν σωματικῶς ἀναγόμενον, καὶ οὐ τοῖς θείοις λόγοις καὶ γράμμασιν [7] τὴν ψυχὴν αὐτοῦ [8] πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἐνάρετον καὶ ἔνθεον ἐκπαιδεύοντες, ἀλλ' αὐτός, ὡς διδακτὸς Θεοῦ καὶ Πνεύματι θείῳ τὴν καρδίαν ἐγγεγραμμένος, πρὸς τῷ ἁπλῷ τοῦ ἤθους συνακμάζουσαν εἶχε τῇ ἡλικίᾳ [9] τὴν τελειοποιὸν πίστιν καὶ ἀρχὴν [10] καὶ ῥίζαν τῶν ἀγαθῶν, καὶ τοῦτο σαφῶς ἐκ μέρους τοῖς μὴ εἰδόσι προσδείξομεν. Ἐν τῇ πρώτῃ γὰρ ὢν ἡλικίᾳ, ἤγουν ἑπταετίᾳ, ὁ ὅσιος τοῦ βόσκειν χοίρους παρὰ τῶν γεννητόρων προτρέπεται. Ὃς ἑκάστοτε αὐτοὺς ἐξελαύνων συνήθως ἐπὶ νομὴν καὶ τόπον τὸν πρέποντα, τῷ ζωοποιῷ τοῦ σταυροῦ ἐκείνους [11] σημειούμενος τύπῳ, καταλιμπάνων ὑπεχώρει ὅπου ἐβούλετο [12] δι' ὅλης τῆς ἡμέρας περιερχόμενος καὶ διϊέμενος. Καὶ διέμενον αὐτοὶ [13] νεμόμενοι ἀδιάσπαστοι [14], ἀβλαβεῖς τε καὶ ἄσυλοι ἀπό τε κλεπτῶν καὶ θηρῶν αἱμοβόρων διαρπαγῆς, ἕως

* *Omnes codices:* αὐτῶν.

De S. Ioannicii iuventute,

2. Iste oriundus fuit e Bithynorum provincia *a*, vico Marycato *b*, ad septentrionalem partem Apolloniadis lacus sito *c*. Cuius pater vocabatur Myrizicus et mater Anastaso, non immerito *d*, ut arbitror: futurum enim erat ut qui inter impietatis spinas et in fetore mortifero ipsi vivebant et versabantur, rosam floridam et fragrantem generarent, iustum e vita in vitam, pietatis odore, ut cum Apostolo loquar *e*, volentes hortaturum et de ruina peccatorum ad resurrectionem agnitionis Domini Iesu tracturum. Pariunt autem hunc illustrem, magnum lumen Christi Ecclesiae, Ioannicium, anno decimo quarto impiae tyrannidis Nestoriani Constantini *f*, filii Leonis Isauri *g*. Sensibilibus *h* tantum cibis enutriverunt filium iuxta aetatem corpore progressum, minime vero divinis sermonibus et litteris animam eius in omne id quod ad virtutem et Dei cultum spectat instruxerunt. Ipse nihilominus, utpote docibilis Deo et Spiritui divino corde adscitus, praeter simplicitatem morum, florentem cum aetate tenuit fidem quae perficit et principium radixque est bonorum : quod quidem singillatim illis qui ignorant demonstrabimus. In prima namque cum esset aetate, septem scilicet annorum, beatus ad pascendos porcos a parentibus destinatur. Quos cotidie pro more agebat ad pascua et ad locum aptum; vivifico signatis illis crucis signo, exindeque relictis, recedebat quo vellet, per totam diem circumiens et abiens. Sed remanebant pascentes non dispersi, nihilque nocebatur ipsis, nec diripiebantur sive per furum ferarumve voracium violentiam, donec veniens ad vesperam reduceret illos. Quae

[7] *om.* 3, 4. — [8] *om.* 3, 4. — [9] ὡρμήσθην 2. — [10] ἁγιασμάτων 4. *In codice Parisino, avulso folio, deest magnum historiae fragmentum a verbo* ἀγωνισμάτων *usque ad verbum* [Σατ]ᾶν *exeunte num.* 2. — [11] (πατρὸς καὶ) *om.* 3, 4.

2. — [1] Βαρυκάτου 3. — [2] Μυριτζικίος 3, 4. — [3] ἀπεικῶς 2. — [4] ἀληθῶς *add.* 4. — [5] ζῶντες 3. — [6] *om.* 3. — [7] (καὶ γράμμ.) ἐπιγράμμασιν 2. — [8] αὐτοῦ *add.* 3. — [9] *om.* 3, 4. — [10] ἀρετῶν 2. — [11] ἐκεινοίς 4. — [12] ἐβουλεύετο 4. — [13] αὐτῷ 2. — [14] ἀδιάπαυστοι 2.

VITA

ἕως ἐλθὼν πρὸς ἑσπέραν εἰσήλασεν [15] αὐτούς. Καὶ τοῦτο ἐπράττετο αὐτῷ καὶ ἐνηργεῖτο ὑπὸ τῆς θείας [16] χάριτος διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς δευτέρας ἡλικιώσεως, ἐκδηλώτατα ὡς μέλλοντι ὑποτάσσειν τὰ πάθη [17] καὶ τοὺς τούτοις ἡδομένους ἐχθροὺς τῆς ζωῆς ἡμῶν δαίμονας, ὡς θῆρας καὶ κλεπτάς, ἐλαύνειν καὶ ἀποτρέπεσθαι. Ἐν ἀρχῇ δὲ [18] τῆς τρίτης τῆς [19] ἡλικιώσεως, ἤγουν ἑξκαιδεκαετίας, τριακοστῷ δὲ καὶ πρώτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς τοῦ κρατοῦντος, ἐνιαυτῷ τε πρώτῳ τῆς νυμφευθείσης Λαζάρῳ Λέοντι τῷ τούτου υἱῷ φιλοχρίστου Εἰρήνης, διεπλάττετο ὅλως καθ᾽ ἡλικίαν ὑπερφερῆ καὶ μορφὴν αὐτὸς ὡραιοτάτην καὶ εὐπρεπῆ. Ὅθεν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ αὐτοῦ χρόνῳ τῆς ἡλικίας εἰς τὴν τῶν ἐξσκουβιτόρων στρατίαν καὶ ἐν βάνδῳ ὀκτωκαιδεκάτῳ κατ᾽ ἐκλογὴν ἀκριβῆ ὑπὸ τοῦ τυράννου [20] ἐντάττεται, τοῖς ὁμοτάγεσιν ἀεί, ὡς ἄλλος τις ἀστὴρ πυρσολαμπής, ἐνορώμενος. Οὐ μόνον γὰρ σώματος ῥώμῃ καὶ κάλλει καὶ μεγέθει ἅπαντας ὑπερῆρεν ἐκείνους, ἀλλά γε καὶ πᾶσι φυσικοῖς [21] ἀγαθοῖς πλεονεκτήμασιν ἐκέκτητο [22] τοὺς συστρατιώτας, ταπεινοφρόνως ὑπηρετῶν καὶ ἐν πολέμοις δυνάμει Χριστοῦ τοῖς χρῄζουσι βοηθείας ἐπαμυνόμενος καὶ τῶν ἐχθρῶν ἐκλυτρούμενος. τῇ δὲ εἰκονομάχῳ αἱρέσει, B Θεοῦ καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας ἐχθρᾷ, σὺν τοῖς αὐτοῦ γεννήτορσιν ἐνεχόμενος, τῆς τοιαύτης λύμης ἐνσκηψάσης τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκ πατρικῆς [24] δῆλον ἐφευρέσεως τοῦ κρατοῦντος τὸ σκῆπτρον Κωνσταντίνου, ἢ ἀληθῶς εἰπεῖν ἐκ τῆς [25] τοῦ πρώτου εἰκονομάχου Σατὰν καὶ πατρὸς αὐτῶν συμβουλίας [26] καὶ συνεργείας [27].

3. Ἐκ γὰρ τῆς τῶν ἀποστόλων Χριστοῦ μυστικῆς εἰς ἡμᾶς εἰκονικῆς διαδόσεως καὶ μέχρις αὐτῶν, τῷ ἀνθρωπίνῳ [1] Χριστοῦ χρωματικῷ σχήματι τῶν πιστῶν ἡ ἐκκλησία ἐστόλιστο εἰς θρίαμβον μὲν εὐκλέα τῆς ἀνθρωπίνης θέσεως [2], εἰς αἰσχύνην δὲ τοῦ εἰς Θεὸν τραπῆναι θελήσαντος καὶ μὴ ἰσχύσαντος δαίμονος, καὶ εἰς ἀποτροπήν τε καὶ ἔλεγχον τῶν αὐτοῦ Σατὰν ὑπασπιστῶν αἱρεσιωτῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ σωματικοῦ αὐτοῦ εἴδους διαφόρως πεφρονηκότων [3]. Οἱ μὲν γὰρ ἀπειρίᾳ τινὶ σώματος ἀνοήτως τοῖς ἐν γῇ τὸν Κύριον ἔλεγον ὁραθῆναι, οἱ δὲ ὄφιν τινα δυσσεβῶς Χριστὸν ἐσέβοντο δογματίζοντες, οἱ δὲ φάσματι καὶ σκιᾷ γενέσθαι τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐδόξαζον συγκατάβασιν. Δι᾽ ἃς ἀληθῶς ὀλεθρίους κενοτομίας, τὸ χριστοφόρον ἴνδαλμα σχηματίζεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ [4] Χριστοῦ μαθητῶν μυστηριωδῶς τοῖς πιστοῖς παρεδόθη. Καὶ C τοῦτο δηλοῖ ὁ θεῖος ὄντως φάσκων ἀπόστολος· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ [5] εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων [6] γενόμενος », προσθεὶς τὸ « καὶ [7] ἐν [8] σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος », μετὰ τὴν ἀκραιφνῆ καὶ [9] ἀσύγχυτον οἱονεὶ δυάδα τῶν ἑνωθεισῶν φύσεων, καὶ τὸ καθ᾽ ἡμᾶς συμβεβηκὸς παρακολούθημα τῆς φύσεως ἐπ᾽ ἀναιρέσει τούτων τῶν δυσσεβειῶν παραθέμενος. Καὶ δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη ποτε ἀσχημάτιστον [10] σῶμα ἀνθρώπου ἢ ἀπερίγραπτόν τε ἢ ἄπειρον, ὡς οἱ σύγχρονοι τότε τῶν ἀποστόλων αἱρετικοὶ τὸν Χριστὸν ἐληρώδησαν. Οὕτως οὖν λοιπόν, ὡς ἔφην, ἐκ τῶν τοῦ Ἅδου πυλῶν καὶ γένους Ἰσαύρων προελθούσης τῆς εἰκονομάχου αἱρέσεως, καὶ ἐν λοιποῖς [11] πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτεσιν τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ βλασφήμως βδελυσσομένης τὸ γνώρισμα ἔκ τε θείων ναῶν καὶ ἱερῶν κειμηλίων αὐτό,

Quae quidem patrata sunt pro ipso et effecta D divina gratia per totam eius alteram aetatem, manifeste quia subiecturus erat cupiditates, eosque qui illis delectantur, inimicos nempe vitae nostrae daemones, tamquam feras et fures fugaturus et declinaturus. In principio vero eius tertiae aetatis, scilicet sedecim annorum, trigesimo primo anno regni imperatoris *i*, anno autem primo Irenes *k*, Christi amantissimae, iunctae matrimonio Leoni Chazaro, filio imperatoris *l*, adeptus est plenam adolescentiae formam praestantis speciemque ipse decoram valde et eximiam. Inde, decimo et nono anno aetatis suae *m*, in excubitorum *n* militia et in turma decima octava iuxta delectum exactum ab imperatore admittitur, semper contubernalibus suis visus tamquam novum quoddam astrum continuo splendens. Etenim non corporis solummodo vigore, pulchritudine et magnitudine illis omnibus praecellebat, sed quolibet naturali bono habitu lucratus est sibi commilitones, humiliter serviens et in bellis, per potentiam Christi, illis qui indigebant auxilio opem ferens et ab hostibus eripiens eos. Iconomachorum tamen haeresi, Dei et Iesu Christi oeconomiae inimicae, cum suis parentibus E implicitus, quoniam haec pestis tunc grassabatur in Ecclesia, ex paterna inventione *o* sane imperatoris Constantini, vel, ut verius loquar, ex Satanae, primaevi iconomachi et patris eorum, consilio et cooperatione.

deque haeresi iconomachorum,

3. Nam per apostolorum Christi mysticam de imaginibus traditionem ad nos usque a tempore illorum, per humanam Christi in vivido colore repraesentationem, fidelium Ecclesia expedita erat ad gloriosum triumphum humani status, cum pudore diaboli qui voluit contra Deum se vertere, sed impar fuit, cum clade et opprobrio haereticorum qui, ipsius Satanae satellites, male sentiebant de Christo et corporali eius specie. Alii enim inexpertem quodammodo corporis *p* inintelligibili modo illis, qui in terra degebant, Dominum apparuisse dicebant; alii vero quendam serpentem *q* esse impie docentes Christum venerabantur, alii autem in imagine et umbra descendisse ad nos Dei Verbum arbitrabantur *r*. Propter has vere perniciosas falsitates, ut Christi species repraesentaretur a discipulis Christi fidelibus mystice commendatum est *s*. Quod sic ostendit ille revera divus Apostolus loquens : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus;* addens etiam illud *et habitu inventus ut homo t*. Scilicet simul non mixtam neque confusam quasi dualitatem naturarum unitarum et etiam illud quod apud nos consequitur naturam contra assumptionem istarum impietatum opponit. Etenim liquet corpus Christi non fuisse corpus humanum informe aut indescriptibile aut intractabile, sicuti coaevi tunc Apostolis haeretici de Christo nugabantur *u*. Ita igitur tandem, ut dixi, ex portis inferi et genere Isaurorum prodiit haeresis iconomachorum, quae ultimis hisce quinquaginta et septem annis *v*, oeconomiam Christi blasphemia dedecoravit, insignia

[15] εἰσήλαυνεν 3. — [16] *om.* 3, 4. — [17] πάντα 3. — [18] αὐτοῦ *add.* 3. — [19] *om.* 3, 4. — [20] τυραννοῦντος 3. — [21] *om.* 3. — [22] ἐκεκόσμητο 3, 4. — [23] *om.* 4. — [24] λοίμης *add.* 4. — [25] *om.* 3. — [26] συμβουλῆς 4. — [27] ἐνεργείας 1.

3. — [1] τῶν ἀνθρωπίνων 3, 4. — [2] (εἰς θριάμβ.-θέσεως) *om.* 2. — [3] περιφρονηκότων 4. — [4] τοῦ *om.* 1, 2, 4. — [5] *om.* 1. — [6] ἀνθρώπου 4. — [7] *om.* 4. — [8] *om.* 3. — [9] *om.* 4. — [10] τὸ *add.* 3. — [11] ὅλοις 3, 4.

A αὐτό, ὡς μύσος καὶ ψεῦδος, ἀποξεούσης καὶ σὺν τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ τῷ πυρὶ ἀθέως παραδιδούσης.

4. Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς χριστοφόρου αὐτοκρατορικῆς βασιλείας Εἰρήνης, δωδεκάτῳ δὲ τῆς ἕως τότε ἀρχῆς αὐτῆς, εἰκοστῷ δὲ ὀγδόῳ τῆς τοῦ πατρὸς Ἰωαννικίου ἡλικιώσεως, ὁ πρὸς Χριστὸν ἑκάστοτε διὰ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ πόλεμος διαβαίνων, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν τὸν [1] Χριστοῦ πατέρα διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ κατευδοκίαν [2] σωματικῆς ἐν γραφῇ ὁμοιώσεως φθάνουσα μάχη, ἥ τε πρὸς τοὺς τὴν ἀληθῆ ταύτην ἀντιποιουμένους πίστιν μαρτυρικὴ προσγινομένη ἀναίρεσις τέλος λαμβάνει καὶ πέρας ἔσχεν θεοβραβεύτως, ὡς ἔγνωσται [3], καὶ τὸν στολισμὸν τὸν ἑαυτῆς ἀποστολικῶς ἡ ἐκκλησία πάλιν στολίζεται, καὶ τιμᾶται Χριστὸς εἰκονίσματί [4] τε καὶ σχήματι, ὁ πρὸς τῇ φύσει ἡμῶν καὶ τὸ σχῆμα ἀψευδῶς ἐνδυσάμενος. Τοῦτο δὲ γενέσθαι συμβέβηκεν διὰ γυναικὸς εἰς αἰσχύνην, οἶμαι, τῶν προκρατησάντων αἱρετικῶν ἀνδραρίων τὴν βασιλείαν, δόξαν δὲ μεγίστην τοῦ τὴν ἀδοξίαν τῷ γένει συνεισενέγκαντος θήλεος καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἔνδειξιν τῆς ἐν ἀσθενείᾳ [5] ἐχούσης, ὡς αὐτὸς ἔφη πρὸς Παῦλον, παντὸς ἀγαθοῦ
B τὴν τελείωσιν. Ἐξ οὗ δὴ πρὸς Θεὸν εἰρηνικῶς τὰ τῆς εἰρήνης ἀνθρώποις δι' εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς ἐπολιτεύετο τρόπαια καὶ ἡ εὐμενὴς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους καὶ φιλάνθρωπος ἀνοχὴ δι' εἰρήνης πλουσίως ἐπρυτανεύετο. Λοιμῶν, σεισμῶν, σκηπτῶν, φθορᾶς τε καὶ πανολέθρου θνήσεως τοῖς πάλαι ἀσεβοῦσι θεοκρίτως ἐπελθουσῶν, ὅθεν εἰρήνη ᾤκει ἐν πόλεσιν, εἰρήνη ἐπὶ κώμαις ἐκώμα, εἰρήνη ἐν ὁδοιπόροις, εἰρήνη ἐν πλέουσιν, εἰρήνη ψυχαῖς, εἰρήνη σώμασι · Χριστὸς γὰρ ὑπάρχων εἰρήνη ἡμῶν τὸν τοῦ γένους πολέμιον εἰκονομάχον διάβολον λέοντα καὶ τὸν τούτου συνώνυμόν τε καὶ ἔκδικον τύραννον Λέοντα σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ καὶ τὰς [6] αὐτῶν βλασφήμους ἐφευρέσεις καταβαλών, δι' Εἰρήνης εἰρήνην τοῖς ποθοῦσιν εἰρηνοδώρως παρέσχετο. Τούτων οὖν τῶν ἀγαθῶν δι' εὐσέβειαν τοῖς ἐν γῇ βραβευθέντων, πλεῖστοι τῆς [7] πάλαι μυσαρᾶς εἰκονομάχου αἱρέσεως ἀνέκπλυτον ἀκμὴν τὴν συνείδησιν εἶχον, ὡς καὶ ὁ θεῖος οὗτος καὶ μέγας Ἰωαννίκιος. Ἀλλ' ἡ ὑπερπλήρης τῶν ἀγαθῶν καὶ παρεκτικὴ τῶν καλῶν τοῦ Θεοῦ δυναστεία, ἡ μὴ ἕως τέλους παρορῶσα τῶν οὐρανίων τοὺς ἐραστὰς εὐσεβείας φωτὸς ἐστερημένους μένειν, καὶ ἐν τούτῳ αὐτῆς κατένευσε τῷ θεράποντι τοιούτῳ αἰτίῳ, τὴν πήρωσιν αὐτοῦ
C ἐκείνην τῆς δυσσεβείας ἐλλάμψασα.

insignia ex divinis delubris et sacris thesauris, VITA
tamquam horrendum quid et mendacium, abradens et cum imagine crucis igni impie tradens.

4. Anno altero imperii christicolae Irenes, duodecimo vero ipsius usque ad hoc tempus gubernationis *w*, vigesimo autem octavo aetatis patris nostri Ioannicii, illud quod contra Christum undique propter imaginem ipsius bellum procedebat, atque certamen quod contra ipsum Christi Patrem, quia placet ipsi Filii sui corporalis in pictura repraesentatio, perseverabat, atque ista quae contra veram profitentes fidem saevierat persecutio martyrum facta finem sumpsit et terminum habuit *x*, divino arbitrio, ut agnitum est, et apparatum suum, iuxta Apostolum, Ecclesia iterum recipit et honoratur Christus in imagine et in specie, qui praeter naturam nostram etiam speciem eius non ficte induit. Illud fieri contigit per mulierem, ad pudorem, arbitror, regnantium haereticorum homunculorum, regale decus maximum sane pro infamia generi suo conferente sexu femineo, et per Iesu Christi potentiam documentum afferentem quia infirma, ut ipse profitetur apud Paulum *y*, omne bonum complere valent. Deinde sane propter Deum pacifice pacis trophaea hominibus per pietatem et virtutem ministrata sunt, et benevola Dei erga homines et benigna patientia per pacem locupletanter regnavit. Fames, terrae motus, fulgura, calamitas et funesta mortalitas impiis antiquis, Deo ulciscente, superveniebant *z*, sed exinde pax habitavit in urbibus, pax in vicis sedit, pax viatoribus, pax navigantibus, pax animabus, pax corporibus. Christus etenim, qui est pax nostra, generis humani hostem iconomachum, diabolum leonem deiecit eiusque synonymum et iniquum tyrannum Leonem cum asseclis suis, atque blasphemicas adinventiones deturbans per Irenem pacem cupientibus pacifice contulit. Quibus ergo bonis per pietatem illis qui in terra degebant adiudicatis, plerique prioris abominandae iconomachorum haereseos indelebilem remorsum conscientiae subito experti sunt. Ita etiam divinus iste et magnus Ioannicius. Sed plena bonorum et effusiva beneficiorum Dei potentia, nolens ad finem usque caelestium rerum amatores pietatis lumine orbatos manere, etiam in isto se manifestavit servo eidem culpae obnoxio, indigentiam eius, quae erat ex impietate, illuminando. F

ab Irene regina primum sedata.

ANNOTATA.

a *Saeculo VIII, provincia seu eparchia Bithyniensium se porrigebat a flumine Rhyndaco, quo separabatur a Mysia, usque ad flumen Parthenium, quo dividebatur a Paphlagonia. Eadem denominatio* Βιθυνῶν ἐπαρχία *in alio eiusdem temporis documento legitur, in quo scilicet nominatur quidam Eustratius, qui subscripsit epistulae S. Germani Constantinopolitani. P. G., tom. XCVIII, p. 212.*

b *Vicus ille, ignobilis sane, citatur etiam in Vita S. Pauli Latrensis (cfr. Comm. praev. num. 27), et a Cedreno, P. G., tom. CXXII, p. 283.* ἐν τῷ λεγομένῳ χωρίῳ τῶν Μαρυκάτου. *Situs erat haud procul ab urbe quae hodie vocatur Muhalitch, olim Miletopolis. A Metaphraste adhibetur numero singulari* κώμη Μαρυκάτου, *ab auctore Vitae Pauli Latrensis* (Anal. Bolland., *tom. XI, p. 21) et a Cedreno numero plurali,* τοῖς τοῦ Μαρυκάτου, τῶν Μαρυκάτου.

c *Lacus Apolloniadis, hodie* Aboullonia, *situs est inter Propontidem et septentrionales tractus montis Olympi, et distat quindecim chiliometris a mare. Accurate descriptus est apud Texier,* L'Asie mineure, *pp. 138-141. Narratur in altera Vita S. Theodori Studitae conscripta a Michaele monacho eum aliquandiu degisse in arce quae adiacebat Apolloniadi lacui et cui nomen erat Metopa. Vide* Nov. Patr. Bibl., *tom. VI, p. 333.*

d *Ludit Sabas in falso etymo verbi* Μυριτζικὸς, *quem putat derivatum e verbo* μύρον, *quod significat unguentum, et in vero etymo verbi* Αναστασω *quod pertinet ad verbum* ἀνίστημι *resurgere. Dicetur infra capite VII, n. 26 de alio consanguineo* S. Ioannicii. *Ex Actis vero S. Pauli Latrensis comperimus*

4 — [1] τοῦ 3. — [2] κατευδοκίας 4. — [3] ἔγνωστε 3. — [4] (εἰκονίσματι) ἐν εἰκονίσμασι 3, ἐν εἰκονίσματι 4. — [5] ἀσθενείαι 4 — [6] (τὰς) τοὺς ἐξ 4. — [7] (πλεῖστοι τῆς) πλείστοις τοῖς 2.

matrem

VITA matrem eius Eudociam fuisse S. Ioannicio genere coniunctam : ἐπεὶ καὶ λόγος διαπεφοίτηκεν οὐ μακρὰν εἶναι γένους αὐτὴν Ἰωαννικίῳ. Cfr. Anal. Bolland., tom. XI, p. 21. D

e 2 Cor., II, 16.

f Constantinus Nestorianus est Constantinus V, dictus tum Copronymus, tum Caballinus. Epitheton Nestoriani non invenimus alibi. Is regnare coepit anno 741; proin, ut ostensum est in Commentarii praevii num. 25, natus est S. Ioannicius anno 754.

g Leo Isaurus III, imperator ab anno 716 vel 717. Male intellexit hanc sententiam compilator Metaphrasticus referendo S. Ioannicium natum anno decimo quarto regni Leonis Isauri. Vide Commentarii praevii num. 26.

h Verbum graecum αἰσθητοῖς subobscurum elucidavit auctor Metaphrasticus dicendo αἰσθητοῖς βρώμασι.

i Annus trigesimus primus regni Constantini Copronymi est annus Christi 771, quo Ioannicius natus erat annos decem et septem.

k Irenes quae nupsit Leoni Chazaro, filio Constantini Copronymi, ex Graecia oriunda erat. Dicta est a scriptore nostro φιλόχριστος, sane quia tumultum iconomachorum, quantum potuit, sedavit. Cfr. Theophanis Chronographiam, P. G., tom. CVIII, pp. 921-925.

l Leo, Chazarus dictus ratione prosapiae quam trahebat a matre sua Irene, filia Chagani Chazariae, ut habet Theophanes, P. G., tom. CVIII, p. 858. Celebrata sunt eius sponsalia cum Irene die 3 septembris 769, nuptiae vero die 17 decembris eiusdem anni, prout refert Theophanes, P. G., tom. CVIII, p. 898. Non igitur omnino ad apicem concordant haec duo momenta chronologica a Saba indicata, scilicet annus trigesimus primus Constantini, qui est annus 771, et annus post matrimonium Leonis cum Irene qui est 770. Sed sufficit sane haec concordantia ad scopum scriptoris, qui hic non adeo stricte tempus definire intendit, sed indicare tantum principium alterius aetatis S. Ioannicii.

m Scilicet anno Christi 773.

B n Excubitores milites erant cohortium praetorianarum, qui ad palatium imperatoris stationem agebant. S. Ioannicius militiae nomen dedit, forsan eadem coactus causa qua novimus S. Euthymium Thessalonicensem arma sumpsisse, nempe ad obsecundandum legibus imperii. De Euthymio cfr. Comm. praev. num. 30. Proin nec S. Ioannicio, nec S. Euthymio exprobrandum, quod de pluribus monachis istius temporis asserit cl. v. Schlumberger, Nicéphore Phocas, p. 389, nempe eos vitam monasticam amplexatos esse ut militiam devitarent. Ad formam verbi ἐξσκουβιτόρων quod attinet, videsis quae disputavit de Boor, Nicephori archiep. Constantin. opuscula historica, p. XXVIII. E

o Ut notum est, invecta fuit haeresis iconomachorum per Leonem Isaurum, qui anno 726 edictum contra sacras imagines promulgavit.

p Designantur nimirum variae sectae Docetarum seu Phantasiastarum, quorum capita recensentur in Actis S. Stephani iunioris, P. G., tom. C, p. 1110. Cfr. Petavii Dogmata theologica, tom. IV, lib. I, De Incarnatione, cap. IV.

q Nempe Ophitae, de quibus lege Cotelerium in Eccles. Graec. Monumentis, tom. I, p. 709, qui varia eorum nomina et doctrinas exponit.

r Id dictum videtur de haeresi Manichaeorum. Cfr. Epiphan. Adv. Haer., P. G., tom. XLII, p. 654.

s Hanc apostolicam traditionem de imaginibus exponit etiam auctor Vitae S. Stephani iunioris, cuius opinionem refert Baronius, in Annalium tom. IX, p. 67. Cfr. P. G., tom. C, p. 1086. De eadem primaeva traditione legendus est etiam Georgius Hamartolus in Chronico Brevi, P. G., tom. CX, pp. 990-994.

t Philipp., II, 16. Notandum est etiam codices a nobis adhibitos discrepantiam lectionum arguere quae in codicibus bibliorum notata est, siquidem inter ἡγήσατο et εἶναι codices Vindobonensis et Romani inserant τὸ, quod omisit Parisiensis.

u Iam tempore apostolorum grassati sunt Gnosticorum errores. His enim Samariae occurrit S. Petrus, in Asia S. Paulus, et notum est S. Iohannem contra eos imprimis direxisse sua scripta.

v Siquidem anno 726 orta est haeresis imaginiperdorum, auctor notat hic annum 783. F

C w Irene imperium suscepit cum filio Constantino, mortuo Leone Chazaro, anno 780. Proin annus secundus eius regni est annus 782, qui dici etiam potest duodecimus ipsius suae ad hoc tempus gubernationis, si quidem nupsit cum Leone anno 769. Simul, et recte quidem, asserit auctor hoc anno 781 S. Ioannicium versari in vigesimo octavo anno aetatis suae.

x Haeresis iconomachorum per Irenem iam anno 780, statim ac regnare coepit, finem habuit. Syllogen praecipuorum Actorum eius videsis accurate descriptam apud cardin. Hergenroether, Photius, Patriarch von Constantinopel, tom. I, pp. 245-247.

y 1 Cor. I, 27.

z Scriptor varias calamitates intendit quibus imperium, regnante Constantino Copronymo, afflictum est, quasque alii etiam, ut Nicephorus chronographus et Theodorus Studita, referunt tamquam divinas castigationes impio Constantino immissas. Cfr. Theophanis Chronographiam; P. G., tom. CVIII, pp. 851, 866, 874; Theodorum Studitam in Vita S. Platonis, P. G., tom. XCIX, p. 806.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

S. Ioannicius convertitur ex haeresi iconomachorum. Eius in bello contra Bulgaros praeclare gesta.

5. Τῷ [1] τριακοστῷ γὰρ [2] καὶ ἑκτῷ [3] χρόνῳ [4] τοῦ ὁσίου τῆς ἡλικίας, ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι γενομένου φοσσάτου κἀκεῖθεν ἐπαναστρέφοντος διὰ τῶν Ὀλυμπιακῶν καὶ μεγίστων ὀρέων, γέρων τις κατὰ συγκυρίαν πνευματοφόρος ἐκ τοῦ παρὰ τὴν ὁδὸν ἄλσους προκύψας· Ὦ τέκνον, ἔφη, Ἰωαννίκιε, ἕως πότε [5] τῇ πλάνῃ ἐζοφῶσαι τῆς αἱρέσεως; Εἰ χριστιανὸς εἶ, προσκύνει σχετικῶς Χριστοῦ γράμμασι καὶ μορφῇ τὴν οἰκονομίαν, ζῶν ἐναρέτως. Εἰ δὲ μή γε, εἰς μάτην περιφέρεις τὸ ὄνομα τοῦ χριστιανοῦ, σαρκὸς [6] Χριστοῦ τὸν τύπον, ὡς ὤφθη, μὴ σεβαζόμενος. Ἐκπλαγεὶς οὖν ὁ μέγας Χριστοῦ θεράπων Ἰωαννίκιος, ἐπὶ τῇ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀγνωρίστῳ προσκλήσει, καὶ ὅτι πάντα αὐτοῦ ἐξεῖπε σὺν τῇ δυσσεβείᾳ διορατικωτάτως τὰ πεπραγμένα, πίπτει αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας συγγνώμην αἰτούμενος περὶ τῆς πάλαι αὐτοῦ δυσσεβοῦς ἐν ἀγνοίᾳ ἀγνωμοσύνης καὶ διαβεβαιοῦται εἰς ἔτι Χριστοῦ τὴν εἰκόνα πίστει σχετικῶς κατασπάζεσθαι καὶ τῆς τεκούσης αὐτὸν παρθένου κόρης, ἀποστόλων τε μαρτύρων καὶ ὁσίων καὶ τῆς πρὸς σωτηρίαν ἀγούσης τρίβου ἀπαρεγκλήτως ἀντέχεσθαι. Διὸ ἐξ ἐκείνης ὄντως τῆς ὥρας σὺν τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἀγαθοεργίας ἀντείχετο ὁ ἀοίδιμος, νηστείαις, χαμευνίαις, προσευχαῖς καὶ δάκρυσιν ἀσχολούμενος καὶ τοὺς τῶν ἁγίων εὐκτηρίους ναοὺς ὡς Θεοῦ σκηνώματα λογιζόμενος συχνῶς ἐν αὐτοῖς εἰσῄει, ἐκ πίστεως προσευξόμενος, φυλάττων τε συνήθως μετὰ τῶν συστρατιωτῶν εἰς τὰ τῶν βασιλέων προαύλια. Οὐκ ἐν ὑψηλῇ στρωμνῇ καὶ κλίνῃ αὐτοῦ ἡπαλυμένῃ ἀνέπιπτεν, ἀλλ' ὡς Ἰακὼβ ἑαυτὸν λανθανόντως ἐπὶ μόνου τοῦ ἐδάφους ἀνέκλινεν, Ἰσραὴλ ἄλλος ἡμῖν καὶ αὐτὸς θεωρητικώτατος γνωρισθείς [7]. Καὶ βρωμάτων δὲ μετειλήφει ὁμοίως ὅσον μόνον [8] τοὺς συνεστιωμένους κρύπτειν αὐτοῦ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ μὴ βαρεῖσθαι ὕπνῳ τῷ φόρτῳ τῆς γαστρὸς ἐνεχόμενον, ἀλλὰ δι' ὅλης αὐτὸν τῆς νυκτὸς διαρκεῖν προσευχόμενον.

6. Οὕτως νεανικῶς ἐν χρόνοις [1] ἓξ τῷ μακαρίτῃ πυκτεύοντι, ἑβδόμην ἄγοντι ἤδη τὴν ἡλικίαν, ἥπερ δὴ ἔτος τρίτον καὶ τεσσαρακοστὸν ἀριθμεῖται, ἕκτῳ ἔτει τῆς αὐτοκρατορικῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ νεωτέρου, υἱοῦ Λέοντος, ἐκγόνου [2] Κωνσταντίνου, ἀπεκγόνου Λέοντος τοῦ ἐξ Ἰσαύρων, τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος πρὸς τὴν Θρακῶν χώραν ἐξώρμησε λῃζόμενον. Καθ' οὗ ἀντιπαρατάξασθαι ἐξιόντος σὺν πολλοῖς στρατεύμασι τοῦ κρατοῦντος, συμβολῆς γενομένου πολέμου ἐν τῇ Μαρκέλλᾳ [4], καὶ κοπῆς ἰσχυρᾶς, οἴμοι, τοῦ χριστωνύμου φύλου ἀνιωμένου [5]. εἶτα Δαυὶδ ἀλλόσπερ ὁ δίκαιος κατατέμνων τοὺς ἀλλοφύλους, κεφαλὰς δυναστῶν αὐτῶν [6] εὐσθενῶς διακόπτων σὺν μυριάσι, καὶ πλείστους ῥυόμενος τῶν ὁμοφύλων, ὡς καὶ ἕνα τότε τῶν μεγιστάνων ὑπὸ μηχανῆς τινος ἱμαντώδους κατασχεθέντα καὶ μικροῦ δεῖν χερσὶν ἐθνῶν ἀνόμων ζῶντα παραδιδόμενον, δυνάμει Χριστοῦ ἐλυτρώσατο, μαχαίρᾳ ταχὺ διακόψας τὴν μηχανὴν αὐτῶν. Ὅθεν δὴ τότε θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τὸ ἀνδρεῖον τοῦ στρατιώτου· ὦ παῖ καλέ, φησί, ποίας χώρας καὶ στρατίας εἶ σύ, καὶ τί σου ὑπάρχει

S. Ioannicius *ex haeresi conversus,*

5. Trigesimo namque sexto anno huius sancti aetatis *a*, in orientalibus partibus cum exercitus versaretur *b*, indeque reverteretur per ingentes montes Olympicos *c*, forte senex quidam, Spiritu actus, ex luco secus viam progressus : *O fili*, inquit, *Ioannici, quousque tandem in caligine erraveris haereseos? Si christianus es, adora libenter Christum repraesentatum in picturis et formis, vivens sancte; sin autem, in vanum praefers nomen christiani, carnis Christi typum, qualis visus est, non honorans.* Permotus igitur magnus ille Christi servus Ioannicius ista nominis sui improvisa invocatione, et quoniam iste omnia opera eius indicaverat evidentissime impie patrata, ipsius ad pedes provolutus veniam petit de pristina sua impia et ignorata iniquitate, firmaturque ad deinceps Christi imaginem cum fide benigne amplectendam, necnon Virginis quae eum peperit, apostolorum, martyrum et sanctorum, atque etiam ad tenendam indeficienter rationem agendi quae ducit ad salutem. Quare, ex hac revera hora, pietati et bonis operibus vacavit celeber ille, ieiuniis, chameuniis, orationibus et lacrimis se dedens: sanctorum precatoria delubra, tamquam Dei tabernacula considerans frequenter ingrediebatur cum fide oraturus, excubias agens pro more cum commilitonibus ante regum atria. Non in alta culcita aut cubili molli reclinabat sese, sed ut Iacob secreto in nudo solo cubabat, alter Israel nobis et ipse per contemplationem bene notus. Ciborum capiebat similiter tantum quantum satis erat ut celaret commensales suam moderationem. neque gravaretur somno detentus onere ventris, et quantum ad orandum per totam noctem sufficeret.

cum in bello contra Bulgaros se praeclare gessisset,

6. Cum ita iuveniliter annos sex beatus ille certasset et iam septimam ageret aetatem, quae numeratur annus tertius et quadragesimus, sexto anno *d* regni imperatoris Constantini iunioris *e*, filii Leonis, nepotis Constantini et abnepotis Leonis Isauri, Bulgarorum gens *f* in Thracum regionem *g* irrupit ad depraedandum. Contra quos ut se opponeret, exiit cum magno exercitu imperator. Conflictus bellicus fit in Marcella *h*, et clades valida, heu mihi, in christianam gentem saevit. Sicut alter David noster iustus, caedendo alienigena capita ipsorum ducum fortiter absecat ad plura milia, plurimos autem liberans de popularibus suis, adeo ut unum tunc principum suorum, qui machina quadam ex loris contexta captus in eo erat ut vivus incideret in manus gentium iniquarum, virtute Christi liberaret, gladio confestim dissecta earum machina. Inde vero tunc admiratus imperator fortitudinem militis : *O care fili*, inquit, *ex quanam regione et militia es, et quodnam tibi est, dic, nomen?* Qui vero cum dixisset

5. — [1] *om.* 1. — [2] χρόνῳ *add.* 3. — [3] ὀκτώ 1. — [4] *om.* 3. — [5] τίνος 3, 4. — [6] *om.* 4. — [7] γνωρισθῇ 2. — [8] μᾶλλον 3.
6. — [1] (ἐν χρόν.) *om.* 3. — [2] τοῦ *add.* 3. — [3] ἀπογόνου 3. — [4] (ἐν τ. Μ.) *om.* 3. — [5] ἀνυομένου 2, ἀνιώμενος 3. — [6] *om.* 3.

VITA

ὑπάρχει, λέγε [7], τὸ ὄνομα; Ὁ δὲ εἰρηκὼς ὡς χώρας μέν ἐστι Βιθυνῶν ἐπαρχίας, κώμης δὲ τῶν Μαρυκάτου καὶ γένους τῶν Βοιλαδῶν, τήν τε κλῆσιν πέλει Ἰωαννίκιος, καὶ τὴν στρατείαν ἐξσκουβίτωρ, ἐν τύπῳ ταῦτα εὐθὺς πρὸς μνήμην διὰ γραφέως χειρὸς ὁ βασιλεὺς ἐνέβαλεν [8], προσφιλῆ [9] αὐτὸν [10] καὶ οἰκεῖον ἀεὶ [11] βουληθεὶς ἔχειν. Ὅθεν καὶ δώροις αὐτόν τισιν, οἱονεὶ εὐχαριστηρίοις, προαμειβόμενος, βραχιολίοις χρυσοῖς αὐτοῦ τὰς χεῖρας κατεκαλλώπισε. Τοῦ δὲ χριστιανικοῦ μακέλλου ἔτι ἐνεργουμένου, ἀλγῶν τὴν ψυχὴν ὁ στερρώτατος τῆς παρὰ βασιλέως τιμῆς καὶ δώρων καὶ συλλαλίας ἀλγῶν [12], τῷ μείζονι τάχα τῆς ἀδελφικῆς συμφορᾶς βαπτιζόμενος, παρ' αὐτῷ, ὥσπερ μὴ συναισθόμενος, ἵστατο εἷς γάρ τις ἀλαζὼν καὶ ὑπέροφρυς ἑωρᾶτο τῶν ἐναντίων ἐπὶ μιᾶς στενῆς ἱστάμενος διαβάσεως ἀφειδῶς ἐκκεντῶν τοὺς Ῥωμαίους. Ἀλλὰ καὶ τούτου προβὰς ἐκεῖθεν ἐν ἐκστάσει διακόπτει τὴν κεφαλὴν ὁ ἀξιάγαστος [13], σωτηρίαν καὶ δίοδον ζωῆς τοῖς χριστιανοῖς παρασχόμενος.

7. Εἶτα τῆς πολεμίου ἐκείνης κατ' ὀλίγον διαστὰς μάχης ὁ δίκαιος, λαβὼν κατὰ νοῦν τοῦ πλήθους τῶν ὁμοφύλων τὸν θάνατον, καὶ εἰδὼς ὡς οὐκ ἔνδοξός τις ἢ ἄδοξος μόλις ἀπέδρα τῆς μαχαίρας τὸ στόμα,
B ὀλίγων δίχα ἐννοήσας τε [1] πῶς αὐτόθεν ἐκεῖνος αὐτὸς [2] παρ' ἐλπίδας ἐρρύσθη, πορευόμενος ἐπορεύετο, καὶ ἔκλαιε βάλλων ἐν τῇ τῆς καρδίας αὐτοῦ γῇ, δαυϊτικῶς εἰπεῖν, οἴκτου καὶ ἀγαθοεργείας τὰ σπέρματα. Ὅτε καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ ἵππου ὡς τάχιστα, ἵστατο τῷ Θεῷ καθ' ἑαυτὸν προσευχόμενος καὶ λέγων· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς [3] ἡμῶν, ὁ εὐδοκίᾳ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐξ ἁγίας παρθένου ἐνανθρωπήσας, ὁ τῷ τιμίῳ καὶ ζωοποιῷ σου θανάτῳ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου καταπαλαίσας διάβολον, ὁ παιδεύων ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας καὶ ἐλεῶν μετανοοῦντας, ὁ νόσῳ σαρκὸς καὶ θανάτῳ τὸν ἐκ παραβάσεως ἐντολῶν προσγινόμενον θάνατον ψυχῆς ἀφανίζων τῶν εἰς σὲ πιστευόντων, ὑμνῶ σε, εὐλογῶ σε, προσκυνῶ καὶ δοξάζω εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀνθ' οὗ τῆς προσδοκίας καὶ χειρὸς τῶν ἐναντίων ἐρρύσω με. Καὶ προσάγω σοι, δέσποτα ὑπεράγαθε, ὥσπερ τι ξένον δῶρον τῆς ἐμῆς σωτηρίας ἀντίλυτρον, οὐ χρυσόν, οὐκ ἄργυρον, οὐκ ἄλλο τι τῶν γηΐνων καὶ προσκαίρων καὶ φθειρομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν μάλιστα, ὅλον τὸ τιμιώτατόν σοι [4] κτῆμα καὶ οἰκειότατον. Ταῦτα οὖν εἰπὼν καὶ βλέψας μακρόθεν ἐκ δεξιῶν
C αὐτοῦ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος τῆς Βιθυνίας, ὅπερ παρ' ἡμῖν προσηγόρευται Ὄλυμπος, ζῆλον θεῖον [5] συλλαβὼν ἐν διανοίᾳ ὠδίνησεν Ἠλίου τοῦ μεγάλου καὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ τὸ ἥσυχον καὶ φιλέρημον, τοῦ ἐν αὐτῷ κατ' ἐκείνους διαβιῶναι ἀσκητικῶς. Καὶ δὴ εἰσελθὼν ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τῶν ἁγίων [6] εὐκτηρίους ναοὺς συντακτικῶς ἀσπασάμενος, μὴ φροντίσας ὅλως τῆς [7] βασιλέως τιμῆς ἢ δόξης ἢ ὑποσχέσεως, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα [8] ἐξώρμησε τὰς τῶν γεννητόρων αὐτοῦ εὐχὰς καρπωσόμενος. Καὶ ταύτας λαβών, ὡς ἐβούλετο, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ [8] δῆθεν ἐπίγειον στρατείαν ἀνθυπέστρεφε πάλιν τὸ δὲ ἀληθὲς πρὸς τὴν καλὴν στρατείαν τοῦ βασιλέως Χριστοῦ.

dixisset se esse ex Bithynia provincia, ex vico D
Marycato et genere Boiladum *i*, appellatione vero Ioannicium et in militia excubitoris agere partes, haec statim, recordationis causa, scriptioni mandavit imperator, quippe qui eum carissimum sibi et familiarem semper vellet habere : deinde dona ei quaedam in grati animi signum rependens, monilibus aureis eius manus ornavit. Cum tamen christianorum caedes non cessaret et doleret animo fortissimus noster propter honorem et dona ab imperatore accepta et conversationem cum eo, maxime vero propter fratrum suorum casum affligeretur, apud ipsum stetit nec opinatus unus quidem insultans et qui despiciebat oculis inimicos, visus in via angusta, sine intermissione iacula coniciens in Romanos. Sed contra ipsum proruens inde valido impetu amputat caput vir ille admirandus, salutem et viam vitae christianis procurans. *i*

militiae renuntiat et monachicam vitam aggressurus proficiscitur ad montem Olympum. *k*

7. Deinde ex illo bellico post pusillum discedens certamine, iustus noster, recolligens animo multitudinis suorum concivium mortem, vidensque neque illustrem, neque obscurum effugere gladii aciem, paulisper recogitans quomodo inde ipse praeter spem fuisset servatus, profectus est *k* et flevit iniciens in terram cordis sui, ut Davidico utamur sermone, misericordiae et bonorum operum germina. Quare descendens ex equo quam citissime, coram Deo se sistit orans et dicens : *Gratias ago tibi, Domine Iesu Christe, fili Dei, Deus noster, qui amore Patris et cooperatione Spiritus sanctissimi, in novissimis diebus propter salutem nostram ex sancta Virgine homo factus, qui honoranda et vivifica tua morte devicisti diabolum qui mortis potentiam tenebat, qui erudisti nos peccatores et misertus es paenitentium, qui passione carnis et morte delevisti credentibus in te mortem animae quae profluxit ex transgressione mandatorum, hymnum dico tibi, benedico tibi, adoro et glorifico te in saecula, quia ex exspectatione et manu inimicorum servasti me, et offero tibi, o Domine peroptime, sicut xenia quaedam, salutis meae redemptiva, non aurum, non argentum, non quicquam terrestre aut transitorium aut periturum, sed potius meipsum, solam, quae te digne honoret et maxime deceat, oblationem.* His igitur dictis, cum aspexisset procul a dextris suis *l* assurgentem sibi montem Bithyniae, qui apud nos vocatur Olympus, zelum divinum concipiens, doluit recordatus magni Eliae et Iohannis Baptistae vitam placidam in solitudine peractam et cupivit ipse in illa eorum instar ascetice vivere. Cum venisset in urbem regiam *m* et in ipsa precatoria templa sanctorum valedicens veneratus esset, non iam curans ullo modo regium honorem, aut gloriam, aut promissionem, in suam patriam reversus est, parentum suorum benedictiones relaturus, et cum eas sicuti cupiebat impetrasset militiam suam sane terrestrem commutavit reapse cum pulchra militia regis Christi. *l* *m*

ANNOTATA.

a *Nimirum anno 790. Ut monuimus in Commentarii praevii num. 23, Baronius erravit haec referendo ad annum 782; falso nempe existimabat* S. Ioannicium *natum anno 729 sub Leone Isaurico.*

b *Orientales partes,* ἑῷα μέρη, *id est Asia occidentalis. Legimus apud Theophanem, hoc anno 790*

[7] (ὑπάρχ. λέγε) λέγεται 3. — [8] ἀνέβαλεν 3. — [9] προσφιλεῖ 3. — [10] ἀεὶ *add.* 3. — [11] *om.* 3. — [12] ἀλγεῖ 3. — [13] πανάγαστος 2, 3.

7. — [1] (ἐννοήσ. τε) ἐννοήσατε 4. — [2] *om.* 3. — [3] ὁ Θεός *om.* 3. — [4] σου 4. — [5] Θεοῦ 3. — [6] τῶν ἁγ. *om.* 3. — [7] τοῦ *add.* 3. — [8] (πατρίδα ἐξωρμ.-πρὸς τὴν ἑαυτοῦ) *om.* 4.

versatum

A *versatum fuisse exercitum Romanorum in Orientalium themate apud locum cui nomen Copidnadus. P. G., tom. CVII, p. 931. Male igitur vertit Surius* κατὰ τὴν Ἑῴαν ad occidentem. *Senis apparitionem contigisse putat Baronius, in eodem errore perseverans, anno 782, cum rediret exercitus cum Stauracio triumphum agente ob devictos Sclavos. Proinde corrigenda est etiam nota quae ex eodem fonte desumpta legitur in opere nostro, tom. II Martii, p. 220 nota 3, ubi asseritur conversio* S. Ioannicii *anno 782 evenisse.*

c *Olympus mons, vel, ut melius dicit auctor noster, Olympici montes vergunt in partem septentrionalem Mysiae et Bithyniae, prope urbem Prusam. Cfr. Texier,* L'Asie mineure, *pp. 130-135.*

d *Ostensum est in Commentarii praevii num. 25 quomodo sibi invicem cohaereant aptissime haec varia momenta chronologica tam sedulo a scriptore nostro indicata. Nimirum annus sextus Constantini VI est annus 795, qui est annus sextus a quo conversum vidimus anno 790* S. Ioannicium *ex errore iconomachorum; et revera versabatur tunc ipse in quadragesimo tertio vitae suae anno, utpote qui natus erat anno 753 vel 754.*

e *Constantinus, dictus iunior, est Constantinus VI, qui obtinuit sceptrum Byzantinum, prius cum matre sua ab anno 780-790, dein solus usque ad annum 796. Ut memorat Sabas, Constantinus VI erat filius Leonis IV Chazari, nepos Constantini V Copronymi et abnepos Leonis III Isauri.*

f *Saeculo VIII, Bulgari imperium Byzantinum saepius vexarunt, et non raro in summum periculum adduxerunt. Cfr. Theophanis* Chronographiam, *P. G., tom. CVIII, pp. 775, 871, 902, 903, 939.*

g *Bulgarorum gentes tunc temporis conabantur sedem suam stabilire in Thracia Europaea, praesertim circa Anchialum et Mesembriam. Thracia, primum ex occidentalibus imperii thematibus, se extendit a mari usque ad montem Haemum. Vide Const. Porphyrog.,* De administrando imperio, *P. G., tom. CXIII, pp. 110, 111.*

h *Hic locus ex Theophane notus est, qui narrat ibidem Constantinum VI erexisse castellum* τὸ κάστρον E

B Μαρκέλλων *(P. G., tom. CVIII, p. 939). Cfr. eundem ibid., pp. 946, 984. Iam notaverat Combefisius formam verbi nutare inter* Μαρκέλλαι *et* Μαρκέλλοι *(ibid., p. 984, nota 45). Hic tertia occurrit nempe* Μαρκέλλα. *Cuius loci situm non magis definire nobis licuit quam Nicephoro haec scribenti :* φρούριον δὲ τοῦτο πλησιαίτατα Βουλγάρων κείμενον, quod castellum prope Bulgarorum fines positum est. *P. G., tom. C, p. 975. Pugna quae hic narratur, quantum ex chronotaxi conici licet, conserta esse videtur, tempore belli facti contra Cardamum anno 795, sexto scilicet imperii Constantini; eandem memorat Theophanes in* Chronographia, *P. G., tom. CVIII, p. 946. Muralt haec alligat anno 786 mense maio, Baronius vero anno 795.*

i *Genus Boiladum apud Bulgaros designat duces et optimates. Cfr. Theophan., P. G., tom. CVIII, p. 878. At quomodo* S. Ioannicio, *humili loco nato, haec appellatio conveniat non liquet. Forsan familiam quandam designare voluerit Sabas.*

k *Reversus, ut patet ex sequentibus, in regionem montis Olympi.*

l *Actum est de hoc loco in Commentarii praevii num. 27 et ostensum quomodo recensio Metaphrastica sensum perperam mutaverit et ansam dederit errori circa situm montis Olympi et dubitationi utrum in Bithynia an in Mysia iaceret. Sed forsan in Surium magis vel in illum a quo accepit versionem latinam refundenda est culpa, siquidem in graeco textu legitur* καὶ τὸ ὑπερκείμενον ἐν δεξιᾷ τῆς Βιθυνίας ὄρος ὃ παρ' ἡμῖν Ὄλυμπος καλεῖται, *in qua sententia verba* ἐν δεξιᾷ *non necessario intellegenda sunt de Bithynia ad quam potius refertur verbum* ὄρος.

m *Urbs regia, id est Constantinopolis.*

CAPUT TERTIUM.

C S. Ioannicius monasticam vitam profitetur in montis Olympi coenobiis, prius in Agaurino, dein in Antidiano. Solitarius degit in Cunduriae montibus. F

8. Κατὰ τὴν πάλαι ἔνθεον ἐπιθυμίαν αὐτοῦ τοὺς πόδας ἐπῆρε, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ Ὀλύμπιον ὄρος ἀπέβλεψεν [1], εἴκοσι τεσσάρας χρονοὺς διαπρέψας ἐν τῇ στρατείᾳ. Ὅθεν πορευόμενος κατὰ πάροδον καὶ κατὰ τὴν Προῦσαν [2] γενόμενος, παραβάλλει τῇ αὐτόθι μονῇ τῶν Ἀγαύρων [3], καὶ ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε δεξιοῦται θεοφιλῶν ὁ φιλάρετος, τῷ αὐτῆς πατρὶ Γρηγορίῳ τὰ τῆς ἐνθέου βουλῆς αὐτοῦ ἀναθέμενος. Ὁ δὲ τὸν ζῆλον αὐτοῦ θεασάμενος θεαρέστως αὐτῷ καὶ ψυχοφελῶς συμβουλεύεται, φήσας· Ἡ μὲν πρόθεσίς σου, τέκνον, καλή, ἡ δὲ πρὸς τὴν ἀθλητικὴν παλαίστραν [4] ἐπιθυμία μόνοις πρέπουσα τοῖς προπαιδευθεῖσι [5] τὰ θεῖα καὶ ἐν ἀσκήσει χρονίσασιν. Δεῖ γάρ σε ἐν κοινοβίῳ μοναχῶν πρότερον εἰσελθόντα τὴν τῆς πρὸς Θεὸν ὑμνῳδίας γνῶσιν λαβεῖν, μαθεῖν τε καιρὸν καὶ τάξιν προσευχῶν καὶ πολέμους δαιμόνων, εἶθ' οὕτως ἡσυχαστικῶς καὶ ἐμπείρως εἰς τὴν κατὰ

8. Iuxta desiderium iam pridem ipsi a Deo immissum, pedes movit et respexit ad ipsum montem Olympum, postquam viginti et quattuor annos praeclare se gesserat in vita militari *a*. Inde in iter profectus et transiens per Prusam *b*, accedit ad monasterium Agaurorum, et a Dei amicis qui ibi degebant excipitur ipse virtutis amator. Monasterii patri Gregorio c suum divinum consilium aperit; ille vero zelum eius admiratus, eum quo melius Deo placeat et animae prosit, docet dicens : *Propositum sane tuum, fili, pulchrum; sed athletici certaminis desiderium illis tantum convenit qui divina sunt edocti et in exercitatione diu sunt versati. Oportet igitur te prius coenobium monachorum* d *ingressum divinae hymnologiae scientiam* e *tractare, discere tempus et ordinem orationum et bella contra daemones, et postea placide sic et perite in*

Prius in monasterio Agaurorum,
a
b
c
d
e

8. — [1] ἐπέβλεψεν 3. — [2] παροῦσαν 2. — [3] Αὐγάρων *hic et alibi* 4. — [4] μονίαν 2, 3, 4. — [5] παιδευθεῖσι 3.

κατὰ τῶν ἐχθρῶν πάλην χωρῆσαι, μήπως ἀδιδάκτως εἰς τὴν κατ᾿ ἐκείνων παράταξιν προσορμήσας ἀντὶ τοῦ βαλεῖν βληθείης καὶ ἀντὶ τοῦ ἡττῆσαι ἐλεεινότατα ἡττηθῇς. Τοιαύτην βουλὴν παρὰ τοῦ καλοῦ ποιμένος Γρηγορίου ὁ ὅσιος Ἰωαννίκιος προσδεξάμενος, λαβὼν τὰς εὐχὰς αὐτοῦ, εἴχετο τῆς ὁδοιπορίας καὶ καταλύει πρὸς ἑσπέραν ἐν κώμῃ μιᾷ τῶν πρὸς Ἀτρώαν Καστούλω [6] καλουμένῃ [7], ἐν οἴκῳ τε εἰσδέχεταί τινος θεοφίλους προσφιλοὺς αὐτοῦ. Ὅς καὶ ἐγνωκὼς τὰ μελετώμενα ὑπ᾿ αὐτοῦ, λίαν πρωὶ τῇ ἐπαύριον ἐν μονῇ τῶν ἐκεῖσε Τελάου προσαγορευομένῃ ἤγαγεν αὐτόν, εἴ ἄρα γε ἀρεστὸν αὐτῷ ὀφθείη τοῦ αὐτόθι προσδιατρίψαι. Ἐν ᾗ ἀνιὼν καὶ φιλοφρόνως ὑποδεχθεὶς ὁ ἀοίδιμος ἐπί τινας ἡμέρας [8] τὴν τῶν γραμμάτων μόνην [9] εἰσαγωγὴν μανθάνει. Καὶ [10] ἰδὼν τὴν μονὴν ἐκείνην θορυβουμένην, ὥς τισι κώμαις ἐγγίζουσαν, πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἐκείνης καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρει οὖσαν μονὴν Ἀντιδίου καλουμένην ἀνέρχεται.

9. Ὃν καὶ καταλαβόντα ὁ πατὴρ τῆς μονῆς ἐκείνης, Ἰωάννης προσαγορευόμενος, κατὰ συγκυρίαν ἐξιὼν πρὸς τὴν πύλην ὑπήντησε· Πόθεν τε εἶ, καὶ τίνος χάριν ἐνταῦθα, ἀδελφέ, παραγέγονας; ἠρωτᾶ.
εἰκόνος ἀντιθείας [4] βουλῇ δελεάσας τοὺς πρωτοπλάστους ἠχρείωσεν, ὁ δὲ κατὰ τῆς ἐνσάρκου Χριστοῦ μηνιάσας οἰκονομίας, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐν γραφῇ εἰκονικῆς ὁμοιώσεως Ἀντιχρίστου δόγματα τοῖς ἐξ Ἀδὰμ παραδέδωκεν, τοὺς εὐσεβεῖς ὄντως μὴ ζηλώσας τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τοῖς ἀσεβέσιν ἐξομοιούμενος. Ὁ γὰρ πρῶτος ἐν βασιλεῦσι χριστιανῶν, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ὑπὸ Θεοῦ ἐμπιστευθεὶς τὰ σκῆπτρα ἐν τοῖς αὐτοῦ νομίσμασι τοῦ παμβασιλέως ἐκτυπῶν Χριστοῦ τὴν εἰκόνα [5], τῆς σαρκὸς τὸ ὁμοίωμα [6] σὺν τῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ σταυρικῷ σκήπτρῳ ἑαυτὸν ἐν μέρει δουλικῶς συνυπέγραφεν. Ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν ἡμῖν ὅλον δεικνὺς [7] τὸ τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας ἀφαντασιαστὸν καὶ τὸ τῆς θείας φύσεως ἐν αὐτῇ ἀπερίγραπτόν τε καὶ ἄφυρτον καὶ ἀσύγχυτον, ὡς γὰρ ἐκεῖνος γραφόμενος σαρκὶ καὶ νομίσμασιν ἐκτυπούμενος οὐ περιεγράφετο τῇ ψυχῇ, ἀλλ' ἀκέραια [8] τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων ἀτελῶν, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, τὰ ἰδιώματα ἔσωζεν, οὐ διαιρούμενος, οὐ τρεπόμενος, οὐ συγχύσει ὑποβαλλόμενος. Οὕτω καὶ τὸν Χριστὸν ὑπάρχειν διὰ τοῦ συνεικονίζειν ἐκήρυττεν ἅπασι συντομώτερόν τε καὶ ἐκδηB λότερον ἔν τε σαρκώσει [9] ἀσυνουσίαστον καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἀπερίγραπτον. Ἀλλ' οἱ τούτῳ τῷ εὐσεβεῖ Κωνσταντίνῳ μὴ συμφρονήσαντες τύραννοι εἰς αὐτὰ τὰ καίρια τῆς εὐσεβείας δυσφημήσαντες διαφόρως, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Χριστοῦ εἰκόνα σὺν τούτῳ τῷ δυσωνύμῳ Λέοντι τῆς ἐκκλησίας ἐξέωσαν, τῷ βασιλεῖ αὐτῶν Ἀντιχρίστῳ τάχα τῆς βασιλείας τὰ σκῆπτρα προετοιμάζοντες, οὗ καὶ τὸ χάραγμα προσμένοντες δέξασθαι οἱ παράφρονες τὸν ὄντως βασιλέα Χριστὸν διὰ τὸ μὴ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ [10] βασιλικῶς [11] ὡς βασιλέα τιμᾶν ἀπαρνούμενοι καὶ διὰ τοῦ μέρους τοῦ ὅλου μυστηρίου ἀλλοτριούμενοι καὶ ὑπ' ἐκείνῳ ἐλεεινῶς τῷ ἀντιθέῳ ταττόμενοι εἰς ἀπωλείας βόθυνον ἀπύθμαντον καταφέρονται. Τότε γὰρ τότε ὁ ἐξ ἀντιθέου φύς, καθάπερ ἔφθην, Ἀντίχριστος, καὶ τοῦ μέλλοντος Ἀντιχρίστου προοδοποιός τε καὶ πρόδρομος, τύραννος Λέων, ὡς ἔχις πικρά, τὸν ἰὸν αὐτοῦ τῆς ἀρνησιθείας τοῖς ὠσὶ τῶν ἀφελεστέρων ἐγχρίψας, καὶ εἴδωλον Χριστοῦ τὴν εἰκόνα ἀποκαλέσας, ἐκ τῆς ἐκκλησίας τε τὸν ταύτης ἅγιον ἄγγελον καὶ χριστόφρονα Νικηφόρον ἐξεώσας [12], ἀντεισάξας δὲ αὐτῇ τὸν μοιχὸν καὶ φθορέα Θεόδοτον τὸν Μελισσηνὸν ἐκ Νακωλείας ὁρμώμενον, ἐξῆς ὁμογνώμων αὐτοῦ ἰουδαιόφρων εἰκονομάχος καὶ C ἐπάρατος Ἐπιφανίδης ἐβλάστησε, διωγμὸν μέγαν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐκίνησεν, ἀρχιερεῖς, ποιμένας καὶ ἱερεῖς καὶ τοῦ λαϊκοῦ τάγματος τῶν πιστῶν τοὺς μὴ ὑποκύπτοντας αὐτοῦ τῷ ἀντιχρίστῳ βουλήματι διαφόροις αἰκίαις, καὶ θανάτοις, ἐξορίαις τε καὶ δημεύσεσιν ὑποβαλὼν ἀπανθρώπως. Μετὰ δὲ τὸ πάσας κώμας καὶ πόλεις καὶ κωμοπόλεις [13] τῆς δυσσεβοῦς αὐτοῦ ἐμπλῆσαι ἀκαθαρσίας, ὁ τύραννος καὶ τοὺς ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς κρυπτομένους ἐξερευνήσων ἀπέστειλεν.

furens creatam imaginem, impietatis consilio alliciendo primos parentes deceperat; alter autem, D contra incarnati Christi debacchatus oeconomiam et in picturis repraesentatam similitudinem, Antichristi dogmata filiis Adam protulit, vere pios non iam aemulatus imperatores, sed impiis assimilatus. Primus enim imperatorum christianorum, Constantinus magnus, cum Romanorum imperii a Deo essent ipsi tradita sceptra, in nummis suis *t* regis universalis Christi describens imaginem, carnisque similitudinem cum regni sui crucifero sceptro, seipsum in servorum partibus adscripsit; ita per seipsum nobis plane ostendit Christi oeconomiam minime esse phantasticum aliquid, neque divinam in seipsa naturam descriptibilem aut coalescentem aut mixtam, quoniam iste descriptus licet carne nummisque insculptus, non tamen circumscribebatur anima, sed non mixtis in ipso naturis incompletis, anima, inquam, et corpore, proprietates earum servavit, non separando, non convertendo, nulli confusioni subiciendo. Ita Christum exsistere per imaginum repraesentationem proclamavit omnibus, brevius quidem et manifeste magis, per incarnationem E incomparabilem et repraesentatione incomprehensibilem. Sed qui pio Constantino non consenserunt tyranni, ipsa pietatis fundamenta diversimode calumniati, regis Christi imaginem per illum impiissimi nominis Leonem ex ecclesia eiecerunt, regi suo Antichristo regni sceptra cito parantes, cuius et signaculum perseverantes accipere isti vesani, contemnentes autem verum regem Christum, propterea quod eius imaginem regaliter tamquam regis venerari renuebant et ex hac parte totum mysterium immutabant, miserabiliter isti Dei adversario subiecti in perditionis abyssum feruntur. Tunc etenim ex inimico Dei natus, sicut iam dixi, iste Antichristus et venturi Antichristi praecessor et praecursor tyrannus Leo, tamquam anguis acerba, venenum suae contra Deum renuntiationis auribus simpliciorum instillans, et idolum Christi imaginem vocitando, ex ecclesia sanctum eius angelum et Christi sensus gerentem Nicephorum *u* cum expulisset, eiusque loco introduxisset adulterum et perditissimum Theodotum Melissenum *v* ex Nacolia *w* oriundum, statim iste iconomachus et sceleratus Epiphanides *x* qui consentiebat cum ipso Iudaei et mentem gerebat vires sumpsit et commovit persecutionem validam contra ecclesiam, patriarchas, pastores sacerdotesque et ex laici ordinis fidelibus eos qui sese non subiciebant eius adversanti Christo voluntati variis suppliciis, mortis generibus, exsilio bonorumque publicatione damnabat inhumaniter *y*. Repletis ergo omnibus vicis, urbibus et maioribus vicis sua iniquitate, tyrannus ad illos qui in solitudinibus, montibus, speluncis et foraminibus terrae latebant inquirendos misit.

ANNOTATA.

a *Id est anno Christi 811, quem tamen rectius denominasset Sabas annum Nicephori regnantis decimum quam nonum. Cfr. Baronii* Annales, *tom. IX, pp. 686-688.*

b *Hunni seu Bulgari, duce eorum Crummo. Non raro scriptores Byzantini haec nomina miscent. Cfr. Vitam S. Nicolai Studitae, P. G., tom. CV, p. 877, cum nota 10 Combefisii.*

c *Istud verbum* Λιβα *bis legitur in Vita S. Nicolai Studitae, P. G., tom. CV, pp. 877, 910. In quo interpretando iam insudarunt tum Combefisius* (Auctarium novum, *tom. II, nota 10 et 32), tum Henschenius noster* (Act. SS., *Febr. tom. I, pp. 543, 549), at infelici exitu. Certe erravit Henschenius*

[4] (ἀντιθείας) ἀντιθέῳ 3, ἀντιθέᾳ 4. — [5] (τὴν εἰκ.) *om.* 3, 4. — [6] *om.* 1. — [7] (τῶν-δεικνύς) *om.* 2. — [8] ἀκαίρεᾳ 2, 4. — [9] σαρκός 1. — [10] *om.* 3, 4. — [11] βασικῶς 1. — [12] ἀξιώσας 4. — [13] (καὶ κωμ.) *om.* 3.

cum

A *cum locum nostro similem* καὶ τῶν Οὔνων ἤδη κατὰ τὸν Λίβα ληιζομένων *intellegit de Constantinopoleos suburbio. Nec Combefisio consentiendum fatenti* quid illud Liba, haud satis intellego... Cum enim ea vox nihil aliud sonet quam guttam, stillationem, fontem, nihil vetat, ut ne multa loca fontibus ac aquis irrigua, id ipsum nominis sortita sint. *Iam vero* κατὰ τὸν Λίβα *idem esse atque* ad austrum, ad meridiem *recte notavit Iacobus Loppin in Vita S. Stephani iunioris (P. G., tom. C, p. 1102, nota 4), ubi locos Scripturae sacrae (v. g.* Exod. *XXVII, 9;* Num. *XXXIV, 3, 5, etc.) affert, qui eundem sensum praebent. Cfr. Stephani* Glossarium *sub v°* Λίψ.

d *Singula hic enuntiata apprime concordant cum aliorum Byzantinorum scriptis. Cfr. Theophanis* Chronographiam, *P. G., tom. CVIII, pp. 983-986.*

e Pro imperatoribus, *intellige Nicephorum et Stauracium;* pro imperatore *autem Stauracium tantum, siquidem* S. Ioannicius *Nicephori mortem praenuntiat. Cfr. in Vita S. Nicolai Studitae aliam visionem istius cladis, P. G., tom. CV, pp. 894 sqq.*

f *Haec a Theophane disertius enarrantur:* τιτρώσκεται δὲ καὶ Σταυράκιος παῖς αὐτοῦ καιρίως κατὰ τοῦ σπονδύλου τὸ δεξιὸν μέρος . . . Στέφανος δὲ πατρίκιος . . . ἀναγορεύει Σταυράκιον αὐτοκράτορα. Ad spondylorum autem dextram partem letale vulnus accepit filius Nicephori Stauracius.... Stephanus patricius.... Stauracium imperatorem declaravit. *Cfr. P. G., tom. CVIII, pp. 987, 988.*

g *Facile nec longum est iter a regione Olympica et civitate Prusa Constantinopolim versus. Etenim Prusa distat viginti chiliometris ab urbe hodie vocata Moudania, olim Myrlea et Apamea, portu aptissimo unde naves semper praesto transfretantibus citissime iter Constantinopolim absolvebant. Cfr. Texier,* L'Asie mineure, *p. 114; Ramsay,* The Historical Geography of Asia Minor, *p. 180.*

h *Cfr. Theophanem, P. G., tom. CVIII, p. 988:* ὁ δὲ Σταυράκιος ἀνιάτως ἑαυτὸν ὁρῶν διακείμενον. Stauracius vero aegritudine remediis omnibus superiore cum se iactatum cerneret.

i *Mos erat monachis cum sive sibi invicem, sive aliis ad colloquendum occurrebant brevem praemittere* E

B *orationem.*

k *Stauracius, propter vulnus in bello acceptum, prorsus impar regendo imperio, solio se abdicavit anno 811 (Cfr. P. G., tom. CLVII, p. 738), et imperator factus est Michael Curopalates, maritus Procopiae, sororis Stauracii. Ideo dici potuit in textu graeco* τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ, *quia apud Byzantinos verbum istud etiam designat maritum sororis. Auctor tamen noster non omnino accurate narrat Michaelem imperium assumpsisse, mortuo Stauracio; siquidem ille coronatus est 2 octobris 811, hic vero defunctus est 11 ianuarii 812.*

l *Legesis Baronium, qui ex Theophane, Theodoro Studita, Michaele Studita hausit, quanta praestiterit Michael ut pacem Ecclesiae restitueret. Cfr.* Annales, *tom. IX, pp. 690-704.*

m *Annus alter Michaelis regni est annus 813. Revera, hoc anno, ut etiam refert Theophanes, P. G., tom. CVIII, p. 1003,* ἐκ πάντων τῶν θεμάτων στρατολογήσας, πρὸ τοῦ ἔαρος εἰς τὴν Θρᾴκην περαιοῦσθαι ἐκέλευσεν, exercitum ex thematibus cunctis collectum in Thraciam traicere iussit.

n *Illud epitheton, propter crudelitatem suam, apud varios scriptores nactus est Leo Armenus. Ita primum suum librum regum inscribit Genesius* περὶ τοῦ ἐξ Ἀμαλὴκ Λέοντος. *P. G., tom. CIX, p. 992, et in Vita S. Nicolai Studitae, item legimus* ὁ νέος Ἀμαληκίτης. *P. G., tom. CV, p. 884.*

o *Leo erat praefectus thematis Anatolici, de quo consule Constantinum Porphyrogenetum,* De Thematibus, *P. G., tom. CXIII, p. 66 sqq. Ipsi delatum est imperium supremum in expeditione contra Bulgaros, ut testantur omnes scriptores Byzantini; illi nempe maxime fidebat Michael.*

p *Michael Curopalates prius recusaverat imperium sibi a senatu populoque delatum, imparem se tantae rerum moli tractandae causans, ideoque Leoni illud concedere volebat. Sed renuit Leo, et quia indignum se imperatorio solio diceret, et quia illud ad Michaelem pertineret. Quem proin cohortatus est ad suscipiendam rerum gubernationem, ac promissis gravissimisque iuramentis sanciens, famulum se ipsius per totam vitam fidelissimumque et alacerrimum administrum fore. Haec a Cedreno narrata videsis P. G., tom. CXXI, p. 927, qui omnino cum auctore nostro consentit.*

C q *Hic iterum redit quaestio saepius iam a scriptoribus historicis ventilata de Leone Armeno proditore in pugna anno 813 cum Bulgaris commissa. Quoniam nuper cl. vir Hirsch, rerum Byzantinarum nostro tempore apprime studiosus, prorsus negavit hanc Leonis Armeni proditionem* (Byzantinische Studien, *p. 126) non erit abs re paucis controversiam resumere, eo vel magis quod, si excipiatur* Theophanis Chronographia, *documentum novum quod nunc afferunt* Acta S. Ioannicii, *omnibus quae hucusque praesto erant videtur antiquitate praecellere, nisi posterioribus interpolationibus sit adulteratum, quarum tamen nullum apparet indicium. Verum est non nisi recentiores scriptores Byzantinos diserte affirmare Leonem terga dedisse, nimirum Theophanis continuatorem (P. G., tom. CIX, p. 27), Genesium (ibid., tom. CIX, pp. 993, 994), Cedrenum (ibid., tom. CXXI, p. 930), Zonaram (ibid., tom. CXXXIV, p. 1366). Verum gravissimum est testimonium, utpote scriptoris fere supparis, Ignatii diaconi qui in* Vita S. Nicephori *narrat, adversus Hunnos* suscepta expeditione, *primum in ea cladis auctorem Leonem universo exercitui fugae arripiendae causam dedisse* (Act. SS., *Martii tom. II, p. 301). His certis testimoniis opponuntur Theophanes, qui cladem, nullo duce incusato, adscribit ignaviae christianorum, Leonem vero laudibus afficit (P. G., tom. CVIII, p. 1006), auctor incertus Vitae Leonis Armeni qui Anatolicos hoc crimine gravat, ducis nomine non pronuntiato (P. G., tom. CIX, p. 1014), Symeon magister, Georgius monachus et Georgius Hamartolus totam rem silentio prementes, sicut et auctores Vitarum SS. Theodori et Nicolai Studitae qui referunt Leonem quidem sollicitasse, non autem fugisse (P. G., tom. CV, p. 879, tom. XCIX, p. 170;* Patrum nova Bibliotheca, *tom. VI, p. 322). Si vero inspicimus auctores qui his documentis usi sunt, longe maiorem partem eorum deprehendimus Leonem Armenum incusare, nimirum Lebeau* (Histoire du Bas-Empire, *ed. Saint-Martin, tom. XIII, pp. 10, sqq.), Schlosser* (Geschichte der bildstürmenden Kaisern, *pp. 400 sqq.), Muralt* (Georgii monachi, dicti Hamartoli, Chronicon, *p. 409), Hopf* (Geschichte Griechenlands, *p. 98), Herzberg* (Geschichte Griechenlands, *p. 46), Jirechek* (Geschichte der Bulgaren, *p. 146). Iam olim tamen Iacobus Goar, interpres Theophanis, acerrime defendendam memoriam Leonis susceperat (P. G., tom. CVIII, p. 1006, nota 65), motus praecipue silentio huius auctoris; sed* F

recte

VITA *recte monuit Combefisius argumentum illud nihil evincere (P. G., tom. CVIII, p. 1014); etenim Theophani, ipso Leone Armeno vivente, totam rem aperire molestum nimis cecidisset, neque aegre intellegitur tacuisse scriptores omnino coaevos. Hirsch resumit argumenta Goari; praeterea Ignatii diaconi aliorumque scriptorum ecclesiasticorum testimonium conatur infringere, utpote qui suspicione praeiudicata e opinionis laborent, talis nimirum quae pronos nimis redderet scriptores orthodoxos ad memoriam Leonis iconomachi gravandam. Praeterea addit parum vero videri simile Leonem fuisse Bulgaris patrocinatum, qui statim post praelium fuerit a Michaele praefectus exercitui et, imperator renuntiatus, adversus eos acerrime bellum gesserit. Pace eruditi viri dixerim rationes quas affert nequaquam intentum efficere. Fieri enim potuit ut primo momento imperatorem latuerit Leonis proditio. Nonne politicae rei variae rationes sufficiunt ad explicandum cur Leo tunc faverit Bulgaris, eosdem postea impugnaverit? Tandem, esto scriptores orthodoxi aegre dispositi fuerint in Leonem, non ideo tamen est gratuito supponendum illos tanti criminis reum pronuntiasse Leonem, si prorsus innocens fuisset.* D

r *Filii Michaelis tunc superstites, mortuo scilicet Stauracio, erant Theophylactus qui factus monachus vocatus est Eustratius, et Nicetas, etiam in monasterium trusus sub nomine Ignatii; qui postmodum evectus est in solium patriarchale. Ambae filiae Michaelis Rangabe, Georgo et Theophano, etiam religiosam vitam professae sunt. Cfr. Vitam S. Ignatii,* Act. SS., *Octobris tom. X, p. 168; Genesium, P. G., tom. CIX, pp. 996, 997, Theophanis continuatorem, ibid., tom. CIX, p. 34; Cedrenum, P. G., tom. CXXI, p. 934.*

s *Ille nempe leo qui* " circuit rugiens, quaerens quem devoret. "

t Νόμισμα *est, proprio sensu, solidus aureus. Imago Christi sero tantum descripta apparet in nummis byzantinis, minime vero, ut insinuare videtur auctor, tempore Constantini magni, quo tempore non repraesentatur nisi* labarum. *Cfr. I. Sabatier,* Description générale des monnaies byzantines, *tom. I, p. 29. Forsan auctor noster opinionem suam desumpsit ex S. Iohanne Damasceno (P. G., tom. XCV,*
B *p. 347, num. 3), qui haec de nummis Constantini scribit in epistula ad Theophilum imperatorem :* E
τὸν σεβάσμιον καὶ θεανδρικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μετὰ τοῦ ἰδίου ἀνετυπώσατο. *Quod iam pridem in dubium revocavit Cangius. Cfr.* Glossar. med. et infim. latin., *ed. Favre, tom. X,* Dissert. de nummis, *pp. 135, 156.*

u *Nicephorus, patriarcha Constantinopoleos ex ordine quinquagesimus quartus, in exsilium actus est anno 815. De quo fuse disseruerunt tum Henschenius,* Act. SS., *Mart. tom. II, pp. 293 sqq., tum Cuperus,* Act. SS., *August. tom. I, in* Historia chronologica patriarcharum Constantinop., *p. *103.*

v *De Theodoto, qui cognomento duplici dictus est Melissenus et Cassiteras, consule Cuperum in* Act. SS., *August. tom. I,* Hist. chron. patr. Constan., *p. *103; Le Quien,* Oriens christianus, *tom. I, p. 242, et varios scriptores byzantinos in P. G., tom. CVIII, p. 1034; tom. CIX, pp. 35, 1001, 1002, ubi notanda Genesii animadversio* πρὸς γένους Μελισσηνοῦ.

w *Nacolia, urbs Phrygiae, quae secundum Hammer apud Pape* (Wörterbuch der griechischen Eigennamen, *tom. II, p. 972), est hodie Seid el Ghazi. Cfr. Ramsay,* The Historical Geography of Asia Minor, *p. 144. Post repertam inscriptionem quandam, aliquibus visum est Seid el Ghazi esse veterem civitatem Prymnessum. Ita D^r Barth in opere suo* Reise von Trapezunt nach Scutari, *pp. 89, 97, et Franz,* Fünf Inschriften und fünf Städte in Kleinasien, *p. 5. Nihilominus refert Texier,* L'Asie mineure, *p. 412, nomen Nacolia quater relectum esse in inscriptionibus repertis in pago Seid el Ghazi. Inter varias formas graecas quas prae se fert istius civitatis nomen, nempe* Νακολία, Νακωλεία *et* Νακόλεια, *frequentior et potior est* Νακωλεία, *quam etiam exhibet codex Vindobonensis. Cfr. Socratis* Hist. eccl., *lib. IV, cap. V, P. G., tom. LXVII, p. 470; ibid., tom. CV, p. 1143 et card. Mai,* Nova Bibliotheca Patrum, *tom. V, p. 144. In Metaphrastica recensione, P. G., tom. CXVI, p. 55, male lectum est* Νατωλεία; *de qua lectione alibi etiam usitata legatur nota 34 Combefisii in Vita S. Nicolai Studitae, P. G., tom. CV, p. 912.*

x Epiphanides, *nempe Leo Armenus, qui, ut alter Antiochus Epiphanes, sanctos persecutus est. Aliae*
C *alibi occurrunt assimilationes cum Iuliano Apostata, Achab et Pharaone. Cfr. S. Theodori Studitae,* F
ep. 73, lib. II, in P. G., tom. XCIX, p. 1305.

y *Compendiose, sed accurate, describit hanc persecutionem, praesertim ex epistulis Theodori Studitae cardinalis Hergenroether in opere suo* Photius, Patriarch von Constantinopel, *pp. 280-283. Cfr. Tougard,* La Persécution des iconoclastes, d'après les lettres de Théodore Studite, *in* REVUE DES QUEST. HISTOR., 1892.

CAPUT SEXTUM.

S. Ioannicius erigit templa in honorem S. Eustathii, B. M. Virginis et apostolorum. Varia ab ipso patrata miracula.

18. Ὅθεν καὶ ὁ μέγας οὗτος Ἰωαννίκιος ἀπὸ τοῦ Προυσαέων ὄρους Τριχάλικος ἐπὶ τὸ πρὸς Λυδίαν ἄλσος καλούμενον, οὐ φυγὰς ἀπῄει, ἀλλ' εὐσεβείας αὐταπόστολος κῆρυξ. Ἐν ᾧ ὑπάρχων Γουρίας τις, φθορεὺς καὶ μάγος, χρηστὴν ἔχων ὑπόληψιν ὁ λαοπλάνος παρά τινων, τῇ τοῦ φωστῆρος ἐκεῖσε ἐλεγχθεὶς παρουσίᾳ, ὃς σκότος ὢν καὶ εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματιζόμενος κατὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ τὸν

18. Exinde cum magnus iste Ioannicius ex monte Trichalice, qui est prope Prusam, abisset *a*, in silvam vocatam Ad Lydiam pervenit *b*, non desertor, sed ipse pietatis apostolicus praeco. Ibi degebat Gurias quidam, seductor et magus, qui, licet populorum deceptor, bona fruebatur fame apud quosdam. Luminis quod ibi aderat aegre ferens praesentiam, quippe qui erat caligo, et in angelum

Sanatus a S. Eustathio, Ioannicius
a
b

A τὸν διάβολον φθόνον πικρὸν κατὰ τοῦ πατρὸς ὠδινήσας ἐν διανοίᾳ ὑποκρίσει τούτῳ μαθητευθῆναι ἱκέτευεν, ἢ φάσμασιν αὐτὸν οἰόμενος δαιμονιώδεσι θροῆσαι καὶ [1] αὐτόθεν μεταστῆσαι [2], ἢ δηλητηρίοις τισὶν ἐν βρώσει καὶ πόσει καταμιγεῖσι κακῶς τοῦ ζῆν αὐτὸν στερῆσαι [1], καί, ὡς μονερημίτης, μόνος αὐτὸς θηρᾶν ἐκεῖσε τὴν παρ' ἀνθρώπων δόξαν. Ἀλλ' ἔψευσθη τῆς ἐλπίδος κατ' ἄμφω ὁ δολιώτατος. Μαθητοῦ γὰρ οὗτος, ὡς Σίμων ὁ μάγος, ἐκεῖνος ὑποδὺς προσωπεῖον τοὺς περὶ αὐτὸν δαίμονας συναθροίσας εἰς ἱππέων τινῶν καὶ σιδηροθωράκων ὁπλιτῶν ξιφηφόρων πολυμόρφων τε θηρῶν μεταβαλλομένους εἰδέας καὶ κατ' αὐτοῦ ὁρμωμένους φοβερῶς δείξας, ἥττηται κατὰ κράτος ἀφανισμῷ τῶν θροούντων πάντων ἐκείνων τῇ εὐχῇ τοῦ δικαίου. Ὅθεν [3] καὶ τῶν θροήσεων ὑποβληθεισῶν [4], εἶθ' οὕτως αὐτῷ ἐν πόσει κιρνᾷ θανάσιμον [5] δηλητήριον, ὅπερ τῇ ἐν Χριστῷ σφραγίδι σημειωσάμενος καὶ πιὼν ὁ πατὴρ τὸ φάρμακον μὲν εὐθὺς σὺν πλείστῳ αἵματι ἐξεμεῖ, τὰ ἔνδον αὐτοῦ οὐ μικρῶς ἀλγούμενος [6]. Ὁρᾷ δέ τινα φοβερὸν ἀφυπνώσας στρατιωτικὴν περιβεβλημένον ἐσθῆτα, καὶ ξύλον μικρὸν ἐπὶ χεῖρα [7] κρατοῦντα, ὃν καὶ ἠρώτα· Πόθεν καὶ τίς εἶ, καὶ τίνος χάριν
B πάρει, καὶ τί τὸ ἐν χερσί σου ὑπάρχει ξύλον; Ὁ δὲ στρατηλάτης λέγει· Ἐγώ εἰμι Εὐστάθιος εἰς συμμαχίαν νῦν παρὰ Θεοῦ ἀποσταλεὶς καὶ βοήθειαν, ὅπως φαγὼν τούτου τοῦ ξύλου ἐκμειώσῃς ἐκεῖνο τοῦ μαγομάντου Γουρία τὸ δηλητήριον. Ὁ δὴ καὶ λαβὼν κατέφαγε· φαγὼν δὲ καὶ αἰσθόμενος γλυκύτητα ἄφατον διυπνίσθη, οὐδένα βλέπων ἔτι τὸν συλλαλοῦντα, τὴν δὲ ὑγείαν αὐτοῦ τὴν προτέραν ἀπολαβών.

19. Ὅθεν διώξας τὸν μάγον ἐκ τῆς ἑαυτοῦ συναναστροφῆς [1] τε καὶ συνοικήσεως, τῷ ὀφθέντι αὐτῷ Εὐσταθίῳ τῷ στρατηλάτῃ ἐπὶ τοῦ τόπου εὐκτήριον [2] οἶκον ἐγείρει καὶ αὐτοῦ συνιστᾷ μοναστήριον. Καὶ ἐν ἡσυχίᾳ αὐτοῦ [3] διαζῶν καὶ ἐν ἀποκλειστικωτέροις [4] τόποις προσδιατρίβων βλέπει καθ' ὕπνους ὁ θεοπύρσευτος πηγὴν καθαρὰν [5] καὶ διηδεστάτην ἐπί τινος τόπου [6] τῶν αὐτόθι πρὸς ἀνατολὰς [7] ἀναβλύζουσαν, καὶ πλῆθος προβάτων ἀπομμάτων καὶ ἀφωτίστων προσερχομένων ἐν αὐτῇ, καὶ πινόντων καὶ τοῦ φωτὸς τὴν ἐνέργειαν ἀπολαμβανόντων. Ὁ δὴ ὁρῶντος καὶ θαμβουμένου τὸ ὅραμα φησί τις αὐτῷ λευχείμων [8] καὶ ὡραιότατος·
C Ἥνπερ βλέπεις πηγήν, ὦ ἄνερ, τὰ φωτὸς ἐστερημένα καταφωτίζουσαν πρόβατα, Μαρίας τῆς θεομήτορός ἐστιν οἰκητήριον. Ὁ δὲ τοῦ ὕπνου διαναστὰς καὶ πρὸς τὸν ὑποδειχθέντα τόπον σπουδῇ ὁρμήσας, πηγὴν μὲν αἰσθητὴν ὅλως οὐχ εὗρε· τόπον δὲ τερπνὸν καὶ λίαν ἐπίπεδον εὑρών [9], ναὸν ἐν αὐτῷ τῆς Θεοτόκου οἰκοδομεῖ, καὶ τοῦτον περιποιεῖται εἰς μοναστήριον, τὰ φωτὸς θείου ἀληθῶς [10] ἀμέτοχα λογικὰ πέλοντα πρόβατα, σκότει ἀσεβείας καὶ [11] ἁμαρτίας προσμένοντα [12], τοῖς τῆς εὐσεβείας [11] ἀεὶ νάμασι τοὺς προσιόντας φωτίζειν καὶ τοῖς τῆς κατανύξεως δάκρυσιν ἀποσμήχειν.

20. Τοῦ οὖν ναοῦ κτιζομένου τῆς Θεοτόκου, ὡς γέγραπται, συνέβη ῥαγδαῖον ὑετὸν γενέσθαι καὶ [1] συνεχῆ περὶ τὸν τόπον, ὡς τοῦ ἔργου ἐκκοπῆναι τῆς οἰκοδομῆς τοὺς τεχνίτας, καὶ μηδὲ ὥραν ἐκ τούτου αὐτοὺς εὑρίσκειν τοῦ φαγεῖν ἄρτον, ἀστέγους ὄντας καὶ περιλυπουμένους εἰς τέλος [2]. Ὅπερ δὴ ἑωρακὼς

angelum lucis conversus sicut pater eius diabolus, invidia amara contra patrem nostrum laborans mente, fingit se discipulum eius fieri velle. Quod etiam supplex petit, sive qui apparitionibus arbitraretur diabolicis se perturbaturum indeque eiecturum esse eum, sive ut, nocivis quibusdam in cibo vel potu commixtis, male vita privaret, et, utpote solus eremita, solus ipse venaretur ibidem gloriam ab hominibus. Sed fefellit in utroque proposito spes istum dolosum. Discipuli namque iste, sicut Simon magus, cum induisset personam et daemones qui circumerant congregasset, conversosque in formas equitum quorundam et ferreis thoracibus indutorum hoplitarum ferentium gladios, nec non diversimodarum ferarum in sanctum formidolose irruentium ostendisset, devincitur potenter, cum oratione sancti omnes isti perturbatores evanuissent. At, hisce tumultibus superatis, dein ipsi in potu miscet mortale venenum, quod signo Christi signatum cum ebibisset pater, venenum statim cum multo sanguine evomit, dum intestinis non parum doleret ipse. Sed in somnum incidens videt quendam virum terribilem, militari indutum habitu lignumque parvum manu gerentem. E
Quem interrogavit : *Unde et quis es? Cur venis, et quare illud in manibus adest lignum?* Dux ait : *Equidem sum Eustathius* c, *in auxilium nunc a Deo missus et adiutorium, ut cum ederis ex hoc ligno deleas istud magi Guriae nocivum.* Ioannicius vero sumit et edit; cum manducasset dulcedinemque gustasset indicibilem evigilavit, neminem tamen vidit secum colloquentem, sed in sanitatem suam pristinam restitutus est.

templum in eius et B. M. Virginis honorem exstruit.

19. Inde cum expulisset magum ex sua conversatione et cohabitatione, illi qui sibi apparuerat Eustathio duci in hoc ipso loco oratorium excitat, ibique constituit monasterium. Et placide ibi degens et in angustissimis recessibus versatus, videt in somnis a Deo illuminatus vir fontem purum ac suavissimum in quodam eorum locorum ad orientem scaturientem, et multitudinem ovium caecarum ad illum accurrentium. Quae cum bibissent, luminis efficaciam recuperabant. Quod cum contemplaretur spectaculum perterritus, ait illi quidam veste alba indutus, speciosus valde aspectu : *Ille quem vides fons, o homo, lumine privatas illuminans oves, Mariae Deiparae est oratorium.* F
Expergefactus vero cum ad ostensum locum studiose festinasset, fontem visibilem nullatenus invenit. Sed animadvertens locum iucundum esse valde et planum, templum ibidem Dei Genetricis aedificat, cui adiungit monasterium, ut luminis divini vere expertes rationabiles oves, quae tenebris impietatis et peccati erant detentae, ad pietatis fluenta accedentes illuminarentur, et compunctionis lacrimis detergerentur.

Varia miracula patrat,

20. Dum hoc igitur exstruebatur templum Dei Genetricis, ut narratum est, contigit validam pluviam cadere et continuam in hoc loco, ita ut ab opere aedificationis cessare cogerentur artifices, qui simul nullam amplius nanciscebantur opportunitatem panem edendi, insuper sine tecto erant

18. — [1] (καὶ-στερῆσαι) *om.* 4. — [2] μεταναστῆσαι 3. — [3] *om.* 3. — [4] ὑποκληθεισῶν 4. — [5] *om.* 3, 4. — [6] ἀλγυνόμενος 2, 3, 4. — [7] χεῖρας 3.
19. — [1] ἀναστροφῆς 3. — [2] καθ' *add.* 4. — [3] (καὶ-αὐτοῦ) καθ' ἡσυχίαν αὐτός 3. — [4] ἀπαρακλητικωτέροις 3. — [5] τότε *add.* 3, ὅτε *add.* 4. — [6] (τιν. τόπ.) τινα τόπον 2. — [7] ἀνατολήν 2. — [8] λευσχείμων 3. — [9] ἀνευρών 3, 4. — [10] *om.* 2. — [11] (καὶ ἁμαρτ.-εὐσεβείας) *om.* 2. — [12] προσμύοντα (*sic*) 1.
20. — [1] (καὶ-τόπον) *om.* 4. — [2] τέλους 1.

VITA

ἑωρακὼς ὁ πανάγαστος καθικετεύει τότε τὸν Κύριον καὶ συννέφους ἤδη καθορωμένου τοῦ οὐρανοῦ, ἐξαπίνης ἔστη ἡ τῶν ὑδάτων ἐπίρροια, καὶ ἄνεφος ὁ αἰθὴρ κατὰ συγκυρίαν ὡράθη. Τῶν τεχνίτων ἐχομένων τοῦ ἔργου, ὅθεν συνεργῆσαι αὐτοῖς οἰκείαις χερσὶ τοῦ ὁσίου προαιρουμένου [3] καὶ συλλέγοντος λίθους, ἔχις αὐτὸν ἐκ τῆς σωρείας τῶν λίθων καθαψαμένη τῆς χειρὸς [4] ἑωρᾶτο κρεμαμένη [5], ἥνπερ εἰς γῆν ἀπορρίψας καὶ ἐδαφίσας ἀβλαβὴς διεφυλάχθη [6] ὁ δίκαιος. Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἕνα ὡσαύτως τῶν τεχνίτων ἔχις δακοῦσα ἰοῦ θανασίμου μεστὸν ἐν αὐτῷ ἐπηρμένον κατειργάσατο τραῦμα, καὶ πολυώδυνον. Ὅ [7] ὁ πατὴρ τῇ σφραγῖδι τοῦ σταυροῦ ῥήξας καθάπερ ξίφει, καὶ τὸ λυποῦν ἰοβόλον ὑγρὸν κενώσας, τὴν ὑγίειαν τῷ δεδηγμένῳ παρέσχετο. Καὶ ἕτερον δὲ ναὸν πρὸς τούτοις τῶν ἁγίων ἀποστόλων οἰκοδομήσας, καὶ αὐτὸν εἰς θεῖον ἀφιεροῖ [8] μοναστήριον· ἐν ἑνὶ αὐτὸς ἐκεῖ πλησιάζοντι σπηλαίῳ, Μαρσαλινῷ προσαγορευομένῳ, ἡσυχάσας, ἐν ᾧ καὶ δράκοντα εὑρηκὼς δι' εὐχῆς ὁ θεόληπτος ἀποκτείνει. Ἐν μιᾷ δὲ τούτων ποτὲ τῶν μονῶν αὐτοῦ ἐκ τῆς ἡσυχίας καταλαβών, βροντῶν συνεχῶν καὶ ἀστραπῶν κεραυνοβολουσῶν, ἐπὶ τὸν ἐκεῖ
B εὐκτήριον οἶκον ὄντα τὸ πῦρ ὡς ἑώρακεν κατασκῆψαν ἦρεν αὐτοῦ εὐθὺς ὁ πατὴρ πρὸς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, καὶ διέστη ἐκεῖθεν ἡ καυστικὴ ἐνέργεια τοῦ πυρὸς ἐκχωρήσασα, τῆς φωτιστικῆς δυνάμεως τούτῳ ἐπαφεθείσης [9]. Ἑξῆς καὶ ὡς ἄλλος πύρινος στύλος ἐπί τι διάστημα ὥρας ὁ ναὸς τοῖς τυχοῦσιν ἑωρᾶτο [10], τῆς καυστικῆς βλάβης ἄμοιρος διαμένων.

21. Τοῦ οὖν διωγμοῦ ὑπὸ τοῦ κρατοτυράννου Λέοντος ἔτι ἐνεργουμένου, καὶ τῶν Χριστοῦ προσκυνητῶν ἄλλοθι ἀλλαχοῦ κατακρυπτομένων [1], συνέβη καὶ τὸν πολλάκις μνημονευθέντα τίμιον ἄνδρα Εὐστράτιον ἀπὸ τῆς Ἀγαύρων μονῆς τῆς ἐν Προύσῃ σκυλέντα πρὸς τὸν πατέρα τοῦτον εἰς τὸν Λίσον ἔτι διάγοντα κατελθεῖν, αὐτῷ τε συνδιατρίψαι καὶ συναγωνίσασθαι μέχρι πολλοῦ. Ὅθεν ἐν μιᾷ, χάριν εὐχῆς, καθ' ἑαυτὸν ἰδιάσαντος τοῦ ἁγίου, τῇ τε προσοχῇ τῆς θεωρίας ἐπὶ πολὺ ἡδίστως ἐνατενίζοντος καὶ βραδύνοντος, ἀπιὼν μαθεῖν τὸ αἴτιον τῆς βραδυτῆτος αὐτοῦ, ὁ Εὐστράτιος βλέπει αὐτὸν μακρόθεν ἐκτεταμμένον εἰς προσευχήν, καὶ ὥσπερ τισὶν ἀοράτοις ἱμάσιν ἢ πτέρυξιν ἄχρι δύο πηχῶν
C ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν αἰθέρα κρεμαμένον, καὶ ἡσυχάσας τεθαμβημένος ὅλος ἀνέστρεψεν, τῆς θείας ἐκείνης καὶ θεωρητικωτάτης αὐτὸν προσευχῆς μὴ ἀποσχολήσας [2]. Ὃς καὶ παραγενόμενος μετὰ τοῦτο ὥσπερ λυπούμενος πρὸς τὸν Εὐστράτιον ἔλεγεν· Οὐ δεῖ ποτε, ἀδελφέ, τὸν εὐχόμενον καθ' ἑαυτὸν ὑπό τινος ἐξ ἐπιτηδεύσεως κατοπτεύεσθαι, ὅπως μὴ τῷ τῆς κενοδοξίας δαίμονι κλαπῇ [3] ὁ προσευχόμενος, ἢ ὁ τοῦτο ποιῶν τῆς εἰς τοῦτο [4] τῶν δαιμόνων καθυπουργίας λήψεται κρίμα, ἑαυτῷ τε κἀκείνῳ αἴτιος βλάβης ἀποφανθείς. Ὁ δὲ τοῦ ῥητοῦ τὴν ἔννοιαν [5] γνοὺς δι' αὐτὸν γινομένην, οὐ κατασκοπήσεως χάριν αὐτοῦ πρὸς ἐκεῖνον γενέσθαι ἀπελογεῖτο, τῆς βραδυτῆτος μᾶλλον δὲ τὴν αἰτίαν τοῦ γνῶναι. Ὁ δέ· Κἀγώ, φησί, τοῦτο γινώσκω, ἀλλ' ὅλως οὐ δεῖ τὰ μὴ δέοντα πράττειν.

22. Οἱ οὖν ἐχθροὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν δαίμονες καὶ τὴν ἀπώλειαν ὄντως [1] τοῦ γένους ἡμῶν ἐθέλοντες, παιδί τινι κώμης μιᾶς τῶν τῷ ὄρει ἐκείνῳ παρακειμένων

erant et afflicti valde. Quod videns venerandus D
pater, supplex orat Dominum; et obnubilato etiam apparente caelo, subito desiit aquarum inundatio et serenus aer ilico visus est. Cum opifices occuparentur in labore, ipseque sanctus propriis manibus allaboraret illis, eligendo et congregando lapides, vipera ex acervo lapidum manum eius attingens visa est suspensa, quam cum in terram proiecisset et solo aequasset, illaesus servatus est iustus. Non hoc tantum, sed et alium quendam similiter ex opificibus cum momordisset anguis, veneno mortifero iam repletum, ipsi tumidum inflixit vulnus et dolorosum valde. Quod vulnus cum pater signo crucis rupisset tamquam gladio superfluumque veneniferum humorem evacuasset, sanitatem illi qui morsus fuerat restituit. Aliud insuper templum sanctis apostolis aedificavit atque illud in sanctum monasterium consecravit; ipse vero ibidem in vicina spelunca Marsalina vocata, solitarius vixit; in qua cum draconi occurrisset, per orationem occidit illum divus ille vir. In unum autem quoddam istorum monasteriorum cum
ipse se ex solitudine recepisset, tonitru continuato E
et fulguribus fulminantibus, super oratorium quod erat ibi ignem cum conspexisset irruentem, levavit statim pater suas manus in caelum et extemplo evanuit inde periculum incendii, viribus ignis nocivis deperditis, illuminandi tantum relicta facultate, et tamquam altera columna ignea per horae spatium templum praetereuntibus visum est, ab omni conflagrationis periculo prorsus expers.

et orans in altum rapitur. d

21. Persecutione ex parte tyrannici regentis Leonis nihilominus saeviente *d* et Christi cultoribus se huc illuc abscondentibus, contigit ut veniret iam saepius memoratus venerandus vir Eustratius ex Agaurorum monasterio, quod est Prusae, et ad patrem suum in Liso semper degentem descenderet, ut cum ipso conversatus diu permaneret in asceticis exercitiis. Inde, quadam die, cum orationis gratia solus remansisset sanctus, occupatusque contemplationis suavitate diutius detineretur et remoraretur, abiens ut sciret causam morae eius Eustratius videt eum procul intentum orationi, et quibusdam quasi invisibilibus loris vel alis duobus cubitis
a terra in aethere suspensum. Quietus tamen F
remansit Eustratius et commotus valde reversus est, non ausus visionem hanc et contemplativam hanc orationem perturbare. Sanctus autem cum supervenisset, afflictus quasi, Eustratio dixit : *Non oportet umquam, frater, ut qui privatim orat ab aliquo curiose inspiciatur, ne a vanae gloriae daemone surripiatur qui orat, neque qui illud fecerit in hoc sit obnoxius crimini complicitatis cum daemonibus, siquidem sibimetipsi et alteri causa culpae exstiterit.* Eustratius vero intentionem a patre significatam intellegens, se non ad inspiciendum affuisse excusavit, sed potius ad morae causam requirendam. Cui respondit : *Equidem hoc novi, sed nequaquam oportet facere ea quae non sunt necessaria.*

Puerum a daemonum vexatione liberat.

22. Inimici vitae nostrae daemones, qui revera perditionem generis nostri intendunt, cum occurrissent puero ex vico quodam illi monti subiacenti a parentibus

[3] προθυμουμένου 3, 4. — [4] αὐτοῦ *add.* 3, 4. — [5] ἐγκεχρυμμένη 3. — [6] διετηρήθη 3. — [7] ὃ 1, 2, 4. — [8] ἀφιερεῖ 3. — [9] ἐπαφθείσης 3. — [10] ὁρᾶτο *omnes cod.*

21. — [1] κατακρυπτομένου 2. — [2] ἀσχολήσας 1. — [3] κλαπείη 2, κλαπίει 4. — [4] τούτων 2. — [5] εὐνοίαν 4.

22. — [1] *om.* 4.

A κειμένων [2] ὑπὸ τῶν γεννητόρων αὐτοῦ προσταχθέντι ὑδροφορῆσαι, ὑδρευσαμένῳ καὶ ἀναστρέψαντι [3] συναντήσαντες, τῷ ζόφῳ αὐτῶν [4] τῆς κακίας, ὥσπερ ἐφ' ὕδατος ὁ ἰχθύς, συγχωρήσει Θεοῦ, τὰ ὄμματα αὐτοῦ παραμβλύναντες [5] καὶ πλανᾶσθαι αὐτῷ εὐθυποροῦντι προσδείξαντες· Πεπλάνησαι, ἔφησαν αὐτῷ [6], τὴν ὁδόν, ὦ παιδίον· ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἀριστερᾷ ἔκκλινον ὧδε, καὶ εἰς τὰ οἰκεῖά σε ὁδηγήσομεν. Τοῦ δὲ παιδὸς ὑπακούσαντος αὐτοῖς καὶ πεπλανημένως [7] ἐκκλίναντος πρὸς [8] ἐκεῖνο τὸ ὄρος ἦγον, ἐπὶ μίαν [9] τῶν φαράγγων κατακρημνίσαι βουλόμενοι. Ὡς δὲ πλησίον παραγεγόνασι τοῦ κρημνοῦ, ἐφάνη ἐκεῖ ὑπὸ Θεοῦ [10] περιερχόμενος ὁ μακάριος τοὺς δαυϊτικοὺς ἀποστηθίζων ψαλμούς. Καὶ ὡς εἶδεν αὐτὸν ἡ τῶν δαιμόνων πληθύς, ἀπέπτη εὐθὺς τοῦ παιδὸς ἐκείνου, ἀλαλάζουσα γοερῶς, φωτὸς γὰρ φανέντος, ὑποχωρεῖ τὸ σκότος τὰ ἐνεδρευόμενα, αὐτὴ κατὰ τοῦ παιδὸς καὶ ἄκοντι ἀνακράζουσα. Ὁ δὲ ὅσιος τὸν παῖδα εὑρὼν ἱστάμενον ἐπὶ τοῦ κρημνοῦ, δοὺς χεῖρα καὶ ὁδηγήσας πρὸς τοὺς γονεῖς, ἐξαπέστειλεν, τοὺς ἀκαθάρτους ἐπιτιμήσας καὶ ἐπαρασάμενος [11] δαίμονας. Ὅτι δὲ ὁράσει μόνῃ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου οἱ δαίμονες ἠφανίζοντο καὶ ἀφ' [12] ἑτέρου B τοῦτο ὁ διστάζων πιστώθητι. Γυνή τις λογισμοῖς πορνικοῖς [13] ἐναλοῦσα [14] καὶ [15] τούτοις ἀδολεσχοῦσα, οἷά [16] τε πυρὶ τῇ συγκαταθέσει περιφλεχθεῖσα, καὶ μανίᾳ ἐκ τούτου περιπεσοῦσα τὴν [17] φρένα ἐβλάβη, καὶ ἐλεεινῶς ἠφρενεύσατο [18], χιτῶνα τὸν ἑαυτῆς διαρρήσσουσα, πλοκάμους τε τῆς κεφαλῆς κατατίλλουσα, καὶ ἕτερα ἄσεμνα πρὸς τούτοις ἐργαζομένη. Ὡς ἄγριος ὗς περιεπλανᾶτο ἐν ταῖς ἐρήμοις, οὐκ ὀρθίῳ σχήματι βαδίζουσα ἀνθρωποπρεπῶς, οὐ τροφήν τινα ὅλως ποριζομένη, ἀλλ' ἢ τῶν ἰδίων ἁπτομένη σαρκῶν ὡς ἀλλοτρίων, καὶ κρουνοῖς αἱμάτων τὴν ἐπιβάσιμον γῆν καταχραίνουσα, οὐ μορφὴν σώφρονα τοῖς ὁρῶσι καὶ ἱλαρὰν προσδεικνύουσα. Τότε ὄμμα φοβερὸν καὶ κατάπληκτον [19] ὑποβλέπουσα, καὶ τοὺς ὀδόντας τρίζουσα, καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτῆς [20] ταῖς ῥαγδαίαις πυγμαῖς τῶν χειρῶν κατατείνουσα, ὡς ὄφις τε συρίζουσα καὶ πολυσήμους φωνὰς ἀνακράζουσα, τῶν ἐν αὐτῇ διὰ τοῦ τῆς φιληδονίας ἐρωτικοῦ δαίμονος πονηρῶν πνευμάτων εἰσοικισθέντων, ὡς δι' ὀργάνου, τὴν οἰκεῖαν ἑκάστου δι' αὐτῆς παραδεικνύντος ἐνέργειαν. Ἀλλ' ἐπί τινας αὐτὴν ἡμέρας οὑτωσὶ καταπονουμένην ἀπὸ [21] ὄρους τε εἰς ὄρος διερχομένην καὶ μανικῶς περιπλανωμένην ἡ τῶν ἀγαθῶν παρεκτικὴ C αἰτία καὶ τῶν καλῶν χορηγὸς τοῦ Θεοῦ δυναστεία μὴ παριδοῦσα ἐπὶ τὸ τῆς Χελιδόνος ἤγαγεν ὄρος, καὶ ἐν ᾧ τόπῳ ἦν ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Ἰωαννίκιος ἐπεβίβασεν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐλθεῖν αὐτὴν παρεσκεύασεν. Ὃν καὶ θεασάμενα τὰ παρ' αὐτὴν ὄντα τῶν δαιμόνων ἄσεμνα πλήθη, ὡς κηρὸς ἐκ πυρὸς καὶ καπνὸς ὄντως ἀφανισθέντα, τῆς μαινομένης [22] ἀπέπτησαν καὶ αὐτῆς τῆς ἐνεργείας αὐτῶν ἐξοστρακισθείσης, ὡς δηλωθήσεται. Τὸν κατὰ φύσιν γὰρ λογισμὸν εὐθὺς ἡ γυνὴ τῇ θέᾳ μόνῃ τοῦ δικαίου, ὡς προέφην, ἀντιλαβοῦσα καὶ εἰς ἑαυτὴν γενομένη ὑπὲρ ἐλπίδας τὸν Χριστοῦ δοῦλον Ἰωαννίκιον πρὸ προσώπου αὐτῆς ἱστάμενον ἰδοῦσα πίπτει αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας τότε ὀδυνηρῶς θρηνοῦσα, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὴν πάντα μεταμελητικῶς ἐκκαλύπτουσα. Ὁ δὲ εἰδὼς αὐτῆς τὰ μέλη πληγαῖς κατεστιγμένα τῇ μανικῇ ἀπονοίᾳ καὶ διερρωγότα τὰ ἄμφια κατελεήσας, φησὶν αὐτῇ· Τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Χριστὸς καὶ [23] Θεός μου [24] ἀπὸ τοῦ νῦν ἰᾶταί σε μετανοήσασαν,

a parentibus suis iusso aquam haurire, cum iam hausisset et rediret, obviaverunt ei, caligine malitiae suae, sicut in aqua piscis, Deo permittente, eius oculos obscurantes, eum qui rectam viam tenebat in errorem abducere conati : *Aberrasti,* inquierunt ipsi, *a via, o puer ; sed ad nos sinistrorsum versus declina huc, et ad propria te reducemus.* Cum puer ipsis obsecundasset et in errorem declinaret, in hunc montem deduxerunt eum, in unam ex abyssis praecipitem dare volentes. Iam appropinquabant praecipitio, cum apparuit ibi a Deo missus beatus noster, davidicos ingeminans psalmos. Quo viso, daemonum turba reliquit statim hunc puerum ululando flebiliter, (surgente enim lumine, recedit caligo a sedibus suis), ipsa contra puerum vel invita clamans. Beatus vero cum puerum invenisset stantem prope praecipitium, manu illi porrecta, reductum ad parentes dimisit, impuris illis minatus daemonibus eosque exsecratus. Solo aspectu beati patris nostri Ioannicii daemones evanescere, etiam ex altero quodam facto, qui dubitat, credat. Mulier quaedam cogitationibus immundis vexata, et eas verbo garriens, E quasi igne consumpta in conscientia, incidens in vesaniam, mente capta est et miserabiliter insanivit. Vestem suam dilacerare, crines a capite evellere, pluraque alia incongrua praeterea peragere; tamquam sus silvester errare in solitudinibus, non erecta facie, more hominum, incedere, neque victum ullo modo sibi procurare, sed proprias devorare carnes quasi alienas, et rivis sanguinis solum faedare, non iam formam entis rationalis videntibus et iucundam, sed horrendam praebere; insuper oculo terribili et torvo inspicere, dentibusque infremere et intestina sua validis ictibus manuum lacerare, ut serpens sibilare aut inconditas voces edere. Illi namque mali spiritus, qui in ea per voluptatis amatorium daemonem habitabant, tamquam per instrumentum, propriam cuiusque suam in ea manifestabant operationem. Cum per aliquot dies ista ita passa esset, de monte in montem progressa et insana errans, bonorum effusiva causa et beneficiorum principium potentia Dei providens ipsi ad Chelidonis e montem adduxit eam, ad locum in quo erat magnus pater noster Ioannicius ambulare faciens eam, et ut ad ipsum iret disponens. Quem cum F vidissent quae in ea inerant daemonum inconditae turbae, ut cera in igne et fumus evanescentes ex illa vesana evolarunt, ipsa efficientia eorum abalienata, ut ostendetur. Naturalem rationem mulier solo iusti aspectu, sicut antea dixi, statim resumens et sui ipsius compos facta praeter spem, Christi servum Ioannicium ante faciem suam stantem videns, cadit ante pedes illius miserabiliter flendo et quae sibi acciderant omnia diligenter revelando. Sanctus vero intuitus membra eius plagis signata furoris vesani et laceratas vestes, miseratus eam, dixit : *Vera lux Christus et Deus iam nunc te sanat resipiscentem, o mulier, et a malis liberat spiritibus ; in me enim transibit bellum. Exinde iam confide, intenta saluti tuae.* Cum postea in verbo patris ad propria sanata rediisset, qui ex ea eiecti fuerant daemones immundi, sanctum impudenter invaserunt.

23. Christi

[2] παρακειμένῳ 4. — [3] ἀναστρέφοντι 3, 4. — [4] αὐτόν 1. — [5] παραλαμβάνοντες 4. — [6] *om.* 2, 4. — [7] πεπλανημένῳ 3, πεπλανημένος 4. — [8] (πρὸς-ἦγον) *om.* 4. — [9] μιᾶς 2, αὐτὸ *add.* 3, αὐτῷ *add* 4. — [10] (ὑπὸ Θ.) *om* 4. — [11] (καὶ ἐπαρ.) *om.* 3. — [12] ἐφ' 2. — [13] πονηροῖς 4. — [14] ἐναγοῦσα 3. — [15] (καὶ-ἀδολ.) *om* 3. — [16] (οἷα τε-περιφλεχθεῖσα *om.* 4. — [17] τὸν 3, 4. — [18] ἠφρονεύσατο 3. — [19] ἀκατάπληκτον 3. — [20] ἑαυτῆς 2. — [21] (ἀπὸ- διερχομένην) *om.* 4. — [22] μαινομένης-αὐτῆς τῆς *om.* 3. — [23] ὁ *add.* 2. — [24] *om.* 1.

VITA D

σxν, ὦ γύναι, καὶ τῶν πονηρῶν [25] ἀπαλλάττει πνευμάτων, ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν διαβαίνοντος τοῦ πολέμου· ὅθεν τοῦ λοιποῦ θάρσει, ἐχομένη τῆς σωτηρίας σου. Τῆσδε παρ' αὐτὰ τῷ λόγῳ τοῦ πατρὸς εἰς τὰ ἴδια ὑγιῶς [26] ἀπελθούσης, οἱ ἐξ αὐτῆς ἀπελασθέντες δαίμονες πορνικοὶ τούτῳ ἀπερυθριασμένως προσέβαλλον.

23. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ γενναῖος στρατιώτης τὴν κατ' αὐτοῦ αἰσθόμενος προσβολὴν αὐτῶν, προσευχαῖς αὐτοῖς ἀνθωπλίσατο καὶ νηστείαις, ὡς ἄλλην πόλιν ἐχθρῶν τὴν σάρκα ἑαυτοῦ φόβῳ Θεοῦ περιχαρακώσας, καὶ λιμώξαι παρασκευάσας οἰκέτας αὐτοῦ, ἐκείνους τοὺς νόμῳ τῶν μελῶν αὐτῆς τῷ τοῦ νοὸς αὐτοῦ ἀντιστρατευόμενος [1] νόμῳ, καὶ δραπέτας ἐναπειργάσατο, τῆς ἀντιπαρατάξεως αὐτοῦ τὴν βίαν μὴ ὑποφέροντας, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνακράζοντας· Ὢ τῆς ἀπὸ σοῦ φλογώσεως ἡμῶν, ἐρημοπολῖτα Ἰωαννίκιε· ἐκκαίεις ἡμᾶς εὐχαῖς ἐπὶ πολὺ βασανίζων καὶ ἀπολλύων [2], ἔασον ἡμᾶς ὑποχωρῆσαί σου μὴ ἀντισχεῖν ἐξισχύοντας, μηδὲ ὑποφέροντας καθορᾶν τὴν ἐνοικοῦσάν σοι δόξαν. Ὁ δὲ ἅγιος λέγει [3]· Τί ὅτι σπεύδετε, ὦ μιαροί [4], τοῦ διαλῦσαι τὸ στάδιον, ἐπιμείνατε κἂν μέχρις ἡμερῶν ἑβδομάδος ἀντιπαρατattόμενοί μοι, ὅπως γνῶτε [5] τὴν διὰ τῆς ἐμῆς B ἀσθενείας δύναμιν Χριστοῦ ἐκνικῶσαν [6], καὶ οὕτως μου τότε ἀπαλλάσσεσθε μετ' αἰσχύνης. Οἱ δὲ τῆς πρώτης ἤδη τοῦ πολέμου παρελθούσης [7] ἡμέρας καὶ ἐπιλαβομένης νυκτὸς μικρὸν τῷ πατρὶ ἀπὸ τῶν κόπων ὑπνώσαντι [8] ἄρκῳ ἐοικυῖα παμμεγέθει καὶ βρυχομένῃ θρασέως αὐτῷ συνεμπίπτουσι. Τοῦδε τοῦ ὕπνου διαναστάντος καὶ τῇ πρὸς Θεὸν εὐχῇ τὰς χεῖρας διαπετάσαντος, ἡ δαιμόνιος φάλαγξ ἐκείνη μαστιζομένη ὠλόλυξε δραπετεύσασα, καὶ τοῦ πατρὸς εἰς τέλος ἡττημένη ὑποχωρήσασα.

S. Ioannicius impetitur a malis spiritibus.

23. Christi vero generosus miles cum in se sensisset factum ab illis impetum, orationibus armavit sese contra illos atque ieiuniis, tamquam aliam urbem inimicam, carnem suam timore Dei circumcingens fameque reducere disponens incolas eius, illos nempe qui lege membrorum vivunt, lege spiritus impugnavit et in fugam dedit: qui oppositum ab eo impetum non tulerunt, sed magna voce clamarunt : *O quanta est ex te nobis conflagratio, eremi civis Ioannici. Incendis nos precibus multum vexans et pessumdans; sine nos abire a te, resistere impares, neque ferentes videre illam, quae inhabitat in te, gloriam.* Sanctus ait : *Quare festinatis, o scelesti, deserere stadium? Remanete, saltem per dierum hebdomadam oppositi mihi, ut cognoscatis per meam infirmitatem Christi potentiam victricem, et sic me tunc relinquetis cum pudore.* Cum prima belli dies iam praeteriisset, nocte insecuta, in patrem paululum a laboribus quiescentem in ursae speciem, ingentis magnitudinis et rugientis, incidunt daemones audacter. Sancto autem viro e somno excitato et in oratione ad Deum manus elevante, verberata ista daemoniaca phalanx ululans aufugit et tandem victa patrem reliquit. E

ANNOTATA.

a *Circiter annum 816.*

b *Iam antea degerat* S. Ioannicius *in hoc loco. Vide supra cap. IV, nota* p.

c *S. Eustathius colitur die 20 septembris. Cfr.* Act. SS., *Septembr. tom. VI, pp. 106-122.*

d *Numquam remisit quicquam Leo Armenus de persecutione, sed quoad vixit, perseveravit in iniqua agendi ratione. Igitur inter annos 817 et 820 collocanda videntur facta quae hic narrantur.*

e *De monte Chelidonis dictum est supra, p. 346. Notandum* S. Ioannicium *iam bis transisse a Silva ad Lydiam ad Chelidonis montem.*

C CAPUT SEPTIMUM. F

Varia miracula et praedictiones. Congressus cum S. Theodoro Studita aliisque sanctis patribus.

24. Τοιούτοις σημείοις ἐκεῖσε ὁ πατὴρ διαλάμπων καὶ οὐ τὴν τυχοῦσαν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὄχλησιν ὑπομένων, πρὸς τὸ τοῦ Τριχάλικος καὶ κατὰ Προῦσαν Ὀλυμπιακὸν ὄρος μεταναστεύει. Ὅτε καθ' ὁδὸν ἐπί τινα κώμην αὐτοῦ διερχομένου, οἱ αὐτῆς ἐξελθόντες οἰκήτορες τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐφάπτονται, καὶ παρακαλοῦσι· Δράκων, λέγοντες αὐτῷ, φοβερὸς ἐφ' ἑνὶ τῶν ἐνταῦθα οἰκῶν σπηλαίῳ ἀνθρώπους πολλοὺς καὶ κτήνη ἡμῶν ἐλυμήνατο, καὶ βοήθησον ἡμῖν, εἴ τι δύνασαι. Ταῦτα μετὰ δακρύων δυσωπούντων αὐτῶν [1] ἐπικαμφθεὶς ὁ μακάριος· Κηρύξατε, λέγει αὐτοῖς λοιπόν, ἀδελφοί, νηστείαν καὶ εὐχὴν ἑπταήμερον πᾶσιν, ὅπως Θεὸς δυσωπηθεὶς ὁ φιλάνθρωπος τὸ αἴτημα ὑμῖν ἀποδῷ. Τῇ δὲ ἑβδόμῃ

Mortem Leonis Armeni a

24. Talibus signis ibi pater splendens, illam tamen, quae sibi superveniebat a multis, perturbationem non ferens, ad Trichalicis *a* et Prusae propinquum montem Olympiacum emigrat. Cum in via per aliquem vicum transiret, incolae egressi et pedes eius amplexi petunt : *Draco*, ita dicebant ipsi, *terribilis in una quae ibi sunt cavernarum habitans homines plures et greges nostros pessumdedit. Adiuva nos, si quo possis modo.* Quae cum lacrimis supplices peterent, flectitur beatus : *Nuntiate*, ait illis tandem, *fratres, ieiunium et orationem septem dierum omnibus, ut Deus exoratus benignus petita vobis concedat.* Septima vero die, cum omni turba pater ad speluncam profectus draconis,

[25] πορνικῶν 2, 3, 4. — [26] ὑγιοῦς 3.

23. — [1] ἀντιστρατευομενους 3, 4. — [2] (καὶ ἀπολ.) *om.* 3. — [3] πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο 3. — [4] λέγει *add.* 4. — [5] γνῶσαι 4. — [6] ὑμᾶς *add.* 3, 4. — [7] μετελθούσης 2. — [8] *Omnes codices* ὑμνώσαντι.

24. — [1] αὐτόν 2.

A ἑβδόμη[2] ἡμέρᾳ παμπληθεὶ ὁ πατὴρ πρὸς τὸ σπήλαιον ὁρμήσας τοῦ δράκοντος, ὡς ἡτοίμαστο, τό[3]· Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, δαυϊτικὸν ᾆσμα ψάλλων καὶ λέγων, προσφωνεῖ τῷ θηρίῳ[4] τοῦ ἐξελθεῖν μεγάλῃ τῇ φωνῇ. Ὃ ἐξελθὸν καὶ πλησίον τοῦ ἁγίου γενόμενον, διήνοιξεν αὐτοῦ τὸ στόμα, πάντων ὁρώντων, καταπιεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ ἅγιος[5] τὸν ζωοποιὸν τύπον τοῦ σταυροῦ τρίτον, ὥσπερ τρίστομον αὐτῷ ἐπιπέμψας ῥομφαῖαν, τῇ τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπενέκρωσεν ἐπικλήσει, τὸν τόπον ἐκεῖνον καὶ τὸν ὄχλον τῆς λοίμης αὐτοῦ λυτρωσάμενος. Τοῦ δὲ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου ἐπὶ τὸ[6] Τριχάλικος, ὡς ἔφην, καταλαβόντος ὄρος καὶ ἐν αὐτῷ ἡσυχάζοντος, ἑβδόμῳ καὶ ἥμισυ ἔτει τῆς τυραννίδος τοῦ μισοχρίστου κρατοτυράννου θυμολέοντος, τὴν ἔλευσιν αὐτοῦ αἰσθόμενος ὁ τίμιος Εὐστράτιος ἐκ τῆς Ἀγαύρων μονῆς διὰ τὸν τῶν εὐσεβῶν ἐπικείμενον διωγμὸν ὡς περιλυπούμενος ἄνεισι πρός αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει[7], καὶ μετὰ τὴν ἐξ ἔθους εὐχὴν τὰ περὶ τὸν τύραννον συμβησόμενα καὶ τοῦ τέλους[8] αὐτοῦ ἠρώτα[9] μαθεῖν. Ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Ἰωαννίκιος λέγει[10]· Οὐκ εἰς τέλος[11] Κύριος τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, ὦ ἀδελφὲ Εὐστράτιε[12], ἐπιλήσεται, ἀλλὰ ταχίστην
B ἡμῖν παρέξει τὴν ἀπολύτρωσιν. Ὁ γὰρ σκολιόβουλος καὶ πολυμορφος ὄφις[13] οὗτος Ἀμαληκίτης, τύραννος Λέων, ὁ σὺν τῇ βασιλείᾳ τυραννήσας τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ Χριστοῦ εἰκόνα ἐνυβρίσας καὶ ἀπαλείψας ἐν αὐτῇ ἤδη ξίφει διαιρεῖται τῆς βασιλείας, καὶ ὡς ἐν πόλει Κυρίου ἀντεξουδένωται τὴν εἰκόνα, ἀλλὰ καὶ ἐξουδενωθήσεται τελεώτερον[14]. Ὁ δὲ ὅσιος Εὐστράτιος[15] κατελθὼν ἐκεῖθεν μετά τινας ἡμέρας παρὰ τῶν εἰδότων μανθάνει τὰ τῆς προφητείας τοῦ πατρὸς βεβαιούμενος ὅτι Λέοντος[16] τυράννου μαχαίρᾳ ἐν ναῷ Κυρίου κατασφαγέντος, Μιχαὴλ ἀντ' αὐτοῦ Ἀμορραῖος τῷ γένει τὰ σκῆπτρα τῆς ἀρχῆς ἐγκεχείρισται, τοῦ μὲν διωγμοῦ καταστείλας τὴν θραῦσιν, τοῖς δὲ αἱρετικοῖς τὴν τῆς ἐκκλησίας παραχωρήσας κατασχεσιν.

25. Ὅθεν Νικήταν τινὰ λαϊκὸν θεοσεβῆ τότε συμπαραλαβὼν ὁ Εὐστράτιος ἀνέρχεται πρὸς τὸν ὅσιον αὖθις ἀναγγέλλων αὐτῷ τὴν τῶν προρρηθέντων ἀποπεραίωσιν. Μετὰ δὲ ταῦτα, ψυχωφελοῦς ὁμιλίας συνεμπεσούσης, καὶ τῆς ὥρας παρεκταθείσης δι' ἀγάπην, λοιπὸν συνέρχονται πρὸς ἑστίασιν. Ἡλίου τινὸς ἀσκητοῦ πλησίον τοῦ πατρὸς ἡσυχάζοντος τὴν δοχὴν αὐτοῖς τελοῦντος τῆς ἑστιάσεως, καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, φησὶν ὁ πατὴρ τῷ Ἡλίᾳ ἀποκαλυφθεὶς
C αὐτοῦ τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον[1] καὶ τὴν ταχύτητα τοῦ τέλους· Θαλάσσῃ ἔοικεν, ὦ πάτερ Ἡλία, ὁ παρὼν βίος, πλοιαρίων δίκην ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν[2] νηχομένων, καὶ τὸ ποῦ καὶ πότε καὶ πῶς ὡς καταιγὶς ἑκάστου ἡμῶν προσεγγίσει τὸ τέλος[3] μὴ γινωσκόντων. Ὅθεν προσήκει ἐν πάσῃ νήψει καὶ νουνεχεῖ καταστάσει διαπορθμεύειν ἡμῶν καὶ διακυβερνᾶν τὴν ζωήν, μήπως ἐν τῷ τοῦ κόσμου εὑρεθῶμεν πελάγει περιφερόμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ ἡσυχίᾳ μᾶλλον ὡς ἐν ἀκυμάντῳ λιμένι καταλειφθῶμεν, καὶ ἐν αὐτῇ τῷ Κυρίῳ ἀποδῶμεν τὴν παραθήκην. Διὸ ὅρα μὴ ἐν κοσμικῷ αὐτὸς χωρίῳ πρὸς τὰ τελευταῖα καταληφθείς, οὐ μικρῶς στενάξῃς περιλυπούμενος. Ὁ δὲ Ἡλίας λέγει· Τοσούτοις ἔτεσι, χάριτι Χριστοῦ διὰ τῶν εὐχῶν σου, τίμιε πάτερ, ἐν τῇ μονίᾳ μου διαρκῶν οὐ προσέψαυσα κώμῃ, καὶ νῦν φοβῇ με[4] ἐν ἐκείνοις[5] τεθνάναι· οὐκ οἶμαι τοῦτο γενέσθαι[6]. Ὁ δὲ ὅσιος τὰ αὐτὰ πάλιν εἰπὼν αὐτῷ καὶ τῇ δευτερώσει ἐπισφραγίσας

VITA b

draconis, ut paratus erat, illum davidicum cantum b : *Qui habitat in adiutorio Altissimi*, psallens et dicens iubet magna voce ferae ut exeat. Quae cum exisset et prope sanctum facta esset, aperuit os suum, videntibus omnibus, ad eum absorbendum. Sanctus vero vivificum signum crucis ter, ac si triplicem in eum immisisset gladium, invocatione sanctae Trinitatis necavit eum, locum istum et populum a pernicie ista liberavit. Cum beatus pater noster Ioannicius in Trichalicem, ut dixi, se recepisset montem et in eo solitariam ageret vitam, septimo et dimidio anno tyrannidis istius tyranni, Christi osoris leoninoque furore repleti c, adventu cognito, venerandus Eustratius ex Agaurorum monasterio, propter piis viris impositam persecutionem dolens ascendit ad sanctum in monte et, post solitam orationem, de tyranno et de fine eius interrogabat ut sciret. Sanctus vero pater noster Ioannicius ait : *Non in finem Dominus hereditatis suae, o frater Eustrati, obliviscetur, sed citissimam nobis concedet liberationem. Insidiator enim et versipellis serpens, iste Amalecita, tyrannus Leo, qui imperium simul* E *atque ecclesiam tyrannice regit et quae in ipsa est imaginem Christi iniuria affecit et contempsit, iam in eo est ut gladio discindatur ab imperio et sicut in urbe nihili fecit imaginem Domini, ita et ipse contemnetur planius.* Beatus autem Eustratius cum inde descendisset, post aliquot dies ab aliis qui noverant comperit, de prophetia patris confirmatus, Leonem tyrannum gladio in templo Domini peremptum d, Michaelem vero, Amorrhaeum genere, sceptris imperii eius loco potitum esse e, persecutionis reparaturum ruinam, sed haereticis relicturum ecclesiae possessionem f.

c

d

e

f

25. Inde Nicetam g quendam laicum pium secum assumens Eustratius ascendit ad sanctum, iterum nuntiaturus ipsi earum rerum, quas diximus, adimpletionem. Postea vero, cum in spirituale colloquium incidissent, hora protracta propter caritatis exhibitionem, tandem conveniunt ad manducandum. Heliae cuidam, ascetae haud procul a patre nostro solitariam vitam degenti, qui ad convivium exceperat eos, dum manducarent, ait pater revelando ipsius locum, modum et F celeritatem finis : *Mari similis est, o pater Helia, praesens vita, cum cymbarum instar in illo navigemus atque locum, tempus, modum quibus rates cuiusque nostrum appulsura sit ad finem, ignoremus. Quare expedit in omni sobrietate et continentiae dispositione nos transmeare et nostram dirigere vitam, ne inveniamur in mundano mari iactati, sed potius in solitudine, quasi in tranquillo portu maneamus, ut in ipso depositum Domino reddamus. Quapropter prospice, ne in mundano ipse loco ultimum efflaturus spiritum deprehendaris, ac proin non parum ingemiscas contristatus.* Helias dixit : *A tot annis, per gratiam Christi, precibus tuis, venerande pater, in monasterio meo me continens non appropinquavi ad vicum et nunc times ne ibidem moriar! Non puto illud factum iri.* Cum beatus eadem denuo dixisset ipsi et iterato sermone,

et Heliae monachi praedicit.

g

[2] ὀγδόη 4. — [3] (ἡτοιμ. τό) ἠτήσατο 4. — [4] τὸ θερίον 3. — [5] *om.* 4. — [6] *om.* 1. — [7] (πρὸς αὐτ. ἐν τ. ὄρει) *om.* 3, 4. — [8] τὸ τέλος 3. — [9] (συμβησόμενα-ἠρωτα) *om.* 4. — [10] (ὅσιος-λέγει) *om.* 3, 4. — [11] λέγει *add.* 3. 4. — [12] (ὦ ἀδ. Εὐστρ.) *om.* 4. — [13] *om.* 3, 4. — [14] τελεωτέρων 1, 2; τε λεώντερων 3. — [15] (ὅς-Εὐστρ.) *om.* 3, 4. — [16] τοῦ *add.* 3.

25. — [1] (τόπ. κ. τ. τρόπ.) τρόπον καὶ τὸν τόπον 2. — [2] αὐτῶν 3. — [3] ἡμῶν *add.* 3. — [4] (φοβῇ με) φοβήσει 4. — [5] *om.* 4. — [6] (οὐκ οἶμαι τοῦτο γενέσθαι) *om.* 2.

VITA

ἐπισφραγίσας αὐτοῦ τὴν πρόρρησιν ἐφησύχασε[7], τὸν θεοφιλῆ καὶ συνεστιάτορα Νικήταν ἀποστείλας εἰς τὰ οἰκεῖα. Τοῦ[8] εὐλαβοῦς Εὐστρατίου ἐφυστερίζοντος, καὶ ἕως τινός τῷ πατρὶ συνδιάγοντος, ὁ οὖν Ἠλίας δευτέρᾳ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν προφητικὴν εἰς αὐτὸν τοῦ πατρὸς ἀνάρρησιν[9], ἕωθεν ἀναστὰς εὐχὴν ἦλθεν αἰτούμενος, ὡς διά τινα αὐτῷ συμβᾶσαν νόσον προσκαταβῆναι ἐν τοῖς θερμοῖς. Ὁ δὲ ὅσιος[10] λέγει· Οὐ συμφέρει σοι, κύρι Ἠλία. Ὡς δὲ ἐνιστάμενον εἶδε πρὸς τοῦτο, ἀπέλυσεν αὐτὸν[11] ὡς ἠθέλησεν. Τότε ὁ μέγας[12] Εὐστράτιος αἰτήσας εὐχὴν καὶ αὐτὸς τοῦ Ἠλίου κατόπιν, εἰδήσει τοῦ πατρὸς Ἰωαννικίου[13], βαδίζων ἠπείγετο, ἐνταλθεὶς ἤδη πρὸ τῆς ἑσπέρας καταλαβεῖν αὐτόν. Ὁ γὰρ Ἠλίας ἅμα τῷ προσπελάσαι ἐν τοῖς θερμοῖς καὶ μόνους[14] τοὺς πόδας τούτοις ἐμβάψαι λιποθυμήσας, ὑπὸ τῶν εὑρεθέντων, ὡς νεκρὸς ἤρθη, καὶ ἐν ἑνὶ τῶν ἐκεῖ οἰκητόρων πλησιάζοντι οἴκῳ κατακλιθεὶς πολυωδύνως ἤλγει καὶ ἔστενεν. Ὃν καταλαβὼν ὁ τίμιος[15] Εὐστράτιος, ὡς προσετέτακτο, συνεχόμενον πόνοις ἀναμιμνήσκει τὰ τοῦ πατρὸς ῥήματα. Ὁ δέ φησιν· Ναὶ μὴν οἶδα[16], ἀλλ' ἀνάλαβε[17] με ἐντεῦθεν διὰ τὸν Κύριον, μὴ φθασθεὶς ὧδε ἀπολέσω[18] τὸν κόπον τῆς ἡσυχίας
B μου[19]. Ἐν ᾧ γὰρ[20] εὕρω σε[21] τόπῳ[22], φησὶν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου[23], ἐν αὐτῷ καὶ[24] κρινῶ σε. Ὅθεν διαβασταχθεὶς καὶ εἰς ἓν τῶν Ἀγαυρινῶν μετοχίων τοῦ ἁγίου προσαγορευόμενον Ἀγαπίου, ὁ Ἠλίας ἀνακλιθεὶς περὶ ἕκτην ὥραν τῆς νυκτὸς ἐτελεύτησεν, καὶ εἰς τὴν καλουμένην μονὴν τῶν Κελλίων ἀνεκομίσθη. Ἐν ᾗ καὶ ὁ μέγας[25] θεοφόρος Ἰωαννίκιος κατελθών, μετὰ τὴν ἐξ ἔθους τελευταίαν ὑμνολογίαν, τὸ λείψανον αὐτοῦ ἀσπασάμενος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὥρμησεν ἡσυχίαν.

26. Ποτὲ[1] διὰ δυσβάτων τόπων διερχομένου καὶ κρημνωδῶν, ἀποπίπτει αὐτοῦ τῆς χειρὸς ἥνπερ κατεῖχεν σταυρότυπον ἀεὶ σιδηρὰν βακτηρίαν. Ἧς πρὸς τὴν ἀνεύρεσιν τότε ἀμηχανήσας καὶ ἀνακόμισιν, ἵστησιν ἑαυτὸν εἰς προσευχὴν ἐκτενῆ, ὁ μακάριος, καὶ ἦλθε φερόμενον ἀέριον ἐν χερσὶν αὐτοῦ τὸ ἀποπεπτωκός, δι' εὐχῶν αὐτοῦ. Ὁ δὴ λαβὼν καὶ δοξάσας τὸν Θεόν, πρὸς τὴν αὐτοῦ ἡσυχίαν διῆλθεν. Εἶτα κἀκεῖσε καταλαβὼν ὁ ἀοίδιμος πλησίον αὐτοῦ σπηλαίῳ παρακειμένῳ δαιμόνων μεστῷ, ἀφ' οὗ πολλάκις ἐξιόντες τοὺς παροδεύοντας ἔβλαπτον, οἰκῆσαι προεθυμήθη ἐν αὐτῷ[2]. Ὃν καὶ ἰδόντα πάσῃ ἀρετῇ καὶ πίστει καθωπλισμένον κατ' αὐτῶν προσορμῶντα τὰ δαιμόνια πλήθη, ἐκεῖνα καὶ[3] εὐθαρσῶς
C ἐπερχόμενον ἔκραζον, ἔβρυχον, ὕβριζον αὐτόν, αὐτὸ τὸ σπήλαιον διετάρασσον καὶ κατασκάπτειν ἐβούλοντο. Οἰκήσαντι δὲ αὐτῷ[4] ἐν αὐτῷ δίκην κοράκων οἱ ζοφεροὶ πολλοῖς ἐκεῖθεν δραπετεύοντες ὤφθησαν, τοῖς τε οἰκοῦσιν αὐτοῦ, τοῖς τε παροδεύουσιν ἔκτοτε χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχῇ τοῦ δικαίου προσβάλλειν οὐ συγχωρούμενοι.

27. Συγκλητικοῦ δὲ θυγάτριον παραλελυμένον τὰ μέλη, διαβασταζόμενον, ἀνακομισθὲν καὶ ὥσπερ σκεῦος ἀχρεῖον παρὰ τοὺς πόδας τοῦ ὁσίου τεθὲν τῷ ζωοποιῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ σφραγίσας τρίτον, καί· Ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰπών, ἔσω ἀπὸ τοῦ νῦν ὑγιής, ὦ παιδίον, τὴν ὁλοκληρίαν παρέσχετο, αὐτοβαδὲς[1] αὐτὸ ἀποστείλας πρὸς τὰ οἰκεῖα. Ἔχων δὲ γαμβρὸν ὁ μακάριος οὗτος εἰκονομάχον καὶ βλάσφημον, οὐ νουθεσίαις πειθόμενον, οὐ δόγμασιν ἐνηχούμενον[2], ἀλλὰ θεομάχον, καὶ μονομάχον, καὶ ἁγιομάχον

mone confirmasset suam prophetiam, conticuit, D
Deo carum convivam Nicetam dimittens ad propria. Cum autem remansisset reverendus Eustratius atque per aliquantulum tempus conversaretur cum patre, Helias iste, secunda die post propheticum de ipso sermonem patris, cum mane valde surrexisset venit benedictionem petiturus ut propter morbum quendam, in quem inciderat, balnea *h* adire liceret. Cui ait beatus : *Hoc non tibi prodest, domne Helia.* Cum illum videret huic rei valde insistentem dimisit eum sicut volebat. Tunc abbas *i* Eustratius, benedictione petita, ipse vestigiis Heliae, cum consensu patris Ioannicii, inhaesit, iussus ut ante vesperam attingeret eum. Helias vero vix appropinquaverat balneis et solos pedes immerserat cum animi deliquium passus a quibusdam qui forte aderant, quasi mortuus relevatus est et in una loci huius incolarum vicina domo depositus miserabiliter doluit et ingemuit. Quem cum repperisset venerandus Eustratius, ut iussus fuerat, detento in doloribus revocat in mentem patris verba. Qui respondit : *Utique scio, sed assume me inde, per Dominum, ne praeveniar et* E
perdam fructum vitae meae solitariae. In quo enim invenero te loco, ait Deus per prophetam, in illo et iudicabo te k. Inde transportatus et in uno ex Agaurorum metochiis dicto ad Sancti Agapii *l* repositus circiter hora sexta noctis mortuus est, et in monasterium vocatum Cellarum *m* delatus. Ubi cum descendisset abbas theophorus Ioannicius, post funebrem de more hymnologiam, amplexus corpus defuncti, reversus est in suam solitudinem.

h

i

k

l

m

26. Cum quadam die per impervia loca iter faceret et praecipitia, excidit e manu eius baculus ille ferreus et cruciger, quem semper tenebat manu. Ad quod inveniendum et resumendum tunc impar, stetit beatus orationi intentus, et rediit, sursum delatus, in manus eius baculus qui exciderat, per preces eius. Quo accepto et Deo glorificato, ad suam solitudinem reversus est. Dein ibidem cum se recepisset venerandus vir prope speluncam quae ibi iacebat daemonibus refertam, inde saepius exeuntes praetergredientibus nocebant, in hac caverna praeelegit habitare. Quam videntes omni virtute et fide armatum contra ipsos procedere daemonicae turbae istae, in illum F
qui audacter eos invadebat clamaverunt, rugierunt, iniurias emiserunt, ipsumque specu deturbarunt et funditus eruere voluerunt. Sed postquam incoluit hoc antrum, a multis visi sunt tenebrosi isti spiritus sub specie corvorum inde fugere, neque iam ab hoc tempore, aut in habitantes ibidem, aut in praetereuntes, per gratiam Dei et orationem sancti, impetum facere concessum est illis.

Plura miracula in suam et aliorum gratiam edit

27. Senatoris filiolam solutam membris, allatam sibi, quam portatam, ut vas quoddam inutile, ante pedes beati proiecerant, vivifico crucis signo cum ter signasset dicens : *In nomine Domini Iesu Christi, esto iam nunc sana, puella,* integritati eam restituit, dimittens eam iam suis usam pedibus ad propria. Erat beato isti sororis maritus, iconomachus et blasphemator, qui nec rationibus convincebatur, neque dogmatibus retinebatur, sed Deo, imaginibus atque etiam sanctis adversabatur. Isti

[7] ἀφησύχασε 4. — [8] τιμίου καὶ *add.* 2. — [9] συναίρεσιν 4. — [10] *om.* 4. — [11] ὁ ὅσιος *add.* 3, 4. — [12] *om.* 4. — [13] *om.* 4. — [14] μόνος 3. — [15] (ὁ τίμ.) *om.* 4. — [16] (ῥήματα-οἶδα) *om.* 4; (ὁ δὲ-οἶδα) *om.* 3. — [17] (ἀνάλαβέ με) ἠναλάβομεν 3. — [18] ἀπολέσῃ 3. — [19] σου 3. — [20] τόπῳ *add.* 3. — [21] καὶ *add.* 3. — [22] τρόπῳ 3; καὶ τρόπῳ *add.* 4. — [23] (διὰ τ. προφ.) *om.* 4. — [24] *om.* 4. — [25] *om.* 4.

26. — [1] ὅτε 2, 4. — [2] ἐν αὐτ. *om.* 4. — [3] *om.* 2. — [4] αὐτόν 2.

27. — [1] αὐτοβαδίσαι 3. — [2] (οὐ δόγμ. ἐνηχ.) *om.* 4.

A ἁγιομάχον [3] ὄντα. Τοιοῦτοι γὰρ ὄντως οἱ βδελυροὶ καὶ κατάπτυστοι τῆς Χριστοῦ εἰκόνος, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ τῶν ἁγίων ἀντίπαλοι πρὸς ταῖς τιμίαις εἰκόσι τὰ θεοκατοίκητα λείψανα τῶν ἁγίων, καὶ τὰς πρεσβείας αὐτῶν βδελυκτῶς καὶ μισοθέως κακίζοντες [4], καὶ τὸν τῶν μοναχῶν ἰσάγγελον βίον καὶ τὸ ἔνδυμα διαλοιδοροῦσι. Τέλος φησὶν αὐτῷ ὁ ὅσιος· Εἰ λόγῳ δογματικῷ οὐ πείθῃ, εἰ [5] νουθεσίαις οὐκ ἐπικάμπτῃ, ἑταῖρε, ἔργῳ παιδεύθητι τὴν ἀλήθειαν. Προσευξώμεθα δὴ ἀμφότεροι πρὸς τὸν Κύριον ἵνα ὁπότερός ἐστιν ἡμῶν φωτὸς νοεροῦ [6] ἐστερημένος τῆς πίστεως, καὶ τοῦ αἰσθητοῦ αὐτοῦ φωτὸς [6] στερηθῇ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κατ' ἄμφω τυφλώττειν. Καὶ ἅμα εὐθὺς σὺν τῷ λόγῳ τοῦ μακαρίου, ἀχλὺς [7] βαθεῖα ἐκείνου ἐπιπίπτει ταῖς κόραις, καὶ μένει τυφλός. Ὁ δὲ ὅσιος αὐτῷ [8]· Ἆρα, φησί, πληροφορῇ ὅτι ὁ Θεὸς τῇ εὐσεβείᾳ ἡμῶν ἐπιτέρπεται, τὴν χεῖρα ἡμῖν, ἀποστολικῶς, ἐκτείνων πρὸς ἴασιν, σημεῖά τε καὶ τέρατα διὰ τῶν τῆς Χριστοῦ αὐτοῦ εἰκόνος προσκυνητῶν ἐνεργεῖ; Γνῶθι σαυτὸν ποῖ [9] φέρῃ λοιπὸν [10] καὶ ἐπιστρέψας φωτίσθητι. Ὁ δὲ ἐθελοκωφῶν, δίκην ἀσπίδος, τὸ σκότος μᾶλλον εἴπερ τὸ φῶς ἐπεπόθησε καὶ ταῖς ζοφεραῖς κακοδιδασκαλίαις τῶν
B Ἰσαύρων χριστομάχων ἐνέμεινε συσκότει δυσσεβείας καὶ ἀπομματώσει, μετ' ὀλίγον παραπεμφθεὶς τῷ αἰωνίῳ σκότει καὶ ἀτελευτήτῳ πυρί [11], ὥσπερ ἐπόθησεν.

28. Μέλλοντος δὲ πλήθους εὐσεβῶν ἀνδρῶν, χάριν εὐχῆς, ἐν μιᾷ ἀνέρχεσθαι πρὸς τὸν ὅσιον, καὶ ἐπὶ ἓν τῶν Ἀγαυρινῶν μετοχίων ἐν ναῷ τοῦ ἁγίου προφήτου Ἠλίου συνελθόντων, ἐν οἷς ἦν Ἰωάννης [1], Χαλκηδόνος μητροπολίτης, ὁ [2] ἐπίκλην Καμουλιανός, Πέτρος Νικαίας, Θεόδωρος ἡγούμενος τῶν Στουδίου, καὶ Κλέμης, νοτάριος αὐτοῦ, Ἰωσήφ, ὁ [3] οἰκονόμος τῆς ἐκκλησίας σὺν ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν ἡγουμένων, ὑποτακτικῶν τε καὶ λαϊκῶν, δι' Εὐστρατίου τοῦτο ἀκηκοὼς ὁ ἀοίδιμος, τὴν συντριβὴν αὐτῶν λογισάμενος καὶ τοῦ τόπου ἐκείνου τὸ δυσανάβατον ἐννοῶν προκρίνει, ἀποστολικῶς, μᾶλλον αὐτοῖς ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι καὶ κατιέναι πρὸς αὐτούς [4]. Ὧ καὶ κατελθόντι μακρόθεν οἱ πάντες προσυπαντήσαντες, καὶ μετ' εὐλαβείας ἐπὶ τὴν γῆν προσκυνήσαντες, εὐχῆς τε γενομένης, καὶ συγκαθίσαντες περὶ διαφορᾶς ἀρετῶν ἐπεζητήσαντο ποία πασῶν κρείττων ὑπάρχει καὶ ὑπερέχουσα. Ἄλλων οὖν πολλῶν περὶ ἄλλων εἰπόντων, τὴν ταπείνωσιν ἔφησεν ὁ πατὴρ προτερεύειν καὶ ὑπερανίστασθαι,
C ὡς λεχθήσεται. Ταύτην γάρ, λέγει, παρ' ἑαυτῷ ὁ πρὶν ἑωσφόρος μὴ θησαυρίσας ζεζόφωται, ταύτης αὖ πάλιν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος μὴ δραξάμενος τῆς παραδείσου τρυφῆς ἐλεεινῶς ἀποικίζεται, δι' αὐτῆς ὁ Θεὸς Λόγος ἐν ὑστέροις καιροῖς Ἀδαμιαῖος γενόμενος τὴν ἀρχαίαν εἰκόνα καὶ παραδείσου διαγωγὴν ἡμῖν δίδωσιν [5], καὶ τῶν ἁμαρτιῶν καθ' ἑκάστην δι' αὐτῆς παρέχει τὴν ἀπολύτρωσιν. Τούτων οὕτως λεχθέντων, καὶ τῇ κατανεύσει πάντων ὡς σφραγῖδι βεβαιωθέντων, τῆς ὥρας τοῦ ἀρίστου καταλαβούσης, συνεστιαθῆναι τούτοις καταναγκάζεται. Ὅτε καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, ἀνοίξας τὸ τίμιον [6] στόμα ὁ θεοφόρος πρὸς Ἰωσὴφ εἶπεν τὸν οἰκονόμον ἔμπροσθεν πάντων· Γνῶθι, ἀδελφέ, ὅτι σου τὸ τέλος τῆς ζωῆς ἐπὶ θύραις, καὶ τοῦ θανάτου σοι [7] ἤδη τὸ δρέπανον περιπέταται. Διὸ ἑτοιμάζου πρὸς τὴν ἔξοδον εὐσεβῶς διοικήσας τὰ κατὰ σέ. Ταῦτά τινες τῶν συνεστιωμένων ἀκούσαντες, ἰδιωτικῶς καὶ ἐμφθόνως ἐν ἑαυτοῖς ἐλογίζοντο· Τί οὗτος [8] λαλεῖ; καὶ [9] τίς γινώσκει ἀνθρώπων τὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ θάνατον; Θάνατος

VITA

Isti enim abominabiles contemptores Christi imaginis, plerumque etiam sanctorum adversarii, non tantum venerandas imagines, sed et in quibus Deus habitavit reliquias sanctorum eorumque intercessiones abominabiliter et impie depravantes, monachorum vitam angelicam et habitum afficiunt iniuria. Tandem ait ipsi beatus : *Quoniam rationibus dogmaticis non credis, neque ratiociniis flecteris, amice, factis edocetor veritatem. Supplices rogemus ambo Dominum ut qui utercumque supernaturali privatus est lumine fidei, is etiam sensibilis luminis amittat efficaciam et sic in utroque caecus fiat.* Vix locutus erat sanctus, cum caligo profunda istius incidit pupillis et remansit caecus. Cui beatus : *Persuasusne,* ait, *es Deum nostra pietate delectari, qui manus nobis, ut cum Apostolo loquar* n, *extendit ad sanitatem, et signa prodigiaque per illos, qui Christi sui imaginem adorant, operatur? Scito ergo quo postea feraris, et conversus illuminare.* At ille, voluntarie caecus, instar aspidis, caliginem prae lumine eligens, in tenebris perversae doctrinae Isaurorum Christo adversantium perseveravit, in obscuritate impietatis et caecitate, E non paulo post dimissus in aeternam caliginem et aeternum ignem, uti voluerat o.

Congressus cum S. Theodoro Studita aliisque sanctis viris

28. Cum in eo esset multitudo piorum virorum, ut benedictionis accipiendae gratia, quadam dierum p adiret sanctum, et in quodam Agaurorum coenobio, in templo sancti prophetae Heliae q, congregati essent, quos inter erant Iohannes, Chalcedonis metropolitanus r, cognomine Camulianus, Petrus Nicaenus s, Theodorus, hegumenus Studii t, cum Clemente notario suo u, Iosephus, oeconomus ecclesiae v, cum fratre suo, multique alii hegumeni, monachi et laici, statim ut ab Eustratio illud audivit sanctus, cum illis conversari cupiens, sed simul loci istius asperitatem recogitans, maluit, iuxta Apostolum, ipsis seipsum tradere et ad ipsos descendere w. Ipsi descendenti procul omnes occurrere, eum reverenter proni salutare et, oratione facta, considentes, de variis virtutibus inquirere quaenam omnibus praestet atque praevaleat. Aliis alia asserentibus, humilitatem dixit pater primum tenere locum et superiorem esse, ut dicetur. *Illam etenim,* sic ait, *cum sibi antiquus Lucifer non comparasset, in tenebras proiectus est;* F *eandem quoque quoniam non acquisivit sibi primus homo, e paradiso deliciarum miserabiliter exsul est eiectus; per illam autem Deus Verbum, in novissimis temporibus Adamiticam naturam assumens, priorem imaginem et paradisi ingressum restituit nobis, et cottidie peccatorum per eandem procurat redemptionem.* Quibus ita dictis, et assensu omnium quasi signaculo firmatis, hora prandii facta, cum illis ad mensam assidere coactus est. Dum autem manducarent, aperiens venerandum os suum theophorus noster, dixit Iosepho oeconomo coram omnibus : *Scito, frater, finem vitae tuae instare, et mortis tibi iam falcem imminere. Quare, dispone te ad exitum, pie omnibus quae ad te pertinent administratis.* Quae audientes convivarum quidam, privatim et invidiose in seipsis cogitaverunt : *Quid iste loquitur? Ecquis hominum novit fratris sui mortem? Mors enim homini requies esse scribitur* x, *cuius via est ipsi abscondita,*

[3] (κ. μον. κ. ἀγ.) *om.* 3. — [4] βακίζοντες 4. — [5] οὐ 1. — [6] (νοεροῦ-φωτός) *om.* 4. — [7] ὀχλυς 1, 2, 4. — [8] πρὸς αὐτόν 2. — [9] ποῦ 1. — [10] (ποὶ φέρῃ λοιπόν) ποίῳ φέρῃ ὀλέθρῳ 3. — [11] (καὶ-πυρί) *om.* 3, 4.
28. — [1] ὁ *add.* 2. — [2] ᾧ 1, 2, 4; τό 3. — [3] *om.* 2. — [4] (πρὸς αὐτ.) *om.* 4. — [5] ἀποδίδωσιν 2, 4. — [6] *om.* 4. — [7] σου 3. — [8] οὕτως 1, 3. — [9] *om.* 4.

VITA Θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις γέγραπται, οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη ἀπ' αὐτοῦ · συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ τὸν ἴδιον οὐδεὶς ἐπίσταται, τὸν ἀλλότριον πόσον. Ἀλλ' οὖν οὐκ ὀρθῶς ἐκεῖνοι τῆς γραφῆς ταύτης ὄντως τὴν ἑρμηνείαν ἐνόησαν · καθ' ὃ γὰρ ἄνθρωπος τίς ἐστιν ἀγνοεῖ τὸν ἑαυτοῦ καὶ τὸν [10] τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ θάνατον, καθ' ὁ δὲ πνεῦμα Θεοῦ ἔχει ἐν ἑαυτῷ, τὸ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἀποστολικῶς ἐρευνόν [11], κατὰ τοῦτο δύναται νοεῖν καὶ ὁρᾶν πάμπολλα καὶ ποικίλα, οὐ τὰ πάντων, ἀλλὰ τὰ πλείστων καὶ οὐχ ὧν βούλεται, ἀλλ' ὧν ἀποκαλυφθείη διὰ τοῦ ἁγίου [12] Πνεύματος. Ὅθεν, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς συνεστιάσεως ἔγερσιν, ἕκαστον ἰδίᾳ προσκαλεσάμενος ὁ πατὴρ καὶ τοὺς τοιούτους [13] λογισμοὺς θριαμβεύσας, καὶ ἐξελέγξας [14] ἐξέπληξεν αὐτοὺς ἐν τούτῳ καὶ μετ' εὐχῆς ἐξαπέστειλεν. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ αἰτήσας εὐχὴν καὶ αὐτὸς καὶ τελευταῖον συνταξάμενος τῷ πατρὶ συγκατιὼν τοῖς λοιποῖς μετὰ ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

dita; hanc etenim Deus tenebris circumdedit. D *Si quod proprium est, nemo novit, alienum quanto magis!* Nihilominus non recte isti illius scripturae veram interpretationem intellexerunt. Sane, quatenus homo est, ignorat quisque tum suam, tum fratris sui mortis horam, sed in quantum habet in se spiritum Dei qui, ut cum Apostolo loquar, etiam profunda Dei scrutatur, secundum hunc valet intellegere et videre plura et varia; non omnia sane, sed plurima, nec ea quae voluerit, sed quae revelata fuerint per Spiritum sanctum. Deinde, postquam a mensa surrexerant, unumquemque privatim advocans pater, eorum cogitationibus confutatis et exprobratis, valde commovit eos in hoc, et cum illis benedixisset dimisit. Ioseph autem, cum benedictionem petiisset, ipse ultimum conversatus cum patre, descendit cum reliquis et post decem et octo dies ad Dominum migravit.

ANNOTATA.

B a *Hic aperte determinatur situs montis Trichalicis. Est nempe pars montium Olympicorum, haud procul ab urbe Prusa.* E

b *Ps. XC.*

c *Septimus et dimidius annus Leonis Armeni incidit in annum 820. Etenim Leo III imperator factus est die 11 iulii 813. Igitur rediit* S. Ioannicius *in montem Trichalicem mense circiter octobri anni 820.*

d *In nocte nataliciorum Christi 24-25 decembris 820, occisus est Leo in ecclesia Phari. Cfr. Theophanis continuat., P. G., tom. CIX, p. 51-54.*

e *Michael Amorrhaeus erat excubitorum praefectus. Dictus est* Ἀμορραῖος, *vel* ὁ ἐξ Ἀμορίου, *quod ita explicat continuator Theophanis :* ἤνεγκε μὲν οὖν αὐτὸν ἡ κατὰ τὴν ἄνω Φρυγίαν πόλις Ἀμόριον οὕτω καλουμένη. Tulit hunc Phrygiae superioris civitas dicta Amorium. *P. G., tom. CIX, p. 56.*

f *Quomodo se gesserit Michael Amorrhaeus erga orthodoxos recte definitur in Leonis grammatici* Chronographia, *P. G., tom. CVIII, p. 1041.* Ὃς μικρόν τι τῆς προκατεχούσης αὐτὸν κακίας ὑπενδοὺς, ὅσον τοὺς ἐν εἱρκταῖς, καὶ ποιναῖς, καὶ ἐξορίαις, ἐλευθερίαν τε καὶ ἄνεσιν ὀνειρώδη φαντάζεσθαι, τὸ τοῦ προηγησαμένου δυσσεβοῦς ὑπέθαλπεν θεοστυγὲς φρόνημα : ὁμοίως γὰρ τῷ αὐτῷ περιεπάρη δεινῆς αἱρέσεως ἀγκίστρῳ ἐξ ἀκροτάτης ἀλογίας καὶ ἀπαιδευσίας. Hic nonnihil de malitia, quae animam eius pridem occuparat, remittens, quantum videlicet in ergastulis, poenis et exsilio constitutis libertatem relaxationemque fictam somniare licuit, impii praecessoris sui infestam Deo fovebat mentem : pari namque gravis haereseos detinebatur unco ex animi stupiditate et ignorantia.

g *Recensentur plures laici pii qui eodem tempore hoc nomen gerebant. Sic Theodorus Studita scribit tum ad Nicetam patricium, P. G., tom. XCIX, pp. 994, 995, tum ad Nicetam spatharium, P. G., tom. XCIX, pp. 1502, 1571. Cfr. Hergenroether,* Photius, Patriarch von Constantinopel, *tom. I, p. 280, et Vitam S. Theodori Studitae,* Nova Patrum Bibl., *tom. VI, p. 333.*

h *Ut notum est, in tota regione Olympi prope Prusam scaturiebant fontes aquarum calidarum. Prope Prusam etiamnum saliunt septem fontes, quattuor in planitie ad radicem Olympi et tres in declivo* C *monte. Praesertim celebres erant thermae pagi Pythiae. Cfr. Texier,* L'Asie mineure, *pp. 116, 123-126.* F

i *Graece* μέγας; *quae vox secundum Cangium et Sophoclem* (Greek Lexicon), *ubi adhibetur de monachis, vel abbatem, vel maiorem natu designat, aut etiam aliquando est synonyma verbi* κῦρις, domnus. *Proin non inde concludere licet iam fuisse Eustratium hoc tempore hegumenum Agaurorum, qui patri Gregorio successit. Postea enim videbimus, num. 36, id serius tantum contigisse.*

k *Est iterum celeberrimus ille locus multoties adductus a scriptoribus ecclesiasticis quotquot exstitere a Iustino martyre usque ad Gennadium, tum a graecis, tum a latinis, et desumptus vel ex apocrypho quodam, aut ex Ezechiele VII, 3, 8; XVIII, 30; XXI, 30; XXIV, 14; XXIII, 20. De quo textu legenda est eruditissima dissertatio cl. viri Alfredi Resch,* Agrapha. Aussercanonische Evangelienfragmente. *Lipsiae, 1889, pp. 112-114, 227-29, 290-1.*

l *Inde patet monasterium Agaurorum fuisse* capitaneum *monasterium, siquidem ab ipso* metochia *seu coenobia pendebant.*

m *Hegumenus Leo alicuius monasterii* Cellarum *subscripsit anno 787 epistulae S. Germani :* Λέων ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Γεωργίου τῶν Κελλίων. *P. G., tom. XCVIII, p. 215. Sed quoniam eidem epistulae subscripsit Hilarion monachus* τῆς ἁγίας Θεοτόκου τῶν Κελλίων, *P. G., tom. XCVIII, p. 219, definiri nequit de quonam* Cellarum *coenobio hic agatur, Sanctine Georgii an beatae Deiparae. Ut primum statuamus, ratio est quia notum est in eodem tractu coenobium Sancti Georgii, ut videre est in periodici graeci* Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια, *num. 4 octobris 1889, p. 390. In epistula sua 77, Michael Psellus memorat illud* Cellarum *monasterium. Cfr. ephemerides graecas* Σωτήρ, *anno 1889, p. 157.*

n *Act. IV, 30,* ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι.

o *Hoc duplex* S. Ioannicii *miraculum, nempe sanationem filiae senatoris et castigationem iconomachi affinis laudavit Baronius,* Annales, *ad ann. 821, num. LI, LII.*

p *Indicavimus in Commentarii praevii num. 35 quonam anno probabilius evenerit hic sanctissimorum*

[10] *om.* 2. — [11] ἐρευνᾶν 2, ἐρευνων 4. — [12] *om.* 3, 4. — [13] τοιούτοις *(sic)* 1. — [14] ἐλέγξας 2.

virorum

A *virorum congressus, nimirum anno 824; minus recte id anno 823 contigisse refert Baronius, et falso prorsus asserit Le Quien iam morti tunc proximum fuisse* S. Ioannicium.

q *En et alterum metochium monasterii capitanei Agaurorum, nempe Sancti Heliae, praeter illud Sancti Agapii supra indicatum. Iam innotuit ex edita Vita S. Petri Latrensis* (Anal. Boll., *tom. XI, p. 25). Videtur illud coenobium Sancti Heliae idem atque monasterium Trigliense* τοῦ Βαθέος Ῥύακος. *Cfr.* Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια, *num. 4 octobris 1889, p. 389.*

r *De Iohanne metropolitano Chalcedonensi cfr. Le Quien in* Oriente christiano, *tom. I, p. 604, et Theodori Studitae epist. CXL lib. II (P. G., tom. XCIX, p. 1499) et inter epistulas hucusque ineditas codicis Coisliniani signati num. 94, epist. 276, 437, 492. Cognomen* Camuliani, *non omnino insolitum, datur etiam cuidam Davidi, qui Constantino Porphyrogeneto insidias struxit, P. G., tom. CIX, p. 414, Demetrio Camuliano, de quo Georgius monachus, P. G., tom. CIX, p. 856, et Theodoro Camuliano, P. G., tom. CVIII, p. 934.* Camulianus *est quidem civis urbis* Camulianae *in Cappadocia, sedis episcopi. Cfr. Gams,* Series episcop., *p. 440; Texier,* L'Asie mineure, *p. 576.*

s *Petrus, archiepiscopus Nicaenus, est huius temporis praesul notissimus. Plures exstant ad eum scriptae a Theodoro Studita epistulae. Cfr. P. G., tom. XCIX, pp. 1191, 1203, 1355, 1410, 1611. Prius ab haereticis irretitus, dein fidei confessor egregius fuit. Consule etiam Le Quien,* Oriens christianus, *tom. I, p. 645, 646 ;* Act. SS., *Aprilis tom. I, in Vita S. Nicetae, num. 34, p. 262.*

t *Theodorus, hegumenus Studii, est celeberrimus Studita, acerrimus defensor veritatis contra imperatores iconoclastas. De eo agendum erit ad diem 11 novembris; interea cfr. P. G., tom. XCIX. In eius Vita conscripta a Michaele monacho memoratur haec visitatio ad monachos Olympicos, P. G., tom. XCIX, p. 219, item in altera Vita vulgata in* Nova Patrum Bibliotheca, *tom. VI, p. 351. Attamen ibi non nominatur* S. Ioannicius; *sed in epistula 116, libri II, P. G., tom. XCIX, p. 1386, S. Theodorus Studita verbis luculentissimis aperit quantum gaudium ex congressu cum sancto nostro ceperit. Cfr.* E

B *Comment. praev. num. 35.*

u *De Clemente notario haec habet S. Theodorus Studita in epistula 90 libri II, P. G., tom. XCIX, p. 1342,* ὁ γραμματηφόρος, ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν υἱὸς Κλέμης ὁ εὐλαβέστατος ἡγούμενος, tabellarius dilectus filius noster Clemens, religiosissimus praepositus.

v *Utrum hic designetur famosus nimis Iosephus presbyter, oeconomus, qui adulterinis cum Theodota Constantini nuptiis benedixit et postea forsan resipuit, non habemus unde definiamus, nec proin quicquam etiam dicendum de fratre eius.*

w *Iob. III, 23. Inspiciendus textus graecus a quo discrepat satis interpretatio latina ; iam vero sic sonat in Vaticano* Θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυμα, συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ. *Sed Sabas secutus est recensionem Alexandrinam, quae post* θάνατος *addit* γάρ, *pro* ἀνάπαυμα *habet* ἀνάπαυσις *et ante* συνέκλεισε *interponit* οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη.

x *I Cor. II, 10.*

CAPUT OCTAVUM.

S. Ioannicius eripit captivos Bulgarorum, visitat tumulum S. Theophanis Sigriani, varias praedictiones et miracula edit.

29. Τῷ οὖν πέμπτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου υἱοῦ αὐτοῦ, τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δὲ ἀπὸ τῆς ἐπὶ Νικηφόρου εἰς Βουλγαρίαν γενομένης
C πτώσεως καὶ αἰχμαλωσίας, οἴκτῳ καμφθεὶς ὁ καθ' ἡμᾶς Μωσῆς θεοφόρος [1] Ἰωαννίκιος διὰ Κύριον, μετὰ τὸ εἰς ὕψος ἀρετῶν ὡς ἐν Σινᾶ ἀνεληλυθῆναι, καὶ ἀντὶ λιθίνων πλακῶν τὸ πνεῦμα πεπλουτηκέναι, πλουτῆσαι τε [2] πολλοὺς [3] τοῖς [4] θεοσημείοις [5] καὶ τέρασιν, καὶ τοὺς ἐν εἱρκταῖς καὶ ἁλύσεσι δὶς ἑπτὰ χρόνοις ὑπὸ τῶν Βουλγάρων κατεχομένους χριστιανοὺς ἀπῄει, ἐπισκεψόμενος καὶ παραδόξως τούτους ῥυσόμενος [6]. Καὶ γὰρ ἐκεῖσε καταλαβών, ὡς ἐβούλετο, ἀπέναντι στὰς μιᾶς παμπληθοῦς φρουρᾶς, τῶν φρουραίων προεστηκότων καὶ ἀσφαλῶς αὐτῶν τηρούντων, ὑπ' αὐτῶν ὅλως, κατὰ τὸν μέγαν προφήτην Ἐλισσαῖον, οὐ καθορώμενος, ὡς μόνον εὐξάμενος, τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ τὴν φρουρὰν καὶ τοὺς φρουραίας [7] ἐσημειώσατο. Οἱ μὲν σκοτομηνίας εὐθὺς βαθείας καὶ ἀχλύος [8] ἀνεπληρώθησαν, ἡ δὲ αὐτομάτη αὐτῷ ἠνοίγη, καὶ τῶν δεσμωτῶν τὰ δεσμὰ ἐλύθη [9]. Καὶ αὐτοῖς εἰσιὼν συνεξῄει ἀορασίᾳ προπορευόμενος, ἕως εἰς [10] αὐτὰ τῶν χριστιανῶν τὰ ὁροθέσια αὐτοὺς ἤγαγεν ἐκπληττομένους καὶ χαίροντας. Ὅτε καὶ ὑπ' αὐτῶν τό· Τίς ἂν εἴης, θαυμάσιε

S. Ioannicius eripit captivos Bulgarorum,

29. Anno igitur quinto regni Michaelis et Theophili filii eius *a*, decimo autem quarto a quo Nicephorus in Bulgaria devictus captusque fuerat *b*, ad miserandum pronus ille qui nobis apparuit theophorus Moses Ioannicius per Dominum, postquam ad culmen virtutum, quasi in Sina, pervenisset, non quidem lapideas gerens tabulas, sed animum ditans et suum et multorum divinis signis et prodigiis, ad illos christianos abiit, qui in carceribus et vinculis bis septem annos a Bulgaris retenti fuerant, illos visitaturus et praeter spem servaturus *c*. Quo cum pervenisset *d*, ut volebat, et stetisset ante carcerem quendam captivis refertum, quem custodes huic praefecti servabant sedule, illis tamen invisibilis prorsus, sicut magnus propheta Elisaeus *e*, factus per solam orationem, crucis signo carcerem et custodes signavit. Hi vero mentis caligine statim profunda et tenebris repleti sunt; ille autem sponte ipsi apertus est et captivis vincula soluta. Sanctus apud illos ingressus reduxit eos, invisibilis progrediens, usque dum ad christianorum fines illos esset comitatus mirantes et gaudentes. Tunc ab illis interrogatus : *Quis es tu, homo mirabilis?* ait : *Ioannicius ego sum, humilis*

29. — [1] ὁ *add.* 1. — [2] (πλουτῆσαι τε) πλουτήσεται 4. — [3] πολλοῖς 1. — [4] τῆς 4. — [5] θεοσημείαις 2. — [6] ῥυσάμενος 4. — [7] φρουραίους 4. — [8] ὀχλύος 1, 2, 3. — [9] διελύθη 2, 3. — [10] *om.* 1.

VITA

μάσιε ἄνθρωπε, ἐρωτώμενος λέγει· Ἰωαννίκιος εἰμί, ὁ ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλός, ἀλλὰ προσέχετε ἑαυτοῖς [11], ἀδελφοί [12], ὡς ἐξ Ἅδου καὶ θανάτου [13] διασωθέντες, μὴ τοῖς ἐγκοσμίοις [14] ἔτι καὶ βλάπτουσι, τοῖς πρὸς σωτηρίαν δὲ καὶ ζωὴν αἰώνιον ἄγουσι προσανέχειν, καὶ μὴ τῷ ἐλαχίστῳ ἐμοὶ [15] ταύτην ὑμῶν τὴν ἀνάσωσιν, ἀλλὰ τῷ [15] θαυμαστῷ ἐν δόξαις ἐπιγράφειν Θεῷ. Ταῦτα δὲ παρ' ἑνὸς τῶν τότε διασωθέντων, καὶ πρὸς τῷ τῆς Βιθυνίας κόλπῳ μονάσαντος, Εὐσταθίου καλουμένου [16], ὑπεράνω τε Πραινέτου εἰς κώμην Τζούλλου [17] προσαγορευομένην ἐν ἐγκλείστῳ [18] πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωὴν διανύσαντος ἀκηκοότες [19], εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ τῶν ἐντυγχανόντων ὠφέλειαν γεγραφήκαμεν.

30. Ὑποστρέψαντι δὲ τῷ πατρὶ ἐκεῖθεν καὶ πρὸς τοῦ Τριχάλικος πάλιν ἡσυχάζοντι ὄρος σύνεβη τόν ποτε ἡγούμενον τῶν Ἐλαιοβώμων [1] Ἀντώνιον σὺν Βασιλείῳ τῷ οἰκονόμῳ αὐτοῦ, χάριν εὐχῆς, πρὸς τὸν ὅσιον ἀνελθεῖν. Οὓς δεξάμενος καὶ εὐλογήσας μετὰ πλείστην συνομιλίαν πνευματικὴν λέγει τῷ Βασιλείῳ· Βούλομαί σε, ὦ ἀδελφέ, πρὸς τὸν μητροπολίτην Νικαίας ἀπελθόντα, τὸν Ἴγγερ [2], εἰπεῖν αὐτῷ ὅτι ἐν τῇ ὑποστολῇ σου, τοῦ Κυρίου μὴ εὐδοκοῦντος
B καὶ ἐν τῇ πρὸς τὴν εἰκονομάχον αἵρεσιν συγκαταβάσει ἀσχάλλοντος [3] μὴ ἔμμενε εἰς τέλος τῇ καταπτώσει σου, ἀλλὰ μετανοήσας ἀνάνευσον. Ὁ [4] καιρὸς γὰρ τοῦ τέλους σου ἤγγικεν, καὶ ὅρα λοιπὸν μὴ ἀπολέσῃς τοὺς κόπους σου. Ταῦτα πρὸς αὐτόν. Μετὰ τὴν κάθοδον τοῦ Βασιλείου, καὶ ἀπελθόντος καὶ λέξαντος καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν ὀνησάντος, μεθ' ἡμέρας [5] τινὰς νόσῳ πικροτάτῃ ὁ Ἴγγερ κατασχεθεὶς ἐλεεινῶς αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀποδίδωσιν. Ὁ διὰ τοῦ ἁγίου [6] Πνεύματος τότε ὁ διορατικώτατος πατὴρ ἡμῶν Ἰωαννίκιος γνοὺς ἔφησε τοῖς παροῦσιν· Ὦ τῆς πονηρᾶς μεστῆς σαγήνης τοῦ διαβόλου, πῶς τοὺς [7] τοῦ Θεοῦ συλῶν τῇ τῆς φιλαρχίας νόσῳ περιδεσμεῖ, καὶ πρὸς ἀπώλειαν τὴν ἡτοιμασμένην αὐτῷ θηρεύει, ὡς καὶ τὸν ἄξιον ἐλέους Ἴγγερ πολλοῖς ἀγαθοῖς κομῶντα πάλαι πλεονεκτήμασι τῇ τῆς προεδρίας ἐπιθυμίᾳ πρὸς τὴν εἰκονομάχον αἵρεσιν σαγηνεύσας ἀμετανόητον σήμερον ἔπεισε τελευτῆσαι; Ταῦτα οὖν οἱ παρόντες [8] ἀκούσαντες καὶ ἀκριβῶς ἐρευνήσαντες εὗρον αὐτὸν κατ' αὐτὴν ἐκείνην ἐξοδεύσαντα τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ διορατικῶς αὐτοῖς ταύτην ὁ πατὴρ ἐξεφώνησεν.

31. Ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις τοῦ μεγάλου [1] πατρὸς Ἰωαννικίου πρὸς τὴν [2] Σιγριανὴν μονὴν τοῦ
C ἁγίου Θεοφάνους, τὴν ἐπονομαζομένην Ἀγρόν, κατεληλυθότος [3] ἐκείνου [4] τὸ τίμιον καὶ [5] πνευματέμφορον κατασπάσασθαι σκῆνος καὶ θαυματόβρυτον, ἀσπασαμένου ἤδη καὶ ἀναστρέφοντος καὶ πρὸς τὴν κατὰ βορρὰν τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνης κειμένην μονὴν [6] καὶ νῆσον ὀνομαζομένην Θάσιον προσορμήσαντος, ἔξεισι πρὸς ὑπαντὴν αὐτοῦ ὁ ταύτης ποιμὴν Δανιὴλ σὺν πάσῃ τῇ ἀδελφότητι, καὶ πίπτει αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας εὐχὴν ἐξαιτούμενος θεόκλητον τάχα τὴν αὐτόκλητον αὐτοῦ ἔλευσιν λογισάμενος γεγενῆσθαι διὰ τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς πειρασμὸν ὑπὸ τοῦ οἰκοῦντος ἐκεῖ δράκοντος καὶ ὄφεων, καὶ ἀφανίσαι αὐτὸν ταῦτα καθικετεύει. Οἷς πλοιαρίῳ συνεισελθὼν ὁ θαυμάσιος [8], τοῖς μὲν ἀδελφοῖς σὺν τῷ πατρὶ αὐτῶν Δανιὴλ ἐν τῷ αὐτόθι εὐκτηρίῳ ναῷ τῇ εὐχῇ διανυκτερεύειν κελεύσας, πρὸς τὸ σπήλαιον αὐτὸς τοῦ δράκοντος ἔρχεται, καὶ ἐν αὐτῷ κατ' αὐτοῦ τοῖς τῆς προσευχῆς αὐτοῦ βέλεσιν ἀνθοπλίζεται [9]. Ὥνπερ μὴ φέρων τὸν

humilis et peccator; sed providete vobis, fratres, ne D
ex inferno et morte servati, mundanis amplius et nocivis studeatis rebus, sed ut illas quae ad salutem vitamque aeternam conferunt sectemini; neque mihi minimo hanc vestram liberationem, sed mirabili in gloria sua adscribatis Deo. Et haec cum ab uno ex iis qui tunc servati fuerant et qui apud Bithyniae sinum *f* solitariam agit vitam, Eustathius nomine *g*, citra Praenetum *h* ad vicum Tzullum cognominatum *i*, in claustro integram suam vitam peregit, audivissemus, ad gloriam Dei et illorum qui in haec incident utilitatem scripsimus. f g h i

mortem metropolitano Nicaeae praedicit.

30. Cum redisset pater inde ut iterum ad Trichalicem montem solitarius viveret, contigit illum, qui olim hegumenus fuerat Eliae Altarium *k*, Antonium, cum Basilio oeconomo suo, benedictionis accipiendae gratia, ad sanctum ascendere. Quos cum excepisset, iisque bene esset apprecatus, post longam spiritalem conversationem, ait Basilio oeconomo : *Velim te, o frater, ad metropolitanum Nicaeae Inger abire* l, *eique dicere : In dissimulatione tua, quae Domino valde displicet, cui etiam indigna videtur tua propensio in iconomachorum haeresim, ne permane in finem usque ad mortem tuam; sed paenitentiae indulge. Hora enim mortis tuae appropinquavit, et prospice tandem ne perdas fructum laborum tuorum. Haec illi dices.* Profectus Basilius oeconomus adiit virum, et omnia enarravit ipsi. Sed cum nihil profecisset, post aliquot dies, morbo acerbissimo Inger captus misere suam animam tradit. Quod per sanctum Spiritum tunc pater noster, propheticus valde, Ioannicius cum cognovisset, dixit astantibus : *O malignitatis plenam diaboli sagenam! Quomodo servos Dei exspolians, ambitionis morbo captivos tenet et ad perditionem sibi paratam venatur, ut miserandum istum Inger, bonis multis ornatum quondam, cupiditate praesessionis iconomachorum haeresi irretitum, impaenitentem hodie mori persuasit?* Haec igitur astantes cum audivissent et sedulo inquisivissent, compertum habuerunt istum demigrasse e vita hac ipsa die, qua prophetice ipsis hoc pater enuntiaverat. k l

tumulum S. Theophanis visitat.

31. Hisce autem diebus *m*, magnus pater Ioannicius ad Sigrianum monasterium *n* Sancti Theophanis *o* cognominatum Agrum *p* advenit, ut huius venerandum, spiritu plenum et miraculis scaturiens, amplecteretur tabernaculum. Post amplexum vero, cum iam revertens ad monasterium situm ad partem borealem Apolloniadis lacus et insulam quae vocatur Thasius appulisset *q*, exit occurrens ei illius pastor Daniel cum omni fraternitate, qui provolvitur ad pedes eius, benedictionem eius petens dicensque a Deo fuisse inspiratum eius spontaneum adventum, propter ingruentem sibi vexationem aliquorum ibidem incolentium draconis et serpentium. Igitur ut fugaret istos, ipsum supplex rogavit. Cum illis navigium ascendens mirabilis vir, cum fratres simul et patrem eorum Danielem in illo, quod ibi erat oratorio, in precibus pernoctare iussisset, ad speluncam ipse draconis vadit et in illa contra istum orationis suae iaculis armavit sese. Quorum non ferens ustionem, m n o p q

[11] ἑαυτούς 2. — [12] οἱ *add.* 1, 3, 4. — [13] λυθρωθέντες καὶ *add.* 3. — [14] ἐγκομίοις 4. — [15] (ταύτην-τῷ) *om.* 4. — [16] Εὐσταθίῳ καλουμένῳ 1. — [17] Τζούλου 2, 3. — [18] ἐγκλείστρῳ 1, ἐγκλείτῳ 4. — [19] ἀκηκοότος 3.
30. — [1] Ἐλαιοκώμων 4. — [2] (τὸν Ἴγγερ) *om.* 2. — [3] ἀσχολοῦντος 3. — [4] *om.* 4. — [5] δέ *add.* 3. — [6] *om.* 4. — [7] *om.* 4. — [8] συμπαρόντες 2, 3, 4.
31. — [1] τούτου *add.* 2, 4. — [2] κατά *add.* 2. — [3] τοῦ αὐτοῦ *add.* 3, 4. — [4] ἐκεῖνο 2. — [5] (τὸ τιμ. καὶ) *om.* 3, 4. — [6] *om.* 3. — [7] τῶν *add.* 3. — [8] μακάριος 2. — [9] (βέλ. ἀνθ.) μέλεσιν ἀνθοπλίζετο 4.

A τὸν ἐμπρησμὸν ὁ θὴρ εἰς τέλος ἑλιγμοῖς βιαίοις καὶ πλείστοις ἑαυτὸν συντρεψάμενος [10], καὶ συρίγμασιν ἀσήμοις περιθροούμενος, λίαν πρωΐ, πάντων ὁρώντων, ἔβαλεν ἑαυτὸν ἐν τῇ λίμνῃ καὶ πλοίου δίκην νηχόμενος. σὺν πλήθει τῶν ἄλλων ὄφεων πρὸς τῇ κατὰ νότον κειμένῃ ξηρᾷ, καὶ τοῖς παρακειμένοις ταύτῃ ὄρεσιν ἐξιὼν ἠφαντώθη. Τὸν δὲ τοῦ ποιμένος τούτου Δανιὴλ ἀδελφὸν Εὐθύμιον εἰρηκὼς ὁ πατήρ · Γνώρισον, κύρι Εὐθύμιε, ὅτι ὁ βασιλεὺς ζητήσει [11] σε, καὶ ἑτοιμάζου, μετὰ πέμπτην ἡμέραν κεκοίμηται.

32. Ἐπανερχομένου [1] δὲ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἡσυχίαν ἐκεῖθεν [2] μετὰ τοῦ μνημονευθέντος Δανιὴλ διὰ τῶν ἀνωτάτων ὀρέων, τόπον τε ἀντρώδη πάνυ [3] καταλαβόντος καὶ ἥσυχον, ἔφεσις αὐτῷ ἔνθεος ἐπεισῆλθεν τοῦ ἐπί τινας ἡμέρας αὐτόθι ἡσυχαστικῶς διατρίψαι. Ὅθεν ἐφ' ἑνὶ τῶν ἐκεῖ σπηλαίων, τῷ παρὰ τῶν προσοικούντων ὀνομαζομένῳ Τοπάρχῃ, διὰ τὸ πλήθους αὐτὸ πεπληρῶσθαι δαιμόνων καὶ τοὺς παροδεύοντας βλάπτειν, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡσυχάσας ἡμέρας, ἐφ' ἑτέρῳ πλησίον [4] χωρίῳ τῷ Δανιὴλ διατρίβοντι ὤφθη παμμεγέθης, μέλας, δυσείδης [5], ὁ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἔξαρχος δαίμων ἀναιδῶς τῷ B Δανιὴλ ἐπερχόμενος. Οὗ καὶ προσεγγίσαντος λίαν κατασχὼν τοὺς πόδας, ὡς ἔλεγε, καί · Ἁγία Θεοτόκε, βοήθει μοι [6], μέγα [7] βοήσας πίπτει πρὸς γῆν ὁ πολέμιος μέγιστον ψόφον ὄντως καὶ πάταγον ἐργασάμενος, καὶ τὴν τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου πλευρὰν [8] οὑτωσὶ πλήξας ὡς ἄλγος καὶ ἀφωνίαν αὐτῷ ἑπταήμερον ἐμποιῆσαι, ἀλλὰ χάριτι τοῦ Χριστοῦ ἀναρρωσθεὶς ὁ μακάριος εἰς τὴν κατὰ τὸν Τριχάλικα μονὴν αὐτοῦ τῷ [9] Δανιὴλ συναπέρχεται. Καθεζομένου δὲ αὐτοῦ [9] ἐκεῖσε καὶ ἡσυχάζοντος εἰς τὸ τῶν Ἀγαύρων μετόχιον τοῦ ἁγίου Κοσμᾶ καλούμενον κάμπη ἐπιπεσοῦσα τὴν λαχανηρὰν ἐργασίαν τῶν μοναζόντων διέφθειρεν. Οἱ διὰ τοῦ τιμίου Εὐστρατίου τὸν ὅσιον ἐδυσώπησαν ἀφανίσαι αὐτὴν ἐκεῖθεν. Ὁ δέ · Ἄγωμεν, φησίν, αὐτὸς ἐγὼ τὸν κῆπον [10] ἴδω. Καὶ λίαν πρωῒ ἀπελθόντος αὐτοῦ καὶ στάντος μέσον, ἑωρᾶτο εὐθὺς θείᾳ δυνάμει ἀγεληδὸν ἡ κάμπη [11] ἀποδιδράσκουσα καὶ ἔξωθεν τῶν φραγμῶν τοῦ κήπου περιπολεύουσα, μὴ εἰσερχομένη ἔνδον ἔτι ἢ λυμαινομένη τὰ λάχανα. Θέλοντος δὲ τοῦ ἡγουμένου τῶν Ἀγαύρων Γρηγορίου διά τινα χρείαν πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελθεῖν πόλιν καὶ τῷ ὁσίῳ τοῦτο δηλοποιήσαντος, κατῆλθεν εὐλογῆσαι αὐτὸν [12] καὶ εὔξασθαι ὁ ταπεινόνους καὶ ἔνθεος, καὶ λέγει αὐτῷ · C Θέρους ὥρα ἐπέστη, πάτερ, λευκὸν εἰς ἄκρον τὸ λήϊον, καὶ ὁ βασιλεὺς ἕνα ἐξ ἡμῶν προσκαλεῖται συντόμως. Ὁ δὲ ἡγούμενος τὸ λεχθὲν μὴ νοήσας πρὸς τὴν πόλιν ἀπῆρε, μετὰ ἕνδεκα τελευτήσας ἡμέρας τῆς ποιμνιαρχίας εἰς τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ [13] μεταβάσης, εἶθ' οὕτως κατόπιν εἰς τὸν τίμιον [14] Εὐστράτιον.

33. Ἰσαάκιος δέ τις κουράτωρ προαστείων ἑνὸς τῶν περὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν περιβοήτων γυναικείου σεμνίου, καλουμένου Κλουβίου [1], δυσὶν Ἀγαυρινοῖς μοναχοῖς ἀνιοῦσιν Δοσιθέῳ καὶ Εὐστρατίῳ [2] συνανελθὼν πρὸς τὸν ὅσιον, μετὰ εὐχὴν καὶ ὁμιλίαν τότε ψυχωφελῆ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀκούει · Οὐ καλῶς ποιεῖς, κύρι Ἰσαάκιε, εἰπόντος, συνταξάμενος τῷ Κυρίῳ μονάσαι καὶ ἐμμένων [3] φροντίσι· καλὸν γὰρ μὴ εὔξασθαι ἢ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. Τοῦδε τὴν βίαν καὶ κατοχὴν τῆς κυρίας αὐτοῦ καὶ δεσποίνης προβαλλομένου, φησὶν ὁ πατήρ · Διά [4] τινα χρείαν ἀναγκαίαν Δοσιθέου καὶ Εὐστρατίου [4] τῶνδε

VITA

ussionem, fera tandem orbibus violentis multisque seipsam contorquens et sibilis horrendis circumperterrens omnes, summo mane, cernentibus omnibus, proiecit se in lacum et, navigii instar, natans cum reliqua serpentium multitudine, in terram ad austrum sitam *r* et in vicinos ibi montes abiens disparuit. Istius pastoris Danielis fratrem Euthymium allocutus pater : *Scito, domne Euthymi, quia rex te quaesiturus est; esto paratus.* Post autem quintam diem defunctus est. r

S. Danielem de Thaso a daemonio liberat,

32. Cum inde rediret ad solitudinem cum memorato Daniele per excelsissimos montes, locum cavernis refertum et solitarium prorsus nactus, inspiratio ipsi divina supervenit ut per aliquot dies ibidem eremiticam vitam degeret. Quare in uno ex specubus qui hic erant, ab incolis cognominato Toparcha, propter multitudinem daemonum qui illum replebant et nocebant praetereuntibus, per quadraginta ibi cum demoratus esset dies, Danieli, qui in alio proximo loco versabatur apparuit ingentis magnitudinis, niger, aspectu horridus, malorum spirituum princeps daemon, impudenterque in eum progressus est. E Quem, cum prope factus esset, valide pedibus teneret et iste dixisset : *Sancta Dei Genetrix, succurre mihi,* cum magno clamore cadit in terram inimicus iste, validissimum revera sonitum et fragorem emittendo, at simul sancti patris nostri Ioannicii ita feriendo latus ut dolorem ipsi et vocis ablationem per septem dies infligeret; sed gratia Christi sanatus beatus ad suum apud Trichalicem monasterium cum Daniele proficiscitur. Cum resideret ibi et solitarius degeret, in Agaurorum coenobium Sancti Cosmae eruca incidens holera a monachis exculta devastabat; qui per venerandum Eustratium sanctum rogaverunt supplices ut eam inde fugaret. Ille autem : *Eamus,* inquit, *ut ipse hortum videam.* Et summo mane cum abisset et in medio stetisset, visa est statim, divina potestate, turmatim eruca fugere et extra claustra horti exagitata non iam ingressa ad holera intus vastanda. Volens hegumenus Agaurorum Gregorius propter aliquam necessitatem ad regiam urbem ire, cum illud sancto manifestasset, descendit qui ipsi bene apprecaretur et benediceret humilis et divinae mentis vir aitque illi : *Aestatis hora instat, pater, iam albescit messis et rex unum e nobis vocabit cito.* F Hegumenus dicto non attendens urbem petiit, sed cum post undecim dies mortuus esset pastorale munus transit ad eius consobrinum et deinde ad venerandum Eustratium *s*. s

plurimorum mortem praedicit,

33. Isaacius quidam, curator unius inter suburbii circa urbem regiam celebria monasteria, monialium domus vocatae Clubii, cum duobus Agaurinis monachis, Dositheo et Eustratio, profectus ad sanctum, post orationem et colloquium spirituale haec a patre audit dicente : *Non recte agis, domne Isaaci, utpote qui cum constitueris Domino monasticam agere vitam, permanes in cogitatione tantum. Melius est enim non vovere, quam vovere et non reddere.* Illo sibi vim fieri et se retineri a domina sua obiciente, ait pater : *Cum opus sit Dositheum et Eustratium istos monachos Constantinopolim*

[10] συντριψάμενος 1. — [11] ζητῆ 2.
32. — [1] ἐπερχόμενον 4. — [2] ἐκεῖσε 2. — [3] *om.* 3, 4. — [4] πλησίῳ 4. — [5] δυσερδής, *correctum ex* δυσώδης 1. — [6] *om.* 2, 3. — [7] *om.* 3. — [8] *om.* 4. — [9] (τῷ-αὐτοῦ) *om.* 4. — [10] τόπον 4. — [11] χάμπων 3, χαμπή 4. — [12] αὐτῷ 3, 4. — [13] *om.* 4. — [14] *om.* 3.
33. — [1] Κλουχίου 4. — [2] Δοσιθέου, Εὐστρατίου *omnes codd.* — [3] ἐμμενόν 3. — [4] (Διὰ-Εὐστρατίου) *om.* 4.

VIT τῶνδε τῶν μοναχῶν πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν συνεισιόντων σοι, δηλώσω σου τῇ δεσποίνῃ καὶ ἀπολύει σε, πρὶν ἤ σε καταλάβοι [5] τὸ τέλος. Ὅθεν κατηχήσας αὐτόν, σφραγίσας τε καὶ εὐξάμενος σὺν τοῖς προγεγραμμένοις μοναχοῖς ἐξαπέστειλεν. Τῶν οὖν μοναχῶν σὺν Ἰσαακίῳ τὴν πόλιν καταλαβόντων, καὶ τῇ κυρίᾳ αὐτοῦ κατὰ τὴν κέλευσιν [6] τοῦ πατρὸς προσειπόντων, λίαν ἐκείνη διεταράχθη τῷ πνεύματι· ἦν γὰρ εὔχρηστος αὐτῇ ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν καὶ διεγηγερμένην διοίκησιν. Εἰρηκότων δὲ αὐτῇ μετὰ ταῦτα ὡς καὶ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὸν καιρὸν ἐγγίζειν ὁ πατὴρ προεφήτευσε, πρὸς τὴν αἴτησιν παρευθὺ ἐπεκάμφθη. Ὑπὸ δείνων [7] δὲ καὶ φθορέων [8] ἀνδρῶν ὕστερον παροδηγηθεῖσα ἀγνοεῖν τινα ὅλως καὶ τῶν ἁγίων τόν τινος θάνατον ἢ τὸν οἰκεῖον φησάντων πρὸς τὴν τοῦ Ἰσαακίου πάλιν ἀναχαιτίζει ἀπόλυσιν καὶ ἐπὶ [9] ἓν αὐτὸν [10] ἀποστέλλει τῶν προαστείων. Ἐν ᾧ νοσήσας ὁ Ἰσαάκιος ὑπὸ μοναχοῦ τινος εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ οἰκονομικῶς ἐλθόντος ἀποχαρεὶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μεθίσταται τοῦδε τοῦ βίου [11] κατὰ τὴν πρόρρησιν τοῦ σεβασμίου [12] πατρὸς καὶ τῆς παρούσης ζωῆς ἀπολύεται. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς αὐτῆς εὐλαβοῦς ἡγουμένης
B τοῦ Κλουβίου [13] σὺν θυγατρὶ μοναζούσῃ πρὸς τὸν ὅσιον ἀνελθούσης καὶ ὑπ' αὐτοῦ εὐλογηθείσης, ἀποκαλυφθεὶς ὁ πατὴρ διὰ Πνεύματος θείου τὴν ταχινὴν τῆς γραὸς τελευτὴν καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῆς θυγατρός, λαβὼν ῥάβδον ποιμνιαρχίας ὡς σύμβολον τῇ θυγατρὶ δίδωσι παρελθὼν τὴν μητέρα. Ἡ δὲ δηχθεῖσα στερρῶς καὶ τῇ λύπῃ καταβληθεῖσα· Ἔδει, πάτερ, φησίν, ἐμοὶ τῇ ἀδυνάτῳ γραῒ μᾶλλον εἰς ὑποστήριξιν ῥάβδον δοθῆναι ἢ τῇ νέᾳ θυγατρί μου καὶ ἀκμαζούσῃ. Ὁ δὲ ὅσιός φησιν αὐτῇ [14]· Καλῶς λέγεις, ὦ μῆτερ, ἀλλ', ὡς ὁ Κύριος ἠθέλησε, γέγονε καὶ ᾗ ἡτοίμαστο δέδοται. Περίλυπος δὲ κατελθοῦσα ἐκεῖθεν οὐ τοῖς τυχοῦσιν ὅρκοις τὸν θεῖον Εὐστράτιον ἐκμειλίσσεται [15] ἐρωτῶσα· Τίνος χάριν, εἰπέ μοι, πάτερ, τῇ μὲν θυγατρί μου δέδωκεν ὁ ὅσιος ῥάβδον, ἐμὲ δὲ παρελογίσατο; Ὁ δὲ λέγει αὐτῇ· Τοῦ τέλους σου ἴσως, κυρία, ταχεῖαν τὴν ἐπιστασίαν αἰσθόμενος [16] καὶ τὴν μετὰ σὲ πρὸς τὴν θυγατέρα σου τῆς ποιμνιαρχίας [17] μετάβασιν προδεικνύων σοι ὁ δίκαιος πέπραχεν τοῦτο. Ἡ δὲ τοῦτο ἀκούσασα σύμφοβος γενομένη καὶ σύντρομος μετ' ὀλίγας ἡμέρας νοσήσασα, καὶ πρὸς τὸν Θεόν, κατὰ τὴν πρόορασιν τοῦ πατρός, ἐκδημήσασα τὴν αὐτῆς θυγατέρα τιμίαν διάδοχον τῆς ἡγεμονίας αὐτῆς
C ἀξίως καταλέλοιπε.

34. Γνώριμος οὖν ἐκεῖσε πολλοῖς καὶ ἐν παντὶ ταῖς θεοσημείαις ὁ ὅσιος γενόμενος περιβόητος τῇ ἐπιρροίᾳ τῶν ὄχλων πάνυ ἐθλίβετο τραχυνόμενος. Ὅθεν βουλεύεται αὐτόθεν ὑποχωρῆσαι, καὶ πρὸς τὴν κατὰ Κόρακος Κεφαλὴν ἐρημίαν χωρῆσαι δυσανάβατον οὖσαν καὶ ὑψηλήν, ἔνθα τὴν παρὰ τῶν ἁγίων πάλαι δύο γερόντων ὑπεδέξατο χρησμῳδίαν. Διὸ παραλαβὼν τὸν Εὐστράτιον ὀρειβατῶν ὥδευεν ὁ θεόληπτος. Ὡς δὲ πλησίον Μεριλουκώμεως γέγονεν, λέγει· Μέλλομεν καταλαμβάνειν, Εὐστράτιε, μετ' ὀλίγον νεμομένην ποίμνην προβάτων, κύνας φοβεροὺς ἐπισυρομένην, καὶ ὅρα μὴ πτοηθῇς τῇ ὁρμῇ αὐτῶν. Προβάντες δὲ ἐκεῖθεν μικρὸν τὸ τῶν προβάτων ποίμνιον νεμόμενον κατειλήφασιν, τούς τε κύνας ἐκείνους κυκλοτερῶς αὐτοῦ [1] περιθέοντας [2]. Οἳ καὶ ἰδόντες μακρόθεν ἠλάλαζον κατατρέχοντες, ἀλλ' ὡς πλησίον ἤδη τοῦ πατρὸς γεγόνασιν ἡσυχάσαντες, ὥσπερ λογικῆς οὐκ ἀμοιροῦντες αἰσθήσεως, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ προσέπιπτον ὑποσαίνοντες [3], ἀφ' ἧς

tinopolim abire tecum, significabo dominae tuae ut D
dimittat te antequam abripiaris morte. Deinde instructum illum, signatum signo crucis et benedictione donatum cum dictis monachis remittit. Cum monachi simul cum Isaacio urbem petiissent et eius dominae, iuxta mandatum Patris, omnia renuntiassent, valde turbata est haec mente. Erat quippe utilis illi vir iste ad res eius dirigendas et expedite administrandas. Sed adicientibus illis postea patrem prophetasse mortis eius instare tempus, tandem ad petitionem inclinata est. Attamen a malis et perditis viris postea seducta, utpote qui minime quemquam, etiam sanctum, cuiusquam mortem, neque etiam suam propriam scire dicerent, iterum ab Isaacio dimittendo destitit eumque in unum ex suburbiis mittit. In quo cum aegrotasset Isaacius, a quodam monacho qui ad eum invisendum, rei administrandae causa, venerat tonsuram accipiens, tertia die migrat ex hac vita, secundum praedictionem venerandi patris, et ex praesenti vita dimittitur. Postea, cum ipsa reverenda hegumena Clubii cum filia sua item moniali ad sanctum venisset et ab ipso benedictionem accepisset, revelata patri per Spiritum divi- E
num instanti vetulae morte et filiae praefectura, sumens baculum pastoralem tamquam symbolum tradit filiae, matre neglecta. Quae vero valde compuncta et maerore perculsa : *Oportebat,* ait, *pater, mihi imbecilli vetulae in adiutorium baculum dari potius quam iuveni meae filiae aetate florenti.* Sanctus autem ait illi : *Recte dicis, mater; sed, prout Deus vult, factum est et cui paratum est, datum est.* Tristis valde cum inde abisset, instantibus adiurationibus divum Eustratium demulcet interrogans: *Quare, dic mihi, pater, filiae meae tradidit sanctus baculum, me autem aspernatus est?* Qui respondit ipsi : *Mortis tuae forsitan, domina, promptam instantiam cum noverit et filiae tibi succedentis praefecturae mutationem ut praemonstraret tibi iustus ita egit.* Ista haec audiens, timida prorsus et tremens facta, post aliquot dies in morbum incidens et ad Deum, secundum patris praevisionem demigrans, suam filiam venerandam dignam quae in munere succederet reliquit.

F

34. Notus ergo exinde plurimis et ubique his prodigiis sanctus factus celebris, concursu turbarum valde pressus retardabatur. Inde consilium init hinc discedere et in solitudinem dictam ad Corvi Caput abire, imperviam prorsus et excelsam, ubi iam olim a duobus sanctis senibus oraculum acceperat *t.* Igitur assumpto secum Eustratio, per montes incedens iter fecit Dei servus. Cum prope Merilucomos venit, ait : *Occurremus mox, Eustrati, gregi pascenti ovium quae canes formidolosos secum trahit; vide ne terrearis eorum impetu.* Inde progressi paululum ovium gregem pascentem offendunt, canesque istos in circulo currentes. Qui videntes a longe ulularunt accurrentes ; at cum prope patrem facti sunt tranquillos se habent, quasi rationali sensu non carerent, et ad pedes eius procidunt mulcentes eum, et ex quo sancta vestigia senserunt usque in finem mansueti valde remanserunt. Tunc vero pater : *Voca,* inquit, *pastores,*

feros canes mansuefacit.

t

[5] καταλάβῃ 4. — [6] ἔλευσιν 4. — [7] (δείνων δὲ καὶ) *om.* 3, 4. — [8] δέ *add.* 4. — [9] *om.* 2. — [10] αὐτῶν 2, 3, 4. — [11] (τοῦδε τοῦ βίου) *om.* 4. — [12] *om.* 3. — [13] Κουβουκλίου 1. — [14] (ὅσιός φησιν αὐτῇ) 3, 4. — [15] ἐκλίσσεται 4. — [16] αἰθόμενος 1. — [17] ποιμναρχίας 1.

34. — [1] αὐτούς 3. — [2] περιθέντας 2. — [3] σαίνοντες 2.

VITA

A ἧς τῶν ἁγίων χρώτων περιοσφρανθέντες εἰς τελείαν ὄντως κατέληξαν ἡμερότητα. Ὁ οὖν πατήρ· Κάλεσον, λέγει, τοὺς ποιμένας, Εὐστράτιε, ὅπως ἡμῖν τὴν ἐπὶ Τράπεζαν ὁδὸν ἀπάγουσαν [4] ὑποδείξωσιν. Ὁ δέ φησι· Καὶ πῶς αὐτούς, πάτερ, ἀνωνύμως καλέσω; Καὶ εἶπεν ὁ πατήρ [5]· Θεοφύλακτον κάλεσον πρῶτον, εἶθ' οὕτως Χριστοφόρον τὸν σὺν αὐτῷ. Φωνήσαντος δὲ [6] ὅ τε Θεοφύλακτος καὶ Χριστοφόρος συμφώνως ἀποκριθέντες [7] παραγεγόνασι πρὸς αὐτούς. Εἰρηκότος δὲ αὐτοῖς τοῦ δικαίου· Τὴν ἐπὶ Τράπεζαν ὁδὸν ἡμῖν δείξατε, ὦ Χριστοφόρε καὶ Θεοφύλακτε, λέγουσι· Δύο ὄντων ἡμῶν, τίμιε πάτερ, τοῦ μὲν ποιμαίνοντος [8] τὴν ποίμνην, τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἑνὸς προβάτου ἀπολωλότος πορευσομένου [9] ἀνεύρεσιν, πῶς γενήσεται τοῦτο; Ὁ δὲ ὅσιος τῷ ἑνὶ αὐτῶν ἔφη· Ἐλθὲ μόνον, τέκνον, ἐπὶ μικρὸν ὁδήγησον ἡμᾶς, καὶ ἐν ταύτῳ τὸ ἀπολωλὸς εὑρήσας σεσωσμένον [10] ἐπαναστρέψεις. Ὁ δὲ πληροφορηθεὶς ἐν [11] τοῖς ῥήμασι τοῦ πατρὸς ὡς συνοδοιπορῶν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν ὑπεδείκνυεν, τὸ πρόβατον ἐκεῖνο σὺν τῷ ἀρνίῳ κατείληφεν, εὐχῆς καὶ χαρᾶς πλήρης πρὸς τὸν συννομέα ἐπανακάμψας. Προβαινόντων δὲ αὐτῶν τῇ ὁδῷ [12] κατ' ὀλίγον, φησὶ τῷ Εὐστρατίῳ ὁ ἔνθεος·
B Ὁδοιπόροι τινές, ἀδελφέ, πρὸ προσώπου συναντᾶν ἡμῖν μέλλουσιν· οἷς οὐ βούλομαι ὅλως ὀφθῆναι, διό μοι προπορεύου συνεπομένῳ. Ὡς δὲ ἤδη συνήντησαν ἀλλήλοις καὶ τὸ « Εὐλόγησον, πάτερ », πρὸς τὸν Εὐστράτιον ἔφησαν, καὶ « Ποίας εἶ μονῆς » ἐπηρώτησαν, λέγουσι· Πῶς ἐν ἀβάτοις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἀδιεξοδεύτοις ὄρεσι διοδεύεις, θηρῶν ἢ λῃστῶν οὐχ ὑφορώμενος ἐπανάστασιν; Ὁ δὲ Εὐστράτιός φησιν· Ὁ τὸν Θεὸν ἔχων μόνος οὐκ ὢν πάντων βλαπτόντων ὑπερανίσταται, ἐν παντὶ διαμένων ἀπτόητος. Ταῦτα συνομιλούντων αὐτῶν, πλησίον τοῦ Εὐστρατίου ὁ πατὴρ ἵστατο [13] μηδ' ὅλως καθορώμενος ὑπ' αὐτῶν. Διακριθέντων δὲ ἀπ' ἀλλήλων, τὸν τῆς οἰκήσεως ὄγκον περιαίρων εὐθὺς πρὸς τὸν Εὐστράτιον ἔφησεν· Ἡ εὐχή σου σκηνῆς δίκην, ἀδελφέ, γενομένη περὶ ἐμὲ ἀπέκρυψέ με, ὥσπερ ἐπόθουν, τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

pastores, Eustrati, ut nobis viam quae Trapezam ducit ostendant. Qui ait : *Quomodo illos, Pater, nomina ignorans, vocabo?* Dixit Pater : *Theophylactum voca primo, deinde Christophorum qui cum eo est.* Cum autem clamasset, Theophylactus et Christophorus una voce respondentes advenerunt. Dicente autem sancto : *Viam quae Trapezam ducit, nobis ostendite, o Christophore et Theophylacte,* responderunt : *Duo cum simus tantum nos, venerande pater, altero pascente gregem, alteroque ad unam ovem deperditam profecturo inveniendam, quomodo fiet istud?* Sanctus vero alteri eorum ait : *Vade tamen, fili, et pusillum duc nos in via, et in hoc ipso perditam invenies salvamque et incolumem reduces.* Qui vero persuasus verbis patris, dum cum illis iter faciens viam ostendit, ovem illum cum agno invenit et gratus laetusque ad socium rediit pastorem. Progressis illis aliquentulum in itinere, ait Eustratio divus vir : *Viatores quidam, frater, in faciem nobis occursuri sunt, a quibus nullo modo videri volo. Propterea praecede me subsequentem.* Cum vero sibi invicem occurrissent et Eustratio : *Benedic, pater,* dixissent, et *cuius es monasterii?* interrogassent, dixerunt : E
Quomodo in imperviis ut plurimum et impenetrabilibus montibus viam agis, ferarum furiumve non timens incursionem? Eustratius vero ait : *Qui Deum habet secum, solus non est, nec ab ullo nocente superatur, sed in omnibus impavidus remanet.* Haec illis conversantibus prope Eustratium constitit pater, prorsus istis invisibilis. Cum ab invicem separassent se, velaminis speciem statim auferens, Eustratio ait : *Oratio tua, tabernaculi instar, frater, facta circa me, celavit me, ut cupiebam, oculis eorum.*

ANNOTATA.

a *Suscepit imperium Michael anno 820 ad finem vergente, et eodem tempore Theophilum filium, quem ex Euphrosina habuerat, augustali corona donavit in magna ecclesia, ut refert Cedrenus, P. G., tom. CIX, p. 682 :* ἐπὶ τούτοις στέφει Μιχαὴλ Θεόφιλον τὸν ἐξ Εὐφροσύνης υἱὸν αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. *Proin annus quintus istorum imperatorum est annus Christi 825.*

C b *Strages exercitus Nicephori a Bulgaris devicti accidit, ut supra vidimus p. 346, anno Christi 811.* F
Proin in eundem annum 825 recidunt annus quintus Michaelis Amoriensis regnantis et annus decimus quartus a clade Nicephori.

c *Hoc* Ioannicii *praeclare gestum memorat Baronius,* Annalium, *tom. IX, p. 905, ad annum 825.*

d *In Thraciam ergo profectus est* S. Ioannicius. *Proin, non tantum agitur de Thracesiorum themate. quod erat in Asia minori, sed de Thracia Europaea, ubi iam tunc temporis pedem figerant Bulgari.*

e *Cfr. IV Reg., VI, 18.*

f Βιθυνίας κολπός *est angustissimus sinus in Propontide apud Nicomediam; vocatur etiam* sinus Nicomedicus.

g *Quis fuerit ille Eustathius monachus reclusus, ex nullo documento coaevo comperire est. Sed novimus ex Michaele, auctore Vitae S. Nicolai Studitae, fuisse revera hoc tempore quo scribebat Sabas et quo florebat Nicolaus Studita, id est versus annum 858,* καταγώγιον *seu* μήτατον, *scilicet villam pertinentem ad monasterium Studii et in quo monachi quieti vacabant. Cfr. notam 30 Combefisii ad Vitam S. Nicolai Studitae in P. G.; tom. CV, p. 907. Notus est quidam Isaias reclusus, Nicomediae hisce temporibus degens, ex* Orat. hist. in festum restitutionis imaginum *quam edidit Combefisius,* Auct. Bibl. Patr. *tom. II, p. 743. Cfr. supra, p. 330. Iam actum est in opere nostro, Iulii tom. I, p. 289-90, de alio quodam ex captivis Bulgarorum, nempe Petro patricio. Quem refert Basilii menologium ereptum a S. Iohanne theologo, posteaque monachum factum apud* S. Ioannicium *in monte Olympo. Unde potest exoriri dubitatio utrum Petrus patricius et Eustathius monachus non eiusdem miraculosae liberationis participes fuerint effecti, quam, propter nominum similitudinem, menologium S. Iohanni, Sabas vero monachus* S. Ioannicio *adscripsit.*

[4] εἰπάγουσαν 4. — [5] (ὁ πατ.) *om.* 4. — [6] μου *add.* 3. — [7] ἀποκριθέντος 4. — [8] ποιμανοῦντος 3, 4. — [9] πορευσμένου 1, πορευσομένους 3. — [10] καί *add.* 3. — [11] ἐπί 3. — [12] τὴν ὁδόν 3. — [13] (ἵστατο-ὑπ' αὐτῶν) ὑπ' αὐτῶν μὴ καθορώμενος ἵστατο 3, 4.

h Πραινέτος.

VITA

h Πραινέτος, *etiam* Πρένετος, *vel* Πρόνετος *et in tabula Peutingeriana* Pronetios, *quin et* Πρόνεκτος *apud* D *Stephanum Byzantinum. Huius loci situm optime definit Socrates,* Hist. ecclesiast., *lib. VI, cap. XVI, P. G., tom. LXVII, p. 714, cum vocat illum* ἐμπόριον δὲ τοῦτο καταντικρὺ τῆς Νικομηδείας κείμενον, emporium ex adverso Nicomediae situm. *Celebris est locus quia huc diverterunt SS. Iohannes Chrysostomus et Nicolaus Studita. Cfr. Sozomenum,* Hist. eccl., *lib. VIII, cap. XVIII, P. G., tom. LXVII, p. 1563 et Michaelem Studitam, P. G., tom. CV, p. 907. Eodem appulisse ferunt Constantinum Porphyrogenetum monachos Olympicos visitaturum, cuius iter ita describit Theophanis continuator ut referat imperatorem e Bithynorum finibus profectum inde Nicaeam applicuisse. P. G., tom. CIX, p. 482. Cfr. Ramsay,* The Hist. Geogr. of Asia Minor, *p. 188. Tomaschek,* Zur historischen Topographie von Kleinasien in Mittelalter, *p. 9.*

i *De vico* Tsulli *non recurrit alibi mentio.*

k *De monasterio* Allarium Heliae *cfr. Comment. praev. p. 324. Huius monasterii situm clare describit titulus typici quod loc. cit. diximus asservari in bibliotheca Patmiaca.* Τυπικὸν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Ἡλίου Βωμῶν, ἤτοι τῶν Ἐλεγμῶν, τῆς διακειμένης μὲν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἀνατολῆς, ἐν τῷ θέματι Ὀψικίου, ὑπὸ τὴν ἐνορίαν τοῦ Καταβολίου, κ. τ. λ. *Sakkelion,* Πατμιακὴ Βιβλιοθηκή, *p. 136. Auctor noster, sicut et Petrus num. 37, pro* τῶν Ἡλίου βωμῶν *scribit* Ἐλαιοβωμῶν; *recensio autem Metaphrastica recte scribit* τῶν τοῦ Ἡλίου βωμῶν, *P. G., tom. CXVI, p. 69, num. XXXIV.*

l *Non videtur aliunde notus iste metropolitanus Nicaeae, certe Le Quien ex solis Actis* S. Ioannicii *eiusdem notitiam hausit. Cfr.* Oriens christianus, *tom. I, p. 645. Non diu obtinuit sedem, quoniam vidimus Petrum anno 824 hanc ecclesiam regentem, et hic anno circiter 827 mortuus denuntiatur. Addit Le Quien se non posse, nec id clare significabat auctor Vitae apud Surium vulgatae, statuere utrum Inger tandem haeresim deposuerit. Revera id paulo obscurius narrat Metaphrasticus scriptor, sed Sabas explicite docet eum non paruisse monitis* S. Ioannicii.

B m Hisce autem diebus, *id est, quantum ex chronotaxi conicere licet, anno 826 vel 827.* E

n Sigriana est regio montuosa prope Cyzicum in Asia Minori ad Propontidis littora ab Olympena Rhyndaco flumine divisa. *Ita maiores nostri in* Act. SS., *Martii tom. II, p. 213. Cfr. Ramsay, op. cit., p. 162; Tomaschek, op. cit., p. 14.*

o *De S. Theophane, chronographo, qui obiit circa annum 820 et colitur die XII martii, cfr.* Act. SS., *Martii tom. II, pp. 213 sqq.*

p *In Sigriana erant non pauca monasteria, scilicet* Polychronium, Parvus Ager, et Magnus Ager, *cui praeerat Theophanes, quodque etiam vocatur* Ager *nomine pristino quo vocabatur locus cum in eo monasterium suum exstruxit Theophanes.*

r *Haec insula non est insula Thasos, quae iacet in mari Aegeo prope Samothraciam, sed quaedam insula sita in ipso lacu Apolloniadis. Re quidem vera novit Ricardus Pockocke* (Voyages, *tom. V, p. 292) parvam insulam ad partem borealem lacus, quam vocat* Abellionte. *De monasterio ibidem aedificato et eius hegumeno Daniele est etiam mentio facta in menaeis, quae huius sancti viri memoriam agunt die XII septembris. Neque antecessores nostri* (Act. SS., *Sept., tom. IV, p. 2), nec cl. v. Iohannes Martinovius* (Ann. eccl. gr.-slav., *p. 222) aliud quid de S. Daniele in Thasio praeter solum nomen tradiderant. Personam et locum quo vixit, atque tempus quo floruit elucidant, aliquatenus saltem, pretiosa inde iterum magis magisque Acta nostra* S. Ioannicii.

s *Consobrinus Gregorii non videtur diu rexisse monasterium Agaurorum; nam infra num 36 dicetur sub Theophilo imperatore (829-842) Antonius quidam deturbasse Eustratium hegumenum. Iam vero in loco praesenti series vitae* S. Ioannicii *deducta videtur ad annum 828.*

t *Cfr. supra cap. III, num. 9, p. 340.*

C CAPUT NONUM. F

Continuatur narratio miraculorum et praedictionum S. Ioannicii.

35. Ὡς δὲ τῆς [1] Ἀντιδίου ὀνομαζομένης μονῆς κατέλαβεν ὄρεσιν, ἐν τόποις τραχυτέροις κελλίον μικρὸν οἰκοδομήσας, ἡσύχασεν, λαθεῖν αὐτόθι [2] τοὺς πολλοὺς λογισάμενος. Ἀλλ᾽ οὐ κρύπτεται εἰς τέλος, κατὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἡ θεοκατοίκητος πόλις ἐπάνω ὄρους τῶν ἀρετῶν κειμένη. Γυνὴ γάρ τις τοῦ πατρικίου καὶ μαγίστρου Στεφάνου ἐκ περιεργίας τῶν θεραπαινίδων αὐτῆς φαρμαχθεῖσα καὶ τὰς φρένας βλαβεῖσα τοῦ πλούτου τὸ πλεῖστον εἰς ἰατροὺς ἀνωφελῶς ἀναλώσασα πρὸς τοῦτον καταλαμβάνει τὸν δίκαιον, ὑπὸ τῶν συγγενῶν αὐτῆς ἀγομένη καὶ τῶν ἰδίων. Ἥνπερ θεασάμενος ὁ πατὴρ οἰκτειρήσας καὶ ἐπευξάμενος καὶ τῷ τοῦ σταυροῦ τύπῳ σφραγίσας, ὑγιῆ ἀπέστειλεν εἰς τὰ ἴδια, παραγγείλας μὴ ποιήσασθαι αὐτὴν ζήτησιν τῶν βλαψάντων, ἀλλ᾽ ἀφεῖναι χριστομιμήτως τοῖς φονευταῖς κατὰ πρόθεσιν. Στέφανος δὲ μοναχὸς πάνυ εὐλαβὴς καὶ ἐνάρετος,

35. Cum Antidii monasterii montes petiisset, in locis angustioribus cella parva aedificata, solitarius vixit, se latere ibidem plerosque sperans. Sed non absconditur in finem, secundum Christi verbum *a*, illa quam Deum inhabitat civitas, supra montem virtutum posita. Uxor enim patricii et magistri Stephani *b* per malignitatem famularum suarum veneno infecta et vesana facta, cum divitiarum maximam partem medicis inutiliter impendisset, illum adit iustum a parentibus suis adducta et amicis. Illam intuitus pater, misericordia motus, cum orasset pro ea et signo crucis signasset, remisit sanatam ad propria, commendans ipsi ne iam inquireret in illos qui nocuerant ipsi, sed dimitteret, Christum imitata, illis qui voluerant ipsam occidere. Stephanus monachus, pientissimus et virtutibus plenus, ducis Olbiani *c* notarius factus,

S. Ioannicius *plures sanat aegrotos,*

a

b

c

35. — [1] τοῖς 4. — [2] αὐτόθεν 1.

VITA

A τος, τοῦ στρατηγοῦ Ὀλβιάνου νοτάριος γεγονώς, συχνῶς πρὸς τὸν πατέρα ἀνήρχετο τὰς κατ' αὐτὸν ἐξαγορεύσεις ποιούμενος, καὶ [3] αὐτοῦ τοῖς κανόσι κανονιζόμενος. Ὧ καὶ ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ὁ πατὴρ λέγει· Γρηγορεῖν ὀφείλομεν ἀεί, τέκνον Στέφανε, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐκ οἴδαμεν ὁ Κύριος ἡμῶν ἔρχεται, καὶ ἄλλος ἄλλου προκαταλαμβάνει προσλαμβανόμενος. Διὸ εὐτρεπὴς ἔσο καὶ ἕτοιμος· ὁ γὰρ βασιλεὺς καὶ Θεὸς προσκαλεῖταί σε, καὶ μεταναστεύσει σε [4] ἀπὸ τοῦ σώματος τάχιον. Ὁ δὲ εὐχὴν κομισάμενος καὶ ἀπολυθείς, μεθ' ἡμέραν ὀγδόην ἐκδημεῖ [5] ἀπὸ κόσμου, καὶ ἐνδημεῖ πρὸς Κύριον, ἰάσεις πολλῶν [6] ἐνεργῶν ὁσήμεραι τῇ ἁφῇ τῶν λειψάνων. Καὶ ἕτερος μοναχὸς Θωμᾶς καλούμενος, μετὰ Εὐθυμίου ἡγουμένου, υἱοῦ γενομένου πατρικίου τε καὶ μαγίστρου, εὐχῆς χάριν, αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα συνελθὼν μετὰ πλείστην ψυχωφελῆ διάλεξιν καὶ τοῦ θανάτου μνήμην ἀκούει, τοῦ πατρὸς πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφέντος καὶ λέγοντος· Ὁ βίος βραχὺς τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀδελφὲ Θωμᾶ, ὡς ὄναρ παριππεύων [7]. Τὸ φορτίον δὲ τῶν κακιῶν ἡμῶν ἢ τῶν ἀρετῶν καθ' ἑκάστην περιδεσμούμενον αὔξεται καὶ πρόσεχε σεαυτῷ ὅτι καὶ [8] συντόμως μεθίστασαι [9]. Ταῦτα ἀκούσας καὶ τὰ
B τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ὁ Θωμᾶς φροντίσας ἐπιμελέστερον, μετὰ πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν τὸν πρὸς ζωὴν ὑπνώσας ὕπνον ἐν εἰρήνῃ κοιμᾶται.

36. Τῆς οὖν αἱρέσεως ἔτι [1] ἐπικρατούσης καὶ [2] διωγμῶν ἐπ' ἀλλήλων ἐνεργουμένων τοῖς τοῦ [3] Χριστοῦ εἰκόνος προσκυνηταῖς ὑπὸ Θεοφίλου τοῦ βασιλέως τοὺς πλείστους τῶν ἀρχιερέων καὶ ἡγουμένων τῆς αἱρετικῆς τότε λύμης ἀποδιδράσκοντας τῶν οἰκείων ἀπανίστασθαι θρόνων καὶ ξένους καὶ πένητας καὶ ὀρειβάτους [4] ἀποκαθίστασθαι, συνέβη καὶ τὸν τῆς Ἀγαύρων μονῆς ποιμένα Εὐστράτιον ἐξελθόντα ἀπὸ τόπου εἰς τόπον διὰ Χριστὸν περιάγεσθαι, Ἀντώνιον δέ τινα τῆς αὐτῆς μονῆς τοῖς αἱρετικοῖς συμφρονήσαντα ὑπὸ τῶν τῆς αἱρέσεως ἐξάρχων τὴν τῆς μονῆς ἐκείνης ἡγεμονίαν καὶ ἐπικράτειαν πιστευθῆναι. Ὃς [5] διαφόρως δηλωθεὶς καὶ νουθετηθεὶς καὶ τρίτον κανονισθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρός, τῆς αἱρετικῆς οὐ διΐστατο λύμης. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τέταρτον ἀνῄει κανονισθῆναι τῷ ἔτι παρακαλῶν καὶ διόρθωσιν τὴν ὄντως ἐπαγγελλόμενος. Ὁ δὲ πατὴρ [6] φησιν· Ἐπειδὴ πολλάκις σε, ὦ Ἀντώνιε, ἐλθόντα τὸ κατὰ δύναμιν ἐβοήθησα, χεῖρα δοὺς καὶ συναγωνισάμενός σοι, αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀστατεῖς [7], τὸ τέλος σου γνῶθι πέφθακεν καὶ
C τεσσαρακονθήμερον μόνον χρόνον ὀφείλεις ἐν σκληρᾷ παιδείᾳ μέλλων διέρχεσθαι καὶ αὐτόν, ἀλλ' ὑπενεγκὼν μετὰ χαρᾶς τοῦτον [8] σωθήσῃ. Ὁ δέ· Δι' εὐχῶν σου τιμίων, εἰρηκώς, ὑπομένω, τίμιε πάτερ, τὸ ἥμισυ μέρος εὐθὺς τοῦ σώματος μετὰ ἄλγους πληγεὶς [9] ὑπὸ τῶν εὑρεθέντων ὡς νεκρὸς ἤρθη, καὶ μετὰ τεσσαρακοστὴν ἡμέραν κεκοίμηται.

37. Ἀνὴρ δέ τις εὐσεβής, τῇ ἀξίᾳ ὑπατικός, Κωνσταντῖνος τῇ κλήσει, πιστῶς καὶ συχνῶς ἀνήρχετο πρὸς τὸν ὅσιον. Ὅστις ἐν μιᾷ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁδὸν ποιούμενος, τοῦ κτήνους αὐτοῦ πρὸς ποταμὸν ὀλισθήσαντος, τῶν ἐφοδίων βραχέντων, κατὰ κεφαλῆς ἔτυψεν τὸν τὴν διακονίαν ἐκείνου ἐγκεχειρισμένον ἄνθρωπον. Ὃν καὶ καταλαβόντα μετὰ τὸ τῆς εὐχῆς τέλος φησιν ὁ πατήρ· Ὄντως, κύρι ὕπατε, οὐ καλῶς ἐποίησας ὅτι, τοῦ κτήνους ἐν τῷ ποταμῷ ὀλισθήσαντος, κατὰ κεφαλῆς ἔτυψάς σου τὸν ὑπηρέτην· ὅταν [1] πρὸς ταπεινοὺς καὶ ἁμαρτωλοὺς ἔρχῃ, μὴ τύπτε τοὺς συνδούλους. Τούτων [2] ἀκούσας ἐξέστη

factus, frequenter ad patrem veniebat ut conscientiam suam manifestaret et consiliis eius dirigeretur. Cui quadam die pater ait : *Vigilare debemus semper, fili Stephane, quia qua hora nescimus Dominus noster venturus est, et alius alium praecedit raptus. Quare paratus esto et dispositus : rex enim et Deus noster vocabit te et migrare mox te faciet e corpore.* Ille autem, benedictione accepta, dimissus post dies octo exit e mundo et migrat ad Dominum, sanationes multas operatus quotidie per tactum reliquiarum *d*. Alius quoque monachus, Thomas nomine, cum Euthymio hegumeno, qui filius erat patricii atque magistri, cum ad patrem convenisset, benedictionis accipiendae gratia, post longam spiritualem conversationem etiam mortis mentionem audivit a patre in ipsum converso et dicente : *Vita brevis est in cursu nostro, frater Thoma, sicut somnium pertransiens. Verum sarcina malorum nostrorum sive virtutum quotidie colligata augetur : attende tibi quia cito mutaberis.* His auditis et quae ad animam pertinebant cum Thomas recogitasset diligentius, post diem quintam decimam ultimum vitae dormit somnum et quiescit in pace. E

d

36. Cum etiamtum praevaleret haeresis et vexationes aliae post alias furerent contra Christi imaginis adoratores ex parte Theophili imperatoris *e*, plurimi ex episcopis et hegumenis haereticam pestem fugerunt et sedibus relictis, hospites et pauperes et in montibus errantes deturbati sunt. Accidit ut et praesul Agaurini monasterii Eustratius eiectus de loco in locum propter Christum circumferretur, et ut Antonio *f* cuidam ex eodem monasterio haereticis consentienti ab haereseos fautoribus istius monasterii praefectura et dominium concrederetur. Qui vero saepius manifestatus et monitus atque ter a patre vituperatus, ab haeretica peste non destitit. Postea et quartum ascendit ad eum exprobrandum, ipsum denuo adhortatus rectamque viam denuntians. Ait enim pater : *Quoniam pluries te, o Antoni, venientem prout poteram adiuvi, manu praestita et disputans tecum, ipse autem adversus veritatem reniteris, finem tuum scito appropinquasse et quadraginta dierum tempus remanere tibi in dura disciplina transigendum; hoc autem si cum gaudio tuleris, salvaberis.* Qui cum dixisset : *Per preces tuas pretiosas, tolerabo, venerande pater,* in dimidia subito parte corporis dolore percussus, ab illis qui invenerunt eum tamquam mortuus sublatus est et post quadragesimum diem defunctus est. F

Antonium, Agaurinum hegumenum, convertit,

e

f

37. Vir quidam pius ex ordine consulari, Constantinus nomine, fideliter et frequenter adibat sanctum. Qui quodam die cum iter ad eum faceret, et iumentum eius in flumen delapsum esset, madefactis impedimentis, in capite verberavit virum, cui commissum erat eius regendi officium. Quem pater cum excepisset, oratione peracta, ait : *Revera, domne consul, non recte egisti, cum, iumento in fluvio delapso, in capite plexisti famulum tuum; quando ad humiles et peccatores venis, noli ferire conservos tuos.* Quae cum audivisset, statim miratus consul cogitatione perspicacitatem

balbo rectum usum linguae restituit,

[3] (καὶ-κανονιζόμενος) *om.* 4. — [4] (καὶ μετ. σε) *om.* 3. — [5] ἀδημεῖ 3. — [6] πολλάς 2, 3, 4. — [7] παριππεύον 2. — [8] *om.* 3. — [9] μεθίσταται 1, 3, 4.

36. — [1] *om.* 2. — [2] *om.* 3. — [3] τῆς 2, 3. — [4] ὀριβάτας 2, ὀρειβάτας 3. — [5] ὡς 2. — [6] *om.* 3, 4. — [7] ἀναστατεῖς 3, ἀνστατεῖς 4. — [8] τούτων 2. — [9] (εὐθὺς-πληγεὶς) τοῦ σώματος εὐθὺς πληγεὶς μετὰ ἄλγους 2.

37. — [1] δέ *add.* 3. — [2] τοῦτο 3, 4.

VITA

ἐξέστη παραχρῆμα ὁ ὕπατος τῇ διανοίᾳ, τὴν διόρασιν τοῦ πατρὸς ἐκθαμβούμενος καὶ βαλὼν μετάνοιαν συγχώρησιν ἐξῃτήσατο. Ἄλλοτε πάλιν ὁ αὐτὸς διά τινα χρείαν οἰκονομικῶς ἐκκοπεὶς [3] τοῦ μὴ ἀνελθεῖν [4], ὡς ἔθος εἶχε, πρὸς τὸν μακάριον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Νικηφόρον ἀντ' αὐτοῦ ἀποστέλλει σὺν εὐλογίαις τισὶν αἷς εὐπορεῖτο. Ὃν δεξάμενος καὶ εὐλογήσας ὁ ὅσιος, τὰ περὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἠρώτα. Ὁ δὲ ψελλίζων ἐτραύλιζεν ἄκρως, ὥσπερ παιδίον. Ὃ καὶ αἰσθόμενος ὁ ἀοίδιμος λέγει αὐτῷ· Τέλειος [5] ὑπάρχων τῇ ἡλικίᾳ ἔτι τὴν γλῶτταν ἀτελῆ περιφέρεις· οὐκ εὐδοκῶ τοῦτο ὑπάρχειν ἐν σοί, οὐδὲ βούλομαι· εἰπὲ ἄρφα. Ὁ δέ φησιν· ἄλφα. Δευτεροῖ τὸ αὐτὸ καὶ πάλιν φησὶν ἄλφα, καὶ λέγει· Πρότεινόν σου τὴν γλῶσσαν, ἔξω [6] θεάσομαι αὐτήν. Τοῦδε τὸ τάχος, ὡς προσετάγη, προτείναντός [7], φησιν ὁ πατήρ, ἀποβλέψας τῇ γλώσσῃ· Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ Θεὸς καὶ δημιουργός [8] σου, ὁ τὰ μογιλάλων [9] καὶ κωφῶν διαρρήξας δεσμὰ καὶ λάλον [10] γλῶσσαν τοῖς κατὰ φύσιν λογικοῖς ἀποδόμενος [11] πάλαι, ἐντέλλεταί σοι [12], καὶ νῦν δι' ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ λαλεῖν τὸ ῥῶ μὴ ψελλίζουσαν ἔτι, καὶ φησὶν τῷ ἀνθρώπῳ· Εἰπὲ ἄρφα, καὶ εὐθὺς εἶπεν ἄρφα. Ὡς δὲ
B ὀρθολέκτησεν τὸ ῥῶ τρανολογῶν ὁ νεώτερος, ἐξαίσιον θάμβος ἐπί τε αὐτὸν ἐκεῖνον καὶ τοὺς παρόντας ἐπέπεσεν ἐπὶ τῷ τῆς παραδοξοποιΐας ταύτης προβλήματι. Ὅθεν εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ καὶ τῷ ἁγίῳ ὁ ἄνθρωπος εἰς τὰ ἴδια αὐτοῦ ἐπορεύετο χαίρων.

38. Κατὰ τὸν καιρὸν δὲ τοῦτον, κτιζομένου τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προφήτου, προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ [1], τοῦ ἐν τῇ Ἀντιδίου μονῇ, κατελθὼν ἀπὸ τῆς ἡσυχίας ὁ δίκαιος τοῦτο ἔργον περισκοπῆσαι, εἰ ἄρα γε, ὡς διετάξατο, κτίζεται ἀκριβολογούμενος αὐτὸ περιήρχετο. Ἰωαννοῦ δὲ μοναχοῦ τῆς αὐτῆς μονῆς ἐξελθόντος πρὸς τὸν πυλῶνα καὶ χάριν εὐχῆς τοῦ ἁγίου εὑρόντος τινὰς καταλαβόντας, κἀκεῖσε αὐτὸν παρεῖναι παρά τινων μεμαθηκότας καὶ περὶ αὐτῶν αὐτὸν ὑπομνῆσαι δυσωπηθέντας [2]· Μακροθυμήσατε, λέγει αὐτοῖς, μικρόν, ἀδελφοί, καὶ ὃν ἂν ἴδητε ἐξερχόμενον σὺν ἐμοὶ ἐκεῖνός ἐστι, προσέλθετε αὐτῷ, ὥσπερ βούλεσθε. Τοῦ οὖν πατρὸς τότε περινοστήσαντος τὴν οἰκοδομήν, καὶ ἅμα τῷ Ἰωάννῃ πρὸ προσώπου τῶν ζητούντων αὐτὸν [3] διελθόντος καὶ μὴ ὁραθέντος, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄρος χωρήσαντος, ὑποστρέψαντι μόνῳ τῷ Ἰωάννῃ οἱ ἐλθόντες θεάσασθαι τὸν μακάριόν φησιν αὐτῷ· Πότε, πάτερ, ὁ ἅγιος, ὡς εἴρηκας, ἐξελεύσεται; Ὁ
C δέ φησιν αὐτοῖς· Ἤδη σὺν ἐμοὶ ἐξῆλθε, καὶ δι' ὑμῶν διῆλθε, καὶ πρὸς τὴν ἡσυχίαν αὐτοῦ εἰσέδυ. Οἵδε οὐδένα ἕτερον διερχόμενον σὺν αὐτῷ, ὡς ἐπὶ Κυρίου ἰδόντες ἐβεβαιώσαντο, καὶ ἐλυποῦντο λίαν ἀστοχήσαντες αὐτῶν [4] τῆς ἐφέσεως. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀνελθὼν [5] αὖθις καὶ τῷ πατρὶ ἀναγγείλας τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπιτρέπεται αὐτοῖς προσειπεῖν ὅτι· Εἰ θέλημα ἦν Θεοῦ, ἀδελφοί, δι' ὑμῶν ἐλθόντα με ἐθεάσασθε ἄν, τὰ νῦν δὲ κεκοπωμένῳ μοι ὄντι συμπαθήσαντες, ὡς ἰδόντες με, ἀλύπως ὑποχωρήσατε, παρὰ Θεοῦ τοῦ κόπου ὑμῶν τὸν μισθὸν ἐκδεχόμενοι, κἀγὼ ὑμῖν ὁ ταπεινὸς ὡς εὐπειθέσιν ὑπερεύξομαι. Οἵδε τοιαῦτα ὑπ' αὐτοῦ δηλωθέντες μετὰ χαρᾶς ἀνεχώρησαν.

39. Θεόδωρος δέ τις μοναχὸς καὶ ἡγούμενος, γνώριμος τῷ τιμίῳ τούτῳ πατρί, τὰ αὐτοῦ κατορθώματα καὶ θαύματα [1] ἐπιστάμενος καὶ ἐπὶ ὠφελείᾳ τινῶν ἐν μιᾷ ταῦτα κηρύττων, εἷς τις τῶν ἀκουόντων φησιν [2]· Θαυμαστὰ ἡμῖν λέγεις περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ παράδοξα

cacitatem patris et, paenitentia facta, veniam D
petiit. Alias autem idem, propter quandam administrationis necessitatem impeditus ne ascenderet ad beatum, sicut solebat, filium suum Nicephorum loco sui mittit cum eulogiis quibusdam quibus abundabat. Quem cum excepisset eique benedixisset sanctus, interrogat eum de patre eius. Iste balbutiens titubabat vehementer in dicendo, ut puer. Quod animadvertens vir inclitus, ait illi : *Perfecta cum sis aetate, adhuc linguam imperfectam geris; non probo hoc esse in te neque volo. Dic arpha.* Qui ait : *Alpha.* Repetit idem, sed denuo dicit : *alpha.* Tunc dicit : *Extende linguam tuam, exterius inspiciam eam.* Qui cum cito, ut iubebatur, protulisset, dicit pater, inspecta lingua : *Christus Iesus, Deus et Creator tuus, qui haerentium lingua et mutorum rupisti vincula, et linguam loquentem illis qui natura sunt rationales dedisti, iubet tibi nunc per me humilem et peccatorem loqui* rho *non balbutiendo.* Igitur ait viro : *Dic arpha,* et statim ait *arpha.* Ut recte pronuntiavit *rho* perspicue locutus iuvenis, terribilis tremor super ipsum et super adstantes incidit, E
obiecto sibi hoc mirabili facto. Inde gratias agens Domino et sancto, vir ad propria rediit gaudens.

38. Eodem autem tempore, dum aedificaretur templum sancti Iohannis prophetae, praecursoris et baptistae, in Antidii monasterio, descendens e solitudine iustus ut hoc opus inspiceret, utrum quidem, sicut iusserat, fundaretur, diligenter inquirendo perambulabat. Iohannes autem monachus, ex eodem monasterio exiens ad propylaeum cum invenisset quosdam, sancti benedictionis accipiendae causa, huc appulsos, qui ab aliquibus audiverant eum ibi adesse, simul petentes ut memor esset eorum : *Exspectate,* inquit illis, *paululum, fratres, et quem videritis exeuntem mecum, iste est; adite ipsum, ut vultis.* Tunc cum pater redisset ab aedificio et simul cum Iohanne ante faciem quaerentium illum, non tamen visus, transiret et in montem recederet, redeunti soli Iohanni qui venerant ad videndum beatum aiunt ipsi : *Quandonam pater, sanctus, ut dixisti, egredietur?* Qui respondit illis : *Iam mecum exivit et transiit in medio vestrum et ad solitudinem suam ingressus* F
est. Illi autem se nullum alterum transeuntem cum ipso vidisse, in nomine Domini affirmarunt, et tristati sunt valde, decepti in sua petitione. Cum Iohannes ascendisset iterum et patri nuntiasset quae isti vellent, monetur dicat illis quia : *Si voluntas fuisset Dei, fratres, in medio vestrum transeuntem me vidissetis. Nunc autem defesso mihi indulgete, ac si me aspexissetis non tristantes recedite, a Deo laboris vestri praemium recepturi. Equidem pro vobis miser precibus benignis orabo.* Illi autem, his ab ipso sibi manifestatis, cum gaudio recesserunt.

transeuntibus invisibilem se facit.

39. Theodorus quidam, monachus et hegumenus *g*, qui notus erat venerando isti patri eiusque virtutes et miracula noverat, cum quadam die ea ad profectum spiritualem quorundam enuntiaret, unus audientium ait : *Mira nobis dicis de hoc viro et*

ursum reddit mitem, *g*

[3] ἐκκοπιεὶς 2. — [4] ἀπελθεῖν 3. — [5] τελείως 4. — [6] ἵνα *add.* 4. — [7] ποιήσαντος 2. — [8] (Θεὸς κ. δημ.) δημ. κ. Θεός 2. — [9] μογγιλάλων 1, 2. — [10] λάλων 4. — [11] ἐντειλάμενος 3, 4. — [12] σε 3, 4.

38. — [1] (προδρόμ. κ. βαπτ.) *om.* 3. — [2] δυσωπηθέντος 1, 3; δυσωπηθέντες 2. — [3] αὐτοῦ 2. — [4] αὐτῷ 3, 4. — [5] ἐλθών 2.

39. — [1] (καὶ θαύμ.) *om.* 3, 4. — [2] *om.* 3, 4.

VITA

A παράδοξα διηγῇ, πάτερ, ἀλλά, παρακαλῶ σε, λαβών με [3] μετὰ σοῦ πρὸς αὐτὸν συνανάγαγε, ὅπως αὐτὸς ἐγὼ ἰδὼν πιστῶ [4] Θεῷ. Συνανελθὼν δὲ τῷ ἡγουμένῳ Θεοδώρῳ πρὸς τὸν πατέρα ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἱκέτευσε, λαβών τε εὐχὴν καὶ συνεστιάσεως τούτου κατηξιώθη. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, ἄρκος παμμεγέθης ἐκ τοῦ πλησίον ἄλσους προκύψασα μεγάλως τοὺς συνεστιάτορας ἐξεφόβησε. Πρὸς οὓς φησιν ὁ μακάριος· Ὁ τὸν Θεὸν φοβούμενος οὐ πτοεῖται θηρία· ὡς θείαν γὰρ Θεοῦ εἰκόνα ταῦτα ὑποσαίνει αὐτὸν καὶ ὑποπτήσσει. Καί φησι προστακτικῶς ὁ πατὴρ τῷ θηρίῳ· Ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς. Ἐλθούσῃ δὲ αὐτῇ, καὶ πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τρόμου πλησιασάσῃ αὐτοῖς ἐκείνοις οἰκείαις χερσὶ ψωμίζειν ἐπέτρεπεν αὐτήν· οἱ καὶ ψωμίζοντες ἐξεπλήττοντο. Ὁ δὲ πατὴρ [5] λέγει αὐτῇ· Πορεύου ὅθεν καὶ προῆλθες. Ἡ δὲ μετ᾽ αἰδοῦς τὴν κεφαλὴν αὐτῆς κλίνασα καὶ οἱονεὶ προσκυνήσασα αὐτῷ [6] πρὸς τὸ ὄρος εἰσέδυ. Ὁ δὲ ἅγιος τοὺς προμελετηθέντας τε καὶ μελετωμένους λογισμοὺς ἐκφαυλίζων τῶν ἐσθιόντων λέγει· Τοῖς θηρίοις τὴν τοῦ Θεοῦ εἰκόνα ἤγουν [7] τὸν ἄνθρωπον μὴ φοβεῖσθαι καὶ τρέμειν ἐπιτέτραπται δημιουργηθεῖσιν, ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὴν ἐντολὴν οὐκ ἐφυλάξαμεν καὶ νῦν δὲ τῶν τοιούτων

B καθ᾽ ἑκάστην ταῖς παραβάσεσιν ἁλισκόμεθα, τρέμομεν ἡμεῖς τὸ ἀνάπαλιν τὰ θηρία. Εἰ δὲ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν ἀκαταίσχυντοι εὑρεθῶμεν ἐρασταί, ἐπὶ ἀσπίδας καὶ βασιλίσκους, λέοντάς τε καὶ δράκοντας αἰσθητῶς καὶ νοερῶς ἐπιβῆναι δυνάμεθα, καὶ μή τις ἀπιστείτω τὴν χάριν ταύτην τοῦ κατ᾽ εἰκόνα δηλοῦσαν τὸ ἀπαράγραπτον. Ταῦτα ἀκηκοότες οἱ πρότερον ἀμφιβάλλοντες τοῦ πατρὸς αὐτοψεὶ βεβαιωθέντες τὸ ἔνθεον, λαβόντες αὐτοῦ τὰς εὐχὰς ἀπελύθησαν.

et incredibilia narras, pater; sed, precor te, sumens me tecum ad ipsum duc, ut ipse ego videns credam Deo. Cum igitur comitatus esset hegumenum Theodorum ad patrem vir iste, ut petierat, benedictione accepta, ad convivium eius admissus est. Dum comederent, ursus mirae magnitudinis e proxima silva proruit et convivas valide turbavit. Quibus ait beatus: *Qui Deum timet, feras non reformidat; eum enim velut Dei imaginem lingunt et reverentur.* Ait etiam pater iubens ferae: *Veni ad nos.* Cum venisset ista et ad pedes eius cum tremore appropinquasset propriis manibus ut mulcerent eam hortatus est eos. Qui cum palpassent manu timentes valde, ait illi pater: *Abi unde venisti.* Quae reverenter caput inclinans et quasi adorans eum in montem ingressa est. Sanctus vero illas quas versaverant et adhuc versabant cogitationes convivae, vituperans dixit: *Ne ferae Dei imagini, scilicet homini, timorem aut tremoren inicerent statutum fuit quando creatae sunt, sed quoniam mandatum sumus transgressi et nunc etiam talibus cotidie transgressionibus decipimur, timemus nos iterum feras. Si autem Christi* E *mandatorum impigerrimi inveniremur amatores, super aspides et basiliscos, leones et draconesh, sensibiliter et visibiliter ambulare valeremus; neque quisquam negare praesumat hanc gratiam, quae manifestat quod est in imagine indescriptibile.* Quae cum audivissent qui prius calumniabantur, patris aspectu confirmati de divina in eo inspiratione, eius benedictione accepta, dimissi sunt.

h

40. Πτωχοῖς ἄλλοτε παρακαλοῦσι καὶ ἐλεημοσύνην αἰτοῦσι μὴ ἔχων χρυσὸν ὁ πατὴρ μήτε ἄργυρον ὅλως ἐπιτρέπει Θεοδούλῳ τῷ ὑπουργῷ αὐτοῦ· Ἄγε ἐνταῦθα, εἰπών, τὸ πλῆρες ἄγγος ἐλαίου, καὶ δὸς τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τοῖς πτωχοῖς, ἀλλὰ καὶ κενὸν ἀγγεῖον ἐλαίου συνεπικόμιζε. Ὁ δὲ λέγει· Τοῦ μεστοῦ, πάτερ, φερομένου ἐνταῦθα ἄγγους, τίς ἡ χρεία τοῦ κενωμένου τῆς παρουσίας; Ὁ δὲ πατήρ· Εὐλογίαν ἔχεις, φησίν, ὡς εἶπόν σοι οὕτως ποίησον. Ὁ δὲ Θεόδουλος ἀπιὼν τὸ προστεταγμένον πληρῶσαι καὶ ὑποστρέφων ὀλισθήσας συνεποδίσθη, καὶ τρηθέντος τοῦ πλήρους εἰς τὸ κενὸν μετάγει τὸ ἔλαιον. Τότε ὁ ἀδελφὸς Θεόδουλος συναισθόμενος τὴν πρὸς ὀλίγον αὐτοῦ γενομένην

C πρὸς τὸν πατέρα ἀνηκοΐαν, ἐθρήνησεν, καὶ ἐλθὼν τούτῳ σὺν μετανοίᾳ ἀπελογήσατο, τὴν προφητικὴν αὐτοῦ ἀποθαυμάσας διόρασιν.

Theodulo monacho res futuras,

40. Alias mendicis supplicantibus et eleemosynam petentibus, aurum non habens pater neque argentum prorsus, mandat Theodulo ministro suo: *Adduc huc*, dicens, *vas oleo plenum et da fratribus nostris mendicis; sed et vacuum vas olei affer tecum.* Qui ait: *Plenum, pater, si attulero huc vas, quid opus est ut adsit vacuum?* Cui pater: *Eulogiam habes*, ait, *ut dixi tibi, ita facito.* Theodulus abiens ut iussa impleret et reversus, cum lapsus esset, perforato vase pleno, in vacuum transtulit oleum. Tunc frater Theodulus intellegens suam quam paulo ante erga patrem ostenderat inoboedientiam, lacrimatus est, et cum rediisset, veniam petiit cum paenitentia, propheticam eius F miratus perspicacitatem.

41. Τῷ οὖν πολλάκις μνημονευθέντι [1] ὁσίῳ Εὐστρατίῳ, ἡγουμένῳ Ἀγαύρων, συνέβη πλείστην αἵματος ῥύσιν γενέσθαι ἐκ τῶν ἐγκάτων [2], ὡς ἄφωνον κεῖσθαι καὶ μόλις δυνηθῆναι μοναχῷ τινὶ Νικολάῳ προσφθέγξασθαι τοῦ ἀνελθόντα εἰπεῖν τῷ ὁσίῳ τὰ κατ᾽ αὐτόν. Ὡς δὲ ἀπελθὼν τῷ πατρὶ ἀπήγγειλε τὰ κατὰ Εὐστράτιον Νικολάος· Μεῖνον ὀλίγον [3], τέκνον, φησὶν αὐτῷ ὁ θαυμάσιος, καὶ διαστὰς ἀπ᾽ αὐτοῦ μικρόν, ὡς διά τινα χρείαν, δι᾽ εὐχὴν δὲ ὄντως ἐκτενῆ, ὡς οὐκ ἔλαθεν, ὑποστρέψας δηλοποιεῖ τῷ αἰτήσαντι ὡς· Οὐκ ἀποθάνῃ τῷ νῦν, εἰπών [4], ὦ Εὐστράτιε, ὀψόμεθα γὰρ πάλιν ἀλλήλους ἐν σαρκί, μὴ ἀθυμεῖ [5]. Ὁ δὲ μοναχὸς [6] Νικόλαος τοῦ ὄρους [7] καταβὰς τὰ τοῦ ὁσίου ἀπήγγειλε τῷ Εὐστρατίῳ, ἐρρωμένον καταλαβὼν αὐτόν· καὶ πότε ἀνερρώσθη μαθών, εὗρεν ἀκριβολογήσας ὡς κατ᾽ αὐτὴν τὴν ὥραν, ἣν ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτοῦ, μετὰ τὸ [8] μαθεῖν, τοῦ Θεοῦ ἐδεήθη, σωθεὶς [9] ἐπλούτησε [10] τὴν ἀνάρρωσιν. Μηδέπω [11] δὲ

Eustratii hegumeni sanationem,

41. Saepius memorato beato Eustratio, hegumeno Agaurorum accidit ut multum sanguinem evomeret ex intestinis. Sine voce iacebat ita ut vix posset monachum quendam Nicolaum alloqui ut abiret ad sanctum renuntiaretque statum eius. Profectus autem Nicolaus cum patri aperuisset quae de Eustratio erant: *Remane aliquantulum, fili*, ait ei mirabilis vir, et recedens paululum ab eo, quasi propter aliquam necessitatem, re autem vera oraturus impense, quoniam nihil ignorabat, reversus manifestat roganti: *Non morieris nunc*, dicens, *o Eustrati, videbimus etenim iterum nos invicem in carne; ne deiciare animo.* Monachus Nicolaus cum de monte descendisset, verba sancti nuntiavit Eustratio, quem sanatum invenit, cumque didicisset quandonam fuisset sanatus, inquirendo rescivit eadem hac hora qua pater pro ipso, postquam audiverat, Deum oraverat, fuisse donatum valetudine.

[3] *om.* 2. — [4] πιστωθῶ 4. — [5] *om.* 3, 4. — [6] (προσχ. αὐτῷ) *om.* 3. — [7] εἴτ᾽ οὖν 2, 3, 4.
41. — [1] ὁσίου 3, 4. — [2] καὶ *add.* 3. — [3] αὐτῷ λέγων 3. — [4] λοιπόν 4. — [5] ἀθύμεια 4. — [6] *om.* 3, 4. — [7] (τοῦ ὄρ.) *om.* 3, 4. — [8] τοῦ 1. — [9] σωσθεὶς 1. — [10] ἐπλάτησε 4. — [11] μήπω 2, 3.

VITA

δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα ἀναληψαμένου ἀπὸ τῆς νόσου, ὑπὸ τῶν ἐν τῷ μετοχίῳ αὐτοῦ καλουμένῳ Λευκάδων ὄντων ἀδελφῶν δυσωπεῖται παραγενέσθαι πρὸς αὐτοὺς δι' ὠφέλειαν καὶ συνομιλίαν πνευματικήν. Ὃς φιλοσυμπαθέστατος πέλων καὶ μὴ θέλων τινὰ λυπῆσαι, ὑπακούσας ἀπῄει. Ὅθεν κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας καὶ [12] ὑποστρέψας σφοδρότερον ἐν νόσῳ, λάβρῳ πυρέτῳ κατεσχέθη. Ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας ἐκεῖσε ἄφωνος διαμείνας [13] καὶ ἄσιτος, κυκλοτερῶς [14] περιϊσταμένων καὶ θρηνῳδούντων τῶν μοναχῶν, ὅτε δὲ ἑαυτοῦ τὴν ἰσχὺν συνεκλείπουσαν αἰσθόμενος [15] εἶδεν, τὸν ὅσιον μετ' εὐχῆς κατὰ διάνοιαν παρακαλεῖ ὁ Εὐστράτιος, καὶ εὐθέως εἰς ὕπνον τραπεὶς συλλαλοῦντα αὐτῷ ὁρᾷ τὸν ἅγιον πατέρα καὶ ἐνισχύοντα. Καὶ διυπνισθεὶς μετὰ ταῦτα [16], εὐθὺς ἀνενεγκὼν ἀπὸ τῆς νόσου ἦλθεν ὑγιαίνων εἰς τὴν μονὴν αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Κύριον καὶ τὸν ὅσιον αὐτοῦ [17].

dine. Attamen, cum nondum omnino eius corpus recreatum esset a morbo, a fratribus qui in coenobio suo vocato Leucadum *i* erant, rogatur ut conveniat ad eos, utilitatis et conversationis spiritualis causa. Qui vero benignus valde neque quemquam affligere volens, obsecutus proficiscitur. Inde defessus itinere et ilico in morbum relapsus febri violenta *k* correptus est. Cum per quattuor dies ibidem sine voce remansisset et sine cibo, in circuitu stantibus et lamentantibus monachis, cum vires sibimetipsi deficere sensit, beatum in oratione mentali invocavit Eustratius et statim somno raptus videt sanctum patrem conversantem secum et se roborantem. Expergefactus postea statim translatus de morbo rediit sanatus ad monasterium suum laudans Dominum et sanctum eius.

D

Spathario Droso

42. Τοῦ οὖν κακίστου καὶ δεινοῦ [1] Θεοφίλου τοὺς εὐσεβοῦντας ἐλαύνοντος καὶ τὸ ὑπήκοον διὰ γραφέων [2] κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πλεονεκτοῦντος ἀσυμπαθῶς, εἷς τις ἐξ αὐτῶν τοῦ Ὀψικίου πρωτονοτάριος ἀναγραφεὺς καὶ σπαθάριος Δρόσος, χάριν εὐχῆς,
B ἔρχεται πρὸς τὸν ὅσιον. Ὧ συγκαθεσθεὶς καὶ πλεῖστα ψυχωφελῆ προσφθεγξάμενος ὁ πάτηρ λέγει· Εὐτρέπισον σεαυτόν, σπαθάριε, καὶ τοὺς χάρτας σου· ὁ γὰρ βασιλεὺς συντόμως μετακαλεῖταί σε ἀποδοῦναι εὐθύνας τῶν πεπραγμένων. Ὁ δὲ μὴ νοήσας ὅτι ἀλληγορικόν ἐστι τὸ ῥηθέν, ἕτοιμον αὐτὸν ἔφη εἶναι, εἰ καὶ κατ' αὐτὴν ζητηθείη τὴν ὥραν. Ὁ δὲ πατὴρ λέγει αὐτῷ [3]· Οὐ περὶ τοῦ ἐπὶ γῆς βασιλέως σοι εἶπον [4] ἢ χαρτῶν ἀδικίας, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐν οὐρανοῖς κατοικοῦντος καὶ τὰ κρυπτὰ ὁρῶντος τῶν καρδιῶν ἡμῶν, τοῦ μέλλοντος ἀπαιτεῖν τῶν ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐννοιῶν ἡμῶν, ἁπάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ πέρας, ἢ αὐτῷ διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν φυλακῆς, ἢ τῷ ἐχθρῷ τουναντίον διὰ τῶν παραβάσεων ἐδουλώθημεν. Ὁ καιρὸς γάρ σου τῆς ἀναλύσεως ἤγγικεν· διὸ ἀνάπτυξόν σου τοὺς χάρτας τῶν ἐπταισμένων [5] κατὰ διάνοιαν ὕδασι δακρύων καὶ σπόγγῳ ἐλεημοσύνης ἀπαλείφων αὐτούς, ὅπως μὴ εὑρεθεῖεν ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ κατηγοροῦντές σου. Ταῦτα αὐτῷ εἰρηκὼς καὶ εὐξάμενος, ἀπολύει. Ὁ δὲ τῶν ῥημάτων τοῦ ἁγίου πατρὸς μὴ φροντίσας, ἀλλ' ἔτι εἰς τὴν ἄδικον ἐκείνην καταγραφὴν διερχόμενος, ὡς ἤδη ἔφθασε περὶ τὰ μητάτα Λυδίας, ἀποθνήσκει συντόμως.

42. Pessimo autem et terribili Theophilo pios viros persequente et oboedientiam per edicta hoc tempore exigente crudeliter, quidam ex illis Opsicii *l* protonotarius, scriba *m* et spatharius *n*, Drosus, benedictionis accipiendae gratia venit ad sanctum. Cui cum assideret et plurima ad animam conferentia locutus esset pater, ait illi : *Dispone teipsum, spathari, chartasque tuas; rex enim cito vocabit te ut reddas rationem de iis quae feceris.* Qui autem non intellegens allegorice hoc esse dictum, paratum se esse respondit, si hac ipsa hora examinaretur. Cui ait pater : *Nec de rege terrestri, nec de chartis iniquitatis dixi tibi, sed de illo qui in caelis habitat et abscondita videt cordium nostrorum, qui inquisiturus est operum et sermonum et cogitationum nocturnarum diurnarumque principium et finem, utrum ipsi per mandatorum custodiam, an contra inimico per trangressionem servierimus. Tempus namque dissolutionis tuae instat. Quare replica chartas tuas culparum spiritualibus lacrimis et spongia eleemosynae delens eas, ne inveniantur in iudicii die accusantes te.* Quae cum ipsi dixisset beneque fuisset apprecatus, dimisit eum. Ille autem de verbis sancti patris nihil sollicitus, sed magis in iniqua ista inscriptione perseverans, cum pervenit ad fines Lydiae, moritur cito.

et monacho Platoni mortem praedicit.

C 43. Πέτρος δὲ μοναχὸς εὐλαβὴς καὶ ἐνάρετος πάνυ συνήθως καὶ συνεχῶς ἐρχόμενος πρὸς τὸν ὅσιον ἀνελθών, ἐν μιᾷ σὺν πλησιοχώρῳ αὐτοῦ ἡσυχαστῇ Πλάτωνι καλουμένῳ, καὶ εὐλογηθεὶς συγκαθημένου αὐτοῖς τοῦ πατρὸς καὶ συνομιλοῦντος θεοχαρίτωτα, φησὶν ὁ Πλάτων τότε· Ἀπὸ ψυχῆς καὶ πίστεως ἐκδυσωποῦμέν σε, πάτερ ἅγιε, ἅπαξ τοῦ ἔτους ἡμῖν χαρίζεσθαι τὴν τιμίαν συνομιλίαν καὶ θέαν σου, πίστιν ἐκ τούτων καὶ γνῶσιν μεταλαμβάνουσι διὰ Πνεύματος, ὡς ἐξ ἡλίου ὄντως φῶς καὶ θερμότητα. Ὁ δέ· Γινώσκειν σε [1] βούλομαι, ἀδελφὲ [2] Πλάτων, ὡς οὐ προσθήσῃ θεάσασθαί με σωματικῶς ἔτι ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ βουλόμενος [2]. Ὅθεν δοὺς αὐτοῖς ἄρτου ξηροῦ ἀνὰ μερίδων δώδεκα εἰς εὐλογίαν, ἐξέπεμψε μετ' εἰρήνης [3]. Τῷ οὖν ἐπιόντι ἐνιαυτῷ συναπελθὼν τῷ Πλάτωνι ὁ ἀββᾶς Πέτρος πρὸς ἕτερον μοναχὸν μήκοθεν ἡσυχάζοντα, καὶ αὐτὸν Πέτρον καλούμενον, ἐκ τοῦ κατὰ Βιθυνίαν μοναστηρίου Ἡράκλην ὀνομαζόμενου ὁρμώμενον, τὸν

43. Cum Petrus *o*, monachus reverendus et virtuti plane addictus, qui familiariter valde et frequenter conveniebat ad sanctum, advenisset quadam die cum alio solitario vicino suo Platone vocato, benedictione accepta, et sedente cum illis patre et conversante cum maxima in Deo caritate, ait tunc Plato : *Ex tota anima et fide, supplices te rogamus, pater sancte, semel in anno nobis concedas tuam pretiosam conversationem et conspectum tuum, qui fidem ex iis et doctrinam carpimus per Spiritum, sicut ex sole vere lumen et calorem.* Ille autem : *Scire te volo, frater Plato, tibi non datum iri videre me in corpore deinceps ab isto tempore, etsi volueris.* Inde, datis ipsis panis sicci partibus duodecim in eulogiam, dimisit eos in pace. Procedente autem anno, cum ivisset cum Platone abbas Petrus ad alium monachum procul solitarie degentem ipsumque vocatum Petrum, qui ex quodam in Bithynia monasterio, Heraclis *p* nominato,

[12] *om.* 2, 4. — [13] διακείμενος 2. — [14] κυκλοτερῶν 4. — [15] συναισθόμενος 3, 4. — [16] (διυπ. μέτ. ταύτ.) *om.* 4. — [17] (δοξάζ.-αὐτ.) *om.* 3, 4.

42. — [1] (κακ. καὶ δεινοῦ) *om.* 3, 4. — [2] (διὰ γραφ.) δι' ἀναγραφέων 3, 4. — [3] (λέγ. αὐτ.) *om.* 3, 4. — [4] λέγει αὐτῷ *add.* 3, 4. — [5] ἐμπταισμένων 4.

43. — [1] λέγει *add.* 4. — [2] (ἀδελφὲ-βουλόμενος) *om.* — [3] (μετ' εἰρην.) *om.* 3, 4.

A τὸν καὶ μικρὸν ὕστερον, Θεοῦ χάριτι γενομένης ὀρθοδοξίας, μητροπολίτην Συλλαίου γενόμενον, ἐπισκέψεως ἕνεκα καὶ εὐχῆς, μετὰ ἀσπασμὸν καὶ συνομιλίαν πνευματικήν, φησὶν ὁ Πέτρος πρὸς ὃν παραγέγονε Πέτρον· Ἔφεσιν ὄντως οὐ μικρὰν ἔχω, πάτερ, τὸν ἅγιον Ἰωαννίκιον ἰδεῖν καὶ [4] τὰ τίμια αὐτοῦ ἴχνη κατασπάσασθαι [4], ἀλλὰ ἀδυνατῶ τοῦ πεζοπορῆσαι καὶ κτήνους ἀπορῶ καὶ μισθώματος. Ὁ δὲ Πέτρος πρὸς Πέτρον ἔφη· Συνανελεύσῃ μοι, ἀδελφέ, βουλομένῳ, ἐφ' ἑνί μου τῶν κτηνῶν ἐπιβαίνων. Τὸν Πλάτωνα αὐτῷ συναναχομίσαι μὴ εὐδοκήσας, ὁ οὖν Πλάτων λοιπὸν ἀπορήσας ἐκεῖθεν καὶ ἀλλαχοῦ ἐρευνήσας, κτῆνος [5] οὐχ εὗρεν ἵνα μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων Ἰωαννίκιος ψεύστης ἀποδειχθῇ, μὴ ὄψεσθαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν σαρκὶ ἔτι τῷ Πλάτωνι εἰρηκώς. Ἀνελθόντων δὲ τούτων καὶ ἀπαίρειν μελλόντων [6], ἕκαστος αὐτῶν εἰσιὼν μυστικῶς ἐπευλογεῖτο τῷ πατρί, ἀνατιθέμενος τὰ καθ' ἑαυτόν, δώδεκα δὲ μερίδας ἄρτου ξηροῦ εἰς εὐλογίας χάριν ἀπήρχοντο κομιζόμενος ἕκαστος. Μετὰ δὲ τὸ πάντας εἰσελθεῖν καὶ εὐλογηθῆναι, καὶ ὁ τοῦ Πλάτωνος συναγωνιστὴς καὶ συνήσυχος Πετρὸς εἰσῄει. Ὧ καὶ δοὺς ὁ πατὴρ δώδεκα εὐλογίας, ὥσπερ τοῖς
B ἄλλοις, καὶ λόγῳ τοῦ Πλάτωνος αὐτῷ δέδωκε λέξας· Εἰπὲ Πλάτωνι, ὦ τέκνον Πέτρε· μὴ λυποῦ, ὅτι ἄκων τῆς ταπεινῆς μου θέας ἀπελείφθης. Ἐδέξατό σου τὴν πρόθεσιν Κύριος καὶ ὡς [7] κοπιάσαντι τὸν μισθὸν ἀποδώσει. Τοῦ δὲ Πέτρου ταῦτα ἀκούοντος παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ κατὰ διάνοιαν λέγοντος· Εἴθε καὶ τῇ ἐμῇ μητρὶ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ὁ πατὴρ ἔπεμψεν εὐλογίας [8], δίδωσιν [9] αὐτῷ πρὸς τοῦτο ἀδολεσχοῦντι ἑτέρας εὐλογίας [9] τριάκοντα ἓξ εἰπών· Δὸς ἀνὰ ἓξ τῇ τε μητρί σου καὶ ταῖς πέντε σου ἀδελφαῖς, ὦ τέκνον Πέτρε, καὶ συμπορεύου χαίρων τοῖς ἀδελφοῖς σου. Ὅθεν ὁ Πέτρος ἐπὶ τῇ διοράσει ἐκστὰς τοῦ πατρός, θάμβους καὶ ὠφελείας καὶ εὐλογίας πλήρης, κατέρχεται.

nominato, oriundus erat et paulo post, Dei gratia, VITA
restituta orthodoxia, metropolitanus Syllaei factus est q, ad eum invisendum eiusque benedictionem q accipiendam, post amplexum et colloquium spirituale, ait Petrus Petro, apud quem convenerat : *Desiderium vere non parvum habeo, pater, sanctum Ioannicium videndi et veneranda eius vestigia amplexandi; sed nequeo pedes ire et iumento careo atque viatico.* Petrus autem Petro respondit : *Comitaberis me, frater, volentem tecum ire, uni ex iumentis meis insidens.* Cum Platonem quidem secum assumere noluisset, ipse Plato qui etiam iumento carebat, cum ibi et ubique inquisivisset, non tamen invenit, ne Dei servus Ioannicius mendax manifestaretur, qui Platoni dixerat eum in carne non iam visurum faciem suam. Cum autem isti ascendissent et profecturi essent, ingresso eorum unicuique privatim benedictum est a patre; dein, manifestata conscientia, duodecim fragmenta panis sicci eulogiam accipientes abibant. Postquam omnes ingressi sunt iisque benedictum fuit, ingressus est et socius et collega Platonis Petrus. Cui cum etiam dedisset pater duodecim eulogias, E
sicut ceteris, insuper pro Platone ipsi dedit, dicens : *Dic Platoni, o fili Petre: " ne tristeris, quod invitus misero mei conspectu orbatus fuisti. Accepit tuam bonam voluntatem Dominus et, ac si laborasses, praemium rependet. "* Cum Petrus haec audiret a patre et in mente diceret : *Utinam et meae matri sororibusque pater mitteret eulogias,* dedit illi, dum haec cogitaret, alias eulogias triginta sex, dicens : *Senas da tum matri tuae tum quinque sororibus tuis, o fili Petre, et vade laetus cum fratribus tuis.* Exinde Petrus praescientiam patris miratus, commotus, repletusque consiliis spiritualibus et benedictione, proficiscitur.

ANNOTATA.

a *Matth., V, 14.*

b *Inter epistulas S. Theodori Studitae libro II occurrit epistula LXXVI inscripta* Στεφάνῳ μαγίστρῳ, Stephano magistro. *P. G., tom. XCIX, p. 1314.*

c *Etiam notus est dux seu patricius Olbianus ex epistula ad ipsum directa a Theodoro Studita. P. G., tom. XCIX, p. 1626.*

d *Quisnam fuerit ille Stephanus monachus, notarius Olbiani patricii, qui videtur, si indiciis in hoc* F
C *loco prolatis credendum est, cultum ecclesiasticum obtinuisse inter Graecos, non facile est reperire. Theodorus Studita bis scripsit ad Stephanum quendam* a secretis, *qui titulus satis convenit cum notarii munere. Cfr. P. G., tom. XCIX, pp. 924, 1310.*

e *Theophilus, filius Michaelis II, solium Byzantinum tenuit ab anno 829-842. Persecutio, quam hic paucis adumbrat auctor, iterum saeviit acerbissime, praesertim in monachos, ut in Lazarum pictorem, S. Methodium, Theophanem et Theophilum dictos Graptos propter versus in fronte eorum candentibus ferris inscriptos, Iosephum hymnographum, Michaelem Syncellum, aliosque plures. Cfr. Hergenroether,* Photius, Patriarch von Constantinopel, *tom. I, p. 292, qui haec omnia eruditissime ex fontibus primaevis desumpta in compendium redegit.*

f *De eodem Antonio, qui male sentiebat de sacris imaginibus et a quo seductus videtur iste Theoctistus, de quo in Commentario praevio, num. 35, p. 327, agit probabiliter S. Theodorus Studita in libri II epistula CLXVI; P. G., tom. XCIX, p. 1527. Duces monasterii Agaurorum aliquandiu fuisse infectos iconomachorum haeresi testatur etiam Vita S. Antonii iunioris, quae exstat in codice Vindobonensi historico XXXI in recensione Nesseliana, part. V, p. 57.*

g *Forsan Theodorus Studita; secus tamen si haec miracula recto ordine chronologico se excipiunt. Nam versamur iam in regno Theophili (829-842), Theodorus vero anno 826 obiit.*

h *Ps. XC, 13.*

i *Illud metochium monasterii capitanei Antidii non multum aberat a monasterio* τῶν Κελλίων *neque ab alio* τῶν Καθάρων, *ut conicere licet ex itinere Theodori Studitae:* αὗται δὲ αἱ καταμοναί· ἀπὸ τὰ Καθαρὰ εἰς Λιβιανά· ἔπειτα εἰς Λεύκας. *Ep. 3, lib. I; P. G., tom. XCIX, p. 916. Haec non recte intellexisse videtur Vitae Metaphrasticae auctor; ait enim :* εἰς τὴν τῶν Λευκάδων καταγωγὴν ὃ Μετόχιον καλεῖν σύνηθες. *P. G., tom. CXVI, p. 81.*

[4] (καὶ-κατασπάσ.) *om.* 3, 4. — [5] κτήνους 1, 2, 4. — [6] μελετώντων 2. — [7] ὡς 1. — [8] εὐλογίαις 2. — [9] (δίδωσ.-εὐλογ.) *om.* 4.

VITA k *In textu graeco legitur* λάβρῳ πυρετῷ, *apud Metaphrastem (P. G., tom. CXVI, p. 81)* πυρετὸς λαῦρος. D
Praestare docet Stephanus (v. λάβρος) *formam* λάβρος, *licet cum Eustathio non omnino improbet formam* λαῦρος, *cum scriptura* υ *pro* β. *Sed hanc* τοῖς ἀκριβεστέροις *placere dicit, quoniam* λαῦρος *videtur originem duxisse culpa librariorum, nisi tamen exceptos velimus, ut addit, recentissimos scriptores.*

l Ὀψίκιον *est quartum imperii Byzantini thema orientale; de quo videsis Constantinum Porphyrogenetum. P. G., tom. CXIII, p. 83.*

m *Ut notat Codinus, protonotarius ipse suo nomine innotescit; est enim primus notariorum seu scribarum. P. G., tom. CLVII, pp. 59, 223.*

n Spatharius *a voce* spatha, σπάθη, *ensis, sed formae latioris. Unde spatharius est satelles, ensifer,* spatha *seu gladio armatus. Hanc vocem in idioma byzantinum, propter commercium frequens cum Gothis, e fonte germanico intrusam insinuant Gretserus et Goar; P. G., tom. CLVII, p. 279. Revera in linguis germanicis occurrimus verbis* Spada, Spado, Spade, Spaten. *Sed quoniam etiam italice invenitur* spada, *mavult Kluge,* Etymologisches Wörterbuch der deutsche Sprache, *p. 322, fontem primigenium horum omnium verborum esse graecum. Utrum recte dubitare licet.*

o *Petrus iste est auctor alterius Vitae* S. Ioannicii, *quam modo trademus. Quod patet ex ipso Petro narrante hanc suam cum Platone monacho visitationem ad* S. Ioannicium. *Cfr. alterius Vita num. 67.*

p *Illud monasterium* Heraclis, *seu* Heraclii, *seu* Heraclei, *notum est ex Theophanis* Chronographia. *P. G., tom. CXIII, p. 863, cuius situm ita definit* κατῆλθεν ἐν τῇ Κίῳ τῆς Βιθυνίας εἰς τὴν μονὴν τοῦ Ἡρακλείου. Kios, *latine* Cius, *hodie* Ghio, *portus erat Nicaeam inter et Prusam ad mare, haud procul a monte Olympo; cfr. Texier,* L'Asie Mineure, *p. 112. Inter subscriptores septimae synodi iam saepius memoratae legitur nomen* Iosephi, hegumeni et archimandritae Heraclii. *Cfr. P. G., tom. XCVIII, p. 215; de quo etiam mentionem inicit Theodorus Studita in libri II epist. 9; P. G., tom. XCIX, p. 1139.*

q *De Petro metropolitano Syllaei videsis Le Quien,* Oriens christianus, *tom. I, p. 1019. Ut recte vult* B *auctor, ordinatus est, restituta orthodoxia sub Michaele III et Theodora, cum, auctore Methodio,* E *patriarcha Constantinopolitano, ecclesiae ab iniquis pastoribus purgatae sunt. Cfr. Hergenroether,* Photius, *tom. I, p. 352. Est autem Syllaeum urbs Pamphyliae, haud procul ab urbe Perge, quae erat provinciae metropolis, ut testantur tum Acta concilii Chalcedonensis, tum scholiastes Callimachi* Hym. in Dian. *v. 187, tum Ezech. Spanhemius,* Dissert. 9. de V. et P. nummis, *p. 561, quos affert Wesselingius in suo* ad Heroclis Synecdemum Commentario, *in P. G., tom. CXIII, p. 1238. Sed, quod etiam confirmat praesens textus, in quo Petrus monachus denominatur* Συλλαίου μητροπολίτης, *dignitatem metropolitanam Perge amisit, et ea Syllaeum insignitum est. De variis formis sub quibus prodit istud verbum* Σύλλαιον, Σύλαιον, Σύλεον, Συλεῖον, Σύλλιον, Σύλλειον, *imo* Σύλουον, Σίλυον *et* Σίλλιον, *cfr. Wesselingium, loco iam citato. Ut notabimus suo tempore, textus Petri monachi praefert* Σύλαιον.

CAPUT DECIMUM.

S. Ioannicius admonet imperatorem Theophilum et scribit ad S. Methodium patriarcham, ut eum roboret contra detractores eius.

44. Τοῦ δὲ μακαριωτάτου καὶ θαυματουργοῦ Πέτρου, ἡγουμένου γεγονότος τῆς [1] μονῆς τοῦ ἁγίου [2] Ζαχαρίου, ὑπὸ πόδας τοῦ ἐκεῖσε Ὀλυμπιακοῦ [3] ὄρους καὶ σύνεγγυς Καλουκώμης κειμένης, ἐν τῷ ὑπεράνω C τῆς μονῆς βασιλείου [4] ναῷ τοῦ ἁγίου [2] Νικολάου τότε κατασκηνοῦντος, ἐν ᾧ καὶ τοῦ σώματος ὁ ἀοίδιμος ἀπανέστη, κατὰ τὸν μέγαν Ἀντώνιον τὰ τοῦ Νιτριώτου Ἀμοῦν ἐξοδεύσαντος θεοπρεπῆ θεασάμενον*, ὁ κατ᾽ ἐκεῖνον οὗτος ἐρημικὸς καὶ φιλήσυχος καὶ μέγας Ἰωαννίκιος τὰ τῆς ἐνδόξου ἀπὸ γῆς πρὸς οὐρανὸν μεταθέσεως τοῦ πατρὸς Πέτρου ἀποκαλύπτεται φοβερά. Ὃ πρὸς ἐμὲ τὸν ἐλάχιστον οἰκείῳ στόματι εἴρηκεν ὅτι· Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ τῶν ἑωθινῶν ὕμνων, ἐν ᾗ τετελείωτο ὁ πατὴρ Πέτρος, τέκνον Σάβα, προσευχομένου μου, γεγονὼς ἐν ἐκστάσει εἶδον ὡς ἐν τῷ τοῦ ἁγίου [5] ἱεράρχου Νικολάου ναῷ σὺν τῷ τρισοσίῳ πατρὶ Πέτρῳ παρήμην, καὶ ἰδού, φησίν, ὄρος περικαλλὲς καὶ τερπνότατον [6], οὗ ἡ κορυφὴ τὰς οὐρανίους ὑπερῆρεν ἀψίδας. Ὑπὸ πόδας δὲ τούτου ἄμφω ἡμῶν ἱσταμένων καὶ συλλαλούντων, δύο τινὲς ἡμῖν ἄνδρες ἀστραπηφόροι ἄνωθεν ἐπιστάντες χεῖρα αὐτοῦ κατασχόντες πρὸς ἑκατέραν σὺν αὐτῷ ἀνέβαινον ὅθεν κατῆλθον. Ὅσον δέ μου αὐτὸς τῇ ἀναβάσει διΐστατο, τοσοῦτον λοιπὸν τῇ θείᾳ δόξῃ κατηγλαΐζετο, καὶ ὅσον τοῖς ἐμοῖς

* *omn. cod.* θεασάμενος

44. Cum beatissimus et thaumaturgus Petrus *a* hegumenus factus monasterii Sancti Zachariae *b*, siti ad radices istius ibidem Olympici montis et prope Calucome, in templo sancti Nicolai quod supereminet regio *c* monasterio tunc moraretur, in quo celebris ille vir e corpore migravit, sicut magnus Antonius *d* Nitriotae Ammonis migrationem mirabilem vidit, ita etiam iste sanctus eremita et solitarius, magnus Ioannicius, illius patris Petri de terra ad caelum illustrem transitum mirabiliter per revelationem cognovit. Qui mihi minimo proprio ore ait : *In ipsa die et hora matutinorum hymnorum, qua mortuus est pater Petrus, fili Saba, dum orabam, factus in exstasi vidi me quasi in sancti episcopi Nicolai templo cum ter sancto patre Petro adesse, et ecce,* ait, *mons erat pulcherrimus et iucundissimus, cuius cacumen caelestes superabat absides. Ad cuius radices cum staremus ambo colloquentes, duo quidam nobis viri fulgide splendentes adstant, qui manum illius utrinque arripientes cum ipso ascenderunt illuc unde descenderant. Sed quanto magis a me in ascensione distabat, tanto magis divina gloria refulgebat, et quanto magis meis corporalibus oculis abscondebatur, tanto magis ipse resplendebat. Quo viso,*

S. Ioannicius *videt in spiritu mortem S. Petri Atroensis.* *a* *b* *c* *d*

44. — [1] *om.* 2. — [2] (Ζαχαρίου-ἁγίου) *om.* 4. — [3] Ὀλυμπικοῦ 2. — [4] βαλαίου *(sic)* 3. — [5] *om.* 3, 4. — [6] τερπνόν 3.

A ἐμοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ἀπεκρύπτετο, μᾶλλον αὐτός καὶ μᾶλλον κατελαμπρύνετο. Τοῦτο ἑωρακὼς ἕνα τῶν ὑπηρετῶν μου ἀποστείλας, εὑρίσκω ὡς παρ' αὐτὰ κεκοίμητο ὁ θαυματουργὸς καὶ μακάριος Πέτρος καὶ τὸ πνεῦμά μου ταχθείη μετὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. Ταῦτα [7] οὖν παρὰ τοῦ πατρὸς Ἰωαννικίου ὡς ἐπὶ Κυρίου παραλαβών, ἐνταῦθα μὲν ἐκ μέρους, ἐν δὲ τῷ τοῦ πατρὸς Πέτρου βίῳ προεξεθέμην πλατύτερον [7].

45. Ὁ οὖν βασιλεὺς Θεόφιλος ἔτι τοὺς τῆς Χριστοῦ εἰκόνος προσκυνητὰς διώκων, ἀποστέλλει πρὸς τοῦτον τὸν προφητικώτατον ἄνδρα καὶ μέγαν Ἰωαννίκιον δύο τινὰς τῶν οἰκείων αὐτοῦ καὶ μεγιστάνων κατὰ καιρούς, φημὶ δὴ τὸν πρωτοβεστιάριον καὶ τὸν κουράτωρα τὸν μέγαν, πειραστικῶς ἐρωτήσοντας εἰ δεῖ τοῦ Χριστοῦ προσκυνεῖν τὴν εἰκόνα. Ὧν ἀνελθόντων, δεχθέντων τε καὶ συνομιλούντων τῷ μακαρίτῃ, νεύει ὁ ἕτερος αὐτῶν πρὸς τὸν ἕτερον ἀπογυμνῶσαι τῷ πατρὶ τό, περὶ ὃ παραγεγόνασιν, ἐπερώτημα. Πρὸ τοῦ δὲ αὐτοὺς προτεῖναι [1] ὁ πατὴρ λέγει· Τί οὖν ἐστιν, ὦ ἄνδρες, ὅπερ ἀλλήλοις ἐννεύετε; Μὴ περὶ τῆς [2] Χριστοῦ εἰκόνος ἐστάλητε ἐρωτῆσαί με εἰ δεῖ προσκυνεῖσθαι αὐτήν;
B Γνῶτε οὖν, καὶ τῷ ἀποστείλαντι ὑμᾶς ἀπαγγείλατε ὅτι ἡ μὲν ἱερὰ ὄντως καὶ θεία Γραφὴ πολλαῖς μαρτυρίαις ἀποδεικνύει τὴν τῆς Χριστοῦ εἰκόνος τιμὴν καὶ τῆς Θεοτόκου καὶ τῶν ἁγίων. Ἐμοὶ δὲ τῷ ἐλαχίστῳ καὶ ταπεινῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔδειξεν [3] ὅτι εἰ καὶ βίον ἔχει τις χρηστῆς ὑπολήψεως πλήρης, τὴν δὲ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα καὶ [4] μορφὴν οὐ τιμᾷ καὶ ἀσπάζεται, τῆς διὰ Χριστοῦ προσγενομένης σωτηρίας οὐ τεύξεται καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ χωρισθήσεται. Ὡς οἱ τὴν σὴν μορφήν, βασιλεῦ, ἀτιμάζοντες, ἑτέρῳ δῆλον τὴν ἀρχήν σου προσνέμοντες, τὸ κράτος τῆς ἐξουσίας [5] χαριζόμενοι, τῇ πρὸς σὲ γὰρ αὐτῶν ἀκαταλλάκτῳ κατεχόμενοι ἔχθρᾳ εἰς τὴν εἰκόνα σου παροινοῦσι καὶ δι' αὐτῆς ἀθέσμως σε ἐνυβρίζουσιν, ὅθεν εἰ μὴ τὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, ὡς ἔφην [6], τιμῶντες καὶ προσπτυσσόμενοι, ἄνθρωπον αὐτὸν [7] κατὰ σὲ οὐ πιστεύουσι γεγενῆσθαι καὶ βασιλεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ οὐκ ἀνέχονται, εἰς τὸ αἰώνιον καὶ ἀτελεύτητον [8] πῦρ μετὰ τοῦ πρώτου εἰκονομάχου Σατὰν καὶ τῶν ἐκείνου ἀγγέλων καταταττόμενοι. Ταῦτα οἱ τοῦ Θεοφίλου φορολόγοι πρὸ τοῦ ἐξειπεῖν ἀκούσαντες παρὰ τοῦ πατρὸς μετ' ἐκπλήξεως ἄκρας κατίεσαν καὶ τῷ ἀποστείλαντι αὐτοὺς τὰ τῆς ἀποκρίσεως προσανήγγειλαν [9]. Ἀλλ'
C οὐκ ἐβελτιώθη κατειλημμένος τῇ ἀσεβείᾳ καὶ ὑπὸ Ἰωάννου ἠπατημένος τοῦ δυσσεβοῦς, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῇ αἱρέσει.

46. Ὅθεν μετά τινας ἡμέρας τοῦ τιμίου ἀνδρὸς Εὐστρατίου, ἡγουμένου Ἀγαύρων, πρὸς τὸν ὅσιον ἀνελθόντος, ὡς ἔθος εἶχε, καὶ τὴν πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς τῶν διωκτῶν στιβαρότητα αὐτῷ ἀπαγγείλαντος καὶ περιλυπουμένου, φησὶν ὁ πατήρ [1]· Ἔτι [2] μικρόν, ὦ Εὐστράτιε, καὶ τὸ τοῦ ἀποστάτου δράκοντος ἀφομοίωμα κεφαλῇ καὶ οὐρᾷ σὺν τοῖς μέσοις, δυνάμει Χριστοῦ, νεκρωθήσεται καὶ ὁ ὑπηρέτης αὐτοῦ τῶν θελημάτων ἀποθανεῖται Θεόφιλος καὶ ὀρθοδοξία καθολικὴ προσγενήσεται. Ὅθεν θαρρήσας ὁ Εὐστράτιος λέγει· Τούτου τοῦ ἀγαθοῦ δι' εὐχῶν σου τελειουμένου, μακάριε, τίς ἄρα ἔσται ὁ τῆς πατριαρχίας ἄξιος, ἐμπιστευθησόμενος τὰς ἡνίας τοῦ ἔξω τῆς αἱρετικῆς λύμης καὶ πάσης βλάβης τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ διεξάξαι καὶ διϊθῦναι; Ὁ δέ φησιν· Ὁ ἀφωρισμένος ὑπὸ Θεοῦ εἰς τοῦτο, κατὰ τὸν μέγαν [3] Παῦλον, ἀπὸ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, πράξει

A 23. Καὶ δὴ πάλιν μετά τινας ἡμέρας ὁρᾷ κατ' ὄναρ πηγὴν πρὸς ἀνατολὰς* ὑπάρχουσαν καὶ πλῆθος προβάτων ἐστερημένων φωτὸς πρὸς τὴν πηγὴν ἀπιόντων καὶ ἅμα τοῦ προσψαύειν καὶ ἅπτεσθαι τοῦ ὕδατος, αὖθις τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν λαμβάνειν καὶ ὑγιῆ ὑποστρέφειν. Ὁ δὲ ὅσιος θαυμάζων καὶ διαλογιζόμενος τί ἂν εἴη τοῦτο, βλέπει λευχειμονοῦντα* ἄνδρα, δακτυλοδεικτοῦντα καὶ λέγοντα αὐτῷ· Αὕτη ἡ πηγὴ ἣν ἀποθαυμάζων ὁρᾷς, ὦ Ἰωαννίκιε, τῆς Θεομήτορός ἐστι, καὶ ὅστις ἂν πηροῖς τοῖς ὄμμασι προσέλθοι καὶ λαβὼν τοῦ ὕδατος νίψεται, ἀναβλέψει τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς καὶ σωθήσεται. Ὁ δὲ ὅσιος σύντρομος διυπνισθεὶς καὶ πρὸς τὸν ὁραθέντα τόπον ἀπιὼν τὴν μὲν πηγὴν ἣν ἐθεάσατο οὐχ εὗρεν. Περικαλλῆ δὲ τὸν τόπον καὶ εὔθετον θεασάμενος καὶ διαλογισάμενος ὅτιπερ εὐάρεστός ἐστι παραχρῆμα τὴν Θεοτόκον οἰκεῖν ἐκεῖσε, σεβάσμιον ναὸν ἐπ' ὀνόματι αὐτῆς ἀνέστησε, καὶ τοῦτον μοναστήριον ποιήσας πολλοὺς ἐκ τῆς πωρώσεως τοῦ βίου ἐξῆξε καὶ τούτους ἀποκείρας καὶ τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ πᾶσι τοῖς προσιοῦσι καὶ μάλιστα τοῖς προσερχομένοις ἅπασι νέμει. Καὶ ἕτερον δὲ ναὸν ἐπ' ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστό-
B λων Πέτρου καὶ Παύλου ἀνοικοδομήσας καὶ ποιήσας καὶ τοῦτον μοναστήριον, ἐν ἀμφοτέροις τε καταστήσας ἀρίστους καθηγεμόνας καὶ τύπους ἱεροὺς καὶ κανόνας ἐκθέμενος, καὶ τούτοις παραδούς, αὐτὸς πάλιν τῆς ὑψηλοτάτης ἡσυχίας, ὡς πρώην, εἴχετο. Αὕτη δὲ ἦν ἡ αἰτία τῆς τῶν σεβασμίων οἴκων τοῦ Θεοῦ ἀνεγέρσεως, ἣν διεξοδικώτερον, κατὰ τὸ ἡμῖν θεμιτόν, ὑμῖν διεσαφήσαμεν. Ἐπεὶ οὖν περὶ τούτων ἱκανῶς εἴρηται, ἐφ' ἕτερον θαῦμα τὸν λόγον μεταγάγωμεν.

* cod. ἀνατωλάς.

* cod. λευχιμονοῦντα.

23. Post aliquot dies iterum videt in somnio fontem, qui ad orientem assurgebat et multitudinem ovium luce orbatarum ad fontem venire, quae simul ac tetigissent aquam denuo lumen oculorum recipiebant et sanatae revertebantur. Sanctus miratus et secum ipso versatus quid hoc sibi vellet, aspicit virum albis indutum indigitantem et dicentem ipsi : *Fons iste quem miratus intueris, o Ioannici, Dei matris est, et quicumque caecis oculis accesserit et capta aqua lotus fuerit, videbit mentis oculis et servabitur.* Sanctus quidem tremens expergefactus et ad visum locum profectus fontem, quem erat intuitus, non invenit. Perpulchrum autem hunc locum et aptissimum cum animadvertisset cogitassetque amoenum fore Dei matri habitaculum, ilico ibi venerandum templum in nomine eius erexit, atque etiam monasterium constituens plures ex indurata peccatis vita eduxit, illosque tonsura decoravit et lumen cognitionis Christi omnibus accedentibus et praetereuntibus distribuit. Alterum quoque templum sub invocatione sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli cum aedificasset et ibi etiam mona- E
sterium erexisset, in utroque constitutis optimis cathegumenis et imaginibus sacris locatis regulisque traditis, ipse iterum in altissima solitudine, ut prius se continuit. Haec fuit igitur ratio cur venerabiles Dei domos exstruxerit, quam pro viribus nostris fusius aperuimus vobis *m*. Quoniam igitur de his sufficienter dictum est, ad aliud prodigium sermonem deducamus.

atque etiam B. Virgini Mariae et principibus apostolorum.

ANNOTATA.

a *Eundem locum vocat Sabas num. 18,* τὸ πρὸς Λυδίαν ἄλσος.
b *Haec narrantur in Vita praecedenti, num. 18, p. 35.*
c *Rom., XII, 19.*
d *Matt., X, 23.*
e *Rom., IX, 22.*
f *Prov. XXXIII, 1.*
g *Iuvat notare locutionem graecam* τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. *Occurrit etiam in Vita S. Theognii,* Anal. Bolland., *tom. X, p. 82, ubi eam corrigendam duxeramus* τὰ πνεύματα τὰ τῆς πονηρίας.
h *Ps. XXXV, 1, 3.*
i *Ps. XXVI, 2.*
k *Ps. XXXVI, 14.* F
C l *Ps. XIX, 8, 9.*
m *Non tamen indicat Petrus qua peculiari ratione impulsus* S. Ioannicius *exstruxerit templum SS. Petro et Paulo. Ceteroqui illud etiam silentio praetermisit Sabas.*

CAPUT QUINTUM.

Nonnulla S. Ioannicii miracula. A fulguris periculo liberat monasterium, per orationem rapitur in exstasim, puerum a daemonibus servat, mulierem energumenam sanat, fugat daemones et a seipso et a pago quem infestabant.

24. Ἐν μιᾷ γὰρ τῶν ἡμερῶν συννεφὴς γεγονὼς ὁ οὐρανὸς καὶ τῇ ἐπιπλήσει καὶ τάσει τῶν νεφῶν στερρᾶς βροντῆς ἤδη ἀπηχουμένης, πνεῦμα πυρὸς ἀναφανὲν φοβερῷ ῥοιζήματι ὑφ' ἓν τῶν σεβασμίων ναῶν ἀπειλοῦν ἐπηρεύετο. Ὁ δὲ ὅσιος τοῦτο θεασάμενος στὰς εἰς προσευχὴν καὶ τὰς χεῖρας πρὸς οὐρανὸν ἐκπετάσας τὴν τοῦ πυρὸς ἀπειλὴν ὑπολοφῆσαι ἐδέετο. Ὁ δὲ τῶν θαυμασίων Θεός, ὁ δοξάζων τοὺς δοξάζοντας αὐτόν, ὁ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων

24. Quadam die, obnubilato caelo, cum congregatis et extensis nubibus validum tonitru iam resonaret, globus igneus apparens cum formidando strepitu in unum sanctorum templorum minax ruebat. Sanctus quidem hoc intuitus stansque in oratione manibus ad caelum levatis, ut ignis minae averteretur precabatur. Miraculorum autem Deus, qui glorificat glorificantes eum, qui desiderium timentium eum explet, et precem eorum exaudit et servat eos, exaudit citissime proprium servum

A fulguris periculo liberato monasterio.

VITA

εἰσακούων καὶ σώζων αὐτούς, ὑπακούει τάχιστα τοῦ ἰδίου δούλου καὶ ἀβλαβῆ τὸν ναὸν διαφυλάττει τοιούτῳ τρόπῳ. Τὸ γὰρ πῦρ πλησιάσαν τῷ ἱερῷ οἴκῳ, δίκην ὀθόνης * πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένης, καμαροειδῶς ἐπὶ πλείστην ὥραν περιετείχισε. Πάντων τῶν ἐκεῖσε συνόντων τῷ θεάματι ἀποσκοπούντων καὶ διαλογιζομένων εἰς ἅπαν τὸν ναὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀποτεφρῶσθαι, δυνάμει θείᾳ διεχέθη τὸ πῦρ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι καὶ εἰς τέλος ἠφανίσθη. Ὁ δὲ σεβάσμιος οἶκος διὰ τῆς προσευχῆς, ὡς εἴρηται, τοῦ θεσπεσίου πατρὸς ἡμῶν σῶος καὶ ἀλώβητος ἐξέλαμψε. Πάντες δὲ οἱ τότε παρόντες ἐκεῖσε καὶ τὸ παράδοξον τοῦτο θαῦμα θεασάμενοι κοινῇ βοῇ εὐχαριστηρίους ἀναπέμψαντες ὕμνους τὸν Θεὸν ἐδόξαζον.

* cod. ὀθώνης.

25. Ἐν τούτοις ἤγουν τοῖς σεβασμίοις ναοῖς ἄντρον πλησίαζον ὑπῆρχεν, ἐν ᾧ ἀπερχόμενος ὁ ἅγιος προσηύχετο. Τοῦ οὖν προμνημονευθέντος Εὐστρατίου, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ, πρὸς τὸν ὅσιον παραγενομένου, καὶ τὴν ἐπικρατοῦσαν τοῦ διωγμοῦ δεινὴν συμφορὰν ἐκδιηγουμένου, αὖθις ἀναστὰς ὁ ὅσιος πρὸς τὸ σπήλαιον προσευξόμενος ἐπορεύθη. Χρονίσαντος δὲ αὐτοῦ ἐπὶ πλείστην ὥραν διελογίζετο
B ὁ ἀοίδιμος Εὐστράτιος τίνος χάριν εἴη ἡ τοσαύτη βραδυτής. Ὡς οὖν ἀναστὰς πλησίον τοῦ σπηλαίου ἀποσκοπήσων παρεγένετο, ὁρᾷ τὸν ὅσιον ἐπὶ προσευχὴν οὐκ εἰς γῆν ἱστάμενον, ἀλλὰ κρεμάμενον ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν ἀέρα μέχρι δύο πηχῶν, ὅλον φωτοειδῆ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀποστίλβοντα. Ὅδε ἐπὶ τὸ ὁραθὲν καταπλαγεὶς καὶ φοβηθεὶς μήτι τῷ ἁγίῳ περικοπήν τινα δῷ, ἡσυχῇ βηματίσας καὶ οἰόμενος λανθάνειν ἐπανέστρεψεν· μικρὸν δὲ ὅσον παρεγένετο καὶ ὁ ἅγιος. Ὁ δὲ πάνσοφος πατὴρ ἡμῶν οὐ παρ' αὐτὰ τοῦτον διελέγχει, ἀλλ' ἤδη πλείστων ἡμερῶν διαδραμουσῶν ἐν μιᾷ πάλιν προσομιλούντων αὐτῶν, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ ὅσιος· Οὐ καλόν ἐστιν, ὦ ἀγαπητὲ Εὐστράτιε, ἐπὶ προσευχήν τινα ἱστάμενον τοῦτον παρ' ἄλλου κατασκοπεύεσθαι. Ὅδε γνοὺς ὅτι οὐ διέλαθεν· Οὐ, φησί, πάτερ, ἀπελογεῖτο, ἕνεκεν τοῦ κατασκοπῆσαι τὴν εὐχὴν ὑμῶν παρεγενόμην, ἀλλ' ἕνεκεν τῆς συμβάσης πολλῆς βραδυτῆτος, τούτου χάριν μαθεῖν ἀφικόμην. Ὁ δὲ ὅσιος· Καί γε ἐγὼ ἔγνωκα, ὦ καλὲ Εὐστράτιε, ἀλλ' ὅμως τὸ πάντα ἐπεσκεμμένως πράττειν καλόν. Ὅδε μηδὲν πρὸς τοῦτο ἀντεπεῖν * δυνηθείς, μετάνοιαν βαλὼν τὴν συγχωρίαν ἐδέξατο.

* cod. ἀντιπεῖν.

26. Ἔτι τοῦ ἁγίου ἐγκαρτεροῦντος ἐκεῖσε καὶ
C τοῦ διωγμοῦ ἐπικρατοῦντος, ἐγένετό τινα παῖδα παρὰ τῶν αὐτοῦ γεννητόρων ἀποσταλέντα ὕδωρ ἀντλῆσαι, καὶ τοῦ παιδὸς τὴν πρόσταξιν πεποιηκότος καὶ ἀνθυποστρέφειν οἴκαδε μέλλοντος ὁρᾷ τινας ἄνδρας ζοφεροὺς τῷ εἴδει πλησιάσαντας αὐτῷ φᾶναι· Ὦ παῖ, οὐ καλῶς τὴν πορείαν πεποίησαι· ἔνθεν γὰρ ἀριστερὰ πρὸς ἡμᾶς ἔκκλινον, ὅπως τὴν ὁδὸν ὑποδείξωμέν σοι. Ἐβούλοντο δὲ τὸν παῖδα οἱ τοῦ σκότους ἐργάται πρὸς τὸν κρημνὸν ἀπαγαγεῖν καὶ ἀπολέσαι. Ὅδε ἀληθῆ τὰ παρ' αὐτῶν λεχθέντα ὑπολαβὼν συνηκολούθει αὐτοῖς. Ὡς δὲ πέφθακε πλησίον τοῦ κρημνοῦ, ἄφνω ἐπιφαίνεται τῷ παιδὶ ὁ ἅγιος. Ἡ δὲ δαιμονικὴ πληθὺς πᾶσα, ὡς ᾔσθετο τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου θρηνητικῶς ἀλαλάξασα, ἑαυτὴν κατὰ τοῦ κρημνοῦ ἔβαλεν. Δοὺς δὲ χεῖρα τῷ παιδὶ ὁ ἅγιος, τὴν ὁδόν τε ὁδηγήσας, καὶ ἐπευξάμενος, ἀπέλυσεν. Οἱ δὲ γονεῖς διηρώτων τὸν παῖδα τίνος ἕνεκεν ἐπὶ πλείστην ὥραν χρονίσας οὐ παρεγένετο. Ὁ δὲ παῖς ἀνήγγειλε πάντα καὶ πῶς ὑπὸ τῶν δαιμόνων πλανηθεὶς κατὰ τοῦ κρημνοῦ ἠπείγετο, καὶ πῶς διὰ τῆς ἐπιστασίας τοῦ ἁγίου παραδόξως ἐρρύσθη. Καὶ τοῦτο ἀκούσαντες, τῷ Θεῷ καὶ τῷ αὐτοῦ θεράποντι ηὐχαρίστουν.

27. Γυνή τις πνεύματι πορνείας καθυποβληθεῖσα καὶ τῷ οἴστρῳ τῆς φιληδονίας, καθάπερ πυρί, ὡς εἰπεῖν,

servum suum et integrum templum custodit D
hoc modo. Cum enim ignis appropinquaret sacrae domui, velut velum navigii vento inflatum, in camerae specie per plures horas circumdedit aedificium. Cum omnes ibi convenissent spectaculum intuiti et cogitantes omnino templum ab igne incensum iri, virtute divina scissus est utrinque ignis et tandem evanuit. Veneranda quidem domus per orationem, ut dictum est, divi patris nostri sarta tectaque resplenduit. Cum omnes qui tunc ibi aderant illud prodigium aspexissent, communi voce eucharisticos edentes hymnos, Deum glorificaverunt *a*. a

S. Ioannicius *orans in exstasim rapitur,*

25. Haud longe ab illis venerandis templis iacebat antrum, in quo recedebat sanctus ad orandum. Cum igitur iam memoratus Eustratius ad sanctum convenisset et invalescentem persecutionis *b* terribilem cladem edissereret, iterum surgens sanctus ad speluncam oraturus profectus est. Cum ibi moratus esset per longum tempus, cogitavit laudatus Eustratius quare esset tanta E
mora. Surgens igitur cum prope speluncam inspecturus advenisset, videt sanctum in oratione non super terram stantem, sed suspensum a terra in aere quasi duobus cubitis, totum illuminatum et supra solem splendentem. Viso spectaculo commotus et veritus ne sanctum interrumperet, placide ambulans et arbitratus se latere reversus est; paulo post advenit etiam sanctus. Sed sapientissimus pater noster non statim ipsum arguit, at cum iam plures dies elapsi essent et iterum quadam die simul versarentur, dicit illi sanctus: *Non bene est, o dilecte Eustrati, in oratione stantem aliquem ab altero inspici.* Qui quidem cognoscens se non latuisse: *Minime, pater,* dixit sese excusando, *orationis vestrae inspiciendae causa adveneram; sed propter longam quae intercesserat moram, ad huius discendam causam adveni.* Cui sanctus : *Et hoc quidem novi, o bone Eustrati; nihilominus omnia caute peragere iuvat.* Qui nihil quod responderet habens, paenitentia facta, veniam accepit *c*. c

puerum a daemonum impetu servat,

26. Cum sanctus ibi perseveraret et persecutio saeviret, contigit aliquem puerum a parentibus suis mitti ad aquam hauriendam. Mandato expleto, domum reversurus erat cum videt quosdam homines nigros aspectu appropinquantes, qui illi dicunt : *O puer, non rectum iter sequeris, inde enim sinistrorsum ad nos declina, ut viam significemus tibi.* Volebant autem puerum isti tenebrarum opifices in abyssum deicere et perdere. Qui quidem vera esse, quae dicebant illi, arbitratus, subsecutus est eos. Cum autem pervenisset prope voraginem subito apparet puero sanctus. Daemonica turba universa, cum sensisset praesentiam sancti, querule ululans seipsam in abyssum proiecit. Data manu puero, sanctus viae ducem se praestans ipsique benedicens dimisit eum. Parentes interrogaverunt puerum quam ob causam tamdiu moratus abfuisset. Puer enarravit omnia, et quomodo a daemonibus in errorem ductus et ad voraginem pulsus fuisset et quomodo per adventum sancti necopinato servatus. Quibus auditis, Deo et eius servo grates solverunt *d*. d

energumenam sanat,

27. Mulier quaedam a spiritu immunditiae vexata et stimulo voluptatis, tamquam igne, ut ita dicam,

A εἰπεῖν, ὅλῳ τῷ σώματι φλεγομένη, λογισμῷ δὲ κρείττονι ἀντιταττομένη τῇ ἁγνείᾳ δοῦναι τὰ νικητήρια, τέλος ἡττηθεῖσα καὶ μανικῷ ἔρωτι φρενοβλαβήσασα, τήν τε ἐσθῆτα διαρρήξασα καὶ τοὺς πλοκάμους ξάνασα καὶ ἀπρεπῶς διαπετάσασα, καθάπερ ὗς ἄγριος, ἐν ταῖς ἐρημίαις περιπλανωμένη ηὐλίζετο· καὶ ἦν ἰδεῖν θαῦμα ἐξαίσιον λογικὴν φύσιν τὰ τῶν ἀλόγων ἔργα διαπραττομένην. Οὔτε γὰρ αὐτῆς τῆς τῶν ἀλόγων τροφῆς μετελάμβανεν, ἀλλ' ἀφειδῶς τὰς ἰδίας σάρκας κατήσθιεν, θηριότροπον ἔχουσα μορφὴν καὶ παντελῶς ἠλλοιωμένην, τό τε ὄμμα φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν ὑποβλέπουσα, καὶ τοὺς ὀδόντας τρίζουσα, καὶ ταῖς χερσὶ τὰ σπλάγχνα κατατείνουσα, καὶ κρουνοῖς αἱμάτων τὴν γῆν πληροῦσα, φωναῖς τε πολυσήμοις ἀλαλάζουσα. Ποτὲ μὲν γὰρ ὑλακτοῦσα, ὡς κύων ἀνέκραζεν, ποτὲ δὲ ὡς ταῦρος ἐμυκᾶτο, καὶ πῇ μὲν ὠγκᾶτο * ὡς ὄνος, πῇ δὲ ὡς ὄφις βιαίοις συριγμοῖς ἀπήχει. Ὡς δ' ἐπί τινας ἡμέρας οὕτω μανικῶς διεκαρτέρει, Θεοῦ δυνάμει ἐφοδηγηθὲν τὸ γύναιον τῷ ἁγίῳ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὄντι πρόσεισιν. Ὁ δὲ ἅγιος ταύτην θεασάμενος, γνοὺς δὲ καὶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ μισοκάλου καὶ πονηροῦ δαίμονος, ἱκετικαῖς δεήσεσι τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν
B ἐξεβιάζετο ταύτην πάλιν ἐν τῷ ταὐτῷ τῆς λογικῆς φύσεως τὸν ἡγεμόνα καὶ κύριον λογισμὸν ἐρρωμένην ἀπολήψασθαι. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος καὶ φιλοικτίρμων Κύριος, ὁ πάντας θέλων σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν, ἐπικαμφθεὶς τοῖς ἐντεύξεσι τοῦ ἰδίου θεράποντος τὴν ἰδίαν εἰκόνα οἰκτείρας ἐκ τῆς παρὰ φύσιν ἀλογίας τὰ αἰσθητήρια τραπεῖσαν τῆς κατὰ φύσιν λογικῆς φύσεως ὑγιὲς τὸ γύναιον ἀποδίδωσι πάλιν. Ὡς γοῦν εἰς ἑαυτὴν ἡ γυνὴ ἐγένετο, καὶ τὸν ἅγιον πρὸ προσώπου αὐτῆς ἱστάμενον ἔβλεψεν, ῥίψασα ἑαυτὴν πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ θρηνητικῶς ἀλαλάζουσα ἔλεγεν· Ἐλέησόν με, ὦ πάτερ, τὴν ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον ἁμαρτωλήν, τὴν μηδὲ πρὸς μικρὸν ἑαυτὴν τοῖς λογισμοῖς κατασχοῦσαν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν ναὸν τοῦ σώματος διαφθείρασαν, καὶ ἀσωτίᾳ ἑαυτὴν καθυποβαλοῦσαν, καὶ παίγνιον δαιμόνων γεναμένην· οἴκτειρόν με τὴν ἐκ λογικῆς φύσεως εἰς τὴν τῶν ἀλόγων μεταβληθεῖσαν, καὶ ὡς ὁρᾷς με πάντη τεταπεινωμένην ὑπάρχουσαν καὶ ἑαυτὴν καταδαπανήσασαν καὶ ἀφανίσασαν ὅλην τὴν εὐπρέπειάν μου, ἐπικούφισον τὴν ἐγκειμένην ἐν ἐμοὶ φλογώδη οἰστρομανίαν * καὶ δρόσον ἁγνείας ** πεμφθῆναί μοι καθικέτευσον· ἆρον ἀπ' ἐμοῦ τὸν βαρὺν κλοιὸν τῆς πορνείας καὶ σωφροσύνης ἅμμασι σαῖς λιταῖς περίσφιγξον· κυβέρνησόν μου τὴν ψυχικὴν ναῦν πνεύμασι πορνείας κλυδωνιζομένην, καὶ πρὸς λιμένα τὸν τῆς ἀπαθείας με καθώρμησον· βοήθησόν μοι τῇ ἀθλίᾳ, τὴν πολλοῖς πταίσμασι καὶ πάθεσι σαλευθεῖσαν καὶ πρὸς τὴν πέτραν με τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ στερέωσον. Οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί σε Θεῷ, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν· διὸ δέομαί σου μή με ἀπορρίψῃς τὴν ἐν μεγάλῃ ἀνάγκῃ ὑπάρχουσαν, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς μου δάκρυσι παρακληθεὶς κάθαρόν με πρὸς σωφροσύνην ποδηγήσας, καθάπερ τὸ πάλαι ὁ Χριστὸς τὴν μακαρίαν καὶ ἐπαινουμένην πόρνην. Τούτων ὁ ἅγιος ὑπακούσας, σπλάγχνοις τε συμπαθείας κινηθείς, καὶ γὰρ ἦν ἄγαν φιλανθρωπότατος, τό τε ὄμμα πρὸς οὐρανὸν ἐκτείνας καὶ ἐκ βάθους στεναγμὸν * ἀναπέμψας φησὶ τῇ γυναικί· Ὦ γύναι, θάρσει, καὶ ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἔστω * ὑγιὴς ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας· ἀπὸ γὰρ τοῦ νῦν ἐπ' ἐμὲ ὁ σὸς πόλεμος ἔσται, καὶ σε μὲν ὁ Χριστὸς τοῦ λοιποῦ ἐλευθερώσει τοῦ πάθους· ἐν ἐμοὶ δὲ ὡς ἂν παραχωρήσῃ ἐνεργήσει. Ἡ δὲ γυνὴ ἅμα τῷ λόγῳ παραχρῆμα ἰαθεῖσα καὶ τοῦ πάθους τῆς ἐρωτομανίας ἐλευθερωθεῖσα, ἀπῆλθεν ὑγιὴς εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, δοξάζουσα

* cod. ὠγκεῖτο.

* cod. ὑστρομανίαν.

** cod. ἁγνίας.

* cod. στεναγμῶν.

* cod. ἔσω.

dicam, toto corpore conflagrata, at meliori cogitationi subiecta ut puritati victoriam daret, sed tandem devicta et furenti amore amens facta, vestibus laceris, crinibusque solutis et indecenter sparsis, sicut sus silvestris, in solitudinibus errans degebat. Erat quippe videre prodigium nefandum hanc rationabilem creaturam irrationabilium opera exsequentem. Non enim animantium cibis utebatur, sed non parcendo propriis carnibus edebat illas, ferinam induta formam et penitus immutatam. Oculo torvo et terribili aspicere, dentibus frendere, manibus viscera dilaniare et rivo sanguinis humum foedare, vocibusque diversis ululare. Modo latrans ut canis, vociferare, modo ut bos mugire, nunc clamare more asini, tunc serpentis instar validorum sibilorum sonum reddere. Cum aliquot dies ita amens transegisset, Dei virtute ducta muliercula, ad sanctum, qui tunc in eremo erat, convenit. Sanctus illam intuitus, agnoscensque operationem illius, qui homines odit mali daemonis, supplicibus petitionibus apud Deum, hominum amatorem, vim fecit ut illa denuo in hoc momento rationalis naturae ducem E
et magistram, rationem sanatam reciperet. Benignus et misericors Dominus, *qui omnes vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* e, *qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat*, victus precibus sui servi, suaeque imaginis misertus, ex illa contra naturam amentia quae sensus perverterat in connaturalem rationalem essentiam sanatam mulierculam iterum restituit. Cum igitur sui compos mulier facta esset et sanctum coram se stantem aspiceret, proiciens se ad pedes eius lamentabili voce ululans, dixit: *Miserere mei, o pater, magis quam ullus homo peccatricis, ne minime quidem ratione utentis, sed quae prorsus templum corporis profanavit, et libidini subiecta et ludibrium daemonum facta. Miserere mei ex rationabili natura in brutorum statum mutatae, et quoniam vides omnino humiliatam meipsam et perditam et spoliatam omni decore meo, allevia insitum mihi flagrantem cupidinis furorem et ut ros puritatis immittatur mihi implora. Aufer a me grave collare impudicitiae, et sapientiae vinculis tuis precibus circumcinge, guberna meae animae navem immunditiae ventis agitatam et ad portum in quo nulla est libido me dirige, adiuva me miseram multis casibus et cupiditatibus concussam et in petra mandatorum* F
Christi confirma me. Scio te omnia posse in eo qui te confortat Deo, impossibile apud te nihil; ideo precor te, ne reicias me in maxima necessitate versantem, sed humilibus lacrimis meis commotus purifica me ad sapientiam me conducens, sicut olim Christus beatam et laudatam mulierem peccatricem. Haec sanctus audiens visceribusque misericordiae motus, erat enim maximae benevolentiae, oculo ad caelum levato, et alte suspirans dicit mulieri: *O mulier, confide, et in nomine Iesu Christi, Filii Dei, esto sanata ab hodierno die. Ex nunc enim bellum tuum in me erit, te autem Christus in posterum liberabit a libidine; in me vero, quoniam ita permittet, operabitur.* Mulier simul ac locutus erat statim sanata et libidine voluptatis liberata, rediit sana in domum suam, glorificans et laudans Deum, atque ab illo tempore sapienter et pie vitam suam ordinans Deo totam se tradidit *f*.

VITA

e

f

VITA δοξάζουσα καὶ αἰνοῦσα τὸν Θεόν· καὶ ἔκτοτε σωφρόνως καὶ εὐσεβῶς τὸν ἑαυτῆς βίον διαρυθμίσασα τῷ Κυρίῳ ἑαυτὴν καθολικῶς ἀνατέθεικεν.

28. Ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν, ὡς εἴρηται, τὸν πόλεμον ἀναδεξάμενος, ἐν δάκρυσι καὶ προσευχαῖς καὶ νηστείαις τὸν Θεὸν καθικέτευεν ἀπαλλαγῆναι τῆς τοιαύτης νόσου. Ὁ δὲ δαίμων μὴ ὑποφέρων μηδὲ πρὸς ὥραν ἀντιστῆναι, ἀλλὰ καθάπερ βέλει ταῖς προσευχαῖς τοῦ ἁγίου βαλλόμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνέκραξεν· Ὢ τῆς βίας, ὢ τῆς δεινῆς προσπλήξεως, ὢ ἀπὸ τῆς φλογώσεως τοῦ κακογήρου ἧς νῦν ἐκκαίομαι· οὐδὲ γὰρ πρὸς ὀλίγον ἴσχυσα ἐμποδίσαι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ κανόνος αὐτοῦ. Εἶτα καὶ γοεροῖς τοῖς ῥήμασι πάλιν ἔλεγεν· Ἔασόν με ἐξελθεῖν, καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖον βασανίσῃς με, μηδ' ἔτι ἀδικήσῃς με, ὁρκῶ σε τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, ὅτι οὐχ ὑποφέρω καθορᾶν τὴν θείαν δόξαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνοικοῦσάν σοι. Ὁ δὲ ἅγιος ἔφη· Τί οὕτω ταχέως ἐπισπεύδεις καὶ διαπληκτίζῃ καὶ κραυγάζεις ἄσημα; Ἐπίμεινον γὰρ κἂν μέχρι ἑβδομάδος ἡμερῶν, καὶ οὕτως ἀπαλλάσσῃ* μου. Ὁ δὲ δαίμων πάλιν· Μή με κατάσχῃς ἐπὶ πλεῖον μηδὲ παραδώσῃς με τῷ αἰωνίῳ πυρί, παρακαλῶ σε. Εἶτα τῆς ἡμέρας ἐκείνης διαδραμούσης,
B περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς μικρὸν καθευδήσαντος τοῦ ἁγίου, μεταβαλὼν ἑαυτὸν ὁ δαίμων εἰς ἄρκον παμμέγιστον, βρυγμόν τε μέγαν ἀνακρουσάμενος ἐπιπίπτει τῷ ἁγίῳ. Ὁ δὲ ἅγιος ἐκτείνας τὴν χεῖρα καὶ κρατήσας τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς καὶ βίᾳ πρὸς αὐτὸν ἕλξας, πάλιν ὁ δαίμων ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἀπεκρίθη· Αἴ, αἴ με τὸν ἄθλιον. Εἶτα σφραγίσας ἑαυτὸν ὁ ἅγιος τῷ σημείῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ καὶ τῷ δαίμονι ἐπιτιμήσας, παραχρῆμα τοῦ πολέμου ἐπεκουφίσθη καὶ ἄφαντον αὐτὸν πεποίηκεν.

* cod. ἀπαλλάσῃ.

29. Ἐπεὶ οὖν κατάδηλος πᾶσιν ἐκεῖσε ἐγένετο καὶ ἡ φήμη αὐτοῦ πανταχοῦ διέδραμεν, νυκτὸς ἀναστὰς καὶ διαλαθὼν πάντας καὶ μάλιστα τοὺς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζητοῦντας πρὸς τὸ Ὀλύμπιον ὄρος πάλιν ἠπείγετο. Κατ' οἰκονομίαν δὲ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐγένετο αὐτὸν πλησιάσαι πρός τινα κώμην· μαθόντες δὲ οἱ ἐκεῖσε οἰκήτορες τὴν τοῦ ἁγίου παρουσίαν ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ ἐπορεύθησαν καὶ εὐχῆς ἤδη γενομένης ῥίπτουσιν αὐτοὺς πρὸς τοὺς πόδας τοῦ ἁγίου καὶ ἐλεεινῇ τῇ φωνῇ κατολοφυρόμενοι χεῖρα βοηθείας παρασχεῖν τούτοις καθικέτευον. Ὅδε τῷ προβλεπτικῷ χαρίσματι γνοὺς τὴν τούτων αἴτησιν, ὡς μὴ εἰδὼς ἠρώτα τί ἂν θέλοιεν. Οἱ δέ· Ὅτιπερ κατὰ τὰς ἡμῶν
C ἁμαρτίας, ἔφασαν, δράκων μέγιστος γειτνιάσας ἡμῖν τὴν μὲν ὁδὸν ἡμῶν ἄβατον πεποίηκε, τὰ δὲ κτήνη ἡμῶν, εἰ τύχοι τούτον συναντῆσαι, ὁλόκληρα ταῦτα καταπίνων ὑποδέχεται. Ὁ δὲ λίαν συμπαθέστατος πατὴρ ἡμῶν τούτων οἰκτείρας τὰ δάκρυα, φησίν· Ὦ ἀδελφοί, μακροθυμήσατε καὶ Κύριος ποιήσει τὸ ἔλεος αὐτοῦ μεθ' ὑμῶν. Αὖθις τε κηρύττει νηστείαν γενέσθαι ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά, καὶ τὸν Θεὸν θερμότατα περὶ τούτου ἐκλιπαρεῖν. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τῶν τῆς νηστείας ἡμερῶν, λαβὼν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ὁ ἅγιος τὸ νικητικὸν ὅπλον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ὃ εἰς ὁδηγίαν ἐπεφέρετο καὶ τὰ μικρὰ ἐκεῖνα, μᾶλλον δὲ εἰπεῖν ὑψηλά, ἃ περιεβέβλητο καὶ περιέσκεπε τὰ ἀναγκαῖα τοῦ σώματος τρίχινα ἀμφιάσματα, πίστιν τε εἰλικρινῆ ἀντὶ θώρακος περιζωσάμενος, γυμνοποδῶν ὡραίους πόδας λύτρωσιν τῷ λαῷ Κυρίου ποιησόμενος ἐξαπενίσατο καὶ ἀρξάμενος ψάλλειν· Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καί· Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ, τῷ σπηλαίῳ πρόσεισι· καὶ τὸν Ὕψιστον αὐτοῦ καταφυγὴν θέμενος ἐξέρχεσθαι τῷ πονηρῷ θηρίῳ προσέταττε. Τὸ δὲ ἐξελθὸν καὶ πλησίον τοῦ ὁσίου γενάμενον φοβερώτατόν τε τὸ στόμα διανοῖξαν καταπιεῖν τὸν δίκαιον ἐπειρᾶτο, πάντων οὖν ἀπέναντι ἑστηκότων καὶ

28. Sanctus pater noster, ut dictum est, cum bellum in se suscepisset, lacrimis, orationibus ieiuniisque Deo supplicabat ut liberaretur a tali morbo. Id non ferens diabolus neque per unam horam resistere potens, sed quasi iaculis orationibus sancti percussus magna voce exclamabat : *O violentiam, o terribilem castigationem, o flammam huius mali senis* g *qua nunc uror; non enim ad minimum tempus valeo impedire istum ab officio suo.* Dein, querulis vocibus denuo dicebat : *Sine me exire neque diutius me vexaveris, neque etiam noceas mihi, adiuro te per Deum altissimum, quia non fero visum divinae gloriae Dei quae inhabitat in te.* Sanctus autem ait : *Quid adeo festinas et colluctaris et clamas malesana? Permane saltem hebdomadam dierum, et tunc relinques me.* Cui iterum daemon : *Ne me retineas diutius, neque me tradideris aeterno igni, rogo te.* Dein, hac die praeterita, prima noctis vigilia, paululum dormiente sancto, mutans se diabolus in speciem ursi maximi *h* et validum stridorem dentium edens, insilit in sanctum. Qui cum manu extensa suscepisset crinibus caput et vi ad seipsum traxisset eum, rursus humana voce daemon respondit : *Vae, vae, me miserum.* Dein signans seipsum sanctus signo vivificae crucis et diabolo minatus, statim a bello liberatus est et illud evanescere fecit.

cuius in se suscipit tentationem, g h

29. Cum igitur innotuit omnibus qui ibi erant et fama eius ubique sparsa est, nocte consurgens, omnes latens eosque praesertim qui animam eius quaerebant, in Olympum montem iterum appulit. Providentia autem benigni Dei contigit ut appropinquaret ad aliquem vicum; cumque cognovissent qui hic habitabant praesentiam sancti, certatim omnes in occursum eius profecti sunt et, oratione facta, se proiciunt ad pedes sancti et lamentabili voce querentes brachium auxilii praeberi sibi supplicabant. Qui licet prophetico charismate cognosceret eorum petitionem, tamen ac si ignoraret, interrogavit quid vellent. Hi vero dixerunt : *Pater, propter nostra peccata, draco ingens prope habitans apud nos viam nostram imperviam facit; gregibus* F *nostris si acciderit ipsi occurrere, miseros istos absorbens destruit.* Compatiens valde pater noster et illorum misertus lacrimarum dicit : *Fratres, patientiam habete et Dominus faciet misericordiam vobiscum.* Iterum iubet ieiunium fieri per septem dies et Deum ferventissime hac de causa implorare. Adimpletis ieiunii diebus, manu sumpta victrici armatura vivificae crucis, quam ad iter faciendum secum ferebat, et vilibus istis, aut melius dicam supernis quibus indutus erat et quibus se protegebat necessariis vestibus corporis ex crinibus confectis, fideque pura pro thorace loricatus, nudans speciosos pedes, salutem populi Domini operaturus lavit eos, et incipiens psallere : *Qui habitat in adiutorio Altissimi* et *Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem* et reliquum psalmum *i*, ad speluncam progreditur, et Altissimum sui refugium ponens, exire malam bestiam iubet. Quae egressa et appropinquans sancto terribile os aperiens absorbere iustum conabatur, omnibus ab adversa parte stantibus et *Kyrie eleison* inclamantibus. Impavidus sanctus trinam in hypostasi et unius naturae vivificantem Trinitatem invocans et signiferis armis ter

et pagum ab infesto dracone liberat.

A καὶ τὸ · Κυρίε ἐλέησον ἐπιβοώντων. Ἀτρέμας ὁ ὅσιος τὴν τρισυπόστατον καὶ μίαν φύσιν τῆς ζωοποιοῦ Τριάδος ἐπικαλεσάμενος καὶ τῷ σημειοφόρῳ ὅπλῳ τρίτον τὸ θηρίον σφραγίσας νεκρὸν παραχρῆμα ἀπέδειξε. Καὶ ἔκτοτε ἐλεηθεὶς ὁ ἐκεῖσε λαὸς τῷ Θεῷ καὶ τῷ ὁσίῳ ηὐχαρίστησεν.

ter feram signans statim mortuam ostendit. Tunc populus, cui parcitum fuerat et qui ibi degebat, Deo et sancto gratias egit *k*.

ANNOTATA.

a *Idem prodigium narrat Sabas, num. 20, p. 352.*
b *Nimirum Leonis Armeni.*
c *Haec refert Sabas, num. 21, p. 352.*
d *Idem prodigium lege narratum apud Sabam, num. 22, p. 352-3.*
e *I Tim. II, 4. — Ezech. XXIII, 11.*
f *Hanc sanationem commemorat Sabas, num. 22, p. 353.*
g *Graece* κακόγηρος, *vox sensu opposita verbo* καλόγηρος *quo solent designari monachi. Cfr. vocem* κακόγηρος *adhibitam a Palladio,* Hist. laus., *P. G., tom. XXXV, p. 1065, in* Apopht. Patrum, *P. G., tom. LXV, p. 164 et a Iohanne Moscho, P. G., tom. LXXXVII, p. 2900.*
h *Non insueta est haec daemonis manifestatio sub specie ursi, ut constat ex aliorum sanctorum Vitis.*
i *Scilicet psalmum XC.*
k *Conferatur narratio huius prodigii cum num. 24, p. 354-5, praecedentis Vitae.*

B E

CAPUT SEXTUM.

S. Ioannicius praedicit mortem Leonis Armeni et cuiusdam Heliae monachi, diversa miracula patrat.

30. Καταλαμβάνει οὖν, ὡς εἴρηται, ὁ ὅσιος τὸ Ὀλύμπιον ὄρος, τοῦ διωγμοῦ ἔτι ἐπικρατοῦντος, καὶ κρύπτεται μὲν ἐπί τινος σκληροῦ χώρου, μηδενὸς εἰδότος πλὴν μόνου Εὐστρατίου. Κἀκεῖ αὐτοῦ διακαρτεροῦντος, παραγίνεται ὁ πανάγαστος Εὐστράτιος ἐπισκεψόμενος αὐτόν· εἶτα τὴν ταραχὴν καὶ τὴν φοβερὰν ζάλην τοῦ διωγμοῦ ἐκδιηγούμενος, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ ὅσιος· Ὦ περίψυχε Εὐστράτιε, μὴ ἀνιῶ· μικρὸν γὰρ ὅσον ὅσον καὶ Κύριος ἐλεήσει τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Ἔγνω γὰρ ὁ ὅσιος ὅτι ἐν τάχει ὁ ἀσεβὴς ἀπολεῖται, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς προθύροις τοῦ ναοῦ, γραφικῶς φάναι, εἰς τὰς πρωΐας ὁ ἁμαρτωλὸς ἐκεῖνος καὶ ἐργαζόμενος τὴν ἀνομίαν ἀποκτανθεὶς ἐξολοθρευθήσεται ἐκ πόλεως Κυρίου.
C Ὅμως, ὦ καλὲ Εὐστράτιε, πρὸς τὸν οἶκον τοῦ κύρου Νικήτα τοῦ Λυγδηνοῦ* ἀπελθὼν καὶ ποιήσας ἐκεῖ ἄχρι τῆς τοιᾶσδε ἡμέρας εἴ τι ἂν ἀκούσειας, παραγενόμενος ἀνάγγειλόν μοι. Τελέσαντος οὖν ἐκείνου τὰ προσταχθέντα καὶ ἤδη τῆς τρίτης ἡμέρας καταλαβούσης, διαδίδοται ἐν πᾶσι καὶ διηχεῖται ἡ παμμίαρος πτῶσις τοῦ ἀσεβεστάτου. Ὁ δὲ κῦρις Εὐστράτιος πρὸς τὸν ὅσιον παραγενόμενος καὶ πάντα τὰ πραχθέντα ἐκδιηγησάμενος, ἅμα αὐτῷ αἶνον τῷ Θεῷ ἀνέπεμψεν.

* cod. Λυγδινοῦ.

31. Ἐν ἄλλῳ τε* πάλιν ὁ ῥηθεὶς Νικήτας συμπαραλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἡγιασμένον Εὐστράτιον εὐλογίας χάριν πρὸς τὸν ὅσιον ἀφίκετο, καὶ δὴ εὐλογηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου, ἀμβροσίας δὲ καὶ πνευματικῆς τροφῆς καὶ θείων λόγων καὶ ἐπωφελῶν παραινέσεων πρότερον ἐμπλησθείς, τῆς ὥρας παρεκτανθείσης, προτρέπεται αὐτὸν ὁ ἅγιος καὶ σωματικῆς τροφῆς μεταλήψασθαι. Τόνδε πλησίον τοῦ ἁγίου ἡσυχάζοντα ἄνδρα εὐλαβέστατον, Ἡλίαν τοὔνομα, ἐξυπηρετεῖν αὐτοῖς ὁ ὅσιος παρεκελεύσατο. Τῆς οὖν εὐωχίας ἐπικρατούσης ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ὁ ἅγιος πρὸς τὸν ἡγιασμένον Ἡλίαν ἔφη· Εὖξαι, ὦ κῦρι Ἡλία, ἵνα μὴ φθασθῇς ἀθρόως ἀποθανεῖν ἐν κοσμικῷ χωρίῳ. Ὅδε πρὸς αὐτὸν ἔφη· Τοσαῦτα ἔτη οἰκῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ μηδαμῶς προσψαύσας κοσμικοῖς

* cod. ἄλλοτε.

30. Vadit *a* ergo, ut dictum est, sanctus ad Olympum montem, persecutione etiamtum saeviente, et abdit sese in quodam aspero loco, omnibus insciis praeter solum Eustratium. Cum ibi degeret, advenit venerabilis Eustratius ad invisendum eum. Perturbatione et terribili tempestate persecutionis enarrata, ait illi sanctus : *O timide Eustrati, ne contristare; post pusillum Deus miserebitur haereditatis suae.* Sciebat enim sanctus mox impium periturum et in ipso vestibulo templi *b*, ut loquar cum Scriptura *c*, praemature peccatorem istum, qui operatus erat iniquitatem, fore ut occisus expelleretur ex civitate Domini. *Nihilominus, optime Eustrati, ad domum domni Nicetae Lygdenensis* d *vade et permane ibi usque ad illam diem, et quicquid audiveris, ad me veniens renuntia mihi.* Cum igitur peregisset mandata iamque tertia dies transisset, traditur ab omnibus et resonat nuntius nefariae cladis impii *e*. Domnus autem Eustratius ad sanctum convenit et, omnibus quae facta fuerant enarratis, cum eo laudem Deo emisit.

Praedicta morte Leonis Armeni

31. Alias cum dictus Nicetas iterum sumpsisset secum venerandum Eustratium, benedictionis accipiendae gratiae ad sanctum venit, cumque sanctus ipsi benedixisset, ab ipso immortali et spirituali cibo, divinis utilibusque sermonibus exhortationis prius repletus est; tum producta hora, invitat eum sanctus ut et corporalis cibi particeps fiat. Aliquem virum reverendum, qui prope sanctum in solitudine vivebat, Heliam nomine ut ministraret ipsis sanctus rogavit. Convivio instaurato, aperiens os suum sanctus reverendo Heliae dixit : *Ora, domne Helia, ne praeveniaris subita morte in mundano loco.* Ille vero dixit ei : *Tot annos habito in deserto neque umquam appropinquavi ad mundana loca, et times ne ibidem moriar:*

et Heliae monachi,

VITA

κοσμικοῖς χωρίοις, φοβῇ με ἐν ἐκείνοις τεθνάναι· ἀδύνατον τοῦτον, ὦ πάτερ, ἀδύνατον. Ὁ δὲ ἅγιος ἐκ δευτέρου τοῦτο εἰπὼν ἡσύχασεν. Εἶτα τῆς εὐωχίας τελεσθείσης, εὐχὴν κομισάμενος ὁ ῥηθεὶς Νικήτας πρὸς τὰ ἴδια ἀπῆρεν. Ὁ δὲ εὐλαβέστατος Εὐστράτιος προσεκαρτέρει συνὼν τῷ ἁγίῳ. Τῆς οὖν ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐκείνης τελεσθείσης, καὶ ἤδη τῆς ἄλλης ἀρχομένης, πρωΐθεν ἀναστὰς ὁ θεάρεστος Ἡλίας καὶ πρὸς τὸν ὅσιον παραγενάμενος ἐξῄτει* εὐχὴν πρὸς τὰ θερμὰ ἀπολυθῆναι αὐτόν, προφάσει τινὸς σωματικῆς ἀσθενείας. Ὁ δὲ ὅσιος πρὸς αὐτόν· Βούλομαί σε, ὦ ἄδελφε, προσκαρτερεῖν ἐν τῷ κελλίῳ καὶ μηδαμοῦ πορευθῆναι, ὅτι οὐ συμφέρει σοι. Ὅδε ἐνοχλῶν ἀπολυθῆναι ἐξῄτει*· ὡς δὲ ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτον κωλύων ὁ ἅγιος οὐδὲν ὤνησε, τέλος ἐπευξάμενος ἀπέλυσεν. Ὁ δὲ ἀγαπητὸς Εὐστράτιος ἔγνω τὸ μέλλον συμβήσεσθαι τῷ ἀνδρὶ διὰ τῆς ἀψευδοῦς προφητείας τοῦ ἁγίου· καὶ γὰρ ἐχέφρων ὢν ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων καὶ σημείων καὶ ὑποδειγμάτων τοῦ ἁγίου ἐγίνωσκε τὰ μέλλοντα πραχθήσεσθαι. Εἶτα προφασισάμενος καὶ αὐτὸς διακονίαν τινὰ ἔχειν πλησίον τῶν θερμῶν, εὐχὴν ᾔτει τοῦ ἀπολυθῆναι. Ὁ δὲ ἅγιος· Ναὶ παρακαλῶ σε, ὦ προσφιλέστατε
B Εὐστράτιε, τάχιον πρὸ τῆς ἑσπέρας ἀπελθεῖν, καὶ μηδαμῶς ἔν τινι ἀσχοληθῆναι. Ὡς οὖν ἀμφότεροι ἀπ᾽ ἀλλήλων διέστησαν, ὁ μὲν εὐλαβέστατος Ἡλίας προσψαύσας ἤδη τοῖς θερμοῖς, καὶ ἄμφω τὼ πόδε πρὸς τὴν βλυστάνουσαν πηγὴν τῶν θερμῶν ὑποχαλάσας, ἄγαν λιποθυμήσας ἤρθη παρὰ τῶν ἐκεῖσε εὑρεθέντων ἡμιθανής, καὶ πρὸς οἶκόν τινος γυναικὸς Λεοπαρδίνας καλουμένης κατέπεσεν. Ὁ δὲ θεοφιλὴς Εὐστράτιος τελέσας αὐτοῦ τὴν διακονίαν καὶ πρὸς τὴν ἀπάγουσαν ἐπὶ τὸν οἶκον ἐκεῖνον ὁδὸν ἐπιπορευόμενος, ἤκουσε φωνῶν τινων καὶ στεναγμῶν ἀναπεμπομένων, καὶ ὑπερκύψας διὰ τοῦ τροχοῦ ἀποσκοπῆσαι τὰ τῆς βοῆς, βλέπει τὸν Ἡλίαν ἀνακεκλιμένον καί, ὡς εἴρηται, ὀδυνηρῶς στενάζοντα, καὶ μνημονεύσας τῆς πατρικῆς προφητείας φησὶν ἐν ἑαυτῷ· Ἰδοὺ καὶ τὸ χωρίον, ὃν ὁ πατὴρ προείρηκεν. Εἶτα εἰσελθὼν πρὸς τὸν ἀσθενῆ, φησὶ πρὸς αὐτόν· Θέλησον, ὦ ἄνερ, τάχιον μεταβῆναι τῶν ὧδε, μήπως κατὰ τὴν προφητικὴν ἀνάρρησιν ἐν τῷ χωρίῳ φθασθῇς καὶ τοὺς καμάτους σου ἀπολέσῃς. Ὅδε τούτων ἀκούσας καὶ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῶν παρὰ τοῦ πατρὸς λεχθέντων, ὅρκοις φρικωδεστάτοις ἆραι αὐτὸν συντόμως τῶν ἐκεῖ παρεκάλει. Εἶτα διαβασταχθεὶς καὶ εἰς ἓν τῶν Ἀγαυρίνων μετοχίων, τὸ
C ἐπονομαζόμενον τοῦ ἁγίου Ἀγαπίου, ἀνακλιθεὶς περὶ ἕκτην ὥραν τῆς νυκτός, κατὰ τὴν ἀψευδῆ προφητείαν, εἰς χεῖρας Θεοῦ τὸ πνεῦμα παραδοὺς ἐξέπνευσε, καὶ ἐν ἁμάξῃ τεθέντος αὐτοῦ τοῦ σώματος πρὸς τὴν μονὴν ἣν προώρισεν ἀπεκομίσθη. Γνοὺς δὲ ὁ ἅγιος τὴν τούτου κοίμησιν, κατῆλθεν καὶ ἠσπάσατο τὸ σεπτὸν ἐκεῖνο σκῆνος. Τῆς οὖν συνήθους ψαλμωδίας ἐπιτελεσθείσης, αἰσίᾳ* ταφῇ τὸ λείψανον παραδόντες καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστήσαντες, ἀπ᾽ ἀλλήλων διεκρίθησαν.

32. Τοῦ οὖν ἁγίου ἀνθυποστρέφοντος καὶ διὰ τῶν ὀρέων πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κέλλαν ἐπειγομένου, παραγενέσθαι ἐγένετο αὐτὸν πρός τινα τόπον πάνυ φαραγγοειδῆ πλησιάσαι, ἀφαρπαγῆναί τε ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας τὸ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ κατεχόμενον σιδηροῦν σταυρίον, καὶ πρὸς τὸν φοβερὸν ἐκεῖνον κρημνὸν ὑποχαλάσαι. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἦν τοῦτον κατελθόντα διὰ τὸ δύσβατον τοῦ ἐκεῖσε τόπου πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκύσασθαι τὸ κατενεχθέν, τί ποιεῖ; Στὰς εἰς προσευχὴν σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν καθικέτευε τοῦτο ἀπολήψασθαι. Ὁ δὲ τῶν ἁγίων Κύριος, ὁ ποιῶν μεγάλα θαυμάσια ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός, προλαμβάνει τὴν δέησιν τοῦ ἰδίου θεράποντος, καὶ τὸ ἀφαρπαγὲν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ σταυρικὸν σημεῖον ἄφνω ἐκ τῶν ὑπογείων* χασμάτων ἀνελκυσθὲν καὶ ὑπαέριον

* cod. ἐζήτει.

* cod. ἐζήτει.

* corr. ex ὁσίᾳ.

* cod. ὑπογαίων.

riar; hoc fieri nequit, pater, fieri nequit. Cum D sanctus idem denuo dixisset, tacuit. Deinde, convivio peracto, cum benedictionem tulisset dictus Nicetas ad sua rediit, reverendus vero Eustratius permansit apud sanctum. Transacta igitur hac die et hac nocte, alteroque iam illucescente die, mane consurgens Deo dilectus Helias ad sanctum progressus, rogavit facultatem exeundi ad aquas calidas *f*, sub praetextu alicuius corporalis infirmitatis. Cui sanctus: *Volo te, frater, permanere in cella et minime exire; nequaquam tibi prodest.* Qui insistens dimitti quaerebat; cum autem semel iterumque prohibendo sanctus nihil profecisset, tandem benedictione data, dimisit eum. Dilectus vero Eustratius quid accideret sciebat propter certissimam prophetiam sancti. Cumque esset perspicax, ex ipsis verbis, signis et symbolis sancti intellegebat quae futura essent. Igitur praetendens officium aliquod sibi ipsi prope aquas calidas implendum, licentiam petiit exeundi. Cui sanctus: *Sane; sed hortor te, o dilectissime Eustrati, ut statim ante vesperam redeas, neque ulla mora retarderis.* Cum igitur ab invicem discessissent, reverendus E Helias iam appropinquans ad aquas calidas, ambos pedes in scaturientem fontem aquarum calidarum demittens, sed mox exanimis factus, levatus est ab illis, qui ibi erant, semimortuus, et in domum alicuius mulieris, Leopardinae vocatae, concidit. Deo autem dilectus Eustratius, absoluto suo officio, et in via quae ad domum istam ducebat progressus, audivit quaedam voces et gemitus emissa. Cum se inclinasset per aperturam ianuae clamoris causam exploraturus, videt Heliam iacentem et, ut dictum est, lamentabiliter gementem, recordatusque paternae prophetiae dicit intra seipsum: *Ecce locum quem pater praedixerat.* Dein ingressus apud infirmum dicit ei: *Velis, o homo, statim abire inde, ne secundum propheticum sermonem in hoc loco praeoccuperis, et labores tuos perdas.* Quae cum audivisset Helias eique in cogitationem venissent ea quae pater dixerat, adiurationibus terribilibus ut sine mora auferrent eum illos, qui ibi erant, rogavit. Dein translatus et in aliquo ex Agaurinis coenobiis, quod cognominatur Sancti Agapii, reclinatus, sexta circiter hora, secundum certissimam prophetiam, in manus Dei spiritum tradens mortuus est. Corpus eius in curru positum ad monasterium, quod F indicaverat, deportatum est. Cum audivisset sanctus eius decessum, descendit et amplexus est venerandum illud cadaver. Consueta autem psalmodia peracta, debitae sepulturae reliquias tradentes et Deo gratias agentes ab invicem discesserunt *g*.

32. Cum igitur sanctus reverteretur et per montes ad suam cellam festinaret regredi, accidit ipsi ut ad quendam locum voraginibus prorsus inhiantem appropinquaret, et rapta per diabolicam operationem, quam manu tenebat, ferrea crux in terribilem istam abyssum demitteretur. Quoniam non poterat fieri ut huc descenderet per impervium maxime locum istum et ad se traheret crucem quae ceciderat, quid facit? Stans in oratione cum lacrimis Deo supplicabat ut illam crucem recuperaret. Sanctorum autem Dominus, qui facit mirabilia magna, inlustria et prodigia, quorum non est numerus, suscipit petitionem sui servi, et delapsum ex manu eius crucis signum statim ex subterraneis hiatibus extractum et in aera progressum

f

g

S. Ioannicius *crucem suam miro modo recuperat.*

A ὑπαέριον ἀναδραμὸν ταῖς χερσὶ τοῦ ἁγίου παραδίδωσιν. Ὅδε δεξάμενος καὶ τοῖς ἁγνοῖς τοῦτο χείλεσι κατασπασάμενος, τῷ Θεῷ ηὐχαρίστησεν.

33. Πλησίον τῆς τοῦ ἁγίου κέλλης σπήλαιον ὑπῆρχεν, ἐν ᾧ κατῴκει πλῆθος πονηρῶν πνευμάτων. Ὁ οὖν πατὴρ ἡμῶν Ἰωαννίκιος καθαρίσαι τὸν τόπον βουληθεὶς διὰ τὸ τοὺς παραγενομένους ἀβλαβεῖς διατηρεῖσθαι, δυνάμει τοῦ Θεοῦ θαρρήσας, ἐπὶ ῥητὰς ἡμέρας πρὸς τὸ ἄντρον οἰκῆσαι παρεγένετο. Ὡς δ' οὖν ἔνδον εἰσῆλθε, παρατάττεται μὲν κατ' αὐτοῦ πᾶσα ἐκείνη ἡ δαιμονικὴ πληθύς, κραυγαί τε πολλαὶ καὶ ἀπρεπεῖς φωναὶ ἐπέμποντο. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν* ὕβρεσι τὸν ὅσιον ἔβαλλον, οἱ δὲ ἠπείλουν καὶ ἄλλοι παντάπασιν ἐπεχείρουν καὶ ἕτεροι τῶν ἐκεῖσε ἀναχωρεῖν ἔσπευδον· ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ σπήλαιον ἐκ τῶν θεμελίων κατασκάπτειν ἀλλήλοις διεκελεύοντο. Ὁ δὲ ἅγιος διαπετάσας τὰς χεῖρας εἰς οὐρανόν, τὸν Θεὸν καθικέτευε τούτους ἐκδιωχθῆναι. Ὡς οὖν μετὰ τὴν εὐχὴν ψάλλειν ἀπήρξατο· Ἀναστήτω ὁ Θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν, ἀοράτως ὡς ὑπό τινος μάστιγος ἐλαυνομένη ἡ δαιμονικὴ φάλαγξ καὶ εἰς εἶδος κοράκων μεταβληθεῖσα, B ἀναπτᾶσα ἅπασα καὶ διά τινος τρυμαλιᾶς τρώγλης σὺν οἰμωγῇ* πολλῇ ἐξελθοῦσα ἠφανίσθη, καὶ γέγονεν ἀπὸ τότε σωτηρία μεγάλη τοῖς ἐκεῖσε διερχομένοις.

* cod. αὐτόν.

* cod. οἰμογῇ.

34. Θεόδοτος ὁ κανδιδάτος, ὁ ἐπιλεγόμενος Σελλοκάκας, πίστιν ἀκραιφνῆ πρὸς τὸν ἅγιον ἔχων, συμπαραλαβὼν τὸ ἑαυτοῦ θυγάτριον, ὅλον ἔκλυτον ὑπάρχον καὶ παρειμένον, πρὸς τὸν ὅσιον κατέλαβεν, καὶ δὴ τῆς ἀγγελικῆς ἐκείνης ἀξιωθεὶς καταπολαῦσαι θέας, θεὶς τὴν παῖδα ἐπίπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ὁσίου ἱκετευτικοῖς τοῖς ῥήμασι βοῶν ἔλεγεν· Ἐλέησον, ὦ πάτερ, τὴν διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας ἄμφω πᾶσι τοῖς μέλεσι* παρειμένην παῖδα, σπλαγχνίσθητι ἐπ' ἐμοὶ τῷ μετὰ πίστεως προσδραμόντι τῇ σῇ ἁγιότητι, ἀπόδος μοι ταῖς σαῖς πρὸς Θεὸν καθαραῖς προσευχαῖς ὁλόκληρον καὶ ὑγιὲς τὸ θυγάτριον· ἐλέησόν με, ὦ μαθητὰ καὶ δοῦλε Χριστοῦ, καὶ μὴ ἄπρακτόν με εἰς τὰ ὀπίσω ἀπολύσῃς τεταπεινωμένον καὶ ἠσχυμμένον*· τύχω τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, τύχω κἀγὼ μετὰ πάντων τῆς παρὰ σοῦ σωτηρίας, τύχω κἀγὼ τῶν πλουσίων σοῦ ἰαματικῶν δωρεῶν, ὡς οὖν μιμητὴς τοῦ Κυρίου ἰασάμενός μου τὸ θυγάτριον, ἀπόλυσόν με κηρύττειν τὰς τοῦ Θεοῦ δυναστείας καὶ τὰ θαυμάσια, ἃ διὰ σοῦ ἐργάζεται. Ἐν τούτοις τοῖς ῥήμασιν ἐπικαμφθεὶς ὁ C ἅγιος, λίαν γὰρ ἦν συμπαθέστατος, ἐκέλευσε τὴν παῖδα ὑποβασταχθεῖσαν πρὸς αὐτὸν φέρειν καί, τούτου γενομένου, σύνδακρυς γεγονὼς ὁ ἅγιος σφραγίζει τρίτον τὴν παῖδα τῷ σημείῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, οὕτω φήσας· Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἰωμένου πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἔγειρε καὶ περιπάτει. Καὶ ἅμα τῇ φωνῇ ἐστερεώθησαν αἱ βάσεις τῆς παιδὸς καὶ τὰ σφυρά, καὶ τῶν μελῶν εἰς ἄλληλα παραδόξως συσφιγχθέντων ἐνώπιον πάντων ἀναστᾶσα καὶ ἁλλομένη, προσελθοῦσα προσέπεσε τοῖς ποσὶ τοῦ ἁγίου. Ὁ δὲ ἅγιος ταύτῃ ἐπευξάμενος καὶ εὐλογήσας, ἐρρωμένην τῷ ἰδίῳ πατρὶ ἀπέδοτο, καὶ ταύτην ὁ πατὴρ λαβὼν ὑπέστρεψεν εἰς τὰ οἰκεῖα μετὰ χαρᾶς, δόξαν καὶ αἶνον ἀναπέμπων τῷ τῶν ἁπάντων Θεῷ.

* cod. βέλεσι.

* cod. κατησχυμμένον.

35. Οὗτος ὁ σημειοφόρος καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς προφήτης γαμβρὸν ἔσχε πάνυ αἱρετίζοντα φρονοῦντα καὶ ἀντιποιούμενον τῶν βεβήλων δογμάτων τοῦ θεοστυγοῦς καὶ μυσαρωτάτου Κοπρωνύμου. Τοῦτον ὁ πατὴρ πολλάκις νουθετήσας καὶ πρὸς βελτίστην ἀλλοίωσιν ἀλλοιωθῆναι* βουλευσάμενος τὴν ἔμμονον ποιότητα τῆς κακίας ἤγουν ἕξιν μεταστρέψαι οὐκ ἠδυνήθη, ἐκείνου δὲ ἔτι τοῖς αἰσχίστοις ἐπιμένοντος καὶ βλασφήμους* λόγους κατά τε τῶν ἁγίων καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ σχήματος ἐπιφέροντος. Οὐδὲ

* cod. ἀλλοιοθῆναι.

* cod. βλασφίμους.

VITA

progressum in manibus sancti tradit. Qui cum illud accepisset et sanctis suis labiis osculatus esset, Deo gratias reddidit *h*.

h daemones a loco quem infestabant, fugat,

33. Haud procul a sancti cella spelunca erat, in qua habitabat multitudo malorum spirituum. Sanctus igitur pater noster Ioannicius purificare hunc locum volens, ut qui huc advenirent indemnes servarentur, potentiae Dei confisus, ad antrum per certos quosdam dies incolendum accessit. Cum autem introgressus esset, ordinatur contra ipsum tota haec daemoniaca acies; clamores multi et inconditae voces emittebantur. Alii enim iniuriis sanctum impetebant, alii minabantur, alii quidem omnia tentabant, alii etiam abire festinabant, fuerunt et qui, ut speluncam a fundamentis divellerent, se invicem adhortarentur. Sanctus autem cum extendisset manus in caelum, Deum orabat ut illi expellerentur. Cumque post orationem psallere incepisset *i*: *Exsurgat Dominus et dissipentur inimici eius, et fugiant qui oderunt eum a facie eius*, invisibiliter quasi aliquo flagello pulsa daemoniaca phalanx et in speciem corvorum mutata, evolavit universa et per aliquam rimam E cavernae cum gemitu multo egressa evanuit, et fuit ab illo tempore salus magna illis qui hac transibant *k*.

i

k puellam languidam sanat.

34. Theodotus candidatus *l*, cognominatus Sellocacas, fidem invictam in sanctum habens, assumptam secum filiam suam, quae erat tota infirma et languida, ducit ad sanctum. Cumque angelica meritus esset ista frui praesentia, posita filia ante pedes sancti, supplicibus verbis clamans dicebat: *Miserere, pater, istius propter peccata mea utrinque in omnibus membris languentis; compatere mihi qui confidenter ad sanctitatem tuam confugio; redde mihi tuis ad Deum puris precibus intactam et sanam filiam; miserere mei, o discipule et serve Christi, neque me quasi qui nihil obtinuerit post te relinquas humiliatum et pudore affectum; particeps fiam adiutorii et susceptionis tuae, particeps fiam et ego cum omnibus salutis per te, particeps fiam et ego pretiosorum sanitatis donorum tuorum, et imitatus Dominum medens filiae meae, dimitte me qui nuntiem potentias Domini et mirabilia quae per te operatur.* Quibus verbis commotus sanctus, erat enim humanissimus valde, iubet adductam filiam ad se F ferri. Quo facto, cum lacrimis sanctus ter signat puellam signo vivificae crucis haec dicens: *In nomine Iesu Christi, qui sanat omnem morbum et omnem infirmitatem, surge et ambula*, et simul ac locutus est firmatae sunt bases puellae et tali, membrisque ad invicem incredibiliter contractis, coram omnibus surgens et exsiliens, progressa cecidit ad pedes sancti. Qui benedicens ipsi atque congratulatus, salvam patri suo reddidit; qua suscepta, pater rediit ad propria, cum gaudio gloriam et laudem reddens Deo universorum.

et cognatum haereticum convincit.

35. Thaumaturgus iste et in generatione nostra propheta cognatum habebat prorsus haeretice sentientem et sectatorem pravarum opinionum Dei osoris et nefarii Copronymi. Cum illum pater saepius cohortatus esset et ut ad meliorem frugem reverteretur incitasset, permanentem malitiae efficaciam convertere non potuit, siquidem perseverabat iste in pudenda agendi ratione, blasphemias contra sanctos et illum, qui pro nobis incarnatus apparuit, proferens. Neque enim intercessiones

VITA

Οὐδὲ γὰρ τὰς πρεσβείας τῶν ἁγίων εἰς ἅπαν ὁ πανάθλιος ἐδέχετο, οὔτε μὴν τούτων τὰ ἱερὰ λείψανα κατησπάζετο, ἀλλὰ καὶ τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀγγελομιμήτους μοναχοὺς φληναφίαις* καθυποβάλλων οὐκ ἐπαύετο. Τούτου τὸ ἀδιόρθωτον θεασάμενος ὁ ὅσιος καὶ τοῦτον βουλόμενος διά τινος παιδευτικῆς τιμωρίας ἰάσασθαι, φησί· Θῶμεν, ἄδελφε, ἀμφότεροι σύμφωνον τοιοῦτον καὶ ὅστις κακῶς πιστεύει πηρωθεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς μεταβληθήτω τῇ διανοίᾳ πρὸς τὴν ἀμείνονα πίστιν. Ἐκείνου δὲ ἐπὶ τοῦτο κατανεύσαντος, ἅμα τῷ λόγῳ ἀπόλλυσι τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν. Ὁ δὲ ἅγιος· Τί φῂς πρὸς τοῦτον, ἔφη, ὦ ἄδελφε; Ἆρά γε τὰ νῦν οὐ πληροφορῇ καὶ ἐπιστρέφεις ἐν καθαρᾷ μετανοίᾳ πρὸς τὴν ὀρθόδοξον καὶ ἀμώμητον πίστιν, ἢ ἔτι τοῦ ἀντιχρίστου ἐκείνου καὶ ἐξαγίστου Κοπρωνύμου ταῖς ἀνόμοις νουθεσίαις καὶ διδασκαλίαις ἐμμένεις; Ὅδε φησι· Καὶ ἔμεινα καὶ μενῶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦτον βδελυξάμενος ἀπεδίωξε, καὶ οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας χαλεπῶς νοσήσας κακινκάκως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπέρρηξε, καὶ τό γε ἐλεεινότερον ὅτι καὶ τοῦ φωτὸς στερηθεὶς ὁ ἄθλιος πρὸς σκότος τὸ αἰώνιον ἐξεδήμησεν.

B

* cod. φλιναφίαις.

D cessiones sanctorum umquam iste miser invocabat, neque eorum sacras reliquias venerabatur, sed a monachis, qui inter nos angelos imitantur, calumniis impetendis non cessabat. Hunc iniquum cum vidisset sanctus, quem volebat per aliquam disciplinarem castigationem sanare, dixit : *Conveniamus, frater, uterque de hoc concordes, ut qui male credit, capiatur oculis et mutet intellectum in meliorum fidem.* Cum iste consensisset in hoc, vix locutus amittit lumen oculorum. Cui sanctus : *Quid dicis de hoc,* ait, *o frater? Nonne igitur implebis promissionem et convertes te in mente pura ad orthodoxam et irreprehensibilem fidem? Num amplius huius adversarii Christi et scelestissimi Copronymi iniquis cogitationibus et doctrinis adhaerebis?* Qui dixit : *Et permansi et permanebo in aeternum.* Sanctus vero cum istum exsecratus esset, eiecit; qui post paucos dies cum aegrotasset malam male animam suam reddidit, eoque miserabilius quod lumine orbatus in tenebras aeternas migravit *m.*

E

ANNOTATA.

a *De usu verbi* καταλαμβάνω *videsis quae erudite nuper disserebat vir cl. Krumbacher,* Studien zu den Legenden des hl. Theodosios, *p.* 366-69.

b *Ut notum est, Leo Armenus anno 820 in ecclesia Phari, ubi venerat ad celebranda natalicia Christi, occisus est.*

c *Ezech., VIII, 16.*

d *De Niceta cfr. Sabas, num. 25, p. 355 et nota* g, *p. 358. Si audiendus est Zonaras in lexico, cfr. Stephani,* Thesaur. ling. graec., Λυγδηνός *dicitur a* Λύγδη, *quod est* ὄνομα τόπου. *At quaenam fuerit persona sic designata non repperimus.*

e *Eandem praedictionem memoratam videsis in Vita a Saba conscripta, num. 24, p. 355.*

f *De thermis Olympicis, cfr. notam* h *capitis VII, p. 358, in prioribus Actis.*

g *Miraculum idem a Saba narratur, num. 25, p. 355-6.*

h *Cfr. in praecedenti Vita, num. 26, p. 356.*

i *Ps. LXVII, 2.*

k *Videsis idem factum in aliis Actis, num. 26, p. 356.*

l *Fabrotus in* Glossario *suo, P. G., tom. CXXII, p. 1374, dicit fuisse* candidatos *militum genus quos robur corporum et animorum commendabat et qui erant inter stipatores principis. Apud Sabam filia Theodoti candidati est filia cuiusdam senatoris; cfr. num. 27, p. 356.*

m *Cfr. praecedentia Acta, num. 27, p. 357.*

C

CAPUT SEPTIMUM.

F

S. Ioannicius visitatur a quibusdam sanctissimis viris, praedicit mortem Ioseph oeconomi, vadit ad sepulcrum S. Theophanis, eicitque draconem ab insula Thasio.

36. Ἐγένετό ποτε τοὺς ἐγκρίτους τῶν πατέρων συμφωνῆσαι καὶ εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ ἁγίου ἀπελθεῖν. Ὑπῆρχον δὲ ἐκ μὲν τῶν μητροπολίτων ὁ παναγιώτατος Ἰωάννης, ὁ Χαλκηδόνος, καὶ Πετρός, ὁ ἁγιώτατος μητροπολίτης Νικαίας, ἐκ δὲ τῶν ἡγουμένων Κλήμης ὁ ἱερώτατος, Θεόδωρος ὁ Στουδίτης, Ἰωσὴφ ὁ ποτε γεγονὼς οἰκονόμος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἅμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι τῶν ἡγουμένων, ὡς ἀριθμηθῆναι πάντας ἑκατόν ἢ καὶ ἐπέκεινα. Διὰ δὲ τὴν δυσχέρειαν τοῦ ὄρους ἀνελθεῖν πρὸς τὸν ἅγιον μὴ δυνηθέντες, ὁμαδὸν συναχθέντες πρὸς τὸ Ἀγαυρινὸν μετόχιον, ἐν οἷς τιμᾶται ὁ πάνσεπτος ναὸς τοῦ ἁγίου Ἠλία, δηλοποιοῦσι τῷ ὁσίῳ διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου Εὐστρατίου κατελθεῖν διὰ τὸν Κύριον, καὶ εὐλογῆσαι αὐτούς. Ὡς οὖν κατελθὼν ἔμελλε πλησιάζειν αὐτοῖς, ἀναστάντες ἐκεῖνοι ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν προσκυνήσοντες αὐτῷ. Εὐχῆς δὲ γεναμένης, καὶ καθίσαντες ἀμφότεροι

Post quorundam sanctorum virorum visitationem.

36. Contigit olim ut celebres patres communi consilio abirent ad invisendum sanctum *a.* Erant autem ex metropolitis sanctissimus admodum Ioannes Chalcedonensis et Petrus sanctissimus metropolita Nicaeae, et ex hegumenis Clemens sacratissimus, Theodorus Studita, Ioseph, qui quondam fuerat oeconomus magnae ecclesiae, cum fratre eius, aliisque pluribus ex praepositis, ita ut numerarentur universi centum, vel etiam amplius *b.* Cum propter angustiam montis ascendere ad sanctum non possent, simul congregati in Agaurino monasterio, ubi colitur venerabile templum Sancti Heliae *c,* significarunt sancto per reverendum Eustratium ut descenderet ipsisque in nomine Domini benediceret. Cum ergo descendisset et in eo esset ut appropinquaret ad illos, surgentes isti egressi sunt obviam illi ut eum venerarentur. Oratione peracta, cum sederent utrinque in

VITA

48. Alias iterum, hiemali tempore instante, ut solebat plerumque in diebus illis serenitas firma fieri et praesertim per dies dictos halcyonios, sole tunc versus australes regiones surgente et aliquantum tantum collustrante, quia non a vertice, sed in inferiori cursu versatur, egressus est sanctus e cella sua ut calorem carperet simul et ambularet. Cum procul esset a cella, subito tempestas valida irruit in eum et cum non iam valeret reverti, in medio monte tamquam in mari tempestate terribiliter iactatus est. Sed Deum implorans ut servaret ipsum et undequaque circumspiciens haud procul abesse videt speluncam : gavisus ad illam declinavit. Cum autem ad introitum antri pervenisset, videt in ima parte speluncae quasi prunas ardentes iacentes. Hoc nempe erat verus draco, cuius oculi splendenti igni similes erant. Sanctus autem id ignorans, sed, ut antea dixi, illud ignem esse arbitratus, gavisus valde folia in spelunca iacentia collegit et, utraque manu repleta, abiit et in oculos draconis sparsit. Tum fera valde sese excutiens voluit in sanctum irruere, non potuit autem, Dei gratia prorsus eum protegente et custodiente. Sanctus vero, visa belua, quietus recessit et in altera parte antri consedit et remansit ibi habitans cum dracone donec tempestas sedata est. Dein illaesus egressus, Deum laudans ad cellam suam reversus est *a*.

S. Ioannicius *cum dracone habitat.*
F

49.

49.

A 49. Ἐπέτρεψέν ποτε ὁ ἅγιος τὸν εὐλαβέστατον αὐτοῦ ὑπουργόν, τοὔνομα Θεόφιλον, ὅτε κατῴκει ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ μονῇ τοῦ Ἀντιδίου, λαβεῖν σκαπάνην καὶ διορύξαι ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κέλλης ἐπὶ ἱκανὸν τόπον τοῦ ποιῆσαι διέξοδον· ἦν γάρ, ὡς πολλάκις εἶπον, ἐν οἷς χώροις κατέμενεν ὁ τόπος δυσάγωγος. Καὶ τούτου γενομένου, συμπαραλαβὼν ὁ
* cod. ἐξεἰη. ἅγιος Θεόφιλον τὸν ἑαυτοῦ ὑπουργὸν ἐξῄει * συμπεριπατῶν αὐτῷ. Τοῖς οὖν κατασκίοις τῶν ὀρέων δένδροις διελθόντες, καὶ πρός τινα χῶρον ἄδασον καὶ εὐήλιον γεγονότες τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄρας ὁ ῥηθεὶς μαθητής, ὁ ἡγιασμένος Θεόφιλος, θεωρεῖ τοὺς τοῦ μοναστηρίου ἀδελφοὺς ἀνερχομένους, ἅμα καὶ πλείστων πτωχῶν τῶν συνήθως πρὸς τὸν ἅγιον ἀνερχομένων καὶ διακονουμένων, καὶ ὑπομνήσας τὸν μέγαν ὑποστρέφειν ἔλεγεν. Ὁ δὲ ἅγιος τῷ γήρει ἐπικαμφθεὶς καὶ μηκέτι βαδίζειν ἰσχύων μόλις ἐπιστραφεὶς ἔστη ἐπὶ τοῦ τόπου οὗ ἦν. Ὡς δὲ οἱ ἐρχόμενοι πλησίον αὐτῶν ἐγένοντο, τὸν μὲν μαθητὴν Θεόφιλον πάντες ἐθεάσαντο, καὶ πάντες αὐτῷ μετάνοιαν ἔβαλον, τὸν δὲ ἅγιον σὺν τῷ μαθητῇ εἰς τὸν τόπον ἱστάμενον, καίπερ, ὡς ἴστε πάντες, παμμεγέθη τῇ ἡλικίᾳ ὄντα οὐδ' ὅλως ἐθεάσαντο. Ὡς οὖν
B διῆλθον, φησὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν ὁ ἅγιος· Ὦ Θεόφιλε, εὐλογίας λαβὼν τοῖς πτωχοῖς ἀποκόμισον, ὅτι μεγάλη βία κατηνάγκασεν αὐτοὺς τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν. Καὶ τοῦτο ποιήσας καὶ διανείμας ἑκάστῳ τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἠρωτᾶτο ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ὁ Θεόφιλος τίνος χάριν μόνος ἐκεῖσε ἵστατο καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; Αὐτὸς δὲ ἔφασκε μὴ μόνον αὐτὸν εἶναι, ἀλλὰ σὺν τῷ ἁγίῳ ἵστασθαι. Οἵδε μεθ' ὅρκου διεβεβαιοῦντο μηδένα ἕτερον τεθεᾶσθαι πλὴν αὐτοῦ· διὸ καὶ κοινῇ τῷ Θεῷ εὐχαριστήσαντες δόξαν ἀνέπεμψαν.

50. Ἄνθρωποι τινές ποτε ἀπὸ μακρόθεν παραγενάμενοι πρὸς τὸ τὸν ἅγιον πατέρα ἡμῶν Ἰωαννίκιον θεάσασθαι τὴν μονὴν τοῦ Ἀντιδίου κατέλαβον. Καὶ δὴ κατὰ συγκυρίαν ὁ ἐκεῖσε μοναχὸς ὤν, ὁ ἡγιασμένος Παῦλος, ἐκπορευόμενος πρὸς τὴν ἐκκαιομένην ἄσβεστον ὕλην κομίσαι, λόγῳ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ εὐκτηρίου τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, συνήντησεν αὐτοῖς. Αὐτοὶ δὲ συμπεσόντες αὐτῷ παρεκάλουν ὑπόμνησιν ποιῆσαι περὶ αὐτῶν ὅπως θεάσωνται τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον. Καί φησιν αὐτός· Ὦ ἄνδρες, μείνατε ἐν τῷ τέως καὶ μακροθυμήσατε ἐν ᾧ ἐστε τόπῳ, καὶ ὅστις ἂν ἀπ' ἐμοῦ διέλθοι, αὐτός ἐστιν ὃν ζητεῖτε· προσπέσατε αὐτῷ. Οἵδε ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν,
* cod. μετ' οὐ καὶ οὐ μετὰ * πολὺ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ὁ ἅγιος οὐδ' ὅλως ἐθεάθη ὑπ' αὐτῶν. Αὐτῶν δὲ ἐπὶ πολλαῖς ὥραις προσκαρτερούντων καὶ μήτι γε πλάνην τινα πεπονθέναι ὑπονόουντων διὰ τὸ τὸν ποθούμενον μὴ φαίνεσθαι, πάλιν ὁ ῥηθεὶς Παῦλος πρὸς τὸ μοναστήριον ὑπέστρεψε, καί φησι πρὸς τοὺς ἄνδρας· Ἰδού, τέκνα, τὸ ἐπιθύμημα ὑμῶν τετελείωται. Αὐτοὶ δὲ διαβεβαιούμενοι ἔλεγον μηδαμῶς ἕως τοῦ νῦν τινα πλὴν αὐτοῦ θεάσασθαι. Τὸν δὲ μοναχὸν καταπλαγέντα καὶ ἔτι παρὰ τῶν ἀνδρῶν ἐκδυσωπηθέντα ὑπόμνησιν ποιῆσαι περὶ αὐτῶν αὐτὸς συνθέμενος αὐτοῖς πρὸς τὸν ἅγιον ὑπέστρεψε, καὶ βαλὼν αὐτῷ μετάνοιαν μετρίᾳ τῇ ἠρωτήσει ἐπύθετο· Πῶς ἐάσας τοὺς ξένους ἀπεριλογήτους διέβης; Ὅδε φησιν· Ὅτι οὐκ ἐθεασάμην αὐτούς, ἀλλὰ τὰ νῦν ἄπελθε, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, μηκέτι ποτνιᾶν, ἀλλ' ὡς ἤδη εἰδότας καὶ εὐλογηθέντας πιστεύειν καὶ χαίροντας παλινοστεῖν πρὸς τὰ οἰκεῖα. Καὶ τούτου γεναμένου τὴν ἀγγελίαν οἱ ἄνθρωποι δεξάμενοι, καὶ οὕτως ἔχειν ἀδιστάκτως πιστεύσαντες ὁποῖα καὶ δεδήλωκεν ὁ ἅγιος, εὐχαριστοῦντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν πρὸς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα ὑπέστρεψαν.

51. Ἔθος ἦν τινι τῶν πολιτῶν πυκνότερον ἀπιέναι πρὸς τὸν ἅγιον καὶ τὰς τιμίας εὐχὰς αὐτοῦ κομίζεσθαι, ἐκδιηγεῖσθαί τε πᾶσι τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ὅσα

49. Mandavit olim sanctus reverendo suo adiutori, nomine Theophilo, quando habitabat in sanctissimo Antidii monasterio, ut ligonem arriperet et foderet ante cellam suam usque ad quendam locum ut sibi pateret exitus. Erat enim, ut saepe dixi, in regione quam incolebat locus impervius. Quo facto, assumens secum sanctus Theophilum suum adiutorem, exiit cum eo ambulatum. Inter patulas montium arbores transeuntes cum in quadam regione aperta et aprica pervenissent, oculos levans dictus discipulus, venerabilis Theophilus, videt monasterii fratres advenientes, comitantibus simul multis pauperibus, qui solebant adire sanctum eique servire, monitoque sancto ut rediret renuntiavit illi. Sanctus autem senectute fractus neque ulterius progredi valens, aegre conversus, stetit in loco ubi erat. Quando advenientes prope ad illos accesserunt, discipulum quidem Theophilum omnes viderunt, eique omnes caput inclinaverunt; sanctum vero cum discipulo in via stantem, quamvis, ut scitis omnes, magnae erat staturae, minime viderunt. Cum transissent, ait discipulo suo sanctus: *O Theophile, panes benedictos sume et pauperibus defer,* E *quia gravis necessitas eos huc venire coegit.* Quo facto, cum singulis pro necessitate distribuisset, interrogatus est a fratribus Theophilus qua de causa solus ibi staret, cuiusque rei gratia? Ipse autem respondit se non solum esse, sed sancto adstare. Qui cum iuramento asseruerunt neminem sibi visum esse praeter ipsum; quare cum simul Deo gratias reddidissent, glorificaverunt eum.

se bis invisibilem

50. Viri quidam a longe quondam venientes ad sanctum patrem nostrum Ioannicium videndum, monasterium Antidii petierunt. Forte qui ibi monachus erat, venerabilis Paulus, profectus ad comparandum, praeter calcem vivam, lignum ad aedificandum templum Sancti Iohannis, occurrit illis. Qui incidentes ipsi commendaverunt ut doceret eos quomodo viderent sanctum Dei virum. Qui ait illis: *Viri, manete hic et patientiam habete in loco ubi estis, et qui post me transierit, iste est quem quaeritis: prosternite vos ad pedes eius.* Qui fecerunt sicut edocti erant; nec diu postea transiens in medio eorum sanctus nullo modo visus est ab eis. Cum autem per plures horas exspectavissent, F suspicati se deceptos fuisse quia non apparebat ille quem cupiebant, iterum dictus Paulus ad monasterium reversus est. Qui dicit viris ista: *Ecce, filii, desiderium vestrum impletum est.* Illi autem affirmantes dixerunt se minime usque tunc alium quemquam vidisse. Monachus miratus iterumque rogatus ut mentionem iniceret de ipsis, illis comitantibus ipse ad sanctum reversus est, a quo, inclinato capite, verecunda interrogatione petiit: *Quomodo praeteristi hos extraneos neque eorum tibi cura fuit ulla?* Qui respondit: *Non vidi illos, sed nunc vade et dic illis ne tristentur; ast nunc, ac si cognovissent me ipsisque benedixissem, credant et cum gaudio domum revertantur.* Quo peracto, nuntium viri accipientes atque ita se habere firmiter credentes, ut dixerat sanctus, Deo gratias agentes eumque laudantes in suam patriam reversi sunt *b*.

p[illegible]bus facit,

b

51. Mos erat cuidem civi frequenter adire sanctum et pretiosas eius preces accipere, necnon narrare omnibus quaecumque mirabilia Dei gratia

ursam mansuefacit,

ὅσα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἐκτελεῖ. Τεθέατο γὰρ πολλάκις ἀπιὼν θῆρας ἀγρίους ὑποτεταγμένους αὐτῷ καὶ ταῖς χερσὶν αὐτοῦ ἐκτρεφομένους. Ἐν μιᾷ οὖν ἐν συλλόγῳ πολυανθρώπῳ καθεζόμενος καὶ μεγαλύνων τὸν ἅγιον, ἀναστάς τις ἐν μέσῳ τοῦ συνεδρίου εἶπεν· Ὦ ἄνθρωπε, ξένα μοι δοκεῖ καὶ μεγάλα τὰ ὑπὸ σοῦ λαλούμενα καὶ ἀπιθάνως* πρὸς τούτοις ἔχω, ἀλλ' εἰ βούλοιο πιστῶσαί με, λάβε με μετὰ σοῦ, εἴπερ καὶ παρρησίαν, ὡς λέγεις, πρὸς τὸν ἅγιον ἔχεις, ὅπως κἀγὼ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου θεασάμενος μηκέτι ἀναδύωμαι, ἀλλ' εἰλικρινῶς πιστεύσω. Καὶ δὴ ἀμφότεροι λαβόντες ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἅγιον, καὶ τοῦτον θεασάμενοι καὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ κομισάμενοι ἐκελεύσθησαν συνευωχηθῆναι αὐτῷ. Κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ἀρίστου ἰδοὺ καὶ ἄρκος μεγίστη παρεγένετο, καὶ πλησίον τῶν δαιτυμόνων ἔσπευδεν ἑαυτὴν ἐφαπλῶσαι. Τῶνδε λίαν ταραχθέντων καὶ τό· Βοήθει, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, μεγάλῃ φωνῇ ἐπιβοώντων, αὐτὸς ἡμέρα πως μειδιῶν, μὴ φοβεῖσθαι* τούτοις ἔλεγεν, ἀλλὰ τοῖς λεγομένοις σημείοις στέργειν πιστοῖς οὖσι καὶ πιστεύειν καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι οἷα ἀπίστοις τὸ σύνολον. Εἶτα καὶ ἰδίᾳ χειρὶ τὸ θηρίον ψωμίζειν ἐπέτρεπεν αὐτοῖς· αὐτοὶ δὲ τῷ φόβῳ
B νεκρωθέντες ἀχανεῖς ἔμειναν. Ὁ δὲ ἅγιος ἔφη πρὸς τὸ θηρίον· Ἐπειδὴ οὗτοι ἀδιακρίτως πρὸς σὲ ἔχουσιν, ἄπελθε ἐν τῷ τέως καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα ἐλεύσῃ. Ὁ δὲ θὴρ ἅμα τῇ προστάξει προσκυνήσας τῷ ἁγίῳ ἐπανεχώρησε, καὶ εἰς ἑαυτοὺς γενόμενοι οἱ ἄνθρωποι τοῖς ποσὶ τοῦ ἁγίου προσέπεσον· εὐξαμένου τε αὐτοῖς καὶ εὐλογήσαντος ἀπέλυσε μετ' εἰρήνης.

* cod. ἀπειθάνως.

* cod. φοβεῖσθε.

52. Ἐπέτρεψέ ποτε ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν, τὸν σεβάσμιον Θεόδουλον, λαβεῖν μαγαρικὸν ἐλαίου* καὶ δοῦναι τοῖς πτωχοῖς καὶ ἕτερον δὲ κενὸν μεθ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρεσθαι. Καὶ τούτου μὴ βουλομένου, ἀλλὰ μάτην λέγοντος τοῦτο βαστάζειν, πάλιν μειδιῶν ὁ ἅγιος ἔλεγεν· Λήψῃ δὴ αὐτὸ πάντως, μήπως καὶ συναντήσῃς τινι τοῦτο χρῄζοντι, καὶ δώσεις αὐτῷ καὶ μισθὸν κομίσῃ. Ὅδε ὡς ἐκελεύσθη ἀμφότερα ἔλαβεν· καὶ δὴ τὴν ὁδὸν ἀνύων μέγα ὀλισθήσας πέπτωκεν καὶ τῇ κρούσει τοῦ πεπλησμένου ἀγγείου ὀπὴν πεποιηκότος, αὐτὸς συντόμως διαναστὰς πρὸς τὸ ἕτερον τὸ κενὸν μετέβαλεν, καὶ μνησθεὶς τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου ἐπὶ τῇ ἀντιστάσει τῆς παρακοῆς πικρῶς ἔκλαυσεν. Εἶτα πληρώσας τὴν ἑαυτοῦ διακονίαν ὑπέστρεψε καὶ βαλὼν μετάνοιαν ᾔτει τὸν ἅγιον συγχωρῆσαι αὐτῷ, διηγησάμενος καὶ
C τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ συμβάντα. Ὅδε ποσῶς ἐπιστύψας, συγχωρήσας τε καὶ ἐπευξάμενος αὐτὸν ἀπέλυσεν.

* cod. ἔλαιον.

53. Διερχομένου ποτε κατά τινα τόπον τοῦ ἀξιαγάστου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου, καὶ συμπορευομένου αὐτῷ Δανιὴλ τοῦ μακαριωτάτου, τοῦ γεγονότος ποτε ἡγουμένου τοῦ νησίου τῆς εὐαγοῦς μονῆς τοῦ Θασίου, εὗρον σπήλαια πάνυ δεινὰ καὶ πλήρη δαιμόνων. Κατῴκει γὰρ εἰς αὐτὰ ἄρχων δαιμόνων μετὰ τῆς ἑαυτοῦ πανολέθρου στρατιᾶς, ἃ καὶ παρὰ τῶν πόρρωθεν οἰκούντων ἐκαλεῖτο τὸ ἄντρον εἰς τὸν Τοπάρχην, καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο διελθεῖν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. Τῷ οὖν διορατικῷ τῆς καρδίας ὀφθαλμῷ τὸν δαιμόνιον ἐκεῖνον ὅμιλον αἰσθόμενος ὁ λίαν τὰς αἰσθήσεις κεκαθαρμένος σεβάσμιος Ἰωαννίκιος, ἔφη πρὸς τὸν μέγαν Δανιήλ· Ὦ πάτερ, ἐπάκουσον καὶ κατάνευσον, καὶ οἰκήσωμεν μεμερισμένως ἀμφότεροι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέραις ἐν τούτοις τοῖς σπηλαίοις καὶ ἐλπίζω εἰς τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ ὅτι ἡμᾶς μὲν ἡ χάρις τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀπημάντους διαφυλάξει, τὴν δὲ δαιμόνιον πληθὺν ἐκδιώξει καὶ ἀπελάσει καὶ οἰκητήριον σωζομένων ἀνθρώπων ἀναδείξει. Καὶ τῷ λόγῳ τοῦ ὁσίου οὐκ ἠπείθησεν ὁ ἱερώτατος Δανιήλ, ἀλλ' ἐπείσθη. Καὶ δὴ ἀμφότεροι χωρισθέντες ἐπὶ τὰ σπήλαια οἰκήσοντες

tia iuvante patrabat. Viderat enim saepe, cum D
veniebat, feras silvestres subiectas illi et e manibus eius cibum accipientes. Quadam ergo die cum in coetu frequenti sederet et extolleret sanctum, consurgens aliquis in medio concilio ait : *O homo, insolita mihi videntur et magna quae narras atque his aegre fidem tribuo, sed si volueris me ad credendum movere, duc me tecum, siquidem, ut dicis, commercium cum sancto habes, ut et ego oculis meis videns non iam diffidam, sed manifeste credam.* Et ambo profecti contenderunt ad sanctum; quo viso et benedictione eius accepta, invitati sunt ad prandendum cum eo. In medio autem convivio, ecce ursa maxima adfuit, quae prope convivas festinavit se provolvere. Cum isti valde conturbarentur et: *Succurre, sancte Dei,* magna voce exclamassent, ipse placide subridens : *Ne terremini,* ait illis, *sed dictis signis delectamini quae fide digna sunt, ac credite, neque ullo modo dubitate, quasi haec certa non sint.* Dein ut sua manu feram blandirentur hortatus est, at isti timore quasi emortui muti permanserunt. Tunc sanctus ait ferae: *Quoniam isti tam insulse erga te agunt, abi impraesentiarum et postea ad me redibis.* Bestia mandato E
oboediens et sanctum venerata discessit: cum autem ad seipsos rediissent viri ad pedes sancti ciderunt. Qui illis benedixit et bene apprecatus est, eosque in pace dimisit *c*. c

52. Commendavit quadam die servus Dei suo discipulo venerando Theodulo ut sumeret vasculum olei plenum quod daret pauperibus, alterumque vacuum secum ferret. Qui cum renuisset, seque frustra hoc ablaturum dixisset, iterum subridens sanctus ait : *Sume hoc nihilominus, ne forte occurras cuidam oleo indigenti, quod dabis ipsi et pretium referes.* Ille, ut iussus fuerat, utrumque cepit, et iter absolvens graviter offendens cecidit et in casu repleto vase perforato, ipse statim surgens in alterum vacuum effundit oleum, memorque verbi sancti propter suam ad oboediendum segnitiem flevit amare. Dein, munere suo functus reversus est et paenitentia facta, petiit a sancto ut sibi veniam concederet, narravitque omnia quae in via acciderant. Ille autem cum eum aliquantulum vituperasset, venia concessa, ipsi F
benedicens dimisit eum *d*. d

futura praedicit,

53. Cum transiret quondam per aliquem locum admodum mirabilis pater noster Ioannicius et comitaretur eum beatissimus Daniel, qui fuit olim hegumenus insulae sancti monasterii Thasii, invenerunt speluncas horrendas valde daemonibusque refertas. Incolebat enim eas dux daemonum cum suo perditissimo exercitu, quae a procul habitantibus vocabantur antrum ad Toparcham, nec quisquam poterat transire in loco isto. Perspicaci ergo cordis oculo daemoniacam illam turbam cum advertisset valde acutus sensibus venerandus Ioannicius, dixit abbati Danieli : *O pater, audi et annue ut habitemus separatim ambo per quadraginta dies in hisce speluncis, et spero misericordia Dei fore ut gratia sanctissimi Spiritus illaesos nos servet, diabolicam autem turbam deturbet et eiciat, atque refugium hominum salvandorum ostendat.* Nec verbo sancti diffisus est sanctissimus Daniel, sed consensit. Igitur cum discessissent ambo speluncas habitaturi profecti sunt, Deum orantes intense ut eicerentur impuri spiritus. Et versus finem quadraginta dierum apparet

locum daemonibus refertum purgat,

A τες ἐπορεύθησαν, καὶ ἐκτενῶς τὸν Θεὸν ἐλιτάνευον ἐπὶ τῇ ἐκδιώξει τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων. Καὶ περὶ τὸ τέλος που τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν φαίνεταί τις ἀνὴρ φοβερός, δυσειδής, οὗ ἡ κεφαλὴ ἐπὶ πολλοῦ τοῦ ὕψους ἤρετο, τά τε σκελῆ δίκην παμμεγέθων κιόνων ὑπῆρχον, καὶ ὀξέως βαδίζων καὶ μεγάλως ὀργιζόμενος κατὰ τοῦ ἁγίου ἐφώρμησεν. Ὁ δὲ ἅγιος τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ θωρακίσας ἑαυτόν, ἐκτείνας τὴν χεῖρα πυκνότερον τὸν ὁρώμενον κατεσφράγιζεν. Ὅδε οὐ μόνον οὐκ ἀπέδρα, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀναιδευόμενος ἐπλησίαζεν. Ὡς δὲ πλησιάσαν ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν θέαμα ἔναγχος τοῦ ἁγίου ἐγεγόνει, ἀμφοῖν ταῖς χερσὶν ὁ ἅγιος ἐκτείνας τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐπελάβετο καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐκβοήσας· Παναγία Θεοτόκε, βοήθει, πρὸς γῆν τοῦτον μετὰ φοβεροῦ πατάγου, κατέρρηξεν *. Ὅδε καταγόμενος κατὰ τοῦ πλευροῦ τὸν ἅγιον σφοδρῶς ἐλάκτισε, καὶ ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἄφωνος ὁ ἅγιος ἦν. Μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν εἰς ἑαυτὸν ὁ πανάγαστος πατὴρ ἡμῶν Ἰωαννίκιος γεγονὼς καὶ τέλεον χάριτι Θεοῦ ῥωσθείς, ἑνωθεὶς πάλιν τῷ θεοφόρῳ Δανιὴλ καὶ τὸν Θεὸν ἀμφότεροι ὑμνήσαντες ἐπὶ τῇ παντελεῖ ἐκδιώξει τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων χαίροντες καὶ ψάλλοντες
B τὴν ὁδὸν αὐτῶν ἤνυον.

* cod. κατέρρεξεν.

54. Κένωσίς ποτε πολλοῦ αἵματος ἐγεγόνει ἐκ τῶν ῥινῶν τῷ σεβασμίῳ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ Εὐστρατίῳ, τῷ καὶ τὴν θαυμαστὴν ταύτην καὶ ὀνησιφόρον πραγματείαν θερμῶς καὶ μετὰ πίστεως ἀνατάξαμένῳ καὶ τῇ μετέπειτα γενεᾷ μνημόσυνον αἰώνιον καταλείψαντι· καὶ δὴ τῇ πολλῇ ἐκχύσει τοῦ αἵματος λίαν ὁ ἡγιασμένος ἀνὴρ λιποθυμήσας * σχεδὸν εἰπεῖν ἄφωνος ἐγεγόνει. Καὶ γὰρ καὶ ἰατροὶ πλεῖστοι, ἅτε θαυμαστοῦ καὶ περιβοήτου * πᾶσιν ὄντος τοῦ πανοσίου Εὐστρατίου, παρεγένοντο καὶ τῇ τέχνῃ ἐμηχανᾶτο ἕκαστος τὴν σφοδρὰν ἐκείνην ῥύσιν τοῦ αἵματος στῆσαι. Ὡς δὲ οὐδὲν ὠφέλουν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἔβλαπτον, τέλεον ἀπελπίσαντες κατέλιπον. Προσκαλεσάμενος δὲ αὐτὸς τὸν εὐλαβέστατον Νικόλαον μόλις τῷ ἄσθματι τοῦτον καθικέτευε μετὰ πολλῆς τῆς ταχυτῆτος ἀπιέναι καὶ μηνῦσαι τῷ ἁγίῳ τὴν τούτου ἀσθένειαν καὶ καθικετεῦσαι αὐτὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θερμῶς προσεύξασθαι. Διενοήθη γὰρ πάνυ ὀρθῶς ὁ κλεινὸς Εὐστράτιος ὅτιπερ· Τῆς ἀγγελίας ἀπιούσης καὶ τῆς εὐχῆς γενομένης, πάντως ἐλέους τεύξομαι· ὅπερ καὶ γέγονε. Τοῦ γὰρ ἀνδρός, ὡς ἐκελεύσθη, ἀπιόντος, γνοὺς ὁ οὐράνιος ἐκεῖνος νοῦς τὸ συμβὰν ἐξῆλθεν εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ. Ὅδε
C τὸν ἅγιον θεασάμενος πρὸς γῆν ἑαυτὸν κλίνας καὶ εὐχὴν αἰτήσας καὶ λαβὼν ἀνέστη· καί φησιν ὁ ὅσιος πρὸς τὸν ἄνδρα καίπερ εἰδὼς τί ἄρα ἐσκύλη ἐπύθετο καὶ τίς ἡ τοσαύτη περίσπασις καὶ εἰ ὑγιαίνει ὁ πιστὸς καὶ καλὸς φίλος καὶ ἀγαπητὸς Εὐστράτιος. Ὅδε ἕνεκε τούτου ἐπειπὼν παραγενέσθαι ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ ὅσιος ἐπιτοπίως ἐκεῖσε καθεσθέντα μικρὸν ἀναμεῖναι· καὶ τούτου γενομένου, πρὸς τὸ κελλίον αὐτοῦ ὑπέστρεψεν ὁ ἅγιος καὶ ἐπὶ πλείστην ὥραν τῷ Θεῷ δεηθεὶς ἐλθών φησι πρὸς τὸν ἄνδρα· Ὦ ἄνερ, ἄπελθε καὶ εἰπὲ τῷ προσφιλεστάτῳ μοι Εὐστρατίῳ ὅτι· Ἐν τῷ τέως μὴ λυποῦ, οὐ θνήσκεις γάρ, ἀλλ' ἐν τάχει, Θεοῦ εὐδοκοῦντος, ἀλλήλους ὀψόμεθα. Καὶ σὺν τῷ λόγῳ ὁ μὲν ἀποσταλεὶς συνταξάμενος τῷ ἁγίῳ γεγηθὼς ἐπορεύθη, ἥ τε ῥύσις τοῦ αἵματος, τῇ αὐτῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν ὁ ἅγιος τῷ ἀνδρὶ ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἔστη καὶ εἰσάπαν ἡ ἀσθένεια διὰ τῶν ἐντεύξεων τοῦ ἁγίου ἀπηλάθη. Καὶ τοῦ ἀνδρὸς καταλαβόντος καὶ τὴν χαροποιὸν ἐκείνην ἀγγελίαν ἐπὶ πάντων ἐξειπόντος ἀκριβῶς ὁ ἡγιασμένος Εὐστράτιος τὴν ὥραν ἐπύθετο ἐν ᾗ τοῦτο ὁ ἅγιος εἶπεν. Καὶ μαθὼν ἔγνω παναληθῶς ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐν ᾗ ὁ ἅγιος λελάληκε κομψότερον ἔσχηκεν ἑαυτῷ, καὶ σὺν πᾶσι τὸν Θεὸν ὑμνήσας τὴν εὐχαριστίαν τῷ ἁγίῳ ἀπένειμε. Καὶ οὐ μετὰ πολλὰς

* cod. λειποθυμήσας.

* cod. περιβωήτου.

apparet vir quidam terribilis et deformis, cuius caput in magnam altitudinem efferebatur et crura in similitudinem magnarum columnarum erigebantur; qui incitato pede progressus, valde iratus in sanctum irruit. Sanctus autem signo crucis loricatus, manu extensa, frequenter visum hominem signabat. Qui tamen non modo non aufugit, sed impudenter valde appropinquavit. Quando autem accedens illud horrendum monstrum e regione sancti pervenit, iste ambabus manibus extensis pedes eius tenuit et magna voce exclamavit: *Sanctissima Dei genetrix, succurre mihi*, et humi illum cum magno fragore proiecit. Qui delapsus sanctum in latere valide verberavit, qui per septem dies sine voce remansit. Post septimam diem ad seipsum reversus venerandus pater noster Ioannicius et tandem Dei gratia servatus, rediit ad theophorum Danielem et Deum ambo laudantes propter omnimodam impurorum spirituum eiectionem, gaudentes et psallentes iter absolverunt *e*.

E

54. Fluxit quadam die multus sanguis ex naso venerandi viri Dei Eustratii, qui mirabile hoc et proficuum facinus ferventer et fideliter litteris mandavit, eiusdemque memoriam posteriori generationi sempiternam reliquit *f*. Multa sanguinis effusione valde mirabilis vir debilis factus est ut, fere dicam, voce orbaretur. Quin etiam medici plures, siquidem mirandus et celebris omnibus erat sanctissimus Eustratius, convenerunt arteque sua tentabat unusquisque hunc validum fluxum sanguinis cohibere. Cum nihil proficerent, sed magis illi nocerent, tandem desperantes reliquerunt eum. Cum ipse ad se vocasset reverendissimum Nicolaum, aegre prae spiritus angustiis supplex eum oravit ut summa diligentia abiret significaturus sancto suam infirmitatem, eumque rogaret ut ferventer pro illo deprecaretur. Cogitabat enim, recte prorsus, inlustris Eustratius: *Nuntio misso et oratione peracta, omnino misericordiam consequar:* quod revera factum est. Cum nuntius, sicut erat iussus, profectus esset, caelestis illa mens cognoscens quid factum esset, exiit obviam illi. Qui cum vidisset sanctum seque ad terram usque inclinasset et benedictionem petitam accepisset, surrexit. Alloquitur sanctus virum et licet sciret omnia, interrogavit quid ergo torqueretur, et quae tanta eius sollicitudo, et utrum valeret fidelis, bonus amicus et dilectus Eustratius. Qui cum propter eum se adesse dixisset, iussit ipsum sanctus ibidem sedere et aliquantulum exspectare. Quo facto, ad cellam suam regressus est sanctus, cumque per longum tempus Deum orasset, redux dixit viro: *O homo, abi et renuntia dilectissimo meo Eustratio: noli nunc tristari, non enim morieris; sed mox, Deo concedente, invicem videbimus.* Et cum hoc verbo nuntius oboediens sancto, cum gaudio profectus est; fluxus vero sanguinis, ea ipsa hora in qua dixerat sanctus: *Non morieris,* steterat et infirmitas per intercessionem sancti prorsus evanuerat. Cum nuntius redux iucundum illud nuntium omnibus detulisset, interrogavit sedulo mirabilis Eustratius qua hora sanctus id dixisset. Qua cognita, comperit revera se, in ipsa hora qua sanctus erat locutus, melius habuisse et cum omnibus Deum laudans, gratias egit sancto. Paucos post dies, cum inlustris Eustratius ex infirmitate adhuc debilitatus esset, enixe petierunt fratres qui in monasteriolo cognominato Leucadum

F

et S. Eustratium sanat.

f

VITA

πολλὰς ἡμέρας, ἔτι τοῦ κλεινοῦ Εὐστρατίου ἐκ τῆς ἀσθενείας ἀδυναμοῦντος, ἐξελιπάρησαν αὐτὸν οἱ ἐν τῷ μετοχίῳ τῷ ἐπονομαζομένῳ Λευκάδων κατοικοῦντες ἀδελφοὶ ἐλθεῖν καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτοὺς καὶ καταρτίσαι αὐτοὺς καὶ οἰκοδομῆσαι τὰ εἰς σωτηρίαν φέροντα. Καὶ δὴ πεισθεὶς ὁ ἡγιασμένος Εὐστράτιος, οὐδὲ γὰρ ἀνεβάλετό ποτε ἐπὶ τοῦτο, ἀλλ' ἕως τῆς σήμερον ἴστε ὡς παρὰ πάντων ἐπὶ σωτηρίᾳ ψυχῆς προσκαλούμενος ζεόντως ἐπιτρέχει, ὡς πολλὰς ψυχὰς καὶ ἀναριθμήτους τοιούτῳ τρόπῳ ἐπισπεύδων ἐκσπᾶν χάριτι Θεοῦ ἐκ στόματος τοῦ δεινοῦ δράκοντος καὶ προσάγειν Θεῷ διὰ μετανοίας, καὶ ποιεῖν καθαρώτατα κτήματα καὶ ἐθελούσια ἱερεῖα καὶ ἄμωμα θύματα. Ὑπήκουσεν οὖν, καὶ συνέθετο πορεύεσθαι, εἰ καὶ βεβιασμένως, διὰ τήν, ὡς εἴρηται, ἀσθένειαν καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀδελφῶν. Καὶ ἐπείπερ κεκίνηκε, καὶ τὸν τόπον, ὃν ἔφθην εἰπών, ἔφθασε, τοῖς ἀδελφοῖς ἐπευξάμενος καὶ συμβιβάσας ἕκαστον τὰ πρὸς σωτηρίαν, διὰ τὸν κόπον τῆς ὁδοῦ πάλιν αὐτὸς ἐν ἀσθενείᾳ περιπέπτωκεν. Ἐπεὶ οὖν ἡμέρας τέσσαρας ἄβρωτος ἦν διαμένων, τῇ ἐπιτάσει τοῦ λαύρου πυρετοῦ δεινῶς ἔκαμνεν. Πάντων οὖν τῶν ἀδελφῶν κύκλοθεν παρισταμένων, καὶ δακρυόντων B πικρῶς ἐπὶ τῷ χωρισμῷ αὐτοῦ καὶ τὴν ὀρφανίαν αὐτῶν ἀποκλαιομένων, καὶ αὐτὸς σύνδακρυς ἐγένετο. Ὡς οὖν ἐπὶ πολλὰς ὥρας ὁ θρῆνος ἐκεκρατήκει, καὶ τῶν φοιτητῶν τὸ οὐαὶ ἐπιβοωμένων καὶ λεγόντων· Τίς ἡμᾶς ποιμανεῖ ἀπὸ τοῦ νῦν, ὦ καλὲ καὶ συμπαθέστατε πάτερ; Αἴ, αἴ ἡμῖν, τίς ἡμᾶς ὁδηγήσει καὶ περισκεπάσει, ὡς σύ, ὦ φιλοτεκνότατε; Ποῦ εὕρομεν ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ πηγὴν καθαρὰν τοιαύτης διακρίσεως; Πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα ῥήματα ζωῆς καθ' ἑκάστην παρὰ σοῦ ἀκούοντες; Τίς ὑποδείξει ἡμῖν τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν; Ὦ, ὢ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς καὶ ἁμαρτωλοῖς ὅτι τοιούτου λαμπτῆρος καὶ φωστῆρος ἡμεῖς χωριζόμεθα, ἡμεῖς ἐσμεν αἴτιοι τοῦ θανάτου σου, ὦ καλὲ πάτερ· εἰ γὰρ ἡμεῖς μὴ προσκεκλήκαμέν σε, ἀλλὰ μικρὸν εἰάσαμέν σε ἀναπνεῦσαι* τῆς ἀσθενείας σου, ἄρα ἂν πάντως καὶ ἑξῆς θερμῶς φροντίζων τοῦ σοῦ ποιμνίου. Ταῦτα οὖν καὶ τινα ἄλλα ῥήματα θρηνητικὰ τῶν ἀδελφῶν ὡς ἐπὶ πλείστην ὥραν λεγόντων, κατασείσας τῇ χειρὶ καὶ τὸν θρῆνον παυθῆναι φήσας, πάντας εὐλογήσας καὶ ἐπευξάμενος ἀπέλυσε. Καὶ αὐτὸς δὲ εἰς ἱκεσίαν ἐτράπη καὶ τὸν σημειοφόρον πατέρα ἡμῶν Ἰωαννίκιον, ὡς ἤδη, κατοπτριζόμενος καθικέτευε δοῦναι αὐτῷ τὴν ἴασιν καί, ὡς ὑπέσχετο, θεάσασθαι αὐτόν. C Καὶ δὴ εὐχόμενος καθ' ὕπνους ἐγένετο, καὶ ὁρᾷ τὸν ἅγιον παριστάμενον, καὶ λέγοντα αὐτῷ· Μηδαμῶς δειλανδρίσῃς, ὦ Εὐστράτιε, ἀλλὰ ταχέως πορεύθητι πρὸς δὲ τὸν τόπον καὶ πρὸς τοὺς τοιούσδε ἡγιασμένους μοναχοὺς καὶ λάλησον αὐτοῖς ἐξ ἡμῶν τὰ καὶ τά. Καὶ εὐθέως ὁ ἀσθενῶν βαλὼν μετάνοιαν τὸ δοκεῖν ἐπορεύετο καὶ πρὸς τὸν τόπον γενόμενος ὑπηντήθη παρὰ τῶν ἐκεῖσε κεκρυμμένων ὑψηλοτάτων μοναχῶν καὶ ἀμφότεροι πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν ᾔτουν εὐχήν. Ὡς δὲ κατὰ τὸ σύνηθες τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου ἐν τῇ δοχῇ τῶν εἰς αὐτὸν πορευομένων εὐχὴ ἐγεγόνει, ταύτην ἀναλαβὼν ὁ πανιερώτατος Εὐστράτιος σὺν αὐτοῖς τὸ δοκεῖν ὑπνῶν ἔλεγε, καὶ τῆς ἐκτενοῦς ἐπιβοωμένης οἱ συνόντες ἐκεῖσε ἀδελφοὶ ζώσῃ φωνῇ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θεσπεσίου ἡγουμένου αὐτῶν Εὐστρατίου τό· Κύριε ἐλέησον, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀναπεμπόμενον ἤκουον. Καὶ δὴ πάλιν λυπούμενοι διηρώτων αὐτόν· Τί, ἐγκαλὲ* πάτερ, ἀφίῃς ἡμᾶς ὀρφανούς; Ὅδε διϋπνισθεὶς θαρσαλεωτέρᾳ τῇ φωνῇ· Οὔ φησι, τέκνα, ἀπεκρίθη, μὴ λυπεῖσθε, ὁ γὰρ ἅγιος Ἰωαννίκιος ἐπεσκέψατό με. Καὶ ζητήσας τροφὴν παραχρῆμα μετέλαβεν, καὶ τῇ ἐπαύριον ὁ ἤδη πρὸς αὐτὰς τὰς πύλας τοῦ θανάτου ἐγγίσας δυναμωθεὶς τῇ ἐπισκέψει τοῦ ἁγίου ἐπέβη τὸ ἴδιον κτῆνος, καὶ περιπατήσας σταδίους δεκαπέντε δοξάζων τὸν Θεὸν καὶ τὸν ἅγιον εἰς τὴν ἰδίαν μονὴν παρεγένετο.

* cod. ἀνανεῦσαι.

* cod. ἐνκαλὲ.

D Leucadum habitabant, ut veniret invisurus eos et eruditurus et aedificaturus in his quae ad salutem pertinerent. Annuens venerabilis Eustratius, — hoc enim nunquam denegabat, sed usque ad hanc diem scitis quomodo ab omnibus ad salutem animae vocatus ferventer accurrerit, quomodo multas animas et innumerabiles eripuerit gratia Dei ex ore terribilis draconis et adduxerit ad Deum per paenitentiam, efficiens eas purissima bona, voluntarias victimas et irreprehensibiles hostias — annuit igitur et accinctus est ut proficisceretur, licet aegre propter eum quem diximus morbum, ad salvandos fratres. Cum iter movisset et ad locum quem antea dixi pervenisset, postquam fratribus benedixit et singulos duxit in via salutis, propter itineris defatigationem ipse rursus in morbum incidit. Cum igitur dies quattuor ieiunus transegisset, impetu vehementis febris laboravit. Circumdabant eum fratres omnes, flentes amare quia timebant ne moreretur et ipsi fierent orphani; cum ipsis flevit et Eustratius. Cum per multas horas lamentatio perdurasset atque clamarent *Vae nobis* qui illic versabantur E dicerentque : *Quis nos deinceps ad pascua ducet, o bone et dilectissime pater? Hei nobis, quis nos reget et proteget, sicut tu, filiorum amantissime? Ubi inveniemus nos humiles fontem purum talis directionis? Ad quemnam ibimus, qui verba vitae cottidie a te audiebamus? Quis ostendet nobis viam salutis? Heu nobis miseris et peccatoribus, quia tali lumine et face orbabimur; nos sumus causa mortis tuae, o bone pater. Nisi enim te vocavissemus, sed si paululum sivissemus te ex morbo tuo requiescere, prorsus nunc ferventer curares gregem tuum.* His et aliis verbis dolendis a fratribus per longum tempus dictis, cum manu signum dedisset et ut a fletu temperarent iussisset, omnibus benedicens beneque apprecatus dimisit eos. Ipse vero ad supplicationem se convertit et prodigiorum factorem patrem nostrum Ioannicium, ut antea, quasi in speculo intuitus, rogavit ut daret sibi sanationem et, sicut promiserat, inviseret eum. Cum orasset, in somnum incidit, viditque sanctum adstantem sibi et dicentem : *Nequaquam timueris, o Eustrati; sed statim vade ad locum et ad venerandos monachos, quibus loquere nostro nomine haec et haec.* Statimque aegrotus inclinans caput, visus est sibi F abire; cumque ad locum devenisset, occurrerunt ei qui ibi abditi erant inlustrissimi monachi et cadentes in terram petierunt benedictionem. Postquam, sicut consuetum erat sancto patri nostro Ioannicio eos excipienti qui ad eum veniebant, data est benedictio, cum suscepisset eam sanctissimus Eustratius cum illis dormiens, ut videtur, locutus est et cum orationem decantaret, congregati ibi fratres firma voce ex ore divi sui hegumeni Eustratii *Kyrie, eleison* valide emissum audierunt. Sed denuo tristes interrogaverunt eum : *Quid, pater optime, relinquis nos orphanos?* Qui expergefactus altiore etiam voce : *Minime,* respondit, *filii; nolite lugere. Sanctus enim Ioannicius protexit me.* Cum petivisset cibum, statim sumpsit ex eo et postera die ille qui iam ad portas mortis appropinquabat, servatus per protectionem sancti, ascendit in suum iumentum et percurrit quindecim stadia, glorificans Deum et sanctum eius, et in suum monasterium pervenit *g*. g

ANNOTATA.

ANNOTATA.

a *Haec eadem legi possunt apud Sabam, cap. VI, num. 12, p. 342.*

b *Bis se invisibilem praetereuntibus fecisse* S. Ioannicium *refert etiam praecedens Vita, cap. IX, XI, num. 38, 52, p. 366, 380. Monachus qui hic dicitur Petrus, a Saba vocatur Iohannes.*

c *Eadem videsis in prioribus Actis, cap. IX, num. 39, p. 366.*

d *Cfr. Vitam praecedentem, cap. IX, num. 40, p. 367.*

e *Videsis Acta a Saba conscripta, cap. VIII, num. 32, p. 361. Imprimis notabile erit hoc factum huic qui voluerit historiam hucusque plane ignotam S. Danielis in Thasio contexere.*

f *Indicavimus in Comment. praev., num. 14, p. 317, varios locos ex quibus patet Petrum monachum non pauca accepisse a S. Eustratio unde Acta sua retexeret. Cfr. supra, p. 390, num. 12.*

g *Cfr. quonam modo sanatum a* S. Ioannicio *Eustratium etiam rettulerit Sabas, supra, p. 367.*

CAPUT DECIMUM

S. Ioannicius fidem suam orthodoxam profitetur, futura multa et abscondita praedicit.

55. Ἄλλοτε πάλιν τινὲς ἀντέβαλλον πρὸς ἀλλήλους λέγοντες· Ἆρά γε τῇ τῶν σημείων δόσει καὶ τὸν τῆς πίστεως λόγον κεκόσμηται ὁ μέγας Ἰωαννίκιος; Ἢ ἔν τινι τῇ ἁπλότητι καὶ τῇ ἰδιωτείᾳ ἔσφαλται; Καὶ εἰ ἦν δυνατὸν περὶ τούτου ἂν ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν καὶ ἀκριβῶς ἐπιστεύσαμεν. Καὶ δὴ συμφωνήσαντες ἐβουλεύσαντο εὐχῆς χάριν πρὸς αὐτὸν ἀπιέναι καὶ περὶ τούτου ἀκριβῶς διερευνῆσαι. Καὶ ἀπελθόντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἐδέχθησαν καί τινα πολλὰ ἐν τῷ μέσῳ λελαληκότες γνοὺς ὁ προβλεπτικὸς ἐκεῖνος νοῦς τὴν πανουργίαν αὐτῶν φησιν· Ἐπειδὴ πολλάκις τινὲς περὶ ἐμοῦ θρυλλοῦσι καὶ κακῶς σκανδαλίζονται, οὐκ ὀρθῶς πιστεύειν με λέγοντες, ἀλλ' ἐσφαλμένως, βούλομαι ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας τὴν ἐμὴν πίστιν δημηγορῆσαι. Καὶ τῶν ἀνδρῶν πάνυ ἐπὶ τοῦτο γεγηθότων, αὐτὸς ἀνοίξας τὸ τίμιον αὐτοῦ στόμα, ὡς ἐν ἐπιτόμῳ τάδε φησι [1]· Πιστεύω [2] εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρωμένων τε [3] καὶ ἀοράτων ποιητὴν [4] καὶ κύριον, ἄναρχον, ἀόρατον, ἀκατάληπτον, ἀναλλοίωτον, ἀτελεύτητον· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως καὶ πρὸ πάντων τῶν [5] αἰώνων τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐκλάμψαντα· καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς προϊόν *, καὶ Πατρὶ καὶ [6] Υἱῷ συνθεολογούμενον [7] καὶ συνδοξαζόμενον, ὡς συμφυὲς καὶ συναΐδιον. Τριάδα μὲν δοξάζω [8] ὑποστάσεσιν ἤτοι προσώποις, καὶ ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων ἀμιγεῖς καὶ ἀσυγχύτους τηρῶν [9] τὰς ἀφοριστικὰς ἰδιότητας, ὡς οὐδαμῶς μεταπιπτούσας ἢ μετακινουμένας [10], Πατρὶ μὲν τὴν ἀγεννησίαν καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ νέμων [11], Υἱῷ δὲ τὴν γέννησιν, Πνεύματι δὲ τὴν ἐκπόρευσιν· καὶ ὡς ἐξ αἰτίου τοῦ Πατρός, τό τε γεννώμενον καὶ τὸ ἐκπορευόμενον [12] ἀπαυγάσαντα, καὶ ὡς φῶς ἑκάτερον ἐκ φωτὸς προελθόν [13], ἕν, ὑπερκόσμιον, τρισσοφεγγὲς καὶ τρισήλιον φῶς· μονάδα δὲ οὐσίᾳ καὶ φύσει προσκυνῶ [14] εἰς ἓν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυὲς θεότητος ὕψος συνιοῦσαν, τὴν αὐτὴν ἀμέριστον καὶ ἀδιάσπαστον, τήν τε δόξαν καὶ τὸ κράτος

* cod. προϊών.

55. Alias contendebant quidam inter se dicentes: *Num revera miraculorum dono et fidei sermone insignitus est magnus Ioannicius? Aut non potius simplicitate quadam et ignorantia fallit seipsum? Si fieri posset, audiremus eum de his, et cognosceremus, et certo crederemus.* Et consentientes consilium inierunt ut eius benedictionis accipiendae gratia ad illum convenirent et de hac re studiose investigarent. Profecti a sancto excipiuntur, et postquam varia quaedam in medium attulissent, cognoscens perspicua illa mens astutiam eorum, ait: *Quoniam quidam saepius in me mussitant et male scandalizantur, me non recte credere asserentes, sed falso, volo vestrae pietati meam fidem profiteri.* Cum illi viri valde propterea gauderent, ipse, aperto suo venerabili ore, quasi summatim haec dicit *a* : *Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, visibilium omnium et invisibilium factorem et dominum, sine principio, invisibilem, incomprehensibilem, immutabilem, immortalem. Et in unum Dominum Iesum Christum, filium eius unigenitum, qui sine initio, intemporaliter, ante omnia saecula de paterna essentia effulsit. Et in unum Spiritum sanctum ex Deo Patre procedentem, et cum Patre Filioque unum Deum praedicandum et glorificandum, utpote consubstantialem et coaeternum. Trinitatem glorifico in hypostasibus seu personis, et praedictorum unicuique discretas et inconfusas conservans distinctivas proprietates, ceu numquam desituras vel mutandas, Patri quidem innativitatem et eorum qui ex ipso sunt causalitatem tribuens, Filio generationem, Spiritui vero processionem. Et ex Patre tamquam causa, tum genitum tum procedentem [credens] exsplenduisse, utrumque ut lumen de lumine; unicum, supernaturale, tripliciter radians et quasi tergeminum solare lumen. Unitatem autem naturae et essentiae adoro in unam supernaturalem et superessentialem deitatis sublimitatem coeuntem, eandemque indivisam et inseparabilem, gloria potentiaque*

S. Ioannicius fidem orthodoxam profitetur,

a

[1] *Hic incipit locus quem Petrus desumpsit ex Nicephori Apologetico pro sanctis imaginibus. Cfr. Mai,* Patrum nova bibl., tom. V, p. 22-27. *Quoniam tamen haud raro scriba nostri codicis in transcribendo erraverit, opportunum duximus variantes lectiones notare. Editionem Mai signamus 1, codicem Coislinianum 2.* — [2] πιστεύομεν 1. — [3] *om.* 1. — [4] τε *add.* 1. — [5] *om.* 2. — [6] Πατρὶ καὶ *om.* 2. — [7] τε *add.* 1. — [8] δοξάζοντες 1. — [9] τηροῦντες 1. — [10] κινουμένας 1. — [11] νέμοντες 1. — [12] νοοῦντες *add.* 1. — [13] προσελθὼν 2. — [14] προσκυνοῦντες 1.

VITA τος κεκτημένην, ἐν ταυτοβουλίᾳ καὶ θελήσει, καὶ μιᾷ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ γνωριζομένην, καὶ [15] ἁπάντων [16] βασιλίδα καὶ τῶν ὅλων δεσποτεύουσαν παρὰ [17] πάσης [18] ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως, ὡς ὁμότιμόν τε καὶ σύνθρονον, προσκυνουμένην τε καὶ λατρευομένην· μίαν μὲν γὰρ ἐν [19] τρισὶ θεωρουμένην [20] θεότητα τῷ ταὐτῷ τῆς οὐσίας ἑνιζομένην, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις ἐν τῇ μιᾷ θεότητι, τῷ ἑτεροίῳ τῶν περὶ ἑκάστην ἐνυπαρχουσῶν ἰδιοτήτων ἀμερίστως διαιρουμένας. Οὔτε τὸν Υἱὸν τῆς τοῦ ἀγεννήτου Πατρὸς οὐσίας ἀλλοτριῶ [21] διὰ τὴν γέννησιν, οὔτε τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ διὰ τὴν ἐκπόρευσιν, οὔτε σύγχυσιν εἰδὼς [22] διὰ τὸ ἑνιαῖον τῆς συμφυΐας καὶ ἄτμητον, ἀλλ' ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς φύσεως τὸ διακεκριμένον ἑνῶν [23] τοῦ ἰδιάζοντος. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως καὶ συνάπτεται διῃρημένως· ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἤ, τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης, καθ' ἃ μεμυσταγώγηκεν ἡμᾶς τῶν θεολόγων ὁ κράτιστος. Θεὸν οὖν τὸν Πατέρα σέβω [24], ἐξ οὗ τὰ πάντα ἐκ μὴ ὄντων παρῆκται εἰς [25] ὕπαρξιν· Θεὸν τὸν Υἱὸν δοξάζω [26], δι' οὗ τὰ πάντα γεγένηται, καὶ πρὸς οὐσιώδη διαμονὴν διασώζεται· Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ

B ἅγιον προσκυνῶ [27], ἐν ᾧ τὰ πάντα [28] συντηρεῖται καὶ συνέχεται· ἕνα Θεὸν τὰ [28] τρία σέβω [29], οὐκ εἰς τρεῖς θεοὺς τὴν μίαν διϊστῶ [30] θεότητα ἵν' ἐκκλίνω [31] τῆς τριθείας, μᾶλλον δὲ πολυθεΐας τὸ ἀθεώτατον, καὶ τέλειον τούτων ἕκαστον ἐπίσταμαι [32]· οὐ γαρ ἐκ τριῶν ἀτελῶν ἕν τι ὁμολογῶ [33] τέλειον, ἀλλ' ἐκ τριῶν τελείων [34] ἓν ὑπερτελὲς καὶ προτέλειον, ὡς ἡ τῶν θεομυστῶν πατέρων εἰσηγεῖται θεολογία· οὔτε οὖν τὰς ὑποστάσεις ὡς φύσεις ἐκφύλους καὶ διαφόρους, ἀνισότησί τισι [35] καὶ ἀνωμαλότησι [36] τέμνων προχειρίζομαι [37], ἀλλὰ διαιρῶ [38] τῷ λόγῳ τῶν ἰδιοτήτων πρὸς τὴν ἑνάδα τῆς οὐσίας συνάπτων [39]. τὸ ὑπερβάλλον ἐν τούτοις, ἢ μειονεκτούμενον [40] ἀποπεμπόμενος [41]. Τὸ γὰρ μεῖζον ἢ ἔλαττον ὥσπερ ἐν [42] τῇ οὐσίᾳ θεωρῆσαι οὐκ ἐνόν, οὐδὲ ἐν τῇ Τριάδι κατὰ τὴν οὐσίαν ἢ τὴν θεότητα, ἵνα τὴν ἀρειανικὴν λύσσαν, ἐξ ἧς καὶ πρὸς ἣν ἡμῖν ὁ νῦν πόλεμος, κατασβέσωμεν. Οὔτε μὴν εἰς μίαν ὑπόστασιν συγχέω [43] ἢ συναλείφω [44], ἀλλὰ προσώποις ὑφεστῶσι καὶ πράγμασι καὶ ὀνόμασι τὸ διῃρημένον συνημμένως κατὰ τὴν οὐσίαν εἰσφέρω [45], ἵνα τὴν σαβελλιανὴν μανίαν ἐξαμαυρώσω [46], τὰ ἀντίθετα κακὰ καὶ σύνδρομα τὴν ἀσέβειαν· καὶ συλλαβόντα μετειπεῖν [47] συνάπτω διαιρῶν [48] εὐσεβῶς καὶ διαιρῶ

C συνάπτων [49] θεοπρεπῶς. Ταύτῃ τοι τὸ μὲν διῃρημένον ταῖς ὑποστάσεσι τῇ κοινωνίᾳ ἑνῶν [50] τῆς φύσεως, τὸ δὲ ἡνωμένον τῇ οὐσίᾳ καὶ θεότητι τῇ διαφορᾷ γνωρίζων [51] τῶν ὑποστάσεων, κατ' ἄμφω περὶ τὸ μέγα καὶ θειότατον καὶ ὑπέρτατον τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας μυστήριον, εὐσεβῶν [52] καὶ ὑγιαίνων [53]· οὕτω προσκυνητὴς [54] τῆς παναγίας καὶ ὑπερουσίου Τριάδος ἐν πνεύματι ἀληθείας [55] ὑπάρχων λατρεύω [56] αὐτῇ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ πίστεως, ἐν καθαρᾷ [57] καὶ ἀμωμήτῳ δόξῃ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου [58]. Ἑπόμενως [59] δὲ ὁμολογῶ [60] καὶ τὸν ἕνα τῆς ὁμοουσίου καὶ ὑπερουσίου [61] καὶ ὑπερθέου Τριάδος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, τὸ τῆς πατρικῆς δοξῆς

potentiaque fruentem; in qua unum consilium, D *unica voluntas, potentia et operatio agnoscitur, quaeque ut omnium regina et universalis domina, ab omni visibili et invisibili creatione tamquam pari honore et communi throno digna adoratur et colitur. Una in tribus apparet deitas in eadem substantia unita; tres autem sunt hypostases in una deitate, cum discrimine proprietatum quae inhaerent singulis sine partitione distinctae. Neque Filium ab ingeniti Patris essentia alienum facio propter generationem; neque Spiritum a Patre Filioque propter processionem; neque confusionem admitto propter unitatem consubstantialitatis et indivisibilitatem, sed in communi natura id coniungo quod distinctum est in unoquoque. "Distinguitur enim indistincte et distincte connectitur: unum in tribus divinitas est, et tria unum, ea in quibus divinitas est, vel, ut accuratius loquar, quae est divinitas „ secundum quod nos edocuit theologorum optimus* b. *Deum itaque* b *Patrem colo, a quo omnia ex nihilo venerunt ad exsistendum; Deum Filium glorifico, per quem omnia facta sunt, omniumque essentialis stabilitas servatur; Deum Spiritum sanctum adoro, in quo omnia conservantur et continentur. Unum Deum hosce tres* E *colo, non in tres deos unicam dividens deitatem, ne incidam in tritheismi aut potius in polytheismi impietatem; siquidem unumquemque ex his singulis perfectum esse novi. Neque enim ex tribus imperfectis unum confiteor perfectum, sed ex tribus perfectis unum superperfectum et praeperfectum* c, c *secundum quod theomysticorum Patrum edisserit theologia. Neque ergo hypostases quasi naturas extraneas diversasque, inaequalitatibus quibusdam et discriminibus separans profiteor, sed separo ratione proprietatum, in unicam essentiam coniungens, nihil in illis maius minusve esse admittens. Maius enim aut minus sicuti in essentia considerare non licet, ita nec in Trinitate secundum essentiam aut deitatem, ut Arianorum vesaniam exstinguamus, ex qua et contra quam hodiernum nobis est bellum. Neque in unam hypostasim confundo aut contraho, sed personis subsistentibus, tum rebus, tum nominibus, distinctionem copulatam in essentia induco, ut Sabellianum furorem deleam, opposita mala, sed paria impietate. Et, ut syllabo comprehendam, coniungo separans religiose, et separo coniungens ratione quae Deum decet; illud igitur quod est distinctum hypostasibus communione adunans* F *naturae; quod autem unitum est essentia et divinitate discrimine distinguens personarum. Simul maximum, divinissimum et altissimum sapientiae divinae mysterium, pie et integre retinens, ita adorator sanctissimae et supersubstantialis Trinitatis in spiritu veritatis cum sim, ipsam colo cum sanctitate et rectitudine fidei, cumque pura et inculpabili sententia, cunctis diebus vitae meae. Consequenter etiam confiteor unam personam ex consubstantiali, supersubstantiali et divina Trinitate, Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei, Deum nostrum, paternae gloriae splendorem, lumen de lumine, imaginem simillimam Patri et characterem*

[15] οἷα *add.* 1. — [16] πάντων 1. — [17] *om.* 2. — [18] τῆς *add.* 1. — [19] τοῖς *add.* 1. — [20] θεωροῦμεν 1. — [21] ἀλλοτριοῦντες 1. — [22] εἰδότες 1. — [23] ἑνοῦντες 1. — [24] σέβομεν 1. — [25] πρὸς 1. — [26] δοξάζομεν 1. — [27] προσκυνοῦμεν 1. — [28] (πάντα-Θεὸν τὰ) *om.* 1. — [29] σέβοντες 1. — [30] διϊστάντες 1. — [31] ἐκκλίνωμεν 1. — [32] ἐπιστάμεθα 1. — [33] ὁμολογοῦμεν 1. — [34] (ἀλλ' ἐκ τρ. τελ.) *om.* 2. — [35] τε 1. — [36] ἀνομαλότησι 2. — [37] τέμνοντες προχειριζόμεθα 1. — [38] διαιροῦμεν 1. — [39] συνάπτοντες 1. — [40] (ἢ μειονεκτούμενον) σημείον ἐκ τούτου μένον 2. — [41] ἀποπεμπόμενοι 1. — [42] *om.* 2. — [43] συγχέοντες 1. — [44] συναλείφοντες 1. — [45] εἰσφέροντες 1. — [46] ἐξαμαυρώσωμεν 1. — [47] εἰπεῖν 1. — [48] συνάπτομεν διαιροῦντες 1. — [49] διαιροῦμεν συνάπτοντες 1. — [50] ἑνοῦμεν 1. — [51] γνωρίζομεν 1. — [52] εὐσεβοῦντες 1. — [53] ὑγιαίνοντες 1. — [54] προσκυνηταὶ 1. — [55] καὶ ἀληθείᾳ 1. — [56] ὑπάρχοντες λατρεύομεν 1. — [57] ἐν καθαρᾷ *om.* 2. — [58] ἡμων 1. *Hic integram lineam omisit codex Coislinianus seu forsan auctor ipse.* — [59] ἑπομένος 2. — [60] ὁμολογοῦμεν 1. — [61] (κ. ὑπερουσ.) *om.* 1.

A δοξῆς ἀπαύγασμα, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς [62], τὴν ἀπαράλλακτον τοῦ Πατρὸς εἰκόνα καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν γεγονότα καθ' ἡμᾶς ἐπιτελέσαι. Ἀφράστῳ γὰρ αὐτὸς φιλανθρωπίᾳ [63] διὰ σπλάγχνα ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν [64] κινούμενος, οὐκ ἔφερε μέχρι τέλους τὴν ἡμετέραν φύσιν τῷ πικρῷ τυράννῳ δουλουμένην [65] ἐφορᾷν, ἀλλ' εὐδοκοῦντος τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ παναγίου καὶ ζωαρχικοῦ συνεργοῦντος Πνεύματος, τῆς πατρικῆς δόξης μηδαμῶς ἀπολειπόμενος, οὐδὲ τῶν οἰκείων καὶ θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων κατά τι γοῦν ἐλαττούμενος, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν ἑκούσιον· καὶ σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς παναγίας, ἐνδόξου καὶ ἀληθῶς θεοτόκου καὶ [66] ἀεὶ παρθένου Μαρίας, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ Πνεύματι· καὶ ἄνθρωπος κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας πεφηνώς, τὴν θνητὴν δὴ ταύτην [67] καὶ φθαρτήν, γραπτὴν [68] τε καὶ περιγραπτὴν φύσιν περιβαλόμενος [69], εἷς τε ἐξ ἀμφοῖν προελθὼν ὁ αὐτὸς ἐκ [70] θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ τέλειος κατὰ πάντα καὶ ἀναλλοίωτος μεμενηκὼς θεότητι καὶ τέλειος ὡσαύτως καὶ ἄτρεπτος ἐν [71] ἀνθρωπότητι καθ' ἣν ἡμῖν συμ-B πολιτευσάμενος τὴν μὲν ἐξ Ἀδὰμ παράβασιν διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀναμαρτησίας ἐξιάσατο, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἁμαρτίας φθορὰν πάθει σαρκὸς ἑκουσίῳ, καὶ θανάτῳ ζωοποιῷ, καὶ ἀναστάσει θεοπρεπεῖ καθελών, τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῖν ἐχαρίσατο· ἀνεβίω γὰρ τριήμερος σκυλεύσας τὸν θάνατον, καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγένετο, ὁδοποιήσας τε τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει [72] τὴν [73] εἰς ἀφθαρσίαν ὁδὸν [74], ἐξελὼν [75] τὸν ἀόρατον ἐχθρὸν τῆς καθ' ἡμῶν δυναστείας, πάντα δράσας καὶ παθὼν ὅσα ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις κηρύσσεται καὶ παρ' ἡμῶν [76] πιστεύεται. Δι' ὧν τόν τε παλαιὸν Ἀδὰμ ἀνεπλάσατο, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐκαινούργησε φύσιν, καὶ εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς τῆς εὐμοιρίας ἐπανεκόμισε, καὶ ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανοὺς συμπάρεδρον τῷ θρόνῳ τῷ πατρικῷ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς φυράματος ἐποιήσατο. Οὕτω γάρ, ὡς συνοπτικώτερον [77] εἰπεῖν, τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον τῆς θείας οἰκονομίας ὁμολογῶν [78] γεγενῆσθαι πρεσβεύω [79] μυστήριον [80]. Δοξάζω [81] δὲ καὶ τὴν διπλὴν [82] τῶν ἐπ' αὐτῷ συνελθουσῶν οὐσιῶν οὐσιότητα [83], μετὰ τῶν ἰδιωμάτων, τέλεια γὰρ καὶ ἀνελλιπῆς [84] τούτων ἑκάτερα, κηρύσσω [85]· τὴν δὲ ἐκ τούτων εἰς ἑνότητα προσώπου τῇ [86] καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει [87] οὐσιωδῶς γεγενημένην [88] συνδρομήν, ὡσαύτως ἐξαγ-C γέλλω [89], οὐ τέμνων [90], οὐ διαιρῶν [91] εἰς δυάδα υἱῶν τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς [92] καὶ εἰς Θεὸν ἰδικῶς [93] ἀνὰ μέρος, ἵνα τῆς φρενοβλαβοῦς καὶ ἀνθρωπολάτρου μανίας [94] τὴν [95] ματαίαν διαίρεσιν Νεστορίου [96] καθέλω [97], οὔτε μὴν συγχέων [98] ἢ ἀλλοιῶν [99] εἰς ταὐτὸν μιᾶς φύσεως ἄγω [100] τὴν τοῦ ἑνὸς προσώπου μονότητα, ἀλλ' ἀσυγχύτους καὶ ἀσυμφύρτους [101] φυλάττω [102] τὰς ἐν ἑκατέρᾳ φύσει προσούσας διαφοράς, ἵνα τὴν τοῦ ματαίου καὶ ἄφρονος [103] Εὐτυχοῦς συναίρεσιν συγκαταβάλω [104], ἅμα τοῖς περὶ Σευῆρον καλῶς ὀνομασθεῖσιν Ἀκεφάλοις· καὶ οὗτοι γὰρ συναιροῦσι κακῶς, κἀκεῖνος διαιρεῖ ἀσεβῶς, ὥστε ταὐτὸν πέπονθε περὶ τὴν οἰκονομίαν Εὐτυχὴς πρὸς Νεστόριον, ὅπερ περὶ τὴν θεολογίαν Σαβέλλιος πρὸς τὸν Ἄρειον. Τῶν τοίνυν κατὰ Χριστὸν δύο φύσεων τελείων

characterem substantiae eius, incarnatum venisse in terram, factumque unum de nobis pro nobis opus oeconomiae peregisse. Ineffabili enim ipse hominum amore per viscera misericordiae et clementiae motus, non tulit diutius nostram naturam amaro tyranno servientem videre; sed, consentiente Patre et sanctissimo simul vivificoque cooperante Spiritu, paternam gloriam non relinquens, neque propriam et divinam dignitatem ullatenus deminueret, seipsum in exinanitionem voluntariam demisit, et caro factus de Spiritu sancto et de sanctissima, gloriosa vereque Deipara semper Virgine Maria, cuius anima et caro purificata fuerat a Spiritu; atque homo quod ad omnia, excepto peccato, apparens, mortali hac, tangibili et circumscripta natura indutus, atque unus in duobus procedens idem in divinitate et humanitate; perfectus simul usquequaque et immutabilis permanens in divinitate, perfectus similiter et inconvertibilis in humanitate, in qua nobiscum conversatus est, Adami praevaricationem per propriam impeccabilitatem sanavit; peccati autem corruptelam passione carnis spontanea et morte vivifica ac resurrectione Deo digna auferens, immortalitatem nobis lucratus est. E *Revixit enim post tres dies, morte devicta, et primogenitus ex mortuis, ducens naturam humanam in immortalitatis aditum, tollens invisibilem inimicum, qui nos in tyrannide retinebat; quaecumque operatus et passus quae in sanctis Evangeliis nuntiata a nobis creduntur. Per haec veterem Adam reformavit, nostramque renovavit naturam et ad primigeniam felicitatem transtulit. Qui assumptus in caelis consedere apud thronum paternum primitias massae nostrae fecit. Itaque, ut compendiose magis dicam, magnum et augustissimum divinae oeconomiae confessus peractum fuisse honoro mysterium* d. *Glorifico autem duplicem in ipso concurrentium naturarum essentiam, quam cum suis idiomatibus, perfecta est enim et indeficiens utraque, praedico. Illum autem qui exinde ad unitatem personae, propter hypostaticam unionem, substantialiter fit concursus, aeque annuntio, non separans, non dividens in dualitatem filiorum unum Dominum Iesum Christum, in hominem seorsum et in Deum seorsum, ac veluti in partes, ut furiosam et stultam hominicolae divisionem Nestorii excludam; neque miscens aut alterans, in unam eamdemque naturam traho unicae personae unitatem,* F *sed impermixta et inconfusa servo quae ambabus naturis inhaerent discrimina, ut vani et insani Eutychis synaeresim devitem, necnon et illorum qui sectantur Severum, recte denominati Acephali* e. *Qui enim male connectunt quod iste separat impie, ita ut eodem vitio laborent circa oeconomiam Christi Eutyches et Nestorius, quo circa divinitatis indolem Sabellius et Arius* f. *Cum ergo duas naturas perfectas tum in suo esse, tum in physicis proprietatibus quae ex illis naturis fluunt, in Christo confessi simus, consequenter profiteri oportebit proprias utrique naturae voluntates et operationes. Necesse est enim ut qui duplicem credant naturam, haec etiam duplicia profiteantur. Aliter certe quod est in perfectione illorum purissimum non servabitur, quoniam et haec naturas signant.*

[62] (τὸ τῆς φωτὸς φῶς) *om.* 2. — [63] *om.* 1. — [64] φιλανθρωπίᾳ *add.* 1. — [65] δουλωμένην 2. — [66] *om.* 1. — [67] ταύτην δὴ 1. — [68] ἁπτήν 1. — [69] περιβαλλόμενος 2. — [70] τε *add.* 1. — [71] *om.* 1. — [72] (τε τῇ ἀνθρ. φύσ.) *om.* 2. — [73] τῇ 2. — [74] ἀνόδῳ 2. — [75] ἐξεῖλε 1. — [76] ἡμῶν 1. — [77] συναπτικώτερον 2. — [78] ὁμολογοῦντες 1. — [79] πρεσβεύομεν 1. — [80] *Petrus hic omittit integram paragraphum* x, *pp.* 24, 25 *in editione citata card. Mai.* — [81] δοξάζομεν 1. — [82] διπλόην 1. — [83] *om.* 1. — [84] ἀνελλειπῆς 2. — [85] κηρύττομεν 1. — [86] τὴν 2. — [87] ἕνωσιν 2. — [88] γεγονημένην 2. — [89] ἐξαγγέλλομεν 2. — [90] τέμνομεν 2. — [91] διαιροῦμεν. — [92, 93] εἰδικῶς 2. — [94] *om.* 1. — [95] *om.* 1. — [96] Νεστ. ματ. διαίρ. 1. — [97] καθέλωμεν 1. — [98] συγχέομεν 1. — [99] ἀλλοιοῦμεν 1. — [100] ἄγοντες 1. — [101] ἀφύρτους 2. — [102] φυλάσσομεν 1. — [103] (ματ. καὶ ἀφρ.) ματαιόφρονος 1. — [104] συγκαταβάλλωμεν 1.

pulcherrime ornatam, bene apprecatus, dimisit nos. Elapso eodem hoc anno et incipiente iam altero, placuit nobis pergere ad invisendum sanctissimum Petrum, qui nunc est metropolita Sylaei *p*. Qui cum excepisset nos, ad prandendum cum eo invitavit. Dum simul comedebamus, ait nobis dictus Petrus : *Si Domino visum fuerit, in animo habeo proficisci ad patrem nostrum domnum Ioannicium, ipsique proponere quaecumque mente gero et benedictionem eius accipere.* Cum respondissemus : *Et nos tecum ibimus,* valde gavisus est vir. Cum surgentes a mensa statim solliciti essemus de inveniendis iumentis, propter longitudinem itineris, quod pedibus absolvi non solebat, inspiratus, ut ita dicam, a Deo in corde suo ait mihi metropolita : *Quid ita sollicitus es et turbaris? Ex illis quae mihi praesto sunt iumentis accipe et pone curas; veni mecum et unice optimae preci altissimi patris nostri intentus esto, et ora ut hanc tantum partem nanciscaris quae a te in aeternum non auferetur* q. Cum dein metropolitae gratias rettulissem, mirarerque tamen eum, cum et alia iumenta haberet ab ipsoque peteremus ut daret et fratri Platoni, nolle invitare eum, laudantibus nobis et grati animi verbis eum ornantibus, conversus ad fratrem hortatus sum eum ut iumentum apud vicinos amicos aut in monasteriis inquireret. Quo facto, cum nihil impetrasset, plane destitutus frater profundissimo dolore repletus est. Cum igitur conversus illum afflictum vidi, compassus sum equidem, et vehementer sensi dolorem. Dilectus enim valde erat in spiritu Domini frater iste mihi, et quasi biiugi omnibus videbamur, nec magis erat in duobus corporibus unam animam videre, quam in Platone Petrus et in Petro Plato. Attamen sermonibus amicis finem faciens et propheticam commemorans vocem, gaudium et victoriam patientiae procuravi ipsi, cumque ipsi valedixissem, cum metropolita et Iohanne, nunc Prusae episcopo, profectus sum *r*. Cum ascendissemus ad sanctum et luculenta eius visione fruiti essemus, dignatus est nos in contubernium adscire, qui sermonibus caelestique eius disciplina et gratiae sermocinationibus repleti sumus, ac si lautissimo convivio astitissemus. Singillatim igitur, privatim et ordine suo quisque ingressus cogitationes suas et agendi modum revelabat, vel potius de iis erubescebat, quippe F cui inlustrissimus iste aenigmatice quasi exprobrabat, consuetis benedictionibus acceptis, abibat. Cum venissent ergo vices meae, ingredi timens valde et commotus, atque haec cogitans intra meipsum dicebam : *O vilis Petre, quomodo caligo cum sis ad solem appropinquabis? Quomodo tanges aut vel etiam premes sacros istos pedes polluta labia habens et foedissimis cupiditatibus omnino sordescens? Quomodo contemplaturus es sanctos istos oculos, qui oculos in omnem improbitatem vertisti et in vias non rectas non recte aspiciens eos in aberrantes semitas direxisti? Quamnam excusationem afferes, qui inexcusabilis totus cupiditatum victoria factus es?* Attamen aliquantulum confortatus adivi sanctum et me humi proiciens sanctosque eius pedes amplexus lacrimis meis abundanter rigavi. Ille vero caput meum tangens et signans, surgere me iussit et osculum in Domino dedit tenerrime. Cum sumpsisset eulogias duodecim numero, tradit mihi dicens : *Accipe haec et da fratri Platoni, et ipsi dic: " Ne tristeris. Deus enim bonam voluntatem tuam suscepit ".* Dein cum sumpsisset et alias eulogias duodecim, dedit mihi dicens : *Accipe haec ad*

tutamen

VITA

* cod. δώδεκατὸν ἀριθμῶν.

ἐν Κυρίῳ ἀσπασμὸν εἰρηνικώτατα δίδωσι. Καὶ λαβὼν ἐκ τῶν εὐλογιῶν δώδεκα τὸν ἀριθμὸν *, δίδωσί μοι καὶ λέγει· Δέξαι ταύτα καὶ δὸς τῷ ἀδελφῷ Πλάτωνι, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· Μὴ λυποῦ, ὁ γὰρ Θεὸς τὴν προαίρεσίν σου ἀπεδέξατο. Εἶτα λαβὼν ἑτέρας εὐλογίας δώδεκα δίδωσί μοι καὶ λέγει· Δέξαι ταῦτα εἰς περιποίησιν τῆς σῆς ψυχῆς. Ἐμοῦ δὲ διαλογιζομένου· Εἴθε ὁ Θεὸς ἐπληροφόρει αὐτὸν δοῦναι καὶ τῇ ἐμῇ μητρί, αὖθις προσβλέψας καὶ πρὸς τὴν τῶν εὐλογιῶν θέσιν τετανικῶς τὴν χεῖρα μεστὴν ταύτην ἀνείλκυσεν. Ἄμφω οὖν μου τὼ χεῖρε ἀπλεῖν προτρεψάμενος τριάκοντα ἓξ τὸν ἀριθμὸν δίδωσί μοι καὶ λέγει· Δέξαι ταῦτα, καὶ δὸς ἀνὰ ἓξ τῇ τε σῇ μητρὶ καὶ ταῖς σαῖς πέντε ἀδελφαῖς. Ἐμοῦ δὲ λίαν ἀπορηθέντος ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ θαυμαστῇ ἀναρρήσει, λαβών μου πάλιν τῆς κορυφῆς ἐπευξάμενος καὶ σφραγίσας ἀπέλυσε. Καὶ οὕτως ἐν εἰρήνῃ ἅπαντες ὑπεστρέψαμεν δοξάζοντες τὸν Θεόν.

tutamen animae tuae. Cum ego cogitarem: *Utinam Deus ipsi suadeat etiam dare matri meae*, iterum prospiciens et manum in acervum eulogiarum extendens, plenam eam reduxit. Manus ambas me implere hortatus, triginta sex numero eulogias dat mihi, dicens : *Accipe haec, ex quibus dabis senas matri tuae, senas etiam quinque sororibus tuis.* Cumque valde in angustiis versarer pro tam miranda liberalitate, iterum capite me tenens, benedicens et signans cruce dimisit me. Itaque in pace omnes reversi sumus glorificantes Deum *s*. D

ANNOTATA.

a *Sabas eundem pagum vocat Elaeum, num. 50, p. 379.* E

B b *De Leone, patricio et sacellario, cfr. praecedentia Acta, num. 50, p. 379.*

c *Praeter hunc Agapetum, imperatoris Michaelis cubicularium fuisse quendam Ignatium refert Symeo Magister in* Annalibus, *P. G., tom. CIX, p. 746.*

d *De protovestiario diximus in prioribus Actis, cap. X, nota* g, *p. 374 ubi monuimus, tempore Theophili hoc munere functum esse Leonem Chamaedracontem. Regnante autem Michaele, memoratur etiam protovestiarius Procopius quidam a Georgio monacho, P. G., tom. CIX, p. 891.*

e *Expugnata est urbs Amorium in Phrygia a Saracenis, duce Almutazim Billehi, anno Christi 838, die 23 septembris. Cfr.* Act. SS., *Mart. tom. I, p. 458 et Weil,* Geschichte der Chalifer, *tom. II, p. 313-15. Si haec contuleris cum eiusdem narrationis adiunctis, quae commemorat Sabas, supra p. 368, num. 43, fateberis Petrum haec accuratius rettulisse. Inde etiam confirmantur quae diximus in Comment. praevio, num. 15, p. 317, de discrimine quod inter utrumque scriptorum intercedit.*

f *De eodem miraculo cfr. prioris Vitae cap. XI, num. 50, p. 378-9.*

g *Cfr. apud Sabam, cap. IX, num. 35, p. 364.*

h *Eadem habet Sabas, ibid.*

i *Cfr. hanc praedictionem in praecedentibus Actis, cap. IX, num. 35, p. 365.*

k *De Antonio paenitente videsis, ibid., num. 36, p. 365.*

l *Eadem de spathario Droso memorat Sabas, ibid., num. 42, p. 368.*

m *Exordium huius narrationis omnino simile est initio Passionis Sinaitarum in Raithu, auctore Ammonio, quam edidit Combefisius,* Illustr. martyr. lecti triumphi, *p. 88.*

n *Is., VI, 5.*

o Paxamatium, *teste Cangio, est panis subcinericius. Alias dicitur* paximatium, paxamidium *et* paxamas. *Cfr. notam Ianningi nostri ad Vitam Andreae Sali, cap. III, num. 25,* Act. SS., *Maii tom. VI, p. 17* et* Anal. Bolland., *tom. XI, pp. 37, 38.*

p *De Petro metropolita Syllaei videsis Le Quien,* Oriens christianus, *tom. I, p. 1019. Praesentem* F

C *locum e Vita* S. Ioannicii *in testimonium adduxit Le Quien ut inde Petrum in seriem Syllaeorum episcoporum introduceret.*

q *Cfr. Luc., X, 41.*

r *Exsulat Iohannes iste a serie episcoporum quam recitat Le Quien. En iam unum restitutum inter Theodorum, quem decimum episcopum Prusae, et Nicetam undecimum tradit Le Quien,* Oriens christianus, *tom. I, p. 617. Plures sane inter annos 787 et 879, quibus sedere coeperunt supradicti episcopi, inserendi sunt.*

s *Conferenda etiam haec narratio visitationis Petri ad* S. Ioannicium *cum narratione Sabae, cap. IX, num. 43, p. 368-9. Cfr. Comment. praevium, num. 15.*

CAPUT DUODECIMUM.

S. Ioannicius, postquam Methodium patriarcham verbis et auctoritate confortavit, diem supremum obit.

69. Δίκαιον μὲν οὖν ἐστι πάντας θαυμάζειν τὰ ὑπὸ τοῦ ἁγίου γεγονότα τε καὶ πραχθέντα φωτοποιὰ καὶ ὑψηλὰ τεράστια, μάλιστα δὲ τὰς ἐν τῷ βαθυτάτῳ καὶ τιμίῳ αὐτοῦ γήρᾳ θεοπρεπεῖς τε καὶ προφητικὰς ἀναφωνήσεις ἃς μέλλειν καὶ ἔσεσθαι ἐκήρυξεν

Epistula ad S. Methodium missa.

69. Iustum est ut omnes mirentur quae facta sunt et patrata a sancto inlustria et altissima prodigia, praesertim vero quae in sua provecta et veneranda senectute divina et prophetica oracula nuntiavit de iis quae futura erant beatissimo et summo

A ἐκήρυξεν εἰς τὸν μακαριώτατον καὶ ἀκροτάτον ἐν πατριάρχαις καὶ ἐν μάρτυσι Μεθόδιον. Τῆς γὰρ αἱρέσεως ἔτι κυμαινομένης, ἐγένετο τὸν πολλάκις μνημονευθέντα εὐλαβέστατον Εὐστράτιον πρὸς τὸν ὅσιον ἀνελθεῖν, αὖθις ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ ἁγίου ἐκείνου στόματος τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἀνάστασιν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ παντελῆ κατάπτωσιν τῆς κακοδοξίας. Περιχαρὴς οὖν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐνηχήσει ὁ ἀνὴρ γεγονώς, καί, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ, μάλα θαρρήσας, φησὶ πρὸς τὸν ὅσιον· Εἴθε εἴην* δυνατόν, ὦ τίμιε πάτερ, κατὰ τὴν ἐν σοὶ δοθεῖσαν τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριν ἕλξαι* ἡμῖν καὶ τὸν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς οἴακας ὀρθοδόξως καὶ καλῶς κρατεῖν καὶ πηδαλιουχεῖν μέλλοντα, ὅτι πάνυ ἡ δόξα ἐν τοῖς ἀνθρώποις μεμερισμένη ἐστί, καὶ ἄλλος ἄλλον ἀνακηρύττειν καὶ ἀναβιβάζειν ἐπείγεται. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἀμφὶ Ἀθανάσιον καὶ Ναυκράτιον καὶ Ἰωάννην τὸν λεγόμενον Κακοσάμβαν* δοξάζειν ἀγωνίζονται, οἱ δὲ τὸν ἐν λόγοις ἐξοχώτατον καὶ φιλοσοφώτατον Μεθόδιον, καὶ ἄλλοι ἑτέρους. Καί φησιν ὁ πατὴρ ἡμῶν· Ματαιοπονοῦσιν, ὦ Εὐστράτιε, οἱ δοκοῦντες συνιστᾶν τοὺς ῥηθέντας Στουδίτας, καὶ τὸν σὺν αὐτοῖς Ἰωάννην· εἰ δέ γε τὸν πτωχὸν
B τῷ πνεύματι καὶ πραότατον ὑπάρχοντα, κατὰ τὸν θεῖον Δαυΐδ, Μεθόδιον ψηφιζόμενοι, οὐκ ἄλλοθι ἢ ἐκ Πνεύματος ἁγίου τοῦτο ἀναβοῶσι. Τούτων ἀκούσας ὁ εὐλαβέστατος Εὐστράτιος τὸν Θεὸν δοξάσας, καὶ εὐχὴν αἰτησάμενος καὶ λαβών, ἐπορεύθη. Χάριτι δὲ Θεοῦ τῆς αἱρέσεως λοφησάσης, καὶ ψήφῳ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνυψωθείς, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἔνθεον ἀνάρρησιν, ὁ παναγιώτατος Μεθόδιος τὸ ἀρχαῖον κάλλος τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας καὶ τὴν εὐπρεπῆ ὡραιότητα ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις ἀπέδωκε. Καὶ γέγονεν εἰρήνη βαθεία ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐπιμελείας τοῦ μεγάλου πατριάρχου Μεθοδίου, καὶ τῶν τιμίων εὐχῶν τοῦ σημειοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου. Ὁ οὖν μισόκαλος καὶ πονηρὸς δαίμων μὴ φέρων ὁρᾶν τὴν δοθεῖσαν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ εἰρηνικὴν κατάστασιν, εἰσελθὼν εἴς τινας φιλοδόξους καὶ γηραιοὺς τῷ εἴδει καὶ ληρωδοῦντας* τῷ φρονήματι τοὺς δηλωθέντας φθονεροὺς Στουδίτας, καὶ τὸν σὺν αὐτοῖς Κακοσάμβαν, οὓς καὶ πάντες ἐπίστασθε σκεύη εἰς ἀπώλειαν κατηρτισμένα, τούτους εὑρηκὼς καὶ πρὸς φλιναφίαν* τὰς ἀδίκους καὶ βεβήλους γλώσσας αὐτῶν μεταρυθμίσας καὶ
C πλεῖστον μέρος δι' αὐτῶν ἐπισπασάμενος, ταραχὰς δι' αὐτῶν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐπεγείρει. Ἴστε δὲ πάντες τὸ ἀναιδὲς πρόσωπον τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν κατατιθέντα κατὰ τοῦ μεγάλου ἐκείνου φωστῆρος καὶ μάρτυρος Μεθοδίου, μηδὲν ἀπεοικότα τῷ μεγάλῳ ἐκείνῳ καὶ θαυμαστῷ Ἀθανασίῳ τὰ παρὰ τῶν σχισματικῶν* καὶ Ἀρειανῶν συμβεβηκότα αὐτῷ. Ἐν τούτοις πενθηκῶς διακειμένης τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ὡς τὸν ἑαυτῆς διδάσκαλον ὁρᾶν μὴ φερούσης ἀδίκως ταῖς ὕβρεσι βαλλόμενον, καὶ κλόνου οὐ μικροῦ καθεστηκότος τῆς φήμης τε τῶν ἀνιαρῶς συμβάντων τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατέρα ἡμῶν Ἰωαννίκιον ἐπαναδραμούσης, ἐμπνευσθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ συνήθει φίλῳ Εὐστρατίῳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν δεδηλώκει, καὶ χαράξας ἐπιστολὴν παραμυθίας γέμουσαν πρὸς τὸν τῆς ἐκκλησίας ποιμένα καὶ διδάσκαλον ἐν πολλῷ τῷ τάχει τὴν παραμυθητικὴν συλλαβὴν παρ' ἑνὸς τῶν δοκιμωτάτων ὑποτακτικῶν τῶν συνόντων τῷ ἀγαπητῷ Εὐστρατίῳ ἀποσταλῆναι ἐπέτρεψε. Μηδαμῶς αὐτὸν ἀθυμεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι παρεκελεύετο, ὡς εἰδότα τὰ αὐτὰ τῷ Χριστῷ πάσχειν καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, παρὰ τῶν ὁμοίων τῆς ἐκκλησίας ἀποστατῶν. Ἐν ταὐτῷ προτρεπόμενος καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι, τὴν ἀνάλυσιν αὐτοῦ ποσῶς αἰνιξάμενος.

* cod. εἰ ἦν.
* cod. ἕλξας.
* cod. Κατασάμβαν.
* cod. λτιροδοῦντας.
* cod. φληναφίαν.
* cod. σχτιματικῶν.

VITA

summo in patriarchis et martyribus Methodio. Cum fureret etiamtum haeresis *a*, contigit ut saepius memoratus reverendissimus Eustratius ad sanctum ascenderet, ut iterum atque iterum audiret ex sancto isto ore quae futura esset resurrectio orthodoxiae et plena ruina improbitatis. Laetissimus propter hoc nuntium factus vir et, ut solebat, audacem animum concipiens, dixit sancto: *Si fieri potest, o venerande pater, secundum eam quae tibi data est sanctissimi Spiritus gratiam, attrahe ad nos illum etiam qui ecclesiasticas habenas secundum rectam fidem et optime tenebit et gubernaculum diriget, quia nunc auctoritas inter varios homines dispertita est et alium aliud nuntiare et sectari suadet. Hi enim illos qui partes Athanasii, Naucratii* b *et Iohannis cognominati Cacosambae* c *tuentur, extollere student; illi autem verbis peritissimum et sapientissimum Methodium; alii vero alios.* Tunc locutus est pater noster: *Frustra laborant, o Eustrati, qui sperant praevalituros praedictos Studitas et Iohannem qui est cum illis* d. *Qui vero pauperi spiritu et mansueto admodum, sicut divus David, Methodio suffragantur, non nisi ex Spiritu sancto illud profitentur.* E
Quo audito, cum reverendissimus Eustratius Deum laudasset et benedictionem petitam accepisset, profectus est. Gratia autem Dei haeresi suffocata, et suffragantibus Deo, angelis et hominibus, in archiepiscopalem thronum evectus, iuxta patris nostri divinitus inspiratam loquelam, sanctissimus Methodius pristinam pulchritudinem Christi oeconomiae et convenientem splendorem Dei ecclesiis reddidit; et facta est pax immota in universo orbe per gratiam Christi et curam magni patriarchae Methodii et pretiosas preces thaumaturgi patris nostri Ioannicii. At boni osor et malignus diabolus non ferens redditum esse ecclesiis Dei pacificum statum, ingressus est in superbos quosdam, senes aspectu et nugaces mente, invidos manifeste Studitas et in Cacosambam qui stabat cum illis, quos omnes scitis esse vasa in perditionem aptata. Cum illos repperisset et nocivas profanasque eorum linguas ad garrulitatem disposuisset, maioremque partem per eos attraxisset, turbas per eos in ecclesia Dei excitavit. Novistis enim omnes foedam personam horum virorum et quae patraverint contra magnum illud lumen, martyrem Methodium, omnino similem magno F
illi et mirando Athanasio in iis quae acciderunt ipsi ex parte schismaticorum et Arianorum *e*. Cum in illo luctu versaretur Dei ecclesia, suum magistrum videre non ferens probris iniuste impetitum, cumque procella non parva orta esset atque fama acerbarum rerum, quae in ecclesia acciderant, pervenisset ad sanctissimum patrem nostrum Ioannicium, is inspiratus a sancto Spiritu, familiarem suum Eustratium ad se venire mandavit et, conscripta epistula verbis consolatoriis referta, ad ecclesiae pastorem et magistrum summa cum celeritate, has consolatorias litteras ab uno ex probatissimis servis qui erant cum dilecto Eustratio deferri mandavit. Methodium hortabatur ut minime ipse animo deiceretur in tribulationibus, quippe qui sciret se eadem ac Christum et sanctos eius pati ab illis qui ab ecclesia defecissent *f*. Simul invitabat ut ad se veniret, propriam dissolutionem aenigmatico quodam modo innuens.

VITA

70. Ὁ δὲ θειότατος Μεθόδιος περιχαρὴς ἐπὶ τῇ προτροπῇ γεγονώς, μηδὲν μελλήσας τὸ μὲν γράμμα τοῖς βασιλεῦσιν ὑπέδειξε, τοὺς δέ γε βεβήλους ἐκείνους τοὺς κατὰ τῆς Σωσάννης γέροντας, συκοφάντας, ἀπελεγχθέντας ἐνδίκῳ καὶ κανονικῇ ἐξορίᾳ τε καὶ ἀναθεματισμῷ παραδέδωκεν, εἶθ' οὕτως πρὸς τὸν ὅσιον τάχιστα ἀνέδραμεν. Ὡς οὖν ἀλλήλοις τὸν ἐν Κυρίῳ ἀσπασμόν ὅ τε μέγας πατριάρχης καὶ ὁ θεοφόρος Ἰωαννίκιος ἀποδεδώκασι, φησὶν ὁ πολιστὴς τῆς ἐρήμου Ἰωαννίκιος πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις πατριάρχην· Ἐγὼ μέν, δέσποτα, οὐδέποτε τετόλμηκά σοι δηλοποιῆσαι πρὸς τὴν ἐμὴν ἐλθεῖν ἀναξιότητα· σὸν δὲ ἦν τὸ κατόρθωμα, ἡνίκα ἐκέκλησο παρὰ τοῦ κινοῦντός σε παναγίου Πνεύματος τὴν ἡμετέραν ἀναξιότητα ἐπισκέπτεσθαι, καὶ λόγοις προτροπῆς τοῖς εἰς ἀρετὴν νουθετεῖν ἡμᾶς. Νῦν δέ, μεγάλης ἀνάγκης βιασάσης με, θεόθεν κινηθεὶς αὐτὸς ἐγὼ ὡρμήθην ἐπιστεῖλαι τῷ ἁγίῳ μου δεσπότῃ πρὸς τὴν ἐμὴν κοπωθῆναι ἀγροικότητα πρὸς τὸ κομίσασθαί σου τὰς εὐχὰς καὶ πορευθῆναι ἐν εἰρήνῃ· τοῦτο γάρ μοι ἀπεκαλύφθη φανερῶς. Ἐπεὶ δὲ τῶν συκοφαντούντων τὴν ἱερὰν ὑμῶν ἁγιότητα πλεῖστα ζιζάνια ἀναφύει* ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ τινες συνηγορίαν τῶν ἑαυτῶν βλασφημιῶν τὴν ἡμετέραν οὐκ ἐνάρκησαν ἀναφέρειν μετριότητα, ἰδοὺ παρρησίᾳ λαλῆσαι βούλομαι τὰ ἐμοὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ περὶ τῆς σῆς ἀποκαλυφθέντα ἁγιότητος. Κελεύσας οὖν παραγενέσθαι πάντα τὸν λαόν, τὸν μετὰ τοῦ σεβασμίου πατριάρχου ἀνεληλυθότα, ὡς ἑβδομήκοντα ἀνδρῶν ὑπαρχόντων, ἐπισκόπων τε καὶ κληρικῶν καὶ μοναζόντων, τάδε πρὸς αὐτοὺς ὁ μέγας ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Ἰωαννίκιος ἀγγελικῷ τῷ στόματι ἐδημηγόρησεν· Ἀκούσατε πάντες οἱ ἐν ταύτῃ περιεστῶτες τῇ ἐρήμῳ, καὶ τοῖς ἐν πόλεσι καὶ κώμαις κηρύξατε. Πάλαι μὲν ὁ μέγας Ἀντώνιος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παρεκελεύετο μηδεμίαν κοινωνίαν ἔχειν μετὰ Ἀρειανῶν, μήτε μετὰ Μελετιανῶν τῶν σχισματικῶν*, μήτε πρὸς τὸ χριστομάχον αὐτῶν ἐργαστήριον. Καὶ νῦν ἰδοὺ κἀγὼ ὁ ἀνάξιος καὶ εὐτελὴς καὶ ἰδιώτης, ὁμοίως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κινούμενος λέγω ὑμῖν· ἀποσχίσθητε πάντες ἀπὸ τῶν δυσσεβῶν αἱρετικῶν, καὶ τῶν μυσαρωτάτων Στουδιτῶν, τοῦ τε σὺν αὐτοῖς Κακοσάμβα, καὶ τῆς Νικομηδείας ἐπισκοπῆς ἐκπεπτωκότος τοῦ μονομάχου ἤτοι θεομάχου, καὶ τοῦ ἀλογωτάτου εὐνούχου τῆς Κυζικηνῶν* ἐκκλησίας. Οἵτινες πολλαῖς φλυαρίαις κατελάλησαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν τοῦ C προεστῶτος πατριάρχου, μὴ δεδοικότες μηδὲ φρίξαντες τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον· γινώσκετε γὰρ ὅτι ἕνεκε τούτου ἐνήνοχα ὑμᾶς ὥστε τοὺς λόγους μου ἐκκενῶσαι ὑμῖν. Ἰδοὺ γὰρ μέλλουσί τινες ἐπιστολιδίοις ἀπατηλοῖς καὶ ῥήμασί τισι πειρᾶσθαί τινας ἀποπλανᾶν ὡς δι' ἡμῶν, καθ' ἅ φησιν ὁ μέγας ἀπόστολος. Ἐγὼ δὲ νῦν στόματι λαλῶ ὑμῖν· ἀποσχίσθητε ἀπ' αὐτῶν τῶν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα τετολμηκότων, καὶ τὸν χιτῶνα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγου μὴ δεδοικότων* διαρρῆξαι, καὶ εἰς πολλὰ τμήματα ταύτην διαρρηξάντων*. Οἳ καὶ ἐπὶ τῶν προοδευκότων πατέρων καὶ ἁγίων πατριαρχῶν ταῦτα ποιῆσαι μὴ φρίξαντες, ἔκτοτε τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν γεγόνασι σκάνδαλα, καὶ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ ζιζάνια. Εἴ τις τοίνυν τὸν μέγαν Μεθόδιον οὐ δέχεται πατριάρχην, ὡς τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, καὶ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, ἀνάθεμα ἔστω· καὶ εἴ τις τῆς κοινωνίας αὐτοῦ ἀπορρήγνυται, ἀπορραγήσεται τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ ὁ τέμνων τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν καὶ ἀποστολικὴν διχοτομηθήσεται κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων τεθείη. Ταῦτα καὶ πλείονα τούτοις ἐπειπὼν καὶ μετὰ παντὸς τοῦ ἐκεῖσε ἱερωτάτου συναθροίσματος τόν τε ἅγιον ἀνακηρύξας, τούς τε βεβήλους ἐκείνους καὶ φθορέας πλείστοις ἀναθέμασιν ὑποβαλών, τὰ ἐξιτήρια* τῷ ἁγίῳ προσωμίλησε.

* cod. ἀνεφύει.

* cod. σχηματικῶν.

* cod. Κυζικινῶν.

* cod. δεδοικότα.

* cod. διαρρήξαντας.

* cod. ἐξητήρια.

71.

S. Ioannicius sermonibus suis eum confortat.

70. Divus autem Methodius propter hanc invitationem gavisus, nihil moratus, scriptum imperatoribus ostendit: impuros vero istos hypocritas, senum instar qui Susannam accusaverunt, convictos iuridico et canonico exsilio et anathemati tradidit *g*, et deinde citissime ad beatum se contulit. Cum igitur sibi invicem osculum in Domino dedissent, scilicet magnus patriarcha et theophorus Ioannicius, ait civis eremi Ioannicius ad sanctum patriarcham : *Equidem, magister, numquam essem ausus significare tibi ut ad meam venires indignitatem. Tuum est hoc facinus, quia vocatus es ab inspirante te sanctissimo Spiritu ut nos indignos inviseres, nosque sermonibus adhortatoriis ad virtutem admoneres. Nunc autem cum me necessitas premeret magna, divina inspiratione ego impulsus sum, ut scriberem sancto meo domino, ut ad me rusticum plane fatigatus ascenderet, ut acciperem tuas benedictiones et abirem in pace; illud namque mihi est revelatum clare. Quoniam vero illorum, qui sacram tuam sanctitatem calumniantur, multa zizania exorta est in sancta Dei ecclesia et quidam me humilem apologiam eorum blasphemiarum non siverunt proferre, ideo cum libertate eloqui volo* E *quae mihi a Deo de tua sunt revelata sanctitate.* Cum ergo iussisset convenire universum populum, qui cum venerabili patriarcha advenerat, — erant circiter septuaginta viri, episcopi, clerici et monachi, — haec illis magnus vir Dei Ioannicius angelico ore disseruit : *Audite omnes, qui in hac eremo astatis, eaque in urbibus et vicis annuntiate. Olim quidem magnus Antonius suis discipulis commendabat ne ullam communionem haberent cum Arianis, neque cum schismaticis Meletianis, neque cum illorum officina quae Christo inimica erat* h. *Nunc ecce ego, indignus, vilis et simplex, a Deo similiter motus, dico vobis : Separate vos omnes ab impiis haereticis et ab abominandis Studitis, a Cacosamba qui est cum illis, atque ab illo qui ex episcopatu Nicomediae decidit* i, *monomacho et theomacho, et a vesano eunucho Cyzicenensis ecclesiae* k. *Qui plurimis naeniis calumniati sunt Deum et patrem nostrum patriarcham qui nobis praeest, non timentes, nec formidantes terribilem Deum. Scitis enim me propterea vos convocasse, ut sermones meos exhaurirem vobis. Ecce enim attentaturi sunt quidam epistulis fallacibus et verbis quibusdam ut seducant quosdam inter nos, ut loquitur magnus apostolus* l. *Equidem nunc ore loquor vobis : Separate vos ab illis qui contra ecclesiam Dei talia ausi sunt moliri et qui tunicam Verbi Dei non timent scindere, quam etiam in plura fragmenta dilacerant. Qui enim contra patres qui nobis praesunt et sanctos patriarchas talia patrare non reformidant, iam ecclesiae Dei ipsi per seipsos fiunt scandala et filii maligni et zizania. Si quis ergo magnum Methodium non suscipit patriarcham tamquam magnum Basilium, aut theologum Gregorium, aut divum Chrysostomum, anathema sit; et si quis a communione eius divellitur, divellatur a Dei gloria in die iudicii, et qui scindit catholicam et apostolicam Ecclesiam, exscindatur secundum evangelium, et pars eius cum infidelibus ponatur* m. Haec et plura cum dixisset et coram universo qui ibi erat sacerrimo coetu sanctum confessus, profanos autem istos et perniciosos plurimis anathematibus subiciens, sancto valedixit.

71.

A 71. Πλείοσι γοῦν πνευματικοῖς λόγοις φιλοφρονηθέντες καὶ συνταξάμενοι ἀλλήλοι ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, διέστησαν. Καὶ ὁ μὲν θεολογικώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης μεμυσταγωγημένος κάτεισιν ἀπὸ τοῦ ὄρους πλάκας νοεράς, ὡς ἐκ Μωσέως ἄλλου θεόθεν γεγραμμένας, τὰς τοῦ ἁγίου ὁμιλίας, περιφέρων. Ὁ δέ γε θειότατος οὗτος καὶ τῆς ἐρήμου φωστὴρ Ἰωαννίκιος τρεῖς ἡμέρας ἐπιβιώσας, ἐξάρας σεμνοπρεπῶς ὁσίους πόδας, κατὰ τὸν μακάριον Ἰακώβ, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν, ἀγωνισάμενος καλῶς, ποιήσας ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη πεντήκοντα δύο, ζήσας τὸν ἅπαντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη πδ'. Τελειωθεὶς δὲ ἐπὶ τῶν* ὀρθοδόξων βασιλέων ἡμῶν, Μιχαὴλ μὲν τοῦ νέου καὶ πραοτάτου καὶ τροφίμου τῆς ὀρθοδοξίας, Θεοδώρας δὲ τῆς φερωνύμου, καὶ θεῖον δῶρον ὀρθοδοξίας ἀληθῶς παρὰ Θεοῦ τῷ κόσμῳ δωρηθείσης καὶ παντελῆ εἰρήνην τῇ ἐκκλησίᾳ σὺν τοῖς θεοφυλάκτοις καὶ στεφηφόροις* αὐτῶν κλάδοις βραβευσάσης, μηνὶ νοεμβρίῳ τριτῇ ἰνδικτιῶνος δεκάτης. Ταῦτα τοῦ θεσπεσίου πατρὸς ἡμῶν τὰ κατορθώματα, ταῦτα τοῦ μακαριωτάτου τὰ ἀνδραγαθήματα, ταῦτα τοῦ σεβασμίου τὰ ἀριστεύματα, ταῦτα τοῦ ἀγωνιστοῦ τὰ νικητήρια, ταῦτα B τοῦ γενναίου στρατιώτου τὰ ἆθλα. Ὡς δὲ διεφημίσθη πανταχοῦ ἡ ἁγία αὐτοῦ κοίμησις συνήχθη πλῆθος πολὺ ἔκ τε τῶν πέριξ μοναστηρίων καὶ χώρων, καὶ πάντες ὡς προστάτην πρὸς τὸν ἄνω βασιλέα προπομπεύοντες, μετὰ ψαλμῶν καὶ ὕμνων καὶ ᾠδῶν πνευματικῶν κηδεύσαντες αὐτόν, ἐν γλωσσοκόμῳ κατέθεντο τὸ τίμιον λείψανον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθεντο πρὸς τὴν μονὴν τὴν καλουμένην Ἀντίδιον, ἐν ᾗ καὶ χάριτι Χριστοῦ ἰάσεις πολλαὶ καὶ σημεῖα ἐπιτελοῦνται μέχρι τῆς σήμερον. Πάντες γὰρ ὅσοι πρὸς τὴν ἁγίαν ἐκείνην σορὸν ἀφίκονται ἀσθενεῖς, ἢ δαιμονιῶντες, ἢ παρειμένοι, ἢ καὶ οἱῳδήποτε* κατεχόμενοι νοσήματι, ὑγιεῖς οἴκαδε ἀναστρέφουσιν.

* cod. τὸν.

* cod. στεφιφόροις.

* cod. οἱοδήποτε.

S. Ioannicii obitus et sepultura.

71. Plurimis ergo spiritualibus sermonibus delectati, cum sibi invicem valedixissent in sancto Spiritu, abierunt. Iste verbi Dei plenissimus patriarcha, mysteriis quasi initiatus, descendit de monte, tabulas spirituales, tamquam ab alio Moyse divinitus inscriptas, sancti nempe conversationem, secum ferendo. Divus autem ille et eremi lumen Ioannicius cum tres dies supervixisset, colligens miraculose sacros suos pedes *n*, sicut beatus Iacob, ad Dominum migravit, postquam bonum certamen certaverat et transegerat in eremo annos quinquaginta duos, vixerat autem toto tempore vitae suae annos octoginta quattuor *o*. Defunctus est mense novembri, die tertia, indictione decima sub orthodoxis imperatoribus Michaele iuniore, benignissimo et instauratore orthodoxiae, et Theodora, sic congrue nominata, quippe quae divinum donum orthodoxiae revera a Deo mundo impetrarit, et integram pacem ecclesiae cum filiis ipsorum a Deo servatis et coronam gestantibus procurarit. Haec sunt caelestis patris nostri bona opera, haec beatissimi facinora, hae venerabilis viri virtutes, hae bellatoris victoriae, haec strenui militis praemia. E Quando vulgata est ubique sacra eius dormitio, congregata est multitudo magna e vicinis monasteriis et regionibus, et omnes tamquam patronum apud superum regem sollemni pompa comitantes, cum psalmis, hymnis et cantibus spiritualibus sepelierunt eum atque in loculo collocarunt sacrum eius corpus, quod reposuerunt in monasterio dicto Antidio; in quo per gratiam Christi sanationes multae et prodigia fiunt usque ad hodiernam diem. Quicumque enim ad sacrum illum loculum adveniunt aegroti, sive daemoniaci, sivi languentes, sive quacumque vexati infirmitate, sanati domum redeunt.

ANNOTATA.

a *Scilicet sub Theophilo imperatore.*

b *Designantur monachi Studitae. Athanasius et Naucratius, ut supra dictum est p. 424, not.* l, *eorum erant praepositi.*

c *Patriarcha haereticus Constantinopolitanus, a Theophilo loco S. Nicephori suffectus.*

d *Petrus monachus* S. Ioannicium *hic inducit temporum ordinem prorsus perturbantem. Etenim Studitae, qui electo S. Methodio exprobraverunt severitatem nimiam erga sacerdotes iconomachos, non* F C *tamen videntur oppositi fuisse eius electioni et multo minus favisse impio Iohanni Cacosambae.*

e *Alludit auctor ad accusationem stupri quae contra S. Methodium non secus ac contra Athanasium mota est, sed in pudorem eorum qui falso accusabant versa est. In textu graeco* σχηματικῶν *correximus in* σχισματικῶν, *quo verbo solent Meletiani designari, ut legitur p. 432 :* σχισματικῶν *(corr. ex* σχηματικῶν*)* Μελετιανῶν *et in loco ex Vita S. Antonii citato infra not.* h.

f *Cfr. in prioribus Actis longissimam epistulam quam inseruit Sabas, cap. X, num. 47, p. 372-3.*

g *Fraudis detectae historiam rettulerunt nostri in* Act. SS., *Iun. tom. II, p. 969.*

h *Legimus enim in Vita S. Antonii, auctore S. Athanasio (ed. Bened., tom. I, p. 847) :* Cum Meletianis quippe schismaticis numquam communicavit..... Sic etiam Arianorum haeresim exsecrabatur, omnibusque auctor erat, ut ne vel ad eos accederet, vel pravam eorum sectaretur fidem.

i *Quisnam fuerit ille qui deiectus est ex episcopatu Nicomediae, non potuimus definire. Hoc enim tempore non nisi Theophylactus, recte quidem sentiens, invenitur laudatus apud Le Quien. Nisi designet* S. Ioannicius *pristinum istum Iohannem Nicomediensem, cui in altera Nicaena synodo anathema dictum est.*

k *De isto eunucho Cyzicenensis ecclesiae, cfr. Le Quien,* Oriens christianus, *tom. I, p. 756.*

l *Ephes., V, 6.*

m *Luc., XII, 46.*

n *Gen., XLIX, 32.*

o *Diximus in Commentario praevio, num. 16, p. 318, de hoc Petri computo, qui forsan librariorum errori adscribendus est. Sed quoniam aliud exemplar non est prae manibus, standum est lectioni codicis Parisini in quo clarissime scribitur* πδ'.

VITA

EPILOGUS.

72. Αὕτη ἡ πολιτεία τοῦ οὐρανοπολίτου καὶ θεσπεσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωαννικίου. Οὗτος ἠγάπησε τὸν Θεὸν ἀπλήστως, καὶ ἠγαπήθη ὑπ' αὐτοῦ ἀξίως· ἐδόξασε καὶ ἐδοξάσθη, τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με, φησί, δοξάσω. Ἰωαννίκιος οὗτος, ὁ τῆς Τριάδος ὑπέρμαχος, ὁ τῆς ἐκκλησίας ὑπερασπιστής, ὁ τῶν ὀρθοδόξων σύμμαχος, ὁ τῶν ἀποσχιστῶν καὶ κακοδόξων φιμωτὴς * καὶ ἀντίπαλος, ὁ τοῦ πιστοῦ λαοῦ προστάτης, ὁ τῆς σοφίας οἶκος, ὁ οὐρανοδρόμος ἁρματηλάτης, ὁ ἀεροπόρος δρομεύς, ὁ ἀκοίμητος φωστὴρ τῆς οἰκουμένης, ὁ λαμπρὸς ἑωσφόρος, ὁ τῶν πλανωμένων * ὁδηγός, τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, τὸ ἡγιασμένον σκῆνος, τὸ ἱερώτατον κειμήλιον, τὸ τοῦ Πνεύματος ἐνδιαίτημα, τὸ τῆς Τριάδος οἰκητήριον, τὸ τῶν ἀρετῶν καταγώγιον, τὸ τῶν ἐντολῶν ἐργαστήριον, τὸ ἐγκαλλώπισμα τῆς οἰκουμένης, τὸ ἀγλάϊσμα τῶν μοναζόντων, τὸ τῆς ἀνδρίας ὑπόδειγμα, τὸ τῆς ἁγνείας κατόρθωμα, τὸ ἡμέτερον B καύχημα, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, τὸ τῆς ἐκκλησίας ἑδραίωμα, τὸ τῆς ἐρήμου κάλλιστον θρέμμα. Ἰωαννίκιος, ὁ χριστομίμητος διδάσκαλος, ὁ πρᾶος καὶ εἰρηνικώτατος, ὁ θεοφόρος ἄνθρωπος, ὁ τῶν ἀσκητῶν ὑπογραμμός, ὁ πεφωτισμένος νοῦς, ὁ πεπυρσευμένος λύχνος, ὁ ἀνύστακτος ὀφθαλμός, ὁ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὁ τῶν μετανοούντων ὁδηγός, ὁ τῶν ἐπιστρεφόντων διορθωτής, ὁ τῶν δαιμόνων φυγαδευτής, ὁ τῶν παθῶν ὀλοθρευτής, ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ τῶν θηρίων ἀγρευτής, ὁ ἄγρυπνος φύλαξ, ὁ τῆς ὑπομονῆς θεμέλιος, ὁ εὔκαρπος φοῖνιξ, ὁ τῶν ἀπορρήτων θεωρός, ὁ ὑπερόπτης τῶν κάτω, ὁ αἰθεροδρόμος ἱππεύς, ὁ ὑψιπέτης ἀετός, ὁ τῶν ἀγγέλων συνόμιλος, ὁ τῶν ἀποστόλων συμμέτοχος, ὁ τῶν ἀθλοφόρων σύσκηνος, ὁ τῆς βασιλείας οἰκήτωρ, ὁ κληρονόμος Θεοῦ, ὁ συγκληρονόμος Χριστοῦ, ὁ τῇ Τριάδι παριστάμενος καὶ σὺν ἀγγέλοις ἀκαταπαύστως ὑπὲρ κόσμου ἐξιλεούμενος. Ἀλλ', ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, τὴν πάντων κεφαλὴν Χριστὸν ἔχουσα, φωστὴρ φαεινότατε * καὶ φιλόθεε καὶ τρισόλβιε, σὺ καλῶς ἐπολιτεύσω, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπιμελῶς ἤσκησας, καὶ Χριστῷ ἄριστος στρατιώτης ἀνεδείχθης, καταλιπὼν τὴν στρατείαν τὴν πρόσκαιρον. Σὺ τὸ εὐγενὲς τῆς ψυχῆς τῇ νεκρώσει τοῦ C σώματος ἄσπιλον διεφυλάξω, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν θείων λόγων ἀδούλωτον διετηρήσας τὸ ταύτης ἀξίωμα καὶ τῇ τοῦ νοὸς καθαρότητι ὅλος θεοειδὴς * ἐχρημάτισας καὶ κατέλαβες κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις τὸν πάσης ἐπέκεινα καταλήψεως. Σὺ ἐπ' ὤμων τὸ σταυρόν σου ἦρας καὶ τῷ Χριστῷ ἀμεταστρόφως ἠκολούθησας, καὶ εὗρες θησαυρὸν ἄσυλον τετηρημένον ἐν οὐρανοῖς. Σὺ πάντα τὰ τῇδε ἀπεμπολήσας *, τὸν πολυτίμητον μαργαρίτην, τὴν βασιλείαν λέγω τῶν οὐρανῶν, ἠγόρασας. Σὺ οὐκ ἐν ψάμμῳ τῆς ἀμελοῦς ῥαθυμίας καὶ χαυνότητος τὴν οἰκίαν ἔκτισας, ἀλλ' ἐπὶ στερεὰν * πέτραν, τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ταύτην ἐθεμελίωσας, ὅθεν καὶ τῶν προσρήξεων * τῶν ἀνέμων, ἤτοι πνευμάτων τῆς πονηρίας, ἔτι καὶ τῶν ποταμῶν τῆς κακοδοξίας ἀκράδαντος ἔμεινεν. Σὺ τὸ βάρος τῆς ἡμέρας ὅλης δι' ὅλου τοῦ βίου * ἐβάστασας καὶ τὸν καύσωνα, τὸν δὲ μισθὸν παρὰ τοῦ τῆς φύσεως δημιουργοῦ καὶ φυτουργοῦ ἀπείληφας. Σὺ τὸ δοθέν σοι τάλαντον παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν χαρισμάτων τῇ ἀφθόνῳ μεταδόσει ἐπολυπλασίασας, καὶ ἤκουσας τῆς μακαρίας ἐκείνης φωνῆς· Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. Σὺ τὴν λαμπάδα τῆς ψυχῆς σου ἄσβεστον τῷ τῆς εὐποιΐας ἐλαίῳ διετήρησας, καὶ νῦν ἑτοίμως εἰσῆλθες σὺν Χριστῷ εἰς

* cod. φιμοτής.
* cod. πλανομένων.
* cod. φαεινώτατε
* cod. θειοειδής.
* cod. ἀπεμπωλήσας
* cod. στερρεὰν
* cod. προσρρήξεων.
* cod. τοῦ βίου δι' ὅλου.

Laus S. Ioannicii.

72. Haec est igitur conversatio caelestis civis et venerabilis patris nostri Ioannicii. Iste amavit Deum immense et ab ipso digne dilectus est, glorificavit et glorificatus est : *Quicumque glorificaverit me,* dicit, *glorificabo eum.* Ioannicius est iste, Trinitatis propugnator, ecclesiae defensor, orthodoxorum adiutor, schismaticorum haereticorumque frenator et adversarius, fidelis populi patronus, sapientiae domus, in caelo currens auriga, in aera procedens cursor, astrum orbis terrarum quod non occidit, splendidus lucifer, errantium dux, electionis vas, venerandum tabernaculum, sanctissima gemma, Spiritus templum, Trinitatis habitaculum, virtutum sedes, mandatorum officina, decus orbis universi, splendor monachorum, fortitudinis documentum, puritatis prodigium, nostra gloria, fidei firmamentum, ecclesiae fundamentum, eremi pulcherrimus alumnus; Ioannicius, Christum imitatus magister, mansuetus et pacifi- E cus, theophorus vir, ascetarum typus, illuminata mens, accensa lucerna, oculus semper vigil, mediator Deum inter et homines, paenitentium dux, conversorum director, daemonum fugator, cupiditatum destructor, pastor bonus, ferarum exagitator, pervigil custos, patientiae fundamentum, fructuosa palma, secretorum scrutator, despiciens terrena, in aethera currens eques, in altum volans aquila, angelorum consortio fruens, apostolorum socius, coronatorum contubernalis, regni civis, heres Dei, coheres Christi, Trinitati assistens et cum angelis incessanter pro mundo intercedens. Ast, o divinum et sacrum caput, Christum habens omnium caput, astrum lucidissimum, Deo dilectum et ter venerandum, tu recte conversatus es et virtutem studiose exercuisti et Christi optimus miles apparuisti, relicta militia temporali; tu nobilitatem animae mortificatione corporis incorruptam servasti et meditatione divinorum verborum liberam servasti tuam dignitatem, mentisque puritate totus divinus aspectu effectus lucratus es et accepisti, quantum licet hominibus omnem supernam cognitionem. Tu super umeros crucem tuam sustulisti et Christum F constanter secutus es, et invenisti thesaurum qui non diripietur in caelis; tu omnia terrena vendidisti, ut pretiosam margaritam, regnum dico caelorum, emeres. Tu non in arena neglegentis mollitiei et ignaviae domum aedificasti, sed super firmam petram, super fidem in Christum, fundasti eam, ubi ab impetu ventorum, id est spirituum nequitiae, et fluminum infidelitatis, inconcussa permansit. Tu pondus diei integrae, per totam vitam, portasti et calorem; sed pretium a naturae opifice et creatore reportasti. Tu datum tibi a Deo talentum gratiarum copiosa faeneratione multiplicasti, et audivisti beatam hanc vocem : *Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Tu lampadem animae tuae inexstinctam bonorum operum oleo servasti, et nunc paratus ingressus es cum Christo in caelestem thalamum. Tu per artam et angustam viam itineratus es et nunc frueris superna vita; tu operator mandatorum Domini effectus, primigeniam pulchritudinem imaginis custodisti; tu in meditatione mortis totam vitam transegisti et carnis passiones laboribus pietatis mortificasti et carnalia desideria integre subiecisti spiritui. Tu ad apicem integritatis

A εἰς τὸν οὐράνιον νυμφῶνα. Σὺ τὴν στενὴν καὶ τραχεῖαν ὁδὸν διώδευσας, καὶ νῦν ἀπολαύεις τῆς ἄνω ζωῆς. Σὺ ἐργάτης τῶν ἐντολῶν Κυρίου γεγονώς, τὸ ἀρχέτυπον κάλλος τῆς εἰκόνος ἐφύλαξας. Σὺ ἐν μελέτῃ θανάτου πάντα τὸν βίον διήλλαξας καὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη πόνοις εὐσεβείας ἀπενέκρωσας καὶ ὅλον τῆς σαρκὸς τὸ φρόνημα καθυπέταξας τῷ πνεύματι. Σὺ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν τῆς ἀπαθείας ἔφθασας, καὶ ταῖς ὑψικόμοις ἀρεταῖς, ἀγάπης λέγω καὶ πίστεως καὶ ἐλπίδος καὶ συμπαθείας ἁρματηλάτης, ὡς Ἠλίας ἁρπαγεὶς πρὸς ὕψος τῶν ἀπορρήτων νοημάτων καὶ ἐξέστης ὅλος Θεῷ, καὶ συνεκράθης αὐτῷ διὰ θεοειδοῦς ἁγνείας καὶ καθαρᾶς ἐλλάμψεως, καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, σὺ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων ἐμιμήσω τὰς ἀρετάς· τοῦ Ἄβελ τὴν ἄμωμον προσφορὰν δι' ἀμέμπτων προσευχῶν προσήγαγες· τοῦ Ἐνὼς τὴν πρὸς τὰ μὴ βλεπόμενα ἐλπίδα· τοῦ Ἐνὼχ τὴν πρὸς Θεὸν εὐαρέστησιν δι' ἧς μετετέθη καὶ ἡ σὴ ψυχὴ πρὸς τὰ οὐράνια, τὸ δὲ σῶμα πρόκειται πηγὴ θαυμάτων ἐναργῶς τῶν καμνόντων εἰς ἴασιν· τοῦ Νῶε τὴν δικαιοσύνην, ὡς ἐκεῖνος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ τὴν φιλοξενίαν, δι' ἧς ἐκεῖνος μὲν τὴν Τρίαδα ἐξένισεν, σὺ δὲ διὰ
B ταύτης αὐτὴν ἐθεράπευσας· τοῦ Ἰακὼβ τὸ ἄπλαστον, δι' ἧς ηὐλόγησαι καὶ ἠγάπησαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἰσαάκ· διὸ οὐκ ἐν αἰσθητοῖς ἐπισήμοις, ἐν ἀσήμοις δὲ μᾶλλον τοῦ Πνεύματος χαρίσμασι, πολλὰ τέκνα ἐν τῇ ἐρήμῳ εὐπόρησας· τοῦ Ἰωσὴφ τὴν σωφροσύνην, δι' ἧς καὶ αὐτὸς τῆς μαινάδος Αἰγυπτίας, ἤτοι σαρκός, τῶν ὑλικῶν ἁπάντων γυμνωθεὶς τὴν ἐσθῆτα ἐξέφυγες τὴν ἀναίδειαν· τοῦ Μωσέως τὸ πρᾶον, δι' οὗ καὶ αὐτὸς εἰς τὸν γνόφον τῶν ἀρετῶν εἰσδύσας, ὄντως πνευματικὰς θεογράφους πλάκας ἐδέξω ἐν αἷς τὸν πνευματικὸν νόμον ἡμῖν ἐνομοθέτησας· τοῦ Σαμουὴλ τὴν πρὸς Θεὸν ἀφιέρωσιν καὶ τὸ* λέγειν καὶ προβλέπειν, ὡς ἐκεῖνος, τὰ μέλλοντα· τοῦ Δαυὶδ τὴν ἀκακίαν, δι' ἧς ἠμύνω καὶ αὐτὸς δι' εὐλογίας τοὺς διώκοντας· τοῦ Ἠλίου τὸν ζῆλον, δι' οὗ αἱρετίζοντα βασιλέα καὶ βέβηλον ἱερέα, ὡς ἐκεῖνος, τοὺς τῆς αἰσχύνης προφήτας προειπὼν κατῄσχυνας· τοῦ Ἰωάννου τὸ ἐρημικὸν καὶ τὴν ἐγκράτειαν, δι' ὧν τὰς αἰσθήσεις ἐκάθηρας καὶ καθαρῶς τῷ καθαρῷ προσωμίλησας, μετὰ προφητῶν ἐπαρρησιάσω, μετὰ ἀποστόλων ἐκήρυξας, μετὰ μαρτύρων ὡμολόγησας, μετὰ Χριστοῦ ἐνίκησας. Διὸ καὶ τῆς μεγάλης ἤκουσας φωνῆς· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός
C μου, κληρονομήσατε ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. Διὸ δυσωποῦμέν σε, πάτερ ἅγιε καὶ ὁδηγὲ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὡς οὐκ ἐπελήσθης παρ' ἡμῶν, εἰ καὶ μετέστης ἀφ' ἡμῶν καὶ τὸν βίον παρώδευσας τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὸ μνημόσυνόν σου σὺν ἡμῖν εἰς τὸν αἰῶνα μένει, μηδ' αὐτὸς ἐπιλάθῃ τῆς ἐμῆς ταπεινότητος, ἀλλὰ μνήσθητί μου τοῦ ἀχρείου δούλου σου, καὶ δέχοιο παρ' ἐμοῦ τουτὶ τὸ βραχύτατον ἐπιτάφιον σύνταγμα, εἰ καὶ παρ' ἀξίαν, ἀλλὰ πίστει σοι προσφερόμενον δέχοιο, καὶ γὰρ μιμητὴς Χριστοῦ ὑπάρχεις*, ὡς ἐκεῖνος τὰ δύο λεπτὰ τῆς χήρας· οὐ γὰρ εὐπόρησα ἄλλο τι, ὡς οὐδὲ ἐκείνη, προσάξαι σοι· δέξαι, ὦ τίμιε πάτερ, καὶ ἀπαλλαγήν μοι παθῶν πρεσβείαις σου ἀντάμειψον, καὶ στῆσαι τὴν κατ' ἐμοῦ τυραννίδα τῆς ἁμαρτίας· ὁρᾷς ὅσην καὶ ὡς καταπονοῦσάν με, διάλυσόν μου τὴν πώρωσιν τῆς ψυχῆς ταῖς πρὸς Κυρίον σου ἐντεύξεσι, δύνασαι γάρ, εὖ οἶδα, πρὸς Θεόν, δι' ὃν καὶ τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους ὑπέμεινας. Δίδου ἡμῖν τοῦτον εὐΐλατον, εὐμενῆ τε, καὶ εὐδιάλλακτον, ὅπως καὶ ἡμᾶς ἀξιώσῃ κοινωνοὺς γενέσθαι τῆς σῆς μερίδος, καθαίρων ἡμᾶς διὰ τῆς μετανοίας καὶ φωτίζων ἡμῶν τὸν νοῦν εἰς τὸ τηρεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῆς ἐντεῦθεν εὐβιώσεως καὶ καλῆς ἀναστροφῆς τῆς ἐκεῖθεν ἐπιτύχωμεν μακαριότητος, ἐν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρί, ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

* cod. τοῦ.

* cod. ὑπάρχῃς.

VITA

tatis pervenisti et altissimis virtutibus, caritatis dico, fidei et spei et misericordiae curru devectus, ut Elias, raptus in altitudinem secretarum cogitationum totus astitisti Deo et adhaesisti ipsi per divinam quasi sanctitatem et purum splendorem et, ut compendiose dicam, tu omnium qui a saeculo sunt sanctorum, imitatus es virtutes, Abelis irrefragabilem oblationem per perfectas preces obtulisti; Enos spem invisibilium; Enoch Deo beneplacentiam, per quam tua etiam anima translata est ad caelestia, corpus autem iacet fons miraculorum iugiter in laborantium sanationem; Noe iustitiam, qua ut iste coram Deo apparuisti; Abraham hospitalitatem quacum Trinitatem excepit, et per quam tu serviisti ipsi; Iacob sinceritatem, propter quam benedixit tibi et amavit te Deus, sicut iste dilectus est a patre suo Isaac; unde non per sensibilia miracula, sed potius per invisibilia Spiritus charismata plurimos filios in eremo nactus es; Ioseph sapientiam, per quam et ipse furiae aegyptiacae, id est carnis, omnium sordium veste nudatus fugisti impudicitiam; Moysis mansuetudinem, qua et ipse in nubem
virtutum ingressus, vere spiritualiter a Deo E
scriptas tabulas accepisti, in quibus spiritualem legem nobis promulgasti; Samuelis erga Deum consecrationem et virtutem prophetandi, ut iste, futura; Davidis bonitatem, qua tu etiam per benedictionem, repulisti persequentes; Eliae zelum, quo haereticum imperatorem et profanum sacerdotem, ut iste dedecoris prophetas praedictionibus tuis pudore affecisti; Iohannis solitariam vitam et continentiam, per quas sensus mundasti et pure cum puro conversatus cum prophetis familiariter egisti, cum apostolis praedicasti, cum martyribus confessus es, cum Christo vicisti. Propterea magnam hanc audivisti vocem: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*. Quare supplices te rogamus, pater sancte et dux salutis nostrae, ut quemadmodum non obliti sumus tui, etsi migrasti a nobis et lege naturae vitam absolvisti, sed memoria tui nobiscum in saeculum manet, ita ipse ne obliviscaris mei humilis, sed recorderis mei inutilis servi tui et accipias a me brevissimum huncce libellum ceu laudationem funebrem, licet te non dignum, quem cum fide tibi oblatum accipe, quoniam imitator
Christi es, qui duos obolos viduae accepit. Nam, F
sicut ista, non valui aliud quid afferre tibi; accipe, o venerande pater, et liberationem cupiditatum mihi per intercessionem tuam redona et compesce hanc, quae contra me est, tyrannidem peccati; vides quanta sit et quomodo vexet me; solve duritiem animae meae tuis ad Deum intercessionibus; potens es enim, optime novi, apud Deum, propter quem asceticos labores tolerasti; hunc nobis fac propitium, benignum et misericordem, ut et nos dignetur consortes facere partis tuae, purificans nos per paenitentiam et illuminans mentem nostram ut, servatis mandatis eius, per vitam hic recte peractam et bonam conversionem, supernam consequamur beatitudinem in ipso Christo, Domino nostro, cui gloria et virtus cum aeterno Patre, simul cum sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper et in saecula. Amen.

DE S. CLARO

A D

DE S. CLARO

EREMITA ET MARTYRE

IN PAGO VULCASSINO

A. P. TEMPORE INCERTO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. Recensentur antiquiora, quae supersunt, de S. Claro monumenta.

E

S. Clari, cuius historia obscura est

1. *Cum de illo sancto agere incipio, quo pauci certe in tota Normannia sunt famosiores, illud iam compendii instar confiteri liceat, quod lepide quidem, at verius etiam quam lepidius scribebat olim sollers ille et prae ceteris laudandus historiae ecclesiasticae normannicae scriptor, Carolus Trigan :* " *Habemus* „ *aiebat* (1), " *in Normannia sanctum* „ *quendam* Clarum, *qui tum plurimis in locis, tum* „ *etiam Parisiis in abbatia Sancti Victoris magna* „ *cum celebritate colitur; verum ut clarum et illustre* „ *est illius nomen, ita minime clara est rerum ab eo* „ *gestarum historia* (2). „ *Et re quidem vera licet plerique ex his, qui de sancto nostro a tribus inde saeculis scripserunt multi, asseveranter valde et veluti si nulli dubio vel levissimo locus esset,* S. Clari *patriam, tempus nativitatis et martyrii, itinera, acta enarrent, ubi tamen quis data opera investigare nititur quid fundamenti his affirmationibus subsit, miratur firmum nihil, nil tutum apparere, et conquisitis ventilatisque, quae hac de re copiose satis sunt scripta, operae pretium se vix ullum rettulisse queritur.*

et aetas aliter ab aliis definita,

2. *Harum tenebrarum, quibus* Clarus *ille noster involvitur, ne eas in maius praedicasse insimuler, illud vel solum argumentum esse velim, quantum scilicet inter se dissentiant auctores recentiores in definiendo tempore, quo ille vixerit. Alii enim ipsum saeculo II ineunte, alii saec. III, alii saec. VII, alii saec. VIII, alii demum saec. IX exeunte* Clarum *martyrio coronatum esse tradunt; nonnulli etiam, qui mos est a nobis iam alibi notatus, duos* Claros *Normannos* (3) *distinguunt, alterum qui cum Pientia pia matrona in pago Vulcassino ad Eptam fluvium funus SS. Nicasii, Quirini et Scubiculi saeculo III procuraverit; alterum qui saeculo IX ex Anglia veniens, in eodem pago, prope eundem fluvium violenta morte peremptus sit. Palmam autem tulerunt illi, qui non solum duos* Claros, *sed et duas Pientias duosque Quirinos commenti sunt; qui diverso quidem, ut dictum est, tempore, sed eodem in loco vixissent et obiissent, et ita quidem ut primus* Clarus *cum priore Pientia recens mortuum Nicasium sepelisset, alter autem* Clarus *cum altera Pientia multis post saeculis eiusdem Nicasii eodem in loco cultum promovisset et in ipsius honorem aediculam construxisset. Quae somnia, vel saltem maxima eorum pars, ne vestigium quidem fundamenti habent in monumentis historicis, etiam iis quae recentiora sunt, etiam iis quae fidei sunt plane sublestae. Tot igitur modernorum auctorum sententias, qui pro sua opinandi licentia obscuram sancti nostri vitam amplius etiam obscurarunt, singillatim examinare non est in animo. Quae autem inter ipsas aliquam habent veritatis speciem, eae suapte natura in trutinam venient, cum paucissima, quae supersunt, de* S. Claro *documenta antiquiora expendemus, aliquid luminis celebratissimi martyris historiae affundere conaturi.*

meminit Usuardus

3. *Primus omnium de* Claro *meminit Usuardus in suo martyrologio; ita siquidem ille pridie nonas novembres :* In pago Vilcasino (4) sancti Clari presbiteri et martyris. *Quae commemoratio utut brevissima, quoniam maximum in re nostra momentum habet, necesse est ut ostendamus eam ab ipso Usuardo in prima martyrologii sui scriptione esse exaratam, non vero, sicut innumeris aliis huiusmodi accidit, postea, faciente aliquo interpolatore, puro textui Usuardino accessisse. Illam igitur ad genuinum Usuardi opus pertinere docent non solum recentiores duo sapientioresque Usuardi editores, Sollerium dico nostrum* (5) *et Iacobum Bouillart* (6); *qui licet acri contentione de authentico Usuardi textu disceptarint, concordi tamen sententia in ipso commemorationi* S. Clari *superius exscriptae locum adiudicari voluerunt; sed maxime idem ostendit codex olim Sancti Germani de Pratis, iam Parisinus bibl. nat. lat. 13745, qui saeculo IX*

F

(1) Nimirum in litteris ad anonymum quendam monachum datis die 17 februarii an. 1734. Has reperire est in codice Parisino bibl. nat. lat. 10051, fol. 294-5. — (2) Cfr. etiam quae scribebat idem Trigan, *Histoire ecclésiastique de la province de Normandie*, tom. II (1759), p. 204. — (3) Videbimus infra (§ IV, num. 36) hanc " Normannorum „ appellationem non esse undequaque accuratam; ea tamen nihilo minus nunc utimur, tum quia facilis est, tum quia vulgo adhibetur. — (4) Vernacule *le Vexin*. Est haec sedes antiquorum Veliocassium, quorum Rotomagus caput erat, porrigiturque secundum utramque ripam fluvioli Eptae, a quo dividitur in partes duas, normannicam alteram, alteram gallicam. Cfr. *Act. SS.*, Oct. tom. II, p. 140, annot. *t*, et infra, num. 36. — (5) In edit. quae adiuncta est tomis nostris VI et VII Iunii, p. 650. — (6) *Usuardi San-Germanensis monachi martyrologium sincerum* (Parisiis, 1718), p. 180.

scriptus

A *scriptus est et videtur ipsius Usuardi manu exaratus* (1). *Quam enim ille exhibet* S. Clari *mentionem, ea manifeste manu prima descripta est, neque hoc loco* (2) *ulla deprehenditur litura ullumve posterioris accessionis indicium. Quoniam insuper nullus antiquiorum Usuardi codicum, quos quidem noverim,* Clari *mentione caret, nullus dubito ipsum Usuardum sancti nostri nomen martyrologio suo, quod ante finem anni 875 perfecit* (3), *invexisse* (4).

et quadantenus etiam Dudo, decanus Sancti Quintini.

4. *Alterum de* S. Claro *testimonium quod, quamvis sit tenue satis, pro penuria tamen nostra afferre non dubitamus, apud Dudonem, decanum Sancti Quintini legitur; a quo locus quidam nominatur in pago Vulcassino prope Eptam fluvium situs,* qui dicitur ad sanctum Clerum (5). *Dudo nempe, qui paulo post initium saeculi XI scribebat* (6), *lib. I, c. 28, narrat in loco supra memorato convenisse anno 911 Karolum Simplicem, regem Francorum, et Rollonem, Normannorum ducem, ibidemque celebre illud, quod dicunt, " foedus ad S. Clarum super Eptam „ pepigisse; summopere autem probabile est iam hoc tempore, sub initiis nempe saeculi X, nomen illud huic vico fuisse, Dudonemque non* B *modernam aliquam, quae nuper condita esset, sed antiquam istius loci appellationem rettulisse. Cum porro nulla sit ratio cur alium* Clarum *a Dudone nominari credamus, quam Normannicum seu Vulcassinum, cumque posteriorum auctorum indigenarum unanimis traditio hoc ipso in loco sanctum nostrum mortem cruentam obiisse asserat, iam ex his quae a Dudone dicta sunt, probabiliter inferre possumus in quanam parte pagi illius Vulcassini, quem solum Usuardus indefinite satis indicaverat,* Clarus *martyr ultimum certaminis campum sit nactus. Illud ergo ratum sit, sanctum istum, de quo inquirimus, et ante annum 875, et probabiliter in vico, qui iam saeculo XI, quin fortassis ineunte saeculo X " ad Sanctum Clerum „ nomen habebat, nunc vero* Saint-Clair-sur-Epte *nuncupatur, esse demortuum.*

Illius insuper Vitam habemus,

5. *Porro, omissis tum martyrologiorum, kalendariorum, ceterorumve huiusmodi operum collectoribus, utpote qui Usuardum mere sint secuti, tum scriptoribus historicis, qui laudatam Dudonis narrationem in libris suis exscripserunt, tertius solummodo et ultimus toto medio aevo auctor occurrit, qui de sancto nostro agat, scilicet anonymus auctor Vitae* S. Clari *adhuc ineditae, quam post hunc commentarium lectoribus daturi sumus. Tertium dico et ultimum : cur enim de Vita S. Nicasii, in qua* S. Clarum *nominari quidam contendunt, hic prorsus sileamus, mox patebit* (7). *Neque in censum venire debet " priscum „ illud " poema de „* S. Claro, *maiorum aevo per vatem quempiam „ nempe " per anonymum quendam monachum „ Sancti Dionysii editum „ cuius meminit Robertus Denyaldus* (8). *Nam, praeterquam quod huius carminis nonnisi tenuia fragmenta servata nobis sunt* (9), *quae nullam rem alicuius momenti nos edocent, insuper manifestum est Vitam hanc metricam, si quae reapse exstitit* (10), *ex Vita prosa, de qua agere incepimus, esse derivatam. Nec nos moveat quod Denyaldus poema priscum, poetam autem veterem nuncupat ; hae enim voces, quando indefinite adhibebantur, tempore Denyaldi non adeo remotam solebant antiquitatem innuere, atque ipse Denyaldus in antiquorum numero ponit Iohannem Capgravium* (11), *virum adulto saeculo XV demortuum. Ex eadem etiam Vita prosa derivata vel probabilissime, vel certo sunt tum carmina ecclesiastica in honorem* S. Clari E *confecta, tum Vita gallica eiusdem in pariete sacelli Sancti Clari in oppido Gisortio depicta* (12), *tum lectiones ad matutinum, quas in quibusdam codicibus liturgicis legebat Denyaldus, et nos etiam legimus* (13). *Iure igitur ac merito solius Vitae prosae rationem habebimus.*

AUCTORE A. P.

in paucis codicibus,

6. *Huiusce Vitae post diligentem indagationem pauca quaedam exemplaria nacti sumus* (14), *duo nempe dumtaxat integra, alia duo paululum hinc inde contracta paululumque retractata, demum nonnulla compendia. Primam Vitae integramque recensionem* (= **V**) *exhibent apographa duo saeculo XVII exarata : alterum, quod nunc asservatur inter collectanea bollandiana in codice Bruxellensi bibliothecae regiae 8932, fol 134-135*[vo] (= **V1**), *transcriptum est* ex manuscripto Belfortii; *qui codex manuscriptus et ipse apographum quoddam erat; adnotavit enim in capite exemplaris nostri Iohannes Bollandus :* Habuit Belfortius ex schedulis Medonta (15) ad D. A. Raisinium *(sic)* transmissis; *advertendum autem est Meduntam esse caput tractus* (arrondissement *dicunt vernacule), in quo situs est vicus Sancti Clari ad Eptam. Alterum* F

C (1) Cfr. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.* saec. IV, parte II, p. LXXXVII, num. 173; Bouillart, op. cit., p. XV-XVII; Longnon, *Notice sur le plus ancien obituaire de l'abbaye de Saint-Germain des Prés*, in *Notices et documents publiés par la Société de l'histoire de France à l'occasion du cinquantième anniversaire de sa fondation* (1884), p. 19, not. 2; A. Molinier, *Les Obituaires français au moyen âge* (1890), p. 168. — (2) Folio 77[ro]. — (3) [Rivet], *Histoire littéraire de la France*, tom. V, p. 439; A. Ebert, *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters im Abendlande*, tom. II (1880), p. 386. — (4) Recolere etiam iuvat Usuardum ante finem anni 877 vita functum esse. Cfr. Mabillon, l. c.; Rivet, op. cit., p. 437. — (5) *De moribus et actibus primorum Normanniae ducum* lib. I, c. 28; cfr. lib. II, c. 89 (ed. J. Lair, 1865, pp. 168 et 246). Hos Dudonis locos paene ad litteram exscripsit saeculo XII Willelmus Gemmeticensis in *Historia Normannorum*, lib. II, c. 17; lib. IV, c. 8 (ed. A. Duchesne, *Hist. Norman. Script.* (1619), pp. 231 et 243). — (6) Lair, l. c., p. 21; G. Waitz in *MG.*, Scr. tom. IV, p. 94. — (7) Infra num. 18-20. — (8) *Officium S. Clari* (1633), p. 8; cfr. eiusdem *Vita S. Clari* (1633), p. 19, ubi auctor a Denyaldo appellatur " vetus poeta „; cfr. item eiusdem opus gallicum *Histoire... de S. Clair* (1645-46), pp. 14-15, 45, etc... Monet autem Denyaldus nonnisi fragmenta huius poematis a se esse reperta : " lequel poëme ie n'ay veu qu'à bastons „ rompus et par lambeaux „ (ibid., p. 15). — (9) Ea passim in opusculis suis protulit Denyaldus; eadem post vitam prosam colligemus, ut lector de ipsis iudicium ferre possit. — (10) Non enim constat utrum poema illud Vita quaedam metrica fuerit, an potius mera series antiphonarum seu officium metricum; cuiusmodi carminum sat magnam copiam ad nos usque pervenisse notum est. — (11) *Vita*, p. 7. Hunc Denyaldus l. c. *Caphranium*, alibi etiam *Castranium* nominat. — (12) Edita est haec a R. Denyaldo, *La Vie de S. Clair* (1644), fol. 42-4. — (13) Vide infra num. 8. — (14) Incassum quaesivimus codices aliquot a Denyaldo laudatos, scilicet " Sanctorale Gisortianae ecclesiae, paroeciarum de Flavicuria et Sancuria, utriusque oppidi de „ sancto Claro appellati ad utrumque limitem fluminis Eptae „ (*Vita S. Clari*, p. 7); quae omnia loca in pago Vulcassino sita sunt. Unius tantum ex his codicibus vestigium aliquod offendimus (vide infra num. 8, ubi de compendio *C4*). Reliquos nuspiam repperimus, et sciscitantibus nobis responsum est codices illos non amplius exstare. Exhibet quidem passim Denyaldus locos quosdam Vitae infra edendae, quos exscripsit ex codicibus oppidorum Sancti Clari ad Eptam (cfr. *Histoire... de S. Clair*, pp. 27, 35, 54, 93), Flavicuriae (ibid., pp. 12, 25, 48, 49, 57) et Sancuriae (ibid., pp. 110-11, 136-7); verum quoniam ea fragmenta pauca sunt et momenti minimi, ea in constituendo Vitae textu neglegenda censuimus. Sufficiat monuisse ea plerumque cum recensione Guidonis de Castris, de qua mox, consentire; subinde etiam textum Vitae paulo amplioribus verbis repraesentari. Unum dumtaxat locum, eumque longiorem, ex codice Sancuriensi in annotatis ad cap. 8 Vitae proferemus, quoniam in illo miracula quaedam enarrantur, quae in Vita non legeramus. — (15) *Mantes*, oppidum in praefectura *Seine-et-Oise*.

apographum

AUCTORE A. P.

apographum reperire est in codice Ambianensi 467, fol. 141ᵛᵒ-144ᵛᵒ (= **V 2**); *quod adeo cum priore apographo convenit, ut credere aliquis possit utrique amanuensi idem exemplar praeluxisse. Verum in primo codicis folio haec nota legitur :* Ex codice manuscripto antiquissimo D. N. de Francia, praesidentis in parlamento Machliniensi (1), *qui codex " antiquissimus „ non ante saeculum XIII exaratus erat, cum in eo reperiatur " Translatio sanctae Crucis in Bronium „ quod opus hoc saeculo conscriptum est.*

in Sanctilogio Guidonis de Castris

7. *Recensionem alteram Vitae* (= **G**) *confecit et* Sanctilogio *suo inseruit Guido de Castris († 1350), abbas monasterii Sancti Dionysii prope Parisios. Is nempe, cum nominibus sanctorum, quae in Usuardi martyrologio inscripta sunt, brevius longiusve praeconium subiungeret ex Adonis martyrologio, Vincentio Bellovacensi, Iacobo Ianuensi vel ex ipsis singulorum sanctorum Actis, ubi superer ant, desumptum, in libro XI, quo mensis november continetur, post Usuardinam commemorationem de* S. Claro *aliquid* ex gestis eius *exscripsit, scilicet, si summam rei spectes, tantum non integram* B *Vitam, quam in exemplaribus* V *legimus. Textum illum Guidonis reperire est in codicibus Londiniensi musaei britannici inter Regios signato 13. D. IX, saec. XIV, fol. 251* (= **G 1**), *et Parisino bibl. nat. lat. 14649, saec. XV, fol. 149ᵛᵒ-150ʳᵒ* (= **G 2**).

et in nonnullis compendiis

8. *Huius recensionis* G *compendia quattuor* (= **C**) *nominabo, unum manu dumtaxat exaratum in breviario Constantiensi* (2) *saeculi XV, quod nunc in bibliotheca Mazarinea Parisiis asservatur sub num. 774* (= **C 1**); *ibi ad diem 18 iulii legere est distributum in novem lectiones, quae ad matutinum erant recitandae, compendium quoddam, in quo brevius licet, tamen fere ad litteram verba textus* G *servata sunt. Fidelissime etiam textus idem repraesentatus est in alio compendio, quod post medium saeculum XIV confecit Iohannes Tinmuthensis et* Sanctilogio *suo inseruit* (3); *inde illud excripsit Iohannes Capgravius († 1464), in cuius* Nova legenda Angliae (4) *typis mandatum est* (= **C 2**). *Eandem recensionem* G, *liberius tamen retractatam, compendio exhibet Benedictus Gononus* (5), *qui textum suum " ex antiquis codicibus „ se accepisse in margine testatur* (= **C 3**). *Vere illum id dixisse inde comperimus, quod Nicolaus* C *Denysse, qui centum et his amplius annis ante Gononi tempora sermonem quendam de* S. Claro *edidit* (6), *orationi suae bene multas lacinias Vitae alicuius intexuit* (= **D**), *quae paene ubique ad verbum cum textu* C 3 *conveniunt* (7). *Demum exstat inter collectanea bollandiana in codice Bruxellensi bibl. regiae 8932, fol. 133, compendium aliud saeculo XVII manu exaratum* (8), *quod inscriptum est :* Vita S. Clari martyris, excerpta ex manuscripto codice ecclesiae eiusdem sancti Clari ad Eptam amnem, dioecesis Rothomagensis, per D f. Ioannem de Thoulouse (9), canonicum regularem S. Victoris Parisiensis, ac per eundem transscriptam et transmissam *(sic)* in breviario Victorino in officio festi eiusdem sancti (= **C 4**).

nobis servatam;

9. *Etsi autem subinde in his compendiis verba genusque loquendi a breviatore mutata sunt, attamen, ad rerum summam quod attinet, ne transversum quidem unguem ab his discedunt, quae in integris exemplaribus* V *et* G *enarrantur* (10). *Illa igitur compendia typis edere, quod longum erat, non oportuit; tota vero cura in eo ponenda est, ut primigenii textus forma, quam fieri potest accuratissime, constituatur. Quae res non nullam habet difficultatem. Non parum enim inter se discrepant recensiones* V *et* G; *quamvis autem haud obscure significet Guido de Castris textum antiquiorem, quem prae manibus habebat, a se esse quadantenus retractatum, — narrationi enim suae praescripsit haec :* De eodem ex gestis eius actor, — *attamen quia recensionis* V *nonnisi recentia repperimus apographa, neque eidem recensioni contigit ut in compendiis ullis, quae quidem noverimus, vestigium sui faceret, addubitare subinde est utrobi primigenia lectio servata sit, utrobi a retractatore* E *vel ab amanuensi neglegente sit mutata. Verum cum dissensio, quae inter utramque recensionem deprehenditur, ea non sit quae narrationis summam ullo modo attingat, cumque Vita ipsa, ut mox dicemus, tanti non sit pretii, omissa penitiore, quae vix institui potest, inquisitione, textum recensionis* V *exhibebimus, addita varietate lectionum recensionis* G, *et, sicubi e re videbitur, annotatis etiam lectionibus quibusdam ceterorum compendiorum* (11).

huic Vitae, quae ante saeculum XIV,

10. *Haec autem Vita, ex qua totum profluxit, quicquid sapientius de sancto nostro a modernis scriptum est, quantae sit auctoritatis, nobis imprimis est quaerendum. Ad quod definiendum illud certe maxime conducet, si compererimus quo tempore illa composita sit, quibusque e fontibus derivata. Sed rursus fateri debemus aquam nobis haerere. Certe aliquo post saeculum IX tempore Vita conscripta est, cum sub ipso illius initio Eadmundus rex Anglorum nominetur († 870), et quidem eo modo, ut aliquot saltem anni decenniave a morte ipsius iam decurrisse videantur* (12). *Nec tamen post saeculum XIII confecta est; ante medium enim saeculum XIV in cognitionem Guidoni de Castris venerat et ab eo in* Sanctilogium *suum erat* F *recepta; sed et ipso saeculo XIII eandem commemoratam offendimus in codice Parisino bibl. nat. lat. 976, qui hoc saeculo exaratus est* (13). *Continet is " ordinem divini officii secundum usum monasterii Sancti Dionysii in Francia „* (14); *in quo cum ad diem 4 novembris* (15) *indicatur modus recitandi officium* S. Clari, *praescribitur ut octo primae lectiones matutinorum desumantur* de passione ipsius; *huius autem Passionis prima dumtaxat haec verba proferuntur :* Tempore quo gloriosus rex

(1) Cfr. *Catal. gén. des mss. des bibl. publ. de France*, Départements, tom. XIX. p. 227-8. — (2) *Coutances* in Normannia. Lectiones quae in breviario eiusdem ecclesiae anno 1609 excusae sunt (has subinde citat Denyaldus, v. g. *Histoire de S. Clair*, pp. 9, 25). prorsus diversae sunt, et licet brevissimae, duo addunt ab antiquis silentio praeterita : S. Clarum theologiae discendae et confessionibus excipiendis operam navasse! — (3) Vide v. g. codicem Londiniensem musaei britannici Cotton. Tiber. E.1, tom. II, fol. 101. — (4) Londinii, 1516, fol. 59. — (5) *Vitae et sententiae patrum occidentis* (Lugduni, 1625), p. 262-3. — (6) Vide infra num. 30. — (7) Diverso tamen subinde ordine partes narrationis in *C3* et in *D* sese excipiunt, ita ut manifestum sit non ex manuscripto exemplari sermonis *D* textum *C3* a Gonono esse excerptum. — (8) In capite apographi adnotavit Bollandus se illud *a P. Guilielmo Thiersault* S. I. († 1666) accepisse. — (9) Obiit anno 1659. Cfr. infra num. 33 — (10) Nisi quod in *C4* interpolatae sunt notae temporis, quibus Clarus asseritur natus esse anno 884. Quae si in ipso codice S. Clari ad Eptam legebantur et non a Iohanne de Thoulouse sunt additae, manifestum faciunt codicem illum minime fuisse antiquum. — (11) Id tum ob alias rationes, tum ideo non inutile erit, quod sic perspicere erit unde originem duxerint quaedam minuta, quae a recentioribus in narratione Vitae sancti nostri immisceri solent. — (12) Cap. 1 : *Tempore gloriosi regis Anglorum Eadmundi fuit... vir quidam...* — (13) Auctores catalogi anno 1744 editi codicem istum saeculo XIV scriptum esse asserunt, ast perperam. — (14) Cfr. eundem catalogum. — (15) Fol. 143ᵛᵒ-144; cfr. kalendarium fol. 69.

Eadmundus;

AUCTORE A. P.

A Eadmundus; *quibus etiam, si levem quandam varietatem demis, incipit Vita a nobis infra edenda* (1).

sat diu autem post saeculum IX

11. *Verum intra duos illos extremos terminos tempus aliquod certum designare, divinantis esset, cum nullus auctor antiquus hanc Vitam laudaverit, et in ipso textu vix aliquid inveniatur, quod lumen nobis affundat. Unum locum adducere valeo, qui quidem in sola recensione* V *legitur, videtur tamen ad primigeniam scriptionem omnino pertinere* (2). *Auctor nempe, commemorato miraculo, quod triennio a morte sancti elapso contigerat, recentiora sancti patroni beneficia in universum extollit, additque illa eiusmodi esse,* ut novis in dies miraculis supervenientibus, non sit opus pro manifestatione sancti Clari a n t i q u a recensere. *En sane non ita antiqui scriptoris verba et ex quibus colligere liceat tardius potius quam maturius scriptam esse hanc legendam. Asserit quidem auctor aliquis repertam esse illam a Guidone de Castris " in vetere quodam martyrologio Augusto- „ dunensi „* (3). *Sed praeter quam quod in tali re ad saeculum XIV spectante non multum fidere possumus scriptoris moderni testimonio solitario et* B *non satis definito, iterum in memoriam revocare iuvat quam libenter vocibus illis " vetus codex, „ antiquus codex „ etc... saepe abuterentur olim auctores ad designandos libros vix unum duove ante saecula exaratos* (4). *Si cui porro libuerit affirmare legendam* S. Clari *recentem habere originem, neque ante saeculum XIII esse conscriptam, probationes quidem, quibus sententiam suam tueatur, postulabimus, at ipsi nulla rationum momenta valebimus afferre, quibus eum impugnemus.*

a monacho, ut videtur, prioratus Sancti Clari

12. *Quisnam ille auctor fuerit, ubinamve scripserit, nullibi ipse docet. Haud improbabiliter tamen coniecerit quispiam requirendum eum esse inter hos monachos abbatiae Sancti Dionysii, qui in vico Sancti Clari ad Eptam, ubi prioratum eadem abbatia possidebat, vitam degebant. Quae enim in Vita cap. 8 de miraculis, quae ad sepulcrum* Clari *peragi non desinebant, studiose praedicantur, haec manifeste eo spectant, ut ad invocandum sanctum martyrem atque ad visitandas ipsius reliquias populus fidelis incitetur* (5). *Insuper antiquissimum, cuius quidem vestigium supersit, Vitae exemplum in bibliotheca abbatiae Sancti Dionysii conservabatur, illud nempe ad quod remittit Ordo divini officii* C *saeculo XIII descriptus* (6); *codice etiam eiusdem bibliothecae usus esse putandus est Guido de Castris, abbas Sandionysianus, quando Vitae recensionem quandam* Sanctilogio *suo inserendam paravit; quae recensio cum eam fortunam habuerit, ut in conficiendis plerisque compendiis, quae vidimus, sit adhibita, iure colligere possumus non multa Vitae exempla extra bibliothecam Sandionysianam esse reperta. Atque haec equidem coniectura veri est valde similis; dubitabundus autem aliam superaddo, nempe fortassis tum scriptam esse Vitam, cum in possessionem prioratus primum venerunt monachi Sancti Dionysii; quod non serius quam medio saeculo XII contigit* (7). *Certe haec maxime fuit occasio, qua et opportunum et utilissimum videretur Vitam sancti patroni scriptis mandare et in vulgus edere.*

forsan medio saeculo XII conscripta est,

magnam auctoritatem viri docti

13. *De fontibus autem, quos adierit anonymus Vitae auctor, nihil ipse nec tradit nec vel levissimis indiciis innuit. Restat ergo ut, quoad eius fieri poterit, ex ipsa narratione quadantenus statuamus quantam illa fidem faciat. Qua de re primum illud notandum utique est, quotquot de rebus, quae in hac Vita narrantur, sententiam tulerunt viri sapientiores, non ita in laudem ipsius tulisse. Sic Carolus Trigan : " Utinam „ ait* (8), *" de* S. Clari *„ gestis praesto esset narratio sincerior et quae am- „ plius aliquid nos doceret; ceteroqui nihil praebet „ ea, quae superest, quod veri sit dissimile „. Paulo severius pro ingenio suo vir acerrimi iudicii Baillet ita pronuntiavit* (9): *" Si* Clari *labores apostolicos et „ cruentum martyrium excipiamus, nihil in gestis „ eius, prout vulgo narrantur, reperies, quod veri „ videatur simile. „ Byaeus vero noster, quamquam Capgravii textum legerat, in quo tota Vitae nostrae summa exacte refertur, dolebat nullum a se, diligentissima licet facta indagine, inventum esse documentum antiquum, quo in trutinanda Clariana historia tuto niteretur* (10). E *Nec Sollerio etiam nostro probabantur " ea quae de Vulcasinensi* Claro *„ Denyaldus et alii, si non temere, saltem liberaliter „ congessisse videbantur* (11); *„ atqui Denyaldus Vitam nostram pedetentim secutus est, neque multa de suo addidit.*

non immerito abiudicarunt.

14. *Et re quidem vera scrupulum aliquem inicit quod in Vita ista nomina quaedam occurrunt, quae in reliquis fontibus historicis Normanniae nuspiam comparent; cuiusmodi sunt Odobertus abbas, abbatia Malduini, fluvius Costus. Concedimus tamen tale quidpiam non ita insolitum esse in historia tum hagiographica, tum profana. Sed magis displicet anile illud commentum cap. 7, quo* Clarus *in sanctorum cephalophororum agmine reponitur. Haec et alia quaedam minora, quae subinde non ita bene olent, parum forsan curaremus, si de aetate auctoreve Vitae illius certiores essemus facti; at quoniam hac de re non liquet, haec sola demum esse potest aestimatio nostra, Vitam istam, ut non praepropere reicienda est, ita non satis certae esse fidei. Eam tamen, quia unicum ipsa exstat documentum paulo antiquius et prolixius, quod de* S. Claro *agat, infra hunc commentarium edemus;* F *in reliquo autem commentario eatenus eam adhibebimus eiusdemque nitemur testimonio, quatenus eorum opinationes ventilabimus, qui ipsam veluti testem locupletem adhibent eiusque assertis plenam tribuunt fidem.*

§ II. Quo tempore et loco S. Clarus vixerit.

Idem videtur esse Clarus

15. *Haec igitur sunt monumenta, quae de* S. Claro *medii aevi scriptores nobis reliquerunt, pauca et omnia* (12). *Circa quae illud iam investigandum est, utrum omnia de uno eodemque* Claro *agant, ac*

(1) Cfr. initium compendii *C 1: Tempore illo quo gloriosus rex Eadmundus...* — (2) Vita Clari, cap. 8. Vix non manifestum est hoc loco in recensione *G* merum compendium eorum exhiberi, quae in *V* leguntur. — (3) Le Bon, *Histoire et vies des... saints Victor... et Clair* (1630), p. 39. — (4) Exemplo sit, quem supra commemoravimus, Robertus Denyaldus, qui anno 1633 inter fontes a se adhibitos recensebat *(Vita S. Clari*, p. 7) *antiquam legendam Anglicanam auctore Caphranio*, h. e. Capgravio († 1464). — (5) Scribit nempe auctor l. c.: *Diversis languoribus gravati cottidie ad locum sancti Clari profluunt, sanitatis beneficia reportantes... Igitur ab universis verae religionis cultoribus invocandus est beatus Clarus martyr...* — (6) Cfr. supra, num. 10. — (7) Cfr. infra, num. 32. — (8) *Hist. ecclés. de Normandie*, tom. II, p. 203. — (9) *Les Vies des Saints*, ed. 1739, tom. VII, p. 534. — (10) *Act. SS.*, Oct. tom. V, p. 518, num. 30. — (11) In editione sua Usuardi, p. 650 ad calcem. — (12) Iuvabit monere in epistula Fr. P. Dubois, data die 17 iulii 1766 (cfr. *Catal. gén. des mss. des bibl. publ. de France*, Départements, tom. X, p. 195), nihil omnino legi, quod vel levissimum habeat momentum.

proin

AUCTORE A. P.

proin utrum Clarus *ille, quem ad hanc diem 4 novembris commemorat Usuardus, non ante tempora Eadmundi regis Anglorum floruerit, sub cuius principis regimine patrem* Clari *uxorem duxisse tradit Vita mox laudata et examinata. Et sane normannicum quendam sanctum ab Usuardo nominari vel exinde colligere est, quod commemorationi ipsius praemittit ille notam topographicam* In pago Vilcasino; *cuiusmodi notis alibi locum indicare solet, in quo vixit passusve est sanctus aliquis, vel in quo praecipua celebritate colitur; iam vero alii sancti nostro cognomines alium certumque diem habent, quo honorentur* (1). *Insuper ne quem suspicio moveat, fieri potuisse, ut propter nominum similitudinem confusio quaedam exorta sit, omnino notandum est nullum* Clarum *esse, qui ultimis octobris aut primis novembris diebus colatur, praeter Vulcassinum* (2). *Vix enim in censum veniunt sive Clarus presbyter Turonensis, quem ad diem 8 novembris laudat martyrologium Romanum: siquidem ipsius cultus ecclesiasticus alibi exiguus, in Normannia nullus fuit; sive Clarus ille episcopus, de quo ad diem 5 novembris mentio fit in qui-* B *busdam libris liturgicis Parisiensibus* (3) : *is enim, ut ostendunt lectiones ad matutinum in iisdem libris descriptae, idem est cuius sollemnis memoria paene ubique die 1 iunii recolitur* (4); *idem autem errore aut casu nescio quo, probabiliter vero occasione ex ipso* Claro *nostro accepta, in non ita antiquis libris paene solius ecclesiae Parisiensis ad diem 5 novembris inscriptus est. Constat ergo* Clarum *ab Usuardo laudatum inter sanctos Normanniae esse numerandum.*

ab Usuardo commemoratus

et in Vita laudatus;

16. *Verum idemne est* Clarus *Usuardinus, idem ille cuius Vitam habemus? Non desunt quidem, qui id infitientur atque duos* Claros *Normannos distinguant, quorum alter, ab Usuardo nominatus, presbyter ille fuerit, qui S. Nicasium sepelierit ac postea martyrii palmam haud procul ab Epta flumine sit adeptus; hunc pro sua sententia de tempore, quo Gallias Nicasius adierit, vel saeculo III, vel ipso saeculo I aut ineunte II passum esse volunt. Alterum* Clarum *dicunt Anglum natione, qui tempore regis Eadmundi, nimirum saeculo IX, natus, varios illos fortunae casus tulerit, qui in Vita laudata enarrantur, et tandem ipse propter Eptam fluvium castitatis martyr gloriosus* C *occubuerit. Et sane inter duos illos solos* Claros *controversia potest exsistere, cum ne vel levissima ratio sit cur ullus alius* Clarus *Normannus praeter utrumque illum obtrudatur. Iamvero, ut id sincere fatear, validissima hac ratione moveor ne duos* Claros *distinguam, utque porro ad unum eundemque hominem et Usuardi elogium, et Vitae narrationem referam; scilicet quia* Clarus *ille, quem S. Nicasio parentasse dicunt, numquam exstitit, sed mera umbra est et persona plane commenticia.*

numquam enim exstitit

Clarus ille alter Normannus,

17. *Audio obstrepentes voce valida viros nonnullos, qui de hocce* Claro *longiuscule, fervidius-* D *cule et plerumque vehementius quam sapientius scripserunt. Sed ab his requiro, quonam tandem documento demonstrare possint sanctum illum reapse exstitisse. Unum proferunt* (5), *ex quo scilicet reliqua pauca, quae iidem in speciem " unanimis consensus " congerunt, manifeste sunt derivata. Est nempe caput ultimum Passionis S. Nicasii; in quo, narrata iam morte sancti martyris et sociorum eius, ita prosequitur auctor* (6) : Quaedam autem matrona nomine Pientia, sanctorum monitis ad fidem Christi conversa, assumpto sanctissimorum actuum viro nomine Claro (7) ex ipsorum collegio presbytero, suscepit corpora sanctorum et sepelivit ea honorifice in eodem loco.... *Quo textu utentes vel potius abutentes auctores, quorum nunc sententiam impugno, finxerunt quendam fuisse* Clarum, *idolorum antea sacerdotem, qui a S. Nicasio ad fidem Christi adductus, postea eius funus curaverit et tandem ipse martyr obierit.*

quem in Vita S. Nicasii nominatum esse

scriptores quidam

18. *Et Pommeraius quidem in narrationis huiusce confirmationem " codicem quendam manu- " scriptum " allegat* (8); *at aetatem illius codicis minime tradit, nec perspicere est utrum quae in* E *sua narratione superant textum Passionis S. Nicasii supra recitatum, ea Pommeraius in isto codice legerit, an ipse explicationis gratia addiderit. Ante Pommeraium autem alius archiepiscoporum Rotomagensium historiographus, Franciscus Farinus, cum narraret* Clarum, *non a S. Nicasio quidem, sed a S. Pientia ad fidem esse conversum, haec in margine apposuerat :* Senex quidam idolorum sacrificulus captus oculis soloque nomine Clarus, conversus est ad Deum lumenque recepit. Ex veteri codice manuscripto Rotomagensi (9). *Sed et ante Farinum Nicolaus Davanne in Vita S. Nicasii gallice composita* (10) *tradiderat se in antiquo quodam libro manuscripto legisse* (11) *S. Nicasium praeter alia miracula in Rupe Guidonis prope Eptam flumen patrata, illud etiam egisse, ut senem quendam idolorum sacerdotem a caecitate liberaret; qui postea fidem christianam amplexus esset. Quid in universum momenti insit citationibus illis, in quibus indefinite " vetus " quidam codex laudatur, superius non semel dixi. Insuper verba Davanii, Farini et Pommeraii aptam plenamque explicationem habent, si conicimus legendam quandam, saeculo XIV vel etiam* F *XV conscriptam, ipsis prae manibus fuisse, in qua narrabantur ea quae ipsi, ceteroqui non prorsus inter se concordes, referunt; certe huius legendae nullum aliud superest vestigium. Sed quicquid est, sane nequit vir historicae veritatis curiosus testimoniis illis undequaque incertis tamquam fundamento niti, et ad summum nitetur capite illo 10 Passionis S. Nicasii, de quo hic agimus.*

de Vitae istius auctoritate

19. *Iamvero caput illud nullius auctoritatis esse duae rationes evidenter demonstrant. Prima est quod nullius auctoritatis est ipsa Passio Nicasii,*

(1) Cfr. R. Denyaldus, *Vita S. Clari*, p. 9-10; U. Chevalier, *Répertoire*, col. 458-9; W. Smith et H. Wace, *Dictionary of christian Biography*, tom. I (1877), p. 547-9. — (2) Omitto in praesentiarum suppositicium Clarum quendam Hispanum, de quo infra, num. 51. — (3) Vide infra § IV, num. 41, 42. — (4) Cfr. *Act. SS.*, Iun. tom. I, p. 7-16; de eodem subinde quaedam commemorant Acta S. Severi; cfr. ibid., Nov. tom. I, p. 943 in indice. — (5) Olim inde etiam ostendere nitebantur duos distinguendos esse Claros, quod martyrologium Usuardi, in quo Clarus Vulcassinus nominatur, tempore Karoli Magni conscriptum esset (ita Denyaldus, *Vita S. Clari*, p. 11; *Histoire de S. Clair*, p. 5). Verum iam pridem nulli dubium est, quin tempore Karoli Calvi floruerit Usuardus. — (6) *Anal. Boll.*, tom. I, p. 632, num. 10. — (7) Ita corrigendum sane est verbum *Daro*, quod in editione citata legitur. Nemo nempe nescit quam saepe litterae *cl* in antiquis codicibus formam litterae *d* referant; error tamen hic fuit non tam editoris quam librarii : codices enim Namurcensis 15 (saec. XIII) et Bruxellensis 9289 (saec. XII) manifeste hoc loco *darum* habent, cum alibi litteras *cl* accurate distinguant, ut v. g. in verbo *clemens* (cap. I Passionis). — (8) *Histoire des archevesques de Roven* (1667), p. 33. — (9) [Farin], *La Normandie chrestienne* (1659), p. 48. — (10) *La vie et martyre de sainct Nigaise*, Roven, Le Lœu (s. d.), fol. 35; cfr. fol. 48vo; ed. altera (1643), p. 80-1; cfr. p. 105. — (11) Ita ille : *Un vieil liure manuscrit que nous auons veu dit...*

saeculo

multo benignius iudicantes,

saeculo XI demum conscripta et fabulam prorsus olens (1). *Scio equidem repertos esse qui opus illud antiquissimo tempore, nempe saeculo aerae nostrae II vel summum III confectum esse contenderent* (2), *et paene impie profiterentur se illud Evangelii loco in enarranda Vita S. Nicasii habituros* (3). *Sed hi rationum momenta, quibus auctores serii veram sententiam tuentur, vix dignantur attendere, ipsi vero in probationem opinationis suae nugas dumtaxat quasdam proferunt, quae solo risu sunt excipiendae. Adde quod Usuardus, qui duorum saeculorum spatio scriptori Passionis anteiverat, cum de Nicasio ad diem 11 octobris meminisset, Pientiam quidem nominavit, de Claro autem altum servavit silentium* (4); *ex quo non leve rursus contra eundem Passionis textum oritur praeiudicium.*

falsaque lectione decepti

20. *Verum his omissis, etiamsi auctoritas summa, quae a quibusdam huic Vitae — summa quidem iniuria — adscribitur, ipsi concedenda esset, nullatenus inde proficerent auctores, quos hic impugnamus. Textus enim supra citatus minime genuinus est. Collatis nempe inter se codicibus* B *bene multis, qui nobis Passionem Nicasii servarunt, ilico apparet haec esse authentica scriptoris verba :* Quaedam autem matrona nomine Pientia, sanctorum monitis ad fidem conversa, assumptis sanctissimis viris claris actibus et nominibus et ex ipsorum collegio presbytero, suscepit corpora sanctorum... *Ita codex Parisinus bibl. nat. lat. 15436 (saec. XI); ita plerique alii codices, in primis Ebroicensis 101 (saec. XII), nisi quod isti post vocem* nominibus *omittunt* et, *ac pro singulari* presbytero *pluralem formam, nimirum* presbyteris, *exhibent. Sensus autem aptus est et apertus : Pientiae nempe in pio opere patrando opem tulisse viros quosdam, quorum vita religiose acta et fama illustris esset* (5); *inter hos autem adfuisse presbyterum quendam vel quosdam presbyteros, qui antea se S. Nicasio socios adiunxerant. At luculentum contextum sollicitarunt postea scioli quidam et ad sua commenta suo quisque modo detorserunt. Sic praeter lectionem ex codicibus Namurcensi et Bruxellensi antea allatam, in codice Rotomagensi Y. 41, qui " Liber niger " dicitur, erasa sunt quaedam verba et supra rasuram ita scriptum :* assumpto sanctissimis actibus viro nomine Claro C ex ipsorum...; *in codice autem Ultraiectino, cuius apographum nactus erat Byaeus, sic contractus erat textus :* Quaedam autem matrona nomine Pientia cum Claro presbytero ex ipsorum sanctorum collegio... (6). *Qua mutatione semel inducta, placuit aliis labili fundamento superstruere historiam sacerdotis illius pagani a S. Nicasio vel a S. Pientia, prout singulis libebat, ad christianam fidem adducti. Ecce, nisi omnia me fallunt,* Clari *istius S. Nicasio coaetanei spuriam fabulosamque originem!*

perperam autumarunt.

Nostrae de unico Claro *sententiae*

21. *Unus porro restat* Clarus *Normannus, cui Usuardinam annuntiationem applicemus, eremita nempe ille ex Anglia in Normanniam profugus, cuius Vitam non semel laudavimus. Sane ut* Clarum *suum* in pago Vilcasino *sive mortuum, sive honoratum praedicat Usuardus, ita secundum Vitae testimonium prope ripam Eptae, qui fluviolus totum Vulcassinum pagum praeterlabitur,* Clarus *et occubuit, et pio cultu a fidelibus celebratus est. Item ut* Clarum *ad diem 4 novembris recenset Usuardus, ita eadem die* Clarum *eremitam passum esse Vita docet cap. 7. Graves igitur et tantum non decretoriae rationes adsunt, cur duos illos* Claros *in unam eandemque personam componamus. Non negandum tamen est, quominus huic conclusioni tuto acquiescamus, obstare nonnullos difficultates haud spernendas. Et primo quidem Usuardus* Clarum *presbyteri appellatione cohonestat, Vita autem non solum de ipsius presbyteratu prorsus tacet, sed et illum videtur excludere, cum haec cap. 4 referat :* Cum beatus Clarus... die dominica basilicam sancti Pauli peteret, ibidem, ut sanctis hominibus moris esse solet, corpus et sanguinem Domini a c c e p t u r u s, accidit ut... *Tunc igitur, si auctorem Vitae sequimur,* Clarus *iam ex Anglia in Gallias transgressus, sacerdotio initiatus non erat; atqui duobus circiter annis supervixit* (7), E *neque uspiam refert auctor eum postea sacerdotem factum esse; quod certe memoratu erat dignissimum.*

AUCTORE A. P.

non officiunt dubia quaedam

quae, collatis simul Usuardo et Vita anonyma,

de sacerdotio sancti nostri

22. *Haec equidem vera sunt, verum aptam satis habent explicationem, ut minime necesse sit propterea duos* Claros *comminisci. Fac enim vel Usuardum male edoctum hac in re errasse, vel anonymum Vitae auctorem aliquid omisisse ex ignorantia; alterutram hypothesin si recipias, — quarum utraque probabilis certe est, utra autem probabilior sit, non est unde definiamus, — tollitur ilico tota difficultas. Quin ex isto duorum fontium nostrorum discrimine non leve referimus commodum. In mentem enim venire poterat in* S. Claro *factum esse, quod alias non raro accidit, ut posterioris aetatis auctor, cum nomen alicuius sancti ceteroqui plane incogniti in martyrologiis aliisve libris liturgicis inscriptum legeret vel ab incolis eius reliquias honorantibus pronuntiatum audiret, ipsius legendam in gratiam horum incolarum, huiusmodi rerum oppido cupidorum, proprio marte confecisset, sive traditiones quasdam populares colligendo, sive historiam aliquam mere fingendo, sive Acta alterius sancti in sanctum illum transferendo. Talis* F *autem suspicio tum maxime se ingerere solet, cum agitur de sancto quodam Felice seu Beato, Victore seu Nicasio, Romano seu Quirino, Peregrino seu Barbaro, Benigno seu Bonifatio,* Claro *seu Honorato et aliis huiusmodi; haec siquidem nomina communia sunt, et aliquando ideo dumtaxat facta sunt quibusdam personis determinatis propria, quia, cum verum ipsarum nomen ignoraretur, postquam miracula ad eorum sepulcra vel reliquias patrata erant, placuit fidelibus ipsos honorifica quadam appellatione designare. Iam vero id in* Claro *nostro locum habuisse, quamvis nomen illud hominis, ut dicitur, Angli non sane peregri-*

(1) Cfr. Rivet, *Hist. litt. de la France*, tom. VI, p. 420; *Act. SS.*, Oct. tom. V, p. 511-6; num. 6-16. — (2) L. L. Goubert, *Dissertation sur S. Nigaise*, pp. 94, 96-104, 107, etc. — (3) Ibid., p. 108; cfr. p. 95 etc... Opus illud, autographice tantummodo editum (Paris, 1867, in-8°. pp. 560) et quo aliud insulsius aegre quis sibi fingere potest, eodem silentio decebat occultare, quo aliorum auctorum eiusdem farinae scripta, utpote qui a scientia historica toto caelo alieni sunt, praeterimus. Ideo tamen illud commemoravimus, tum quia comperimus viros quosdam ceteroqui non indoctos non omnem illi denegare auctoritatem, tum quia, cum rara sint illius exemplaria, iuvabit monuisse nihil in ipso repertum iri, quod quoquo modo historicis studiis utile sit, ac proin posse illud prorsus tuto neglegi. — (4) Edit. Sollerii, p. 592. — (5) " Vir actibus et nomine clarus " formula est hagiographis haud insueta, quae minime de his solis adhiberi consuevit, qui Clarus nomen haberent. Sic v. g. Liuthardus praepositus in narratione sua de translatione S. Iusti, Iustum illum vocat *vita et nomine clarum* (*MG.*, Scr. tom. XV, p. 567; *Act. SS.*, Oct. tom. VIII, p. 334, num. 51). — (6) Cfr. *Act. SS.*, Oct. tom. V, p. 516, num. 23. — (7) Cfr. Vitae cap. 5.

AUCTORE A. P.

num sonet, affirmare non ausim. Certum illud ex supradictis videtur, non ex Usuardi martyrologio occasionem accepisse auctorem anonymum, ut Vitam conscriberet; presbyteratus enim, quo sanctus in martyrologio auctus dicitur, certe meminisset. Sic igitur potius factum esse crediderim, scilicet ut Usuardus a viro nescio quo audiverit coli apud Vulcassinos Clarum *quendam, qui presbyter et martyr fuisse ferebatur; postea autem auctor Vitae, qui Usuardum non legerat, ea quae populares de eodem sancto deque honoribus ei collatis a maioribus accepta narrabant, ipse in scriptis rettulerit nobisque servaverit. Haec ut in re obscura.*

vel de eius aetate

23. *Verum hoc nodo haud aegre, ut videtur, expedito, alius occurrit ad solvendum difficilior. In memoriam nempe iam revocavimus ante finem anni 875 compositum esse martyrologium Usuardi, qui ceteroqui extremo anno 877 in vivis non amplius erat. “ At vero inquiet „ post Byaeum nostrum* (1) *“ nonnemo :* S. Clarus *in suo apud „ Capgravium elogio „ — atque etiam in Vita nostra anonyma, cuius Capgravius accuratum compendium exhibet, — “ sub Eadmundo Anglo- „ rum rege natus traditur; cumque ex tribus huius „ nominis regibus, qui Anglis dominati sunt, „ senior anno 855 regnare inceperit, consectarium „ est ut* Clarus *eremita a Capgravio laudatus certe „ ante annum 855 natus non sit, utque proinde „ anno 875 non plures quam viginti aetatis suae „ annos numerarit. „ Quod si sic habet, ita pergit Byaeus, “ quis credat eum iam inde ab anno illo „ sacerdotem exstitisse atque ut talem ab Usuardo „ ad IV novembris diem annuntiari. Id sane cre- „ ditu est admodum difficile* (2) *„. Quin etiamsi sacerdotem non fuisse* Clarum *ex silentio Vitae colligere vellemus, non tamen ideo meliore loco res esset. Eiusdem siquidem Vitae cap. 8 edocemur nonnisi* tribus annis transactis ab eius passione *coepisse sanctum martyrem populis innotescere; aegre autem in adulescentem, qui secundum verissimam Byaei computationem vix decimum septimum annum, cum moreretur, egisset, omnia ea, quae in Vita narrantur, cadere potuissent; insuper non valde probabile est, si tam recentis martyris notitia ad Usuardum pervenisset, qui haud procul a pago Vulcassino vivebat, futurum fuisse ut ieiuno dumtaxat illo, quod protulimus, elogio gloriosum Christi testem celebrasset.*

ultro oriuntur;

24. *Difficultatem hanc non sensit vir alibi cautior Carolus Trigan, quippe qui errore nescio quo implicitus putaverit Eadmundum seniorem ab anno 841 ad annum 846 regnasse* (3). *Perperam utique, cum de tempore suscepti ab Eadmundo regiminis ne leve quidem subsit dubium, certumque sit illum ab anno 855 ad annum 870 imperasse. Credo Triganium oscitantia quadam prae mente habuisse non Eadmundum illum seniorem regem Saxonum orientalium, sed cognominem regem Saxonum occidentalium, qui quidem integro post saeculo, annis nempe 941 ad 946, regnum obtinuit* (4). *Sed non tantum nobis negotii erit, ut ab illa nos difficultate expediamus. Quoniam enim Vitam* Clari *anonymam vidimus non praecipuae cuiusdam esse antiquitatis et auctoritatis, non absurdum certe erit rerum quidem in ea narratarum summam recipere, utpote quarum memoriam populorum traditio satis fideliter in universum conservare potuerit, reicere autem notas illas chronicas, in quibus, quia sunt magis particulares, saepe in adiunctis huiusmodi errorem irrepsisse vel legendistarum phantasiam libere versatam esse nemo nescit* (5).

quae tamen quadantenus solvi possunt;

25. *Non repugnaverim tamen si quis contendat auctorem anonymum in assignandis temporum notis aliquatenus quidem, non tamen omnino errasse. Fingamus enim* S. Clarum *regnante Eadmundo seniore et vixisse, et passum esse, quamvis aliquot ante annis natus esset, quam in regni potestatem venerit Eadmundus. Quid factu facilius fuit quam ut auctor sat multos post annos manum operi admovens, et haec tempora paulum permiscuerit, et ad ipsam sancti nativitatem rettulerit id quod de illius vita vel de sola etiam morte erat dicendum. Cuius rei alterum exemplum huic persimile afferre non pigebit. Odulfi Staverensis presbyteri, qui medio saeculo IX mortuus est, Vitam habemus saeculo X exeunte vel ineunte XI confectam ab auctore anonymo, qui ex vulgari traditione ea quae narrat, accepisse videtur* (6); *sic autem narrationem exorditur :* Tempore Ludhowici piissimi augusti erat quidam vir venerabilis... nomine Bodgis, de quo, Deo praedestinante, procreatus est filius nomine Odulfus. Qui mox cum sacratissima baptismatis unda enascitur... (7). *Credet utique, qui haec legerit, Odulfum post annum 814 natum esse, quo anno imperii habenas suscepit Ludovicus Pius. Verum ita non est; paulo post enim refert idem auctor poscenti S. Friderico Traiectensi, ut Odulfus Fresones in fide erudire pergeret, renisum esse illum et asseruisse* aetate se fore *(= esse)* provectum et prorsus imbecillem ad id ministerium (8). *Atqui inter annos 835 et 841 obiit Fridericus* (9), *quo tempore aut minus aut certe non amplius viginti et septem annos natus esset Odulfus. Si ergo in laxiorem quandam interpretationem detorquendus est locus ex cap. 1 Vitae Odulfi supra repraesentatus, quid obstat quominus eodem modo textum Vitae* Clari *explicemus, quem ceteroqui non diffitemur esse paulo magis disertum?*

neque obstat Cyrinus ille Clari *famulus*

26. *Locus postulare videtur ut de Cyrino illo, quem Vita infra edenda testatur* S. Claro *famulatum esse eidemque demortuo parentasse, pauca subiciamus. Fuerunt nempe qui ipsum ex legenda S. Nicasii in historiam S. Clari incaute translatum autumarent* (10); *sancto nempe Nicasio socius in itinere et in martyrio fuit Quirinus quidam, qui tum in Passione Nicasii, tum in martyrologio Usuardi simul cum illo nominatur. Quibus assentiri dubitamus; sed neque, quod ad rem praesentem propius attinet, iis adstipulamur, qui, si duos Quirinos Cyrinosve — unum enim idemque hoc nomen esse constat — alterum scilicet tempore Nicasii, alterum tempore* Clari *nostri, exstitisse concedimus, ilico duos etiam* Claros *recipiendos esse affirmant. Ultro utique fateor minoris auctoritatis esse Vitam* Clari, *quam ut ex eius solo testi-*

(1) *Act. SS.*, Oct. tom. V, p. 517, num. 28. — (2) Ibid., num. 28, 29. — (3) *Hist. ecclés. de Normandie*, tom. II, p. 201. Errantem Triganium imprudenter secutus est ultimus sancti nostri laudator, reverendus vir Legros, *Vie de saint Clair* (1884), p. 44. — (4) Videtur quidem ille iam anno 940 solium conscendisse; at sunt auctores etiam antiqui, qui initium regni ipsius ad annum 941 referant; quod ad praesentem rem sufficit. — (5) Fortassis libuit auctori Vitae, cum nomen regis Angliae, sub quo vixerat Clarus, ignoraret, sanctum regem Eadmundum nominare, qui fama celebris erat; quem ad modum in Vitis sanctorum aetatis merovingicae recentiore tempore conscriptis saepissime, ubi rex quidam Francorum nominandus est, Childebertus nominari solet. — (6) Cfr. O. Holder-Egger in *MG.*, Scr. tom. XV, p. 356. — (7) Ibid., l. c., cap. 1; cfr. *Act. SS.*, Iun. tom. II, p. 593, num. 2. — (8) *MG.*, l. c., p. 357, cap. 4; *Act. SS.*, l. c., p. 594, num. 7. — (9) Cfr. O. Holder-Egger, l. c., p. 353, not. 3. — (10) Trigan, op. cit., tom. II, p. 204.

monio

in Vita anonyma laudatus.

monio asseveranter contendi possit, reapse exstitisse illum Clari *famulum, quem in nullo alio documento commemoratum offendimus. Verum negamus etiam sufficere hanc nominum similitudinem, quae hunc inter et Nicasii adiutorem interest, ut propter hanc solam necesse sit ea quae de Cyrino Vulcassino Vita nostra profert, inter fabulas amandare. Nihil enim praeter ipsum nomen utrique Quirino seu Cyrino commune est. Alter nempe socius exstitisse dicitur S. Nicasii atque cum illo et cum S. Scubiculo cruenta morte interiisse; quorum funus procuravit Pientia matrona; illi vero in hoc obeundo pio munere adstitisse Clarum quendam, prava est lectio codicum recentiorum* (1). *Contra in Vita* Clari *ne nomen quidem Nicasii comparet, neque ulla res narratur, quae e Nicasiana legenda derivata sit* (2); *Cyrinus vero non funeris obsequia a* Claro *recipit, sed ipse* Claro *eadem praestitit. In martyrologio autem Usuardi, ubi de S. Quirino sermo est* (3), *non nominatur* Clarus; *ubi de* Claro, *non Quirinus. Ne multis, plane diversa et inter se aliena sunt quae tum de Quirino Nicasii socio,* B *tum de Cyrino* Clari *famulo in documentis antiquissimis leguntur* (4).

Verum quia in obscuro versamur.

27. *Sic autem, licet nequaquam putem omnia ad liquidum esse redacta, eo tandem deducti sumus ut, remotis modo saltem non inepto difficultatibus, probabiliter assentiri possimus iis, qui* Clarum *Usuardinum eundem esse affirmant, cuius Vita anonyma ad nos usque pervenerit. Non me praeterit, si qui hunc commentarium legerint, futurum esse ut me nimiae diligentiae quidam insimulent, quatenus plus aequo laboraverim in rebus ventilandis et probandis, quae alii tamquam firma fixaque habent, vel diutius inhaeserim examinandis documentis, quae alii minime tanta cum cura examinanda esse putant, utpote quorum non satis certa fides aut saltem obscurum sit testimonium. Parcant utrique, qui sic extreme opposita senserint, si mediam viam ingressus pro instituto nostro conatus sum ex paucis, quae supersunt, documentis antiquis, ad veriorem, quoad fieri potuit, celebratissimi sancti cognitionem niti.*

de aetate qua S. Clarus *vixerit,*

28. *Porro ex praeiactis iam colligendum est, quid circa tempus, quo sanctus noster vixerit, definiri possit. Paucis id sententiis complecti liceat :* a) *Falsum est* S. Clarum *inter socios S. Nicasii exstitisse,* C *ac proinde* (5) *saeculo III floruisse* (6); b) *improbabiliter omnino affirmant Wilson et Dempsterus* (7), *eundem saeculo VII vixisse, cum nulla sint monumenta, quae id tradant, neque ulla suadeat ratio.* c) *Aliquanto maiorem veri speciem habet coniectura Renati Toustain de Billy* (8), *qui* Clarum *inter martyres saeculi VIII computat, quamquam fatendum est desiderari testimonia, quibus haec coniectura fulciatur.* d) *Plerique tandem, quotquot nempe Vitam anonymam hac in re sequuntur, in assignando saeculo IX consentiunt; quin etiam non desunt, quibus libeat ipsum annum emortualem sancti indicare, nimirum vel annum 884 vel 894; his autem diligentioribus computatoribus assentiri minime possumus : vel enim idem est* Clarus *ab Usuardo, idem* Clarus *in Vita laudatus, vel duo illi sunt sancti diversi; si primum verum est, manifesto errore detinentur qui annum 884 vel 894 propugnant; si alterum, peto cur hos annos potius quam quoslibet alios designent; nec habebunt certe quod respondeant.* e) *Eodem dilemmate iidem perstringerentur, qui* Clarum *posteriore etiam tempore natum esse contenderent, nempe sub recentioribus regibus Anglorum Eadmundis, qui saeculo X medio et XI ineunte regnaverunt.* f) *Nobis equidem non improbabile, ut diximus, videtur* Clarum *sub Eadmundo seniore (855-870) non quidem natum esse, sed vixisse, ita ut aliquanto tempore ante annum 875 martyrium fecerit. Quoniam tamen haec ipsa sententia neque firmis testimoniis nititur et nonnullas offendit difficultates* (9), *ideo in initio huius commentarii maluimus adnotare incertum esse tempus, quo* S. Clarus *floruerit.* E

AUCTORE A. P.

certam sententiam proponere nolumus.

§ III. De rebus a S. Claro gestis, deque recentioribus eius Vitae scriptoribus.

Ea quae in Vita anonyma leguntur,

29. *Hic licebit nobis esse perbrevibus. Nihil enim prorsus de rebus a* S. Claro *gestis proferre habemus praeter ea quae in Vita mox edenda leguntur. Recentiores utique auctores, quibus haec pauca non faciebant satis, ea, ut moris est, multis ad ornatum additis amplificaverunt. Sic, ut quaedam recenseam,* Clarum *regis filium dixerunt, eius studia theologica enarrarunt, et cum ipsum sacerdotio auctum esse autumarent, eum a Sigenando Constantiensi episcopo ordinatum esse asseverarunt. Iidem itinera sancti in Gallia et Normannia descripserunt, singulaque loca, quae viator adiisset, sunt persecuti. Alia his similia omitto, quae quia nullo vel prorsus exiguo fundamento nituntur, digna non sunt in quibus immoremur diutius. Sed lectorum utilitati magis me serviturum esse credo,* F *si praecipuorum auctorum, qui post medii aevi tempora de sancto nostro paulo uberius scripserunt, elenchum proposuero. Sunt nempe hi.*

additis ex ingenio quibusdam narratiunculis,

recentiores auctores in vulgus ediderunt.

30. Nicolaus Denuse, De b. Claro martyre. Ser(mo), *in volumine cui titulus est :* Sermones... de Christo eiusque gerula matre simulque sanctorum et sanctarum... ardua... certamina pingentes *(Rotomagi, 1507), fol. CCCXI^{ro}-III^{ro}* (10).

(1) Vide supra, num. 20. — (2) Ut talis sane haberi non debet „ cephalophoria „ quae tum de Nicasio eiusque sociis, tum de Claro in utrorumque Actis narratur. Haec enim trita historiuncula est, quae Sandionysianis monachis praesertim notissima erat; iamvero auctorem Vitae Clari inter hos monachos requirendum esse probabile est (vide supra, num. 12). — (3) Ad d. 11 oct., in ed. Sollerii, p. 592. — (4) Quaedam alia quae ad S. Cyrinum pertinent, opportuniore loco infra proferemus inter annotata ad c. 7 Vitae. — (5) Nullus enim iam est vir veritatis historicae curiosus, qui Nicasium inter „ apostolicos „ illos episcopos recenseat, qui saeculo I in Gallias missi dicuntur. Praeterquam quod obscura valde est ipsius historia. — (6) Admirationem movet Parker, *Kalendar of the english Church*, p. 205, ubi de S. Claro eadem prorsus narrat, quae in Vita saepe laudata referuntur, eum tamen asserit saeculo III passum esse. — (7) Cfr. *Act. SS.*, Oct. tom. V, p. 518, num. 29, 30. — (8) *Histoire ecclés. du dioc. de Coutances*, tom. I, p. 61-2. — (9) Cfr. etiam Trigan, op. cit., tom. II, p. 104-5; Toustain de Billy, l. c. — (10) Rarissimum volumen, quod novisse non videtur Frère, *Manuel du bibliographe normand*, tom. I, p. 338-9, quodque frustra in publicis bibliothecis quaesiveram, Rotomagi in egregia bibliotheca v. cl. Caroli Lormier invenit vir doctissimus et de opere nostro non semel bene meritus R. D. E. Sauvage, canonicus Rotomagensis; quem optimum amicum insperata morte nuper ereptum dolemus. Idem pro sua humanitate apographum Sermonis in usus nostros confecit et nobiscum communicavit; nec defuisse operae pretium supra, num. 8, ostendimus. Dividitur Sermo ille in partes tres sive, quemadmodum loquitur Nicolaus, in *tres considerationes principales*, quae appositis in cuiusque initio litteris grandioribus inter se distinguuntur. Hanc partitionem respexisse videtur Arturus du Monstier, cum in sua *Neustria sancta* (cod. Parisinus, bibl. nat. lat. 10051; de Claro agitur fol. 319-20; cfr. fol. 192, item fol. 164), fol. 319, inter fontes suos recenset : *Nicolaus* Recueil

AUCTORE A. P.

Recueil de la vie et légende de M. saint Cler. *Rouen, s. d., in-8°, 8 pp.*

L(E) B(ON), Histoire et vies des glorieux St Victor de Marseille et St Clair-sur-Epte, martyrs, extraites des anciens manuscrits de l'abbaye St-Victor lez-Paris. *Paris, 1630, in-8°, 39 pp.*

ROBERTUS DENYALDUS, Vita Sti Clari in pago Vvlcasino monachi, presbyteri, et martyris. *Parisiis, 1633, in-4°, 24 pp.*

— — Officivm ecclesiasticvm Sti Clari apvd pagvm Vvlcasinum martyris. *Parisiis, 1633, in-4°, 48 pp.*

— — La vie de saint Clair sur Epte hermite, prestre et martyr au pays du Vexin, Diocese de Roüen. Traduite du latin en françois. Par R. Denyav, prestre, doyen et recteur de la ville et parroisse de Gisors. A Rouen chez Raphaël Malassis, au Portail des Libraires. M.DC.XLIIII. Avec approbation, *in-32°, 44 pp.* (1).

Exhibet hic libellus liberiorem quandam versionem gallicam Vitae S. Clari *anno 1633 vulgatae. Praemissa est (fol. 3-7) prolixa praefatio ad clerum et monachos monialesve Gisortianos;* B *subiecta autem sunt (fol. 34-41, 42-44) textus actorum authenticorum visitationis a Iohanne Leslaeo anno 1586 factae (de hac infra, num. 32), tum Vitae infra edendae compendium gallicum, quod sic inscribitur :* Coppie de ce qui est escrit contre la paroy de la chapelle de sainct Clair, à Gisors. *In hoc compendio nihil legitur memoratu dignum*

— — L'histoire de sainct Clair, et les questions clarianes, historiques et morales, meslees de belles curiositez et de rares antiquitez. Par Robert Denyav prestre curé de Gisors. A Roven chez Raphaël Malassis au Portail des Libraires, M.DC.XLV.

— — L'histoire de la vie, martyre et miracles de S. Clair, prestre et hermite au pays du Vexin, diocese de Roüen. Par Robert Denyav, prestre, doyen, et recteur de la ville et paroisse de Gisors. A Roven chez Raphaël Malassis, tenant sa boutique au Portail des Libraires. M.DC.XLVI. Avec approbation (2).

Rarissimo volumini in-8°, quod in sola bibliotheca publica Rotomagensi repperimus, praemittitur duplex ille titulus in singulis foliis excusus (3); *sequuntur folia 7 (signata* A2 *etc...), tum pagellae* C *151. Coniecerat b. m. E. Sauvage non omnino duas huius libri vulgatas esse editiones, sed, cum nondum distracta essent omnia exemplaria anno 1645 excusa, bibliopolam mutato titulo, anno sequente novam facie tenus editionem confecisse. Attamen crediderim potius aliter res actas esse : priorem nempe titulum tunc excusum esse, quando opus suum praelo submittere coeperat Denyaldus; postea vero auctorem, cum, mutato quapiam ex causa consilio,* Quaestiones Clarianas *typis mandare iam nollet vel non posset, alterum titulum, utpote iam veriorem, priori substituisse. Certe volumen nostrum in media pagina 151 consistit, apposito verbo* FIN; *vacat autem pagella sequens, neque ullum indicium est umquam editas esse* Quaestiones Clarianas, *ad quas in corpore libri saepe remittit Denyaldus* (4). *Praesens autem opus nihil aliud exhibet quam ampliorem verbosioremque narrationem ipsarum rerum, quas in* Vita *latina anno 1633 edita auctor protulerat. Opus illud sive gallice, sive certe latine* (5) *ante scriptum erat, quam prodiit* Vita *ista latina brevior; in hac siquidem saepe lectorem remittit Denyaldus tum ad* Historiam Clarianam *quam " longius opus „ suum vocat et ex qua " praesentem Vitam contractam esse „ dicit* (6), *tunc ad* Quaestiones Clarianas, *quas etiam* Commentarium *appellat* (7). D

JACQUES BOIREAU, La vie de Saint Clair, religievx, prestre et martyr... *Paris, 1656, in-12°, 296 pp.*

Vie de Saint Clair, prêtre et martyr. *Cherbourg, 1828, in-16°, 60 pp.*

LE GROS, Vie de Saint Clair, prêtre et martyr. *Saint-Clair-sur-Epte, 2e éd. 1884, in-16°, 130 pp. Editio prima, quam non vidimus, typis excusa est anno 1883.*

VASSEUR, Saint Clair, apôtre de la ville de Gournay, *in* Semaine religieuse de Rouen, *8 mars 1884.* E

§ IV. De gloria postuma S. Clari.

Reliquiae sancti martyris

31. *Ut a reliquiis divi martyris sumamus initium, imprimis commemoranda venit illarum inventio et elevatio, quae tertio post mortem anno facta cap. 8 Vitae enarratur. " Hanc corporis „ sacri elevationem „ inquit Denyaldus* (8), *" acta „ antiqua et martyrologia cum prisca ecclesiae „ Clarianae traditione ad 17 iulii referunt, breviariis dumtaxat Fiscanensi, Constantiensi et „ Molano ad sequentem 18 revocantibus; quem „ posteriorem observat Parisiensis devotio in eccle- „ sia Sancti Victoris suburbana, quo frequens po- „ pulus decima octava convenire solet „. Quaenam sint illa Acta antiqua, quae appellat Denyaldus, ne suspicari quidem valeo; neque ei consentire possum, cum asserit in plerisque monumentis liturgicis Clarum die 17, in paucis die 18 annuntiari. Contra enim esse mox videbimus* (9). *Porro verius* F *dixerit auctor lectionum ad matutinum, quae olim die 18 iulii recitandae praescribebantur in Proprio sanctorum ad usum monasterii Parisiensis Sancti Victoris. Is nempe ita scripsit lectione V* (10) :

paulo post mortem ipsius sollemniter elevatae,

Huius (11) prima e tumulo elevatio sub nomine translationis in tota diocesi Constantina (12), ubi quam plurimae eius nominis stant ecclesiae, et in ceteris fere per Galliam ecclesiis die XVIII iulii celebratur, praesertim vero Parisiis in basilica S. Victoris... *Sed, utcumque res est, certe aptam explicationem habet festum illud* S. Clari *die 17 vel 18 iulii celebratum, si reapse alteruter dies fuit, quo pridem elevatum est sacrum corpus et primum honoribus ecclesiasticis ornatum; unde perperam*

Dionysius serm. 1, 2 et 3 de S. Claro (cfr. etiam ibid., fol. 192, num. 4). Etenim praeter hunc tripartitum sermonem, nulla alia neque in volumine laudato, neque in ceteris, quod sciam, Nicolai operibus, reperitur oratio de S. Claro. — (1) Unicum exemplar voluminis istius cognosco, quod in bibliotheca v. cl. Eduardi Pelay Rotomagensis servatur. Is pro sua humanitate pretiosum libellum ad nos huc evolvendum misit. — (2) In parte versa prioris tituli exstat imago S. Clari, caput manibus gerentis. — (3) Tres praecedentes titulos ideo integros descripsimus, quia in repertoriis bibliographicis neque duos priores uspiam prolatos, neque ipsos libellos exacte descriptos invenimus. — (4) Pag. 3, 4, 5, 7, 24, etc. — (5) Cfr. *Histoire...* in praefatione, ubi auctor testatur se hoc ipsum opus prius quidem latine scripsisse, dein in linguam gallicam vertisse. — (6) *Vita*, pp. 4, 7, 19, 24, cfr. *Officium*, pp. 3, 6, 11. — (7) *Vita*, pp. 7, 9, 19; cfr. *Officium*, p. 3. — (8) *Vita*, p. 22-3; Arturus du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 192. — (9) Infra, num. 43. — (10) In cod. Parisino, bibl. nat. lat. 14453, saec. XVII, fol. 147vo. — (11) Designat quidem illo verbo supposititium istum Clarum, quem S. Nicasii socium fuisse quidam commenti sunt; sed sanctum nostrum sub hac persona a Victorinis honoratum esse, manifestum est. — (12) *Coutances.*

ad

A *ad confirmandam suam sententiam, qua duos fuisse Claros Vulcassinos contendunt, inde argumentum ducunt auctores nonnulli, quod tum die 18 (vel 17) iulii, tum die 4 (vel 5) novembris Clarus quidam in libris liturgicis annuntiatur; probabilissimum enim est unum eundemque Clarum nostrum hac die mortem obiisse, illa esse elevatum.*

in vico Sancti Clari ad Eptam,

32. *Porro in isto loco, in quo sacrum martyris corpus statim a morte sepultum ac postea sollemniter elevatum erat, cum fideles pretiosas reliquias pio cultu prosequi non desinerent, exstructa est ecclesia atque fundatus benedictini ordinis prioratus, qui diuturno tempore ad celeberrimum monasterium Sancti Dionysii in Francia pertinuit. Superest adhuc antiquioris illius templi pars quaedam, quae iam est hodiernarum ecclesiae aedium navis minor, ut cum modernis loquar, ad septentrionem spectans; quam partem ex genere seu stilo fabricae saeculo IX vel etiam VIII constructam esse asserunt seu potius coniciunt* (1). *Navis autem maior seu media saeculo XII aedificata esse dicitur* (2), *minor autem altera, quae nempe a latere meridionali consistit, circa annum 1500 perfecta est* (3). *Prioratus* B *autem fundandi quo tempore initium factum sit, nescimus* (4); *certum id dumtaxat videtur medio saeculo XII monachos abbatiae Sancti Dionysii in vico Sancti Clari ad Eptam iam constitisse* (5). *Ipsis nimirum commissa erat sacrarum divi patroni reliquiarum custodia; quas anno 1410 Philippus de Villette, abbas Dionysianus, transtulit in capsam auratam, quam sumptibus suis Folquembergus, ipsius loci prior, fieri fecerat* (6). *Quieverunt ibidem sancti reliquiae, a monachis atque piis fidelibus honoratae. Narrant quidam easdem post medium saeculum XVI prudenter in loco tutiore occultatas esse, ut a sacrilegis Calvinistarum tentaminibus praeservarentur; verum* anno 1586, sedatis Calvinisticae in sacras reliquias impietatis turbinibus, ossa beatissimi martyris sub altari capellae sanctae Margaretae, quo absconsa fuerant, in celebri eiusdem sancti ad Eptam ecclesia XV februarii reperta esse et in capsa argentea ad fornicem basilicae suspensa usque modo populis colenda exhiberi. *Ita lectio quinta officii* S. Clari *in Proprio abbatiae Sancti Victoris saeculo XVII exarati* (7). *Verum haec falsa esse, documentum ipso anno 1586 editum ostendit. Cum nempe Iohan-* C *nes Lesley, episcopus Rossensis* (8), *qui ill. archiepiscopi Rotomagensis Caroli II, cardinalis Borbonici, vicarius erat in spiritualibus, hoc anno diebus 15 et 16 februarii* (9) *vicum Sancti Clari ad Eptam adiisset, ibique reliquias sanctorum in parochiali ecclesia servatas visitasset et recognovisset, altaria consecrasset, aliaque huiusmodi pontificalia officia peregisset, litteras authenticas edidit, quibus rerum gestarum seriem narraret atque testaretur* (10). *In his autem legimus reliquias* S. Clari *magnam saltem partem* (11), *in illa ecclesia iam pridem servari, coli et a convenientibus undique populis frequentari; alias autem reliquias, nimirum S. Cyrini, qui Claro famulus exstitisse fertur, in altari S. Margaretae olim absconsas, anno 1585 repertas esse atque a Iohanne Leslaeo die 15 februarii anno 1586 sollemniter recognitas.*

in quo fundatus est prioratus benedictinus,

pie asservatae sunt.

AUCTORE A. P.

Earundem particulas

33. *In saepius iam nominata Sancti Victoris Parisiensis basilica praecipuo etiam quodam cultu* S. Clarus *honorabatur, et, ut testatur Proprium illius ecclesiae* (12), per octo dies a concurrente plebe sacrarum reliquiarum eius portio colebatur (13) et contra morbos oculorum non sine magnis divinae potentiae signis invocabatur (13). *Quandonam has reliquias acceperint coenobitae Victorini, quidque in earum honorem praestiterint, edocet nos iam laudatus Iohannes de Thoulouse, eiusdem abbatiae prior vicarius perpetuus († 1659) in suis* Antiquitatibus regalis abbatiae Sancti Victoris Parisiensis; *in quo libro haec narrat* (14) : Servantur praeterea in ecclesia nostra... duo fragmenta S. Clari martyris ad Eptam fluvium, primum ex parte capitis de supercilio in formam oculi reclusum (15), aliud de ipsomet sancto in figura argen- E tea sanctam ipsius iconem exprimente; quae duo nobis data fuere beneficio illustrissimi domini Caroli Borbonii archiepiscopi Rothomagensis anno 1602, cum iam dudum apud nos vigeret eiusdem sancti memoria et plebs Parisiensis, mutata veteri devotione sancti Leodegarii, secreto instinctu et communi impulsu, ut a maioribus didicimus, ecclesiam nostram 18ª iulii a multis retro annis frequentare coeperit; pro qua religiose fovenda obtinuimus anno praetacto reliquias ipsas dicti sancti Clari martyris in ecclesiam nostram delatas a P. Petro Lescuier, canonico nostro, anno citato. Ex quarum devotione et contactu identidem sancti Leodegarii martyris multa beneficia pro incolumitate oculorum aut caecutientis visus variis temporibus sunt a Deo pie venerantibus et reclamantibus impetrata, et quotannis, immo saepe saepius hac nostra aetate, obsequentibus fidelibus conferuntur. Unde ut rite et competenter concurreretur tantae devotioni, facultas nobis facta est ab antistite Parisiensi festum ipsius sancti sub ritu secundae classis sollemnem quotannis ducere die 18ª iulii praefata, et insuper, exposita a nobis summo pontifici F Urbano VIII populi ea die devotionis ergo apud nos concurrentis postulatione pro confratria sub nomine ipsius sancti in ecclesia nostra erigenda, hanc suis codicillis Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. . . . . (16) datis erexit et firmavit, et insuper dictis confratribus plenariam indulgentiam concessit ipso die primae inscriptionis et quotannis in festo ipsius sancti die 18ª iulii celebrando, ut diximus, adstipulante

in abbatiam Sancti Victoris Parisiensis

(1) Legros, op. cit., pp. 31, 100. Cfr. etiam annot. *bb* ad caput 7 Vitae. — (2) Legros, l. c. — (3) Ibid., pp. 34, 101. — (4) Michel Félibien, *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Denis en France* (1706), p. 195. — (5) Félibien, l. c.; [Toussaint du Plessis], *Description géographique et historique de la Haute-Normandie*, tom. II (1740), pp. 323, 501. Legros, op. cit., p. 30-1. De historia prioratus pauca quaedam collegit idem vir rev. Legros, p. 30-35; cfr. etiam R. Denyaldus, *Vita*, p. 4. — (6) Cfr. Félibien, l. c. — (7) Eiusdem lectionis locum alium attulimus supra, num. 31. — (8) De Iohanne illo Lesley sive Leslie, qui a Normannis dictus est *de Lessay* vel *de Lesselie*, quemque nonnulli non Rossensem *(Ross* in Hibernia) sed Roffensem *(Rochester)* episcopum fuisse commenti sunt, videsis T. F. Henderson apud Sidney Lee, *Dictionary of national Biography*, tom. XXXIII (1893), p. 93-9. — (9) Haec diebus 15 et 16 februarii anni 1585 acta esse, perperam scripsit Legros, op. cit., p. 89-90. — (10) Acta haec authentica edita sunt apud Denyaldum, *Vie de S. Clair* (1644), fol. 34-41. — (11) " A cette époque " inquit Legros, op. cit., p. 90, " aucun ossement n'avait encore été distrait " du corps du saint martyr ". Immo conceptis verbis innuit Leslaeus non integrum corpus Clari tunc in vico illo servatum esse : " du corps duquel saint Clair au moins une " partie d'iceluy, repose en ladite église. " *(Vie*, fol. 36). Vide etiam infra num. 35. — (12) In lectione quinta; cfr. supra, num. 31, 32. — (13) Codex *colitur, invocatur.* — (14) Cod. Parisinus, bibl. nat. lat. 14677, fol. 364. — (15) Quia nempe ad sanandos oculorum morbos praecipue invocabatur S. Clarus. Brevi autem factum est ut crederent homines ipsum sancti martyris oculum in hac lipsanotheca asservari. Cfr. Baillet, tom. cit., p. 534. — (16) Vacat h. l. in codice spatium dimidiae lineolae.

illustrissimo

AUCTORE A. P.

illustrissimo Parisiensi archiepiscopo Ioanne Francisco de Gondy.

delatas esse dicunt;

34. *At rursus exsurgit quaedam difficultas. Narrant enim quidam Victorinos monachos, quamvis saepe multumque id efficere conati essent, nullas tamen* S. Clari *reliquias ante annum 1630 impetrare potuisse; hoc autem anno, cum abbas ipsorum commendatarius Franciscus de Harlay factus esset archiepiscopus Rotomagensis, eos opportunam occasionem captasse et ab illo postulasse aliquas sacrarum reliquiarum particulas; porro iussu dicti archiepiscopi ad vicum Sancti Clari ad Eptam venisse Robertum Denyaldum, ecclesiae Gisortianae decanum, ut ex capsa sancti aliquot reliquias extraheret et Victorinis traderet; verum loci incolas, arreptis etiam armis, adeo ne id fieret, obstitisse* (1), *ut Denyaldus consilium mutare coactus sit. Quarum rerum gestarum seriem ipse Denyaldus memoriae tradidit* (2). *Iamvero ut in concordiam revocentur duae illae narrationes, quae licet ab auctoribus ferme coaevis prolatae, tamen vix non manifeste invicem repugnant, forsitan coniciet quispiam anno 1602 Victorinis datas esse reliquias, quae ferebantur esse commenticii illius socii S. Nicasii, nomine Clari, quem multi id temporis viri etiam inter monachos Victorinos* (3) *reapse exstitisse credebant, cuiusque ossa partim in ecclesia collegiata Sancti Mellonis Pontisarensis, partim Mellenti* (4), *partim aliis in locis conservari asserit Pommeraius* (5). *Ut aliquis certiora hac de re nos doceat, apprime optamus. Periit iam celebris abbatia Victorina; reliquiae autem* S. Clari *in vicinam parochiam Sancti Nicolai de Cardineto delatae sunt.*

item in oppidum Gisortium

35. *Non exiguam partem corporis* S. Clari *se possidere contendebant tempore Denyaldi incolae oppidi Gisortii* (6). *Verum haec sacra lipsana ita postmodum cum aliis commixta sunt, ut iam discerni nequeant* (7). *Praeterea aliquot alia loca notata repperi, in quibus asservarentur particulae quaedam reliquiarum nostri, ut videtur, martyris. Saeculo nempe XII, cum pia nobilisque mulier Mathildis, uxor Henrici V imperatoris, postea vero Gaufridi comitis Andegavensis et Normanniae ducis, Beccensibus monachis* capellam suam multis sacrarum reliquiarum ditatam pignoribus *dono dedisset, occasione accepta,* revisae et recensitae fuerunt sacrae reliquiae, quae in sacrario Beccensis ecclesiae asservabantur (8), *et catalogus earum descriptus est* (9), *in quo nominatum legimus* Brachium sancti Clari martyris; *quem Clarum esse Vulcassinum nostrum summe probabile putamus. Sed saeculo XVII casu nescio quo pessum ierat brachium illud, neque in thesauro Beccensi iam inveniebatur* (10). *Servat adhuc ecclesia Alulfi Villae* (11) *in dioecesi Rotomagensi ossiculum vitrea lipsanotheca inclusum et sigillis munitum cum hac inscriptione :* S. CLARI M. *Alias eiusdem reliquias in collegiata ecclesia Sancti Germani de Pratis honoratas esse asserit Giry* (12). *Arturus du Monstier, qui id a Roberto Caenali didicit, haec scribit in* Neustria sancta *fol. 164: " De sanctorum Clari et Cirini reliquiis habetur in ecclesia cathedrali Abrincensi " Alia huiusmodi omitto. Quisnam autem sit ille Clarus, cuius reliquias simul cum reliquiis S. Victoris ad ecclesiam Yvetotensem misit anno 1777 Pius papa VI* (13), *non comperi. Neque rescire est, utrum* Clarus *noster ille fuerit, cuius digitus anno 1185 sub altari quodam in viculo Sancti Pauli haud procul Gemmetico simul cum reliquiis S. Pauli apostoli et cuiusdam Cyriaci martyris inventus est ; cuius inventionis atque miraculorum, quae postea acciderant, narrationem conscripsit Alexander Gemmeticensis* (14). *Ad alium Clarum pertinere opinor, quamvis contra sentire videatur Ieantin* (15), *reliquias quae asservabantur in vico Fontanis in Arduenna.*

et in alia quaedam loca.

Colitur S. Clarus

36. *His circa reliquias praemissis, quae simul uno tenore congerere magis opportunum duximus, ut iam ceteros honores pios sancto nostro habitos enarremus, redeundum nobis est ad iam saepius nominatum locum in quo et* Clarus *obiit, et servatur adhuc pars reliquiarum ipsius, quae supersunt, longe praecipua. Est nempe vicus dictus* Saint-Clair-sur-Epte (16), *situs ad ripam Eptae fluminis, quod pagum Vulcassinum in duas veluti partes dividit, alteram gallicam, normannicam alteram. Vicus in parte gallica exstructus est, eratque olim sub dicione parlamenti Parisiensis; nihilo minus usque ad extremum saeculum XVIII continebatur, ad spiritualia quod spectat, intra fines dioecesis Rotomagensis, cuius nimirum pars erat totus magnus vicariatus Pontisarensis. Sed sub initiis huius saeculi transiit vicus ille cum toto hoc tractu in potestatem dioecesis Parisiensis, mox vero dioecesis Versaliensis, quando nempe anno 1802 sedes episcopalis Versaliis erecta est. Ex dictis explicatur simul et refellitur error scriptorum quorundam alienigenarum* (17), *qui tradunt* Clarum *martyrium fecisse haud procul a vico quodam ad ripam Eptae, qui postea ab eo nomen Sancti Clari acceperit sitque in territorio Rotomagensi in Normannia, ast caput martyris asservari in altero vico, qui etiam Sancti Clari nuncupetur, pertineat vero ad territorium Parisiense* (18). *Scilicet legerant illi apud Alfordium* (19), *qui h. l. Saussaium* (20) *exscripsit,* Clarum,

in vico laudato S. Clari ad Eptam

(1) Candide fateri oportet incolas illos non tam devoto in Clarum animo, quam lucri nummorumque cupiditate motos esse, ut ita Denyaldo resisterent. Timebant nempe, si pars reliquiarum alio deveheretur, ne piorum etiam fidelium catervae, quae ad Sancti Clari vicum confluere solebant, aliorsum etiam partim se conferrent. Cfr. *Hist. de S. Clair*, pp. 125, 126 : " Je leur dis doncques que ie recognoissois que le motif de leur colere sortoit plutost du creux de leur tire-lire .. " — (2) *Histoire de S. Clair*, p. 120-33; cfr. Legros, op. cit., p. 90-1. — (3) Vide supra, num. 31, not. 11. — (4) *Meulan*, départ. *Seine-et-Oise.* — (5) *Hist. des arch. de Rouen*, p. 32. — (6) *Histoire de S. Clair*, p. 118-20. — (7) Cfr. Legros, op. cit., p. 92, not. 1. — (8) Ita narrat Benignus Thibault in opere quod inscripsit *Chronicum Beccense auctum et illustratum* (Cod. Parisinus, bibl. nat. lat. 12884, saec. XVII, p. 181). — (9) Catalogum illum exhibet Thibault, p. 182-3 : quem ex antiquo codice ab ipso exscriptum esse, manifestum est. Catalogus autem reliquiarum, quas Mathildis Beccensibus dederat, prostat ibid., p. 183-5. In horum catalogorum notitiam perhumaniter deduxit nos reverendus et doctus vir Porée, parochus in Bournainvile. — (10) Ibid., p. 185 recenset Thibault paucas reliquias, quae ex tanto numero suo tempore supererant. — (11) *Allouville.* — (12) *Les Vies des Saints*, ed. 1719, tom. II, col. 251. — (13) J. Bunel et A. Tougard, *Géographie de la Seine-Inférieure*, arrondissement d'Yvetot (1876), p. 9. — (14) Alexandri libellus nuper in nostris *Analectis* editus est, tom, XII, p. 389-408. Inventio refertur cap. 5, p. 392-3; miracula vero, quae a S. Claro accepta ferebantur, quaeque in oculorum morbidorum sanatione fere versantur, narrata videsis cap. 9, 20, pp. 395, 399; cfr. cap. 19, p. 399:— (15) *Les Chroniques de l'Ardenne et des Woëpvres*, tom. II (1852), p. 388. — (16) Département *Seine-et-Oise*, arrond. *Mantes*, canton *Magny.* — (17) *Britannia sancta*, tom. II (1745), p. 249; R. Stanton, *Menology of England and Wales* (1887), p. 524-5. — (18) Quin etiam vicum illum alterum esse " in vicinia urbis Parisiensis " scribit Stanton, l. c. Arturus autem du Monstier (*Neustria sancta*, fol. 192, num. 4) illius vici nomen pronuntiat *Saint-Clair près Palaiseau.* De eo videsis Legros, op. cit., p. 65, not. 1. — (19) *Fides anglo-saxonica sive annales ecclesiae anglo-saxonicae*, tom. II (1663), p. 329. — (20) *Martyrologium gallicanum*, ad d. 4 novembris, p. 828.

rum,

A rum, *postquam capite plexus esset, decisum caput manibus collegisse illudque "versus vicum, qui ad „ Eptam amnem situs iam abhinc glorioso eius „ nomine et agone gloriatur „ devexisse ; et paulo post : " Caput Clari sacratissimum ad pagum suo „ nomine insignem in agro Parisiensi delatum, con„ digna illic veneratione asservatur. „ Haec utique, licet non satis luculenta, veram tamen habent explicationem, si de uno eodemque vico Sancti Clari in toto Saussaii loco sermonem fieri adverteris, qui vicus ad Rotomagensem quidem dioecesim, at simul ad Parisiensem agrum pertineret. Id autem non viderunt illi, quos corrigimus, et duos vicos a* S. Claro *dictos commenti sunt.*

37. *In huius igitur vici ecclesia servatae sunt sancti martyris reliquiae, quarum historiam in superioribus usque ad initium saeculi XVII deduximus. Inclusae tunc temporis erant in capsa arte fabricata, quam his verbis describit Denyaldus* (1) : Sacri corporis reliquiae fidelium eleemosynis (2) in feretro argenteo deaurato post tempora sancti Ludovici regis (cuius et beati Caroli imperatoris imagines in circuitu feretri

B conspiciuntur) reconditae (3), quod cum cathenis ferreis pendulum et sublevatum super altare deponitur et exponitur ad osculandum festis sollemnioribus, et per octavas festorum tum depositionis tum translationis sancti Clari. *Undique ad martyris tumulum concurrebant pii fideles* (4) *et multa sanatorum morborum beneficia ipsius intercessione accepta referebant* (5). " *Mos erat* „, *inquit Denyaldus* (6), " *quem testatum vidi in „ antiquis monumentis manu scriptis* (7), *ut quoties„ cumque in ecclesia* S. Clari *sanatio quaedam hu„ iusmodi contigisset, ea in tabula quadam describe„ retur, subiunctis testium subscriptionibus; quarum „ tabularum magna multitudo ex columnis, posti„ bus, murisve ecclesiae maioris dependebat „. Conservabatur etiam in eadem ecclesia, teste eodem Denyaldo* (8), *haud exiguum volumen in quo enarrata erant miracula ad intercessionem sancti martyris patrata; qui tamen liber scriptoris illius tempore perditum ierat. Idem autem ille testatur " aliquot sibi comperta in personis quorundam pa„ rochianorum suorum miracula* (9) „ ; *quod autem Vitam* S. Clari *elaboravit, id egit motus grati animi sensu " pro beneficio accepto in oculorum morbido-*

concurrentibus illuc sanitatis recuperandae gratia

piis fidelium catervis.

C *„ rum restituta sanitate per beati martyris implo„ ratum patrocinium* „ (10).

38. *Extremo autem saeculo XVIII, cum omnia in gallicis finibus permiscerentur et perturbarentur, solitam barbariem exhibuerunt in vico Sancti Clari viri quidam novis rebus studentes; direptaque est et destructa capsa pretiosa, in qua sacrae reliquiae inclusae servabantur. Ipsae tamen intactae remanserunt, iacentque nunc in capsa lignea non illepide exsculpta et exterius deaurata. Reposita haec est in sacello quodam parochialis templi; cui quidem templo edax rerum tempus non pepercerat, illud autem reverendus vir Legros, cum ante hos decem annos parochum Sancti Clari ageret, impigris curis instaurare atque adornare non destitit. Nec defuit sive loci incolarum, sive vicinorum populorum illuc catervatim adventantium in divum tutelarem pietas* (11). *Magna praesertim celebritate colitur dies sancto festa, quae in vico Sancti Clari est 17 iulii* (12). *Vespere nempe sollemnitatem praecedente conveniunt in ecclesiam; dicuntur pro contione sancti laudes; sollemni pompa in praecipuam vici plateam cum cereis et facibus accensis deferuntur* S. Clari *eiusque socii S. Cyrini lipsanothecae; concinentibus populis sacros hymnos et ecclesiae campanis resonantibus, rogus accenditur et ecclesiasticis benedictionibus consecratur. Hunc " ignem* S. Clari „ *vocant; constat autem rogus arbore quadam floribus ornata sertisque redimita, ad cuius imam partem sarmenta congesta sunt. Canunt inde hymnum* Te Deum, *atque ubi ad ecclesiam redierunt, sanctas reliquias venerantur, et media nocte sacris operantur presbyteri, communicant laici.*

AUCTORE A. P.

Celebrior autem est

39. *Nec minor est diei 17 sollemnitas; qua die post cetera pia opera sub vesperam iterum congregatur pia fidelium caterva, quae frequenti pompa ad illum vici locum tendit, quem morte sua* S. Clarum *consecrasse tradunt. Huic " Eremus* S. Clari „ *nomen est; constat autem tribus partibus invicem distinctis : 1) fonte, qui dicitur,* S. Clari, *quem cancellis circumdederunt ornaveruntque antiqua divi martyris statua; 2) cellula, quam dicunt, ipsius, saeculo tamen XVI vel XVII aedificata; cuius frons tum anaglyptis quibusdam ornatur, tum hac inscriptione :* ICY EST LE VÉRITABLE HERMITAGE OU LE BIENHEUREUX SAINT CLAIR A VESCU ET A ÉTÉ DÉCOLÉ ET MARTYRISÉ EN L'AN 884. *In ipsa cellula lapideo altari superpositus est lapis, in quo exsculpta sunt haec verba :* SUR CETTE PIERRE A ÉTÉ DÉCOLLÉ LE BIENHEUREUX SAINT CLAIR. *Adstant pulchrae duae statuae* S. Clari *et S. Cyrini. E regione autem cellulae parvum sacellum exstructum est. 3) Horto, quem sanctus coluisse traditur* (13). *In hunc porro " eremum „ pia consuetudo est ut deferantur corpora duorum sanctorum, qui ibidem ante aliquot saecula vitam aliquamdiu egisse traduntur. Inde ad ecclesiam refert festiva caterva pignora sanctorum martyrum, quae per integrum* F *mensem coram fidelibus populis illuc undique confluentibus remanent exposita.*

sollemnitas diei 17 iulii,

40. *Sed quamvis haec quotannis magna cum celebritate fiant, splendidius tamen diem sancto martyri sacrum egerunt oppidi Clariani incolae anno 1884. Cum enim non pauci, perperam quidem, opinentur* Clarum *anno 884 martyrio coronatum esse, consilium iniverunt diligens atque pius parochus iam saepe laudatus D. Legros cum devotis fidelibus, ut hunc post mille annos recurrentem*

quae anno 1884 solito splendidior fuit.

(1) *Vita*, p. 23; Art. du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 192, num. 3. His similia profert J. Boireau, op. cit., p. 81 sqq. — (2) Immo, ut videtur, liberalitate Folquembergi, prioris monasterioli ad Sanctum Clarum. Vide supra, num. 32. — (3) Denyaldus : *recondito*. — (4) Denyaldus, *Vita*, pp. 22, 23. — (5) Ibid., p. 22-4. — (6) *Histoire de S. Clair*, p. 141; cfr. eiusdem *Vita S. Clari*, p. 24; Legros, p. 80. — (7) In *Vita* latina l. c., provocat Denyaldus ad " pontificale instrumentum „ ; quod ipse ad calcem maioris suae *Historiae S. Clari* transcripsisset. Nihil quidem tale in *Historia* legitur; sed in altero opere gallico *Vie de S. Clair* (1644) excusae sunt litterae supra laudatae Iohannis Leslaei, episcopi Rossensis (cfr. supra, num. 32); in his autem testatur Leslaeus se " antiquam „ tabulam huiusmodi in ecclesia Sancti Clari vidisse (fol. 38ro). — (8) *Histoire*, p. 141 " Il y en avoit iadis „ un volume en l'église du bourg, qui fut presté à Messire „ Charles de Boues de la maison de Contenant, grand „ vicaire de Monseig. l'Archeuesque de Roüen au vicariat „ de Pontoise, lequel il n'a pas rendu ayant esté prevenu „ de mort, que ceux de sainct Clair ont deu repeter et „ demander. „ — (9) *Vita*, p. 24. Horum quoddam narrat in *Histoire de S. Clair*, p. 142 sqq. — (10) *Vita*, p. 24; *Histoire*, p. 138-141, ubi pluribus rem enarrat. Cfr. Le Bon, op. cit., p. 39; Boireau, op. cit., p. 83; Legros, op. cit., p. 80-2. — (11) Legros, op. cit., p. 83. — (12) Ibid., p. 94. — (13) Uberiorem huius pii loci descriptionem videsis apud Legros, op. cit., p. 104-7; cfr. p. 35-6.

diem

AUCTORE A. P.

diem anniversarium sine magna sollemnitate praeterire non sinerent; quod et fecerunt (1). *Nec cessat divus patronus sua protectione adiuvare propensos in suam laudem christianos; qui non pauca beneficia ipsius intercessione accepta referunt* (2).

Sed et aliis multis in locis,

41. *Non solis illius parochiae finibus continetur hodierna populorum in sanctum martyrem veneratio; verum et praeteritis saeculis late patuit, et nunc etiam late patet cultus ipsius ecclesiasticus. Postquam nempe illius nomen in suum martyrologium recepit Usuardus, innumera alia martyrologia sive antiqua sive recentiora, quae fere ex Usuardino derivata sunt, gloriosum martyrem cum honore recensere non omiserunt; quorum bene longum elenchum subicere possemus, si operae pretium videretur. Verum his omissis, et commemorato solo Romano martyrologio, in quo ad diem 4 novembris Usuardinus textus de* S. Claro *ad verbum exscriptus est, rem utiliorem nos facturos credimus, si paucis enarraverimus in quibus dioecesibus et a quo tempore sancti martyris memoria ceteris libris liturgicis compareat inscripta. Conscii quidem sumus multa in hac recensione nos praeterisse; absolutum enim elenchum conficere et vix poteramus, et certe pro rei momento laboris erat nimii; non pauca tamen volumina etiam manuscripta, missalia scilicet, breviaria, lectionaria aliaque huiusmodi evolvimus, quamvis non semper cum multo fructu. Insuper semel monuisse sufficiat in quibusdam ex mox laudandis libris liturgicis non nostrum* Clarum *commemorari, sed, ut v. g. ex lectionibus ad matutinum manifestum est, cognominem illum pseudo-socium S. Nicasii, de quo supra pluribus egimus, vel etiam alterum Clarum, qui solet fere ubique die 1 iunii coli* (3). *Testimonium tamen pro cultu* Clari *nostri dicunt etiam libri illi, cum nulla alia ratione alius aliive Clari diebus statim indicandis nominati sunt, nisi quia antiquitus* Clarus *eremita et martyr iisdem diebus ecclesiasticis honoribus fuerat ornatus.*

diversis quidem diebus,

42. *Porro festum* S. Clari *nuntiatum repperimus.*

a) *Die 4 novembris in libris liturgicis dioecesis Parisiensis* (4) *inde a saeculo X* (5), *et quidem in abbatia S. Dionysii inde a saec. XIII* (6); — *dioecesis Rotomagensis inde a saec. XIII* (7), *et quidem in abbatiis Beccensi* (8), *S. Amandi* (9), *S. Audoeni* (10) *et S. Catharinae Rotomagensis* (11) *atque S. Martini Pontisarensis* (12); — *dioecesis Constantiensis saec. XV* (13); — *Lexoviensis inde a saec. XV* (14); — *Ebroicensis* (15) *et quidem in monasterio Conchensi* (16); — *monasterii S. Petri supra Divam, in dioec. Sagiensi* (17); — *dioecesis Abrincensis* (18); — *Bellovacensis inde a saec. XIII* (19); — *Carnotensis saec. XV* (20); — *Rhedonensis saec. XII* (21); — *Briocensis saec. XVI* (22); — *Cenomanensis saec. XV* (23); — *Nivernensis* (24); — *Gebennensis inde a saec. XIII* (25).

b) *Die 3 novembris in dioecesi Ebredunensi* (26).

c) *Die 5 novembris in dioecesi Parisiensi* (27); — *in monasterio S. Faronis dioecesis Meldensis* (28); — *in dioecesi Silvanectensi* (29); — *in dioecesi Leonensi in Britannia* (30).

d) *Die 10 novembris in breviario Parisiensi typis edito an. 1636.*

S. Clari memoria

43. e) *Die 18 iulii* (31), *quae est dies translationis* S. Clari, *festum sancti nostri multo tempore ante initia saeculi XVII celebratum esse, testantem audivimus domesticum scriptorem Iohannem de Thoulouse* (32). *Miramur tamen in plurimis, quos manibus trivimus, libris liturgicis antiquis illius abbatiae altum de* S. Claro *servari silentium* (33), *et saeculo dumtaxat XVII eius nomen in quodam Proprio sanctorum, ad hanc nempe diem, comparere* (34). *Verum quidem est in litaniis, quae leguntur in codice Parisino bibl. Mazar. 895, fol. 110ʳ (saec. XIII), olim San-Victorino,* Clarum *inter sanctos martyres recenseri; ast liber ille liturgicus non est, et deest nomen* Clari *in aliis litaniis, quae descriptae sunt eodem saeculo XIII in codice Parisino bibl. nat. lat. 796, fol. 252ᵛᵒ-4, quem credunt esse lectionarium eiusdem abbatiae Sancti Victoris* (35). — *Porro eodem die 18 iulii* S. Clari *festum nuntiatum legimus in dioecesi Parisiensi inde a saec. XII* (36); — *in Rotomagensi* (37) *et quidem in monasteriis Gemmeticensi* (38) *et Fiscannensi* (39) *eiusdem dioecesis;* — *in dioecesi Constantiensi*

(1) Rei gestae narrationem videre est in *Semaine religieuse de Versailles*, 27 iulii 1884, sub hoc titulo : *Millénaire de Saint-Clair-sur-Epte.* — (2) Cfr. Legros, op. cit., p. 84-6. — (3) Vide supra, num. 15. — (4) Cfr. *Catal. codd. hag. Paris.*, tom. III, p. 714-5. Codicibus bibliothecae nationalis h. l. recensitis addi possunt codex bibl. Mazarineae 258, psalterium nempe ad usum cuiusdam coenobii ineunte saec. XIV manu scriptum, in quo fol. 6 ad diem 4 nov. legere est : *Clari martyris. In ecclesia Parisiensi fit semiduplex de eo;* tum breviaria typis edita an. 1680, 1700, 1736, 1778, 1787, 1790, 1822; tum martyrologium editum an. 1727 et officia propria edita an. 1874; etc. — (5) Nempe in cod. Paris. bibl. nat. lat. 103, quod est psalterium coenobii cuiusdam in dioec. Paris. — (6) Cod. Paris. B. N. lat. 976, de quo supra, num. 10, et lat. 1107 (missale s. XIV). — (7) *Heures Nostre-Dame à l'usage de Rouen* (1586 vel 1587) in kalendario; Officia propria edita an. 1860. — (8) Cfr. Martene, *De antiquis monachorum ritibus* (1690), p. 637 et Proprium editum an. 1766. — (9) Cod. Paris. B. N. lat. 1027 (brev. s. XIII). — (10) Cod. Rotom. Y. 21 (orationes et capitula cum kalendario, s. XII), A. 459 (missale s. XIII). — (11) Cod. Rotom. A. 572 (brev. s. XIV). — (12) Kalendarium in capite martyrologii s. XIII (Cod. Paris. B. N. lat. 13889, fol. 6.) — (13) Cod. Paris. B. N. lat. nouv. acq. 425 (brev. s. XV). — (14) Cod. Paris. B. N. lat. 1065 (brev. s. XV), lat. 1323 (diurnale s. XV), et in breviariis excusis an. 1624, 1704. — (15) Breviaria typis edita an. 1736, 1744, 1829; nihil de Claro in brev. edito an. 1853. — (16) Cod. Paris. B. N. lat. 898 (brev. s. XIV). — (17) Martene, l. c.; cfr. brev. Sagiense, editum an. 1834. — (18) Proprium editum an. 1635. — (19) Cod. Paris. B. N. lat. 1030 (brev. s. XIII); Cod. Rotom. A. 489 (brev. s. XV). — (20) Cod. Paris. B. N. lat. 1297 (brev. s. XV). — (21) Cod. Paris. B. N. lat. 9439 (miss. s. XII). — (22) Breviarium typis editum an 1548. — (23) Cod. Paris. B. N. lat. 1302 (brev. s. XV). — (24) In ordine divini officii recitandi edito an. 1833, 1840. — (25) Cod. Paris. B. N. lat. 16307 (brev. s. XIII), lat. 1318 (brev. s. XV); cod. seminarii episcopalis Annesiensis (brev. ms. an. 1398; cfr. *Bull. hist. ecclés. Valence*, tom. VII, p. 251.); missale editum an. 1521 (cfr. H. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters*, tom. II, 1892, p. 51). — (26) Cod. Paris. B. N. 1312 (brev. s. XV). — (27) Cfr. *Catal. codd. hag. Paris.*, tom. III, p. 715, et breviaria typis excusa an. 1497, 1584. Adde cod. bibl. Mazarineae 765 (brev. ms. an. 1391), et cfr. quae diximus num. 15 et num. 41. — (28) Cod. Paris. bibl. Mazar. 731 (miss. s. XIII). — (29) Cod. bibl. Universitatis Parisiensis (brev. s. XIV). - (30) Cfr. Lobineau, *Les Vies des saints de Bretagne*, ed. Tresvaux, tom. I (1836), p. 31. — (31) Cfr. *Act. SS.*, Iul. tom. IV, p. 349, c. — (32) Supra, num. 33. — (33) Ita in codd. Paris. bibl. Mazar. 760 (brev. s. XIII, cum additamentis s. XIII, XV et XVI) et bibl. nation. lat. 14816 (antiphonar. s. XIII cum addit. s. XV et XVI), 14506 (kalendar. et ord. liturg. s. XIII), 14673 (kalendar. etc. s. XIII; ibi nomen Clari additum est saec. XVII), 14810 (diurn. s. XIII-XV), 14279, 14811 et 14812 (brev. s. XIV), 14448 (miss. s. XV), 14814 (brev. s. XV), 14813 (diurn. s. XV), 14455 et 14456 (ord. liturg. s. XV et anni 1556), 14817 (kalendar. etc. circa an. 1500). — (34) Cod. Paris. B. N. lat. 14453, fol. 4 et 46-50. Cfr. Le Bon, op. cit., p. 39. Eadem die 18 iulii perrexit idem festum agi in parochia Sancti Nicolai de Cardineto (cfr. supra num. 34). — (35) Cfr. catalogum an. 1744 editum. — (36) Cod. Paris. bibl. Mazar. 729 (miss. s. XII) et B. N. lat. 1098 (miss. s. XIV). — (37) Cod. bibl. archiepiscopalis Rotom. (brev. s. XIV, de quo cfr. E. Sauvage, *Actes de S. Mellon*, 1884, p. 111); cod. Paris. B. N. lat. 863 (miss. s. XV). — (38) Codd. Rotom. A. 145 (brev. s. XII); U. 50 (martyrologium s. XIV-XV), in quo tum die 18 iulii, tum 4 novembris Clarus inscriptus est. — (39) Vide supra, num. 31.

tiensi

AUCTORE A. P.

A *tiensi in Normannia inde a saec. XIV* (1); — *in Baiocensi* (2) *et in coenobio Troarnensi eiusdem dioecesis* (3); — *in Sagiensi* (4); — *in Lexoviensi* (5); — *in monasterio Conchensi dioecesis Ebroicensis* (6); — *in Bellovacensi* (7); — *in Lucionensi* (8).

f) *Die 17 iulii colebatur* Clarus *in vico Sancti Clari ad Eptam dioecesis Rotomagensis, de quo vico pluribus iam egimus* (9); — *in ipso dioecesi Rotomagensi saec. XVIII* (10), — *et, si fides sit Arturo du Monstier* (11), *in abbatia S. Dionysii in Francia.*

ecclesiasticis honoribus

44. g) *Die 28 augusti celebratam esse asserunt* (12) *in abbatia Sancti Sulpitii, dioecesis Bituricensis, memoriam receptarum hac die* Clari *nostri reliquiarum. Eadem die idem sanctus inscriptus legitur in kalendario posito ante psalterium abbatiae Fontis Ebraldi, dioecesis Pictaviensis* (13). *Item eadem die alicuius sancti cognominis festum coli in vico Sancti Clari, in pago Lodunensi* (14), *dioecesis etiam Pictaviensis, asseruit Chevalier, illius ecclesiae parochus* (15); *qui tradidit insuper undique ex provinciis Pictaviensi, Andegavensi et Turonica populum ad ecclesiam concurrere, ut reliquias* S. Clari, *quae ibidem asservabantur, honoribus prosequerentur.* B *Hunc* Clarum *non alium esse a Vulcassino nostro opinabatur Boireau* (16), *qui bene longam ideo ipsius historiam composuit* (17) *ex Guidone de Castris, Capgravio et Denyaldo desumptam; nihilo minus idem non multo post* (18) *fatetur reliquias, quae in dicto vico honorantur, alterius cuiusdam Clari esse.*

...nabatur.

45. h) *Tandem ad diem 18 februarii haec in suo* Menologio Scotico *scripsit Dempsterus* († 1625): Inter Lutetiam et Rotomagum Clari eremitae, qui regis filius, Gulielmus antea dictus, dominae loci caecae oculorum usum reddidit paenitenti, quem precibus ademerat peccanti (19). *Verum idem Dempsterus in ipso* Menologio *ad diem 18 iulii Wionem exscribens, sanctum nostrum annuntiavit his verbis :* Apud Sequanos Clari regis filii, cuius acta habentur (20); *atque ad diem 18 februarii fontes indicavit ex quibus illa priora hauserat, Molanum nempe, qui hac die nihil de* Claro *habet, quique eum die 18 iulii dumtaxat commemorat, et Hectoris Boethii* Scotorum Historiam, *quod opus nullius est auctoritatis* (21) *et in quo nihil huiusmodi repperimus. Atqui manifestum satis est Dempsterum in assignanda hac die plane erravisse; non est ergo cur cum Bailleto* (22) *credamus eandem* C *diem sancto nostro festam fuisse in memoriam portentosae sanationis mulieris cuiusdam caecae.*

Hi igitur dies sunt iique non pauci, quibus sanctum nostrum commemoratum offendimus. Animadvertere potuit lector in quibusdam dioecesibus modo hac die, modo alia factam esse Clari *memoriam. Sed tempus etiam fuit, cum in iisdem dioecesibus nullus eidem sancto locus tribueretur in breviario vel kalendario, ut v. g. in breviariis Rotomagensibus sive ms. saec. XIV (cod. Rotom. Y. 95), sive impressis an. 1627, 1675 etc., etc.* (23).

Alia cultus S. Claro exhibiti testimonia :

46. *Cetera quae ad ipsius cultum seu gloriam postumam pertinent, liceat paucis comprehendere. Multa nempe sunt particularia pietatis obsequia vel indicia, quae ab hagiographis quidem, ut ita dicam, indigenis minime praetereunda sunt, in quibus autem nos oportet non diutius immorari. Huiusmodi res non paucas in libris, quos evolvimus, indicatas repperimus; multo plures etiam qua verbo, qua scriptis docuerunt reverendi et doctissimi viri E. Sauvage et A. Tougard, canonici Rotomagenses; quibus pro sua humanitate, quantas habemus gratias, tantas hic referre laetamur. In praesentiarum autem satis nobis erit generaliora quaedam fere sectari; singula enim recensendi finem non faceremus. Porro in patronum plurimarum parochiarum ascitum esse celebratissimum martyrem non est quod miremur; id tum olim factum est, tum etiam nunc in dioecesibus praesertim Versaliensi, Rotomagensi, Constantiensi, Sagiensi, Baiocensi, Ebroicensi, Parisiensi, Meldensi,* E *Bellovacensi, Ambianensi, etc.*

parochiae ipsi sacrae

sacella,

47. *Multis etiam in locis, maxime in Normannia, sacella seu capellae in honorem divi martyris exstructae sunt, quae vel pars sunt maioris alicuius templi, vel seorsim consistunt. Multis in locis videntur statuae vel picturae, quae plerumque* S. Clarum *repraesentant caput excisum manibus deferentem* (24). *Multis in locis fiunt ad ecclesias, sacella statuasve sancti piae fidelium peregrinationes* (25), *qui ipsius patrocinium tum contra alios morbos, tum praesertim ad impetrandam oculorum sanationem implorant. Istius devotionis originem repetunt quidam* (26) *a miraculo illo, quod cap. 8 Vitae narratur in gratiam alicuius caeci contigisse; plerique, et verius quidem, a noto verborum ioco, quo fit " ut populus amet invocare „ sanctos quorum nomen accedit ad vocabula rerum, „ quas sanctis vult commendatas „* (27). *Inde nempe est quod passim sancti qui* Clarus, *Lucia vel simili nomine nuncupantur, ab iis invocentur qui oculis caligant* (28). *Quod magis etiam exaggerare conati sunt pictores quidam, cum sanctum nostrum repraesentarunt vel manu sua oculos decisi capitis obtegentem, vel ipsum oculum manu sustinentem* (29). F *Inter has autem imagines, quorum bene magnum numerum in adversariis meis adnotari, eas solas utile erit commemorare, quae editae sunt : illas reperire est apud J. H. Parker,* Calendar of the Anglican Church *(1851), p. 206* (30), *apud Denyaldum in capite* Historiae *gallicae; in Vita* S. Clari *a rev. dom. Legros conscripta, p. 40-1* (31); *adde imaginem quandam seorsim anno 1615 ligno*

statuae,

piae peregrinationes,

imploratum caecutientibus auxilium.

imagines,

(1) Codd. Paris. B. N. lat. 786, 1271 et 1300 (brev. s. XIV), nov. acq. 425 et bibl. Mazar. 774 (brev. s. XV); brev. typis editum an. 1609. — (2) Codd. Paris. B. N. lat. 1298 et 1299 (brev. an. 1425 et 1436); brev. typis editum an. 1627. — (3) Cod Paris. B. N. lat. 13242 (brev. s. XV). — (4) Codd. Paris. B. N lat. 13243 et Rotom. Y. 166 (brev. s. XV). — (5) Cod. Paris. B. N. lat. 1065 (brev. s. XV), brev. typis editum an. 1750, etc. — (6) Cod. Paris. B. N. lat 898 (brev. s. XIV). In hoc, ut et in supra laudato cod 1065, utraque die 18 iul. et 4 nov. annuntiatur S. Clarus. — (7) Proprium typis editum an. 1872, 1885. — (8) Cod. Paris. B. N. lat. 1057 (brev. s. XV). — (9) Supra, num. 36 sqq. — (10) Breviaria typis edita an. 1728, 1736, 1777. — (11) *Neustria sancta*, fol. 192. — (12) N. Catherinot, *Sanctuaire du Berry* (1680), p. 11. — (13) Cod. Paris. B. N. lat. 1319 (an. 1473). — (14) *Saint-Clair-en-Lodunois*. — (15) In epistula ad ducissam de Richelieu, quae epistula praeposita est operi saepe citato Iacobi Boireau, fol. 3. — (16) Op. cit., p. 102. — (17) Ibid., p. 6-84. — (18) Ibid., p. 112-3. — (19) Apud A. P. Forbes, *Kalendars of Scottish Saints* (1872), p. 192. Cfr. *Act. SS.*, Feb. tom. III, p. 53, A. — (20) Apud Forbes, l. c., p. 206. Cfr. eiusdem Dempsteri *Historiam ecclesiasticam Scotorum*, cap. 251. — (21) Cfr. Aen. Mackay apud L. Stephen, *Dictionary of national Biography*, tom. V, p. 299. — (22) Op. cit., tom. VII, p. 534. — (23) Cfr. etiam missalia Rotomagensia mss. saec. XIII et XV (codd. Rotom. Y. 50, Y. 1) et edita an. 1516, 1544, 1585. — (24) Vide Vitam, num. 7. — (25) Est etiam ubi fons aliquis S. Clari nomine decoretur, ad quem fontem conveniunt piae populorum catervae. — (26) Legros, op. cit., p. 38. — (27) *Act. SS.*, Oct. tom. XII, p. 852, num. 4. — (28) Cfr. ibid. et Cahier, *Caractéristiques des Saints*, p. 104; J. E. Decorde in *Magasin Normand*, tom. VI (1869), p. 87. — (29) Cfr. etiam Trigan, op. cit., tom. II, p. 203. — (30) Ibi exhibetur pars fenestrae pictae, quae etiamnum conspicitur in ecclesia S. Maclovii Rotomagensi. — (31) Hoc loco in exemplari nostro insertae sunt duae imagines, quas dicunt, photographicae : quarum altera S. Clari martyrium, altera S. Clari et S. Cyrini figuras

excusam,

AUCTORE A.P.

excusam, quae S. Clarum, S. Adrianum, S. Wulframnum et S. Sebastianum exhibet cum hac inscriptione : LA . CONFRARIE . DE S[t] CLER . FONDÉE . A LEGLISE . ST. MACLOV . DE . ROUEN.

confraternitates,

48. Praeter hanc confraternitatem duas alias S. Claro nuncupatas Rotomagi exstitisse comperi, alteram in ecclesia S. Viviani (1), alteram in ecclesia S. Dionysii (2); tertiam erectam esse in abbatia Sancti Victoris Parisiensis iam vidimus (3), quae postea in propinqua parochia Sancti Nicolai de Cardineto vigere perrexit (4). Praeterea duo commemoranda restant popularis pietatis testimonia satis singularia. *ignes festivi,* Ut nempe in vico Sancti Clari ad Eptam celeber est " ignis „ quem dicunt, " S. Clari „ ita aliis in locis accenduntur in vigilia diei sancto nostro sacrae ignes festivi; quorum semiustos cineres secum auferunt incolae devotionis ergo; sic v. g. in parochia La Haye de Routot, dioecesis Ebroicensis (5). Nullum dubium est quin hic lusus quidam verborum subsit illi similis, quem supra explicavimus. *sartores se in eius clientelam conferentes,* Simili etiam lusu factum est ut aliquibus in partibus Normanniae sartores, utpote qui clara luce ad opera sua indigeant, sanctum nostrum in patronum cooptarint, diemque eius festum, 17 scilicet iulii, magna cum sollemnitate agant; quod fit v. g. Deppae in ecclesia S. Remigii. Tandem velut testimonium cultus sancto martyri exhibiti afferunt nonnulli tum quod non paucis in locis die S. Claro sacra celebres nundinae *nundinae.* exercentur, tum quod ab hac die in magna parte Normanniae principium sumitur locationis domorum, conductionis famulorum etc. (6).

Officium ecclesiasticum S. Claro proprium

49. Ad calcem longiusculae huius paragraphi praeterire non licet officium ecclesiasticam S. Clari a saepe nominato Roberto Denyaldo concinnatum (7) et episcopali auctoritate approbatum (8). In cuius libelli praefatione paucis recenset et carpit Denyaldus cetera, quae ipsius tempore supererant, sancti nostri officia (9), et quid ipse praestiterit, edocet (10). Quoniam autem " in nullo officiorum „ quae viderat, " erat hymnus proprius „, Denyaldus " tres diei depositionis festo, binos elaboravit translationis „ (11); quorum hymnorum hoc est initium p. 12-3 : Quae vixit Druydum (12); p. 14-5 Angulum terrae fugiens (13); p. 26-7 Hostis impurae Veneris (14); p. 35-6 Clarus paternis aedibus (15); p. 42-3 Magnum decus fide C pati (16). Idem Denyaldus " orationem rythmicam „ seu hymnum postea repperit, cuius initium Ave dies o praeclara (17); idem duas prosas in Gisortiano quodam libro liturgico se legisse testatur (18), ex quibus non paucos versiculos nobis servavit (19).

et carmina liturgica in eius laudem.

50. Praeterea recensere habemus prosas alias quinque, quarum primam nunc in sollemnitate " ignis S. Clari „ canere solent incolae vici S. Clari ad Eptam, et quae incipit Ad Clari tumulum (20); altera asservatur manu scripta in ecclesia vici Sancti Clari super montes, dioecesis Rotomagensis, incipit autem Plebs festive collaetetur (21); tertia et quarta, quarum haec sunt prima verba Ecce dies speciosa (22) et Celebret Gallia (23), excusae sunt in missali Constantiensi (ab an. 1557 ad an. 1729) et in eiusdem missalis supplemento; quintam D reperire est inter opera Simonis Gourdan, canonici regularis in abbatia S. Victoris Parisiensis (1646-1729), in codice Parisino bibl. nat. lat. 14841; incipit Christe lux amabilis (24). Tres etiam hymnos in honorem sancti nostri confectos legimus in iam laudato Proprio sanctorum eiusdem abbatiae sive in codice Parisino bibl. nat. lat. 14453, nempe hymnum ad vesperas : O te martyr ovans, hymnum ad matutinum Ingens aetherea, hymnum ad laudes O fons perennis luminis; eosdem invenit v. cl. Chevalier inter opera iam dicti Sim. Gourdan, in codd. Parisinis bibl. nat. lat. 14839 et 14840 (25).

APPENDIX

De commenticio S. Claro Villacassinensi in Hispania.

51. Non semel tum alibi, tum in Actis nostris vapulavit spuriorum documentorum non solum venditor, sed et fabricator Iohannes Tamayo E Salazar, quod falsa in terram patriam pietate abreptus, aliarum gentium sanctos in Hispaniam suam malis artibus transplantare conatus esset. Simile aliquid in Claro Vulcassino aggredi voluit, consuetis fraudibus consuetum sibi pariturus detrimentum. Haec nempe in Martyrologio suo Hispano ad diem 4 novembris interposuit (26) : Villae Cassinae in Arevacis Hispaniae S. Clari presbyteri, qui sub Antonini imperatoris immani persecutione pro fidei nominis confessione percaptus, contusis agone membris, victor evadens, gloriosum de tyranno triumphum laurea martyrii percepit. Clarum autem illum eundem esse conicit, quem commemoraverat Usuardus; quamvis verecundius solito loquatur, et sinat ut " utraque natio tam „ hispana quam gallica in suo sensu abundet „ (27). „ Pro Gallis „ inquit, " stat locus, qui hodie a „ nomine sancti martyris perseverat et S. Cler „ nuncupatur ad Aptam fluvium „; tenue sane propugnaculum! " Pro nostris „ ita pergit Tamayo, „ exstat Iuliani auctoritas et hocce epigramma : „ Cassinae pateris Villae... „; subicitur nempe carmen quod tribus distichis gesta Clari illius hispani enarrat. De Iuliano autem superius haec F auctor scripserat : " In codice edito Iuliani archi- „ presbyteri Toletani in Chron. ann. 202, n. 69, fol. 23, „ haec formalia verba leguntur : Villae-Cassinae, „ vulgo Villacis, in fine Catpetaniae martyrium „ patitur S. Parus presbyter sub Antonino : „ IV novembris „; adnotaverat autem Tamayo in duobus errasse Iulianum et legendum esse Villacastin non autem Villacis, Clarus et non Parus. Verum inutilis et vix non subridicula est haec emendandi cura; nemo enim iam nescit opus illud, quod sub Iuliani nomine prodiit, ab impudenti falsatore esse confectum, et Pseudo-Iuliani illius auctoritatem, ad quam confidenter provocat Tamayo, auctoritatem plane nullam esse. Nullus etiam dubito

repraesentat. — (1) Cfr. archivum publicum Rotomagense, serie G, num. 1226. — (2) Ibid., num. 1246. — (3) Supra, num. 33 extr. — (4) Cfr. supra, num. 34 extr. — (5) Id nos docuit vir rev. A. Tougard. Cfr. etiam Legros, op. cit., p. 94. — (6) Cfr. Legros, op. cit., p. 93-4. — (7) Cfr. supra, num. 30. — (8) *Officium S. Clari*, p. 3-4. — (9) Ibid., p. 5-9. — (10) Ibid., p. 9-11. — (11) Ibid., p. 9. — (12) Cfr. U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, num. 16001. — (13) Ibid., num. 1083. — (14) Ibid., num. 8076. — (15) Ibid., num. 3373. — (16) Ibid., num. 11019. — (17) Hanc edidit in *Histoire de S. Clair*, p. 113-4. Deest in repertorio U. Chevalier. — (18) *Officium*. p. 7. — (19) *Vita S. Clari*, pp. 20, 24. *Histoire de S. Clair*, pp. 13, 14, 24, 27, 32, 58, 66, 89, 101, 144-5. — (20) Edita est apud Legros, op. cit., p. 117-21. Deest in repertorio U. Chevalier. — (21) Deest etiam in eodem. Hanc prosam nobiscum communicavit vir rev. A. Tougard. — (22) Chevalier, op. cit., num. 5112. — (23) Ibid., num. 2732. — (24) Ibid., num. 2892. — (25) Cfr. ibid,, num. 13799, 8877 et 13009. — (26) Tom. VI, p. 63. — (27) Ibid., p. 64.

eiusdem

A *eiusdem farinae esse epigramma istud, quod obtruditur nullo indicato auctore, nullo sponsore, nullo fonte, vel inde suspectum quod a Iohanne Tamayo primum prolatum est. Haec de inani hispani huiusce martyrologi tentamine sufficiant; diutius enim umbram persequi pudet.*

AUCTORE A. P.

VITA S. CLARI MARTYRIS

Edita ex duobus codicibus (= **V**), *nempe* a) *Bruxellensi bibl. reg. 8932, saec. XVII* (= **V 1**); *ipse exscripsi; et* b) *Ambianensi 467, saec. XVII* (= **V 2**); *officiosissime contulit H. Michel v. cl.; — collatis cum* Sanctorali *Guidonis de Castris* (= **G**). *in codicibus* c) *Londiniensi, Mus. Brit., reg. 13.D.IX, saec. XIV* (= **G 1**); *pro sua benevolentia contulit R. P. Sydney Smith S. I.; et* d) *Parisino bibl. nat. lat. 14649, saec. XV* (= **G2**); *ipse contuli. — Subinde etiam adnotatae sunt quaedam lectiones variantes quae desumptae sunt ex compendiis* (= **C**), *nempe ex breviario Constantiensi saec. XV* (= **C 1**), *ex Capgravio* (= **C 2**), *ex Gonono* (= **C 3**), *ex apographo codicis S. Clari ad Eptam* (= **C 4**), *tandem ex laciniis Vitae quas sermoni suo de S. Claro inseruit Nicolaus Denysse* (= **D**). *De his omnibus videsis supra num. 6, 7, 8. — Verborum traiectiones et alias huiusmodi minutias non indicavi. Capitulorum distinctionem, quae in* V 1 *nulla est, eam servavi, qualem in* V 2 *erat instituta.*

S. Clarus, *tempore Eadmundi regis Anglorum ex piis nobilibusque parentibus natus,*

1. [1] Tempore gloriosi regis Anglorum Eadmundi [2] *a* fuit in civitate, quae [3] vocatur Orchestria [4] *b*, vir quidam ex genere consulum [5] *c* nomine [6] Eduardus; qui moribus pollens, virtutibus reverendus multisque bonis effulgens, quandam virginem [7] nullius boni [8] expertem, sed confertam [9], sibi non voluptatis causa [10] sed potius exspectandae prolis gratia [11] coniugio sociavit. Hi ambo [12] cum [13] magna devotione Dei servitio intenti, omni cura saeculari seposita, rerum omnium Conditorem [14] flagitabant, quatenus unicum filium suae voluntati per omnia oboedientem eis tribueret. Quorum Deus vota ex alto prospiciens, petitioni eorum non defuit, et [15] unum filium diversis donis Spiritus sancti repletum [16] et forma decorum, nomine Clarum *d*, ut qui [17] clarus [18] coram [19] Deo et hominibus futurus erat [20] *e*, eis praebuit.

coniugium abhorrens ex Anglia in Neustriam fugit,

2. Hic [1] cum [2] addiscens litteras coaevos suos [3], divina concedente providentia, superasset, et [4] parentes heredem se alium non habere viderent [5], divitiis atque dignitatibus locupletare ac [6] legali coniugio iungere eum cupiebant. Quod beatus Clarus [7], vir magnae religionis, quasi crimen respuens solique Deo verbis et operibus vacans, divino fretus auxilio parentes patriamque [8] reliquit [9], veniensque [10] ad litora maris [11] et navem ingressus, ad [12] terram, quae Neustria vocabatur, nunc autem Normannia dicitur [13] *f*, Cesarburgum [14] *g* applicuit. Tum ad [15] nemus quoddam pervenit *h*, ubi duo eremitae solitariam agebant vitam [16] *i*. Verum priusquam [17] eremum intraret [18], quendam eremitarum servulum [19] repperit [20] securi per medium corporis vulneratum; quem misericordia motus [21], facto crucis signaculo [22], pristinae restituit sanitati.

et miraculo patrato,

in abbatiam Malduini secedit.

3. Tunc beatus Clarus laudem saeculi vitare [1] cupiens, praedictum servulum [2] ad locum [3], in quo eremitae morabantur, dimisit et ad [4] abbatiam Malduini [5] *k*, in qua agebat [6] sanctus Odobertus *l*, obtento illius religionis primatu, pervenit. Porro [7] famulus sanitati restitutus [8] clamabat cum lacrimis, suos [9] dominos, patres scilicet eremitas [10], requirens; quibus enarravit [11] quae sibi patrocinio beati Clari [12] contigerant [13]. Quibus auditis, praefati eremitae cum famulo [14], eremo relicta [15], beatum Clarum videre cupientes ipsum [16] usque ad [17] abbatiam sunt secuti. Cumque eum quadam die [18] a basilica Sancti Pauli [19] egredientem vidissent, statim absque ullo [20] indice [21] illum ex [22] vultus serenitate et alacritate cognoscentes, eius [23] genibus provoluti dixerunt : *O amabilis Dei amice, cuius nos famuli sumus, te rogamus obnixe ut aliquid consilii nobis aperias, quo ludibria huius saeculi devitare et post mortem animas Christo reddere valeamus.* Quibus [24] respondens vir Domini Clarus ait : *Audite, fratres, verbum Christi dicentis : " Qui vult post me venire abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me "* m ; et iterum [25] : *" Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut teipsum. In his quippe*

In qua dum moratur, eremitas quosdam

1. — [1] In pago Vulcassino sancti Clari presbyteri et martyris. De eodem ex gestis eius actor *G.* — [2] (T. g. r. A. E.) Anno Christi 865 *C4**. — [3] tunc temporis *add. G*; tunc *add. C1.3.4, D.* — [4] (v. O.) O. vocabatur *G, C1.2*; Orcestria dicebatur *C3, D*; Orvestria *C4.* — [5] ortus *add. G, C2*; oriundus *add. C3, D.* — [6] *om. V2.* — [7] speciosam *add. G.* — [8] (n. b.) nullis bonis *V2*; nulliusque b. *G.* — [9] (s. c.) *om. G.* — [10] ut multi assolent *add. C3, D.* — [11] (po. e. pr. g.) g. pr. exoptandae temporalis *G1*; g. po. exoptandae pr. *G2*; causa prolis habendae *C1.3, D*; et divino cultui educandae *add. C3, D.* — [12] igitur, *G, C1.* — [13] *om. G.* — [14] humiliter *add. G*; iugiter *C2*; singulis diebus *C3, D.* — [15] sed *G*; quia *C1.* — [16] moribus praeditum *add. G, C2.* — [17] (n. C. ut q.) Clarumque ideo n. dictum quia *G*; C. re et nomine *C1*; erat autem Clarus re, Clarus n. *add. C3, D.* — [18] erat *add. V2.* — [19] *om. G.* — [20] (f. e.) habebatur *G.*

*supra p. 438, not. 9. sic suppleantur quae exciderunt : *Clarus asseritur natus esse anno 865, passus vero anno 884.*

2. — [1] postquam attigit septem annos *add. C1.3, D.* — [2] (H. c.) Qui iussu parentum *G.* — [3] litterali scientia instructos *add. G.* — [4] (s. et) superavit. Hunc ergo *G.* — [5] videntes *G.* — [6] uxori *add. G.* — [7] tamquam *add. G.* — [8] (p. p.) utrumque parentem totamque (et *C1.3, D*) patriam *G, C1.3, D.* — [9] dereliquit *G, C2.* — [10] v. itaque *G.* — [11] ponti *C1.3, D.* — [12] (et n. i. ad) navesque subintrans in *G.*, navem quae parata erat intrans in *C1*; conscensa navi in *C3*; navem intravit *D.* — [13] (n. a. N. d.) *om. G, C1.3, D.* — [14] Cesarbungum *V1 corr.*; apud Cesarisburgum *G, C2, D*; apud Cesariburgum *C1.3.* — [15] (T. ad) et exiens a navibus (de navi *C1*) in *G, C1.* — [16] (pervenit-vitam) in quo d. e. degebant, Domino ducente, p. *G.* — [17] (v. p.) sed antequam *G, C1.2.* — [18] subintraret *G, C1.* — [19] famulum *G, C1.4.* — [20] invenit *V2.* — [21] oratione praemissa *add. G, C2*; oratione *add. C4.* — [22] (f. c. s.) crucisque miraculo (vel signaculo *add. G2 in marg.*) f. *G.*

3. — [1] intrare *G2*; vitare *corr. G2 in marg.* — [2] famulum *G.* — [3] illum *add. G.* — [4] *om. G.* — [5] Maldium *G2*; Malidumi *C3, D.* — [6] agebatur *V1.* — [7] (agebat-Porro) s. O. primatum r. (regionis *G2*) i. obtinebat, adiit. Sed *G*; s. O. degebat adiit. Et *C2.* — [8] (s. r.) *om. G.* — [9] (c. c. l. s.) clamans ac lacrimans suosque *G.* — [10] (p. s. e) *om. G.* — [11] (q. e.) eis omnia *G.* — [12] (p. b. C.) *om. G, C2.* — [13] enarravit *add. G.* — [14] suo *add. G.* — [15] (e. r.) eremum dimiserunt et *G*; eremum exeuntes et *C2.* — [16] *om. G.* — [17] praedictam *add. G.* — [18] (C. e. q. d.) q. vero d. cum ipsum *G.* — [19] apostoli *add. G.* — [20] omni *G, C2.* — [21] indicio *G1, C2*; iudicio *G2.* — [22] *om. G, C2.* — [23] que *add. G.* — [24] Illis igitur ita orantibus *G.* — [25] (et i.) *om. G, C2.*

duobus

VITA

duobus mandatis universa lex pendet et prophetae „ n. *Deum vero diligere ex toto corde et ex tota anima, est mentem suam a terrenis rebus subtrahere, ita videlicet ut soli Deo servire studeamus, totam* [26] *intentionem in ipso assidue reponentes* [27]. Quibus dictis, eremitas praedictos in bonis operibus [28] confirmavit fideique lorica armatos remisit ad propria.

n

in bonis operibus confirmat,

daemoniacum liberat,

o

p

4. Non post multos dies cum beatus Clarus iuxta fluvium, qui vocatur Costus *o*, amore solitudinis habitaret, et [1] quadam die dominica basilicam sancti Pauli apostoli peteret, ibidem, ut sanctis hominibus moris esse solet [2], corpus et sanguinem Domini accepturus [3] *p*, accidit ut iuvenis quidam genere nobilis et forma decorus, qui a daemonio [4] vexabatur, a parentibus [5] duceretur ad eandem basilicam, revinctis post tergum manibus. Quem vir sanctus Clarus [6] columbina praeditus simplicitate [7] conspiciens, et [8] hominum acclamantium [9] ac [10] pro puero deprecantium pietate [11] commotus [12], flexis [13] genibus, Dominum deprecatus est dicens : *Domine Deus, qui Danielem in lacu leonum servasti et* [14] *Ionam prophetam* B *in ventre ceti* [15] *custodisti, Susannam quoque* [16] *a falso crimine* [17] *liberasti, exaudi me famulum tuum, et istum iuvenem pro* [18] *benignissima misericordia tua digneris a daemone liberare et ad tuae veritatis reducere agnitionem.* Hac igitur oratione facta [19], iuvenis [20] pro [21] voluntate Dei sanctos suos exaltantis a cacodaemone est liberatus [22].

q

aegrotos sanat,

quin et mortuum suscitat.

r

5. In hac ergo patria beatus Clarus prece et amicitia sancti Odoberti abbatis totiusque conventionis monachorum et aliorum [1] hominum devotorum [2] prece [3] per biennium [4] detentus [5] *q*, habitaculum iuxta praedictum fluvium Costum amore et consortio eiusdem abbatis constituit. Ad quem non tantum vicini, sed etiam extranei variis oppressi infirmitatibus [6] confluentes, a quacumque detinebantur infirmitate liberabantur eius vestigia credendo tangentes [7]. Quaedam quoque paupercula [8], cuius unicus filius erat mortuus, virum sanctum Clarum [9] cum lacrimis et clamore petiit. Qui confidens in Domino [10] *r* signum crucis super eum impressit [11] et [12] humiliter Deum exoravit; sicque eum, qui defunctus fuerat, matri D suae vivum atque [13] sanum reddidit.

Sed cum, ut impudicam feminam fugeret,

s

a monasterio recessisset et post multa itinera prope Eptam fluvium secessisset,

t

u

x

y

6. Haec et his similia Domino Iesu Christo sancti sui Clari amore et meritis operante, beatus Clarus ab omnibus [1] totius patriae honoratus et dilectus erat. Sed diabolus amicos Dei fallere cupiens, mentem cuiusdam mulieris in amorem [2] ipsius vehementer accendit. Quae cum esset praedives [3] ac nobilis, multa beatissimo Claro promittebat, si suae impudenti [4] acquiesceret voluntati *s*. Vir autem [5] Dei terrena despiciens et scelus abhorrens [6], accepta ab abbate licentia [7], recessit multasque Neustriae sive Normanniae [8] ac Galliae partes circumiens *t*, tandem in quoddam nemus situm in partibus Galliae [9] *u* iuxta ripam aquae, cui Epta nomen est [10], pervenit. Illic sane quoddam coenobium [11] *x* auxilio Domini [12] Dei et cuiusdam famuli sui *y* construxit ; ubi [13] multa et dura [14] pro Christo patiens ac solis herbarum radicibus victitans [15] a laudibus divinis [16] die noctuque, salva exigua quiete corporali [17], non cessabat.

tandem absatellitibus eiusdem feminae

z

aa

capite plexus est

bb, cc

7. [1] Interim praedicta mulier pro spreta voluptate impatiens, iussit duobus servis suis beatum Clarum quaerere inventumque tradere morti. Qui totam Neustriam et Galliam peragrantes, steterunt fessi et, eumque minime invenientes, steterunt fessi et, infecto [2] negotio, ad propria remeare cogitabant. Accidit vero ut locum, in quo vir sanctus agebat, transirent, et eum terram fodientem eminus conspexerunt. A quo casu requirunt si virum nomine Clarum agnosceret vel locum, in quo manebat, sciret. Nescius quid sibi contingere debebat, respondit se virum quaesitum et locum habitationis eius [3] ignorare. Illis abeuntibus, paenituit eum mendacium dixisse *z*, et eos revocans, praeeligens potius mori quam mentiri, confessus est et non negavit *aa* dicens : *Ego sum, quem quaeritis, Clarus.* Tunc illi veritatem ex ore eius agnoscentes, mandatum dominae suae perfecerunt, eidem caput in ipso loco praescindentes quarto die novembris. Qui quidem proprium caput manibus accipiens a loco, in quo fuerat praecisum, usque ad coenobium suum *bb* deportavit *cc*. Quod

[26] (s. t.) studeat totamque suam *G*. — [27] reponat *G*. — C [28] atque virtutibus *G, C2*.

4. — [1] (a. s. h. et) a. solitarii loci habitans *G ;* solitarie habitans *C2*. — [2] (ibidem-solet) ut i., sicut m. est sanctorum hominum *G*. — [3] acciperet *G*. — [4] graviter *add. G*. — [5] suis *add. G*. — [6] *om. G*. — [7] (c. p. s.) sicut erat c. s. *G*. — [8] misericordia et pietate *G*. — [9] clamantium *G*. — [10] atque eum *G*. — [11] *om. G*. — [12] est *add. G*. — [13] que *add. G*. — [14] quique *G*. — [15] tribus diebus et tribus noctibus *add. G*.— [16] (S. q.) et S. *G*. — [17] sibi imposito *add. G*. — [18] (et i. i. p.) pro isto iuvene deprecantem ut eum *G*. — [19] peracta *G*. — [20] qui a daemonio possessus erat *add. G*. — [21] *om. G*. — [22] (a. c. e. l.) amore et meritis sancti Clari sanatus fuit magnasque exinde gratias cum suis parentibus Christo reddidit *G*.

5. — [1] eiusdem patriae *add. G*. — [2] *om. G*. — [3] precibus *C4 ;* rogatu *G*. — [4] (p. b.) multis annis *C3 ;* aliquanto tempore *D*. — [5] commoratus *G, C4* ; moratus *C1*. — [6] confluentibus *add. G1*. — [7] (l. e. v. c. t.) vestimentum e. t. firmiterque credentes l. *G ;* t. vestimentum e. l. (liberati sunt *C2 ;* curabantur *C3, D) C1.2.3, D*. — [8] mulier *add. G, C1.4*. — [9] *om. G*. — [10] corpusque proprium super mortui corpus extendens *add. G ;* praecepit puerum afferri et extendens corpus suum super corpus pueri *add. C1* ; extendens (extendit enim *D)* se super corpus pueri, sicut legimus Helisaeum fecisse *add. C3, D ;* extensis instar Elizaei supra corpus mortui membris *add. C4*. — [11] (si c. su. e. i.) signo c. impresso *G ;* facto signo c. *C1*. — [12] *om. G*. — [13] (v. a.) *om. G*.

6. — [1] hominibus *G, C1*. — [2] (in a.) amore *G, C1.2*. — [3] dives *G, C2*. — [4] *om. G, C2*. — [5] (v. a.) sed v. *G, C2*. — [6] (et s. a.) *om. G, C2*. — [7] de nocte *add. G*. — [8] (s. N.) *om. G, C1.3, D*. — [9] (s. in p. G.) p. G. vicinum *C1*. — [10] (r. a. c. E. F n. e.) r. a. quae dicitur E., Domino ducente *G ;* E. fluvium in pago Wlcasino *C2 ;* usque Eptam, Spiritu sancto ducente *C3, D ;* Spiritu sancto ducente *add. etiam C1*. — [11] (q. c.) monasterium *C2 ;* eremitorium *C3 ;* domunculam *C4 ;* c. q. *D*. — [12] *om. G, C1*. — [13] ibique *G, C1.3, D*. — [14] (m. et d.) m. d. et aspera *G ;* multa mala *C1 ;* multas necessitates *C3, D*. — [15] vivens *G, C1.2*. — [16] (a l. d.) a divino servicio *G, C1.2*. — [17] (die-corporali) *om. G. C1.2*.

7. — [1] *Totum capitulum ita compendio exhibetur in G :* Interea vero praedicta mulier iussit duobus servis suis ut beatum Clarum quaererent et inventum morti traderent. Qui totam Neustriam et Galliam peragrantes, sed eum non invenientes, dum itinere ac taedio fessi remearent ad propria, iuxta locum, in quo vir sanctus degebat, transgredientes eum fodientem in horto (et corpus suum fatigantem *add. C1.3, D)* respiciunt. A quo si virum quendam nomine Clarum agnosceret, vel locum, in quo habitaret, inquirunt. Quod cum ille se nescire diceret, sed, illis abeuntibus, mendacium se dixisse paeniteret, advocavit eos et dixit : " Ego sum „. Tunc illi veritatem ex ore eius agnoscentes mandatum suae dominae perfecerunt, et eum ibidem quarto die novembris decollaverunt. Qui caput proprium in manibus suis accipiens a loco, in quo decollatus fuerat, usque ad suum coenobium (usque ad clivum collis proximum *C4)* deportavit; et sic eum ibidem famulus eius nomine Cirinus, prout potuit, honorifice sepelivit (anno Christi 884 *add. C4)*. *Eadem, licet brevius, nonnumquam etiam verbotenus, praebent C et D ; sed in C3 et D intermiscentur quaedam paraenetica, eaque eadem in utroque.* — [2] infesto *V1*. — [3] *om. V2*.

videns

e a famulo suo Cyrino sepultus. videns famulus eius demirabatur corpus truncum caput abscisum propriis baiulare manibus *dd*. Huic famulo nomen fuit Cyrinus *ee*, qui non absque pietate tanto sancto praestabat obsequium. Et ne deforet extremae servituti, secutus est exanime corpus, ut eum, sicut decebat sanctum, honorifice sepeliret, praestititque ei novissima sepulturae obsequia.

A tertio autem post mortem anno **8.** [1] Porro tribus annis transactis ab eius passione, volens Deus mirificare sanctum suum et in eo gloriosus apparere, tali eum prodidit miraculo. Erat quidam caecus a nativitate qui suffragia beati Clari postulans, iuxta tumulum eius obdormivit. Is admonitus est ab angelo ex tumulo aliquantulum terrae assumere et in nomine Domini et sancti Clari oculis suis admovere, sicut Christus oculos caeci a nativitate luto ex terra et sputo confecto linierat *ff*. Sic iste caecus natus terram ex tumulo beati viri sumens et oculos suos inde liniens obtinuit perfecti visus beneficium *gg*. Exinde *miraculis clarescere coepit.* rumor tanti miraculi per diversas regiones prodiens excitavit multorum populorum devotionem, qui diversis languoribus gravati cottidie ad locum B sancti Clari profluunt, sanitatis beneficia reportantes, ut, novis in dies miraculis supervenientibus, non sit opus pro manifestatione sancti Clari antiqua recensere. Igitur ab universis verae religionis cultoribus invocandus est beatus Clarus martyr, qui pro virtute et veritate capitis abscissione martyrium complevit. Unde gloriosus cum Iesu Christo Domino nostro in caelis regnante obtinet bravium supernae felicitatis, ad quam perducantur omnes Domini nostri Iesu Christi et sanctorum eius cultores. Amen.

ANNOTATA.

a *Tres istius nominis viri in Anglia imperaverunt, primus nempe an. 855-870, alter an. 940-946, tertius an. 1016. Horum primum hoc loco designari opinamur. Cfr. supra Comm. praev. num. 23-28.*

b *Verbum illud nuspiam alibi repperi. Inter modernos plerique, etiam Angli, interpretantur Roffam, vulgo* Rochester; *alii pauci malunt intellegi Wigorniam, vernacule* Worcester; *quin etiam quidam " Dorcestriam seu Glocestriam "* (1). *Nomini quidem ab auctore Vitae tradito similior est* Dorcestria; *sed haec vox recenti satis aetati adhiberi coepit, neque tantae auctoritatis est auctor noster, ut de nomine ab eo tradito pluribus inquiramus.*

c *I. e. comitum. Hac enim significatione adhibitum est verbum illud non in Gallia solum, sed etiam in Anglia et in Normannia. Cfr. Cangium ad h. v.*

d *Undenam didicerit Dempsterus sanctum nostrum Gulielmum antea dictum esse, postea vero, cum oculorum usum multis restituisset,* Clari *inde nomen sortitum esse* (2), *nescio.* E

e *Haec nominis explicatio quibusdam non placuit, qui alia nescio quae mira commenti sunt, v. g. ideo infanti nomen Clari inditum esse, quod " in summa cute facies ipsi erat lucida "* (3), *et alias huiusmodi nugas.*

f *Post annum dumtaxat 911 Normanniae nomen accepit antiqua Neustria; quod novum nomen saepissime occurrit apud auctores saeculi XII,*

8. — [1] *Brevius etiam compendium huius capituli legitur in G :* Tribus vero annis ab eius passione transactis, voluntate Dei sanctum suum martyrem exaltare volentis, quidam caecus a nativitate iuxta tumulum eius soporatus est. Qui laetus consurgens et, sicut ibidem (idem *G1)* in somnis ab angelo admonitus erat, ex tumulo (eius *add. G2)* terram accipiens oculis suis apposuit, statimque visum recepit. Unde factum est ut postmodum multitudo magna languentium locum ipsum devote requireret et ibidem per merita sancti Clari a variis infirmitatibus sanitatis beneficium obtineret. — *C4 hoc compendium fere verbotenus, at paucioribus etiam, tradit ; — in C2 legitur dumtaxat ultima sententia ; — in C3 et D haec profertur narratio, cui simil-* C *limam exhibet C1 :* Tribus ab eius passione elapsis annis (post tres annos a passione sua *D)* contigit quendam effodere ubi sepultum iacebat corpus eius (terram iuxta coenobium effodere atque tumulum martiris invenire *C1)*. Eadem vero die (et e. d. *D)* quidam a nativitate caecus prope locum transiens ex divina voluntate iuxta tumulum eius dormiens, audivit angelum Domini dicentem sibi corpus Clari ibidem sepultum (eique omnibus gentibus praedicare praecepit *[scil.* angelus] *add. C1)*. Qui surgens ex terra illa oculorum (oculis *C3)* locum tetigit, et ilico visum recepit (qui omnia quae viderat et sibi acciderant, narravit *add. C1)*.— *Tandem adscribere iuvat textum codicis Sancuriensis (cfr. supra, p. 437, not. 14), qualem eum exhibet Denyaldus,* Histoire de S. Clair, *pp. 110-11 :* Contigit autem tribus annis a martyris passione transactis, Albani *(sic)* sarcophagum iuxta coenobium effodere, atque tumulum martyris fodiendo invenisse. Eadem die quidam homo caecus a nativitate prope locum illum transiens, voluntate Dei suum martyrem volentis manifestare, iuxta tumulum ipsius soporatum *(sic)* est. Huic quidam angelus de caelo demissus sanctum Clarum Dei martyrem illic iacere narravit, idque omnibus gentibus terrae narrare praecepit. Quo audito ille, qui caecus fuerat, laetus consurgens atque visum habere cupiens, terram e tumulo accipiens oculosque suos ex ea tangens, ilico visum recepit. Qui peragrans diversa loca, gentibus totius patriae ea, quae angelus dormienti de sancto Claro Christi martyre narraverat, atque qualiter ipse super tumulum eiusdem martyris visum receperat, nuntiavit. Quibus rumoribus ad aures populi venientibus, multitudo magna languentium et infirmorum locum, in quo corpus sancti Clari martyris requiescebat, requirentes, a diversis languoribus divina dispensatione sanabantur. *Ibid., p. 136-7:* Eodem anno *(quo caecus ille sanatus est)* quaedam mulier lunatica passione detenta, audiens miracula, quae pro suo martyre cottidie operabatur Deus, a partibus procul inde remotis discedens, locum ubi Christi martyr quiescebat, sanari ab infirmitate, qua detinebatur, cupiens petiit. Quae coenobium illius, in quo iacebat, ingrediens totaque nocte vigilans crebrisque orationibus Deum sanctumque martyrem humiliter deprecans, Dei voluntate a passione sua, F qua gravabatur, sanata est. Eadem quoque nocte duo pueri morbo paralytico gravati iuxta tumulum sancti martyris vigilantes, sanctum martyrem, quem causa sanitatis petierant, deprecabantur dicentes : " Sancte Clare, Dei martyr et amice, nos pueri a paralytico morbo nimis angustiati te supplices humilesque petimus, quatenus Deum, cui in saeculo servivisti vivendo, ut nos a paralytico morbo, a quo ultra modum gravamur, nos liberes suo amore " *(sic)*. Sic cum lacrimis et pio corde orantibus, amore sancti martyris et Dei misericordia a morbo, quo detenti erant, cunctis videntibus, qui aderant, liberati sunt. His miraculis atque aliis in hoc libello non scriptis per multas partes terrae vulgatis, gentes in extremo Galliae commotae sanctum martyrem frequenter requirebant. Inter quos quidam tyrannus elephantino oppressus morbo corpus sancti martyris causa sanitatis recuperandi petiit; qui templum sancti martyris subintrans atque in oratione prostratus, Deum omnipotentem sanctamque Mariam Dei genetricem atque sanctum Clarum pie precabatur, quatinus eum pristinae sanitati redderet *(sic)*; et caro illius tamquam caro pueri parvuli in illa hora mundata apparuit. Dedit etiam tale domum Dominus Deus noster sancto Claro, ut qui eum bona devotione peterent, ab oculorum infirmitate sanarentur atque in maris periculo liberarentur.

(1) Vide Art. du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 319. — (2) Cfr. *Act. SS.*, Oct. tom. V, p. 518, num. 29 et supra num. 45. — (3) Denyaldus, *Vita*, p. 11; *Histoire*, p. 7; Art. du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 319; etc.

aliquando

AUCTORE A. P.

aliquando etiam saec. XI, ut in Miraculis S. Genulfi, cap. 19 (1), *in altera continuatione chronici Adoniani* (2), *forsitan etiam saec. X in Chronico, quod dicitur, Normannorum* (3). *Explicationes autem similes illi, quae h. l. Vitae* Clari *profertur, legimus nonnumquam apud auctores Normannos saeculi XII, v. g. in translatione S. Nicasii, cap. 3* (4), *in translatione S. Honorinae, cap. 1* (5); *nolui tamen ea re uti, quando supra, Comm. praev. num. 10 et 11, de huiusce Vitae antiquitate inquirebam. Desunt enim illa verba in recensione* G, *et fieri utique potuit ut ad primam scriptionem ipsius recensionis* V *non pertinerent.*

g Cherbourg, *caput tractus in praefectura* La Manche.

h " *Tradunt regionis illius incolae nemus illud,* „ *in quo primum consedit* S. Clarus, *eo loci fuisse,* „ *qui postea dictus est* S. Clair-des-Marais *in paro-* „ *chia* Nacqueville. *Ibi ab antiquissimis temporibus* „ *exstitit sacellum sancto martyri dicatum* „. *Ita Trigan* (6) *et alii* (7); *quarum rerum fides penes ipsos sit.*

i *Ex hoc loco occasionem acceperunt recentiores quidam, ut comminiscerentur* Clarum *secum duos socios ex Anglia adduxisse. Id quidem subtimide coniecerat Denyaldus l. c.; idem iam asseveranter profert Trigan l. c.*

k *Abbatia illa in sola hac Vita nominatur. Suspicatus erat Arturus du Monstier* (8) *nullum esse discrimen inter Mandanense S. Scubilionis asceterium et monasterium Malduini hic laudatum; quae coniectura aliis etiam placuit* (9). *Ceterum paene etiam ignoratur in quanam parte dioecesis Constantiensis situm fuerit ipsum Mandanense coenobium* (10).

l *Is etiam nullibi, praeter quam in hac Vita commemoratur, et ex illa hauserunt recentiores quicquid de Odoberto scripserunt* (11).

m *Matth., 10, 24.*

n *Ibid., 22, 37-40.*

o *Ignotus ceteris scriptoribus antiquis fluviolus. Hunc dicunt postea nomen accepisse " Rivum S. Clari* „ le Ru de sainct Clair (12).

p *Cfr. Comm. praev. num. 21.*

q *Haec ita tradit Denyaldus* (13): " *Toto biennio* „ *in secessu illo vixit, nisi quibus temporibus* „ *Segenando Constantiensium in Neustria ponti-* „ *fici praesens aderat pro sacris ordinibus susci-* „ *piendis. Clarum enim fuisse presbyterum,* „ *romanum et Usuardi martyrologia cum bre-* „ *viario Constantiensi testantur* „. *Similia proponunt plerique recentiores. Quod autem hoc loco commemoratus est Sigenandus, haec est mera coniectura Denyaldi; qui, cum crederet* S. Clarum *an. 855-884 vixisse, et in dioecesi Constantiensi sacerdotio initiatum esse, non dubitavit Sigenandum, quem id temporis Constantiensi dioecesi praefuisse opinabatur, in narrationenominare. Ast alii postea hoc Sigenandi nomine, veluti si res a veteribus tradita esset, uti coeperunt ad definiendum quo tempore S. Clarus vixisset.*

r *Narrationem exornavit Guido de Castris et qui eum secuti sunt, in* Clarum *nostrum ea transferendo, quae de Helisaeo leguntur IV Regum, 4, 33-35.*

s *Addit Denyaldus* (14) : " *Observo in uno vete-* „ *rum codicum uxorem se obtulisse, et primo velasse* „ *libidinem matrimonii legitimi contractu* „.

t *Placuit modernis nonnullis* (15) *singula loca recensere, quae in hoc itinere* Clarus, *ut ipsi putant, adierit. In rei probationem subinde invocant vel vulgatam in his locis famam, vel quod in iisdem locis* S. Clarus *praecipue colitur. Crediderim equidem nullam aliam fuisse sive illi famae, sive modernorum commentis originem, nisi quod " illis* „ *plerisque locis* Clarus *venerabilis fuerit pietate et* „ *famosus nundinis populorumque frequentia* „ (16). *Cottidiana enim sunt popularium huiusmodi seu verius puerilium explicationum exempla.*

u *Videsis Comm. praev. num. 36.*

x *Grandiloquus videtur auctor, quem imperite secutus est scriba, qui in codice Usuardino, quem Hagenoyensem nuncupant, sic de sancto nostro meminit :* In monasterio Epta sancti Clari presbyteri et martyris (17).

y *Praeter hunc famulum obtrudunt moderni quidam, silentibus cunctis veteribus, Pientiam dominam de Rupe seu de Rupe-Guidonis* (18), *quae cum* S. Claro *in honorem divi Nicasii oratorium aedificasset* (19). *Cfr. supra Comm. praev. num. 2.*

z *Auctori haec narranti credere non vult Denyaldus* (20), *qui in ceteris plenam ipsi fidem ultro adhibet. Idem illud sancti mendacium alii etiam auctores prorsus reticent* (21).

aa *Cfr. Iohan., 1,20* confessus est et non negavit.

bb *Recentiores haec iterum aliter referunt, cum narrant* Clarum *caput suum ad aedes ecclesiae, quae in vico aedificata erat et cuius partem adhuc exstare credunt* (22), *detulisse* (23).

cc *De hac narratione et similibus quid sentiendum sit, videsis Trigan, op. cit., tom. II, p. 203;* Act. SS., *Oct. tom. VII, p. 819, num. 9 et 10; Cahier,* Caractéristiques des Saints, *p. 761-7. Mirabilia mirabilibus contexuit Denyaldus, cum narravit in hac* Clari *deambulatione auditos esse canentes non solum Cyrinum, sed et angelos Dei, sed et ipsum* Clarum, *capite licet plexum* (24).

dd *Satis ornatae narrationi flosculum etiam addiderunt recentiores* (25), *cum narrarunt a* S. Claro *caput truncatum, propriis manibus acceptum, ad vicinum fontem deportatum esse, in quo* Clarus *illud laverit.*

ee *De illo* S. Clari *famulo videsis supra Comm. praev. num. 26. Erravit in Cyrino Alfordus* (26), *qui ex male intellectis quibusdam Saussaii verbis commentus est Cyrinum eundem fuisse illum eremitarum famulum, quem a* S. Claro *sanatum esse cap. 2*

(1) *MG.*, Scr. tom. XV, p. 1212. — (2) Ibid., tom. II, p. 326. — (3) Ibid., tom. I, p. 536; cfr. p. 532. — (4) *Occiduae regionis provinciam, quae nunc Normannia dicitur* (Martene et Durand, *Thes. anecd.*, tom. III, col. 1679). — (5) *Eam in partem Franciae, quae tunc temporis Neustria, nunc autem Normannia nuncupatur* (*Act. SS.*, Feb. tom. III, p. 678). — (6) Op. cit., tom. II, p. 201. — (7) V. g. Denyaldus, *Vita*, p. 12; *Histoire*, p. 25; etc. — (8) *Neustria pia*, p. 68. — (9) Cfr. Mabillon, *Ann. O. S. B.*, lib. III, cap. 53 (tom. I, p. 83); *Gallia christiana*, tom. XI, col. 912; Legros, op. cit., p. 53-4. — (10) Cfr. Trigan, op. cit., tom. II, p. 201-2. — (11) V. g. Arturus du Monstier in *Neustria sancta*, fol. 35. — (12) Denyaldus, *Vita*, p. 14; *Histoire*, p. 44. — (13) Ibid. — (14) *Vita*, p. 17. — (15) Denyaldus, *Vita*, p. 17-8; *Histoire*, p. 75-7; Art. du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 320; Legros, p. 63-6. Cfr. Trigan, tom. II, p. 203. — (16) Ita Denyaldus, *Vita*, p. 17. — (17) Vide apud Sollerium in edit. Usuardi, p. 651. — (18) *Rocheguyon*. — (19) Denyaldus, *Vita*, p. 19-20; *Histoire*, p. 86-8; cfr. etiam Legros, op. cit., p. 67. — (20) *Vita*, p. 21; *Histoire*, p. 95-6. — (21) Trigan, op. cit., tom. II, p. 203; Legros, op. cit., p. 71. — (22) Cfr. comm. praev. num. 32. — (23) Saussaius, *Martyr. gall.*, p. 828; Legros, op. cit., p. 72. — (24) *Histoire*, p. 104; cfr. carmen leoninum infra, p. 455, cap. 7. — (25) Denyaldus, *Vita*, p. 21; *Histoire*, p. 104-5; Saussaius, l. c.; Art. du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 320; Legros, l. c. — (26) Op. cit., p. 328.

Vitae

AUCTORE A.P.

A *Vitae legimus. Ceteroqui nullum exstat antiquum de S. Cyrino monumentum praeter hanc Vitam. Ipsum tamen recentiores dicunt postea etiam martyrium fecisse. "Pro sancto" inquit Denyaldus* (1), *" in pago Vulcassino et apud oppidum Clarianum " colitur 13 iunii ". Legimus autem in proprio Beccensi, anno 1766 typis edito :* anno 1505, — *immo 1585* (2) — subtus unum ex altaribus eiusdem ecclesiae parochialis, *nimirum in vico S. Clari ad Eptam,* repertum est corpus sancti Cirini, quod ibidem quoque colitur (3). *Cyrini reliquiae hodie etiam in illa ecclesia honorifice asservantur* (4).

ff *Ioh., 9, 6.*

gg *Videsis supra Comm. praev. num. 47.*

(1) *Vita*, p. 20; Saussaius, l. c.; cfr. Art. du Monstier, *Neustria sancta*, fol. 164, etc. — (2) Cfr. comm. praev., num. 32. — (3) Pag. 125 in lectione quinta de S. Claro. — (4) Cfr. Legros, op. cit., p. 72-3.

FRAGMENTA CARMINIS LEONINI DE S. CLARO

De hoc carmine vide supra Comm. praev. num. 5. Ante singula fragmenta inter uncinos indicavimus in quonam capite Vitae prosae eaedem res narrentur.

[Cap. 1] . . . . princeps a rege secundus
Nato gaudebat, ex re qui nomen habebat
Clarus (1). . . . .

[Cap. 2] Solis iustitiae solo fervente calore
B Clarus cottidie Christi fervebat amore.
Spretis illecebris mundi pulsisque (2) tenebris,
Coniugium (3) crimen reputans, sine crimine limen
Egressus patris, auxit suspiria matris,
Ad patriam tendens, quae Neustria nomen habebat,
Sic mare conscendens mare mundi despiciebat (4).

[Ibid.] Iamque Deo totus haerens eremum cupiebat;
Ad quam devote (Clarus) festinus abibat.
Congressum furi (5) iuvenem laesumque securi
Digne sanavit et verbis aedificavit (6).

[Cap. 4, 5] .... pratis multisque locis peragratis,
Devenit ad flumen Costi, reddens ibi lumen
Lumine privatis, sensum male sensificatis (7).

[Ibid.] Sic sanctus sancto socio gaudens Odeberto
Profecit tanto patre necnon indice (8) certo.
Mortuus aptatur vitae, daemonque fugatur (9).

[Cap. 6] Subdita daemonibus mulier dum tentat abuti
Sancto, muneribus et vi deliberat uti;
Sed non propterea vincitur hic ab ea (10).

[Ibid.] Costus tristatur, quo gaudens Epta beatur;
Hic dolet amisso, laetatur at hic sibi misso.
Sanctus ut cellam sibi construit atque capellam, E
Mellifluus verbis, sanctorum vivit in herbis (11).

[Cap. 7] Raptus ab exsilio Clarus fuit ense secante ;
Conditur in gremio matris qua conditus ante.
Dum caput ipse suum (12) manibus deferre videtur,
Aer spirituum sanctorum voce repletur (13).

[Cap. 8] Martyrii palmam miracula multa sequuntur;
Aegri sanantur, claudi recte gradiuntur;
Venit et invenit sanctum sub caespite caecus,
Et qui perdiderat sua pristina lumina egenus.
Huc (14) veniens mulier lunatica sana recessit;
Vicit enim sanctus, ubi sancto passio cessit.
Visque elephantina plus non est ausa morari,
Et virtute Dei Clarique recessit honore (15).
Laetifica flentes oculos et lucis egentes,
Clarifica mentes, exaudi digna precantes (16).

(1) Ed. apud Denyaldum, *Histoire*, préface fol. A 2 verso. — (2) Denyaldus *publisque*. — (3) Den. *coniugeum*. — (4) Den. *Histoire*, p. 15. — (5) Den. *fieri*. — (6) Den. *Hist.*, p. 47. — (7) Den. *Hist.*, p. 45. — (8) Den. *indue*. — (9) Den. *Hist.*, p. 46. — (10) Denyaldus, *Officium S. Clari*, p. 6. Recte notat Denyaldus male hic pentametrum duobus hexametris subiungi. — (11) Denyaldus, *Vita S. Clari*, p. 19. — (12) Den. *suis*. — (13) Denyaldus, *Hist.*, p. 100-1. — (14) Den. *huic*. — (15) Den. *Hist.*, p. 148-9. Legerat carminis auctor narrationem codicis Sancuriensis (supra p. 453 inter var. lect.) vel aliam similem. Notandum est hos versus non iam omnes esse leoninos. — (16) Den., *Hist.*, p. 135.

C F

DE SANCTO BIRNSTANO

EPISCOPO WINTONIENSI IN ANGLIA

ANNO CMXXXIII.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. D. S.

*Vita S. Birnstani conscripta ante saec. XII, * al. Brinstanus, Briostanus, Birnstanus*

1. *Antiquum textum Vitae* S. Birnstani *, *adhuc ineditum, unus, quantum novimus, servavit nobis codex Musei Britannici, signatus Lansdowne 436, membraneus, exaratus saeculo XIV, fol. 111b-113a. Illum manu sua exscriptum et collatione facta diligenter correctum ad nos transmisit doctissimus vir Iohannes Morris, e Soc. Iesu, saepe de opere nostro optime meritus. Hanc Vitam non serius ineunte saeculo XII concinnatam fuisse demonstrat illius compendium quod exhibuit Gulielmus Malmesburiensis inter* Gesta pontificum Anglorum (1), *quod opus absolvit anno 1125* (2). *Ex isto compendio praecipue hauserunt quae de* S. Birnstano *narrarunt Thomas Rudborne in sua* Historia maiore Wintoniensi (3), *Franciscus Godwinus in suo opere* De praesulibus Angliae (4) *et Michael Griffith seu Alford in* Annalibus ecclesiae Anglicanae (5). *Utrumque monumentum, Vitam scilicet antiquam et compendium a Gulielmo Malmesburiensi traditum, edemus infra.*

non adeo certa auctoritate.

2. *Pronum est conicere scriptorem anonymum fuisse clericum quendam Wintoniensem; eundemque Vitae conficiendae operam dedisse extremo saeculo X, paulo postquam* S. Birnstani *corpus*

(1) Lib. II, § 75 (ed. Hamilton, p. 163). — (2) Ibid., § 278 (p. 442). — (3) Ap. Wharton, *Anglia sacra* (Lond. 1691), p. 212. — (4) Ed. Richardson (Cantabrig. 1743), p. 209. — (5) Tom. III (Leodii 1663), ad an. 932 (p. 254) et ad an. 965 (p. 336).

elevatum

AUCTORE C. D. S.

elevatum fuit, innuunt verba quod veridica fidelium relatione comperimus (1), *quibus provocare videtur ad testimonium eorum qui cum sancto episcopo conversati erant. Attamen duplici isti conclusioni obstat haud unus error ab ipso admissus. Nam et quo anno obierit* Birnstanus *non satis accurate notasse videtur* (2); *et illum* post decessum Fridestani *ad pontificalem cathedram evectum narrat* (3); *et denique inter Birnstani successores praetermisit Brichtelmum, qui proximus sedit ante S. Athelwoldum* (4). *Certe non adeo diligenter in singula inquisivisse dicendus est.*

Sedit Birnstanus minus tribus annis,

3. *Secundum scriptorem Vitae,* Birnstanus *ad superna migravit* pridie nonas novembris, anno ab incarnatione Domini nongentesimo tricesimo quinto, *postquam ecclesiam Wintoniensem* per quattuor annos strenue gubernavit (5). *Sed huic chronotaxi contradicit documentum praecipuae auctoritatis,* Chronicon *nempe* Anglosaxonicum, *quod extremo saeculo IX incohatum, deinde a coaevis scriptoribus per decursum temporum continuatum est* (6). *In quo haec leguntur ad* Birnstanum *nostrum spectantia* (7) :

B A. 931. Hoc anno Byrnstanus ordinatus est episcopus Wintoniensis quarto kalendas iunii, et episcopatum tenuit annos duos cum dimidio.

A. 932. Hoc anno obiit Frythestanus episcopus *[Wintoniensis].*

A. 933. Hoc anno... Byrnstanus episcopus obiit Wintoniae in festo Omnium Sanctorum.

Itaque, cum hoc testimonio potius fidendum videatur, statuendum est S. Birnstanum *Wintoniae sedisse a die 29 maii anni 931 ad diem 1 novembris anni 933. Nisi malis, cum Florentio Wigorniensi* (8) *et aliis qui eum secuti sunt, pro annis 931 et 933 legere 932 et 934, ut forte in nonnullis codicibus Chronici Anglosaxonici legebatur* (9).

factus episcopus decessore adhuc virente.

4. *Ex notatis in Chronico citato constat* Birnstanum *episcopum consecratum esse adhuc in vivis agente Frithestano decessore eius, quod nescivit scriptor Vitae neque Gulielmus Malmesburiensis* D *indicavit, sed distincte signavit Florentius Wigorniensis, Gulielmo paulo antiquior, qui in Chronico suo, ad annum 932 :* Vir eximiae sanctitatis, *ait,* Frithestanus Wintoniensis episcopus, ordinato pro se in episcopatu viro religioso Birnstano, Wintoniam resedit...; *et ad annum 933 :* Sanctus Frithestanus obiit; *ac denique ad annum 934 :* Sanctus Birnstanus Wintoniensis episcopus obiit (10). *Eadem post Florentium ad eosdem annos notarunt alii chronicistae Angli, Simeon Dunelmensis, Rogerus de Hoveden,* Flores historiarum, *etc.*

Elevatio corporis eius circa annum 975.

5. *Elevationem corporis* S. Birnstani *factam a S. Athelwoldo, quarto illius successore, qui sedit ab anno 963 ad annum 984* (11), *soli ex antiquis memorant scriptor Vitae anonymus et Gulielmus Malmesburiensis. Eam anno 965 illigat Alford* (12), *sed nullo, ut videtur, fundamento. Quin immo, cum in apparitione praevia inducatur S. Swithunus,* qui quantum superno imperatori pro vitae suae meritis exsistat proximus ac familiaris, manifestis signorum cotidie commendatur indiciis (13), *videtur omnino illa elevatio contigisse aliquo tempore* E *post translationem S. Swithuni, unde coepit is miraculis clarescere, id est post annum 971* (14).

Eius memoria in fastis sacris.

6. S. Birnstani *memoriam ad diem 4 novembris celebrant Auctaria martyrologii Usuardini Rosweydanum (saec. XII), Altempsense (saec. XIII) et Bruxellense (in. saec. XV), itemque martyrologium quoddam anglicanum ante annum 1225 confectum* (15) *et Norwicense saeculi XV* (16); *et praeterea kalendaria saeculi X vel ineuntis XI duo* (17), *tertium ad usum Novi Monasterii Wintoniensis medio saeculo XI* (18), *tria exarata saeculo XII* (19) *ac denique unum descriptum saeculo XIV* (20). — *Recentiora martyrologia, quae* S. Birnstanum *ad diem 4 novembris memorant, recensere supervacaneum est; ex quibus sufficiat indicasse hibernicum Dungallense.*

(1) Vit. cap. 1 ante med. — (2) Cfr. infra, num. 3. — (3) Cfr. infra, num. 4. — (4) Cfr. infra, annot. *d.* — (5) Cap. 3 extr. — (6) Cfr. Ed. B. Thorpe, praef. p. VIII-XII. — (7) Ibid., tom. I, p. 200; ed. Petrie, *Monum. hist. Brit.*, p. 383. — (8) Cfr. num. seq. — (9) Cfr. ed. Thorpe, praef. p. XVIII p. m. — (10) Ap. Petrie, *Mon. hist. Brit.*, p. 573. — (11) *Chronic. Anglosaxon.*, Florentius Wigorniensis, Gulielmus Malmesburiensis, etc. — (12) Loc. cit. supra. — (13) Vit. cap. 4. — (14) *Act. SS.*, tom. I Iulii, p. 328. — (15) Cit. ap. Stanton, *A menology of England and Wales* (London, 1887), pp. 526, 680. — (16) Cit. ibid., pp. 526, 681. — (17) Ap. T. Hampson, *Kalendarium medii aevi*, tom. I, pp. 432, 445. — (18) Stanton, op. cit., pp. 526, $675.^{16}$. — (19) Ibid , pp. $677.^{47}$ et $675.^{11}$; Hampson, tom. cit., p. 459. — (20) Stanton, p. $679.^{95}$.

C F

VITA S. BIRNSTANI

AUCTORE ANONYMO

Ex cod. Mus. Brit. Lansdowne 436. — Cfr. Comm. praev., num. 1.

Incipit de sancto Brinstano Wyntoniensi episcopo.

S. Birnstanus, clarus virtutibus, praesertim hospitalitate,

[**Cap. 1^m^.**] Vir venerabilis Brinstanus tempore gloriosi regis Adelstani in Wentana urbe post decessum sancti ac beati Fridestani eiusdem sedis episcopi *a* pontificale adeptus officium, vero et aeterno pontifici Christo totum se conformare studuit bonorum exhibitione operum. Erat enim, secundum veridicam sui nominis etymologiam, lapis vivus ad omne opus bonum exercendum, spirituali divini amoris igne succensus *b*, fide firmus, patientia robustus, humilitate mansuetus, caritate profluus; severus in corripiendo, alacer in exhortando; erga indigentes quoque et miseros benignus et dapsilis, pietate incomparabilis. De quo hoc unum memorabile fertur, quod veridica fidelium relatione comperimus, quod idem pater cum multis floreret virtutibus, praecipue tamen hospitalitatis et misericordiae operibus deditus fuerit. Siquidem ante portam eiusdem urbis xenodochium constituit, ubi peregrinos quosque et hospites de diversis partibus adventantes colligens, et tanquam Christum in membris suis suscipiens, summo tripudio gratulabatur, et eorum obsequiis sedule delectabatur. Noverat enim vir beatus quantum sit virtus hospitalitatis, misericordiae et compassionis : cum plerique his assueti

A assueti officiis angelos hospitio receperint et magnam per hoc ab omnipotente Deo gratiam promeruerint. Itaque iste vir beatus non immemor dominici mandati, et illius memorabilis mandati, quo ipse Salvator usque ad vestigia discipulorum suorum abluenda humiliter se inclinavit suisque sequacibus magnae humilitatis exempla reliquit, duodenos seorsum pauperes statuit, tredecimum quoque vice nominis Christi : quibus omni die in pedum manuumque ablutione seu alimentorum ministratione spiritualiter inserviret et humanitatis obsequia impenderet*. Luridis quoque ac despicabilibus variisque morborum confectis molestiis frequenter adhaerebat et omni episcopali ambitione postposita, horum consortio admisceri gaudebat. O beatum virum et omnimoda laude dignissimum, qui dum temporalibus ditaretur commodis, ne caelestibus privaretur deliciis, in usus pauperum distribuit propria, ut iustitia [eius] maneret in saeculum saeculi et cornu eius exaltaretur in gloria. Nihil quippe in terra retinere voluit, sed cuncta egentibus dispertivit, ut ei qui, cum dives esset, propter nos B pauper factus est, perpetuo sociaretur in caelis. Sic itaque pius antistes spirituali virtutum munere refertus, thesauros terrenos, opes et gazas temporales parvipendens pauperibus erogabat, providens et praeparans sibi auxilium necessarium in tempore opportuno.

* *cod.* impendetur

Capitulum secundum.

zelo sacerdotali

Inter haec venerabilis praesul cottidie Domino sacrificium offerebat, seque intra cordis aram assidua contritione mactabat : et corporis sui templum, ieiuniis refertum, orationibus intentum, castimoniae privilegio dicatum, dignum Spiritu sancto habitaculum exhibebat. Nulla antiqui hostis poterat versutia supplicari, qui spiritualibus armis statuit praemuniri, serpentinae astutiae prudentiam retinens et columbae simplicitatem non omittens. Ammonebat subditos terrena contemnere *, ad caelestia anhelare et inimici laqueos et insidias praecavere, atque omni hora vigilando adventum Redemptoris exspectare. Docebat quantum esse[t] malum superbiae, quae angelos de caelo deiecit, quanta virtus humilitatis, C quae homines perducit ad consortium Deitatis. Ante omnia caritatis concordiam tenere hortabatur, sine qua nihil boni perficitur, et in qua universa divina mandata complentur. Sic de singulis quibusque vitiis disserens, virtutum medicamina opponebat, et subiectum gregem ad aeterna gaudia incessanter cohortando, tam verbo quam exemplo perducere satagebat.

* *cod.* contemptione.

Capitulum tertium.

et pietate erga defunctos.

Et non solum viro Dei erat cura vivis proficere, immo etiam pro animabus defunctorum instantius solebat exorare. Noctibus etiam pro animarum salute cimiteria solus circuire depulsa formidine et psalmos frequentare studebat. Hoc cum quadam die faceret, expletisque omnibus subiungeret : *Requiescant in pace,* voces quasi * exercitus infiniti e sepulcris audivit respondentium *Amen.* Istud mirabilius, quo infrequens est, mortuos cum viro sevisse * sermonem, ne eum officii pige[re]t quod tot animabus gratum audiret. Sanctus igitur Brinstanus, multimodis virtutum floribus adornatus, gregem sibi commissum strenue gubernabat, et pro ovium salute Domino attentius supplicabat.

* *cod.* quidem

* *cod.* sentisse

VITA

Verum pius Dominus tam vigilantissimo pastori et fidelissimo ac providentissimo suae familiae dispensatori locum providens in gloria perenni, evocat hunc de labore ac de hac corruptibili carne, ut ei mansionem conferat lucis aeternae. Et quia sibi vivere Christus erat et mori lucrum perenne, desiderabat ardenter illum facie ad faciem cernere, quem diu per speculum tuebatur et in aenigmate. Adveniente itaque die suae vocationis, postquam more solito pauperibus Christi mandatum peregit, repentino tactus incommodo, inter eos quibus fideliter tanquam Deo servivit, pridie nonas novembris spiritum suum Domino commendavit, et de huius saeculi turbinibus et procellis ad portum quietis aeternae emigravit, anno ab incarnatione dominica nongentesimo tricesimo quinto, indictione octava, regni sceptra moderante victoriosissimo Anglorum rege Adelstano, anno regni eius undecimo *c*. Sepultus est igitur beatus Brinstanus in eadem ecclesia Sancti Petri, quam ipse Deo disponente per quattuor annos strenue gubernavit. Et sic a summo pastore de hac luce evocatus, electorum pontificum collegio in caelis meruit sociari. E

Pie moritur.

c

Capitulum quartum.

Ipso post mortem apparente et postulante, instituitur annua eius festivitas.

Illo igitur ad caelestia regna translato, venerabilis Alphegus in episcopatu successit, ac deinde Alphinus. Quo de hac vita sublato, sanctus Adthelwoldus pontificali est apice sublimatus *d*. Qui cum inter cetera sanctitatis opera praedecessorum suorum Wintoniensis sedis sanctorum antistitum praeter sancti Brinstani annuatim festive memoriam excoleret, quanti apud Deum idem pater foret meriti huiusmodi revelatione meruit edoceri. Non enim distulit divina clementia famuli sui meritum et gloriam propalare, ne vir perfectissimus et omnium virtutum titulis adornatus, in aliquo saltem parum quid commissi in illum videretur contrahere, qui est suorum laus, decus et gloria sanctorum. Quadam etenim nocte cum beatus Adelwoldus more solito solus in oratorio sanctae Dei genitricis Mariae divinis excubaret laudibus et intensissime devotis incumberet precibus, repente videt coram se astare sacerdotalis ordinis viros, pontificalibus infulis redimitos et aspectu admodum praeclaros. Cumque eos prae F claritate vultus vix posset aspicere, unus eorum, qui propior sibi assistebat, officiosissime eum salutans : *Pax tibi,* ait, *frater carissime Adelwolde, noster coepiscope.* Tunc ille : *Quis es,* inquit, *domine, et qui sunt isti ?* At ille : *Ego sum,* inquit, *Brinstanus, huius sedis quondam episcopus. Hic autem, qui prior assistit, sanctus est Birinus, natione Romanus, qui ab Honorio papa ad has partes ad praedicandum directus, maximam gentem Anglorum convertit ad Christum, et post laudabilis vitae cursum societatem promeruit angelorum. Alter vero beatus Swithunus est, specialis huius urbis patronus, qui quantum superno imperatori pro vitae suae meritis exsistat proximus ac familiaris, manifestis signorum cottidie commendatur indiciis. Sicut ergo nunc me vides cum istis in praesentiarum, sic crede pro certo me fore consortem eorum in aeterna felicitate sanctorum. Cur ergo excludor ab iis in memoria, quorum me divina clementia concivem efficere dignata est in gloria?* His dictis, confestim ab oculis eius sublati sunt. Sanctus igitur Adelwoldus divina revelatione instructus, facto mane monachis et clericis in unum collectis cuncta quae viderat per ordinem

d

VITA nem enarravit, et beati Brinstani festivitatem singulis annis perpetualiter celebrandam instituit. Cuius corpus paulo post de terra translatum inter sacras ecclesiae reliquias honorifice est recónditum.

Explicit de sancto Brinstano episcopo et confessore.

ANNOTATA.

a *Immo vivente adhuc Frithestano. Cfr. Comm. praev., num. 3.*

b *Nominis scilicet* Birnstani *seu* Brinstani *etymologiam deduxit scriptor e vocibus anglosaxonicis* D *verbali* byrnan *seu* brinnan *(urere) et substantiva* stan *(lapis). Cfr. W. Skeat,* A concise etymological Dictionary of the english language, *ed. II (Oxford, 1885), ad vv.* burn, stone.

c *Cfr. Comm. praev., num. 2.*

d *Post Aelfeah seu Elphegum et Alfsinum, tertium a* S. Brinstano *Wintoniensem episcopum Brichthelmum seu Brinthelmum memorant Florentius Wigorniensis, Gulielmus Malmesburiensis, Simeon Dunelmensis, etc., cui successit S. Athelwoldus. Tertium illum praetermisit anonymus noster.*

COMPENDIUM VITAE S. BIRNSTANI

Ex Gulielmi Malmesburiensis Gest. pontif. Angl. *lib. II.*

Birstanus IIII[or] tantum annis episcopatum rexit. Illum purissimae sanctitatis fuisse accepi-B mus; cottidie non intermissa sedulitate missam pro defunctorum requie cantitasse; noctibus, depulsa formidine, solum cimiteria circuire solitum, pro animarum salute psalmos frequentasse. Hoc cum quadam vice faceret, expletisque omnibus, subiungeret : *Requiescant in pace,* voces quasi exercitus infiniti e sepulcris audivit respondentium *Amen.* Istud mirabilius, quo infrequens est, mortuos cum vivo sevisse sermonem, ne eum officii pigeret quod tot animabus gratum audiret. Idem dominici exempli ardentissimus exsecutor, pedes egenis omni die, semotis arbitris, lavabat, mensam et cibos apponens, nec minus pro disciplina famulantium reliquias abstergens. Obsequio consummato, pauperibusque dimissis, ad multas ibidem remanebat horas, orationibus, ut creditur, vacans. Quadam ergo die pro consuetudine ingressus, nulla antea interpellatus aegritudinis molestia, subito clam omnibus spiritu vitali caruit. Clientes, qui consuetudinem eius nossent, [cum] tunc quoque orationibus occupatum crederent, tota die iacere passi; at vero sequenti diluculo irrumpentes, inveniunt cadaver sine mente. Conclamatus est ergo, et sepulturae datus. Sed cives, quia interceptum morte vide- E bant, omnem eius memoriam oblitteravere silentio, nescientes quod scriptum est : *Non potest male mori qui bene vixerit;* et : *Iustus, quacumque morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Correxit id divina rectitudo, longo post tempore succedente Athelwoldo. Cui noctium principio ante sanctorum reliquias lucubrare solito, apparuere tres assistere personae, non in extasi, sed plane insomni. Quorum quae media has exprimere voces est audita : *Ego sum Birstanus, quondam huius urbis episcopus; hic,* dextrum ostendens, *est Birinus, praedicator primus; iste,* et ostendit sinistrum, *est Swithunus, specialis huius ecclesiae et civitatis patronus. Noverisque quia sicut me cum eis hic vides in praesentia, ita cum eis in caelo non dispari fruor gloria. Cur igitur fraudor honorificentia mortalium, qui magnificor consortio caelestium spirituum?* Finierat, et in aerem cum sociis elapsus, pretiosa sui memoria provincialibus apposita, nihil non venerationis deinceps emeruit.

C F

DE S. GREGORIO

FUNDATORE ET PRIMO ABBATE MONASTERII PORCETENSIS

PROPE AQUASGRANI

A P. **COMMENTARIUS PRAEVIUS** EXTREMO SAECULO X.

§ I. De historia S. Gregorii deque gemina eius Vita olim conscripta.

Historiam S. Gregorii 1. *Nuper tandem luci veritatis historicae redditus est ille sanctus, de quo quidem non pauca narrare habuerunt, qui ante hos ultimos annos de eo fecerunt mentionem, at ea partim non omnino vera, partim plane falsa. Referebant nempe* Gregorium *filium exstitisse Nicephori Phocae, imperatoris byzantini, sororemque habuisse Theophanu, Ottonis II uxorem; posthabitis omnibus, eum in patria terra monasticae militiae nomen dedisse; postquam autem a Sarracenis interceptus esset et varios tulisset casus, in Occidentem profectum esse ac tandem Romam venisse, ubi, sorore sua Theophanu consilio et opibus adiuvante, coenobium S. Salvatoris struxisset; postremo, iubente Ottone II, Aquasgrani se contulisse et prope nobilem urbem coenobio Porcetensi, quod in ipsius gratiam imperator aedificasset, abbatem egisse et cum sanctitatis laude mortem obiisse.*

2. *Iamvero*

hactenus incertam satis

2. Iamvero haec vel exinde suspicionem movebant, quod illius regii, ut ferebatur, principis et non ignobilis abbatis, ne nomen quidem apud ullum scriptorem byzantinum legebatur, inter latinos vero unus solummodo (1) ante saeculum XIII, isque obiter et paucissimis verbis ipsius meminerat. Bruno nempe Querfurtensis, cum in Vita S. Adalberti cap. 17 sanctos viros laudaret, qui Romae in monasterium sanctorum Bonifacii et Alexii cum Adalberto piae collocutionis gratia convenire solebant, inter quattuor illos, quos regulae S. Basilii addictos fuisse docet, primo loco sanctum nostrum, ut videtur, nominat his verbis : Hoc Gregorius abbas, hoc pater Nilus erat... (2). Haec sola ille, et quidem ille solus. Non nimium ergo mirari debemus quod viri historici, cum eam, quam supra paucis exhibuimus, S. Gregorii historiam apud recentiores dumtaxat scriptores, Molanum dico, Fisenium etc., legerent, incredibilem eam iudicarunt et inter fabulas libenter amandarunt (3).

illustrarunt Vitae ipsius duae nuper repertae;

Feliciter porro accidit ut, repertis nuper duabus S. Gregorii Vitis, et quae in hac historia erant utique fabulosa corrigerentur, quae autem vera confirmarentur, sicque de medio tollerentur dubia suspicionesve, quae de ipsa sancti abbatis exsistentia exorta erant. Primus, quin etiam solus hactenus Vitas illas edidit v. cl. Holder-Egger (4); qui de iisdem tam luculenter tamque subtiliter disseruit (5), ut vix aliud nobis reliquum sit, quam ut eius vestigia in tota hac paragrapho premamus.

quarum prior

3. Solus priorem Vitam nobis servasse videtur collector Magni, quod dicunt, Legendarii Austriaci; qui sub die 16 aprilis illam voluminibus suis inseruit, sed, quod in aliis etiam Vitis subinde fecit, non integram, verum extrema parte destitutam. Quod non parum dolemus; haud exigui siquidem momenti est haec Vita ad cognoscendas res a Gregorio gestas, utpote quae non ita multo post

ab auctore paene coaevo

ipsius mortem conscripta sit. Auctor enim, quamquam fortassis sanctum abbatem non viderat (6), a tribus tamen eius discipulis Calabris ea quae profert pleraque compererat (7); quorum testimonium etiam atque etiam in sua narratione studiose commemorare non neglegit (8); unde eum ante medium saeculum XI scripsisse merito colligit

et non Calabro scripta,

Holder-Egger. " Eum non Calabrum fuisse „ — ita pergit idem vir doctus, — " iam ex eo elucet, „ quod lingua latina usus est; et cum extremis verbis „ Ottonem III nostrum piissimum caesarem dixe„ rit, opponens eum imperatoribus Constantinopo„ litanis, quibus Calabria subdita erat, eum aut in „ Germania aut in Italia superiore vixisse appa„ ret. „ Probabile etiam existimat idem v. cl. Vitam hanc priorem aut ab ipsis monachis Porcetensibus aut iis admonentibus conscriptam esse.

quamquam mutila est

4. Libellus ille in quinque codicibus, quos quidem novimus, legitur, nempe **1**) monasterii S. Crucis in Austria, num. 12, saec. XII extr., fol. 66-67vo; **2**) monasterii Admuntensis in Styria, num. 24, saec. XIII, fol. 69vo-71; **3**) bibliothecae palatinae Vindobonensis lat. 336, saec. XIII, fol. 88vo-91; **4**) monasterii Zwettlensis in Austria, num. 24, saec. XIII, fol. 75-76vo; **5**) monasterii Mellicensis in Austria, sign. M. 4, saec. XV, fol. 207-9vo (9). Qui omnes iisdem verbis desinunt mutili, omnes

et in mendosis tantum codicibus nobis servata,

mendis scatent, quae aliter alii scribae corrigere subinde conati sunt; ut non immerito colligas ipsum exemplar horum codicum archetypum naevis minime caruisse (10). In paranda editione principe adhibuit vir cl. Holder-Egger codices 1, 2, 3; sed infaustum id contigit, ut qui in eius gratiam codicem Sanctae Crucis excussit, cum variantes lectiones colligeret, vix non ubique correctoris coniecturas pro primigenia scriptura adnotaret; quod nuper deprehendimus, cum egregia benevolentia Rmi abbatis Sanctae Crucis et R. P. Gregorii Pöck, eiusdem monasterii bibliothecae praepositi, codices quattuor Sancrucenses, quibus Legendarium Austriacum continetur, in bibliothecam nostram evolvendos accepissemus. E Illud igitur exemplar iterum contulimus et manum correctoris, qui saeculo XIII textui emaculando operam navavit, sedulo distinximus. Codicum 2, 3 lectiones varias ex editione principe ita accepi, ut subinde, cum aliquid dubii oriretur, ipsos codices adirem; quos pro bibliothecariorum numquam satis laudanda liberalitate, utendos eramus nacti. Codicem 5, huc etiam perhumaniter missum, ipse contuli; demum codicem 4 officiosissime contulit R. P. Benedictus Hammerl, bibliothecarius et archivarius Zwettlensis. Neque tamen haec diligentia, nec quae a priore editore sollerter propositae sunt emendationes, satis fuerunt, ut primigenii operis verba ubique restituere possemus; quem textum utinam felicior quispiam integrum et incorruptum reperiat! Interim remanent loci nonnulli, ex quibus vix ac ne vix quidem aptum sensum eruere valeamus.

quaedam tamen scitu digna perhibet;

5. Iis autem, quae supersunt, haec praecipue edocemur, Gregorium quendam Calabrum tempore Ottonis III imperatoris monasterium Circlarense rexisse; multa eundem et miracula patrasse, et mala a Sarracenis, qui Calabriam depopulabantur, passum esse; F ultimis demum verbis innuitur postea quandam Gregorium inter et Ottonem III intercessisse necessitudinem. Eadem fere, eodem ordine, at non eodem semper modo refert altera,

alterius autem Vitae auctor

quam diximus, Gregorii Vita; quae insuper narrationem rerum a sancto abbate gestarum longe ulterius deducit. Hanc nobis servavit codex Darmstadtensis num. 205, fol. 154vo-169, chartaceus ille

(1) Adde diploma quoddam Ottonis III anno 1000 datum; de quo infra, num. 13. — (2) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 603: cfr. *Act. SS.*, Apr. tom. III, p. 192. Aegre mihi persuadeo recte hoc caput 17 Vitae Adalberti interpretatos esse Henschenium nostrum (ibid., p. 193, not. *d*), Mabillonium (*Act.*, saec. V, pp. 847, 868), Nerinium (*De templo et coenobio Sanctorum Bonifacii et Alexii*, p. 77 sqq.) et nuper v. cl. E. Sackur (*Die Cluniacenser*, tom. I, p. 332-3), quando quattuor illos graecos et latinos quattuor omnes simul in eodem monasterio cum S. Adalberto incoluisse opinati sunt. Crediderim igitur Gregorium in coenobium S. Bonifacii subinde quidem et velut obiter venisse, non tamen in eo diuturniore quodam tempore vitam monasticam egisse. — (3) S. Hirsch-H. Bresslau, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich II*, tom. III, p. 55, not. 1. — (4) *MG.*, Scr. tom. XV, p. 1187-99. — (5) Ibid., p. 1185-7. — (6) Nolim id ita praecise negare, ut fecit Holder-Egger. Fieri enim potuit ut auctor noster in Italia quidem neutiquam cum Gregorio versatus sit, verum postea eundem in Germania cognoverit. Abrumpitur nimirum textus Vitae, qui superest, antequam de rebus a sancto in Germania gestis incipiat sermo fieri: cum autem non improbabile sit, ut in parte iam deperdita auctor de sua, si qua fuerit, cum Gregorio conversatione aliquid prodiderit, prudentius me facturum existimo, si rem in ancipiti reliquero. — (7) Cap. 3. — (8) Insuper cap. 4, 6, 9, 10, 13. — (9) Neglexinus exemplar saeculi XVII, quod in bibliotheca nostra inter maiorum nostrorum reliquias repperimus; collectis enim variantibus lectionibus, vix ullum dubium nobis superest, quin sit illud apographum ipsius codicis Mellicensis M. 4; siquidem lectiones isti proprias tantum non omnes habet; ubi vero ab illo recedit, non ad alium ex codicibus 1, 2, 3, 4 accedit, verum depravatum textum et manifestos errores exhibet. — (10) Idem dicendum esse de multis aliis Vitis in Legendario Austriaco descriptis, experti novimus.

et

AUCTORE A. P.

et anno 1487 (1) *in monasterio insulae Niederwerth, in Rheno prope Confluentiam sitae, variis manibus exaratus. Ex quo editionem principem paravit v. cl. Holder-Egger, nonnullis miraculorum narrationibus et locis paraeneticis hinc inde rescissis; cum autem pro instituto nostro textus integer nobis esset repraesentandus, codicem, quem summa cum benevolentia v. cl. Maurer, bibliothecae Darmstadtensi praefectus, ad nostram bibliothecam miserat, iterum evolvimus et partes omissas supplevimus.*

priorem non legerat,

6. *Hanc autem Vitam, si cum Vita priore conferatur, notabile quoddam hagiographiae et quaestionis criticae exemplum praebere, recte monuit Holder-Egger. Vitam siquidem priorem auctor non legerat; scribit nempe cap. 25 :* Conscripta quidem vita eius hactenus habebatur, etiam, ut quidam dicunt, aureis et argenteis litteris exarata, in eadem ecclesia, sed postmodum casu non satis noto combusta. Haec autem quae inde perstrinximus, ... in cortina satis antiqua Coloniae in ecclesia sanctae Mariae, ubi sanctimonialium chorus Deo famulatur, invenimus cum evidentibus capitulis. Hanc etiam cortinam domina Theophania imperatrix, soror beati Gregorii, in memoriam dilecti fratris sui componi post obitum eius iussit... *Atqui eum, saltem si summam rei spectes, vere dixisse, et mox ostendemus, et cuilibet utramque Vitam conferenti manifestum erit. " Vidit igitur " — ita ad rem v. cl. Holder-Egger, — " imagines " cortinae intextas, quales in celeberrimo tapete " Baiocensi* (2) *conspiciuntur, quibus res gestae "* Gregorii *depictae erant, cum brevibus inscri- " ptionibus* (3), *quibus res repraesentatae explica- " bantur. Sane scatet fabulis libellus hoc modo " compositus; nam* Gregorium *imperatoris Con- " stantinopolitani filium, fratrem Theophanu " imperatricis fuisse, ab Ottone II in Germaniam " accitum esse alucinatur auctor; sed rerum " summa singulari quodam modo cum Vita Gre- "* gorii *in legendario Austriaco servata convenit ". Quatenus enim Vita prior protenditur, eatenus " eaedem fere res eodem plane ordine narrantur, " eadem miracula eadem serie utroque libello refe- " runtur, etiam eadem personarum et locorum " nomina in utroque commemorantur* (4); *sed in " minoribus rebus, in causis contextuque rerum " posterior Vita plane a priore recedit, ut cognoscas " eius auctorem quasi quendam nucleum narra- " tionis ex imaginibus in cortina depictis recepisse, " reliqua omnia confinxisse et commentum esse* (5), *" nonnullas imagines non recte explicasse* (6). *Nec " dubium mihi videtur quin ea, quae in cortina " depicta erant, priore Vita duce conficta fuerint. "*

sed res a Gregorio gestas didicerat

ex antiqua cortina acu picta

C

et inscriptionibus ornata.

7. *Porro, quod cum his consentaneum est, omnino diversa sunt utriusque opusculi verba et stilus; diligenti enim instituta collatione, vix senos locos repperimus, in quibus inter utrumque similitudo quaedam intercedat, quae notatu digna sit. Hos subicere iuvabit :*

D

Vita I.	*Vita II.*
Cap. 1. ... ei de ordine in ordinem ascensum praebere non distulit.	*Cap. 3.* ... ipsum de ordine in ordinem consecravit.
Cap. 2. ... angelicae vocis admonitio venit, ut...	*Cap. 1.* ... admonitione angelica iussus est...
Cap. 3. Nullus clericus morum honestate sibi erat aequiparandus.	*Cap. 2.* ... nulli morum honestate inferior videretur.
Cap. 7. ... ex nimia fatigatione hostis antiqui.	*Cap. 5.* Omnis fatigatio daemonis expulsa est.
Cap. 9. ... statim signo crucis ad locum doloris opposito, sanavit eum.	*Cap. 8.* Oravit ut vel signum crucis doloris sui loco imponeret.
Cap. 10. ... leprosum quendam ... elemosynam ab ipso petentem.	*Cap. 9.* .. Contigit ut quidam leprosus... elemosynam peteret.

Quae similitudines partim casu oriri potuerunt, partim inde explicantur, quod aliquibus locis textum inscriptionum in cortina depictarum plus minus fideliter rettulit Vitae posterioris auctor; quas inscriptiones adhibita Vita priore compositas esse recte, ut videtur, coniecit v. d. Holder-Egger.

8. *Non exiguam sane ex hac cortina cepissemus utilitatem si, ut supersunt alia huiusmodi monumenta* (7), *ita ipsa etiam ad nostra usque tempora servata esset. Verum inquirentibus nobis a viris doctissimis Francisco Xaverio Kraus, professore Friburgensi, et Alexandro Schnütgen, canonico Coloniensi, responsum est nullam omnino sive in ecclesia B. Mariae in Capitolio* (8), *sive in alia quapiam Coloniensi, exsistere cortinam, quae medio aevo confecta sit; nullum auctorem Coloniensem, non Winhemium, non Gelenium, etc., etc., nostram vidisse vel certe eius meminisse. Unde periisse credenda est.*

quae iam periisse videtur.

9. *Sed quamquam hoc subsidio caremus, tamen quae superius diximus satis utique luculenta sunt, ut plane assentiamur iis, quae sapienter inde collegit v. cl. Holder-Egger : " In his ergo rebus ", inquit, " quas priore Vita relatas habemus, posterior fabulosa ac commenticia nullius pretii est; " attamen haec aliquanti aestimanda est, quod eius " ope prioris Vitae extrema pars, quae periit, quo- " dam modo suppleri potest. Discimus enim ex ea "* Gregorium *Calabrum in familiaritatem Ottonis " imperatoris venisse, ab eo in Germaniam missum " esse, ut monasterium Porcetense ab imperatore " fundatum institueret et regeret ". Certiores nempe fimus quisnam fuerit* Gregorius *ille, cuius gesta in Vita priore mutila narrata sunt; si enim Vita posterior non reperta esset, numquam essemus suspicati primum abbatem Porcetensem sub illius Calabri persona latere. Atque antequam v. cl. F. W. E. Roth viris doctis Vitam posteriorem notam fecerat* (9), *statuerat b. m. G. Waitz Vitam priorem quam " alicuius abbatis Gregorii " nuncupabat, in* Monumentis Germaniae *inter rerum italicarum scriptores edere* (10). *Sed est et alia huius libelli utilitas, nimirum ut palam faciat qua arte nonnulli hagiographi, cum diu post tempora eorum viverent, quorum gesta narrare volebant, neque ad manum habebant unde de eorum historia*

Vita illa utique fabulosa,

minime tamen inutilis,

F

(1) Id comperimus notula Vitae S. Thomae Aquinatis fol. 98 subscripta. Cfr. Holder-Egger, tom. cit, p. 1186, not. 1. — (2) Haud absimilis fuit, ut videtur, haec cortina monumentis illis saec. XII et XIII confectis, quae nuper arte eximia repraesentari curavit vir egregius F. X. Kraus, *Die christlichen Inschriften der Rheinlande*, 2ter Theil (1892), num. 87, 88, 89, et *Der Kirchenschatz von Sanct Blasien* (1892), Taf. 1, 2, 3. — (3) Quas ipse " capitula " dicit; hanc enim vim habet hoc loco ista vox. Vide Ducange-Henschel, *Glossarium*, sub v. *Capitulum 2. H.-E.* — (4) Pachomius abbas, David episcopus, Scandalis (Sandalis) Sarracenorum princeps, Bulcinum oppidum. *H.-E.* — (5) Regios Gregorii natales iam antea, ut videtur, finxerat nescio quis; probabile enim est epitaphium, quod c. 26 Vitae II insertum legitur, ante auctoris nostri tempora compositum esse. — (6) Non desunt in re hagiographica casus huic satis similes; videsis v. gr. Vitam S. Mercurialis episcopi Foroliviensis, *Act. SS.*, Apr. tom. III, p. 754-6; cfr. *ibid.*, p. 752, num. 4, 5. — (7) Vid. supra, not. 2. — (8) Haec nempe videtur ab auctore Vitae designari, cum dicit: *in qua sanctimonialium chorus Deo famulatur.* — (9) *Neues Archiv*, tom. XIII, p. 592-3. — (10) Cfr. *Neues Archiv*, t. XII, p. 7.

ubertim

A *ubertim edocerentur, inopiae suae consuluerint coniecturis, piis adhortationibus et excursibus, locis denique ex Scriptura abunde corrasis; qua in re palmam inter multos certe feret noster.*

extremo saeculo XII conscripta est

10. *Quonam tempore Vita illa composita sit, tam apte definivit saepe laudatus Holder-Egger ut, ne optime factum faciamus, ipsius verba iterum subicere malimus : " Posterior Vita a monacho „ Porcetensi, ut videtur, paulo postquam ossa Gre- „ gorii circa a. 1180-1190 ab Arnoldo abbate ele- „ vata sunt* (1), *ipso Arnoldo adhortante* (2), *saec. „ XII exeunte conscripta est. Cui tempori optime „ convenit, quod oratio per totum hunc libellum „ syllabis consonis consueto more exornata est. „ Sequuntur quidem nonnulla capita de miraculis „ a. 1261 factis, postquam a. 1220 monasterium „ Porcetense monialibus Cisterciensibus traditum „ est. Sed haec libello ante conscripto postea, vide- „ licet a. 1261 vel paulo post, adiecta esse primo „ patet aspectu, cum sermo horum capitum ab eo „ Vitae prorsus discrepet, cum nullum vestigium „ ornatus, quem vocamus " Reimprosa „ (gallice prose rimée) " in eis inveniatur, cum Vita bis citata* B *„ et uno loco eius verba repetita sint „.*

et postea brevi miraculorum relatione aucta.

Fabulae in ipsa prolatae

11. *Quod cum non animadvertisset Molanus, totam Vitam tempore primae abbatissae* (3) *compositam esse opinatus est; hanc nempe Vitam, non autem aliud opus ex ipsa derivatum et quod iam lateat, ab illo designari pro certo habeo, ubi quae de* S. Gregorio *protulit* (4), *ea " ex historia Porzetana „ tempore primae abbatissae conscripta „ se hausisse testatus est. In sua enim narratione pedetentim Vitae tenorem secutus est, quem brevi satis compendio, nulla re addita servatisque saepe ipsius Vitae verbis, exhibuit. Diu ante Molanum vel eandem Vitam legerat, vel certe fabulas, quae in ipsa proferuntur, audiverat Caesarius Heisterbacensis. Is enim cum annis 1221 et 1222 dialogum suum miraculorum componeret, lib. VIII, cap. 76 Gregorium* regis Graeciae filium et coenobii Porcetani primum abbatem atque fundatorem *appellavit; praeter ea autem nihil ex iis, quae in Vita referuntur, tradidit. Posteriorem autem scriptorem nullum repperi, praeter Molanum et forsan etiam Trithemium* (5), *qui Vitam II legerit. Quotquot enim postea de* Gregorio *paulo uberius sermonem habuerunt, omnes vel ex Caesario, vel ex Molano* C *hauserunt : Wionem dico* (6), *Miraeum* (7), *Saussaium* (8), *Fisenium* (9), *alios, recentiore vero tempore Quix* (10), *De Ram* (11), *Mooren* (12) *etc. Cum autem interim Vita prior ab omnibus sive antiquis, sive modernis auctoribus ignoraretur, inde factum est ut omnia, quae ad haec usque nuperrima tempora scripta sunt sancti nostri elogia, censura indigeant et a fabulis eximenda sint.*

magno apud modernos in honore fuerunt.

§ II. De fundatione monasterii Porcetensis.

Porcetensis abbatia

12. *Anno 973 vel 974 factum esse initium condendi monasterii Porcetensis, tradiderunt olim plerique scriptores, idque ideo quod, duce Vita posteriore, Trithemius, Molanus et qui eos secuti sunt, Ottonem II imperatorem huic fundationi operam contulisse opinabantur. Docuit autem nos Vita prior non Ottonis II, sed Ottonis III tempore Gregorium floruisse* (13), *atque ex ultimis, quae supersunt, verbis colligi posse videtur ab eodem imperatore sanctum nostrum in Germaniam esse accitum* (14). *Sed luculentius testimonium conceptis verbis perhibent documenta omni fide digna, ut certum omnino sit ab Ottone III Porcetum esse fundatum. Scribit enim Henricus II in diplomate Porcetensibus die 21 ianuarii an. 1018 dato :* Quod nos pro remedio animae nostrae senioris que nostri atque nepotis, Ottonis videlicet tercii imperatoris augusti, qui ipsum locum a fundamento ad Dei servitium ordinare coepit (15)... E *Quibuscum consentiunt Acta fundatorum Brunwilarensis coenobii, exeunte saec. XI conscripta; in quibus haec de Ottone III referuntur* (16): Monachorum monasterium, quod dicitur Burcetum, in honore S. Iohannis Baptistae atque S. Nicolai Mirrenorum archiepiscopi constituerat, quod materno ex sanguine graecus erat (17).

ab Ottone III

non multo post an. 996 fundata;

13. *Quo circiter anno fundatum sit monasterium, non ita facili negotio definiri potest. Si cum v. cl. Holder-Egger* (18) *tantum fidei Vitae posteriori tribuerimus, ut credamus* Gregorium *cum Ottone III — quem auctor Vitae perperam Ottonem II dicit, — Romae convenisse, id non ante annum 996 contigisse certum est, cum hoc primum anno Romam adierit imperator* (19); *qui postea annis 998 et 999 iterum in Italia versatus est. Circa haec igitur tempora, potius autem anno 996 quam 999, Italia relicta, in Germaniam contendit* Gregorius; *siquidem sub initiis anni 1000, iam aliqua saltem ex parte constructo monasterio Porcetensi, supremum diem vir sanctus obierat; legimus enim in diplomate Ottonis III die 6 februarii huius anni dato* (20): Monasterium sanctorum martyrum Apollinaris et Nicolai venerandique confes- F soris Gregorii in eodem monasterio corporali quiescentis materia, a quo idem venerabilis locus funditus fuit edificatus... communi vocabulo Burci nominato (21). *Quibus iterum docemur originem abbatiae Porcetensis a* S. Gregorio, *quem utique Otto III omni ope adiuvit, esse repetendam.*

(1) Cfr. cap. 26. — (2) Quod haec verba cap. 25 indicare videntur : *Haec autem, quae inde perstrinximus, cum* [Wolframmo] *satagente, tum domino Arnoldo ardentius consummante...* Quae verba et ad ossa Gregorii elevanda et ad eius Vitam conscribendam pertinere videntur. *H.-E.* Dubium tamen iniciunt quae cap. 26 leguntur : *Dominus Arnoldus saepedicti monasterii abbas suis temporibus ardentius aemulator exsistens paternarum traditionum;* videtur enim Arnoldus iam vita functus esse, cum haec scribebat auctor. — (3) Helswindis nempe, quam ab anno 1220 saltem usque ad annum 1261 praefuisse, ex ipso additamento Vitae novimus. — (4) *Natales Sanctorum Belgii* (Lovanii 1595), fol. 247vo-8vo; 2a ed. (Duaci 1616) fol. 241-2. — (5) *Ann. Hirsaug.*, tom. I (1690), p. 117. — (6) *Lignum Vitae*, parte II (1595), pp. 361, 501. — (7) *Chronicon Cisterciensis ordinis* (1614), p. 215-8. — (8) *Martyrol. gallic.* (1637), p. 831-2. — (9) *Historia ecclesiae Leodiensis* (1642), p. 238-9; 2a ed. tom. I (1696), p. 148-9; *Flores ecclesiae Leodiensis* (1647), p. 479. — (10) *Geschichte der ehemaligen Reichs-Abtei Burtscheid* (1834), p. 63. — (11) *Vies des pères, martyrs...* traduit d'Alban Butler, tom. VI (1849), p. 76. — (12) *Hagiologisches* in *Ann. des hist. Vereins für den Niederrhein*, tom. XXIV (1872), p. 174. — (13) Vita I, cap. 1. — (14) Ibid., cap. 13. — (15) Lacomblet, *Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins*, tom. I, p. 93, num. 151. — (16) *MG.*, Scr. tom. XIV, p. 131, cap. 10. — (17) Cfr. etiam diploma Conradi III datum anno 1138 (Lacomblet, tom. cit., p. 216-7, num. 326), et chronicon quoddam Aquense ed. a v. cl. Loersch in *Ann. des hist. Vereins für den Niederrhein*, tom. XVII (1866), p. 2. — (18) *MG.*, Scr. tom. XV, p. 1190, not. 4. — (19) G. Richter-H. Kohl, *Annalen des deutschen Reichs im Zeitalter der Ottonen*, tom. I (1890), p. 157. — (20) Böhmer, *Acta imperii selecta*, ed. Ficker, p. 28-9, num. 33. — (21) Recte monet H.-E. legendum esse *nominatum*.

14. *Nec minus*

AUCTORE A. P.

regula S. Benedicti in ea observata;

14. *Nec minus munificum se erga idem monasterium exhibuit Henricus II* (1), *ut non immerito dici possit opus ab Ottone III inceptum absolvisse* (2). *Ex sancti autem illius imperatoris diplomatibus discimus, quamvis, ut supra vidimus,* Gregorius *in Italia regulae S. Basilii addictus fuisset, monachos tamen Porcetenses sub regula S. Benedicti vixisse; notum siquidem est olim a Hludovico pio imperatore constitutum esse, ut haec sola regula in universo suo regno observaretur* (3). *Eodem Henrico II imperante, facta est anno 1017 vel 1018* (4) *consecratio ecclesiae Porcetensis, quemadmodum in* Gestis episcoporum Cameracensium (5) *narratum legimus :* Sub iis diebus *(anno nempe 1023)*... inter archiepiscopum Coloniensem Pilegrinum et Durandum Leodicensium pontificem altercatio non parva incanduit, pro monasterio videlicet Burcitho, quod uterque suae parrochiae subicere contendebat. Domnus autem Gerardus episcopus, ut testimonio veritatis litem compesceret, viva voce increpuit, quod episcopi Leodicenses quinque abbates illius monasterii sine ulla contradictione archiepiscopi consecraverunt; B immo et ipse, imperatore rogante et Baldrico episcopo Leodicensi petente, in presentia domni imperatoris in Aquensi aecclesia sanctae Mariae praefati monasterii clericos ordinavit, ipsumque monasterium cum archiepiscopo Poppone Trevirensium et Haimone Virdunensium consecravit...

primi eius abbates;

15. *Qua in narratione illud quibusdam mirum satis visum est* (6), *quod quo tempore haec contentio exorta est, anno scilicet 1023, iam quinque abbates in regimine monasterii sese excepissent ; id nempe cum tempore fundationis, quale illud supra assignavimus, aegre consentire censebant. Verum ut mirum id est, non tamen ideo a chronologia recedendum est, qua probabiliorem nullam repperimus. Ex quinque quidem istis abbatibus duorum dumtaxat nomina novimus* (7), *ipsius nempe* Gregorii *atque Benedicti;* Gregorius *iam ante annum 1000 obierat, Benedictus autem anno 1018 primum comparet et ad annum saltem 1040 praelaturam gessit* (8). *Hic sane diuturno tempore, sed brevissimo* Gregorius *regimen monasterii obtinuit; nemo igitur negabit fieri potuisse ut ab anno 1000 ad annum circiter 1018 tres abbates, quorum nomina* C *nobis ignota sunt, sibi invicem successerint; quod si possibile saltem videtur, satis nobis est.*

inane de ipsius antiquitate commentum.

16. *Antequam finio, obiter commemorare iuvat commentum Christiani Quix, qui antiquitatis affectatione ita abreptus est, ut fingeret Chlodulfum Mettensem episcopum in vico Porceto collegium matricularum saeculo VII constituisse; quod postea* Gregorius *noster ad abbatiae dignitatem evexisset* (9). *Cui sententiae prorsus sane adversatur citatum diploma Henrici II, in quo testatur decessorem suum Ottonem III* ipsum locum a fundamento ad Dei servitium ordinare coepisse. *Sed et levissima sunt, ut mitius loquar, argumenta, quibus* D *Quix opinionem suam comprobare nititur. Quod iam luculenter ostendit Lacomblet* (10); *unum addam, in diplomate Ottonis I, quo praecipue nititur Quix, non de* Breotio *villa, sed de* Hreotio *sermonem esse* (11); *hic nempe vicus est in hodierna provincia Limburgica Belgii, germanice dictus* Rütten, *gallice* Russon. *Unde iterum apparet quam mala avi Quixius locum illum cum Porceto unum idemque esse coniecerit.*

§ III. De cultu ecclesiastico S. Gregorii.

Videtur cultus liturgicus S. Gregorii

17. *Ut testatur Vitae posterioris auctor, cap. 26, tempore Arnoldi abbatis Porcetensis (circiter 1179-1192) Gregorius* auctoritate apostolica nondum canonizatus erat, licet merito in numero sanctorum transierit. *Neque postea sollemni pontificis iudicio inter sanctos relatus est. Publicos vero christiani populi honores tunc primum sortitus est, cum corpus ipsius post medium saec. XII, procurante Wolframno abbate, elevatum est et sollemniter* E *translatum* (12). *Exinde autem quisnam illi cultus sit exhibitus, praeter Vitam posteriorem et additamenta eidem subiuncta, nulla superesse videntur, quae nos doceant, monumenta antiqua. Libros siquidem liturgicos abbatiae Porcetensis, qui supersint, duos dumtaxat commemoratos invenio* (13), *antiphonarium nempe saec. XII (iam cod. Darmstadtensem num. 931) et martyrologium saec. XIII (itidem, num. 1210). Antiphonarius in capite mutilus est, deestque in illo kalendarium huiusmodi libris subinde praefixum; nuspiam autem nominatur* Gregorius. *In martyrologio haec ad d. 5 novembris leguntur :* Gregorii primi abbatis et fundatoris loci huius; cuius vita virtutibus et signis exstitit gloriosa (14). *Sed docuit nos v. cl. Maurer, bibliothecarius Darmstadtensis, haec manu admodum recenti in margine addita esse; unde colligere sit codicem non in ipsa abbatia Porcetensi scriptum esse, sed illuc posteriore tempore esse advectum.*

tum olim fuisse,

tum etiam hodie esse satis exiguus.

18. *In modernis autem martyrologiis inde a Greveni editione martyrologii Usuardini an. 1515 vulgata, ad d. 4 novembris Gregorium saepe nominatum offendimus. Eadem die celebratur in oppido Porceto sancti patroni memoria; fit nempe " ex usu sacrum summum, sed de die, item-* F *„ que vesperae sollemnes, inter quas incensatur „ sepulcrum divi abbatis; in quo sepulchro quie- „ scunt sacra eiusdem ossa* (15), *praeter partem „ brachii, quae iam in Fuldensi ecclesia S. Micha- „ helis conservatur. Invocatur praecipue Gregorii „ patrocinium in gratiam infantium qui morbo „ debilive valetudine tentantur. Utrum autem aliis „ in locis agatur sancti nostri festum, incompertum „ est „. Haec pro sua benignitate nuper rescribebat ad nos vir reverendus D. Straub, parochus Porcetensis.*

(1) Cfr. eius diplomata tria apud Lacomblet, tom. cit., p. 92-3, num. 149-51. — (2) Cfr. Hirsch-Bresslau, op. cit., p. 54. — (3) Cfr. B. Simson, *Jahrbücher des fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen*, tom. I (1874), p. 84. — (4) Hirsch-Bresslau, l. c. — (5) Lib. III, cap. 35 *(MG.*, Scr. tom. VII, p. 479-80). — (6) Cfr. Hirsch-Bresslau. tom. cit., p. 55, not. 1. — (7) In falsissima serie abbatum, quam exhibet Quix, op. cit., p. 73, Gregorium inter et Benedictum interponuntur Wolframnus et Arnoldus; atqui ex chartis monasterii collatis cum Vitae II capite 26, comperimus utrumque post medium saec. XII praefuisse. In *Gallia* autem *christiana*, tom. III, col. 1028, omittitur Benedictus atque haec profertur abbatum series, non falsa quidem, sed lacunosa valde : " Gregorius, Walframnus, Arnoldus „. — (8) Cfr. Lacomblet, tom. cit., p. 92, num. 150 et p. 108, num. 173. — (9) Op. cit., p. 56-62 et passim postea. Quixio assensus est Mooren, tom. cit., p. 174. — (10) Tom. cit., p. 56, not. 2. — (11) Cfr. Th. Sickel in *MG.*, Dipl. reg. et imp., tom. I (1884), p. 183. Eodem diplomate abusi sunt alii quidam, nominum aliqua similitudine decepti, ut comminiscerentur sub Ottone I abbatiam Porcetensem esse fundatam; cfr. Hirsching, *Klosterlexicon*, tom. I (1792), p. 641. — (12) Vita II, cap. 25. — (13) *Neues Archiv*, tom. XIII, p. 596-7. — (14) Cfr. F. W. E. Roth, in K. Vollmöller, *Romanische Forschungen*, tom. VI, III (1891), p. 494. — (15) De inscriptione, quae super tumulum legitur, videsis infra annot. ad cap. 26 Vitae posterioris.

VITA

A

VITA S. GREGORII ABBATIS PRIOR

Edita ex codicibus* 1) *Sancrucensi 12, saec. XII extr.,* 2) *Admuntensi 24, saec. XIII,* 3) *palatino Vindobonensi lat. 336, saec. XIII,* 4) *Zwettlensi 24, saec. XIII,* 5) *Mellicensi M. 4, saec. XV. Cfr. supra Comm. praev., num. 4. Corrector, a quo emendatus est codex Zwettlensis, priori scribae vix non coaetaneus erat.

Prologus.

Cum, divinae pietatis operante clementia [1], multa miraculorum nobis appareant insignia, quae scripturarum fidelitati iure debeant commendari, nihil tamen est magis admirandum et scriptis fidelibus commendandum quam honestas morum et sanctitas [2] operum cuiusque in agone mundani certaminis legitime certantium et gloriose triumphantium. Licet enim de his, ut legentium novit bene edocta sedulitas, librorum nulla egestas, sed magna sit facultas, tamen quod in his extremis temporibus ex alicuius vita et moribus pro veritate habeamus expertum, sanctitate sua compulsi, audientium [3] enuntiamus [4] devotioni.

Cfr. II Tim. 2, 5.

Tempore Ottonis III,

1 [1]. Igitur Ottonum tertio, caesarum augustissimo et in omni pietate ac totius religionis stabilitate ferventissimo, Romana imperia pio regiminis sceptro gubernante, erat vir [2] vita et morum honestate probabilis, Gregorius nomine, qui in diebus floridae iuventutis suae haut [3] immemor piissimi Plasmatoris sui, cuncta terrena delectamenta postponens, ad aeternae dulcedinis iubilum pervenire optimae operationis studio conabatur. Ex nobili ergo parentela, patre scilicet Licasto, matre autem Anna vocata in confinio Calabriae et Apuliae oriundus, uniuscuiusque qualitatis hominibus ea quae ipse, dum viguit, optime studendo peregit, ad [4] imitationis exempla reliquit. Erat, inquam, a pueritia iuventutem adusque [5] in vestium apparatu ut laicus, cordis vero salubritate Deo vivus et saeculo defunctus. Qualiter et in quantum oderit mundum, ut [6] eius deliciarum spurcitias victoriosa mente calcaverit, audientium auctoritas ex consequentium ratione facile poterit agnoscere. Patre etenim suo iam alternantem motum sentiente et [7] viam universae carnis [8] migrante, mater sua de obitu mariti lacrimosa et continuata querimonia non modicum C infirmata, maeroris sui solacia diligenter exquirens, filium patremfamilias fieri et appellari festinans, sibi coaequaevam et, ut fertur, nobilem ac pulchram desponsavit adulescentulam, et nuptiarum non elongari apparatum [9] materna pietate decrevit. Cuius materni affectus in praeparandarum proposito nuptiarum filii sollers providentia maturitatem agnoscens, omnia sponsalia omittens ornamenta, Cassianensem *a* episcopum David nuncupatum absque matris scientia [10] cum magnae humilitatis reverentia adire non distulit, et clericalem sibi tribui benedictionem humiliter postulavit. Episcopus vero de eius petitionis almitate gavisus, sanctam ei benedictionem summa donavit devotione. Acolytum quidem illum benedicens et deinceps eum secum commorari praecipiens, quemadmodum cauta sui providentia de virtute in virtutem eum proficere cognovit, ita ei de ordine in ordinem ascensum praebere [11] non distulit; et ita demum unius anni circulo [12] pleniter transacto, ad officium presbyteratus digne et laudabiliter ab eo est promotus.

Gregorius nobilis Calaber,

spretis nuptiis, a

clericus efficitur

et sacerdotio initiatur.

2. Huic ergo tanti meriti viro [1] in huius ordinis promotione morum elegantia ac probitate omnes paene sibi contemporales superanti, intempestae noctis silentio somno sopito angelicae vocis admonitio venit, ut nequaquam dimitteret [2], quin sanctum abbatem Pachumium, qui Circlarense [3] monasterium *b* Sancti Andreae cauta regiminis sui provisione tunc temporis peritissime gubernabat, causa accipiendae monachicae regulae propere [4] adiret [5] et, quae sibi agenda ille praeciperet, tota animi devotione ac omni virium [6] annisu cuncta compleret. Hac quidem visione non minimum hilaritatis adeptus, cum gaudio explebat, quod angelica sibi voce noverat esse persuasum [7]. Ad abbatem autem veniens et ab ipso cum summo dilectionis voto susceptus, post facilem probationem iugo monachicae disciplinae non solum vestium indumento, sed et virtutum incremento oboedienter est subiugatus.

Mox, angelo monente, E

b

vitam monasticam amplectitur,

3. Quantae igitur [1] conversationis hunc [2] huiusmodi virum esse profitear, qui dum esset laicus, nullus clericus morum honestate erat [3] sibi aequiparandus [4], nulli sua abstrahens, cum hilaritate propria impertiens, iustitia et fide omne iniquum ut [5] fantasma propellens, spe et caritate inimicorum austeritatem devincens, libidini sobrietatem et semper vitio virtutem opponens, Deo triumphante [6], victor gloriosus exsultat. His virtutum redimiculis, dum esset laicus, sancte et salubriter sublimatus, in clericali ordine constitutus dulces compunctionis lacrimas, Deo donante, acquisivit ac magna sui parsimonia et sanctarum vigiliarum necnon et precaminum assiduitate non minima ordinem et constitutionem omnium excellebat monachorum. Atqui, sicut trium venerabilium virorum et sibi in discipulatus familiaritate coniunctorum, Andreae scilicet presbyteri [7], Sabae diaconi, Serii iam [8] ab [9] adulescentia apud eum conversi [10] et secretorum suorum conscii, veridica relatione comperimus [11], quod vir ille beatus Gregorius habitu monachico non solum

et qui laicus fuerat piissimus, F

Prologus. — [1] (o. c.) c. o. 4. — [2] sanctitatis 3, 4 *ante corr.* — [3] audentium 3, 4 *ante corr.*, 5 *ante corr.* — [4] enodabimus 2, 4 *post corr.*, 5; enobimus 4 *ante corr.*; (en. dev.) *om.* 3.

Cap. 1. — [1] *Capitum distinctionem instituimus; codd. tantum a cap. 3 et 7 nova capita ordiuntur.* H.-E. *Verum in cod. 4 nova capita incipiunt insuper a verbis* Non est adeo *(cap. 7 extr.) et* Alia *(cap. 8).* — [2] (v. v.) vita vita 3. — [3] aut 1 *ante corr.*, 4 *ante corr.* — [4] et 1 *corr.* — [5] (i. a.) a. i. 5. — [6] et 4 *corr.* — [7] in *add.* 5. — [8] (u. c.) c. u. 3, 4, 5. — [9] *ita et* 1 *ante corr.*; apparatu 1 *post. corr.* — [10] conscientia 5. — [11] probere 3. — [12] circulum 4 *ante corr.*

Cap. 2. — [1] (t. m. v.) tanti viri merito 1 *ante corr.*; tanto viro meritis 1 *post corr.* — [2] dimittent 3. — [3] Circularemse 2. — [4] prope 3. — [5] adire 1 *ante corr.*, 3, 4. — [6] iurium 3, *non vero* 1. — [7] persuasit 4 *ante corr.*

Cap. 3. — [1] sibi 3. — [2] *lineola deletum in* 1. — [3] (er. s.) s. er. 2, 3, 4, 5; s. er. equ. n. *minio in loco raso* 3. — [4] equiper. 1; equiper. 2, 5. — [5] et *codd.*; ut 1 *corr. sup. lin.* — [6] triumphantem 1 *ante corr.*, 3, 4. — [7] prespiteri *h. l.* 1, 4. — [8] *ita et* 1 *ante corr.*; qui 1 *corr. saec. XIII.* — [9] *om.* 5. — [10] *ita et* 1 *ante corr.*; sunt conversati 1 *corr. saec. XIII.* — [11] *om.* 3.

corporaliter,

VITA I

corporaliter, sed spiritaliter indutus et, activa iam dimissa[12], in contemplativae[13] vitae positus dulcedine, [ad][14] omnium, quae[15] ante[16] fuerat affectatus, stemmata[17] virtutum, earum ad habitum ducente sancti Spiritus largitate, se gaudebat[18] esse perventum[19].

egregium se monachum exhibuit.

4. Verum, quo fructu bonorum operum consecutus sit hanc speciositatem[1] virtutum, nulla ratione praetereundum[2], sed pro posse et nosse pleniter est narrandum. Referunt praedicti probabiles viri, quod tanta et tam magna sanctarum sibi adesset assiduitas vigiliarum, ut paene nulla soporis quietudine[3] repausaret, nisi tantummodo ad parvi momenti spatium declinaret in lectum, ne penitus naturae necessaria negaret non dormiendo[4], et[5] se ipsum perpetuis vigiliis interimeret. Porro ex bene[6] parvae[7] quietis somno, ut dicunt, exsurgens et divinum opus fervide quasi numquam inceptum incipiens, quod supererat noctis interdum iubilando, interdum lacrimis orando peregit insomnis. Aurora iam exurgente et solis spiculo appropinquante, dicta psalmodia et missa completa, aut scribendo aut

B

legendo aut in agricultura[8] laborando et sic vesperi labore manuum suarum se modicum reficiendo, diem finire consuevit. Omnia enim divina praecepta sollerti providentia custodiens, apostoli[9] edictis noluit esse inoboediens, qui divini secreti conscius[10], haec commemorando praecepit, ut, qui non laboraret, nec manducaret; noluit enim aliud manducare, nisi quod ipse elaborasset[11] *c*. Nam scriptorem cum aiunt fuisse peritum et in multa alia arte satis edoctum, unde ab ipso opere interdum secedens, ut allevaret[12] fastidium, ad interiora sanctae contemplationis otia ingreditur ad vacandum Domino.

II Thess. 3, 10.

c

Abbas vero factus

d

e

5. Inter haec piae[1] conversationis[2] studia contigit, ut ad coenobium Sancti Andreae *d* veniret. Igitur ibi et honorifice susceptus et iuxta idiotarum aestimationem exaltatus *e*, nihil[3] tamen[4] ex huius honoris altitudine deceptus[5] est fastu[6] salubria[7] quaeque neglegentis superbiae. Maiorem vero omnibus dum se sciret in dignitate, minorem se faciebat ministrando cunctis, causa scilicet imitandae humilitatis magistri[8] dicentis : *Qui maior est vestrum, erit minister vester.*

Matth. 23, 11.

munere suo praeclare fungitur

6. Hic vir mirae ac sanctae providentiae magis[1] attendens onus[2] quam[3] tanti honoris saeculare decus, in omni morum[4] honestate et bonorum operum sedula actione multo magis erat fervidus, quia illi non sui unius anima, sed multitudo cleri erat procuranda. Hac, ut diximus, pastoralis[5] regiminis cura magis sollicitus, cuncta pastoralia officia rationabiliter disposita Deo placabiliter et clero laudabiliter peregit. Igitur talis eius labor quod non esset inanis Domino[6], ipse agnoscit modo, condigna mercede donatus a Domino nostro, cui bene servivit, Iesu Christo[7]; et signis Spiritus sancti dono per ipsum clementer exactis, nobis luce clarius ostensam magnitudinem suae sanctitatis fidelis non dubitat; qui infidelis[8], procul hinc discedat. Quae vero signa etsi sint innumerabilia, tamen ex multis referemus pauca, quae praedictorum sibi, inquam[9], familiarium relatione cognovimus.

D

multisque claret miraculis :

daemoniacum nempe liberat,

7. Quidam vero iuvenis Arsaphius dictus de semet ipso neglegenter agens et Dei piae providentiae se non committens, calliditate antiqui hostis signo crucis non signatus inventus, ab ipso, proh dolor! invasus, per loca inculta et devia tractus, miserabiliter ab[1] ipso est[2] dilaceratus. De cuius rei flebili eventu et flebiliori habitu eius amici et cognati non mediocri gemitu commoti, hunc inter rupes et loca sanis[3] itinerandum difficilia vehementi violentia capientes et vinculis firmiter stringentes, curationis suae gratia ad multa loca sanctorum deduxerunt et medelam huiusmodi[4] diabolicae contagionis minime invenerunt. Post multum vero temporis illo[5] iam deficienti ex nimia fatigatione hostis antiqui, allatus est ad Sancti Andreae monasterium, in quo beatum Gregorium abbatem diximus non sua sponte constitutum *f*. Quem ergo spumantem et diversa incondita voce proferentem abbatis pietas ut respexit, gravissime ingemuit, et lacrimarum imbre effuso, ei compatiendo[6] recessit; nihilominus tamen de sua salute sollicitus, qualiter illi subveniret, diligenter excogitavit. Ea igitur die ieiunare incipiens et biduanum ieiunium[7] summa intentione orationum rite perficiens, tunc demum iuvenem praenominatum a maligno spiritu obsessum, in nomine Domini nostri Iesu Christi possessori praecipiens, ut abscederet[8], liberavit et postmodum bissenorum[9] dierum numero[10] eum secum tenendo[11] et sermonem salutis ei indicando et versutiam diabolicae fraudis insinuando cum caritatis latitudine cuncta benigne implevit. Nam et a daemonio vexatum eripuit, et divini verbi alimonio[12] pastum sancti Spiritus dono cumulavit, et eum cum gaudio ad sua repedare non renuit.

E

f

F

[12] (i. d.) d. i. 3, 4, 5. — [13] contemplatione 1 *ante corr.*, 4 *ante corr.* — [14] *suppleri, ut sensus saltem aliquis sit loco desperato.* — [15] quo 2, 3, 4, 5. — [16] residuum Gregorii abbatis *add.* 1, 3 *[item* 4, 5], *quae nimis corrupta ideo in 2 omissa esse videntur* H.-E. *Verum in* 1 *delevit corrector* residuum, *et supra* abbatis *scripsit :* pape. — [17] *ita* 1 *corr.;* stemmate 2, 3; stemate 4; scemmate 5 *ante corr.;* scemate 5 *post corr.* — [18] gaudeat 1 *ante corr.*, 3, 4, 5. — [19] *ita et* 1 *ante corr.;* provectum *(non* pervectum) 1 *corr.* *Totum locum ita scribit et interpungit Holder-Egger :* omnium quae ante fuerat affectatus, stemmate virtutum earum ad habitum ducente, sancti Spiritus largitate se gaudebat esse pervectum.

Cap. 4. — [1] speciositate 4. — [2] preter eundem 3. — [3] quiete 1; quetitudine 2, 4; quie//tudine 5. — [4] (nat nec. neg. non dorm.) naturam necessariam neg. cūī ñ dorm. 1 *ante corr.;* nature necessaria neg. cū ñ dorm. 1 *corr.;* naturam non dorm. neg. 2; naturam ñ. ē. neg. ē dorm. 3; naturam necessariam neg. non dorm. 4 *ante corr.;* nature negaret quod suum est non dorm. 4 *post corr.;* naturam nature neg. non *(sup. ras.)* dorm. 5. — [5] etiam 1. — [6] *delet. a corr.* 4. — [7] *ita et* 1 *ante corr.;* parvo 1 *corr.* — [8] (in a.) *ita* 2, 4, 5 *post corr.;* magis cultura 1, 5 *ante corr.;* magni cultura 3. — [9] apostolis 5. — [10] sconcius 4 *ante corr.;* concius 4 *post corr.* — [11] elaboraret 2, 3, 5. — [12] alleviaret 5 *corr.*

Cap. 5. — [1] *add. a corr. sup. lin.* 4. — [2] *ita et* 1 *corr.;* consolationis 1 *ante corr.* — [3] *Tota sententia* Igitur — superbiae *sic rescripta est in* 4 *a corr. saec. XIII in loco raso :* Igitur — exaltatus, nichil tamen ex huius honoris altitudine acceptius illi erat, quam salubria quaeque fratribus seminare et cuncta vicia negligentis superbie exstirpare *(verba* neg. sup. exst., *quae super erant, scripta sunt in margine folii inferiore). Non male quidem emendatum, sed ex mera coniectura, ut videtur.* — [4] tantum 1 *ante corr.*, 5. — [5] *ita* 1 *corr.;* acceptus 1 *man. pr.*, 2, 3, 5. — [6] *add. corr.* 1; *deest* 2, 3, 5; spiritu *supplevit* Wattenbach, H.-E. — [7] saluba 1 *ante corr.*, 3. — [8] magister 3.

Cap. 6. — [1] *ita* 1 *post corr. (non* maioris); maius 1 *man. pr.*, 2, 3, 4, 5; amorem Dei *add. in solo* 1 *a corr.* — [2] (a. o.) *ita* 5 *sup. ras.;* adtendere son// 1 *man. pr.;* adtendere solitus 1 *corr.;* adtendere onus 2 *(sic);* adtendere sonus 3, 4. — [3] quia 2. — [4] more 2, 3, 4. — [5] pastorali 1. — [6] *delet. a corr.* 1. — [7] I. C. *lineola delet. a corr.* 4. — [8] est *add. sup. lin. a corr.* 1 *et* 4. — [9] in qua 3, 4; *sed in* 4 *delet. a corr.*

Cap. 7. — [1] (ab i. e. d.) e. d. ab i. 1. — [2] et 2. — [3] satis ad 5. — [4] modi *add. a corr.* 4. — [5] illi 2, 3, 4, 5. — [6] incompationdo 4. — [7] cum *add.* 4. — [8] abcederet 2, 3, 4. — [9] bysseneorum 4. — [10] in quo *add.* 1, 3, 4, 5. — [11] tenente 2. — [12] alimonia 1 *corr.*, 4 *post corr.*, 5.

Non

A Non est adeo miranda miraculi huius elegantia, quantum viri miraculum facientis humilitas veneranda. Ipse quidem mirae sanctitatis dum esset, cum facilitate, quod voluit, impetrare valuit, sed quia praesumptionem spiritus non habuit, idcirco temeritatem deposuit et derepente[13], nisi lassatus ieiunio et oratione, a Domino[14] impetranda rogare pertimuit; unde et eius oratio[15] de die in diem maioris erat effectus.

et puerum a comitiali morbo relevat;

8. Alio quoque tempore puer quidam Lenta dictus a daemone[1] acriter[2] caducae passionis incommodo fatigatus, huic venerabili viro a suis est praesentatus; quos, quid sibi de eo[3] vellent, inquirens, id rerum et postulare et maxime velle, ut suae sanctitatis edicto puerum illum liberaret a tanta et tam magna infestatione daemoniaca, responderunt. Quibus ille : *Tacete,* inquit[4], *filii, quia mihi*[5] *peccatori non est possibilitas talia, ut rogatis*[6], *faciendi.* Illi vero eo frequentius deprecationi instantes, largitatis suae auxilia erant postulantes; sed ipse eis[7] aufugiens et interiora domus introiens, eo[8] die ieiunans, plus solito suae orationis sanctitati vacabat; et altera[9] die egres-
B sus, daemonem effugabat et puerum ex magnae incommoditatis passione sanabat; quem et octo dierum spatio esse secum[10] praecipiens, verba vitae edocuit suaviter[11], et quae essent[12] evitanda, quae non[13], sapienter instituit; sicque vir sanctus et daemonem effugavit, et puero, quomodo eum cum multiplici virtutum acquisitione, cum bonae voluntatis locutione effugare deberet, indicavit.

Sarracenos etiam, qui vicina loca populabantur,

9. Quorum relatione iam dicta didicimus, horum ex sermone iam dicenda cognovimus. Unus[1] ex Sarracenorum primoribus Scandalis nominatus, a rege suo in obsidione Cassianae civitatis *g* delegatus, commilitonibus[2] suis, sicut totius pietatis neglector et sanctae religionis improbus insecutor, firmiter praecepit, ut irent et circumiacentia devastarent et nihil in villis vel saltem in ecclesiis dimitterent, quin universa cautae indagationis scrutinio exquisita et in unum collecta — homines dico et pecora, pecunias et vestimenta — suae maiestatis providentia[3] dividendum afferrent. Hanc tyrannidem[4] et huius praecepti austeritatem audientes, stupefacti[5] cives omnes fugam inierunt, et universi eorum vicini, ab eis ut fugerent[6] admoniti, fugae eorum consortes fieri non
C titubabant. Inter quos fugerunt et monachi beati

et ipsum fugientem

Gregorii; fugit et ipse, monachis duobus se comitantibus. Monasterium ergo, cui[7] praeerat, tantummodo 5 stadiis a civitate Cassiana distare cognovimus *h*. Sane Sarracenis euntibus et tyrannidis suae votum cuncta depraedando[8] implentibus, fugiendi ignarus obviavit eis pater Gregorius; quem ut abbatem monasterii esse didicerunt, sitim suae avaritiae aestimantes exstinguere, tum[9] quaestus sui[10] positionem apprehendere[11], interrogaverunt eum ubinam locorum inventuri essent pecuniam multum temporis[12] ab ipso congregatam. Quibus ille, propter eorum severitatem suam non dimittens observare veritatem, modeste respondit[13]: *Fratres, parvitatem pecuniae, quam*[14] *habemus, vos celare non debemus; 27 tarinos*[15] i *in monasterio dimisimus, quos in usum fratrum conservandam*[16] *decrevimus; nihil vero amplius de pecunia possidemus.* Illi vero huius modicae pecuniae[17] numerabili professione magno affecti furore, haec verba ira ministrante prolata clamabant: *Ignarum hunc tollite*[18] *et variis tormentorum generibus afflictum*[19], *quod antea noluit sponte, nunc agite coactum*[20] *ostendere!* Quorum minis[21] penitus ab ipso annullatis[22], in catastam[23] eum ponentes et verenda eius vinculis[24] admodum stringentes, continuo brachia eorum arefacta manebant. Quem vero[25] qui[26] nondum accesserant solventes, debilitatis ut afferret[27] remedium suae intercessionis, deposcebant. Magisterialis autem praecepti[28] haut[29] immemor, bonum pro malo reddidit ac pro inimicis exorando veniam impetravit ac pristinae sanitati eorum brachia reformavit. Quo miraculo non minimum[30] omnes stupefacti, ex eis unus dolore dentium acriter fatigatus, hic adminiculum sui medicaminis expostulans, statim signo crucis ad locum doloris opposito, sanavit eum omnimodo. His binis miraculis divina favente clementia tam repente inceptis et misericorditer cito peractis, caritatis latitudo horum[31] fuit ordinatrix, quia non solum eis ea[32] quae in se peccaverunt indulsit, verum etiam Dei in eos vindictam per suae intercessionis gratiam amovit et eos prius habitae saluti, Deo miserante, restituit[33].

VITA I — *i* — *male mulcaverant,* — Matth. 5, 44; *cfr.* Rom. 12, 17. — E — *mirabiliter sanat.*

Postquam autem,

10. Inter haec ergo fama promulgante et circumquaque signa et virtutes eius enarrante[1], frequentabatur[2] a populi[3] multitudine diversa[4] eorum intentione. Quidam vero admirantes simul et de excellentia eius virtutum congratulantes, ut verbum vitae ab ipso audirent et se suae orationi commendarent, adveniebant; quidam autem qualitatem[5] non[6] animi, sed quantitatem corporis talia signa ex Dei dono facientis[7] impatienter scire cupientes[8], non minori turba confluebant. Quibus omnibus[9] in praedicatione satisfaciens et caelesti pane admodum eos reficiens, cum suae F benedictionis securitate fecit eos[9] cum gratiarum actione ad mansiones[10], unde venerant, remeare: qui redeuntes coeperunt ei benedicere et sanctitatis nomen ubique non mentientes apponere. Unde

ut favorem populi fugeret,

per totius regionis illius[11] ambitum[12] nominabant eum secundum[13] Gregorium. Huius nominis fama quantocius[14] est[15] ad ipsum perlata[16], statim, ut discederet[17] et humanum favorem et huius

[13] repente 1, 5. — [14] (or. a D.) *ita* 1 *corr.*; or. Domini 1 *man. pr.*, 2, 3, 4, 5. — [15] *om.* 1 *man. pr.*, 2, 3, 4, 5; *add. sup. lin.* 1 *a corr.*

Cap. 8. — [1] demonio 2, 3, 4, 5. — [2] alacriter 4. — [3] deo 3, 5. — [4] in quid 4. — [5] *add. a corr.* 4. — [6] (t. ut r.) ut r. t. 1 *ante corr.* — [7] eos 2, 3, 4, 5. — [8] ea 3, 4, 5. — [9] altero 4. — [10] (e. s.) s. e. 4. — [11] (e. s.) s. e. 3, 4 *post corr.*, 5. — [12] esset 1 *ante corr.*, 3. — [13] q. n. *delet. a corr.* 4.

Cap. 9. — [1] Unde 3, *non vero* 1. — [2] delegatis cum milit. 3. — [3] providentie 2, 3, 4, 5. — [4] hac tyrannide 2. — [5] stupefacta 3, 4 *ante corr.*, *non vero* 1. — [6] fugerunt 3, 4, 5. — [7] cui ergo 4. — [8] deprecando 3. — [9] cum *codd.* — [10] suis 4 *ante corr.* — [11] apprehendente 1, 3, 5; aprehendente 2, 4. — [12] multo tempore 4 *post corr.* — [13]-it 1 *post corr.*, 2, 5 *post corr.*; responderunt 3, 4. — [14] *om.* 3. — [15] tramos 1; t'mos 2, 5; t'inos 3; nummos *corr.* 4 *in loco raso.* — [16] *sic codd. omnes.* — [17] pecunii 4. — [18] tollere 4 *ante corr.* — [19] affructum 3; affectum 4 *post corr.*, 5 *post corr.* — [20] coacte 2, 3, 4, 5. — [21] nimis 3. — [22] anullatus 1, 2, 3, 4. — [23] catastum 4 *post corr.*, 5 *post corr.* — [24] uunculis 4. — [25] Q. v. *delet. a corr.* 4. — [26] vero *add. corr.* 4. — [27] afferrent 1, 4. — [28] praecepta 4 *ante corr.* — [29] aut 1 *ante corr.*, 3, 4 *ante corr.*, 5 *ante corr.* — [30] nimium 4 *corr. post ras.* — [31] *add. a corr.* 4 *sup. lin.* — [32] *delet. a corr.* 4. — [33] instituit *codd.*

Cap. 10. — [1] enarrantes 4 *ante corr.* — [2] frequentabantur 1 *ante corr.* — [3] (a. p.) *om.* 3. — [4] diversarum 4. — [5] qualitate 1 *ante corr.*, 3. — [6] *sup. ras. in* 5. — [7] facientes 1 *ante corr.*, 2, 3, 4, 5 *ante corr.* — [8] cupientibus 1 *ante corr.* — [9] *add. a corr.* 4 *sup. lin.* — [10] mansionis 1 *ante corr.*, 4. — [11] (U. p. t. r. i.) *ita* 4 *post corr.*; U. experto citius per r. i. 1, H.-E.; U. per r. i. 2; U. perto citius r. i. 3, 4 *ante corr.*; U. aperto citius r. i. 5. — [12] ambitu 5. — [13] sanctum (sc̄m) 4. — [14] quanto citius 3. — [15] *om.* 5. — [16] relata 1. — [17] discederent 4.

VITA I

sanctitatis nomen effugeret[18], sanctis autem operibus nihilominus alibi insudaret, diligentissime excogitavit. Tunc ergo inito secum consilio, abbatiam per[19] unius anni spatium, praedicta signa interim faciendo, retinuit, fratrem[20] rebus prout melius potuit ordinandis[21] admisit[22], et Bulcinum oppidum *k* adeundo[23] cum quinque monachis, mansit[24] ibidem in quodam monasterio, Dei servitium numquam melius aut[25] neque studiosius celebrando. Ferunt etiam praedicti venerabiles viri, qui semper pedissequi secretorum suorum erant[26] conscii, quod ibidem locorum quoddam[27] non celandum operaretur miraculum. Quadam vero die in ecclesia causa concinnandorum consistens luminarium[28], leprosum quendam advenientem et elemosynam ab ipso petentem, Dei invocato nomine, unctum[29] oleo ex luminaribus sumpto mundavit a lepra[30]; deinceps ne peccaret, salutari admonuit doctrina, magistrum suum imitatus, qui leproso mundato *l* dixit: *Vade et amplius noli peccare.*

in Bulcinum oppidum migraverat, k

leprosum ibi mundat,

l

11. Hoc etenim signo ibidem manifestatus, extemplo quidam erat male vexatus qui, viso beato Gregorio, multum fremuit et semet ipsum affligendo discerpsit[1]. Cuius admodum laborantis dolore commotus et eius infirmitati affatim compassus, ad terram prostratus, lacrimarum imbrem effudit, et surgens, ut citius ab obsesso corpore discederet, praecepit[2] obnixe[3]. Qui multum clamans et discerpens[4] eum, abcessit et postea illum professionis causa[5] aggredi ausus non fuit. Nam eum[6], sicuti omnes quos curavit, salubri doctrina ditavit.

daemoniacum liberat

12. Eodem quoque tempore olei magna exsistente sterilitate, contigit quadam die ipsum pro utilitate fratrum coquinam adire, et vidit in praeparando[1] pulmentorum tertio[2], oleo scilicet conficiendo[3], coquos otium[4] habere; quos hac in re videns otiosos, hoc allocutus est sermone: *Pueri, cur in praeparando cibo moram agitis? Non*[5] *nescitis*[6], *quia iam adeo tempus refectionis est?* Econtra coquorum qui erat primus respondens: *Domine, iam*, inquit, *oleo deficiente, quid inde agere debeamus, omnimodo nescimus.* Cui ille: *Nonne*, inquit, *ad hoc opus oleum in amphora positum abundat?* Quo respondente, quod paulo ante quaereretur[7] et nihil in ea liquoris inveniret, dixit ei, ut quantocius iret et eam tolleret et diligenter, si quid in ea invenire posset, investigaret. Ille quidem abiens et senioris iussum adimplens, amphoram plenam inveniens, ea die fratrum[8] cibos inde praeparabat et luminaria[9] ecclesiae inde accendi faciebat et quantum ea die, tantum per circularis[10] anni circuitum cottidie ad cibos et ad necessitatem concinnandorum luminarium[11] auferebat; olei tamen[12] nihilo minus[13] in amphora manebat; ad omnem vero fratrum[14] necessitatem instar aquae effundebatur, sed numquam in ea minus inveniebatur. Hac ostensione mirabilis signi imitator factus Helyae insignis et illustris prophetae, qui parum olei, quod vidua habuit in lechito[15], benedicens, et illud ne in eo vase deficeret et minueretur, donec pluvia a Deo donaretur, Deum deprecando praecepit.

et oleum miraculo fratribus subministrat.

C

D

III Reg. 17, 14 sqq.

13. Sed interim eo tam multa facienti[1] mirabilia, Graecus quidam adveniens, quem venerandi fratres praefati referunt catapamni[2] dignitate Constantinopolim pollere *m*, hunc beatum virum tanta sanctitate floruisse[3] et tot miraculorum operatorem fuisse provincialium relatione cognoscens, cum suis inito consilio, firmiter decrevit[4], ut eum secum Constantinopolim deduceret et suis imperatoribus *n* gratuite faciendo repraesentaret. Id catapamni decretum dum fieret beato Gregorio a fidelibus suis patefactum, sicut cervus canes ad saltum, ita ipse se insequentem catapamnum[5] velociter[6] fugiebat ad suum, unde iam discesserat, monasterium. Huius quippe vestigia sagaci indagatione scrutans[7], in ipso monasterio apprehendit eum catapamnus[8]; quem vero, etsi viribus non potuit, verbis tamen renitentem quantum valuit, secum Idronta *o* perduxit et super mare suis imperatoribus ducere decrevit[9]; sed[10] Deus ei gratiam ad redeundum impetrandae licentiae donavit, quia eum nostri piissimi caesaris *p* augendae saluti[11] reservavit.

Graecus quidam eum CPolim perducere tentat.

m

n

E

o

p

ANNOTATA.

a Cassano. *Hucusque nullus huius civitatis episcopus notus erat, qui ante medium saeculum XI sedisset. Cfr. Ughelli,* Italia sacra, *2a ed., tom. IX, col. 343.*

b *Haud dubie* Cerchiara di Calabria *(circ.* Castrovillari), *ubi monasterium quidem, haud vero S. Andreae dicatum exstitisse reperio.* H.-E.

c *De his asceticis exercitiis, quae apud monachos graeco-latinos in reformatione monastica saec. X erant maxime usitata, videsis Sackur,* Die Cluniacenser, *tom. 1, p. 334.*

d *Circlariense procul dubio, cap. 2 memoratum. Nam monasterium S. Andreae, quod Gregorius regebat, ut cap. 9 patet, haud procul a Cassano sicut Circlariense situm erat. Auctor igitur repetit quae iam cap. 2 narraverat.* H.-E.

F

e *Abbas constitutus; cfr. cap. 7. Pachomio abbati Gregorium successisse tradit Vita II, cap. 4.* H.-E.

f *Hoc quidem non distinctis verbis supra cap. 5 dictum est, unde conicere possis collectorem legendarii Austriaci supra quaedam omisisse.* H.-E.

g *Anno 986* Sarraceni... dissipaverunt Calabriam *(Lupus Protospata ad h. a.,* MG., *Scr. tom. V, p. 56); iterumque* anno Domini 987 Sarraceni

[18] aufugeret 3, 4, 5. — [19] qua 1 *ante corr.*, 3, 5; quam 4. — [20] fratrum 4 *post. corr.*, 5; *veram hanc esse lectionem omnino suspicor, suadentque quae sequuntur:* prout melius potuit; *sed desunt subsidia ad probabilem totius huius loci correctionem proponendam.* — [21] ordinantis 3; ordinatis 5. — [22] dimisit 5. — [23] adeundum 1, 2, 4, 5; ad eundem 3. — [24] manserat 2, 3, 4, 5. — [25] *delet. a corr.* 1. — [26] *om.* 1, 3, 4, 5. — [27] quod tam 2, 3, 4 *ante corr.* — [28] luminarum 1, 2, 4 *ante corr.* — [29] ventum 1 *(delet. a corr.)*, 3, 4 *(delet. a corr.)*, 5. — [30] et *add. corr.* 1.

Cap. 11. — [1] *ita et* 5, *sed post corr.;* descripsit 1 *ante corr; r a corr. superscriptum in* 4. — [2] *supple:* daemoni *vel* diabolo H.-E. — [3] obnaxe 4 *ante corr.* — [4] discrepens 5 *ante corr.* dis*epens 4. — [5] (p. c.) *ita et* 1 *man. pr.;* divine protectionis gratia 1 *corr.* — [6] cum 3.

Cap. 12. — [1] *ita et* 1 *man. pr.;* apparatu 1 *corr.* — [2] *ita codd.;* ferculo *coniecit* H.-E., *sed forsan frustra; vide nempe de "tertio pulmento" Haeften,* Monast. Disquis., *lib. X, tr. III, disqu. 6.* — [3] conficiendorum 1 *corr.* — [4] coquos socium 1 *ante corr.;* eo quos socium 2, 3, 4 *(corr. notavit in marg.:* hic deest); eos quos socium 5 *ante corr.;* eos quos ocium 5 *corr.* — [5] numquid 1 *corr.* — [6] scitis 5 *post corr.* — [7] queretur 4. — [8] frm 1; fratrem 3, 4 *ante corr.* — [9] luminariam 3; luminarium 4 *ante corr.*, 5. — [10] *ita coniecit* H.-E.; totius 1 *corr. sup. ras.;* secularis 2, 3, 5; sequentis *corr.* 4 *in loco raso.* — [11] luminarum 1, 2, 4 *ante corr.*, 5 *ante corr.* — [12] tantum 4. — [13] nihil minus 5 *post corr.* — [14] frm 1; fratrem 3, 4 *ante corr.*, 5 *ante corr.* — [15] lecitho 2, 3, 4.

Cap. 13. — [1] *sic codd. omnes.* — [2] kat. 1 *h. l.* — [3] florius se 4. — [4] decretum 3, 4 *ante corr.*, 5. — [5] catapanum 5. — [6] *scriptum a corr.* 4 *sup. ras.* — [7] *coniecit* H.-E.; serviens 1 *man. pr.*, 2, 3, 4; servans 1 *corr.;* secut//us 5. — [8] catapanus 3, 4 *ante corr.*, 5. — [9] decretum 3, 4 *ante corr.*, 5. — [10] si *codd. omnes.* — [11] saluati 2, 3, 4 *ante corr.*

depopulati

AUCTORE A. P.

A depopulati sunt Calabriam, a quibus postea sequente anno Cosencia obsessa est atque destructa *(Romualdi Salernitani Annales*, MG., *Scr. tom. XIX, p. 401). Non male coniecit v. cl. Holder-Egger, ad h. l., hoc forsitan tempore urbem Cassanum a Sarracenis esse obsessam.*

h *Cerchiara 15 kilom. a Cassano distat.* H.-E.

i Tarenus, *moneta aurea apud Apulos et Sicilos; cfr. Cangius ad h. v.*

k Buccino, *oppidum in provincia Principatus Citerioris.*

l *Immo mulieri adulterae : Ioh. 8, 11.*

m *Katapani titulum habebant rectores Italiae Graecis subiectae; quorum complures sibi succedentes saeculo X exeunte in chartis occurrunt.* H.-E.

n *Basilio II (976-1025) et Constantino IX (976-1028).*

o Hydruntum, *iam* Otranto.

p *Ottonis III, quem* nostrum caesarem *katapani* imperatoribus *opposuit.* H.-E.

VITA S. GREGORII ABBATIS POSTERIOR

Edita ex codice Darmstadtensi 205, saec. XV extr. Cfr. supra Comm. praev., num. 5.

Incipit vita beati Gregorii abbatis[1] Porcetensis primi, pridie nonas novembr.

B 1. Beatus Gregorius, magno secundum saeculi dignitatem fulgens natalicio, adeo praeclaro virtutum enitebat studio, ut, quem illustrare debuerat fama praepotentis generis, ipse suum genus illustraret splendore boni operis. Hic Graeciae ortus nobilioribus, Byzantini[2] regis exstitit filius; cuius propago non solum natalis soli nationes repleverat, verum etiam Italiae atque Galliae regna nobilitabat. Nam illustris femina opere et fama domina Theophania, uxor secundi Ottonis Romani imperatoris, mater vero tertii, eius soror fuit (1). Ad quam, dum Graeciam exiret, ut postea narrabimus, confugit. Hic quippe vir sanctus in pueritia a parentibus ad litterarum studia traditur, ipsis ad alia intendentibus, quam divina ordinaverat providentia. Intendebant enim hi non divinis officiis instruere eum, immo saeculari prudentia[3] sagaciorem reddere. Divina enim gratia
Cfr. Act. 9, 15. cooperabatur, quatenus sibi vas electionis et ser-
Cfr. Matth. 25, 21 et 24, 47. vum bonum et fidelem, quem supra bona sua constitueret, provideret[4]. Conveniebant in hoc itaque tam divina quam humana emolimenta, quamvis intentionis vota essent disparia. Ut autem scholari disciplinae iam matura aetate aliquantulum extrahitur atque palatina toga, utpote
C maximus principum, induitur[5], continuo spe futuri generis coniunx pari nobilitate sibi iungenda exquiritur, et matre praeclari pueri, sed adulescentis, disponente, desponsatur (2). Patre namque beati Gregorii defuncto, a matris haec pendebant dispositione; quae, utpote mulier religiosa et christiana, sancta promovebat ea inten-
Cfr. Gen. 8, 21. tione. Notabat enim, quia sensus et cogitatio hominum ab adulescentia prona sunt ad malum, et notabat illud genus hominum magis omnibus nationibus lasciviae sequi luxum. Unde maluit prolem honestis moribus enutritam honeste implicari coniugio, quam vago adulescentis atteri vel infici vitio. Beatus autem Gregorius, animo virili
Cfr. I Petr. 1, 12. accinctus lumbosque mentis habens praecinctos, instinctu sancti Spiritus volutabat[6] in arcano pii pectoris potius apostolicum sequi consilium quam maternis votis in tali negotio obsequi. Audivit apostolum dicentem : *Solutus es ab uxore, noli* I Cor. 7, 27.
quaerere uxorem; audivit matrem naturali praecepto iubentem : *Fili, desponsatam accipe coniugem!* Et cui potius oboediret? Certe si praeconis matris praecepta praeponeret, iudicis dire mi- E
nantis, ducis dire terrentis sententiam audiret
Si quis, inquit, *venit ad me, et non odit patrem* Luc. 16, 26;
suum et matrem et uxorem et filios et agros, adhuc cfr. Matth. 19, 29.
etiam, quod maius est, animam suam, non potest meus esse discipulus. Deinde subinfert : *Sic ergo* Luc. 14, 33.
omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Audivit hoc Dei servus aure audiendi, et ab ipso fere Cfr. Matth. 11, 15 etc.
puerili aevo secutus Dominum, matrem et uxorem spemque futurae sobolis, nec tantum agros, quin et agrorum regna et regnorum sceptra dereliquit, nihil pretiosius aestimans quam adhaerere votis omnibus illi, cui adhaerere bonum est, cui Cfr. Ps. 72, 28.
servire regnare est, ipsius quoque hortamine confirmatus, ipsius doctrina instructus dicentis : *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit* Ioh. 8, 12.
lumen vitae. Hac itaque promissione confortatus, tamquam fortis athleta contra spiritualia nequi- Cfr. Eph. 6, 12.
tiae in agone dimicaturus, armis spiritualibus se munire studuit iuxta doctrinam apostoli dicentis :
Nam qui certat in agone, ab omnibus se abstinet. II Tim. 2, 5.
Unde primo cordis puritatem et corporis castitatem Deo vivo et vero devovit, deinde sanctis vota persolvit, ac non solum matris praecepta, immo F
ipsam matrem fugiens, eremi secreta petivit, ac si
diceret : *Ecce elongavi fugiens et mansi in solitu-* Ps. 54, 8.
dine. Cuius sanctae intentionis dum votum prosequitur, nec sic a Deo deseritur, verum ei sedulus auxiliator affuit, duxit et custodivit. Nam in hac fuga admonitione angelica iussus est (3) habitum monachicum suscipere et in monasterio divinis officiis inservire, sub regula vivere et sub oboedientia se agere. Nec mora, his auditis, ad monasterium quoddam divertit hilaris, Creatori immensas agens gratias, qui ipsius dignaretur diri- Cfr. Ps. 5, 9 etc.
gere vias.

2. Quomodo factus est monachus beatus Gregorius.

Erat namque in eadem provincia monasterium quoddam religiosorum virorum sub regula monastica Deo militantium, quibus tunc temporis

Cap. 1. — [1] a. P. primi : *sic in ima marg. litteris parvis praescriptum;* primi a. P. *miniator.* — [2] bigantini *cod.* — [3] prudencie *cod.* — [4] p̄videret *cod.* — [5] induatur *cod.* — [6] *coniecit H.-E., qui proponit insuper* volvebat *vel* volebat; *cod.* volabat.

(1) Parentes Gregorii Vita I cap. 1 indicat; unde apparet, quod etiam alioqui nemo credidisset, eum minime imperatoris Constantinopolitani filium nec fratrem Theophanu imperatricis fuisse. *H.-E.* — (2) Haec cum Vita I, cap. 1, concordant. *H.-E.* — (3) Cfr. Vita I, cap. 2 : *angelicae vocis admonitio venit, ut...*

praefuit

VITA II

praefuit abbas quidam Pachomius nomine (1), vitae aequitate et morum honestate famosissimus. Ad quem praeclarus adulescens cum se contulisset eique intentionem cum voto suo exposuisset, mox Pachomius, utpote vir sanctus, ingenti tactus gaudio, nihil tamen agere volens, ut
Eccli. 32, 24. iubet sapientia, sine consilio, fratribus suis indicavit et, quia non modicum futurae sanctitatis fructum in adulescente praesentiret, insinuavit; nec in tantum insigne genus adulescentis extulit, quantum virtutis in eo crescentis [1] gratiam commendavit. Continuo fratres loci illius omnes pariter Deo laudes et gratias egere, et quia Dominus
Cfr. Luc 1. 68, 69, 7, 16. visitavit plebem suam et erexit cornu salutis suae dicere una voce, pari corde patrem monasterii, quatenus eum susciperet, cuncti hortari. Quorum tam consonam convenientiam pater venerabilis approbans, cum consilio fecit hilaris, quod etiam sine consilio libenter fecisset, si non indiscretum advertisset, atque Gregorium habitu monastico induit, sancto gregi Deo famulantium in ecclesia sua coniunxit. Mox tanta caritatis et humilitatis gratia circa omnes accingitur, ut nulli in virtutibus
B posterior, nulli morum honestate inferior videretur (2). Nihil virtuti, nihil bono operi praeponebat; dilectionem Dei et proximi omni intentione colebat et [2] humilitate nulli secundus, pietate nulli extremus.

3. Quomodo ad sacros ordines accesserit.

Interea divinis ministeriis instituendus a patre monasterii sacros ordines suscipere iubetur atque metropolitano episcopo David nomine (3) praesentatur. Cuius vitam ac prosapiam praedictus episcopus dum agnovisset, tam iuvenis industriam quam Dei virtutem ac potentiam in iuvene admiratus, Deo gratias egit atque ipsum de ordine in ordinem consecravit (4). Quo facto, cum veneratione et gaudio a praesule dimittitur et duce Pachomio ad coenobium reducitur. In quo cum fratribus suis devotus et hilaris conversatus, Dei laudibus sine intermissione insistebat. Deum semper corde et ore suspirabat, ut de beatissimo viro canitur Martino: *Eius ori Christus numquam defuit, sive iustitia vel quicquid ad veram vitam pertinet* (5). Omni tempore et in omni loco Deum benedicebat, optionem psalmistae implens
Ps. 102, 22. dicentis: *In omni loco dominationis eius benedic*
Cfr. I Cor. 14, 15. *anima mea Dominum!* Orabat spiritu, orabat et mente, carnem domans, spiritum roborans, ut
Cfr. Ps 140 2. sacrificium vespertinum in se Deo in odorem sua-
Cfr. Exod. 29. 41 etc. vitatis offerret, et in sacrificio illo sollemni atque omni generi humano ad salutem sufficienti se
Cfr. Rom. 12. 1. feliciter exercens, hostiam vivam et sanctam, Deo placentem se mactaret.

4. De obitu Pachomii, et qualiter beatus Gregorius post eius decessum subrogatur [1].

Beato itaque Gregorio tam vigilanti animo divinis insistente cultibus, venerabilis Pachomius acerba vi febrium pressus, ad terminum, quem Cfr. Iob. 14, 5. praeterire non potuit, accessit, et commisso grege suo Deo, pastori optimo, divinis sacra- Cfr. Ioh. 10. 11. mentis religiosa devotione munitus, fratribus quoque piae mentis affectu valefactis, obdormivit in Domino. Cuius exsequiis diligenti studio summaque devotione peractis, continuo fratres ibi Deo famulantes, quasi greges non habentes Cfr. Matth. 9. 36. pastorem animarum, desolati in unum conveniunt et de substituendo pastore discutiunt. Tunc, ut divina inspiravit gratia, quae non derelinquit Cfr. Iudith. 13. 17. sperantes in se in erroris via, omnes pari voto, pari mente fratrem acclamant Gregorium pastorali regimine et honore dignissimum, quem Deus tali perfuderit gratia, quod sciret et posset gregis dominici regere gubernacula. Ille econtra se indignum tanto honore, imbecillem oneri clamabat, omnique nisu renuebat. Verum quanto magis renuebat, tanto magis pia fratrum sollertia instabat, et nolenti tunc fraterna obiecta oboedientia praecipiebant, nunc inter praecepta petebant. Ille favorem timens plus hominum quam laboris cursum, orabat cum lacrimis, ut dimitteretur, orabat orantes, petebat versa vice petentes; E
sed non proficiebat, quoniam contra Dei ordinationem petebat. Nam tandem fratrum victus precibus accedit universorum votis, quamvis invitus, et qui mallet subici in omni humilitate, coepit praeesse in omni caritate (6). Deinde consecrandus praedicto praesuli David praesentatur; quem ille pia caritate suscipiens, pastorali regimine canonice investivit, fratribus gaudentibus ipsum restituit. Qui laudum iubilos cum universi cleri et populi tripudio sollemniter exhibent omnipotenti Deo, ad ovile fratres cum pastore suo redire parant, atque in ipso reditu dona caelestis gratiae in servo Dei redundantia ex insperato se manifestant et gaudia gaudiis adiciunt.

5. Quomodo post consecrationem daemoniacum sanavit.

Expleto beati viri consecrationis officio, atque eo reverenter dimisso ab episcopo, mox secreto Dei mysterio praesentatur ei quidam comprehensus a daemone, et ab omni populo, ut eum liberet, devotissime petitur (7). Iam [1] enim eius Cfr. Matth. 5, 15. lucerna incipiebat poni super candelabrum, atque oriens ex alto plebem suorum per ministrum Cfr. Luc. 1, 78. visitare. Quo vir Dei conspecto, et populi [2] flentis petitione atque devotione considerata [3], motus confestim misericordia, in orationem prosternitur et omnium salvatorem Deum, ut obsessum liberet, deprecatur. Cuius orationi clemens auditor Deus ex alto statim effulsit, qui cor contritum et Cfr. Ps. 50, 19 humiliatum non despicit. Continuo enim, ut se ab oratione erexit ac daemoniacum potenti virtute verborum iterum benedixit, omnis fatigatio daemonis expulsa est ab homine (8), in tantum ut non modo quid [4] in eo aegritudinis remanserit [5], sed ut numquam ante tam incolumis visus fuerit.

Cap. 2. — [1] crescrentis *cod.* — [2] *fortasse delendum.* H.-E.
Cap. 4. — [1] p. e. d. s.: *ita in ima marg. praescriptum;* post eum praefuit *miniator.*
Cap. 5. — [1] in *cod.* — [2] populo *cod.* — [3] considerato *cod.* — [4] quod *cod.* — [5] remansit *cod*

(1) Sic vocatur abbas Circlariensis monasterii Vita I, cap. 2. *H.-E.* Noster autem monasterium illud, cuius nomen ceteroqui non profert, *in eadem provincia*, i. e. in Graecia, collocat; cfr. cap. 1: *dum Graeciam exiret*, et infra cap. 13. — (2) Cfr. Vita I, cap. 3: *Nullus clericus morum honestate sibi erat aequiparandus.* — (3) Ita in Vita I, cap. 1, vocatur episcopus Cassianensis, qui Gregorium ad ordines sacros promovit. Verum ibi ante Gregorius sacerdotio initiatus esse dicitur, quam monachus fieret. — (4) Hoc loco etiam quaedam verba cum Vita I, cap. 1 conveniunt *(ei de ordine in ordinem ascensum praebere non distulit)*. Forsan cortinae intexta erant verba: *David episcopus eum de ordine in ordinem consecrat* H.-E. — (5) Ita Notkerus Balbulus in sequentia de S. Martino, quae incipit: *Sacerdotem Christi.* — (6) Cfr. Vita I, cap. 5 et 7: *abbatem diximus non sua sponte constitutum.* H.-E. — (7) Etiam Vita I, cap. 7, narratur a Gregorio iam abbate, daemoniacum esse sanatum; sed ibi nomen *(Arsaphius)* daemoniaci insuper traditum est. — (8) Cfr. Vita I, cap. 7: *ex nimia fatigatione hostis antiqui.*

Tunc

A Tunc ille, qui sic liberatus ac redemptus a Domino fuerat intercessione beatissimi Gregorii, ingenti tactus laetitia, divulgabat quae fecerat Deus per servum suum miracula. Unde vir sanctus, quasi oleo peccatoris intingui metuens, quantocius ad monasterium cum fratribus revertitur, famae telo fugatus, favore populi concitatus. Quem fratres, tam secum venientes quam qui domi quasi ad sarcinas remanserant, cum magna devotione suscipiunt et honore invicem ipsum praevenire contendunt. Ipse autem eorum affectum prudenti discernens iudicio, et cogitans illud: *Quanto magnus es, humilia te prae omnibus,* studuit omni caritatis obsequio obsequentes praevenire, ministrantibus ministrare; manifesto indicio [6] ostendens vicem illius in ecclesia se gerere, qui non venit ministrari, sed ministrare. Deinde quasi bonus paterfamilias [7] domum suam honeste dispositurus fratres convocat ac de rebus monasterii sapientissime tractat. Quid vel quomodo fecit, per singula dicere est difficile, quia, qui semper ad omnes eius actus praesens fuisset, vix explicare potuisset. Hoc tamen credibile est, quod B omnia opera sua divina gratia fuerunt plena, quia fecit mirabilia in vita sua, et quidquid faciebat, permanens in innocentia sua, non suis meritis, sed Dei gratiae adscribebat. Unde et Dominus gloriam suam manifestavit signisque variis atque virtutibus glorificavit, ut, qui gloriatur in Domino, gloriam recipiet ab ipso, qui gloriosus est in sanctis suis. Quod etiam quodam miraculo satis evidenti comprobavit, ut ad nos antiquitas perduxit.

Cfr. Ps. 140, 5. — Cfr. I Reg. 25, 13. — Cfr. Rom. 12, 10. — Cfr. Eccli. 3, 20. — Cfr. Matth. 20, 28. — Cfr. Eccli. 31, 9. — Cfr. I Cor. 1, 31. — Cfr. Ps 66, 36.

6. Quomodo puerum a daemonio curavit [1].

Nam quodam tempore causa orandi, ut sedulo agebat, eo in ecclesia exsistente, adductus est ei puer maligno spiritu obsessus (1), qui eum duris et acerrimis urgebat doloribus totumque corpus pueri miserabiliter vexabat iniuriis et innumeris cruciatibus, ita ut videntes omnes ex naturali compassione in lacrimas ducerentur, proque eius liberatione pariter Dei famulum precarentur. Ipse vero, qui ut semper erat super afflictos pia gestans viscera, commotus his fletibus, conversus ad Dominum coepit orare et coepit in oratione seipsum vexare, coepit indignum se tanto merito C iudicare. Nec tamen fides robusta, fides invicta patiebatur confidentiam eius diffidere. Quis enim speravit in illum et confusus est? Speravit et ipse in Domino et accepit fortitudinem, ab ipso impetravit quod petiit, quia in fide postulavit nihil haesitans. Expleto namque aliquantulum horae in oratione, surrexit, signo crucis dato infirmum benedixit; effecit etiam verbis divinis, quibus semper tali operatione acsi medicinalibus instrumentis utebatur. Protinus ab homine daemon pellitur, aeger liberatur, nocens fugatur, innocens eripitur. Talibus itaque miraculis cum quasi lux in tenebris servus Dei clarescere inciperet, cautus sibi, ne lucerna eius fieret tenebrae, ne saecularium cantionum laederetur oblectamine, ne forte inter fatuas virgines computatus, dum sponsus veniret, non haberet lumen in lampadibus, Creatori suo, non sibi, conscientiae bonae interrogationem in Deum attribuit, quidquid per eum salutis in genus humanum operari voluit. Unde consequenter in apostolum Dei Paulum, cui datus est stimulus carnis angelus Sathanae, qui eum colaphizaret, ne magnitudo revelationum eum extolleret, immissa est [2] et beato viro huic gravis tentatio, ne miraculorum multitudo mentis eius fieret elatio. Quid mirum? Et beatus Iob. cum esset vir simplex et rectus et timens Deum ac recedens a malo, permissus est a diabolo tentari, ut quasi aurum in fornace videretur probari. Sic frequenter divina providentia permittit in electis fieri, ne forte longa felicitate vel quiete sanitatis in cultu virtutum defatiscant. Sed ut patientiae experientia comprobati, forti structurae Dei acsi lapides pretiosi inveniantur apti, nonnulli quoque electorum sunt tentati, ut quid sint, probati recognoscant, atque de universis beneficiis suis devotius grates Deo rependant. Petrus enim apostolus contradicens in articulo passionis Iesu Christi verbis, cum affirmaret se mortem passurum antequam negaret Dominum, vilissimae ancillae voce territus ter ante galli cantum negavit ac deinde quid per se posset, agnovit; confestim in lacrimas irrupit, perpetratam questus temeritatem, lugens carnis infirmitatem. E Sic pius et misericors Dominus electos sinit probari, sic in omnibus vult eos aedificari. Eodem modo et beatus pater Gregorius, cum esset in omnibus probatissimus, non effugit tentationis labores et varios pro Christi nomine, quem confitebatur, dolores.

Cfr. Eccli. 2, 11. — Cfr. Iac. 1, 6. — Cfr. Ioh. 1, 5. — Cfr. Luc. 11, 35. — Cfr. Matth. 25, 1 sqq. — Cfr. I Petr. 3, 21. — VITA II — Cfr. II Cor. 12, 7. — Iob. 1, 1. — Cfr. Sap. 3, 6.

7. Quomodo a Sarracenis tentus, miserabiliter afflictus est.

Accidit enim quodam tempore Sarracenorum gentem, conflicta multitudine immensa, dira feritate Argolicorum fines irrumpere, munitiones atque castra fortia mira sagacitate et industria expugnare, urbes igni ferroque solo aequare, templa sanctorum atrocius profanare, eum quoque magnificare, quicumque socios excelleret in sceleris atrocitate; praeterea populos depopulari, quosque christiani nominis professores invenirent, variis tormentis ac tormentorum instrumentis suffocare; atrocius omnia fiebant quam dici queat, quippe. ubi abundavit iniquitas, nec ibi [1] in notitia habeatur caritas. Tanta enim erat grassantium feritas, ut electorum virorum mentes perturbarentur. Qui carnis moti infirmitate, ne F inducerentur in tentationem quam sustinere non possent, a via impiorum declinaverunt, claustra relinquunt et amore vitae labentis speluncas et antra desertorum petunt, plus confisi in solitudinibus quam monasteriorum sacratis immunitatibus. Quo diro famae terrore tactus vir Dei Gregorius, de vita etiam anxius, cogitavit horum immanitates evitare, tentavit, ut et alios videbat, ad deserta loca fugere; sed in fuga a Sarracenis captus, ad ducem exercitus, cui Sandalis (2) nomen erat, adducitur et, cuius professionis ac vitae fuerit, disquiritur. Qui licet pro vita trepidaret, intrepidus tamen se profitetur christianum atque unius veri Dei permanentis in saecula cultorem, vita, ut videre poterant, monachum; nec aliud se asserebat profiteri, etiamsi constaret eum mori. At Sarraceni, qui eum ceperant, minari interdum, ut fidei christianae renuntiaret, blandiendo precari, nunc afferre divitias et omnium

Cfr. Matth. 24, 12.

[6] iudicio *cod.* — [7] prfamilias *cod.*
Cap. 6. — [1] curăit *miniator.* — [2] im. est *bis scriptum.*

(1) Hoc miraculum miraculo praecedenti in Vita I, cap. 8, etiam subiungitur; quae iterum nomen pueri sanati (*Lentae*) sola profert. — (2) *Scandalis* dicitur Vita I, cap. 9. *H.-E.*

Cap. 7. — [1] *sic emendare conatus est* H.-E.; est *cod.*

rerum

VITA II

rerum copiam, nunc honores et dignitates regumque spondere gratiam; quae si respueret, mortem subiturum turpissimam. Sed vir Dei fundatus (*Cfr.* Matth. 7, 25) supra firmam petram spirituque fortitudinis in Christo roboratus, inter minas et gladios furentium non defecit, immo fortior quam prius apparuit, stabilis in fide tam minas quam blanditias eorum sprevit et scuto caelesti protectus, omnia quae vel minabantur vel promittebant, parvipendit, immo universa quae sibi infligere mala possent, (*Cfr.* Act. 5, 41.) pati pro Christi nomine se velle fortiter intrepida voce clamabat. Hac tam constanti responsione efferati Sarraceni, multiplicibus tormentorum plagis hunc cruciare proponentes, non modo graviter, immo turpiter eum vestibus omnibus despoliant et nudum genitalibus nudis in pertica suspendunt (1), deque pertica[2] in eculeum mutantes traiciunt, et manibus ferreis totum corpus viri dilacerantes, denuo in humum, ut respiraret paululum, deponunt. Hoc ea tamen intentione faciebant, quatenus lacerati corporis natura aliquantulum refocillata et rursum ad acriora tormentorum supplicia resumpta spiritum patientis B magis urgeret atque ad negandum Creatorem suum poenis fortioribus impelleret. Unde virtus gratiae caelestis ita confessorem Domini in fidei confessione fortem detinuit, ut ante tortores quam[3] tortus deficerent, suique confusionem in corpore imbecilli sentirent. Unde, ut ocius proposita tormenta finirent, tam verecundia quam labore fatigati et paene deficientes, fustibus et gladiis eum caesum reliquerunt, Samaritanum (2) semivivum arbitrantes mortuum. Beatissimus itaque Gregorius tam acri martyrio pro Christi (*Cfr.* Tob. 1, 2.) testimonio afflictus, tamen viam veritatis non reliquit, sed eum secutus, qui ipsum etiam numquam dereliquit, qui etiam inter furentium manus promptus adiutor et protector sibi non defuit, quamvis ulceribus plenus, quamvis plagis plurimis afflictus, quamvis, fatiscentibus membris, vix in corpore exsangui palpitaret halitus, ad ovilis sui saepta[4] coepit se trahere et ultra posse coepit laborare. Fratrum quoque gregem pavore huius per silvestria turbinis dispersum pia sollertia recollegit, quem et talia pati pro Christo verbis et exemplo docuit.

C

8. Quomodo quendam a dentium dolore curavit.

Ea ipsa tempestate accidit, ut quidam (3) dentium dolore nimio oppressus ad Dei virum dolentem adhuc[1] dolens veniret, ostensoque suae aegritudinis morbo, oravit, ut vel signum crucis doloris sui loco imponeret (4). Super quo vir pius et vere pietatis visceribus plenus misericordia motus, non suum languorem inspexit, sed aegrum divinae (*Cfr.* II Cor. 9, 7!) clementiae[2] respexit, cum lacrimis hilarem datorem virtutum Deum adiit, languentem crucis signo benedixit atque omnem illius infirmitatis rabiem subita Dei potentia fugavit. Qui tanta mox D aeger sanitate dentium reficitur, ut nihil usquam doloris sentiens, si umquam nocuerit aliquid, miretur. Quod videns vir Dei Gregorius, non suis adscribebat meritis, sed Dei gratiae, timensque assultu populi gravari, ei qui sanus factus erat, ne cui diceret, imperavit ac etiam humiliter rogavit. Ille vero non aliter quam illi evangelici curati, qui, quanto magis eis Iesus praecipiebat, ne cui dice- (Marc. 7, 36.) rent, tanto amplius praedicabant, nusquam virtutem et miracula Dei in beato viro manifestata celabat, immo ubique acsi expertus et experto credenda divulgabat. Unde Gregorius metuens tantum sibi virtutis posse demi meritum, quantum exterioris favoris crescere sibi videbat, forte peccatoris futurum oleum, cogitavit non minus (*Cfr.* Ps. 140, 5.) sapienti quam discreto mentis consilio hominum fugere frequentiam, ut humanam posset declinare gloriam (5). Proinde claustralium fugiens commorationem in quendam secretum locum, qui Bulcinum dicebatur (6), declinavit ibique eremiticam conversationem per aliquod tempus duxit. Fratres vero loci sui diu super amisso pastore contristati, tandem in praedicto loco degere percipientes, omni conatu et studio eum repetunt eumque ad E regimen claustri et ovilis sui zelo caritatis redire cogunt (7). Sed tamen lampas patuit, atque civi- (*Cfr.* Matth. 5, 14.) tas supra montem posita abscondi nequivit. Et quomodo poterat abscondi, quem divinae caritatis candor volebat patefieri? Quod autem non dura evagatione, verum divinae voluntatis interpretatione servus tunc fuerit patefactus, evidentis miraculi splendor de caelo veniens confirmavit perlucidus (8).

9. Quomodo leprosum curavit.

Quodam enim die, cum solito more orationibus in oratorio vacaret, contigit, ut quidam leprosus ad templi ianuam obnixius elemosinam peteret (9) atque beatum virum Gregorium importunius mendicando — nam sors eum illius obtutibus obtulerat — fatigaret. Cuius aegritudinem cum beatus vir tam voce quam facie cognovisset, devotus solvitur in preces dominumque Iesum Christum suppliciter oravit, ut, quia potens esset omnem depellere infirmitatem, quique virtutis suae gratia leprosos mundaverit, caecos illuminaverit, infirmos curaverit, misericordiae suae medicamine hunc aegrum curare dignaretur. O ineffabilis clementiae potentia, o divinae pietatis F magnificentia! Ignorabat leprosus, quem vel qualem peteret; ignorabat, quam salus proxima et quanta sibi immineret. Nam mox ut vir Dei Gregorius ab oratione surrexit, leprosum benedixit, sanum et incolumem per Dei gratiam ab omni lepra restituit, ita ut nullum infirmitatis vestigium Dei virtus in eo reliquerit, donum misericordiae meliore, quam exspectabatur[1], munere mutaverit. Haec itaque mutatio dextrae Excelsi, (*Cfr.* Ps. 76, 11.) qua saepe gravatis insperata venit salus; et quid tunc sperantibus, quid in eum confidentibus?

[2] partica *cod.* — [3] quasi *cod.* — [4] cepta *cod.*
Cap. 8. — [1] adhec *cod.* — [2] intuitu *supplendum videtur* H.-E.
Cap. 9. — [1] spectabatur *cod.*

(1) Haec notabili quodam modo cum Vita I, cap. 9, conveniunt; sed causa tormentornm alia ac multo rationabilior ibi traditur. Sane in cortina cap. 25 memorata tormenti imaginem vidit auctor. *H.-E.* — (2) Male auctor versus Luc. 10, 30-35, in mente habebat, Samaritanum misericordem cum homine caeso, quem is salvavit, confundens. *H.-E.* — (3) Ex Vita I, cap. 9, novimus virum istum unum ex illis Sarracenis fuisse, qui sanctum male mulcaverant. — (4) Cfr. Vita I, cap. 9, *statim signo crucis ad locum doloris opposito, sanavit eum.* — (5) Cfr. Vita I, cap. 10: *ut discederet et humanum favorem et huius sanctitatis nomen effugeret, ... excogitavit.* — (6) Cfr. ibid. — (7) Eum in coenobium Circlariense rediisse Vita I, cap. 13 tradit. *H.-E.* Verum ibi prorsus alia huius reditus ratio profertur. — (8) Miraculum hoc, quod cap. 9 narratur, non in monasterio Circlariensi, quod Vita II innuit, sed in oppido Bulcino actum esse docet Vita I, cap. 10. — (9) Cfr. Vita I, cap. 10: *leprosum quendam advenientem et eleemosynam ab ipso petentem.*

Sperent

Cfr. Ps. 9, 11. Sperent ergo in te omnes, Domine, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quaerentes te, qui sic etiam subvenis in periculis non sperantibus in te.

10. Quomodo daemoniacum sanavit.

Postera item luce beato viro in orationibus in oratorio more solito exsistente, ingens concursus populi factus est adducentis daemoniacum duris nexibus vestium devinctum, et devotis precibus orabant, ut manum cum benedictione ipsi imponeret atque per Dei misericordiam correptum ab ea vexatione liberaret (1). Nam tanto furore miser ille vexabatur, ut dentibus frendens et modo horribili et ore cruento rictibus contractis fremens, quosque sibi obvios invaderet atque dilaniare intentaret. Mira res atque miro mirabilius! Nam in hoc modo, in hoc furoris habitu efferus iste ad servum Dei adductus ipsiusque sanctitati praesentatus ita omnem furorem atque saevitiam pristinae insaniae post acceptam benedictionem, post acceptum signum sanctae crucis a beatissimo viro statim deposuit, acsi nullam umquam pote-
B statem malignus spiritus in eo habuerit. Et qui ante omnes spiritu furoris feros actus exercendo invadebat, nunc quasi ovis mansuetus incedebat sane loquendo, sane omnia faciendo. Quo signo ab omnibus viso, crescere coepit in populo divini miraculi in servo Dei admiratio, iamque prophetis eum parem, apostolis similem praedicabant, in quo gratiam pro gratia, donum super donum geminari videbant. Quod sequens etiam ostendit[1] plenius miraculum, quo similis factus Heliae enituit tam spiritu prophetiae quam prodigii immensitate.

11. Quomodo oleum adauxit.

Deficiente aliquando fratribus oleo, nec habentes unde emerent, ad beatum virum veniunt, acsi patrem spiritualem, quid[1] facto opus esset, conveniunt. Quorum intuens defectum nec habens unde suppleret, convertitur ad Dominum, conver-
Cfr. Iac. 1, 5. 6. titur ad eum, qui dat omnibus affluenter et nemini improperat, si tamen in fide quis postulaverit, nihil haesitans; oravit et exauditus est. Oravit eum, in quem speravit, necessitatem suam et suorum fidelissimo auditori, immo exauditori, ex-
C posuit, qui nec hac vice eum sperantem in se dereliquit. Nam divinitus locus sibi ostenditur in latere monasterii sui, quo angelica insinuatione directis fratribus invenitur amphora plena olei limpidissimi. Quod eius praesentiae confestim fratres, sicut iussum fuerat, rettulerunt in immenso tripudii gaudio. Quod pia devotione benedicens, adiunctis orationibus, tanta abundantia per Dei misericordiam exuberare illud fecit, ut nec vasa sufficienter habere possent, in quae
Cfr. IV Reg. 4, 6. oleum transfunderent. Stetitque oleum. Hic vere Heliae lechitus multiplicatur, hic alter Helias in
Cfr. III Reg. 17, 16. domo Domini consideratur, cum hic inopiam pauperis suppleret ecclesiae, ille vero pauperis viduae. Nam de cetero suis temporibus multoque post[2] ipsum tempore numquam in loco illo oleum defecit fratribus ad omnes necessitatum suarum usus (2). Hoc Dei munere per servum Altissimi collato, famulantes Deo consolati, gratias Omnipotenti, ut dignum erat, reddiderunt ipsumque beatum virum magnae venerationis[3] coluerunt.

12. Quomodo Graecus quidam eum tradere voluit.

Inter haec divinae virtutis miracula ille antiquus humani generis hostis antiquo invidiae suae commento non defuit, notum[1] habens mille nocendi artes (3), armatur una adversus virum Dei. Eo enim instigante, Graecorum quidam livore in Gregorium accenditur ac eius sancta opera per suam operam annihilare vel saltem famam bonam attenuare gestiens, iniquo consilio[2] comprehendere, captivitate comprimere disposuit (4), suppliciisque vitam beati viri intendit. Sed pius et misericors Dominus potiori eum utilitati fidelium
reservare volens, consilium Graeci dissipavit, san- *Cfr.* Ps. 32, 10
ctumque suum ab inimicis custodivit et a seductoribus tutavit illum. *Cfr.* Sap. 10, 12.

13. Quomodo Romam fugiens[1] divertit.

Nec longo post tempore alter quidam Graecorum eodem spiritu nequitiae accensus, cum Dei sanctum non posset, ut cogitaverat, capere, consiliis et nutibus conatus est eum alii cuidam nequiori se tradere, ut, qui non poterat manifeste, vinceret vel occulte. Sed quid? Dolus an virtus[2], quis in hoste requirat[3] (5)? Infatuavit et Domi-
nus eius consilium, infatuavit et adduxit ad nihi- *Cfr.* II Reg. 15, 31.
lum. Nam vir Dei liberatur, cunctorum inimicorum
eius laqueus conteritur, nec in his omnibus parva *Cfr.* Ps. 123, 7.
quidem offensa molestatur, nunc insidias evitando, nunc proditiones per misericordiam Dei declinando. Tandem fatigatus tantis laboribus, nunc hos fugiens, nunc illos, patriae fines natalisque soli dulcedinem exire cogitavit. Et qui naturale reliquerat commercium, non magni habuit natale relinquere solum. Mox omni dilectione[4] et affectu fratribus suis valefaciens, Deo pastori summe bono eas commendavit, acceptaque et data non sine gemitu magno suorum benedictione, discessit. Hinc timens Danaos, id est dona ferentes (6), nocturnis cursibus ad mare usque pervenit ac alti
dubios labores passurus, ratim quorundam in F
Italiam navigantium conscendit. Dei itaque clementia flatuque secundo ventorum spirante, cursu veloci contingunt Italiam, et in litus optatum omnibus expositis, ipse ut peregrinus et advena Romam petiit, Romam tetendit.

14. Quomodo divertit ad sororem suam dominam Theophaniam.

Ea tempestate Otto secundus monarchiam Romani imperii mira non minus prudentia quam potentia gubernabat, et ut imperatoriam maiestatem decebat, ipse princeps Romanus victor in omnibus exsistebat. Non solum in hostium praeliis, sed etiam per legitimos tramites calumnian-

Cap. 10. — [1] ostendens *cod.*
Cap 11. — [1] quod *cod.* — [2] *supplevit H.-E.; om. cod.* — [3] *nescio an vox quaedam* (exhibicione?) *exciderit.* H.-E.
Cap. 12. — [1] uotum *cod.* — [2] eum *supplendum.* H.-E.
Cap. 13. — [1] *ita in ima marg. litteris minusculis praescriptum; om. miniator.* — [2] virus *cod.* — [3] requiratur *cod.* — [4] dilectioni *cod.*

(1) Idem miraculum narrat Vita I, cap. 11. — (2) Cfr. ibid., cap. 12, ubi in narratione, paululum quidem diversa, huius miraculi, sermo etiam fit de amphora, de Helia, de lechito. — (3) Cfr. Sulp. Sev., Vita Martini, cap. 22: *diabolus, dum mille nocendi artibus conabatur.* H.-E. — (4) Haec procul dubio ad ea referenda sunt, quae Vita I, cap. 13, de catapano graeco Gregorium Constantinopolim ducere volente traduntur. Auctor imaginem cortinae, qua haec depicta erant, non recte exposuisse videtur. *H.-E.* — (5) Cfr. Verg., Aen. II, 390: *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* H.-E. — (6) Non intellexit vir simplex versum Verg. Aen. II, 49. *H.-E.*

VITA II tium iniquitates expellebat, tyrannis cunctarum regionum suae dicioni subiectis, cunctis potenter imperabat, quoslibet vero religiosos humili sinceraque devotione colebat, ita ut universis magnis maior, universis humilibus sancta humilitate humilior appareret. Hic itaque princeps germanam beati viri Gregorii Theophaniam dominam, quam quidam Theophanu[1] nuncupant, ex Graecia filiam regis Constantinopolitani in uxorem duxerat (1). Quae licet in fascibus secundum saeculi dignitatem gloriosa appareret, intus tamen in absconso non minore sanctitate quam frater eius in conspectu Al-
Ps. 44, 14. tissimi clarebat iuxta illud psalmistae : *Omnis glo-*
II Cor. 1, 12. *ria filiae regis ab intus,* et illud apostoli : *Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae.* Eo nempe tempore memoratus imperator augustus, relicta Romae imperatrice, in Galliam discesserat, atque duro Teutonicorum furori resistens, omnes[2] imperii sui partes in pace et tranquillitate regere curabat. Cognoscens autem servus Dei Gregorius germanam suam in Urbe degere, cum gaudio ad eam divertit. Sed tamen antequam ad eam iret, in novitate tantum locorum captus,
B immo sanctorum amore, sancta loca sanctorumque patrocinia per aliquos dies latenter visitare studuit. In quo facto quam pulchro Deus miraculo eum imperatrici augustae[3], sorori suae, ostenderit, non dignum, ut transeam, puto.

15. Quomodo febricitantem curavit.

Dum enim sanctorum patrocinia ut peregrinus in urbe circumquaque visitaret, quadam die in quodam oratorio causa orationis diutius atque devotius perseverabat. Ea ipsa hora pauper quidam corpore et rebus, victum sibi quaerens ostiatim, cum tamen magnis astrictus esset febribus, casu idem oratorium, in quo vir Dei orabat, intravit. Et videns quandam aeris immensam claritatem eum circumfulgentem, quasi tactus atque tractus[1] miraculo, propius accessit : et quo propius venit, eo evidentius virtutem Dei intellexit. Mox sui non oblitus ad virum Dei clamabat, clamando miseriae suae querela sanctum Dei ab oratione dimovit et ut eius inopiae atque aegritudinis compateretur, voce lacrimabili monuit. Quem ut sanctus Dei inspexit, lacrimatus est, et apostoli
II Cor. 11, 29. compassione motus est, qui dixit: *Quis infirmatur*
C *in vobis, et ego non infirmor?* Facta ad Dominum oratione, signum crucis illi impressit, sanum ac incolumem ab omni aegritudine ex integro restituit et, ne cui diceret, omnibus modis iniunxit. Verum frustra iniungendo prohibebat, quoniam
Cfr. Matth. 5, 14. civitas supra montem posita erat, nec latere poterat. Exinde fama viri Dei in universis non solum civitatis angulis divulgatur, immo per totius Tusciae, Campaniae, Siciliae omnesque fines Italiae propagatur. Confluunt ex provinciis circumquaque positis fideles, alii se orationibus eius commendantes, alii infirmos suos deferentes. Multos D
per Dei misericordiam a variis infirmitatibus curavit, omnes vero participes esse orationum suarum concessit. Ea itaque fama concitata domina Theophania, imperatrix Deo devota ac christiano cultu in Christo religiosa, egressa de solio maiestatis, investigare ibat vestigia fratris peregrini. Et ignorans esse fratrem, quaerebat sancti Dei cognoscere sanctitatem. Quo invento, cum ingenti reverentia ipsum est aggressa. Et collocutionis copia tandem potita, gentem, patriam ipsius quaesivit. Quem quidem Graecum idiomate linguae audivit. Inter loquendum non nihil etiam naturali incitamine tacta, de prosapia famuli Dei investigare curavit. In quo quidem verbo vir Dei quasi pudibundus subticuit, fletu quoque motus, dissimulare se non potuit. Unde imperatrice augusta urgente, tandem confessus est, quis esset, quamvis invitus, patuitque imperatrici, nec sine fletibus, quia esset frater eius. Ruunt ambo in amplexus, et geminata utriusque hominis, tam exterioris quam interioris, laetitia, divinas in laudes tandem prorumpunt, Deo gratiarum actiones pro coniunctione utriusque persolvunt. E
Quid multis moror? Quanta totius aulae imperatoriae fuerint gaudia, quanta exsultatione exhilarata fuerit urbs universa Romana, explicare nequeo, aestimationi magis relinquere quam scriptis comprehendere sanum duco.

16. Quomodo ex consilio sororis ecclesiam in honore sancti Salvatoris construxit.

Vir itaque Dei inter tanta gaudia propositi sui[1] non oblitus, nec etiam inde dimotus, ad orationis studium semper divertitur atque, omni terreno oblectamine postposito, ad Deum convertitur, pro quo omnia reliquit, ipsum secutus est Cfr. Matth. 19, 27.
super omnia. In oratione pernox, ad omne opus Dei velox, nihil praeponens operi Dei, cuncta sprevit gaudia saeculi. Quod considerans imperatrix, quod multo ante tempore manet alta mente repositum (2), tunc aperuit, atque ut oratorium construeret, in quo cum Deo famulantibus habitaret, fratri consuluit, sed et consilium dedit. Gregorius itaque sororis sanctis acquiescens consiliis, oratorium in honore sancti Salvatoris construxit atque religiosae conversationis viros in illud congregavit. Quibus imperatrix domina F
Theophania, matrona religiosa et Deo devota, sufficientes redditus in cottidianos usus constituit, ac eo loco imperialibus privilegiis adaucto, virum Dei Gregorium fratrum in oratorio conversantium communi electione et petitione abbatem fecit (3). Illic[2] Dei famulus omni humilitate habitans consulti non est oblitus operis, semper in Dei laude, semper in oratione. Ibi, opitulante Domino, utilitatem immensam animarum tam sanctae exhortationis studio quam probatissimae vitae

Cap. 14. — [1] Theophaim *cod.* — [2] omnia *cod.* — [3] augusti *cod.*

Cap. 15. — [1] tractus atque tractus *cod.*

Cap. 16. — [1] sū *cod.* — [2] Illuc *cod.*

(1) Quae de Gregorio cum Theophanu Romae conveniente in sequentibus capitulis traduntur, procul dubio falsa sunt. Etiamsi imaginem haec repraesentantem auctor cortinae intextam vidit, certe tamen Gregorius imperatricem non Romae nec ante obitum Ottonis II adiit. Ita v. cl. H.-E.; atque verissimum quidem est perperam hic ab auctore Vitae Ottonem II nominari; nihil tamen obstare video quominus Gregorius Romae cum imperatrice convenisse dicatur. Postquam nempe an. 986-987, Sarracenis irruentibus, fugam inierat Gregorius (Vita I, cap. 9), dein in abbatiam Circlariensem redux, ibidem per annum commoratus erat (ibid., cap. 10), ac tandem aliquod tempus Bulcini transegerat (ibid.), potuit certe an. 989-990, quo tempore Theophanu in Italia atque in ipsa Urbe versatam esse scimus, ad illam quapiam de causa venire. Quod colloquium forsitan in cortina Coloniensi acu depictum erat. Confiteor equidem nimis exiguam esse Vitae posterioris auctoritatem, ut haec tamquam certa affirmemus; verum ipse v. cl. Holder-Egger tantum fidei eidem, cap. 20, tribui posse asserit, ut credat Gregorium Romae cum Ottone III convenisse; atqui cap. 20, non secus ac cap. 14, Ottonem II pro Ottone III nominat auctor. Cfr. supra Comm. praev., num 13. — (2) Cfr. Verg., Aen. I, 26 : *manet alta mente repostum.* H.-E. — (3) Cfr. locum ex Vita Adalberti, auctore Brunone, supra allatum (Comm. praev., num. 2). De hoc monasterio S. Salvatoris nullam alibi factam mentionem repperi.

exemplo

A exemplo operatus est, instanter monitis divinis populum erudiens, pauperes de paupertate sua fovens iuxta illud Tobiae : *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si autem exiguum, etiam exiguum libenter impartire*[3] *stude.* Humiles etiam diligebat, superbos castigabat, errantes corrigebat, infirmos visitabat, divites dapsilitatem in pauperes docebat. Innumerabiles Romanorum sua correptione compuncti a lascivia saeculi conversi sunt, sanctumque patrem secuti, sub scemate religionis servire coeperunt. Multos etiam discipulos venerabilis pater nutriebat in eodem monasterio. Nobilium quoque pueros caelesti dogmate instructos mundi labentis luxus et divitias cum honoribus despicere docebat. Circa idem quoque oratorium, dum construeretur, quoddam Deus per servum suum operatus est miraculum, quod non sane credimus esse transeundum.

Tob. 4, 9.

17. Quomodo caecum illuminavit.

Cum enim praenotatum aedificaretur oratorium, cellulam sibi iuxta oratorium posuerat, ut in ea cum operariis suis quiescens curiae regalis B frequentiam vitaret. Contigit autem die quadam puerum quendam, oculorum lumine privatum, Romanorum plateas mendicando circuire, casuque ad cellam beati viri venire, sperantem se aliquid accepturum ab eo. O quam pia divinae misericordiae dispensatio, quae secreto pietatis consilio, intellectibus humanis ignorantibus, alendo subvenit miseris mortalibus. Nam ea ordinante, ut quidam ait, *saepe gravatos desperata iuvant,* petiit caecus a viro Dei elemosynam, nesciens corporis sui sibi propinquare lucernam, ignorans proximam salutis suae medicinam, magis inhiabat muneri quam saluti. Quem videns beatus Gregorius oculorum luce privatum, solita pietate motus accessit ad eum, loculis crucem Christi imprimit oculorum, et visu mox restituto, gaudentem plus vacua manu meruisse dimittit tantae salutis. Item atque item non solum in Urbe, verum longe lateque propagato[1] miraculo, ex longo latoque concurritur[2], ab omnibus lucerna lucis petitur, ab omnibus honoratur. Concitati etiam nonnulli fidelium tantorum fama miraculorum, nihilominus sanctae conversationis scemate, de suis substantiis donaria ac elemosynas sibi suoque C coenobio conferunt, Deumque sibi facere propitium suis suorumque orationibus fratrum intendunt.

18. Quomodo Iohannes Campanus factus est monachus.

Tunc temporis nobilis quidam Iohannes nomine Campanus, audiens tantas servi Dei virtutes et sancta meditatione versans in secreto sui pectoris peccatorum suorum onuscula sublevare, de suis copiis decem summarios (1) auro et argento oneratos famulo Dei Gregorio transmisit, orans et petens, ut eius misereretur atque Deum pro salute animae ipsius deprecaretur. Quam elemosynam beatus Gregorius abbas humiliter suscepit, statimque pauperibus divisit iuxta illud psalmistae : *Dispersit, dedit pauperibus.* Nihil in rebus transitoriis curabat habere, nisi ut vel sustentaret se, vel suos reficeret; cetera vero omnia in usus pauperum expendebat ; nihilque sibi, imitator factus magni Gregorii, in fugacis substantiae luxu praeter naturae usum retinebat. Hoc huius erat intentio, hoc huius doctrina et praedicatio, nihil habere commodi nisi fructum aeterni stipendii. Quod percipiens memoratus ille nobilis, divina inspirante gratia, omnia saeculi oblectamenta reliquit atque coenobium beati viri cum omni festinatione petiit. Quo perveniens, mox ad sancti viri pedes procidit et, ut ipsum sacro habitu indueret atque monasticis disciplinis instrueret, etiam cum lacrimis oravit. Vota viri sancta sanctus non distulit, immo cum sancto gaudens, consilio fratrum induit hunc habitu sacro, docuitque Iohannem participem typici nominis sui esse (2). Instruxit quoque eum vitae monasticae regulam, proposuitque ei prae omnibus caritatis ac humilitatis exempla, atque in brevi, qui datus erat in escas populis Ethiopum, quique fuerat praeda saevae mortis, factus est multis exemplum et causa salutis aeternae.

Ps. 111, 9.

VITA II

Cfr. Ps. 73, 14.

19. Quomodo caeco reddidit lumen[1].

E Inter haec pietatis opera, quibus ut medicus atque minister divinae salutis nunc hos in corpore, nunc illos vir Dei curabat in interiore homine, puer quidam privatus lumine, audiens insignia tantarum virtutum, protinus ad servi Dei tendit oratorium. Quo invento, misericordiam postulavit, lumen sibi reddi oravit, atque cum gemitu preces geminavit, et, quem dispendium orbatae lucis urgebat verum, non nocte paratum, ploravit. Motus his fletibus vir Dei Gregorius, conversus ad Dominum pro salute petentis petivit, petitionisque suae effectum a Deo omni bonorum datore celeriter obtinuit. Nam signo crucis caecis oculorum orbibus impresso atque Iesu Christi nomine invocato a beato viro, omni caecitate fugata, luminis sibi mox redduntur beneficia, et qui venerat flens et eiulans, gaudens et cantans revertitur. Hac die virtute etiam perculsa urbs Romana, Dei exaltant ibi magnalia atque Dei famulum pia devotione circumdantes, infirmos quoslibet et debiles ad eius deducunt praesentiam, divinam sperantes in omnibus misericordiam.

20. Quomodo imperator Otto suscepit eum.

F Eo itaque tempore praedictus imperator Romanorum Otto secundus, relictis Galliae finibus[1], transcursis Alpibus, romanas rursum petebat arces. Cum iam praepeti volatu fama revertentis Romanorum perculerat aures, vir Dei Gregorius multa populi frequentia praegravatus, hac fama vulgata, coepit aliquantulum respirare, cogitans quoquo modo sapientis principis consilio onus, quo laborabat contra votum, deponere. Erat enim ipsi labor immensus — ut qui voverat[2] solitarie vivere, mundo et concupiscentiis eius se abstrahere, — invitum his omnibus interesse. Ut enim ait quidam : *Invitum qui servat, idem facit occidenti* (3). Unde et veloci itinere occurrit imperatori. Quem imperator cum magna suscepit devotione. Cognoverat enim eum fama ante quam corpore, cum iam virtutibus et signis in toto claresceret orbe. Multum quidem imperator exhilaratus eius adventu multoque honore eum digna-

Cfr. I Ioh. 2, 17.

[3] *sic cod.*
Cap. 17. — [1] propago *cod.* — [2] concurrit *cod.*

Cap. 19. — [1] *sic in ima marg. praescr.*; l. r. *miniator.*
Cap. 20. — [1] fratribus *cod.* — [2] noverat *cod.*

(1) i. e. *equos clitellarios*; cfr. Cangium ad v. *sagma, sagmarius.* — (2) i. e. participem divinae gratiae; siquidem, secundum Hieronymum (*De nominibus hebraicis*, passim) : *Ioannes* = *in quo est gratia, vel Domini gratia.* — (3) Horat. ep. ad Pisones, 467.

VITA II tus, ei processit obviam, atque ipsum benigne deosculatus, data dextra, lateri suo eum de cetero semper coniunxit, quoad vir sanctus comes curiae regalis esse voluit.

21. Quomodo Luzonem monachum curavit.

Non longam moram imperator in urbe Romana faciens, ad Galliam, negotiis exigentibus, revertitur secumque beatum virum cum tota domo sua, videlicet uxore domina Theophania suaque prole, ducit. In quo itinere monachus quidam Luzo nomine, audita fama servi Dei, urgente ipsum infirmitate satis periculosa, occurrit ei; gutturis enim inflationem ex morbo, quem physici squinantiam appellant, in tantum laborabat, ut iam spiraculo spiritus obstruso, mortis articulo detineretur, nec spes ulla vitae in illo esset. Viso autem beatissimo viro, misericordiam nutibus atque fletibus magis quam verbis postulavit, sanctumque Dei ad compatiendum sibi commovit. Cui vir sanctus, oratione facta, signum crucis imposuit atque citius dicto sanum, incolumem ab omni morbo reddidit. Vidit hoc imperator, viderunt omnes, qui in comitatu eius erant, et glori- B
Cfr. Ps. 66, 36. ficaverunt Deum, qui in sanctis suis gloriosus est. Disseminatur ubique miraculum. Cuius tamen
Cfr. II Cor. 1, 12. seminis vir Dei non appetiit fructum, cuius gloria erat fidelis conscientiae testimonium.

22. Quomodo imperator consilium dedit Gregorio, ut coenobium construeret.

Ipso tempore imperator citato cursu omnium orientalium fines superans, Lothoringos adiit atque Aquisgrani, ubi sedes imperii a Karolo Magno posita dicitur, curiam principibus indicit. Confluentibus illuc cunctis regni primoribus, tam religiosis quam saecularibus, semper Gregorius proximus erat regio lateri, parvipendens tamen quaeque honorum genera, Christum usquequaque gerens in conscientia. Sentiens autem imperator eum nimium gravari frequentia saeculari et huiusmodi negotia pertaesum ducere, hoc convenit consilio, ut locum eligeret, in quo coenobium collocaret, in quo viros religiosae conversationis induceret, cum quibus et ipse absque tumultu saeculi religiose viveret. Quo consilio laetificatus Dei famulus, Deo gratias egit et locum talibus
C aedificiis aptum, accepto imperatoris consilio, studiosius investigavit. Tunc, ut divina ordinavit providentia, Porcetum ei ab imperatore datur (1), quoniam talibus votis aptior locus non inveniebatur. Non nimium a populo est segregatus nec nimium immixtus, sed quoddam tenens medium, quasi virtutum in se recludit mysterium (2). Hinc opus in longum latumque, quoad opus erat structurae, operoso artificum studio deducitur, fundamentum in firmam petram et stabilem, ut decet ecclesiam, ponitur, atque oraculum in honore sancti Appollinaris martyris sanctique Nicolai confessoris construitur. Deinde vir Dei Gregorius, ut ordinaverat, religiosae vitae monachos, viros timentes Deum, illuc congregavit, officium divinum in monasterio constituit, et acceptis ab impe- D
ratore redditibus, stipem sufficientem Deo ibi servientibus ordinavit. Praeterea libertatis lege, ut decet, domum Dei dotavit, nulliusque nisi imperatoriae dicioni eam subiectam esse imperator ipse dictavit (3). Quod etiam privilegiis solida veritate munitis, sicut adhuc habentur in eadem ecclesia, coram primatibus imperii confirmavit. His ita officiosa sedulitate peractis, dominus Otto imperator virum Dei Gregorium in eodem loco abbatem constituit et locum ipsum tum propter Deum, tum propter virum sanctum, quibus poterat honoribus ampliavit. In quo coenobio beatus Gregorius usque ad terminum vitae praesentis sancte et religiose versabatur. Nemini umquam nocuit, omnibus profuit, honore omnes Cfr. Rom. 12, 10.
praeveniens, et cum esset pater monasterii, omnes ut patres colens, illum in mente recolens, qui non venit ministrari, sed ministrare. Fulgebat itaque Cfr. Matth. 20, 28
vir Dei sanctitate ineffabili, bonitate inaestimabili, discretione in subiectos, et omnes homines diligebat caritate incomparabili. Hac vitae specie rerumque honestate iam in senectutem bonam E
declinaverat, cum ei quadam nocte quiescenti in stratu suo beatus Pachomius, eius abbas in Graeciae partibus primus (4), per somnium sibi apparens, sive eius angelus, exitum suum praedicit atque imminere sibi terminum vitae patefecit. Quam revelationem mane fratribus indicavit, et de fine vitae suae certificatus, solito more caelestis eos instruit norma vitae, fidem bonam, spem certam, caritatem perfectam docuit eos habere, iustitiaeque tramitem aemulari, omnique humilitate dominum Iesum Christum imitari, qui humiliavit semetipsum, factus oboediens Cfr. Phil. 2, 8.
Patri usque ad mortem. Quod fecerat, docuit; Cfr. Act. 1, 1.
castitatem, humilitatem omnemque caritatem mentis et corporis sinceritatem, in quibus vitae cursum consummavit, discipulis magister proposuit. Hac specie recti semper vitae tramitem direxerat[1]; unde nisi recta et sancta docere et facere non[2] noverat, eaque de causa semper adversarium diabolum habebat, sicut et in sequentibus ostendetur.

23. Quo fine discesserit sanctus Gregorius.

In articulo namque mortis positus vir Dei Gre- F
gorius sibi videt daemonem assistere, videt hostem humani generis imminere; quem talibus affatur vocibus dicens : *Quid astas* (5), *inimice hominum, hostis animarum? Quid quaeris, spiritus perditionis, fomes iniquitatis, spiritus nequam? Nullam partem habebis mecum, tibi nulla in me* Cfr. Ioh. 13, 8.
pars relinquitur; nihil in me tuae potestati dimittitur. Angeli Dei me recipient, Abrahae sinus me Cfr. Luc. 16, 22.
custodiet. Discede a me, pabulum mortis (6); *discede, cruenta bestia* (5), *quia post Deum adhaesit anima* Cfr. Ps. 62, 9.
mea. Ad hanc vocem spiritus ille malignus tanto horrore et fremitu discessit, ut omnes, qui aderant, stupefacti locum daemonibus plenum putarent. Post haec vir Dei Gregorius, rebus sui coenobii ordine bono dispositis, sacramentis ecclesiae

Cap. 22. — [1] dixerat *cod.* — [2] *supplevit H.-E.; om. cod.*

(1) Certum est coenobium Porcetense tum ab Ottone III, tum a Gregorio quodam abbate esse fundatum (vide supra Comm. praev., num. 12, 13). Hunc abbatem Gregorium nostrum Calabrum esse, ac proin Vitae posteriori ultro fidem hic adhiberi posse, summopere probabile est, maxime cum Vitae prioris cap. 13 innuatur Gregorium Calabrum in quandam Ottonis III familiaritatem venisse. — (2) Cfr. Horat. epist. I. 18, vers. 9. — (3) Cfr. diploma Conradi III regis, an. 1138, die 8 apr. (Lacomblet, *Urkundenbuch*, tom. I, p. 216 sq.) : *Noverint..., quod Porcetensi ecclesiae privilegium, quod ab omnibus regibus et imperatoribus a tempore pii Ottonis, fundatoris eiusdem ecclesiae, usque nunc obtinuit, concedimus, videlicet ut abbas ipsius cenobii nulli penitus nisi regiae personae subditus existat.* Priorum regum tale privilegium non exstat. *H.-E.* — (4) Cfr. supra, p. 468, not. 1. — (5) Cfr. Sulp. Sev., Epist. III, 16. — (6) Cfr. Vitam S. Agnetis, cap. 3 (*Act. SS.*, Ian. tom. II, p. 351).

munitus,

A munitus, universitatem sui gregis paterna benignitate salutavit, sicque emisso spiritu, in pace obdormiens requievit. Migravit ergo illa sanctissima anima ad Dominum pridie nonarum novembrium (1). Migravit, ut exsultaret in turba caelestium, de qua exsultant angeli, laetantur archangeli, chorus sanctorum proclamat, turba virginum invitat: *Mane nobiscum in aeternum.* (Cfr. Ioh. 14, 16.) O beatum virum, o sanctissima anima, cuius adventu omnis chorus exsultat caelestium, cuius gloriam et honorem perpes vox plaudat[1] caelestium. O quam sollemni, quam festivo concentu sanctorum consociaris[2] coetibus, quorum iam exsistens in terris conversatione in caelis fulgebas (Cfr. Phil. 3, 20.) virtutibus. Tunc fratres coenobii, licet ingenti maerore afflicti pro tanti patris amissione, congregata tamen multitudine religiosorum, tam canonicorum quam civium prope adiacentis civitatis Aquensis, cum magna reverentia exsequias beatissimi viri celebraverunt ac eius spiritum commendantes Deo omnipotenti, corpus exanime in oratorio, quod ipse construxerat, devotissime sepelierunt. B Locus autem sepulturae nonnullum sanctitatis eius praestabat hactenus argumentum et satis admirandum. Nam omnes modos sepulcrorum modernorum tanta cottidie crescendo excellebat altitudine, ut non mausoleum iam putares defuncti, sed aram sacrificii. Patet enim luce clarius numquam ad eius sepulcrum quemquam tam tristem quam desperatum accessisse, quin laetum et hilarem constaret eum inde redisse. Sicut enim in vita sua fecit mirabilia, ita et in morte non cessavit in eo divinae virtutis gratia. (Cfr. Eccli. 31, 9.) De quibus multa miraculorum insignia antiquitate aboluerunt[3], pauca ad nos pervenerunt, circa seriem nostri temporis manifestata et multorum assertione fidelium contestata.

24. Quomodo diu post obitum suum[1] sanavit contractum.

Contractus quidam pedibus et tibiis ita ut nullo pedum officio sustentari posset, sed toto fere corpore reptans, scabellorum nisu et manuum sustentatione se ferens, coquinas fratrum Porcetensium aliquando frequentabat, ibique elemosynam cottidie exspectabat; aliud unde viveret, non habebat. Contigit aliquando anniversarium diem obitus C beati Gregorii a fratribus loci sollemniter celebrari; eumque pauperem, de quo diximus, divino instinctu, quoniam tempus miserendi eius advenerat, (Cfr. Ps. 101, 14.) cum multis lacrimis et gemitibus ad sepulcrum sancti viri arreptare, et misericordiam, quam numquam ante quaesierat, attentius quaerere. Flevit, clamavit et Dominus meritis servi sui exaudivit eum, ut vere illud propheticum compleretur, in eo quod scriptum est in psalmo: (Ps. 33, 7.) *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum*, etc. Ita precibus et meritis sancti Dei pauper ille liberatus est et redemptus a Domino. Exsiliens et laudans Deum qui fecerat in ipso magna, quia potens est, et misericordiam, quia misericors est. (VITA II) (Cfr. Luc. 1, 49.) Quod videntes populi admirati sunt atque Deum glorificaverunt.

25. Quomodo abbas Wolframmus[1] per eius meritum est liberatus.

In eodem loco abbas quidam Wolframmus[1] nomine (2) postmodum exstitit, vir religiosus et modestus, sed calculi passione multo tempore graviter laborans; unde et balnea frequentabat (3), si quo modo passionem hanc, cum furor ille venit, delinire posset. Contigit etiam in quadam anniversaria die obitus beati viri, fratribus post missam commendationem animae pariter et sollemniter cum campanarum compulsatione facientibus[2], praedictum abbatem, urgente praenotata passione, in balneis sedere et prae nimio, quo torquebatur, dolore, auditis campanis, acsi iam exspiraret, clamare: *Gregori, sancte Dei, si aliquid apud Deum potes, miserere mei! Miserere mei, vir beatissime, et libera me precibus tuis ab hac passione, qua crucior artissime!* Non defuit ex alto miserator Deus clamanti, quia non defuit Dei famulus compatiendo compatienti; E immo in momento ipsius viri calculus mirae magnitudinis iuxta horum qualitatem totus concussus et in arenae modum immutatus ab ipso abbate in balneis exsiliit, et particulatim radix atque generata materia calculi tota exivit, ita ut de cetero sanus et incolumis omni tempore vitae suae ab infirmitate permaneret et Dei magnalia in dilecto suo Gregorio praedicare et benedicere non cessaret. Unde et postmodum omni tempore vitae suae non minimum[3] sollicitus de sancti viri huius exaltatione atque translatione, primo de vitae ipsius sanctitate disquirere coepit et ubicumque poterat, investigavit. Conscripta quidem vita eius hactenus habebatur, etiam, ut quidam [dicunt[4]] aureis et argenteis litteris [exarata[4]], in eadem ecclesia, sed postmodum casu non satis noto combusta. Haec autem quae inde perstrinximus (4), cum eo satagente, tum[5] domino Arnoldo, post obitum praedicti patris successore, ardentius consummante, in cortina satis antiqua Coloniae in ecclesia Sanctae Mariae, ubi sanctimonialium chorus Deo famulatur (5), invenimus cum evidentibus capitulis. Hanc etiam cortinam domina Theophania imperatrix, soror beati Gregorii, F in memoriam dilecti fratris sui componi post obitum eius iussit, Dei genetrici in decorem ecclesiae Dei obtulit.

26. Quomodo abbas Arnoldus transtulit eum.

Nec hoc a memoria futurorum occultandum, quia dominus Arnoldus saepedicti monasterii abbas (6), suis temporibus ardentius aemulator exsistens paternarum traditionum, cum in decorandis aedificiis domus Dei et claustri sui multa fecisset, de hoc sancto viro atque ipsius membris

Cap. 23. — [1] *sic.* — [2] consortiorum *cod.* — [3] *sic cod. pro* aboleverunt.
Cap. 24. — [1] *sic in ima pagina praescr.; om. miniator.*
Cap. 25. — [1] Wolfrānius *cod.* — [2] faci// *cod.* — [3] mīmū *cod.* — [4] *supplevit H.-E.; om. cod.* — [5] eum *cod.*

(1) Sed legendario Austriaco sub die apr. 16 eius Vita inserta est. *H.-E.* — (2) Qui nusquam alibi commemoratur. Ex eo quod Arnoldus cap. 26 ei successisse dicitur, patet eum post an. 1151, quo Onulfus abbas monasterio Porcetensi praefuit (vide chartam n. 15 apud Quix, *Geschichte der ehemaligen Reichsabtei Burtscheid*, p. 216 sqq.), ante an. 1179 sedisse. *H.-E.* Quantum in hac abbatum serie laudatus Quix erraverit, videsis Comm. praev., num. 15, nota 7. — (3) Notum est non ignobilem esse Porcetum fontibus suis calidis et medicatis. — (4) Cfr. supra, Comm. praev., num. 6 et num. 10, not. 2. — (5) Ibid., num. 8, not. 8. — (6) Huius habemus chartam datam an. 1179 (Lacomblet, *op. cit.*, tom. I, p. 330), ubi cum dicat: *cum primum suscepissem pastoralis regiminis curam,... videns tenuitatem redituum nostrorum non satis sufficientium ad usus fratrum nostrorum,... adaugere eos... laboravi*, iam tunc aliquanto tempore abbatiae eum praefuisse apparet. Qui etiam in charta an. 1192 occurrit (Lacomblet, tom. I, p. 372, nr. 535). *H.-E.*

gloriosis

VITA II gloriosis gloriosum aliquid facere cogitans, indignum quippe reputans, ut, quia iam ad gaudia transiit angelorum, in terrae pulvere dormiens humili memoria uteretur hominum, congregatis multis religiosis, in ieiuniis et orationibus constitutis, tumulum beati viri cum omni reverentia aperuit; in quo vas ex plumbeis tabulis compactum est inventum atque membra beati viri composita in eo. Super illud epitafium tale est scriptum :

Continet iste taphos peregrini membra sepulti
Nomine Gregorii, meritis studioque colendi.
Regis Graecorum natus Gregorius abbas (1)
Primus Porcetum coluit templumque locavit;
Cuius in hac fossa requiescunt corporis ossa (2).

Quibus in hunc modum inventis, in religiosa devotione ab oratorio illo cum honesto populi et cleri conventu, collectis sacris membris, in ecclesiam maiorem in honore sancti Iohannis Baptistae D constructam deportavit atque iuxta summum ipsius Baptistae altare [1] in sarcophagum spectabilis operis deposuit, sperans se pro huiuscemodi impenso obsequio remunerationem aeternam percepturum a Domino. Non enim plura vel maiora ausus est ipse pater coenobii apponere, quia auctoritate apostolica nondum canonizatus erat, licet merito in numerum sanctorum transierit nihilque in angelorum consortio perderet, de quo testimonia tua, Deus, credibilia facta sunt nimis. *Cfr.* Ps. 92, 5.
Unde et in eodem loco fideles vota sua frequenter offerunt Deo, sanctissimi viri se precibus commendantes, per ipsum a Deo veniam consequi peccaminum non inefficaciter sperantes; cuius nos precibus etiam adiuvari supplices deposcimus. Amen.

ADDITAMENTUM.

B E

1. Non longe post translationem beati Gregorii facta est dispersio monachorum, et, divina favente clementia, de consensu principum tunc temporis datus est locus ille sanctimonialibus Cisterciensis ordinis, quoniam votis et officiis earum aptus erat. Quae anno incarnationis dominicae millesimo ducentesimo vicesimo venientes de Monte Salvatoris (3) numero quinquaginta vel plurium (4), ex quibus abbatissa (5), quae etiam tunc temporis regimen abbatiae susceperat, aliaeque sorores quam plures usque in praesens manent. Invenerunt itaque locum sepulturae ita exaltatum, sicut superius declaratum est (6), ut iam non crederent sepulcri loculum, sed altare. Invenerunt etiam in eo vas illud plumbeum, in quo membra beati viri composita fuerant, de quo etiam superius mentio facta est (7); invenerunt, inquam, et viderunt, et testimonium perhibent veritati. Translatus itaque beatus Gregorius, ut dictum est, longo tempore velut abscondendo sanctitatis suae lucernam, paucis diebus miraculis declaratus est, ut paene eius veneratio a memoria hominum laberetur. Nunc autem, quia advenit C tempus miserendi, orationibus fidelium locum frequentantium compulsus Dominus misericordiae suae ostium per merita viri sanctissimi aperire dignatus est. *Cfr.* Ps. 101, 14. Nullus tam tristis vel infirmus sepulcrum eius contingit, quin hilaris et adiutus exinde ad propria revertatur (8). Anno igitur Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo accidit, ut quidam caecus a longinquis partibus veniens, cum iam multo tempore medicorum remedia et sanctorum suffragia postulasset, et lumen oculorum tamen impetrare non posset, nocte quadam audivit in somnis vocem dicentem sibi : *Surge et vade; quaere locum nomine Porcetum, et invenies ibi in monasterio tumbam beati Gregorii abbatis, cuius precibus a Domino illuminaberis.* Caecus autem expergefactus, de visione huiuscemodi exhilaratus, statim Deo caeli et beato Gregorio confidens, per devotionem et spem, quam conceperat, visum receperat [1]. Idem igitur caecus, assumptis secum vicinis et notis suis, qui eum caecum viderant, prae gaudio magno accessit ad locum, qui dicitur Porcetum; ubi per quendam conversum ipsius coenobii ductus est ad tumbam F

Cap. 26. — [1] *supplevit H.-E.; om. cod.*

(1) Multo post Gregorii obitum hoc epitaphium compositum esse patet, cum iam filius imperatoris Constantinopolitani fuisse crederetur. *H.-E.* Sed et simul patet paulo quodam ante tempore, quam posterior haec Vita conscriberetur, sive ipsius auctori sive aliis quibuslibet iam in mentem venisse ut hos regios natales sancto fundatori adscriberent. — (2) Cum anno 1749 Porcetum adissent e decessoribus nostris quidam, hanc ipsam tabulam plumbeam non iam invenerunt, sed novam quandam anno 1611 paratam; legimus enim in notis ipsorum (Collectanea Bollandiana in codice Bruxellensi, bibl. reg. num. 8932, fol. 193; inde edidit eas v. cl. F.-X. Kraus, *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande*, tom. L. p. 226-7) : *Haec nos ipsi descripsimus in loco anno 1741 :*

DEO OPT. MAX.
S. GREGORIO PRIMO HUIUS LOCI ABBATI
ANTIQUITAS POSUIT.

Sequebantur quinque versiculi ab auctore Vitae transcripti, tum etiam sextus iste, sive ab auctore illo omissus, sive postea additus :

SPIRITUS ANTE DEUM LAUDES RESONANDO [PER AEVUM

tum demum : *POSTERITAS RENOVAVIT ANNO 1611.*

Eandem inscriptionem " reparavit " artifex nescio quis anno 1806, qui in vers. 1 scripsit *CONTINET HIC TUMULUS*, in ultimo vero *LAUDES RESONABIT IN AEVUM*; tres etiam lineas superaddidit in hunc modum :

RestaVrato a beLLi CLaDe teMpLo
et paroChIae seDe reCens Dato
et ereCto DenVo reparabat.

Tandem in laudatis notis decessorum nostrorum haec legimus l. c. in margine adscripta : *in baculo pastorali habetur ista inscriptio : PASTORIS VIRGA CURVATUR APTA UT ATTRAHAT.* Quae inscriptio, teste v. cl. F.-X. Kraus, l. c., etiamnum superest et saeculo X vel XI confecta videtur. Comparat eam idem vir doctus cum versibus apud Hugonem Victorinum *(Spec. de myst. eccles.*, cap. 6) citatis :

Attrahe per curvum, medio rege, punge per imum;
Curva trahit mites, pars pungit acuta rebelles.

Addit. — [1] *sic.*

(3) Aquisgranensi. — (4) Anno 1222 Fridericus II imperator hanc mutationem ab Engelberto archiepiscopo factam confirmavit; Lacomblet, *op. cit.*, tom. I, p. 53 *(Regesta imperii*, tom. V, num. 1377). *H.-E.* — (5) Helswendis. Ut Quix, *op. cit.*, p. 105, contendit, circa an. 1255 Helswendi I altera abbatissa eiusdem nominis successit; quod hoc loco an. 1261 vel paulo post scripto refutatur. *H.-E.* — (6) Vita II, cap. 23. — (7) Ibid., cap. 26. — (8) Fere hoc loco repetita sunt verba cap. 23. *H.-E.*

viri

A viri sancti, de qua in somnis audierat, gratias Deo agens cunctos, qui aderant, certificabat, quod per merita beati Gregorii sanitatem a Domino recepisset.

2. Item apud coenobium praedictum duae sunt sorores religiosae, quarum altera dolore gravissimo in mamilla torquebatur, ita ut iam paene esset edacitate vermium demolita, quae etiam nulla mediante medicina sanari poterat; reliqua vero soror tumore hydropisi in tantum fuit afflicta, ut per spatium anni unius et amplius a grabato moveri non posset, nec humana medicina effectum in ea habere poterat. Accedentes ergo praedictae sorores ad [2] beati Gregorii tumulum, sanitatem per ipsius merita, cooperante Domino, receperunt. Cui miraculo nos abbatissa et totus conventus eiusdem coenobii testimonium perhibemus.

3. Quaedam etiam matrona de civitate Aquensi apud nos habebat infantem in dolore calculi laborantem et apostema mortiferum in collo suo habentem; quem infantem iam moribundum mater ipsius praefata ad tumbam beati Gregorii cum B oblationis munere deportavit. Ubi per sanationem ipsius pueri in beati Gregorii suffragio Dominus suam clementiam misericorditer ostendebat.

4. Vidua quaedam paupercula in villa Porcetensi infantem cuiusdam de civitate Aquensi nutriebat, qui infans in tantam devenerat aegritudinem, ut nec sugere, nec aliquod posset accipere nutrimentum, sed evidans[3] incessanter die noctuque faciebat. Ipsa autem vidua de consilio quarundam sanctimonialium ipsius loci puerum iam dictum ad beati Gregorii tumulum deportabat, et puer ipse residens super tumulum lacrimas in risum mutabat, et de suis languoribus est curatus. Nos omnes tam spirituales quam saeculares personae, quae eramus in villa Porcetensi, haec vidimus et testamur. Praeter haec si omnia alia miracula, quae ibidem per beati Gregorii merita fiunt, essent singulariter enarranda, prius esset hora quam pagina defectura. Nam infirmi ibidem a febribus, dolore capitis, dentium et oculorum, fluxu sanguinis et diversis languorum generibus mirabiliter a Domino cottidie curantur, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. VITA II

---

5. Item accidit, ut quaedam domina de Mosella coniugata propter importunitatem mariti sui in quandam deciderat insaniam, sic quod, relicta provincia, per devia tamquam demens corporis vagabatur; tandem cum quibusdam peregrinis ad dedicationem beatae Mariae in Aquisgrani properantibus Porcetum pervenit. Ubi cum videret multitudinem populorum congregatam, in tantam rapta est dementiam, ut crederet peregrinos ibi congregatos propter destructionem sui corporis convenisse. Haec vero credens, vitans turbam pomposam, ad submergendum se sponte, multis videntibus, in vivarium monialium se proiecit, sic ut paene submersa et quibusdam E famulis ibidem servientibus vix extrahi potuisset. Quae super stratam posita et cum magna diligentia custodita, tandem aggravata prae nimia lassitudine obdormivit. Cumque expergefacta fuisset, a quadam matrona inibi serviente, quae adhuc vitae suae fruitur sospitate, quasi amens et inscia rerum [4] facta, ad tumulum beati Gregorii est perducta. Ibique orationum vota ad Dominum [5] universis, qui aderant, persolventibus, mulier per merita viri sanctissimi pristinae redditur sanitati. Post haec vero mulier supradicta sana et incolumis facta per aliquod tempus eidem coenobio praestitit obsequium servitutis.

[2] ab *cod.* — [3] *sic.* — [4] que *add. cod.* — [5] ab *add. cod.*

DE S. EMERICO SIVE HENRICO

C DUCE F

FILIO S. STEPHANI UNGARORUM REGIS

ANNO MXXXI. **COMMENTARIUS PRAEVIUS** A.P.

§ I. De antiquitate et auctoritate Vitae anonymae S. Emerici.

Ad hanc diem 1. *E sancto stipite prodiit pius ille iuvenis, nobilis ac religiosae ungaricae arboris flos amabilis, sed immatura morte praeventus. Quem licet aliis diebus, nimirum 2 septembris et 5 novembris, coluerint colantque Ungari, ideo tamen de illo nunc nobis agendum est, quod ad diem 4 novembris in martyrologio romano inscriptus legitur atque promiserunt maiores nostri* (1) *ipsa die Vitam eius aliquando datum iri.*

S. Henrici 2. *Sanctum illum principem ab avunculo suo, divo Henrico II imperatore, nomen tulisse, tradidit Aventinus et post eum recentiores plerique. Ita nempe Aventinus* (2) : Der ungerisch künig sant Steffan und sein gemahel frau Geisl, sant Hainrichs swester, hetten einen sun miteinander êlich erworben, nenten in nach seinem veter, sant Hainrich dem kaiser, auch Hainrich, den die Ungern sant Emrich ir sprach nach haissen. *Quae res, quamvis ab antiquioribus taceatur, haud improbabiliter tamen conicitur. Aliter quidem in* *sive* Emerici *aliis monumentis nomen sancti principis effertur, atque nunc forma* Emerici *vel alia similis usu plerumque recepta est. Verum in antiquissimis fontibus nomen illud* Henricus *sive* Heinricus,

(1) *Act. SS.*, Sept. tom. I, p. 339 F., p. 601 F. — (2) *Bayerische Chronik*, lib. V, cap. 20, ed. M. Lexer, tom. II (1884), p. 287.

Hainricusve

AUCTORE A. P.

Hainricusve *scribitur* (1); *circa initium autem saeculi XIII in formam* Hemericus *transiit* (2), *mox vero in* Emericus (3); *quae tamen saepe pronuntiabatur vel etiam scribebatur* Emricus (4); *inde nomina hungarica, vetustius quidem* Emreh, *recentius* Imre (5). *Illyrii formam nominis in* Myrcum *corruperunt; postea vero patriae gloriae studio abrepti, istam primigeniam beato iuveni appellationem fuisse contenderunt, quem dicebant gente suatem fuisse* (6).

Vitam proponimus,

3. *Huius porro sancti ad memoriam usque nostram pervenit Vita quaedam pridem conscripta; de qua imprimis nobis agendum est. Antiquissimum ipsius, quod superest, exemplar conservat bibliotheca monasterii Runensis in Stiria : est nempe codex Runensis 69 (=* **A1**), *in quo fol. 38-41 legitur textus Vitae* S. Henrici *a diligenti quidem, sed ignaro valde scriba medio circiter saeculo XIII exaratus. Feliciter tamen contigit, ut corrector quidam paene coaevus pleraque menda* (7), *non tamen omnia, adhibito, ut videtur, ipso exemplari, emendaret. Porro ut primigenium Vitae textum certius nancisceremur, adhibuimus codices Parisi-* B *num bibliothecae nationalis lat. 8879 (=* **A2**) *saeculi XV, qui cum* A1 *plerumque consentit* (8), *item Parisinum bibliothecae Mazarineae 1329 (=* **B1**), *olim coenobii Corsendoncani, saec. XV, fol. 414-7* (9), *et apographum codicis olim Lunaelacensis R. 239 (=* **B4**), *saeculi XV ineuntis, quod apographum nunc inter collectanea Bollandiana conservatur in codice Bruxellensi bibliothecae regiae 8932, fol. 186-9* (10). *In hoc codice* B4 *non legitur prologus* Postquam Unigenitus, *qui in* A1. 2, B1 *Vitae praefixus est, sed pro eo comparet prologus qui incipit* Inclitus dux, *quemque maxima ex parte ad verbum mutuatus est quidam sciolus ex Vita maiore S. Stephani regis, cap. 16* (11). *Ab eodem etiam prologo exorditur Vita in duobus aliis exemplaribus, nempe in codice Monacensi lat. 18624 (=* **C1**), *olim Tegernseensi 624, saec. XV, fol. 26-31, et in Vindobonensi bibl. palatinae lat. 3362 (=* **C2**), *olim Lunaelacensi " f. 186 ", saec. XV, fol. 90vo-92ro. Aliter incipit Vita eadem in codice Leopoliensi (Lemberg), bibliothecae Ossolinianae 1944 (=* **D**), *saec. XV, fol. 375-77vo; in quo textus exhibetur pessime depravatus, qui modo ad lectiones codicum* A, *modo* C *ad* B *vel* C *accedit. Legebatur tandem olim* Emerici *Vita in codice Mellicensi M. 5, saec. XV, vel saltem in ipsius prototypo* (12); *hodie vero certe in Mellicensi non iam reperitur.*

quae saepe iam excusa est,

4. *Prodiit primum haec Vita typis excusa in libello cui titulus* Legende sanctorum regni Hungarie in lombardica historia non contente; *cuius* D *opusculi princeps editio ante annum 1484 vulgata esse videtur, nullo tamen adscripto anno, loco nomineve typographi* (13). *Rarissimum libellum nobiscum benigne communicarunt humanissimi viri Bernensi bibliothecae praefecti; prostat in ipso Vita* S. Emerici *fol. 27-29 (=* **B2**), *desumpta ex codice qui cum nostro* B1 *maxime, licet non ubique, conveniebat. Ast ex altero codice, cuius tamen lectiones multum etiam accedebant ad lectiones codicis* B1, *recusa est eadem Vita in* Legendarum *iam laudatarum editione quadam Cracoviensi (=* **B3**), *anno 1511* (14), *fol. 125-27vo. Ad parandam autem* Legendarum *editionem Venetam anno 1498 (=* **B5**) (15) *adhibitus est codex etiam alius, qui non raro codici nostro* B4 *similior fuisse videtur.*

at plerumque

5. *Verum postea coepit genuinus Vitae textus a viris doctis neglegi. Legerat siquidem illum Antonius Bonfinius († 1502), et ex eo materia narrationis accepta, proprio marte seu, ut aiunt, suo stilo res ab* Emerico *gestas in suis* Decadibus *erat prosecutus* (16). *Unde factum est ut cum Laurentius* E *Surius Vitam sancti iuvenis operi suo hagiologico inserendam pararet, primigenium illius textum partim ad verbum, partim a se ipso politum, saepe etiam secundum Bonfinii narrationem prorsus mutatum repraesentaret* (17). *Quam adulteratam recensionem in suas collectiones receperunt anno 1600 Iacobus Bongarsius* (18), *anno 1744 Ioh. Bapt. Prileszky* (19), *anno 1746 Ioh. Georgius Schwandtnerus* (20). *Ast eodem anno 1746 partem aliquam genuini textus in commentario suo de S. Stephano proferebat decessor noster Ioh. Stiltingus* (21), *exemplaribus* B1. 3. 4 *usus. Genuinum etiam textum, editionem scilicet* B4, *anno 1777 recudi curavit Georgius Pray* (22). *Nostro demum saeculo bis typis mandata est* Emerici *Vita, anno scilicet 1849 a Steph. Lad. Endlicher* (23) *ex codice* C2, *et anno 1881 a Matthia Floriano* (24) *ex exemplaribus* B3. 5 *et* C2.

valde neglegenter.

6. *Quae autem ipsi diligenti inquisitione repperimus exemplaria, horum nullum quidem est, quod genuina auctoris verba ubique repraesentet; sed omnibus simul adhibitis, spes est fore ut primigenius textus satis exacte constituatur. Notatum autem velim me litteris* A, B, C, D *non tam certas quasdam codicum, quas dicunt, familias designare* F *voluisse, quam variarum lectionum annotationem breviorem expeditioremque efficere. Sunt nempe circiter nonaginta loci, in quibus omnia exemplaria* B *a binis exemplaribus* C *recedant; alibi tamen*

(1) Vid. M. Florianus, *Historiae hungaricae fontes domestici*, script. tom. I (1881), p. 234-5 ; adde vetustiorem codicem *A1* Vitae infra edendae, et cfr. Pray, op. mox citando, p. 73.— (2) Florianus, tom. cit., p. 235; cfr. codices *B 4* et *C* Vitae laudatae. — (3) Florianus, ibid.; cfr. codices *A2, B 1, 2, 3, 5*. — (4) Florianus, tom. cit., pp. 148, 235-6. — (5) Ibid., p. 148. — (6) Ioannes Tomcus, *Regiae sanctitatis Illyricanae foecunditas* (1630), p. 227.—(7) Pauca dumtaxat huiusmodi menda, utpote nimis manifesta, exempli ergo in annotandis lectionibus variantibus recensebimus. — (8) Est hoc breviarium quoddam Strigoniense perpulchre exaratum et picturis ornatum. Ibi in officio S. Emerici legitur, fol. 451-2ro, pars Vitae nostrae, nempe praefatio, cap. 1 usque ad : *postulabat*, et rursus inde ab : *In his omnibus* usque ad : *divitias*, cap. 2 usque ad : *O excitatrix*, et praeterea pauca verba ex cap. 5.—(9) Apographum codicis Corsendoncani conservatur in codice Bruxellensi bibl. reg. 8932, fol. 181-4. — (10) In capite inscripta sunt haec : *Vita S. Emerici ex codice chartaceo Monseensi superioris Austriae, litt. R. n. 239 notato, initio saeculi XV scripta;* similia leguntur fol. 189. Huius textus copiam maioribus nostris fecit anno 1782 Mathias Rieberer, ut constat ex litteris ab eo Ratispona datis die 29 septembris huius anni (ibid., fol. 190). — (11) *MG.*, Scr. tom. XI, p. 238, lin. 6 sqq. — (12) Cfr. Archivum Pertzii, tom. X, p. 651. — (13) Cfr. Hain, *Repertorium*, num. 9996. — (14) Multo plura haec complectitur, atque inscribitur : *Vita beatissimi Stanislai Cracoviensis episcopi. Necnon legende sanctorum Polonie, Hungarie, Bohemie, Moravie, Prussie et Slesie patronorum. In lombardica historia non contente.* — (15) Cfr. Hain, num. 9998. Editionem, quae anno 1486 Argentinae prodiit, nec vidi, nec aliunde cognovi. — (16) Antonii Bonfini, *Rerum Ungaricarum decades*, ed. Mart. Brennerus, Basileae, 1543, dec. II, lib. I. — (17) *De probatis sanctorum historiis*, tom. VI (1575), ad d. 4 nov.— (18) *Rerum Hungaricarum scriptores varii*, p. 281-3. — (19) *Acta SS. Ungariae*, tom. II, p. 307-13.— (20) *Script. rerum Hungar.*, tom. I, p. 429-32. — (21) *Act. SS.*, Sept. tom. I, p 523, num. 263-6; p. 543, num. 349 ; p. 561, num. 470 — (22) *Dissertationes historico criticae de SS. Salomone rege et Emerico duce Hungariae*, p. 87-100 ; cfr. p. 86. — (23) *Rerum Ungaricarum monumenta Arpadiana*, p. 193-201. — (24) *Historiae Hungaricae fontes domestici.* Pars I, scriptores, tom. I, p. 129-39.

unum

A *unum alterumve inter exemplaria* B, *maxime vero* B4, *lectiones codicum* C *proprias exhibent. Videtur in libro, ex quo exscripta sunt exempla* C1 *et* C2, *textus Vitae paululum retractatus fuisse; adduci enim non valeo, ut credam ibi reperiri verba Vitae primigenia. Quod non inutile erat dictu, cum in quibusdam locis non solum in verbis, sed etiam in rebus narratis hi codices* C *a ceteris paululum discrepent. Sed iam de ipso scriptore deque opellae eius auctoritate agendum est.*

Scripsit hanc Vitam Ungarus quidam clericus

7. *Auctorem Vitae gente Ungarum exstitisse, ipse manifestum facit, quando cum emphasi quadam sub ipso initio haec in praefatione profert :* ... per mellifluam beati Stephani primi regis nostri providentiam... Ipse enim noster est rex et apostolus... *Quin idem ad ecclesiasticum ordinem pertinuerit, dubitare non sinunt tum res aestimandi ratio, quae plane ascesin sapit, tum modus loquendi, biblicis laciniis refertus; suspicor autem ipsum clericum fuisse ecclesiae Albensis, in qua corpus*

anonymus

beati Emerici *tumulatum erat* (1). *Quodnam autem ipsi nomen fuerit, nuspiam ipse innuit, neque* B *aliunde rescire est. Nequeo enim assentiri Georgio Ier. Hanero* (2), *qui, probantibus Stephano Katona* (3) *et Arpádio Kerékgyártó* (4), *labili satis coniectura opinatus est Vitam* Emerici *ab eodem Hartvico conscriptam esse, qui iubente Colomanno rege (1095-1114) Vitam S. Stephani regis litteris mandavit. Levissima enim, ut mitius loquar, sunt argumenta, quibus id illi probare nituntur; quae insuper eo dumtaxat fere vergunt, ut ostendant nihil esse quod manifeste obstet, quominus Vitae nostrae auctor Hartvicus asseratur. Positivam vero, si ita loqui fas est, unam solummodo rationem proferunt, nempe quod " familiaris illa Hartvico „ phrasis, quam in Vita S. Stephani regis iden- „ tidem usurpat :* Nec hoc silentio praetereundum „ est... Nec hoc praetereundum existimo..., *eadem „ etiam in Vita* S. Emerici *occurrit in haec verba :* „ Nec hoc praetereundum esse puto „ (5). *Quae ratio quam minimi sit momenti, non est opus multis declarare, cum haec sit tritissima locutio, quae a quamplurimis scriptoribus passim est adhibita. Immo, ut alia omittam, illud propositae coniecturae obstat, quod auctor noster, ut monuimus, Ungarus gente fuit, Hartvicus vero, ut omnino videtur, nequaquam* (6).

sub initiis saeculi XII,

8. *De tempore autem, quo auctor ille scripserit, aliter senserunt alii; verum ipsa Vita ea momenta suppeditat, e quibus colligamus illam paulo post initium saeculi XII esse compositam. Antiquiorem sane eam non esse inde ostenditur, quod non solum de Gregorio papa VII (†1087) et de Ladislao rege (†1095), tamquam de iis, qui non iam in vivis exsisterent, loqui videatur* (7), *sed maxime quod iter quoddam ducis Almi Constantinopolim commemorat, quod iter anno circiter 1109 ille suscepit* (8); *innuit autem auctor exinde iam aliquantum tempus intercessisse* (9). *Neque tamen longum fuit istud tempus; capite enim 7, narraturus miraculum quoddam, quod tempore Gregorii papae VII (1073-1085) vel certe ante ultimum decennium saeculi XI contigerat* (10), *docet Vitae scriptor id rei suo tempore evenisse* (11). *Idem quadantenus ostendunt ea prologi verba, quibus auctor testatur* novissimis, ut ita dicam, temporibus per mellifluam beati Stephani providentiam totius Pannoniae regnum lumen veritatis agnovisse (12); *quamquam non ita perspicuum est id argumenti, cum " novissima illa tempora „ ab auctore in comparationem aevi apostolici, hoc est temporis remotissimi, nominentur.*

non autem antea;

9. *Multo minus ad determinandam huiusce Vitae aetatem adhiberi valet locus ille, qui in eodem prologo verba mox laudata proxime sequi-* E *tur :* Et quia eius *(nempe S. Stephani regis)* gesta sunt inenarrabilia, nec nostri ingenii congruit parvitati, iustius et utilius visum est quatenus filii eius... edisseramus insignia. *Inde nimirum colligebat Florianus* (13) *legendam S. Stephani tunc temporis nondum fuisse editam, ac proin Vitam* Emerici *exeunte saeculo XI compositam esse; at perperam ille ita. Certum quidem est nullam ex tribus S. Stephani Vitis, quae nobis servatae sint, a biographo nostro lectam esse. Verum praeterquam quod minime consentiunt recentiores auctores in assignanda trium illarum Vitarum aetate et mutua relatione* (14), *insuper ut ratio reddatur verborum supra exscriptorum, sufficit plane si statuimus auctori, cum haec scriberet, Vitam Stephani nondum innotuisse. Quin etiam si harum trium quandam cognovisset, illum eadem verba scribere non potuisse, minime est evidens.*

atque tota

10. *Ex dictis porro omnino constare videtur Vitam* Emerici *post annum 1109, non tamen ita multo post, esse compositam. Cunctabundus tamen haeret supra laudatus Florianus : urget siquidem* F *ea quae scribit auctor cap. 7, ubi miraculum, quod paulo ante an. 1091 contigit, asserit* nostris temporibus *factum esse; unde ilico colligit Florianus auctorem huic miraculo praesentem adfuisse. At simul notat ea, quae cap. 6 referuntur, ad annum circiter 1110 pertinere, narratorem vero, interposita voce* aliquando, *innuere se aliquamdiu post*

(1) Cfr. Vit. cap. 6, 7. — (2) *Adversaria de scriptoribus rerum Hungaricarum et Transsylvanicarum* (1774), p. 8. — (3) *Historia critica regum Hungariae stirpis Arpadianae*, tom. II (1779), p. 477-81. — (4) *Magyarország müvelödésének törnénete*, tom. II (1866), p. 50 sq. — (5) Katona, l. c., p. 478. — (6) Cfr. *MG.*, Scr. tom. XI, p. 223. — (7) Cap. 7 sub init. : *ad vicarium beati Petri Hildebrandum, qui romanae sedi tunc praefuit*; ibid. versus finem : *regi Ladisclavo, qui tunc temporis Pannoniae praefuit.* — (8) Cfr. Kerékgyártó Arpád, *op. cit.*, tom. II, p. 50. — (9) Cap. 6. *Nec hoc praetereundum esse puto quod aliquando Constantinopoli cum domino Almo duce commoranti quidam religiosus monachus ... narravit.* Cfr. tamen infra num. 10, not. 4. — (10) Nempe cum Fabianus cancellarius Albensis ecclesiae praeposituram etiamtum gerebat; cfr. cap. 7 extr. : *A Fabiano cancellario, eiusdem ecclesiae* (Albensis) *rectore.* Is vero anno circiter 1091 factus est archiepiscopus Bacsiensis; cfr. Florianus, tom. cit., p. 233. — (11) *Unum autem de egregiis miraculis quod postmodum in diebus nostris ... Deus revelare dignatus est.* — (12) Hunc locum ad assignandam Vitae aetatem urgent Pray, op. cit., p. 85; Florianus, tom. cit., p. 232. — (13) Ibid. — (14) Postquam Stiltingus noster, cum in hisce *Actis* S. Stephani historiam illustraret, pauca quaedam de ipsius Vitis protulit (Sept. tom. I, p. 456-61), multi de iisdem scripserunt, eaque inter se mirum in modum discrepantia. Recentiores nominare iuvabit, ut sic aliquod saltem supplementum commentario Stiltingi praebeamus : W. Wattenbach in *MG.*, Scr. tom. XI, p. 222-4 et *Deutschlands Geschichtsquellen*, 5a ed., tom. II, p. 185-6; Kerékgyártó Arpád, op. cit., p. 41-9; Florianus, *op. cit.*, tom. I, p. 162-220; cfr. [J. Városy ?] in fasciculis periodicis *Századok*, tom. XV (1881), p. 692-702 et Florianus, tom. III, p. 303-315; H. Marczali, *Ungarns Geschichtsquellen im Zeitalter der Arpaden*, p. 13-21; cfr. A. Huber in *Mittheilungen des Instituts für oesterr. Geschichtsforschung*, tom. IV, p. 130-1; J. Pauler in *Századok*, tom. XVIII (1884), p. 739 sq. et in *Ungarische Revue*, tom. V (1885), p. 62-72. M. Rosenauer, *Studien zur Kritik ungarischer Geschichtsquellen für die Zeit Stephans des Heiligen* (Programm Mediasch, 1885/86), p. 8-23; J. Karácsonyi in *Századok*, tom. XXVI (1892), p. 23-41; J. Pauler, *ibid.*, p. 280-96. De earundem Vitarum mutua relatione mox se acturum promisit R. F. Kaindl, *Beitr. zür älteren ung. Gesch.* (1893), p. 79, not. 21.

res

AUCTORE A. P. *res gestas manum operi scribendo admovisse. Quibus praemissis, conicit priorem partem cap. 6 (usque ad verba :* Et quoniam in ecclesia) *ad primam operis scriptionem non pertinuisse, sed esse forsan additamentum, quod a sciolo quodam operi iam edito insertum fuerit* (1). *Quam conieturam duabus rationibus confirmare nititur, tum quod caput illud additicium trita hac locutione inducitur :* Nec hoc silentio praetereundum esse puto, *quae formula interpolatorem subolet, tum quod " differt etiam stilus „ istius cap. 6 a stilo reliquae Vitae. Illius autem rei egregiam hanc profert probationem : " Nam „ ait, " Stephanus „ tam in praecedentibus quam in iis quae sequun- „ tur* beatus, *semel* christianissimus, sanctus *nus- „ quam appellatur. Hic vero legitur :* Sancti Ste- „ phani primi regis Pannoniae, *quod ad imitatio- „ nem sententiae in prologo :* Melliflua providentia „ beati Stephani primi regis nostri *positum esse „ suspicamur „. A ventilandis hisce argumentis abstinere malo; nimis enim futtilia sunt. Ad cetera, quae protulit Florianus, respondeo neque adverbio* aliquando *tam remotum tempus, neque* B *locutione* in diebus nostris *tam propinquum designari, quam ille opinatur. Vocis enim* aliquando *significatio valde indeterminata est; quin alibi non solum praeteritum, sed etiam subinde praesens vel futurum tempus indicat. In capite autem 7, in quo dicitur miraculum anni 1091 accidisse* postmodum in diebus nostris, *id per oppositionem refertur ad proxime antecedentia, in quibus egerat auctor de rebus anno 1031 gestis, nempe tricesimo die post mortem* S. Emerici (2). *Nihil alioqui obstat, quominus anno 1091 in vivis exstiterit vel etiam annos non paucos natus fuerit auctor, qui tamen nonnisi viginti et amplius post annis Vitam sancti conscripserit.*

ab uno auctore composita est.

Qui auctor ea quae vulgari fama compererat,

11. *Ille igitur auctor, qui octoginta circiter post annos, quam mortuus erat* Emericus, *gesta sancti iuvenis litteris mandavit, quonam ex fonte narrationis materiam acceperit, ipse docet cap. 4 :* Pauca tamen, quae de gestis eius audivimus, diligenter referamus. *Quem locum ita enarrat Florianus* (3) : " *(Auctor) gesta beati* Emerici *ex auditu narrat, a „ testibus, ut apparet, oculatis edoctus. Testes hi, ut „ § 6 (h. e. nostro cap. 5) scribit : Sponsa eius, et „ familiaris minister, quae viderat et audierat,* C *„ post mortem beati ultra non abscondit „. Quo iure haec se affirmare posse Florianus credat, non assequor; minime enim liquet illos, a quibus res a se relatas audivit, testes fuisse oculatos; minime scribit ille testes istos, quos ipse audiverit narrantes, fuisse beati iuvenis sponsam vel famulum; ut omittam valde dubium esse utrum alteruter horum, cum scriptor noster nasceretur, essent superstites. Immo multo probabilius videtur scriptorem nostrum ea litteris mandasse, quae vulgari fama ferebantur, quaeque sibi a quopiam erant tradita.*

vel a graeculo narrata temere crediderat,

12. *Una tamen in re disertius auctorem suum nominat, nempe cap. 6 :* Nec hoc praetereundum esse puto quod aliquando Constantinopoli cum domino Almo duce commoranti quidam religiosus canonicus Caesariensis ecclesiae... narravit se in D gestis sancti Eusebii legisse; *quem Eusebium paulo post dicit fuisse* sanctum Eusebium Caesareae Palestinae metropolitanum. *Iamvero graeculum illum, cuius hic loci testimonium invocatur, scriptori nostro* (4) *verba dedisse, plane manifestum est. Non solum enim nullus Caesariensis episcopus Eusebius nomine recensetur praeter celeberrimum illum scriptorem ecclesiasticum, qui saeculo IV florebat ; sed insuper fieri omnino non potuit ut ficticius Eusebius, quem nominat noster, anno 1031* Caesareae in processione una cum clero et populo incederet. *Nam Caesarea tunc temporis sub potestate infidelium erat, neque ante annum 1101, postquam nempe urbem expugnavit Balduinus I rex Hierosolymitanus, constitutus est ibidem metropolita latinus. Hic igitur credulitatem suam candide prodidit simplex auctor noster; unde fit ut auctoritas eius, etiam quantum ad reliquam narrationem, non parum elevetur.*

ita rettulit, ut non satis fideliter,

13. *Sed et id etiam ipsi vitio vertere debemus, quod non satis fideliter genuinam vel saltem integram* S. Emerici *effigiem expressit. Dum enim in* E *extollendis sancti iuvenis virtutibus totus incumbit, vix ipsius attingit historiam, ut monachi potius quam regii adulescentis Vitam prae manibus habere lector credat. Insignem utique sua in res divinas propensione exstitisse piissimi patris filium piissimum, plurimum abest ut in dubium revocemus ; consonantque plane ea quae refert noster de exercitationibus pietatis et paenitentiae ab* Emerico *usurpatis, cum mystica et ascetica tum virorum saeculi XI, tum Ungarorum id temporis procerum indole* (5). *Verum aegre in animum induco nulla alia ab* Emerico *gesta esse, quae a Vitae scriptore silentio praeterita sint, sive ea ille ignoravit, sive potius parvi fecit et neglegenda duxit, utpote qui non historicum opus componere, sed piis lectoribus nonnulla ad animi aedificationem facientia praebere intenderet. Omitto quidem ea quae in* Libello de institutione morum ad Emericum ducem *leguntur, cum biographi nostri narratione non ita facile in concordiam revocanda, ut cum libelli auctor sanctum principem delicate educatum esse innuit* (6). *Sed haec non urgeo; quam enim fidem faciat ille libellus, utrumve ab ipso S. Stephano, an illius nomine a S. Gerardo Csanadensi, an etiam a recentiore quopiam auctore* F *conscriptus sit, non liquet* (7).

neque integre

14. *Verum maioris momenti est quod in Annalibus Hildesheimensibus legimus ad annum 1031 commemoratum :* Et Heinricus Stephani regis filius, dux Ruizorum, in venatione ab apro discissus, periit flebiliter mortuus (8). *Iamvero haec non solum ab auctore Vitae reticentur, sed et satis aliena sunt ab iis quaecumque de indole* Emerici *ille profert. Neque aliam ob causam testimonium dictorum Annalium recipere detrectarunt nonnulli recentiores; ita v. g. diligens rerum ungaricarum historiographus Georgius Pray : " Cum ab eius- „ modi oblectamentis „ (nempe a venatione) " indo- „ lem* Emerici *fere abhorruisse sit verosimile, ut „ ex iis, qui de eo scripsere, liquet, neque ullus*

(1) *Op. cit.*, tom. I, p. 234, cfr. p. IV. — (2) Eodem pacto in praefatione verba *novissimis, ut ita dicam, temporibus* non ita intellegenda sunt, quasi ipso auctoris tempore Pannonia ad fidem Christi venisset, sed quia illius conversionis tempus comparatur cum tempore ascensionis Domini et praedicationis apostolicae, atque ita tamquam recens aestimari debet. — (3) Tom. I, p. 233. — (4) Non clare quidem indicat iste quisnam ille fuerit, qui cum Almo duce Constantinopoli commoratus est; unde fit ut duplici interpretationi locum reliquerit, nempe *commoranti mihi* vel *commoranti cuidam*. Prior tamen tantum non omnibus placuit et est veri similior. — (5) Cfr. Marczali, *op. cit.*, p. 22-3. — (6) Cfr. Florianus, tom. cit., p. 229, num. 8, p. 230. — (7) Cfr. Florianus, p. 220-32; Karácsonyi János, *Szent Gellért Csanádi püspök élete es művei* (1887), p. 259-308. — (8) *MG.*, Scr. tom. III, p. 98; G. Waitz in *Script. rer. Germ.: Ann. Hildesh.* (1878), p. 36.

„ praeterea

AUCTORE A. P.

A „ *praeterea inauditum eatenus mortis genus in „ litteras retulerit, credibile est scriptorem aut „ maligna fama deceptum, aut errorem in nomine „ commisisse, dum praeterea* Emericum *Russorum „ ducem novo errore comminiscitur* „ (1). *Immo ex dictis opposita plane sententia colligenda est* (2). *Annalista enim Hildesheimensis antiquissimus omnium est, qui de* S. Emerico *scripserunt; siquidem pars horum Annalium, quae ab anno 1000 incipit et in annum 1040 desinit, in superstite codice uno calamo exarata est saeculo XI, totaque ex vetustiore et uberiore exemplari, cuius alibi reliquiae exstant, est descripta* (3). *Pronum igitur est concludere, fidem potius habendam esse annalistae illi paene coaevo, cum praesertim haud aegre intellegatur cur Vitae scriptor, laudandis* Emerici *virtutibus et moribus asceticis totus intentus, talem egregii principis exitum, si illum quidem non ignoravit, silentio premere maluerit.*

sancti principis

15. *Alibi tamen idem Georgius Pray alias congerit rationes, cur narrationi Annalium Hildesheimensium fidem adhibere cunctetur* (4). “ *Magno- „ pere* „ *inquit,* “ *vereor ut mortis genus, quo* Eme- B „ ricum *e medio sublatum perhibet, et cuius nemo „ praeterea meminit, rite consignatum sit, praeser- „ tim cum non desint, inter quos Ranzanus est, „ qui* Emericum *prius, quam obiisset, morbo ten- „ tatum scripserint, quod a laniena illa Hildes- „ haimensis chronographi magnopere abhorret. „ Quae res si veritati consentanea esset, non dubi- „ tem Aloldum scriptorem supparem et nostris „ vicinum, scripserat enim in Austria, miserandae „ huius mortis mentionem facturum fuisse ...* „ *Iamvero haec facillimam habent responsionem. Nempe quod cruentam* Emerici *mortem tacent auctores Annalibus Hildesheimensibus posteriores, id argumento dumtaxat est ab iis laudatos Annales non lectos esse; notandum autem est huiusmodi auctores vix non omnes in hac morte narranda sequi Vitas sive* Emerici, *sive patris eius Stephani* (5); *quae omnes Annalibus Hildesheimensibus non parum recentiores sunt. Auctoritatem Petri Ranzani, qui extremo saeculo XV scribebat, in hac causa a Praio invocari, miror. Quod vero ad Aloldum Peklariensem attinet, constat iam fragmenta chronicae ipsi attributae* (6) *opus esse spurium ab audaci falsatore saeculo* C *XVIII confectum* (7).

historiam proponeret.

16. *Porro ut quae hucusque dicta sunt, paucis comprehendamus, fatendum est ob scriptoris tum non satis antiquam aetatem, tum credulitatem, tum non omnino liberum ab aliis studiis animum, non praecipuam Vitae* S. Emerici *ab eo compositae tribuendam esse auctoritatem, neque illam inter fontes historicos veri nominis iure posse computari.*

§ II. De his quae circa S. Emericum in aliis monumentis historicis leguntur.

Alia quaedam de S. Emerico *tradiderunt*

17. *Igitur quo minoris momenti est* Emerici *Vita, eo magis necessarium est ut ceteros, qui de ipso scripserunt, scriptores antiquos conquiramus. Prior ordine temporis occurrit annalista Hildesheimensis, cuius testimonium mox aliqua ex parte perpendimus et comprobavimus. Is tradit* Emericum *anno 1031 obiisse; consentiunt Vitae S. Stephani infra laudandae, tum Annales veteres ungarici ineunte saeculo XIII descripti* (8). *Quod autem Annales Altahenses* (9) *et Auctarium Ekkehardi Altahense* (10) *ad annum dumtaxat 1033 mortem* Emerici *commemorant, nullum nobis facit negotium; collector enim Annalium Altahensium, qui Annalibus Hildesheimensibus plurimum usus est, hoc loco perperam eis est usus, atque maxime in assignandis temporibus omnia manifeste permiscuit* (11). *Ubi vero recentiores quidam annum 1030* Emerico *emortualem fuisse statuerunt, id illi nullo prolato testimonio, nulla ratione proposita, fecerunt* (12). *Constat igitur sanctum nostrum anno 1031 vita functum esse. Quo autem anno natus idem sit, nuspiam est traditum. Legerat quidem Georgius Pray* (13) “ *in vetustissimis quibusdam breviariis „ illum anno aetatis vicesimo quarto e vita migrasse; unde colligendum esset ipsum anno 1007 in lucem esse editum. Sed exiguam in rebus huiusmodi fidem tribuendam esse lectionibus, quae in breviariis leguntur, ipse Pray alibi ultro agnovit* (14). E

Annales Hildesheimenses,

18. *Ut autem ad Annales Hildesheimenses revertamur, iam audivimus eos carpentem Georgium Pray* (15), *quod* Emericum ducem Ruizorum *appellassent; quam censuram prolixe in alio opere* (16) *confirmare nisus est; in quo postquam multo cum eruditionis apparatu contendit* “ Emericum *„ vix titulum ducis Russorum gessisse, multo minus „ ducem Sclavoniae fuisse; omnium autem gravis- „ sime errare, qui illum Sirmii ducem faciunt* „, F *conicit tandem eundem vel Transsylvaniae ducem*

(1) *Annales rerum Hungariae*, pars I (1764), p. 39; cfr. eiusdem *Dissertationes* (1774), p. 56-7. Praio consentiunt Katona, op. cit., tom. I, pp. 386, 388-9, et alii moderni. — (2) De appellatione *ducis Ruizorum* videsis infra, num. 18. Venaticorum Emerici ludorum, quibus nempe talis condicionis homines apprime delectantur, memoriam quandam reperire est in fabulis illis polonicis, de quibus infra, num. 23-25. — (3) Cfr. Waitz, l. c., p. VII et auctores ibi citatos. — (4) *Dissertationes*, p. 57. Recte quidem scripserat ille (ibid., p. 43) chronographo Hildesheimensi, utpote qui aetati Emerici si non synchronus, certe proximus esset, auctoritatis plus tribuendum esse quam domesticis scriptoribus ab iis temporibus longe remotis. Sed sibi non satis constitit vir clarus. — (5) Sic opus extremo saec. XIII, ut videtur, congestum, cui titulus *Cronica Ungarorum iuncta et mixta cum cronicis Polonorum et Vita S. Stephani;* in quo haec cap. 9 legere est : *Mox decidens in infirmitatem Henricus nobilis dux Sclavoniae VIII diebus languit, nona vero die hora IX emisit spiritum* (A. Bielowski, *Mon. Polon. hist.*, tom. I, p. 508). Praeterquam autem quod haec nullo pacto Annalibus Hildesheimensibus contradicunt, chronica illa nullius est momenti, utpote insulsa farrago stultissimis fabulis referta. Vide H. Zeissberg, *Die polnische Geschichtschreibung des Mittelalters* (1873), p. 87, not. 1; cfr. eiusdem *Miseco I* in *Archiv für oesterr. Gesch.*, tom XXXVIII, p. 114; Marczali, op. cit., p. 156. — (6) Edita sunt apud Chr. Hanthaler, *Fasti Campililienses*, tom. I (1747), p. 1276-85. — (7) Cfr. Marczali, op. cit., p. 161-2; Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 5ª, tom. II, p. 474. — (8) Ed. Endlicher, op. cit., p. 55 sqq., tamquam *Chronicon Posoniense;* W. Arndt in *MG.*, Scr. tom. XIX, p. 571 sqq., tamquam *Annales Posonienses;* W. Wattenbach in *Archiv für oesterr. Gesch.*, tom. XLII (1870), p. 502 sqq., tamquam *Annales veteres Ungaricos;* M. Florianus, op. cit., tom. III, p. 208 sqq., tamquam *Adnotationes chronologicas saeculi XII et XIII* (cfr. p. III). Videsis Marczali, op. cit., p. 107-9; Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 5ª, tom. II, p. 186, not. 2. — (9) *MG.*, Scr. tom. XX, p. 791; cfr. *Ann. Altahenses minores*, ibid., p. 775. — (10) *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 363. — (11) Cfr. W. Giesebrecht, *Geschichte der deutschen Kaiserzeit*, tom. II (ed. 4ª), p. 587; idem in *MG.*, Scr. tom. XX, p. 777-8; E. Steindorff, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III*, tom. I (1875), p. 437. — (12) Cfr. Pray, *Dissertationes*, pp. 43, 56. Eundem annum designavit Baronius (*Ann. eccles.* ad an. 1030, num. III), deceptus falsa lectione Vitae Stephani auctore Hartvico, in qua legit annum “ millesimum tricesimum „, omissa vel neglecta voce “ primum „. — (13) Ibid., p. 43. Cfr. Katona, op. cit., tom. I, p. 130.— (14) Op. cit., p. 67.— (15) *Ann. rer. Hung.*, pars I, p. 39. — (16) *Dissertationes*, p. 57-70.

AUCTORE A. P.

fuisse (1), *vel simpliciter ducem Ungariae dictum esse* (2). *Infelicem hanc et minime fundatam esse coniecturam crediderim, siquidem sub neutro titulo in monumentis antiquis comparet* Emericus. *Neque etiam uspiam in iis appellatur dux Sirmiensis, quem titulum sancto iuveni, tum ob hanc, tum ob alias rationes, iure a Praio denegari ultro concedimus. Utrum autem iure titulum* ducis Ruizorum, *quem Annales Hildesheimenses, vel* ducis Sclavoniae, *quem iam citata Cronica Ungarorum saeculo XIII composita ipsi tribuunt* (3), *laudatus auctor perneget, dubius haereo. Horum alterutro vel etiam utroque non inepte designari specialem* Emerici *in Slavos Pannonicos dominationem, intellexerunt inter recentiores viri quidam docti* (4). *Scio equidem regionem illam, quae postea Sclavonia nomen tulit, et quae infra Ungariam meridiem inter et occidentem patet, nimirum ultra Danubium et Dravum fluvios, post initia demum saeculi XII totam factam esse iuris ungarici. Sed an et quanta pars ipsius, maxime vero ea quae Pannonia Savia nuncupata est, vel etiam huiusce Pannoniae particula, tempore S. Stephani intra regni ungarici fines* B *comprehensa fuerit, multis disputarunt auctores ungarici, austriaci, germani; dum igitur res dubia manet, sapientis critici non est testimonium, utut obscurum, scriptoris antiqui, quin etiam coaevi vel paene coaevi, auctoris scilicet Annalium Hildesheimensium, non dico tamquam falsum reicere, sed etiam in hac re ventilanda neglegere. Atque haec sufficiant; hanc enim controversiam iterum movere et de limitibus regni ungarici tempore S. Stephani inquirere, a praesenti proposito alienum est.*

Legenda maior S. Stephani,

19. *In huius autem sancti regis Vitis, quae servatae sunt, commemorari egregias filii eius* Emerici *dotes, consentaneum erat. Tacet tamen de ipso S. Stephani " legenda „ quae dicitur, " minor „ quaeque ceteris videtur antiquior. Sed in " legenda maiore „ quam alii saeculo XI, alii saeculo XII plus minus provecto conscriptam putant, haec iam legimus cap. 16 :* Iudicis aeterni per secreti consilii examinationem in filiorum suorum obitu sibi sensit *(Stephanus)* imminere verbera, quos in ipsis infantiae gradibus insontes, qui dedit, abstulit. De quorum morte maestitiam obortam genitor propter amorem filii superstitis, sanctae C indolis pueri Heinrici, solacio compescuit; quem quasi iam unicum caro diligens affectu, precibus Christo cottidianis et eius genetrici virgini perpetuae commendavit. Hunc igitur fore superstitem, hunc regni eius heredem votis omnibus desideravit, et ut efficacior fieret ad tenenda tanti regiminis gubernacula, virorum documentis orthodoxorum usu lectionis cottidianae fecit auditum utrumque praebere. Ipse quoque paternae dilectionis ardore compunctus, libellum sibi de institutione morum composuit, in quo fideliter et amicabiliter verbis eum admonitionis spiritualis alloquitur, instruens qualiter... Talibus et his similibus disciplinis institutus iuvenis praeclarus, dispositioni aeternae, cui omnia subiacent, oboediendo, 1031 dominicae incarnationis anno vitam D hanc exitialem commutavit sempiterna, supernorum civium adiunctus contubernio. O quantus luctus omnium, sed maxime principum, inter quos pater desolatus grave traxit suspirium (5).

Hartvicus in Vita eiusdem,

Quae totidem verbis transcripta sunt in Hartviciana S. Stephani Vita (6), *nisi quod versus finem inserta est narratiuncula quaedam ex ipsa* Emerici *Vita manifeste desumpta. Nimirum post verba* adiunctus contubernio, *ita pergit Hartvicus :* Cuius animam ipsa transitus sui hora cuidam episcopo Graecorum, sanctae conversationis viro, revelatum est deferri per angelos ad caeli palatia.

Libellus de institutione morum ad Emericum *ducem,*

20. *Paucissima equidem inde addiscimus, quae in Vita* Emerici *non essent commemorata, eaque non magni momenti. Iam supra obiter meminimus libelli illius, qui a sancto rege in gratiam filii sui conscriptus fertur, monuimusque de ipsius authentia non constare. Verum non multum id nostra refert. Exhibet quidem libellus ille, saepe typis editus* (7), *documenta plena pietatis et sapientiae; sed vix aliquid in ipso legitur, quod historiam* S. Emerici *illustret* (8). *Quod autem tradit Vita Stephani, vehementer optasse sanctum regem ut* E *unicus iam ille filius sibi superesset et in regno succederet, id facile intellectu erat. Non tamen satis haec fuerunt posterioris aevi scriptoribus; quibus si fidem adhibes,* statuerat *(Stephanus)* pompis huius saeculi, deposito regio diademate, renuntiare, Deique solius servitio, exterioribus curis expeditus, deditus esse. Coronam vero regni Emrico duci filio suo se daturum disposuerat;... cum *(autem)* sanctissimus pater curam ministrationis gubernandi filio sanctissimo committere intenderet, dux ipse morte est praeventus. *Ita extremo saeculo XIII Simon de Keza in* Gestis Hungarorum (9), *quae narratio tum in alia opera, tum praesertim in plerasque, quae postea scriptae sunt, chronicas et historias ungaricas transiit. Eam nempe pluribus paucioribusve verbis exhibent saeculo XIV Andreas Dandulus in* Chronico Veneto (10), Chronicon pictum, *quod dicitur,* Vindobonense, *cap. 41* (11), Chronicon Hungarorum rythmicum (12) *ab Henrico Mugelensi, ut videtur* (13), *compositum,* Chronicon Budense (14); *saeculo autem XV* Chronicon Dubnicense (15), Chronicon, *quod dictum est,* Monacense, *num. 28* (16), *Iohannes de Thrwocz in* Chronica Hungarorum, F *part. I, cap. 33* (17), *Petrus Ranzanus in* Annalibus, *lib. 61, indice 9* (18) *et alii multi* (19).

recentiores chronicae ungaricae,

21. *Verum, ut cum Stiltingo nostro loquar, cum nihil de hoc regio consilio habeant fontes antiqui, illud desiderium abdicandi se regno, licet incredibile non sit, tamen ut plane certum affirmare nolim* (20). *Esto enim, quod nuper demum agnitum est et plerisque viris doctis probatum, minime ex uno Simone de Keza recentiores, quos laudavimus, scriptores ungaros ea, quae proferunt, hausisse, verum tum illos, tum Simonem, antiquiore fonte, chronica nempe quadam patria, usos esse, quam liberius alii, alii ad verbum subinde exscripserint, attamen nequaquam talis fuit chronica illa primi-*

(1) Ibid., p. 60. — (2) Ibid., p. 70. — (3) Cfr. supra num. 14 et num. 15, not. 5. *Dux Sclavoniae* vocatur etiam Emericus in quibusdam libris liturgicis Zagrabiensibus; cfr. Pray, *Dissertationes*, p. 67; I. Dankó, *Vetus hymnarium ecclesiasticum Hungariae*, p. 83 et p. 236, not. 3. — (4) M. Büdinger, *Oesterreichische Geschichte*, tom. I (1858), p. 426, not. 6; E. Steindorff. op. cit., tom. I, p. 149, not. 1. — (5) *MG.*, Scr. tom. XI, p. 237-8; Florianus, tom. I, p. 25-6 (cap. 15). — (6) *MG.*, l. c., p. 238, annot. *; Florianus, p. 57-8. — (7) Exstat etiam in *Actis* nostris, Sept. tom. I, p. 543-6. — (8) Cfr. supra, num. 13. — (9) Florianus, tom. II, p. 78. Quin etiam inventus est, qui commnisceretur Emericum post patrem regnasse (cfr. Pray, *Dissertationes*, p. 56). — (10) Muratori, *Rer. italic. Script.*, tom. XII, col. 234. — (11) Florianus, tom. II, p. 143. — (12) I. Chr. Engel, *Monumenta Ungrica*, p. 33-4. — (13) Cfr. W. Wilmans in *Zeitschrift für deutsches Alterthum*, tom. XIV (Neue Folge II), p. 155 sqq.; G. Roethe, ibid., tom. XXX (N. F. XVIII), p. 345 sqq. — (14) Edid. I. Podhradczky, p. 70-1. — (15) Florianus, tom. III, p. 47-8. — (16) Ibid., p. 225. — (17) Schwandtner, op. cit., tom. I, p. 97. — (18) Florianus, op. cit., tom. IV, p. 191. — (19) Cfr. etiam *Act. SS.*, Sept. tom. I, p. 542, num. 346. — (20) Ibid.

genia,

A *genia, quae in enarrandis rebus ineunte saeculo XI gestis, plenam fidem faceret. Qui enim de ea omnium benignissime iudicavit, H. Marczali, is illam circiter anno 1150 scriptam esse opinabatur; atqui ostensum est eandem saeculo demum XIII, eoque forsan iam aliquatenus provecto, compositam esse* (1). *Porro tutius et sapientius erit, huiusce chronicae iam deperditae, quae non ita antiqua erat et cuius propagines omnes fabulis minime carent, testimonium caute recipere. Illud non solum recepit, sed flosculum etiam addere non dubitavit extremo saeculo XV Pelbartus de Temesvar, cum in suo* Sermone de S. Emerico duce (2) *scripsit :* Pater eius beatus rex Stephanus, convocatis Hungariae baronibus, a singulis sacramentum exegit, ut post se regnaturum praeficerent ac diademate ipsum insignirent (3). *Cuius rei fides penes contionatorem sit* (4).

Pelbartus de Temesvar,

Vita S. Gerardi Csanadensis,

22. *Facilius autem aures praebebimus alii scriptori ungaro, licet antehac inaudita narranti, illi scilicet qui Vitam S. Gerardi Csanadensis episcopi conscripsit. Quae quamvis satis recenti tempore, saeculo nimirum XIV, composita sit et naevis minime* B *careat, nonnulla tamen praebet haud spernenda neque scitu indigna* (5). *Narrat porro ipsius auctor Gerardum, cum Venetiis profectus in Ungariam venisset, ut hac via Hierosolymam properaret, detentum esse a S. Stephano; de quo haec addit cap. 9 :* Rex Gerhardum retinuit apud se,... feciteque eum filii sui Hemerici magistrum diebus multis. Factum est autem, cum videret beatum ducem Hemericum crescere in virtute hostemque humani generis, Christo auxiliante, viriliter superare, tumultum populi fugiens heremum peciit, que vulgo Beel vocatur, ubi continuis septem annis remansit... edificans sibi cellam, in qua dictabat libros, quos propria manu scribebat (6). *Inter hos autem libros annumerandum esse* Libellum de institutione morum ad Emericum ducem, *sunt, ut iam monuimus, qui opinentur.*

annales S. Crucis polonici,

23. *Aliquanto autem ante tempore, quam haec Vita Gerardi scribebatur, alia de sancto nostro memoriae tradebantur in Polonia, quae postmodum aliis commentis addendis venditandisque ansam praebuere. In Annalibus nimirum Sanctae Crucis polonicis, qui prima vice anno 1270 conscripti esse putantur* (7), *haec ad an. 966 legimus :* Stephanus rex genuit filium dictum Emrich et post decem annos contraxit amicitias cum Meszkone rege Polonie, ita quod Emrichus duxit filiam Meszkonis quasi compulsus vi per patrem et per nobiles terre; qui veniens in Gneznam et Poznaniam [mansit] (8) cum uxore virgine virgo mansit usque ad mortem [per votum per ipsos emissum *add. quidam codex].* Tandem eundo de Polonia e converso Ungariam cum Meszkone venerunt in Ciliciam causa venacionis cerworum; qui crastina die instinctu Spiritus sancti et visione angelica veniens personaliter ad Calvum-montem (9), donavit sanctam crucem, quam in pectore deferebat, ipsam ecclesie et fratribus sancti Benedicti (10). *Iamvero quae hic de* Emerico *referuntur, quantum a vero abhorreant, non opus est multis ostendere. Id enim vel inde manifestum est, quod non nullo post tempore quam mortuus erat Miseco ille I dux Poloniae* (11), *matrimonium inierunt* Emerici *parentes Stephanus et Gisela* (12). E

chronicon quoddam polonicum recentius,

24. *Annales S. Crucis legit et ex parte exscripsit auctor recentioris cuiusdam chronici polonici, qui tamen quaedam, quae dicti Annales de Misecone narraverant, nempe datam ab ipso monachis Calvimontensibus sanctam crucem* (13), *ea in* Emericum *transtulit : Stephanus, inquit,* Henrici Romanorum regis sororem... sibi matrimonio tandem copulavit, ex eaque filium Evericum suscepit nomine. Qui postquam etate adultus, voluntate patris coactus, cum filia ducis Polonie supradicti *(nempe Miseconis I)* nupciales pompas celebravit, ipsam sed deinceps carnaliter nunquam attigit, virgo cum virgine manens, vitam in Gnesna atque Posnania ad tempus castissimam agens. Deinde ad generum (14) suum reversus, quodam die venacionibus cum eodem intendens superum voluntate (15) ad montem quendam devectus, cui nomen Calvariae imposuit, eundemque fratribus divi Benedicti iure proprietatis adscripsit (16), mona-

(1) Vide de tota re Zeissberg in *Zeitschrift für oesterr. Gymnasialwesen*, 1875, p. 491 sqq.; Marczali, op. cit., p. 41 sqq., cfr. p. 80; A. Huber in *Mittheilungen des Instituts für* C *oesterr. Geschichtsforschung*, tom. IV, p. 131 sqq.; O. Rademacher, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, tom. XXV, p. 381 sqq. (vide pp. 388, 391); O. Lorenz, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 3ª, tom. I, p. 336 sqq.; L. von Heinemann in *Neues Archiv*, tom. XIII, p. 61 sqq. Cum haec typis mandabantur, venit in manus nuperrime editus a v. cl. R. F. Kaindl libellus : *Beiträge zur älteren ungarischen Geschichte;* in quo, p. 45-54, rationes quasdam affert auctor, ut credat antiquius illud documentum, ex quo hauserunt chronistae ungari posteriores, extremo saeculo XI scriptum esse (cfr. ibid.. p. 53). Rem tamen non omnino dirimit atque in animo habet eam postea fusius examinare. Quod si opinionem suam plane probaverit vir doctus, stabit tamen conclusio nostra, narrationem hanc, de qua agitur, caute recipiendam esse. — (2) *Pomerium sermonum de sanctis.* 1489. — (3) Cfr. Florianus, tom. I, p. 141, num. 6. – (4) Non inepte coniciat quispiam haec incaute in S. Emericum a Pelbartio translata esse, quae de Aba rege, S. Stephani nepote et post Petrum regem successore, tradit auctor *Cronicae Ungarorum*, cap. 10 (Endlicher, op. cit., p. 77); quem pessimus iste fabulator *Albam* nominat et S. Stephani filium proximumque successorem dicit. — (5) Cfr. E. Dümmler, *Piligrim von Passau*, p. 165, not. 11; M. Büdinger, *Oesterr. Geschichte*, tom. I, p. 424-5, not. 2; Kerékgyártó Árpád, op. cit., tom. II, p. 52-5; Marczali, op. cit., p. 24 sqq.; A. Huber, tom. cit., p. 131; L. von Heinemann, tom. cit., p. 70; Wattenbach, *D. GQ.*, ed. 5ª, tom. II, p. 185. — (6) Endlicher, op. cit., p. 213-4. Hanc solam Vitam citamus; ex hac enim seu potius ex recentiore quadam eius recensione per compendium desumpta est Vita quam in *Act. SS.*, Sept. tom. VI, p. 722-4, edidit Stiltingus noster, quamque ab auctore suppari conscriptam esse putabat. Recentioris illius, quam nominavimus, editionis exemplar aliquod typis mandavit Arn. Wion *(S. Gerardi Sagredo... Vita*, 1597, fol. 1-21), qui tamen " stilum ac barbara verba, ubi opus erat, hinc inde " interdum mutavit ". — (7) *MG.*, Scr. tom. XIX, p. 677. — F (8) Haec vox redundat in editis. — (9) *Liszecz, Lysiec (=Lysa góra*, Calvus mons), situs in palatinatu Sandomirensi, in cuius capite eminet ecclesia et monasterium, quae abhinc dicta sunt Sanctae Crucis (Cfr. *MG.*, tom. cit., p. 577). — (10) *MG.*, tom. cit., p. 678; *Mon. Polon. hist.*, tom. III, p. 60-1; cfr. Bielowski, ibid., tom. I, p. 508, not. 43. — (11) Anno nempe 992; cfr. Ann. Hildesh. ad h. a. *(MG.*, Scr. tom. III, p. 69), Thietmari *Chronicon*, lib. IV, cap. 37 (ibid., p. 784; vide ibi not. *h* et cfr. Zeissberg, *Miseco I* in *Archiv für oesterr. Gesch.*, tom. XXXVIII, p. 98, not. 4). — (12) Neque ita accipias velim annalistae testimonium, ut nomen quidem regis poloni serves, tempus autem corrigas, et dicas Miseconis non I, sed II, filiam Emerico nupsisse. Nam Miseco II anno dumtaxat 1015 vel potius 1018 uxorem duxisse videtur et Casimirum primum filium anno 1016 vel potius 1019 sustulisse. Nequivit igitur filiam habere nubilem, quam cum Emerico († 1031) matrimonio iungeret. Cfr. Roepell, *Geschichte Polens*, tom. I, p. 662; L. Grünhagen, *Regesten zur schlesischen Geschichte*, tom. I, p. 6-7. — (13) Ita intellegendus videtur locus *Annalium* mox citatus; ita intellexit et Roepell *(MG.*, Scr. tom. XIX, p. 677). — (14) Immo *ad patrem*, ut recte monuit editor, vel potius etiam *ad socerum*. — (15) *s. v.;* perperam correxit editor : *super voluntatem*. — (16) Idem non de Emerico, sed de patre eius Stephano legitur in quodam codice *Annalium S. Crucis (MG.*, Scr. tom. XIX, p. 678, not. *).

sterium

AUCTORE A. P.

sterium in eo celeberrimum cum edibus divae Crucis erigens ex fundo, ipsumque insigni porcione ligni vite, quantum in collo appensum deferebat, extemplo liberaliter condonans (1). *Piget sane huiusmodi nugis insistere; verum commemorandae videbantur, ut indicaretur origo narratiuncularum, quae postea a multis scriptoribus modernis imprudenter repetitae sunt.*

Iohannes Dlugossus,

25. *Mirum enim est quot alias fabulas fabulosis hisce narrationibus superstruxerint, qui postea scripserunt, historici poloni vel ungari. Sic, ut unum ex multis adducam, Iohannes Dlugossus († 1480) in sua* Historia polonica (2) *pluribus enarrat res a* S. Emerico *in Polonia gestas; is quidem pro Misecone Boleslaum nominat, nec tradit Polonorum regis filiam* Emerico *nupsisse; sed commenta omissa novis repensat commentis :* Vir Dei, *ait,* Emericus ad privignum et cognatum suum (3) Boleslaum Poloniae regem, deserta regia, solitus erat crebris vicibus frequentare, et plura tempora in Polonia absumere, ut a visione communioneque parentum et uxoris sequestratus, facilius suggestiones diabolicas et carnis stimulos exstin- B gueret et devotioni suae operam daret. *Inde refert inter alia* Emericum *cum Boleslao venationi vacasse, eidemque auctorem fuisse ut monasterium Sanctae Crucis in Monte Calvo conderet; illi autem monasterio donasse* crucem bifurcatam, portionem notabilem dominici ligni continentem, modico argento obductam, parenti suo Stephano Hungarorum regi a Graecorum Caesare ex Constantinopoli pro magno munere transmissam, quam vir Dei in pectore ex patris largitione gestare consueverat. *Addunt alii hanc mirificae crucis particulam ipsi* Emerico *recens edito a Basilio Orientis imperatore dono missam* (4), *alii interea non Boleslaum I, sed vel Miseconem I, vel Stephanum regem* (5), *vel Boleslaum III* (6) *monasterium Sanctae Crucis fundasse. Quae omnia quamvis nullum habeant in antiquis atque fide dignis monumentis fundamentum, et non uno errore, praesertim in rebus chronologicis, implicentur, a viris tamen historicis diu incaute recepta sunt; quamquam non defuerunt qui ea graviter carperent* (7).

Chronicon pictum Vindobonense

26. *Quaedam alia sunt de sancto nostro iuvene relata, quae licet antiquitatis fide careant, non tamen ilico reicienda sunt, quoniam neque manifesti* C *erroris indicia, sicut ea quae superius notata sunt, exhibent, et aliunde non sunt improbabilia. Sic cum pia egregii principis indole plane consonat id quod narrat Chronicon pictum Vindobonense* (8) : Consuetudo sancti regis Stephani maior ista fuit, quod omnes ecclesias, quas ipse fundaverat, in quolibet anno ad minus tribus vicibus visitabat... Filius autem ipsorum *(Stephani et Giselae)* beatus Emericus proprias vestes purpureas ante altare deponebat pro altaribus induendis, sicut patet in ecclesiis regalibus usque modo (9).

Aventinus

27. *Multo etiam libentius iis fidem fecerimus, quae in* Annalibus *suis memoriae tradidit diligentissimus antiquorum monumentorum investigator Aventinus :* Bruno, frater divi Honorici secundi, episcopus Augustae Rhetorum, flamen augustalis, ibi ex vita excessit. Adsunt legati Stephani regis Ugrorum et Gisalae uxoris eius, Honorico filio horum regnum Boiariae, quod maiores, atavus, proavus, avus et avunculus tenuissent, iure hereditario a Chunrado repetunt. Quod cum negatum foret, bellum imperatori et regi indicunt domosque abeunt (10). *Quam narrationem durissimis quidem verbis reprobavit Andreas Brunnerus* (11), *atque eidem parum fidere se ostendit Stiltingus noster* (12). *Verum postquam agnitum est quanta sedulitate saepe fontes antiquos, etiam quos nunc deperditos dolemus, collegerit Aventinus, multo aequius de eo loqui coeperunt moderni; inter recentiores autem viros historicos multi ea, quae mox recitavimus, prorsus attentione digna esse censuerunt et multis gravibusque rationibus allatis ostenderunt* (13).

et I. A. Fessler.

28. *Contra plane falsa sunt quae in causa haud absimili a S. Stephano gesta esse refert modernus quidam auctor I. A. Fessler* (14). *Legerat quippe in Vita quadam S. Henrici II imperatoris Brunonem episcopum Augustanum, cum Conradum II imperatorem ad Babenbergensem episcopatum destruendum impelleret, promisisse* sorori suae Gisilae reginae Ungarorum omnia praedia hereditario iure ad se pertinentia filio eius Henrico contradere (15). *Subiungit porro Fessler S. Stephanum regem, ubi primum haec rescivit, acriter illi facinori obstitisse et, ne patraretur, effecisse. Iamvero ne nomen quidem Stephani ab auctore Vitae Henrici, quem ille in testimonium appellat, pronuntiatur, et aliter omnino rei eventus narratur. Insuper tum in genuino textu Vitae illius* (16), *tum in opere antiquiore* (17), *quod ad verbum hoc loco exscripsit Vitae auctor, non* sorori suae Gisilae reginae Ungarorum, *sed simpliciter* Gisilae reginae *scriptum est; manifestum autem est sermonem hic esse de Gisila, coniuge Conradi II imperatoris, et de filio eius, qui postea dictus est Henricus III imperator, minime vero de Gisila S. Stephani coniuge et de* Emerico *nostro.*

F

§ III. De cultu ecclesiastico S. Emerici.

Honores cultus publici

29. Emericum " *a Benedicto papa VIII, qui* „ *dictus est IX* „ *(1033-1045)* " *una cum S. Ste-* „ *phano eius patre* „ *in sanctorum catalogum relatum esse, scripsit Baronius* (18), *et post eum nonnulli. Contradixerunt plerique, iure quidem ac merito, cum nulla proferri possint monumenta, quae vel tantillum huic sententiae faveant, immo*

(1) *Mon. Polon. hist.*, tom. III, p. 300. — (2) Lib. II, ed. Lipsiensis an. 1711, col. 148-9. — (3) Paulo post (col. 149) dicit Dlugossus Boleslaum fuisse Emerici *patruum et affinem*. Tradunt nempe Poloni matrem S. Stephani filiam exstitisse Miseconis I ac proin sororem Boleslai. Cfr. H. Zeissberg, tom. cit., p. 114-5. — (4) Inchofer, *Ann. eccl.* ad an. 1007. — (5) Cfr. supra. num. 24 et ibid., not. 9. — (6) *Chronicon Poloniae* Boguphalo episcopo attributum *(Mon. Polon. hist.*, tom. II, p. 158); cfr. R. Roepell, *Gesch. Polens*, tom. I, p. 161-2, not. 25. — (7) V. g. Pray, *Dissertationes*, p. 43-4. — (8) Cap. 39; apud Florianum, op. cit., tom. II, p. 142. — (9) Cfr. *Act. SS.*, Sept. tom. I, p. 536, num. 322. — (10) *Annales ducum Boiariae*, lib. V, cap. 6 *(Iohannes Turmair's genannt Aventinus sämmtliche Werke*, tom. III, 1884, p. 38); cfr. eiusdem *Bayerische Chronik*, lib. V, cap. 21 (ibid., tom. V, p. 287). — (11) *Annales Boici*, part. II, lib. 5 ed. Francof, 1710, p. 209.— (12) *Act. SS.*, Sept. tom. I, p. 539, num. 335.— (13) S. Hirsch, *Heinrich II*, tom. I (1862), p. 66, not. 5; E. Steindorff, *Heinrich III*, tom. I (1874), p. 20, not. 2; S. Riezler, *Geschichte Baierns*, tom. I (1878), p. 442; H. Bresslau, *Konrad II*, tom. I (1879), p. 296-7; G. Richter-H. Kohl, *Annalen der deutschen Gesch. im Zeitalter der Ottonen und Salier*, tom. I (1890), p. 292. — (14) *Geschichte der Ungern*, 1ª ed., tom. I, p. 399-400. — (15) Citat Fessler Vitam Henrici editam apud Canisium-Basnage, *Thes. monum.*, tom. III, parte II, p. 32.— (16) Vita Henrici II auct. Adalberto, lib. II, cap. 1 *(MG.*, Scr. tom. IV, p. 811). — (17) Nimirum Ekkehardi Uraugiensis *Chronicon universale* ad an. 1025 *(MG.*, Scr. tom. VI, p. 194). — (18) In notis ad *Martyr. Rom.*, die 4 nov.

quotquot

primum adeptus est S. Emericus

quotquot de primis honoribus ecclesiasticis S. Emerico *collatis loquuntur, omnia longe posterius tempus designent. Legitur utique in Annalibus Altahensibus ad an. 1033 :* Filius autem Stephani regis Ungarorum post non multum temporis obiit, qui dictus fuerat Heinricus, et est canonizatus (1). *Verum non solum minime clarum est hoc testimonium, — non enim asseritur* h o c a n n o Emericum *esse canonizatum, — sed et si clarum esset, nullum haberet momentum, cum hoc maxime loco perturbatae sint in istis Annalibus notae chronologicae* (2).

curante rege Ladislao,

30. *Potius igitur erit ceterorum monumentorum testimonio inhaerere, quae prima initia cultus* S. Emerico *exhibiti regnante Ladislao rege (1077-1091) facta esse docent. In Annalibus nempe veteribus ungaricis, quos iam supra citavimus* (3), *haec ad an. 1083 adscripta sunt :* Et dominus rex Stephanus et Henricus filius eius et Gerardus episcopus revelantur. *Haec elevatio sive sollemnis translatio, quam insolito vocabulo* revelationis (4) *nuncupat* Annalium *auctor, narrata etiam est in Vita* S. Emerici *cap. 7 :* Rex itaque Ladisclavus ... convocato concilio et indicto triduano
B ieiunio, in nonas novembris corpus beati Henrici cum honore levavit; *cui consentit sacramentarium Boldwense ineunte saeculo XIII descriptum, in quo laudatorum Annalium textus circa annum 1210 additus est; in huius nempe kalendario ad d. 5 novembris scriptum legitur :* Elevacio Henrici ducis et confessoris (5). *Similiter* praesidente in regni solio Ladisclavo rege *et praemissa* triduani ieiunii afflictione *elevatum esse S. Stephani corpus, docet Vita ipsius minor* (6); *pluribus autem eandem rem persequitur Vita eiusdem maior* (7), *in qua insuper translatio facta esse dicitur anno 1083 (cap. 20), die 20 augusti (cap. 22), et quidem* ex romanae sedis institutione *(cap. 20); qua de re infra sermo recurret.*

anno 1083,

31. *Porro ex dictis dubium vix superest, quominus anno 1083 elevata sint SS. Stephani et* Emerici *corpora. Qua elevatione seu, ut ita dicam, apotheosi pro temporum illorum more factum est, ut si non sollemni ecclesiae iudicio, saltem populari sententia beatis caelitibus pii principes adnumerarentur. Utrum autem " elevatio ista simplicem beatificatio- „ nem an formalem canonizationem importaverit,*
C *„ cum neque de substantia neque de eius modo con- „ stet, sane incertum esse „ pronuntiavit vir hac in re summus, Benedictus XIV* (8). *Num simul cum Stephano et* Emerico *sanctus etiam Gerardus elevatus fuerit, incertum etiam nobis est. Quamvis enim id asserant " Veteres Annales ungarici „ quibuscum quaedam recentiora documenta* (9) *consentiunt, illud tamen obstat, quod in Vita S. Gerardi cap. 21 traditur, nempe iam anno 1053 corpus sancti praesulis sollemniter fuisse translatum* (10). *Nequeo enim assentiri Stiltingo nostro* (11), *cui si conicienti credideris, Gerardus non fuit ea vice translatus ut sanctus, sed ut episcopus et vir venerabilis ad propriam ecclesiam ; unde colligit hanc translationem non importasse cultum sancti publicum* (12). *Ceteroqui non negamus fieri potuisse, ut anno 1083 iterum transferrentur sacrae Gerardi reliquiae. Sed de his fusius inquirere, praesentis loci non est. In ancipiti etiam relinquo utrum una eademque die* (13) *facta sit elevatio SS. Stephani et* Emerici, *an diversis diebus; diversis quidem diebus factam esse tum in nonnullis documentis supra citatis traditur* (14), *tum inde quidam collegerunt* (15) *quod diversis diebus in libris liturgicis utriusque elevationis commemoratio annuntiatur.*

AUCTORE A. P.

non tamen, ut videtur,

32. *Sed maioris momenti est inquirere utrum auctoritate pontificia elevatio* S. Emerici *decreta sit. Id videtur negandum. Tacet enim prorsus de quovis pontificio decreto Vita* Emerici, *quae soli Ladislao regi et episcoporum concilio totam rei gestae seriem adscribit* (16). *Tacent et fontes ceteri, qui quidem fidem faciant; nullius siquidem auctoritatis est testimonium sive Vitae Ladislai, cuius auctor haec crasse satis narrat cap. 6 :* Igitur
E auctoritate summi pontificis impetrata *(Ladislaus)* sanctorum c o r p o r a, videlicet beati Stephani regis et filii eius sancti Hemerici ..., corpora sancti Gerhardi martyris et beatorum Andree et Benedicti fecit mirabiliter canonizari (17); *sive Vitae Gerardi cap. 22, in cuius narratione ultro notabit lector tum turpem errorem chronologicum, tum nonnulla alia antiquis ignota :* Praefati autem sancti regis *(Ladislai)* tempore a sacrosancta romana ecclesia constitutum est, ut sanctorum corpora, qui Pannoniam ad Christum predicatione sua converterunt, deberent summo honore venerari. Veniente ergo sedis apostolice legato, facta est convencio nobilium Pannonie, corpus sancti martyris canonizatum est per sanctum regem Ladislaum anno Domini millesimo sexagesimo octavo (18), portatumque est regis ac ducum manibus ... (19).

ex decreto Romani Pontificis.

33. *Adhibuit nempe utriusque Vitae auctor locum illum Hartvicianae legendae S. Stephani, in quo dicitur* ex romanae sedis institutione apostolicis litteris sancitum esse ut eorum corpora elevari deberent, qui in Pannonia christianae fidei semina iacientes sua eam praedicatione vel
F institutione ad Dominum convertissent (20). *Inter illos sanctos non posse annumerari* Emericum, *" utpote qui gentem suam nec praedicando nec „ instituendo converterit „ paulo severius pronuntiat Ignatius de Battyán* (21); *sed illi consentio, cum reprobat et confutare nititur sententiam Stiltingi nostri, qui Hartvicianae legendae fidem adhibens, S. Stephanum " decreto summi pontificis seu „ formali canonizatione sanctorum catalogo ad- „ scriptum fuisse „ ostendisse se putabat. addebatque* S. Emericum *eodem tempore a romano pon-*

(1) *MG.*, Scr. tom. XX, p. 791. — (2) Cfr. supra num. 29. — (3) Num. 17. — (4) Arndtius, qui codicem, in quo Annales illi exarati sunt, non viderat, textum ex ingenio correxit, scripsitque *relevantur.* — (5) Wattenbach, *Archiv für oesterr. Gesch.*, tom. XLII. p. 498. — (6) Cap. 8 *(MG.*, Scr. tom. XI, p. 229). — (7) Cap. 20-22 (ibid., p. 239-41). — (8) *De servorum Dei beatif. et canon.*, lib. I, cap. 41, § 8 (ed. Venet. 1788, tom. I, p. 132). — (9) Vita S. Ladislai, cap. 6, et quadantenus Vita S. Gerardi cap. 22. De his infra. — (10) Endlicher, op. cit., p. 230-1. — (11) *Act. SS.*, Sept. tom. VI, p. 720, num. 32. — (12) Stiltingum hac in re iure etiam correxit Ignatius de Battyán, *Leges ecclesiasticae regni Hungariae*, tom. I, p. 414-5, not. *a.* — (13) Cfr. *Chronicon pictum Vindobonense*, cap. 62 : *Sed postmodum Salomon rex dimissus de carcere in elevatione corporis sancti Stephani et beati Emerici confessoris astitit regi diebus paucis...* (Florianus op. cit., tom. II, p. 194). — (14) Vide supra, num. 30. — (15) Ign. de Battyán, tom. cit., p. 169; cfr. Pray, *Dissertationes*, p. 71-2. — (16) Item legenda Stephani tum minor, tum etiam, saltem si editionem Floriani sequimur, maior (Florianus, tom. I, p. 10, 28; cfr. p. 214). — (17) Endlicher, op. cit., p. 240. — (18) Atqui Ladislaus anno 1077 regnare coepit. — (19) Endlicher, p. 233. — (20) Cap. 20 *(MG.*, Scr. tom. XI, p. 240; cfr. omnino ibid., p. 239. not. *l*); in editione Floriani (tom. I, p. 28) haec in legenda maiore omissa sunt et ut legendae Hartvicianae propria proferuntur (ibid., p. 63). — (21) Tom. cit., p. 169.

tifice

AUCTORE A. P.

tifice esse canonizatum (1). *Omnia enim suadent* (2) *recte de huius rei veritate dubitantem se praebuisse Benedictum XIV, nullasque in illa fuisse partes Gregorii VII, qui tunc temporis romanam sedem obtinebat.*

Dies S. Emerico festi;

34. *Vixdum aliquot anni ab hac elevatione elapsi erant, cum congregati in synodo Zabolcsena " universi regni Ungarorum pontifices et abbates necnon cuncti optimates " festivitatem* S. Emerici *inter illas recensuere, quae quotannis servandae essent. In decreto nempe 37 synodi illius* (3) *anno 1092 celebratae, nominatur* Emericus *post " festivitatem Omnium Sanctorum " et ante S. Martinum* (4), *seu inter dies novembris primam et undecimam. Est hoc nempe festum* translationis *sive* elevationis S. Emerici, *quod die 5 novembris inde a saeculo XII in libris liturgicis annuntiatum videmus* (5). *Eodem tempore vel certe haud multo post* (6) *alius dies festus* S. Emerico *constitutus est, nempe IV nonas septembris, quem diem " kalendaria missalium saeculi XIII, XIV, XV et XVI diem* depositionis *constanter et uno tenore " exprimunt "* (7); *unde probabiliter colligi potest*
B *hac die beatum iuvenem obiisse.*

memoria eius in martyrologiis annuntiata

35. *Unum autem est martyrologium antiquum, in quo de* S. Emerico *mentio facta sit, nempe recensio adaucta martyrologii Hermanni Contracti; quod opus ipsum erat retractatio quaedam martyrologii a Notkero Balbulo collecti. In hac recensione, quae medio circiter saeculo XII edita est* (8), *ad diem 5 novembris haec leguntur*: Item sancti Heinrici confessoris, filii sancti Stephani regis Pannoniorum, qui multo tempore coniugium pretendens virgo permansit (9). *Eodem die annuntiatur sanctus noster in quibusdam codicibus interpolatis martyrologii Usuardini* (10) *et in editionibus eiusdem Coloniensibus an. 1515, 1521 etc. Interea Belinus in suo* Martyrologio secundum morem romane curie, *anno 1498 primum edito,* Emericum *ad diem 4 novembris transtulerat; quo loco inscriptus mansit in Molani editione martyrologii Usuardi, tum in aliis plerisque recentioribus martyrologiis, imprimis autem in martyrologio Romano inde a prima editione anni 1583. Qua re in errorem inductus est Baronius, ut scriberet* S. Emericum *hac die 4 novembris mortem obiisse* (11). *Pergunt interim Ungari sanctum principem suum*
C *colere die 5 novembris.*

et apud Ungaros plurimum celebrata.

36. *Celebris nempe remansit apud concives divi iuvenis memoria; qua de re nuper ad nos scribebat vir doctus et de opere nostro bene meritus Illmus ac Rmus Iosephus Dankó, praepositus Sancti Martini de Posonio,* " S. Emericum *per totam Ungariam " longe lateque coli; nomen eius in sacramentis " baptismi et confirmationis lingua vernacula* Imre D
" frequentissime imponi; scholas catholicas carmina de eodem canere; uniones iuvenum sancti " patroni nomen gerere; istic Posonii seminarium " clericorum ab Emerico Losy archiepiscopo et primate die 26 iunii 1642 sub sancti principis vocabulo fundatum, cuius portae inscriptum :

" Est virgo lilium, ast Emericus ut esset
" Dux illi lilium Virgo Maria fuit.
" Hoc, Emerice Losy, plantasti lilia fundo
" Liligeraeque matri, liligeroque duci.
" Ergo Emericani hic crescant virtutis alumni,
" Quos Deus et Virgo, quos Emericus amat.

" Cecinit 1724 Matthaeus Uzeróczy seminarii " huius t. praefectus ".

Vix necesse est addere passim in Ungaria iampridem exstructas esse ecclesias vel sacella sancto nostro dicata (12); *inter quae tamen nominare iuvat collegium sacerdotum Albae Regiae ab Euphrosyna, Belae III regis matre, in honorem divi principis exstructum* (13).

De reliquiis ipsius

37. *De reliquiis vero ipsius, quia vix quidpiam ipse comperire potui, Georgium Pray disserentem adducere malo*: Exstentne, *inquit vir ille doctus* (14), insignes sanctissimi adolescentis reliquiae alibi quam Aquisgrani (15) et Passavii, nihil habeo, quod pro explorato dicam. Illo Ludovicus I, fundata pro Hungaris capella, non temnendae molis partem miserat; quod de Passavio itidem reor. Nam brachium S. Emerici, quod Georgius Hohenlohius sub Sigismundo imperatore et rege in Hungariam tulit, Albertus vero postea Passaviensibus restituit, non alius quam Ludovici regis donum fuerit, ut in rebus sancti Ladislai iam occupavi. Potiorem tamen corporis partem in Hungaria exstitisse, lapis anno MDCCXXXIV Albae erutus non obscure declarat. Eius, quantum ex fragminibus, operarum enim incuria in plures partes ruptus erat, colligi potuit, haec inscriptio erat (16):

REVEREN̄ ... PATR... OMINICI PREPOSITI
HIC DIVI STEPHANI C... A̅ ... SCISSIMA PROLES
DVXEMERICVS ..... VR ESSE SATVS

Sine dubio opera Dominici praepositi Albensis sepulcrum divi Emerici instauratum fuerit; qui si alius ab eo non sit, quem ad annum MCCCXLIV F
repperi ecclesiae Albensi praefuisse, liquet Albam Regiam hunc thesaurum suo gremio constanter fovisse, nec est cur dubitemus sacras has exuvias usque ad cladem Mohhacsianam isthic conservatas. Abhinc quo venerint, an illic sub terra lateant, an vitandi periculi causa aliorsum sint abla-

(1) *Act. SS.*, Sept. tom. I, p. 557-9, num. 451-8. — (2) Cfr. Florianus, op. cit., tom. I, p. 214-8; tom. II, p. 307-9; ubi inter alia illud notabile est, Stephanum regem in documentis pontificiis saeculo XI-XII non raro nominari, at non ante annum 1187 titulo " sancti " in ipsis insigniri, dum contra in multis chartis et monumentis ungaricis saec. XI-XII " sanctus " et " sanctissimus " appellatur. — (3) Ign. de Battyán, tom. I, p. 440; cfr. Endlicher, op. cit., p. 332, num. 39. — (4) Perperam " Mauricium " apud Endlicher. — (5) Cfr. Pray, *Dissertationes*, pp. 67, 71 (breviaria et missalia Zagrabiensia a saec. XII ad saec. XVI); Wattenbach, *Archiv für oesterr. Gesch.*, tom. XLII, p. 497 (sacramentarium Boldwense saec. XIII); cod. Parisinus bibl. nat. lat. 8879, fol. 7, 450-2 (brev. Strigoniense); I. Dankó, *Vetus hymnarium ecclesiasticum Hungariae*, pp. 236, 454, 458, 482, 568, 585, 586. — (6) Scribit Pray ibid., p. 72 festum depositionis S. Emerici saeculo XIV adiectum esse; sed kalendarium sacramentarii Boldwensis ostendit saeculo XIII festum illud iam celebratum esse; ceteroqui ipse Pray pp. 57, 67 ea exhibet, ex quibus ipse corrigatur. — (7) Ita Pray, *Dissertationes*, p. 67; cfr. Wattenbach, l. c., p. 493; *Acta SS.*, Sept. tom. I, p. 339 F, p. 601 F; cod. Paris. 8879, fol. 6, 412; I. Dankó ll. cc. — (8) Cfr. E. Dümmler, *Das Martyrologium Notkers und seine Verwandten*, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, tom. XXV, p. 214. — (9) Ibid., p. 219. — (10) Edit. Sollerii, p. 653. — (11) *Ann. eccles.*, ad an. 1030, num. IV. — (12) Plurimorum nomina reperiet qui v. g. evolverit *Rationes collectorum pontificiorum in Hungaria* ed. in *Mon. Vaticana Hungariae*, ser. I, tom. I. — (13) Pray, *Dissert.*, p. 79; cfr. etiam p. 804 de praepositura " S. Emerici de Tutul ". — (14) Ibid., p 77-9. — (15) In hac ecclesia etiamnum servantur; cfr. Bock, *Der Reliquienschatz des Liebfrauen-Münsters zu Aachen* (1860), p. 25. — (16) In alio opere (*Diatribe in dissertationem hist.-crit. de S. Ladislao*, 1777, p. 121 not.), ita lacunas explet G. Pray :

HIC DIVI STEPHANI *condam sanctissima* PROLES
DUX EMERICUS *noscitur* ESSE SATUS.

Addit autem : " forte pro *satus* melius rescriberetur: *situs.* "

tae,

A tae, non est compertum; tametsi postremum mihi veri simillimum sit. Constat enim Mariam Ludovici II coniugem, ubi fama infelicissimae cladis, mariti mors et metus adventantis Solymanni percrebuit, magna thesauri parte, quae Alba Budam traducta fuit, in naves congesta, adverso Danubio Posonium, tum Viennam ac denique in Belgium pervenisse. Hac occasione reliquias S. Emerici ex Hungaria periculo subductas et sanctimonialibus coenobii Niedernburgensis dono datas aut securitatis causa ibi depositas esse, ut suspicer, non nullae mihi plane rationes sunt, quas eventu ipso firmari aliquando malim, quam hoc loco a me depromi. *Hanc tamen coniecturam postea retractavit ipse Praius, postquam ex authenticis actis comperit inter res, quas Maria regina Passavii deposuerat, nullas reliquias* S. Emerici *fuisse* (1).

adhuc vix superstitibus;

38. *Addere iuvat quae ad nos nuper scribebat supra laudatus Iosephus Dankó :* " *Reliquias* „ S. Emerici *iam olim tenuit ecclesia metropolitana* „ *(Strigoniensis). In antiquissimis nempe, quae* „ *habemus, inventariis cimeliarchii praefatae eccle-* „ *siae saeculo XVI confectis et abs me typis descri-*
B „ *ptis, legimus :* Manus S. Emerici ducis argentea „ inaurata (2). *Anno autem 1553 in tribus inven-* „ *tariis recensentur :* brachiola duo deaurata ex „ argento SS. Stephani regis et Emerici ducis. „ *Quae attamen, proh dolor, hodie amplius integra* „ *non habentur; quippe diminuta et cum reliquiis* „ *S. Ladislai regis in uno vase reposita custodiun-* „ *tur, diebusque his sanctis tutelaribus propriis* „ *venerantur* „.

AUCTORE A. P.

de libellis et carminibus in eius laudem conscriptis.

39. *Numquam destiterunt Ungari sancti principis praeconia tum soluta, tum ligata oratione celebrare. Ut enim omittam eos, qui cum nobilissimi populi historiam texerent et annales evolverent, occasione oblata, libenter in illius virtutibus praedicandis immorati sunt, saepe etiam* Emerici *historia in gratiam piorum fidelium seorsim enarrata est et typis edita* (3). *Versibus eam cecinerunt Emericus Dugorics et Stephanus Tarnóczy* (4), *praecipue vero vates ecclesiastici, qui iam pridem hymnos ecclesiasticos, quin etiam integrum officium metricum in laudem sancti nostri conscripserunt. Pleraque ex his carminibus* (5) *reperiet, qui huiusmodi rerum curiosus est, apud G. Pray* (6), *G. M. Dreves* (7), *M. Florianum* (8) *et imprimis in egregio volumine quod nuper edidit v. cl. I. Dankó et cui titulum fecit :* Vetus hymnarium ecclesiasticum Hungariae (9). *Iconem quandam* Emerici *delineavit saec. XVI Leonardus Beck, quae ligno incisa est et aliquoties edita* (10); *alteram edidit Matthaeus Raderus* (11). E

(1) Cfr. *Diatribe* ... p. 204-5, not. *a*. — (2) Cfr. J. Dankó, *Die Kunstschätze Grans* (1880), p. 141. — (3) Vide U. Chevalier, *Répertoire*, col. 638, et De Backer, *Bibl. des écr. de la Compagnie de Jésus*, tom. I, col. 1682; tom. III, 1062. Adde opus Leon. Bachin, S. I. *Corona mariana*, de quo cfr. C. Sommervogel, *Dictionnaire des ouvrages anonymes...*, col. 171, et *Bibliothèque de la Comp. de Jésus*, tom. I (1890), col. 755. — (4) Cfr. De Backer, ll. cc. — (5) Vir cl. Ulysses Chevalier, in parte *Repertorii hymnologici* hactenus typis mandata, quaedam ex his recenset sub num. 1795, 2800, 10004, 10071, 10580, 15049. — (6) *Dissertationes*, p. 75-7. — (7) *Analecta hymnica medii aevi*, tom. IV, pp. 122, 123; tom. V, p. 166-8; tom. VIII, p. 123-4; tom. IX, p. 147-8. — (8) Op. cit., tom. I, p. 145-9. — (9) Budapestini, 1893, p. 228-52. — (10) Nuper in eximio opere *Jahrbuch der kunsthistorischen Sammlungen des allerhöchsten Kaiserhauses*, tom. IV (Wien, 1886), imago 30*; cfr. tom. V (1887), pp. 174, 207. — (11) *Bavaria sancta* (1704), tom. II, p. 191.

VITA S. HENRICI DUCIS[1].

Edita ex codice Runensi 69, saec. XIII (= **A 1**), *collato cum codice Parisino bibl. nationalis 8879, saec. XV* (= **A 2**) *et cum quinque aliis exemplaribus* (= **B**), *nempe cum codice olim Corsendoncano, iam Parisino bibl. Mazar. 1329, saec. XV* (= **B 1**), *cum editione principe* (= **B 2**), *cum editione Cracoviensi an. 1511* (= **B3**), *cum apographo codicis olim Lunaelacensis R. 239, saec. XV in.* (= **B4**), *et cum* F
C *editione Veneta an. 1498* (= **B5**); *item cum geminis codicibus* (= **C**) *Monacensi lat. 18624, olim Tegernseensi 624, saec. XV* (= **C1**) *et Vindobonensi bibl. palatinae 3662, olim Lunaelacensi f. 186, saec. XV* (= **C2**); *tandem cum codice 1944 bibliothecae Ossolinianae saec. XV* (= **D**). *De his cfr. supra num. 3, 4. Lectiones codicis* C2 *accepi ex editionibus Endlicheri et Floriani; editionem* B 5 *non vidi, sed eius textum cognovi ex Georgio Pray, qui illum recudi fecit; codicem* D *pro eximia sua comitate contulit v. cl. Dr. Adalbertus Ketrzynki, bibliothecae Ossolinianae director; huius mendosi codicis varias lectiones omnes in prologo et in cap. 1 tradidi; in ceteris capitibus eas ibi tantum adnotavi, ubi cum variis lectionibus alius exemplaris conveniebant. Verborum traiectiones subinde dumtaxat adnotavi, nimirum ad manifestandas codicum affinitates.*

Prologus.

Postquam unigenitus Dei filius omnipotentis [1] post ascensionem suam per apostolicae praedicationis verba cunctis gentibus solacium suae visitationis impendens, eas a tenebris ad fidei lumen revocaverat [2], novissimis, ut ita dicam, temporibus per mellifluam beati Stephani primi regis nostri providentiam [3] totius Pannoniae regnum lumen veritatis agnovit. Ipse enim noster est rex et apostolus; ipse quoque de iure diabolicae potestatis [4] ereptos [5] ad veri Dei cognitionem perduxit *a*. Et quia eius gesta sunt inenarrabilia, nec nostri ingenii congruit parvitati, iustius et [6] utilius [7] visum est [8], quatinus filii eius beati [9] Henrici [10] pro modulo nostrae possibilitatis edisseramus insignia [11]. *a*

Sanctus puer

1. Beatus itaque Henricus modico contentus

[1] *Titulus :* Vita beati Henrici filii eiusdem *A 1* (*praecedit nempe Vita S. Stephani*); V. s. Emerici confessoris filii sancti Stephani regis *B 1*; V. s. E. *B 4*; De s. Hemerico filio s. Stephani regis Ungarie *C*; Hemerici regis Ungarie legenda *D*.

Prol. — [1] (D. f. o.) omnipotens D. f. *A 1.2*. — [2] convocaverat *B1.2.3.5*. — [3] prudentiam *A1.2, D*. — [4] (d. p.) vel a diabolica potestate *D*. — [5] exeptos (*sic*) *B3*. — [6] (i. et) *om. A1.2, D*. — [7] nobis *add. D*. — [8] fuit *B5*. — [9] b. H. *om. D*. — [10] *ita A 1 et sic deinceps;* Emerici *A 2, B1.2.3.5 et sic deinceps; B4, C et D habent ubique* Hemericus. — [11] *In B4 et C non hic prologus, sed ille alter legitur :* Inclitus dux

sopore

VITA *vigiliis et orationibus vacat;* sopore[1] per singulas noctes, cunctis se in lecto
collocantibus, et, ut regiam[2] decet[3] sobolem[4]
duobus candelabris ante se lucentibus[5], in psalmis
Deo decantandis[6] vigilabat[7], et in uniuscuiusque
psalmi fine veniam cum cordis contritione a Deo[8]
postulabat. Quod[9] pater eius[10] caute, immo[11] et
occulte[12] per rimam parietis saepe prospiciebat,
nulli tamen suorum manifestare volebat[13]. In his
omnibus considerandum nobis est[14] quam pie[15],
quam[16] misericorditer nostrae imbecillitati a
Deo consultum est[17], cum[18] non solum iustitiae[19]
regula nobis verbo tenus instituitur, sed et sanctorum
virorum[20] vita[21] ad imitationem tamquam
directa via[22] proponitur. Nemini ergo sit
onerosa paupertas, quoniam elegit pauperes Do-
Matth. 5, 3. minus, de quibus ait : *Beati pauperes spiritu*[23],
quoniam ipsorum est regnum caelorum. Nemo
etiam divites a regno Dei[24] excludendos[25] contendat,[26]
eos videlicet qui sine cupiditate possident
divitias. Unde praeclare[27] in laudem et decorem
sui sancta Ecclesia terribilis ut castrorum acies
Cantic. 6, 3. ordinata describitur, quae[28] tanta[29] virtutum
fulget eminentia, tantaque credentium varietate
B circumdata est, quod neque barbaris nationibus
Ps. 105, 8. divina visitatio desit, quoniam verbum, quod
mandavit Dominus[30] in mille generationes, iam
totus orbis[31] suscepit. Pannonia autem nostris
fere temporibus ad fidem venit[32], quae eatenus[33]
foedis paganismi ritibus foedata erat[34], exhortatione
et eximiis meritis christianissimi regis sui
Stephani[35] in virtute fidei et[36] incremento divini
cultus profecit[37].

monachos abbatiae S. Martini, 2. Quodam itaque tempore cum beatus rex
Stephanus ad ecclesiam beati Martini, quam ipse
in Sancto Monte Pannoniae incohaverat et egregia
b monachorum congregatione decoraverat *b*, una
cum filio causa orationis[1] advenisset[2], rex
sciens pueri praecellens meritum[3], honorem, qui[4]
eum decuit, impendit filio. Nam cum praedicti
fratres, peracta processione, salutaturi[5] regem
c accessissent *c*, propter reverentiam filium suum
praemisit ad salutandum. Puer autem Henricus
divina gratia revelante, Spiritu sancto repletus, prout divina revelante
sibi gratia singulorum merita noverat, singulis
inaequaliter oscula distribuit; alii siquidem unum,
alii tria, alii vero quinque, postremo uni septem D
oscula[6] continuavit. Quam rem, ceteris[7] intuentibus,
beatus rex Stephanus tacite admirabatur;
familiarique[8] colloquio, finita missa[9], cur[10] illis
inaequaliter oscula distribuisset, diligenter ab eo
sciscitatus est[10]. Beatus itaque Henricus singu- *pro merito castitatis ipsorum honorat;*
lorum merita coram patre pertractans, videlicet
quanto temporis spatio singuli in virtute continentiae
perstitissent, sub ea consideratione se[11]
plura aliis et pauciora aliis oscula dedisse edocuit,
eumque[12], cui septena multiplicaverat oscula,
virginalem vitam perduxisse asseruit[13]. O excitatrix
omnium virtutum gratia, quae[14] nostrae angustias
naturae abundanter excedis, quae[14] profunda
mysteria revelas parvulis; tu[15] beato Henrico Matth. 11, 25.
magistra[16] adfuisti, tu ei liberam de occultis aliorum
intellegentiam contulisti. Huius autem internae
revelationis veritas in eo hoc modo comperta[17]
est[18].

3. Paucis enim[1] diebus interpositis, ex quo de *praesertim autem Maurum,*
Sancto Monte abscesserat, beatus Stephanus,
duobus tantum ministris adhibitis, eodem regressus[2]
vigilias fratrum et orationes secreto E
explorabat[3]. Iamque[4] expleto matutinarum officio,
ceteris in lecto se collocantibus, illi soli, quibus
beatus Henricus oscula multiplicaverat, in
ecclesia persistebant, divisique[5] in angulis ecclesiae
secretioribus in conspectu Dei in psalmis
decantandis vigilabant[6]. Cumque[7] ad singulos
sanctus rex divisim[8] accederet, faciem suam eis[9]
manifestavit, et in verbo[10] benedictionis eos
salutavit. Singulis autem regiam maiestatem
rupto silentio venerantibus, ipse novissime ad *virum sanctum,*
fratrem Maurum nomine veniens, quem in septenis
osculis[11] beatus Henricus commendaverat,
nec[12] blanditiis salutationis, nec verbis regiae
comminationis[13] responsionem ab illo[14] extorquere
potuit. Mane autem facto, cum fratres conventum[15]
celebrarent, rex ipse[16] adfuit, et ut
animum fratris Mauri de virtute humilitatis[17]
tentaret, in communi audientia plurima ei[18] religioni
contraria obiecit : cuius assertioni Maurus
nullam contradictionem fecit, sed humiliter perstans[19],
ad Deum, qui humanae mentis inspector
est, sperando confugit. Tunc vero beatus Stepha-

C Hemericus (i. d. H. *om. C 1)* ex illustri prosapia sicut cedrus ex Lybano a beato Stephano primo rege Ungarie exortus, virtutibus admodum exornatus, clarissime effulsit. Puer quoque nutritus sub diligenti custodia primum omni (omnium *B 4)* scientia grammatice artis (artus *C 1*) imbutus est. Beatus itaque rex Stephanus paterne dilectionis (dilectione *C 1)* ardore compunctus filio suo beato Hemerico librum de institutione morum composuit; in quo fideliter et amicabiliter verbis eum ammonens spiritalibus alloquitur, instruens eum qualiter ante omnia debeat observare fidem catholicam, confirmare statum ecclesiasticum, honorem impendere dignitati pontificum, principes et milites diligere, iustum iudicium observare, pacienciam in cunctis actibus suis habere, hospites benigne recipere, benignius attractare, sine consilio nihil agere, maiores suos ante (ob *B 4*) oculos semper ad exemplum statuere, oracionis officium frequentare, pietatem et misericordiam cum ceteris virtutibus ad profectum pervigili cura possidere. *In D pro prima sententia* (Postquam-agnovit) *haec scripta sunt :* Gloriosus rex primus Stephanus ducatum Ungarie tenuit annis octo, regnavit autem triginta tribus annis, mensibus septem, diebus xiiii; migravit autem ad Dominum anno incarnacionis Domini m° ccc° iiii° *(sic)*, decimo octavo kal. septembris, feria quinta; cuius venerabile corpus Albe reconditum est; per huius mellifluam prudenciam novissimis, ut dicam, temporibus tocius Panonie regnum lumine veritatis agnovit.

1. — [1] sapore *A 1.* — [2] regina *D.* — [3] decebat *B 4.* — [4] Salomonem *D.* — [5] lucencia *B 1.* — [6] decantantibus *D.* — [7] invigilabat *B.* — [8] (a D.) *om. A 1.* — [9] cum *add. C.* — [10] nosset *add. C.* — [11] *om. D.* — [12] occulto *B 1.* — [13] (m. v.) manifestavit *D.* — [14] nolebat enim *add. D.* — [15] (q. p.) *om. C2.* — [16] que *add. A2, B.* — [17] esse *D.* — [18] quod *A 1.* — [19] milicie *B1.2.3.5.* — [20] (s. v.) beati viri huius *B 4, C;* virorum *om. A1, B5.* — [21] *om. D.* — [22] (d. v.) preclarum speculum ad spectaculum *B4, C.* — [23] *om. C2.* — [24] celorum *D* — [25] esse *add. C2.* — [26] nec *add. D.* — [27] clare *D.* — [28] in *C2; om. D.* — [29] quanta *C1; om. D.* — [30] *om. B1.* — [31] mundus *C.* — [32] et *add. B.* — [33] hactenus *C.* — [34] *om. B.* — [35] scilicet *add. C.* — [36] *om. D.* — [37] acrevit *D.* F

2. — [1] (c. o) o. c. *B.* — [2] advenit *A2, B;* advenit. Sed *A 1, C.* — [3] et *add. corr. A1 sup. lin.* — [4] quem *A1.* — [5] salutare *C.* — [6] *om. B4.5.* — [7] que *add. B1.2.3;* quoque *B4.5.* — [8] (fa. c. fi. m.) c. familiari missaque fi. *B;* fi. vero m. *A 2.* — [9] insaera *A 1;* missa *corr. A 1 sup. lin.* — [10] *add. corr. A1 sup. lin.* — [11] s; *A 1.* — [12] (eumque — asseruit) *om. C 1.* — [13] edocuit *C 2.* — [14] quam *B4.5.* — [15] enim *add. B1.2.3.5.* — [16] in gracia *B1.2.3.5, C 1.* — [17] comparata *B 3;* comprobata *B4.5.* — [18] *om. B 1.*

3. — [1] etiam *B1.2;* vero *C.* — [2] (e. r.) eo die r. *A 1, B 1.2.3, D;* eo regressus *B4.5;* eodem ingresso *C 1;* eodem ingressu *C2.* — [3] exploraverat *B.* — [4] *sic A1 in loco raso, B1.2.3.4;* itaque *B 5;* iam *C.* — [5] (divisi — vigilabant) *add. in marg. man. pr. A 1.* — [6] (d. v.) decantabant *A 1;* vigilabant *A 1 corr.;* d. invigilabant *C.* — [7] que *om. C.* — [8] divisum *A 1 ante corr.* — [9] eius *A 1.* — [10] verba *A 1.* — [11] oculus *A 1 ante corr.* — [12] nunc *A 1 ante corr.;* ne *B 1;* ut *C 1.* — [13] (n. v. r. c.) *om. B 1.* — [14] ipso *Florianus.* — [15] capitulum *C 1;* alias conventum *add. alia man. in marg. C 1.* — [16] (r. i.) i. r. *B.* — [17] (v. h.) humilitate *C 2.* — [18] et *add. B.* — [19] residens *C.*

nus

VITA

A nus filii sui verba [20] rata esse cognovit, et re ordine narrata [21], Maurum laudibus extulit [22], et ut locus pontificalis per eum decoraretur, paulo post [23] in episcopatum [24] Quinque Ecclesiensem [25] *d* sublimavit *e*.

qui postea factus est episcopus.

d *e*

4. Post haec [1] autem beatus Henricus aetate proficiens [2] per virtutum merita gloriosa sua [3] semper augmentabat insignia; quae quamquam vobis [4] per omnia explicare non possumus [5], pauca tamen, quae de gestis eius audivimus, ut non neglegentiae deputetur [6], diligenter referamus [7]. Contigit autem ut [8], dum [9] nocte quadam orationis causa secreto, uno tantum [10] contentus famulo, venustissimam [11] et antiquissimam, quae in Besprimiensi [12] civitate *f* ad honorem pretiosissimi Christi martyris [13] Georgii fabricata est, intraret ecclesiam, ibique [14] orationi vacando [15], quid acceptabilius Deo [16] offerret, penes se tractaret [17], subito lumen cum ingenti claritate totum ecclesiae circumfulsit aedificium; in quo vox divina in [18] supernis sic insonuit [19]: *Praeclara est virginitas; virginitatem mentis et corporis a te* [20] *exigo; hanc offer* [21], *in hoc persta* [22] *proposito.* B Ille autem non in [23] se praesumens, sed ad gratiam tamquam ad veram medicinam confugiens, ait : *Domine Deus, universitatis inspector et humanae imbecillitatis adiutor, qui aufers spiritum principum, qui* [24] *terribilis es apud reges terrae, beneplacitum tuum in me perfice, et* [25] *noxios motus, qui contra animam militant* [26], *rore tuae misericordiae exstingue.* Itaque beatus Henricus eadem hora in verbo divinae consolationis confortatus, secretum hoc apud se conservabat, et ministro illi, qui huic divino colloquio et aliis plerumque solus aderat, ne [27] cuiquam rem huiusmodi usque ad obitum suum aperiret, obsecrando interdicebat. Haec [28] et quam plura virtutum signa [29] tamquam in secreto mentis cubiculo conclusa penes sanctum Henricum tenebantur, et usque dum fracta [30] est ampulla et odor unguentorum diffusus est, nemini [31] detegebantur.

Virginitatem, quam Deo voverat,

f

Ps. 75, 13.

I Petr. 2, 11.

5. Interea cum [1] ex paterna dispositione virgo nobilis, utpote orta de regali prosapia *g* beato Henrico desponsata esset et adducta, ut [2] ex utraque regali linea regia posteritas [3] succederet in posterum, ipse carnalem generationem, quae corruptibilis est [4], spirituali proposito virginitatis C postponens, ieiuniis corpus maceravit [5], animam autem pane verbi Dei saturavit [6], et [7], ne qua carnis titillatio ei dominaretur, [8] intactae suae coniugis incorruptam servavit virginitatem *h*. O miranda iuvenis continentia, quae [9] fonte lacrimarum restinxit [10] amoris incendia, flammamque portans in gremio, non urebatur eius incendio. Grande est enim, et paene ultra mortalem [11] naturam corpoream sopire luxuriam et concupiscentiae flammam, adulescentiae facibus accensam, animi [12] virtute restinguere [13], et spirituali conatu vim [14] geminae [15] oblectationis excludere, vivere [16] contra humani generis morem, despicere solacia coniugum, dulcedinem contemnere liberorum, et quaecumque praesentis vitae esse commoda possunt, pro nihilo spe futurae beatitudinis computare. Magna haec, ut dixi, et admirabilis virtus est [17] et non immerito pro magnitudine laboris sui ingenti praemio destinata. Magnus quidem est pudicitiae labor, sed maius praemium; temporalis [18] custodia, sed [19] remuneratio aeterna. De quibus Iohannes in apocalypsi ait : *Hi sequuntur agnum quocumque ierit;* quod ita intellegendum puto [20], locum nullum eis [21] in caelesti aula claudendum et [22] cuncta eis [21] divinarum mansionum habitacula reseranda [23]. Sed ut illustrius virginitatis meritum clareat, et quam Deo digna sit, manifestius possit intellegi, illud recogitetur, quod Dominus et Salvator noster [24], cum propter humani generis salutem carnem dignaretur assumere, E non alium quam virginalem elegerit [25] uterum, ut virtutem huiusmodi plurimum sibi complacere monstraret, et [26] ut pudicitiae bonum utrique sexui intimaret [27], virginem [28] habuit matrem; virgo ipse [29] mansurus, in se viris et in matre feminis praebuit virginitatis [30] exemplum, quo demonstraretur [31] in utroque sexu beatam et integram divinitatis habitare [32] plenitudinem meruisse, dum totum in matre fuit, quicquid habitaret in filio. Verum ubi, corpore dissoluto, in aetate adhuc iuvenili data est ei hereditas in terra [33] viventium, sponsa sua testimonium virginalis vitae [34] ei perhibuit [35], familiarisque [36] ille minister, quae viderat frequenter et [37] audiverat, ultra non abscondit.

etiam in matrimonio integram servat.

g

h

14, 4

Coloss. 2, 9

6. Nec hoc praetereundum [1] esse [2] puto, quod aliquando Constantinopoli [3] cum domino [4] Almo duce [5] commoranti [6] quidam religiosus canonicus Caesariensis ecclesiae, ad Graecorum imperatorem missus, narravit [7] se in gestis sancti Eusebii legisse *i*, quia [8] eadem hora, qua beatus Henricus dissolutus est, sanctus Eusebius Caesareae Palestinae metropolitanus, cum in processione una cum clero et populo incederet, sonum angelicae dulcedinis in excelso [9] audivit, apertisque oculis F cordis [10], animam beati Henrici, filii sancti Stephani primi regis Pannoniae, sursum transferri [11] prospexit [12]. Aderat autem et daemonum multitudo, tamquam si quid in illo deprehenderent [13], unde [14] offendiculum tanto confessori intenderent [15] *k*; cumque sanctus Eusebius in hac visione

Mira quaedam traduntur in illius morte

i

k

[20] *om. C.* — [21] (et re o. n.) o. et re n. *A1*; et rei o. narrata (*sic*) *B1.2.3, D*; rei o. narrato *B4.5.* — [22] (l. e.) e. l. *B.* — [23] eum *add. B.* — [24] eum *add. D.* — [25] (e. Q.) episcopum Quinque ecclesiis *C, D*; quinque *om. B1*; eum *add. A1.*

4. — [1] hoc *C2, D*; — [2] proficiscens *B1.2.3.* — [3] (p. v. m. g. s.) p. v. s. (suarum *B4.5*) m. g. *B.* — [4] nos *C2*; nobis *D.* — [5] possimus *C.* — [6] deputantur *C1*; deputentur *C2.* — [7] referemus *B4.5, D.* — [8] *om. C.* — [9] de *B1*; *om. B. 4.5, C.* — [10] totum *A1.* — [11] vetustissimam *A, C*; mestissimam *D.* — [12] *ita A1, D*; Vuespriniensi *B1*; Wesprimiensi *B2.3*; Vesprimiensi *B4.5*; Vesprimie *C1 post corr., C2.* — [13] (Ch. m.) m. Ch. *B*; martyris *om. A1.* — [14] ubique *A1 ante corr.* — [15] cum *add. C.* — [16] *om. C.* — [17] retractaret *A1.* — [18] de *B.* — [19] intonuit *B, D*; O quam *add. B3.* — [20] (m. et c. a te) a et m. et c. *B.* — [21] et *add. B, D.* — [22] presta *C1.* — [23] de *C2.* — [24] et *B.* — [25] (et noxios-exstingue) *om. C2.* — [26] et *add. A1 sup. lin.* — [27] nec *A1.* — [28] He *A1 post corr.* — [29] insignia *B4, C.* — [30] facta *B1.2.3, D.* — [31] absconditaque *C.*

5. — [1] dum *B.* — [2] et *A1*; et ut *B1.2.3.* — [3] potestas *A1.* — [4] (q. c. e.) quia corruptibilem *B4.5*; que corporis cibus *D.* — [5] macerabat *B.* — [6] saturabat *B.* — [7] *om. A, C, D.* — [8] et *add. A, B1.2.3, C2, D.* — [9] qui *C2.* — [10] restrinxit *A1, C1*; exstinxit *B*; strinxit *D.* — [11] mortalium *B1.2.3.5*; *om. B4.* — [12] Domini *B4, C2.* — [13] exstinguere *A1*; restringere *B1.2.3.5, C1, D.* — [14] iura *B4, C2.* — [15] *om. B4*; genuine *A1 man. pr.* — [16] (v. c. g. h. m.) *om. B5.* — [17] *om. B4.5.* — [18] temporali *A1.* — [19] *om. A1.* — [20] .,· *add. C1.* — [21] eius *A1.* — [22] at *B.* — [23] sunt *add. D.* — [24] *om. B1.* — [25] eligeret *B*; elegit *C1, D.* — [26] *om. A1.* — [27] et *add. B1.2.3.5.* — [28] virtutem *B1.* — [29] ipsa *B1.2.3.* — [30] virginis *B1.2.3.5.* — [31] Dei monstraretur *B1.* — [32] *om. C.* — [33] (in t.) interna *Florianus*; *om. D.* — [34] (v. v.) virginitatis *B1.2.3.5.* — [35] prebuit *B5.* — [36] (f. i. m. q.) et familiaris m. qui *C.* — [37] aut *A1.*

6. — [1] praetermittendum *B.* — [2] *om. C.* — [3] Constantinopolim *B1.2.3, C1, D.* — [4] *om. C2*; (c. d.) *om. D* — [5] (A. d.) alme drice *A1*; alio duce *D.* — [6] commorante *A1 ante corr., B.* — [7] narrat *B.* — [8] quod *C2, D.* — [9] excelsis *B.* — [10] *add. a corr. A1 sup. lin.* — [11] transferre *C1.* — [12] perspexit *B4.5, C2.* — [13] deprenderent *A1*; deprehenderet *C2, D.* — [14] et *add. B.* — [15] intenderet *A1 post corr., C, D*; intendere *A1 ante corr.*

obstupesceret.

VITA obstupesceret, desursum audivit eadem hora hanc ipsam animam beati Henrici in iubilo ad supernam sedem transferri. Eadem quoque visio et melodiae dulcedo cuidam archidiacono per orationem sancti [16] Eusebii revelata est. Et quoniam [17] necessaria [18] sunt miracula, ubi humana [19] imbecillitas ad [20] credendum est tarda, tot tantisque [21] virtutum signis dies obitus sui tricesima coruscavit, ut omnibus in regia urbe *l*, ubi sanctum corpus eius humatum est, commorantibus non dies maeroris, sed gaudii esset, cum nec ipsum patrem maeror ob mortem filii angeret [22], sed eum ad [23] coronam vitae aeternae filio indu-
m bitanter collatam laetitia plena perfunderet *m*.

et post mortem 7. Unum autem de egregiis miraculis, quod postmodum in diebus nostris pro [1] confessore suo Deus revelare dignatus est, nostrae narrationi
n assumimus *n*; quamquam in hoc et in ceteris adeo famosa sine scripto sunt [2] omnia, quod [3] et [4]
Ps. 77, 6. filii, qui nascentur et exsurgent, cognoscent haec et narrabunt filiis suis. Erat igitur [5] vir quidam [6] Chonradus [7] nomine, idemque theotonicus [8] natione, adeo [9] abominabili peccatorum pressura [10]
B sarcinatus, tantaque ignominia affectus, ut quasi
Ioh. 11, 39. quatriduanus [11] in monumento feteret [12]. Sed quoniam ipse, qui Lazarum suscitavit [13] in corpore, cottidie peccatores resuscitat [14] in mente, nec peccatorem praedictum in profundo peccatorum reliquit; sed [15] ut cognosceret [16], quantis esset circumdatus miseriis, oculos [17] mentis eius per compunctionem aperuit. Ille itaque [18] ad vicarium beati [19] Petri Hildebrandum [20], qui Romanae [21] sedi [22] tunc praefuit, veniens, vulnera sui commissi detexit, et [23] postulata satisfactionis [24] iniunctione, medicinam animae expetiit. Papa vero quantitatem peccatorum illius [25] tanquam antehac [26] inauditorum obstupescens, deliberatione habita, vulnera per iniunctam paenitentiam non curavit; ne tamen desperans fluctuaret, consilio peccatorem confirmavit. Itaque lorica illum circumdedit, et eam, ut corpori firmius adhaereat, quinque catenis ferreis ad [27] modum quinque plagarum Christi circumcinxit, chartamque confessione [28] illius inscriptam [29] et cera circumdatam proprioque [30] anulo sigillatam illi porrexit [31], monens [32] et exhortans, quatinus omnia loca, in quibus sancti dormierunt [33], lustraret, sicubi
C divina gratia sanctorum intercessione illum visitaret; hoc autem visitationis divinae signum foret, si quando [34] lorica, fractis catenis, in partes prosiliret [35] et charta nihil inscriptum [36] contineret. Abiens ergo ille plurimorum [37] loca sanctorum peragravit; novissime [38] Hierusalem ad sepulcrum Domini veniens, ibique misericor-
Ps. 146, 3. diam [39] exspectavit ab eo, qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum [40]. Sed D
Dominus non [40*] ostendit in illo virtutem [41] suam Ps. 30, 22.
in civitate munita [42], quatinus ad laudem [42*] et gloriam beati Henrici reservaretur. Interea fama beati Stephani regis Pannoniae, ad cujus sepulcrum cottidiana fiebant miracula, insignis habebatur; consummatoque itinere, vir supra memoratus Albam *o* pervenit, ubi corpus beati [43] *o*
Stephani reconditum venerabatur. Cumque in aliis virtus Dei et intercessio regis eximii crebris [44] miraculis revelaretur [45], ille [46] tamen vir [47] vinculis loricae artius angeretur, penes se cum iuramento confirmavit, quod de loco ecclesiae se non amoveret [48] quousque Dominus in eo ostenderet, quanti meriti beatus Stephanus apud ipsum esset. Factum est autem, cum esset hora diei quasi sexta [49], ex nimia corporis fatigatione [50] et cordis contritione in ecclesia ille [51] obdormivit. Adfuit autem illi in somnis [52] beatus Stephanus, ad hunc modum [53] dicens: *Surge, nec* [54] *in meritis meis praesume apud Deum, quoniam non sufficio pro* [55] *te intercedere; vade ergo ad sepulcrum filii mei beati Henrici; ipsum intercessorem habe* [56]; *ipse*
est, qui in virginali vita [57] *Deo complacuit, cuius* E
vestimenta non sunt coinquinata, et [58] *sequitur* [59] Apoc. 3, 4.
agnum, quocumque ierit; ipse est etiam ex eorum Ibid. 14, 4.
numero, qui ante thronum Dei cantant canticum Ibid. 14, 3.
novum, quod nemo potest canere [60], *nisi is, qui*
virgo est. Eadem itaque hora ille de sommo sur- *ad ipsius*
gens ad sepulcrum beati Henrici in eadem ecclesia *sepulcrum*
situm [61] festinavit, et cum ibidem provolutus *accidisse.*
oraret, repente lorica, fractis catenis, per plurimas partes divisa in terram prosiluit [62], multis in ecclesia admirantibus, unde tanta [63] ferri concussio sonum [64] dedisset. Re autem declarata, convenientibus clero et populo, a [65] Fabiano cancellario, eiusdem [66] ecclesiae rectore *p*, sigillum papae [67], *p*
quod diu ille vir integrum tulerat, confractum est, et charta interius soluta [68] est, sed nec [69] in ea litterarum vestigia [70] apparuerunt. Tunc vero omnes, qui adfuerunt, in laudem Dei atque [71] beati Henrici proruperunt, et ut tantum beneficium memoriale esset, regi Ladisclavo [72], qui tunc temporis Pannoniae praefuit, universisque episcopis et principibus regni, quae [73] viderant, et audierant, super hac re notificaverunt. Rex itaque Ladisclavus [74], utpote divinae religionis
cultor [75], convocato concilio et indicto triduano F
ieiunio, in [76] nonas novembris corpus beati Hen- *Corpus*
rici cum honore elevavit *q*. Qua die et [77] post- *eius*
modum in multis miraculorum virtutibus [78] con- *sollemniter*
fessoris sui merita declarat [79] Iesus Christus *elevatur.*
Dominus noster, qui cum Deo Patre et Spiritu *q*
Sancto [80] vivit [81] et regnat [82] in saecula saeculorum. Amen [83].

[16] beati *C.* — [17] quā *A 1* — [18] in ecclesia *C2.* — [19] humano *B 3.* — [20] (ad c. e. t.) t. e. ad c. *B.* — [21] (t. t.) t. tantis *B 1.2.3.*; t. et t. *B 4.5.* — [22] ageret *A 1 ante corr.* — [23] ob *C 2, D.*

7. — [1] ipso *add. B.* — [2] sint *C.* — [3] *om. B 4.5.* — [4] in *B 1.* — [5] quoque *B 1;* ergo *B 2.3.4.5.* — [6] *om. A 1.* — [7] Conrardus *B 1;* Conradus *B 2.3.4.5, C.* — [8] theutonicus *B 1.2.4.5;* thewtonicus *C.* — [9] ade *B 1.* — [10] pressione *C 2.* — [11] mortuus *add. C.* — [12] esset fetidus *C.* — [13] resuscitavit *B.* — [14] suscitat *C.* — [15] (sed-aperuit) *add. in marg. man. pr. C 1.* — [16] agnosceret *A 1, D.* — [17] oculis *A 1;* oculus *B 1.2.3.* — [18] (il. it.) predictus it. Conradus *C.* — [19] sancti *C.* — [20] *om. B 4, C.* — [21] Roma *A 1;* Rome *A 1 corr.* — [22] qui *add. A 1, at punctis delet.* — [23] *om. C 1.* — [24] satisfactione *A 1, C 1.* — [25] ipsius *B.* — [26] antea *B, C.* — [27] (ad m. q. p. Ch.) *om. A 1, D.* — [28] *ita A 1 post corr., C;* confessionis *B;* confessionen *D.* — [29] inscripta *A 1.* — [30] que *om. B, D.* — [31] et addidit *add. C.* — [32] que *add. B 1.2.3.5, D.* — [33] dormiunt *C, D.* — [34] qm̃ *B 1.* — [35] persaliret *C 2.* — [36] scriptum *B, C.* — [37] plurima *B.* — [38] in *add. C.* — [39] (i. m.) m. ibi *C.* — [40] *om. B 1.* — [40*] *om. B 5, D.* — [41] (in i. v.) illi misericordiam *B 1.2.3.5.* — [42] (s. in c. m.) *om. B 4.* — [42*] eandem *B 5.* — [43] sancti *B.* — [44] celebris *B.* — [45] largius attingeret *C.* — [46] (ille-angeretur) *om. C.* — [47] in *add. B.* — [48] (se n. a.) n. amoveretur *B 4.5.* — [49] vi *A 1;* sexta *B 1.2.3.5;* xii *B 4, C.* — [50] (c. f.) f. c. *B.* — [51] (in e. i.) i. in e. *B.* — [52] (in s.) ex supernis *B 4, C.* — [53] (ad h. m.) *om. C; lineola deletum in B 4.* — [54] nc *A 1;* nec *A 1 corr.;* nunc *B 1;* nunc nec *B 2.3.4.5.* — [55] propter *A 1.* — [56] et *add. B.* — [57] (v. v.) virginitate *B 4, C.* — [58] hic *C.* — [59] sequi *B 1.* — [60] cantare *B 1.2.3, C.* — [61] statim *C.* — [62] prosilivit *B.* — [63] tantam *B 1.2.3;* tantum *B 5.* — [64] sonitum *C.* — [65] ac *B 4, C.* — [66] que *add. B.* — [67] *om. C.* — [68] dissoluta *B;* desoluta *D.* — [69] *om. C.* — [70] non *add. C.* — [71] et *A 1.* — [72] Ladislao *B, C, D.* — [73] quod *B 4.5, C 2;* qui *D.* — [74] Ladislauus *A 1 post corr.;* Ladislaus *B, C, D.* — [75] eximius *add. B 4, C.* — [76] *om. B 4, C.* — [77] *om. A 1.* — [78] et *add. B 1.* — [79] declaravit *B 4, C, D.* — [80] (et S. s.) *om. A 1.* — [81] vivat *B 1.* — [82] Deus *add. B, D.* — [83] EXPLICIT VITA BEATI HENRICI FILII BEATI STEPHANI REGIS UNGARORUM *add. A 1.*

ANNOTATA.

A AUCTORE A. P.

ANNOTATA.

a *Merita Stephani in hac re eodem modo in maius praedicat auctor noster, quo modo fecerunt plerique scriptores etiam antiqui; plane nempe tacet quanta pro Ungarorum conversione ad fidem iam praestitisset Stephani pater Geisa. Hunc iniuriam, ut par erat, nuper denuo notavit v. cl. R. F. Kaindl,* Beitr. zur älteren ung. Gesch. *(1893), p. 17-20.*

b *Cfr.* Act. SS,. *Sept. tom. I, p. 494-6. De litteris S. Stephani, de quibus ibid., p. 494, num. 149 sqq., cfr. inter recentiores Fejérpataky L.,* A Pannonhalmi apátság alapító oklevele, *Budapest, 1878; Városy G. in* Történelmi Tar, *tom. VIII (1885), p. 715-24; Karácksonyi J.,* Szent Istvan királi oklevelei és a Szilveszter-bulla *(1891) et* Ungarische Revue, *tom. XII (1892), p. 290-1. Errat h. l. Vitae auctor; monasterium siquidem S. Martini incohavit non Stephanus, sed pater ipsius Geisa; sanctus autem rex* quod genitor suus inceperat, *id ipse* ad finem perduxit : *ita Stephanus in litteris supra laudatis.*

B c *De hac salutatione vide S. Ladislai regis Decretum I, num. 36* (1).

d Fünfkirchen.

e *Hunc locum multis enarravit Cuperus noster in* Act. SS., *Iul. tom. IV, p. 333-4, num. 33 sqq.; Stiltingus vero (Sept. tom. I, p. 524, num. 266) Cupero assentiens, recte monuit verba illa* paulo post eum in episcopatum sublimavit *latius esse intellegenda, ita ut circa annum 1025, quin etiam aliquot annis serius, Maurus factus sit episcopus. Tricas chronologicas, quibus se implicari questus est, nullo negotio vitasset Cuperus, si* Annales veteres ungaricos *novisset* (2), *in quibus haec ad an. 1036 leguntur:* Maurus episcopus est effectus. *Quibus verbis et supra relata Cuperi Stiltingique coniectura egregie confirmatur, et elevatur alia Cuperi coniectura, Maurum nempe nostrum alium ab eo esse, de quo in Vita S. Gerardi Csanadensis sermo est.*

f Veszprim, *iam tum sedes episcopalis, sub ecclesia metropolitana Strigoniensi constituta.*

g " *Qua stirpe oriunda fuerit virgo sponsa, non „liquet„; ita vere atque sapienter Prilezski* (3). *Alii tamen nomina quaedam proposuerunt deque eis prolixius subinde litigarunt* (4), *sed frustra sane; tacent enim prorsus de hac regia sponsa omnia monumenta historica, neque ulli coniecturae vel tantillum probabili ansam praebent.*

h *Vellem haec ab auctore asseri, qui rebus gestis propinquior exstitisset et gravitate fideque sua maiorem sibi conciliasset auctoritatem. Vel invito enim suboritur suspicio haec ex legendis sancti avunculi, Henrici nempe II imperatoris, in beatum nostrum iuvenem esse translata. Cfr. etiam infra, not.* k.

i *Vide Comm. praev., num. 12.*

k *Haud absimilem historiunculam de S. Henrico imperatore narratam videsis apud Leonem Casinensem,* Chron. *lib. II, cap. 47* (MG., *Scr., tom. VII, p. 658).*

E l *Alba nempe Regali seu Regia, ungarice* Székes-Fejérvár, *germanice* Stuhlweissenburg ; *de qua etiam infra cap. 7. Quae saeculo XVIII facta est sedes episcopalis.*

m *Aliena plane ab his recentiores scriptores ungari commenti sunt, nempe* tanto doloris acerbitate sanctum regem Stephanum exacerbatum esse, ut in gravissimam incideret infirmitatem. *Ita* Chronicon pictum Vindobonense *cap. 41* (5) *et alii recentiores multi.*

n *De hoc facto videsis* Act. SS., *Sept. tom. I, p. 561-2, num. 470-3, ubi fidem mirae narrationi conciliare nititur Stiltingus.*

o *Cfr. supra annot.* l.

p *Cfr. Comm. praev., num. 8, not. 10.*

q *Cfr. ibid. num. 30 sqq.*

(1) Endlicher, *Monum. Arpad.*, p. 331. — (2) De his vide Comm. praev., num. 17, not. 8. — (3) *Act. SS. Ung.*, tom. II, p. 306. — (4) Iohannes Tomcus, *Regiae sanctitatis illyricae faecunditas*, p. 231-2; Pray, *Dissertationes*, p. 48-52; Katona, *Historia critica*, tom. I, p. 326-37; item alii non pauci inter modernos, quos recensere piget. — (5) Florianus, op. cit., tom. II, p. 143.

C F

DE S. GIRARDO

MONACHO O. S. B.

ANNO MCXXIII. ANDEGAVI IN MONASTERIO SANCTI ALBINI I. D. B.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

B. Girardi, *fama sanctitatis clari,*

1. *Ante gallicam perturbationem, in civitate Andegavensi monachi benedictini ad Sanctum Albinum festum* S. Girardi *diem missa et officio proprio agebant; nunc vero, quasi hominum memoria excidisset sanctus ille, iam nulla sui recordatione in Proprio ecclesiae Andegavensis gaudet. Habuit tamen apud coaetaneos et suppares non ignobile nomen. Cum enim anno 1123 e terris ad caelos migravit, in volumine emortuali, quo monachi Sanalbinenses de Marbodi, Redonensis episcopi, funere circumquaque sitas ecclesias certiores fecerunt, ista de* B. Girardo *rettulerunt :* Commendamus etiam orationibus vestris transitum domni Gerardi, fratris nostri, viri plane mirabilis, quem profecto temporibus nostris prolixum vidimus traxisse martyrium. Rebus pauper, meritis dives, parcus sibi, largus egenis, cuius honesta conversatio in caelis erat, dum angelicam in terris vitam gerebat : ubi enim erat thesaurus eius, illic et animus; qui iuxta apostolum semetipsum exhibuit hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; cui ieiunando, vigilando et orando iugiter assistens, oneratus ferro, vinctusque catenis, rationabile reddidit indefessus obsequium, et ut magna breviter

AUCTORE I. D. B.

breviter explicemus, mirabilem vitam mirabiliter incohavit et mirabilius consummavit, bonis meliora, melioribusque semper adiciens optima. Obiit autem eodem anno (1), pridie nonas novembris, in senectute bona virtutum floribus adornatus, caeloque spiritum reddens terram terrae mandavit (2).

Vitam scripsit monachus Sanalbinensis coaevus;

2. *Ideo paucis ab obitu sancti viri elapsis annis, abbas et tota fratrum congregatio quendam e suis, qui cum* Girardo *vivo in monasterio degerat, precibus coegerunt ut onus Vitae conscribendae subiret. Haec enim in prologo testatus est :* Non enim levitatis vel arrogantiae, sed totius pietatis et oboedientiae causa, seniorum nostrorum imperiis et precibus victi, maiorem viribus laborem assumpsimus, qui beatum virum una nobiscum viventem in corpore viderunt, audierunt et dilexerunt... mandari litteris merito censuerunt; *atque postea cum felicem beati viri ad Dominum transitum iam narraturus esset, iterum ipse auctor, quando vixerit, quodammodo declaravit dicens :* Multa quae vidimus et audivimus omittentes. *His vero inter se collatis, iure statuendum videtur scriptorem* B *Vitae monasterii Andegavensis Sancti Albini alumnum fuisse et aliquandiu cum* S. Girardo *sub regulari disciplina Domino ibidem militasse. Itaque* B. Girardi *Acta, utpote a coaevo descripta, sunt optimae notae, nosque beati viri mores ac merita plene edocebunt. Sed, quia inter claustri parietes virtutibus exercendis summopere intentus, vix ullas rerum agendarum partes suscepit* Girardus, *ex eius Actis, quae anno 1869 primum prodierunt* (3), *parum novae lucis rebus historicis affulsit, nec magis ipsius disciplinae monasticae rationi. Etenim varii, qui hacce aetate in usu erant, macerandi corporis modi aliunde innotescunt; compluribus aliis documentis compertum habebamus principes terrenos saeculo undecimo et duodecimo in praedia monachorum violentas manus iniecisse; nec ante quam* B. Girardi *edita erant Acta, inauditum erat aliquos apud Benedictinos a vita communi deflectentes eremiticam vitam inter fratres egisse. Itaque si* Girardi *Vita, rerum capita quod spectat, vix novi quicquam eruditos edocet, hac ipsa tamen rerum narratarum cum huiusce aetatis moribus convenientia adducimur ut nullum de Actorum authentia dubium moveamus.*

Vitae subiunctus est libellus miraculorum, medio saeculo XII conscriptus

3. *In duplici codice, quem Vitam* Girardi *continere hucusque deprehendimus, ipsi Vitae annexa est longa miraculorum series. Horum autem descriptor sui nominis memoriam nusquam inscriptam dereliquit. Ipsum tamen miraculorum oculatum testem novimus cum profiteatur :* Nonnulla miracula, quae vidimus, declarare decrevimus. *Ex nonnullis indiciis, licet subobscuris, se prodit monachum Sancti Albini. Etenim miraculum vigesimum primum in ecclesia Sancti Albini patratum praedicat* apud nos factum, *ac in eadem ecclesia mulieres duae* (4), *quae per septimanam* viscera nostra turbaverant, *sanitate donatas tradit. Quid scriptor assereret facta miracula* nobis maiora gaudia (5) *praebuisse, nisi ipse inter Sanalbinenses annumeratus fuisset? Quid sibi praecaveret* a monasticae vitae adversariis (6), *nisi ipse monachus esset? Praeterea, ni fallor, de tempore quo ista miracula collecta sunt, probabili coniectura quaedam statui possunt. Etenim in chronico Sancti Albini* D *Andegavensis non tantum ad annum 1123 haec inscripta fuerunt :* Obiit Marbodus episcopus atque domnus Girardus monachus, *sed etiam ad annum 1153 :* Sanctus Girardus monachus in monasterio beati Albini Andecavis multis virtutibus et miraculis insignis habetur (7). *At in miraculo vigesimo quinto, Henricus ille, qui, mortuo Stephano rege, anno 1154 Anglorum regnum capessivit, regia nuncupatione omissa, nominatur tantum* dux Normannorum et comes Andecavorum. *Comitatum autem Andegavensem suscepit anno 1151. Insuper in miraculo trigesimo primo cuidam temporis notae offendimus, quae cum anno 1153 convenire potest. Relatum est enim miraculum quod contigit* in vigilia sancti Laurentii, qua dies dominica habebatur. *Anno vero 1153, quem chronographus Sanalbinensis miraculis insignem dixit, vigilia S. Laurentii incidit in diem dominicam. Ex his simul collatis probabilius esse videtur miracula conscripta fuisse anno saeculi duodecimi quinquagesimo tertio aut quarto.*

probabilius a Vitae auctore;

4. *Et his quidem statutis, superest tandem ut inquiratur utrum opusculum de vita et libellus miraculorum eundem sibi auctorem agnoscant. Hic una sternitur concludendi via, nempe similis quaedam scribendi ratio. Quamvis hoc genus argumentorum, ut plurimum, errandi periculo non vacet, tamen certum est non ea inter utramque scripturam discrimina intercedere, quibus necessario sit statuendum eas a diversis confectas esse. Nec propter seriem annorum elapsam inter* S. Girardi *mortem, qui anno 1123 obiit et hanc miraculorum descriptionem sub annum 1154 factam certo contendi potest duorum opusculorum diversos auctores esse. Etenim non ea annorum series interfluxit, ut monachus* S. Girardi *coaevus, qui aetate maturus scribendi initium fecit, nequiverit anno 1154 idem onus subire. Postremo libellus miraculorum, qui in fine clausula sua carere videtur, non semel has formulas exhibet, quibus eiusdem speciei libelli concluduntur. Exinde hoc tantum iure conici potest, scilicet auctorem, novis editis miraculis, denuo calamum strinxisse ac tandem a scribendo defecisse, non quia prosequendi operis consilium animo abiecerat, sed quia pro tempore scribendi materia deerat.*

qui libellus hic primum edetur.

5. *Cum ex eo tempore, quo primum in lucem venit* Vita B. Girardi, *minime nobis contigerit ut tertium quendam codicem nancisceremur, quocum conferretur Vita typis data, id viros eruditos ratum habituros esse speramus si, recusa Vita ex nuper prolata editione, miracula ediderimus ex codice Parisino signato num. 13092, qui olim fuit* " ex monasterio Sancti Albini Andegavensis " (8), *collato cum Andegavensi signato num. 738* (9).

Ad Girardi tumulum saeculo XII confluebant aegroti.

6. *In illis quae de veneratione beato viro exhibita dicenda supersunt, R. P. D. Franciscum Chamard potissimum ducem sequemur, qui in libro suo* Les Vies des saints personnages de l'Anjou (10) *de hac re fuse disseruit. Nulla hucusque deprehensa sunt indicia quibus innotescat* B. Girardi *cultum extra domesticos parietes diffusum fuisse; sed Andegavi, in basilica Sancti Albani saeculo XII gloriosum fuit eius sepulcrum. Quod manifesto clamant totus Miraculorum libellus et frequens illa languentium multitudo ex circumvicinis locis ad sancti viri mausoleum concurrentium. At nullis argumentis traditum putamus eodem saeculo a praepositis*

(1) Scilicet 1123. — (2) Delisle, *Rouleaux des morts du IXe au XVe siècle*, p. 345-46. — (3) Apud P. Marchegay et Aem. Mabille, *Chroniques des églises d'Anjou*, Paris, 1869, p. 93-126. — (4) Vide infra miracul. 28. — (5) Mirac. 37. — (6) Mirac. 46. — (7) Marchegay et Mabille, op. cit., p. 32, 37. — (8) *Catalog. cod. hagiogr. lat. bibl. nat. Paris.*, tom. III, p. 181. — (9) Lemarchand, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque d'Angers*, p. 280. — (10) Tom. II, pp. 158-204.

Sancti

Saec. XIII elevantur eius reliquiae;

Sancti Albini ullam sacri corporis a terra elevationem translationemve celebratam fuisse. In libello Miraculorum solummodo mentio facta est de duabus columnis, quae ad beati viri sepulturam ornandam exstructae fuerunt. Saeculo XIII sacris B. Girardi *pignoribus in capsam ex argento inaurato translatis, sacrum eius caput a ceteris reliquiis sepositum in theca argentea reconditum fuit. Insuper, eodem saeculo ad finem vergente, ne sibi debito honore* S. Girardus *defraudaretur, altari, quod eius nomini dedicatum erat, capellaniae duae annexae fuerunt. At saeculo XIV, monachis a regulari disciplinae observatione deficientibus, ita etiam ex ipsorum cordibus elapsum est avitae pietatis in* Girardum *studium, ut per longam annorum seriem tanti patroni memoria penitus abolita videretur; donec anno 1468 praeside Petro de Lavallo, abbate commendatario, collectis in unum totius abbatiae deputatis, communi consilio statutum est de instauranda* B. Girardi *festivitate. De his vero quae tunc acta sunt haec refert codex bibliothecae Andegavensis signatus num. 80 ac inscriptus :* Ordo ad usum monasterii Sancti

saec. XV cultus B. Girardi *innovatur*

B Albini, *fol. 74ᵛ-75ʳ.*

Nota quod anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo statutum fuit in capitulo generali de assensu et voluntate totius conventus, in quo praesidebat generosus vir dominus Petrus de Laval, tunc abbas commandatarius istius monasterii, ac aliorum virorum tunc assistentium, quod festum sancti Gerardi quod negligenter et per aliqua intervalla temporum non fuerat sollemnizatum, de cetero celebraretur annuatim sicut festum sancti Clari, cum propriis hymnis, eo modo quo inferius dicetur. Ad vesperas. Vesperae dicentur de omnibus sanctis .... postea dicantur vesperae de sancto Giraldo. Antiphona solita super psalmos, sicut est in libro. Psalmi de feria. Capitulum. Beatus vir qui inventus. ℟. et ℣. sicut sunt in libro. Statio ad altare sancti Girardi.

AUCTORE I. D. B.

℟. Sanctissime, cum versu.

ac perdurat ad finem saec. XVIII.

7. *Exinde apud eos omnes qui ditioni Sancti Albini subiacebant, in tantum innovata est* B. Girardi *veneratio ut non raro in pactis publicis ab eius festivitate tempus definiretur. Ad annum usque 1623 quietus iacuerat* B. Girardus *sub altari, quod suo nomini fuerat dedicatum. Tunc vero cum ex ea parte basilica reficienda esset, alio, intra tamen ecclesiae ambitum, sancti viri reliquiae delatae sunt. Anno tandem 1693 exstructa est iuxta maius altare in cornu evangelii nova capella in honorem* B. Girardi, *auspiciis reverendissimi domni abbatis Mauritii le Pelletier, cuius frater ecclesiae Andegavensi praesidebat. Huc in novam capellam servi Dei lipsana translata fuisse memoriae traditum est; ibique usque ad res publicas apud Gallos innovatas in magno honore remanserunt. Nam populi circumvicini certatim huc properabant, beatum Dei* E *servum in vota vocaturi. Saeviente vero procella non tantum* B. Girardi, *sed et aliorum quae apud Sanctum Albinum sanctorum reliquiae servabantur, ne ab impiis violarentur, cuiusdam viri christianissimi studio reconditae fuerunt in coemeterio Sancti Laudi, tanta quidem cura ut postea a domino Le Bastard, curato Sancti Laudi, licet datis indiciis sedulo insisteret, nullo modo reperiri potuerint, nec ulla certa spes remaneat fore ut tantum thesaurum ecclesia Andegavensis recuperet.*

VITA S. GIRARDI CONFESSORIS

ex editione P. Marchegay et Aem. Mabille, Chroniques des églises d'Anjou, *p. 95-126.*

PROLOGUS

Indoctus auctor ex oboedientia compulsus scribit.

** codd.* cupientes.

1. Cum sanctissimi Girardi notitiae fidelium gesta scribendo tradere cupimus *, Dei omnipotentis, a quo omnis sapientia est, misericordiam et auxilium imploramus, ut qui ei bene vivendi virtutem largitus est, nobis facultatem tribuat bona eius opera digne referendi. Non enim levitatis vel arrogantiae, sed totius pietatis et oboedientiae causa, seniorum nostrorum imperiis et precibus victi, maiorem viribus laborem assumpsimus, qui beatum virum una nobiscum viventem in corpore viderunt, audierunt et dilexerunt, ideoque admirabilem eius vitam in exemplum hominibus profuturam mandari litteris merito censuerunt. Sicut enim dicere quod noceat perniciosum est, ita silere quod proficiat invidiosum est. Quod si aliquis imperitiam nostram vilitatemque nostri status fastidiens, culpandum putaverit quod materiam et disertis viris meritoque reservandam praeoccupaverimus, huiusmodi reprehensor meminerit Dominum Iesum non per magistratus et oratores, sed per publicanos et peccatores sanctum mundo evangelium enuntiasse; simulque consideret quod sanctus iste, de quo loqui voluimus, humilibus et exiguis contentus, altas saeculi res pro Christi amore postposuit et sanctae Scripturae simplicitatem tumentibus F oratorum facetiis postposuit. Liceat ergo nobis de simplicitatis et humilitatis cultore simpliciter et humiliter aliquid elicere, et si non aurum et argentum, saltem pilos caprarum in tabernaculo Deo offerre. Confitemur equidem aliquem sanctorum * nobis doctiorem huius operis relatorem esse debuisse; sed quia illud ab omnibus postponi cernimus, ruborem verecundiae maluimus incurrere quam tanti viri operto silentio patiamur obumbrari. Multa quippe utilia, dum quasi melius dicenda doctis et indoctis saepius praetermissa, oblivione deleta sunt; unde multum antiquorum studiis derogamus, quod vitas et gesta multorum scribere sanctorum neglexerunt quorum modo sollemnitates colimus et actus ignoramus : exemplum quippe virtutis memoriae hominum mundo placentium facile subducitur. Quapropter dabimus operam incredibilem, incredibilem et abstinentiam digna huius beati viri opera magis veraci quam diserto sermone describere, ut saltem quasi materiam habeant periti et sublimes, unde ad aedificationem ecclesiae loqui de illo diserte, cum libuerit, possint.

** ed. corr.* fratrum.

CAPUT

VITA

CAPUT PRIMUM.

S. Girardi nativitas ac pia institutio; primordia vitae monasticae apud Sanctum Albinum ac mansio in praedio Brociaco.

Piis parentibus natus, in lege Domini a *ac ecclesiasticis officiis eruditus, sacros ordines suscipit.*

2. Igitur Girardus in pago Andegavensi apud Castellum Gunterii *a* ingenuis parentibus procreatus est; quorum diligenti nutritus cura, sacro renatus baptismate, ecclesiasticis disciplinis imbuendus et litteris, religiosis praeceptoribus traditus est. In ipsa autem pueritia erat ei maturum iam studium, singularis innocentia, ingenium non ad vitia, sed ad ecclesiastica officia promptum. Psalmos, hymnos, cantica quoque ex libris propheticis excerpta assidue rimabatur; scurrilitates vero et obscenas poetarum turpitudines, quas sine iactura pudicitiae vix ullus hominum discere aut docere praevalet, a corde et ore removit;
B lectiones autem authenticorum librorum quae diversis temporibus in ecclesia recitantur, homelias quoque evangeliorum, antiphonas et responsoria simulque cantilenam sancti Gregorii *b* discere curavit et memoriae commendare. His et huiusmodi pueritiae suae tempora studiis occupavit, et pectus, Deo penetrale futurum, non vitiis, sed bono virtutum odore replevit. Ubi vero adulescentiae annos attigit, vigiliis, orationibus atque ieiuniis corpus exercere coepit; sacris ordinibus more ecclesiastico sibi traditis, omni puritate vitam suam custodiens, acceptabilem se Deo et omnibus hominibus exhibebat. Virginitatis perpetuae amator et custos, corpus suum ab omni spurcitia incontaminatum custodivit; nec ob id in superbiam elatus inferiores se umquam despexit, sed ad meliora hortari satagebat. Qui enim de virginitate vel abstinentia superbire non metuit, ita virtutes sicut brutum animal panes baiulat, quia nec brutum animal de panibus reficitur, nec superbus de virtute remuneratur. Quapropter iste sanctus, sicut luxuriam, ita quoque iactantiam, odium, cupiditatem, avaritiam vitavit, contempsit, calcavit; a murmurationibus, a de-
C tractionibus, a laesionibus proximorum animum, linguam manusque continuit; omnibus benevolum, omnibus mitem, omnibus mansuetum se praebuit; et quia otiositas inimica est animae, otio animum numquam marcescere permisit. Plerumque in agro, nonnumquam in vinea, saepius in horto aliquid operabatur. Circa ecclesiam maxime semper occupatus, sollicitus erat si altare venustum, si lampades mundae, si parietes absque fuligine, si vestimenta integra et nitida, si vasa sacrosancta decenter reposita essent. Diligebat quippe cum propheta decorem domus tuae, Domine. Talibus studiis talibusque virtutibus subdiaconus et diaconus effulsit.

Sacerdos factus virtutis exercendae sollicitior est.

3. Cum igitur iuventutis annos ita transegisset, impulsu et favore bonorum, immo potius Dei nutu sacerdos ordinatus est. In quo ordine positus extendit vigilias, augmentavit ieiunia, orationes multiplicavit. Elemosynas pro posse suo indigentibus libentissime largiebatur; curam animarum agens, ignaros instruebat, errantes corrigebat, miseris subveniebat. Non opes aggregare, non praedia multiplicare, non domos immensis trabibus aut columnis aedificare curavit; sed omni modestia contentus honestatem in habitu, humilitatem in moribus praeferebat, cum bene gaudentibus gaudebat, cum flentibus vero flebat. Gregem Christi a leone invisibili, qui semper circuit quaerens quem devoret, assiduis orationibus protegebat, scurriliter et turpiter se agentes severis sermonibus corripiebat, rixantes pacificabat, omnibus exemplum boni operis in se ipso ostendebat. Ecclesiae igitur doctor erat egregius, quia bona opera magis facere quam dicere satagebat; et certe magis laudabile est et acceptum Deo sub silentio bene vivere quam solummodo bene dicere et doctrinam suam male vivendo polluere. Quapropter beatus Girardus quos minus docebat sermone perfecte bono instituebat opere, ita ut qui vitam eius pie intuerentur quid agere deberent adverterent. Coepit interea animus eius ad meliora provehi, et quasi antea nihil promovisset, ad ampliora virtutum exercitia totis desideriis anhelabat. Videns namque mundum in maligno positum, amatores suos per varios anfractus vitiorum et illecebras vitae corruptibiliter ad praecipitia trahentem, eum propriis omnibus derelictis relinquere cogitabat, ut Christum pro nobis factum egenum egens ipse sequeretur. Agellis itaque et domibus suis, ut mos est apud nos, parentibus derelictis, et facultatibus aliis distractis et pauperibus distributis, monachus in monasterio Beati Albini *c* factus est. In quo ordine ita vivere studuit ut qui ante perfectis in religione monachis aequandus erat, ipsos iam perfectos perfectione laudabili superaret. Erat enim mirae humilitatis, summae oboedientiae, adeo ut etiam minorum imperia non contempserit. Omni vilitate vel extremitate contentus, tantae fuit patientiae ut frequenter acceptis iniuriis rideret; cumque regulam vigiliarum, ieiuniorum et divinorum officiorum, quam fratres alii tenebant, perfecte custodiret, tamen illam, in quantum poterat, occulte orando, vigilando, ieiunando supergrediebatur.

et gregi commisso rite invigilat.

Vitae perfectioris desiderio monachatur apud S. Albinum. c

Tendens de die in diem ad maiorem sanctitatem,

4. Virtute compunctionis maxime abundabat: raro enim aut numquam sacrificium Deo sine lacrimis obtulit; in ipsa etiam psalmodia vel privata oratione lacrimis saepissime suffundebatur. Incredibilem vero abstinentiam et prolixas cruces, quas corpori suo postea intulit, non ipso fervore conversionis arripuit; sed gradatim et per incrementa temporum bonis meliora, melioribus semper ponebat optima, donec ad summum perfe- F
ctionis culmen attigit. Pulchrius est enim ad summa de parvis ascendere, quam de summis ad ima corruere. Quia igitur beatus est qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae, beatum Girardum permisit Dominus ab inimico humani generis diu multumque multipliciter tentari, nec superari.

tentatur importune a diabolo.

5. Cernens denique malignus spiritus illum, utpote virginitatis custodem, luxuriam omnino abhorrere, avaritiam calcare, odium declinare, superbiam devitare, gulam domare, mundumque cum omnibus ludibriis et illecebris suis contemnere, invidit et ad eum impugnandum omnem dolum et totius malignitatis suae convertit argumentum. Et primo quidem erraticis et vanis cogitationibus pectus illius tempore orationis fatigabat. Postea vero cum ille minime cederet, sed e contra orationi et lacrimis attentius insisteret, praedictis cogitationibus vanas imagines et deliramenta somniorum adiungens, eius mentem adeo concussit ut publice coram conventu fratrum qualibus a diabolo artibus impugnaretur, exponeret et orationem pro se fieri a fratribus cum magna cordis contritione deposceret; cui abbas ipsius coenobii

d coenobii nomine Girardus *d*, vir prudentissimus et plene in scripturis sanctis eruditus, sermonem faciens et hostis antiqui fraudes detegens ac Scripturae sacrae multifaria documenta sanctorumque virorum, qui viriliter resistentes diabolo, eum Deo auxiliante vicerunt, exempla proponens, famulum Dei meruit ab instanti periculo liberari. Fecit ergo Dominus beato Girardo cum tentatione proventum, ut posset sustinere. Deinde extra monasterium per cellulas abbatiae a praedicto missus patre, tanto liberius quanto secretius spiritualibus exercitiis inhaerebat.

Praepositus villae de Brociaco,

6. Sequenti tempore quidam de proceribus, nomine Berlaius *e* locum, qui dicitur Brociacus *f*, Sancto Albino in elemosinam dedit: ea scilicet ratione ut abbas ibidem ad excolendum illum unum de suis monachis mitteret. Cui loco ab abbate iussus praeesse beatus Girardus oratorium ibidem aedificavit, terram excoluit, hortos et vineas plantavit, et quasi eremita illic cum paucissimis agricolis manuum suarum labore vivere coepit. Victus illi cum bubulcis et pastoribus suis communis erat, excepto quod adipem et B vinum illis interdum largiebatur, ipse vero penitus ab his abstinebat. Ex illo enim tempore a pane triticeo et vini potione penitus abstinere coepit, adipem vero pluribus ab annis ante iam non attigerat. Pisces autem, si quando illi ab aliquo pro caritate mittebantur, fratribus suis agricolis impertiebatur, ipse vero legumina et lac pro summis percipiebat deliciis. Quotiens tamen foris cum fratribus comedisset, pisces elixos* attingere videbatur, semper ostentationem fugiens et suam abstinentiam toto studio occultare desiderans. Rhenone *g* iam et stamineo* non induebatur, cilicio tamen sub cuculla indutus et tunica. Asseres etiam et hastulas tenuiter feno vel palea coopertas posuerat in loco ubi cubare consueverat.

artius ieiunat,

* *ed.* eliseos.

* *ed.* Arnone iam et stamine.

demortuorum animas videt,

7. Tantam ergo gratiam ex illo iam tempore promeruit a Domino ut animas defunctorum, quae ex hac luce transierant, saepe visibiliter corporeis oculis videret et malignos spiritus crebro contueretur et contemneret. Duos etenim ecclesiae nostrae seniores ante aliquot annos defunctos, quorum unus Guido*, alter Petrus dictus erat, quadam die ante altare oratorii sui positus ad se C venientes vidit; a quibus cum quaereret quomodo essent, in pace se quiescere responderunt. Alia autem attentare miracula nolebat, humanam laudem tota intentione devitans. Quamvis vitam virtutibus dignissimam gereret, tamen sola pietas eum ad quaedam opera impulit, quae nullus negare potest esse digna miraculo. Referamus ergo ex eis sub testimonio Christi nonnulla ad laudem Dei et memoriam sancti sui et ad aedificationem multorum.

* *ed.* Gido

serpentem a vastatione cohibet

8. Iuxta praedictam possessionem in qua manebat servus Dei, est bosculus cuius arbores non magnae proceritatis, sed nimiae solent esse densitatis, tantaque abundantia spinarum et vepium ut vix ullum per eandem silvam iter appareret. Cum igitur quadam die quidam rusticus prope eandem silvam deambularet, audivit sonitum magnum inter vepres et virgulta accurrentis bestiae. Qui aprum vel bovem putans esse exspectabat, cum protinus videt serpentem truculenti vultus et insolitae magnitudinis. Quo viso, rusticus nimio timore correptus adiutorium cum magno stridore et clamore implorabat. Cuius voces homo Dei audiens oratorio suo egressus accurrit, conspexit draconem in hominem illum impetum facientem; cui statim misericordia motus in nomine Christi et facto signo crucis imperavit, ut hominem dimitteret et quam citius discederet. Paruit ilico mala bestia et recessit, et silvae densitatem repetens amplius in illo loco non apparuit. Vir autem Domini hominem ereptum, qui adhuc quasi febrem patiens tremebat, refovit et consolatus est, ac sanum et incolumem ad propria redire iussit. Ad hoc igitur miraculum compassio illum et caritas impulit, quia maluit virtutem facere quam fratri non succurrere.

VITA

itemque vulpeculam;

9. Per idem tempus vulpis ex proximo nemore veniens, colonis ipsius ruris damnum inferre consueverat, gallinas eorum rapiens et devorans. Cumque de hac re pauperes illi apud hominem Dei Girardum saepissime quererentur, quadam die summo mane vulpis veniens domos pauperum circuire coepit, praedam quaerens quam raperet. Cum ergo in loco illo visa fuisset, eam rustici cum baculis et canibus sequi coeperunt. Unus etiam iaciens baculum eam percussit; quae fugiens recto cursu ad genua viri Dei, qui iuxta oratorium suum orans sedebat, venit et quasi catulus domesticus eius vestigiis adhaesit. Ipse vero inter genua E suscipiens eam, increpato percussore et repulsis canibus, vulpem velut privatum animal manu mulcebat et solita ei simplicitate loquebatur: *Cur,* inquit, *o bestiola, gallinas pauperum rapiebas? Cur tale damnum hominibus nostris faciebas? Modo prope capta es et morti tradita; vide ne amplius hoc facias. Quod si feceris, si quando fueris capta, non alium fideiussorem quam pellem dabis tuam.* Talia dicens et ab ortu solis usque ad horam diei primam mansuete illam sub veste sua morari permittens, quando sibi placuit, praecepit ut sana discederet. At illa dicto citius oboediens ad propria latibula recessit et gallinas pauperum, ut audivimus, postea minime invasit. Quis haec miracula neget esse? quis non ob ista in laudem Dei resolvat ora et merita sanctissimi servi sui Girardi praedicet?

aviculae ei mansuescunt.

10. Plurimis etiam videntibus et stupentibus, parvae aviculae, quae semper hominum praesentiam refugiunt, ad eundem virum Dei advolare consueverant et cibum ab eo intrepide accipere; quibus ipse grana seminum et nuces dabat, ita ut, cum satiatae aliae discederent, aliae satiandae vicissim succederent. Sed haec quamvis mira sint, F tamen in comparatione aliorum quae gessit et durissimae abstinentiae eius, ad quam sermo festinat, satis parva esse creduntur. Cum igitur per decem et eo amplius annos vir Dei in praedicta cellula commoratus, angelicam duceret conversationem, inimicus humani generis incitavit quendam militem nomine Iofredum vicini castelli, quod Duatum *h* vocant, dominum ut persequeretur eum. Nam cum inimicitias praedictus miles exerceret adversus Berlaium, qui supradictam possessionem Sancto Albino donaverat, virum Dei Girardum, quasi Berlaii monachum, odio habens et eius substantiolam diripere gestiens, quadam die cum valida manu satellitum suorum improvisus ad domum eius accurrit. Praesenserat quidem adventum eius vir Dei et pauperes agricolas fugere fecerat; ipse vero cum pecudibus et sarcinulis suis in rupe sua se receperat. Filius ergo iniquitatis per agros discurrens, dum homines, quos quaerebat, et pecudes non invenisset, furore arreptus, cum igne et fumo in rupem super beatum virum impetum fecit, volens rupem capere et servum Dei Girardum vel occidere vel, pecoribus captis, eum nudum dimittere; quod

Hostilem invasionem perpessus

h

VITA quod facere non potuit, quamvis ad hoc diu multumque cum comitibus suis sudaverit. Mirum dictu, sedebat interius senex solus, sine armis, sine defensoribus, sine ullo portarum obstaculo, quando foris diabolus per ministrum suum ardebat, fumabat, strepebat et quasi per rimas vasculi sui se ipsum horribilem et omni bellua truculentiorem quodam modo videntibus ostendebat, donec orationibus viri Dei repulsus, victus et confusus abscessit. Peccatum ergo infelicis illius viri vere misericors amarissime flevit et illi adeo indulsit ut nec querimoniam quidem apud quempiam faceret. Abbas autem et monachi beati Albini audientes persecutionem quam servo Dei diabolus faciebat, eum a praedicto rure accersitum ad praedium, quod Sarmasias *i* dicitur, migrare fecerunt; ubi tanta abstinentia se ipsum affligere coepit, ut monachus cum quo morabatur, nomine Ulgerius, ad monasterium veniens abbati suggereret quod ipse servus Dei se penitus fame occideret. In hac ergo possessione cum se ipsum holocaustum vivum Domino cottidie immolaret, quadam die antiquus hostis, non in visione aut

Sarmasias est missus; i

ubi a daemone vexatur.

B per somnium sed aperte et visibiliter cum grandi turba satellitum, arma bellica gestantium, eum in oratorio positum subito aggressus est et impetu facto orantem obruere et discerpere moliebatur. At ille parum territus Dei et beatae Mariae auxilium, luminibus in caelum intentis, implorabat et spem in Dei misericordia habens, terribiles minas et truces inimicorum vultus despiciebat; cumque clamaret ad Dominum, de illius auxilio securus repente contra spiritus immundos signum crucis fecit. Ilico omnis illa turba spirituum malignorum, ut fumus vento tactus, evanuit; sed recedens tam terribili strepitu omne illud oratorium concussit, ut terra tremuisse et cellula funditus corruisse ipsi bono viro visa sit, fratres quoque, qui in ea tunc meridie in lectulis suis quiescebant, eadem concussione excitarentur. Servus ergo Dei, hostibus fugatis, maiestati psallere coepit, quia ibi contriverat Dominus capita draconis et confregerat potentias, arcum, scutum, gladium et bellum, atque illuminaverat eum a montibus aeternis. Laudanti igitur et gratias agenti Dominus Iesus in summa caeli arce stans apparuit et ei, ut ipse postea confessus est, elevata manu

C benedixit. Nec hoc incredibile esse debet, cum ipse Dominus in evangelio pollicitus sit dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Promissa siquidem veritatis aliquando in praesenti saeculo explentur, aliquando in futuro complenda servantur. Hac ergo visione servus Dei exhilaratus, ita deinceps robustus est redditus ut numquam postea daemonum impetus, quamvis oculis eius saepissime se ingererent, formidaverit.

ANNOTATA.

a *Hic monet R. P. Dom. Chamard* op. cit., *p. 159, cl. viro Péan de la Tuilerie,* Description d'Angers, *p. 155, contigisse ut beati nostri nativitatis locum propius definiret, nempe castrum* Loiseliere, *in parochia* Bazouges *situm. Hic olim non ignobilis vicus nunc ad suburbana oppidi* Château-Gontier *pertinet. Hoc autem oppidum nunc est* chef-lieu d'arrondissement, dép. Mayenne. *Cfr. Maître,* Dict. topogr. du départ. de la Mayenne, *p. 73.*

b *His verbis significari videtur haec cantandi ratio quae vulgo fertur inducta a S. Gregorio Magno.*

c *Vid.* Gall. christ., *tom. XVI, p. 603 sqq.* D

d *Girardus abbas electus an. 1082, vita functus est 5 id. ianuarii an. 1106. Ibid., p. 610-613.*

e De hoc dono revestivit ipse Berlaius castri Mosterioli dominus cum uno baculo Girardum abbatem Andecavis in capitulo S. Albini feria IV^{a} idus septembris anno ab incarnatione Domini MXCVII, ex charta fundationis. *Ita editores operis* Chroniques des églises d'Anjou, *pp. 99. Charta vero edita est apud Sammarthanos,* Galla christiana *(ed. 1656), tom. IV, p. 25.*

f Brossay, *cant. Montreuil-Bellay, arr. Saumur, dép. Maine-et-Loire, Andegavo distans kil. 50. Vid. Port,* Dict. hist., géogr. et biogr. de Maine-et-Loire, *tom. I, p. 519.*

g Vestis ex pellibus confecta quae humeros et latera tegebat, *ita Du Cange, s. v.*

h Doué, *oppidulum,* chef-lieu de cant., arr. de Saumur, *distat Andegavo kil. 40. Port,* op. cit., *tom. II, p. 54.*

i Sermaise, *cant. Seiches, arr. Baugé, distat Andegavo kil. 32. Port, tom. III, p. 521.*

E

CAPUT SECUNDUM.

Beati Girardi continuatum ieiunium, dura paenitentia atque miracula.

11. Post hoc iubente abbate ad monasterium reversus, accepta licentia, secrete a monacho qui elemosynae fratrum praeerat, nomine Arduino, panem hordeaceum postulavit cum aqua cinere aspersa confectum; quo ad voluntatem eius parato, uno pane parvulo multis diebus usus est. Vino et piscibus pulmentisque prorsus abiuratis, pomis arborum herbisque crudis sine sale interdum utebatur. Potus eius erat amarissimus, aqua scilicet cum foliis lauri cocta. Hac itaque esca aliquanto tempore usus, maiorem abstinentiam arripere cogitabat; anima quippe Deo adhaerens sibi defectum videtur * incurrere nisi semper possit meliorando proficere. Quapropter beatus Girardus ex illo tempore ab omni pane et omni potu coepit abstinere, herbis atque radicibus F pomisque arborum sive cepis pro summis contentus deliciis; si quando ista deficiebant, aliquando mel et in praecipuis festivitatibus piscibus sine sale et potu utebatur. Non tamen ob istam incredibilem abstinentiam a choro psallentium deerat, sed omnibus diurnis et nocturnis horis ceteros fratres ad Dei servitium anticipabat. Omnibus noctibus in oratorio magnam partem noctis ante vigilias pervigilem ducebat, post vigilias vero ad stratum non revertebatur; quare abbate et fratribus concordantibus, a supradicto elemosynario aedificata est ei domuncula iuxta ecclesiam, in qua postea omni die ieiunans post vesperas reficiebatur, in qua etiam nocturnis diurnisque temporibus orationibus cum lacrimis et gemitibus sine cessationibus vacabat. Qui cum tantae virtutis esset, numquam tamen ob hoc vitio succubuit iactantiae, non aliorum prandiis detraxit, sed infirmis saepe sorbitiunculas cum adipe et vino factas manibus propriis offerebat, et si paululum tardasset prioris sententia, sollicite illis misericordiam impendi flagitabat. Omnibus infirmis ciborum suorum reliquias quaerentibus hilariter porrigebat et omnibus fratribus ad se venientibus

Reversus in abbatiam,

in maiore abstinentia

* *ed.* videri

eremiticc vivit,

VITA

A venientibus cibos suos, etiam cum magnam pateretur penuriam, libentissime largiebatur, ita ut vix umquam aliquem vacuum a se abire permitteret.

omnimode corpus cruciatur.

12. Ipse autem adhuc in mortificatione carnis suae animatus, huic abstinentiae adiecit ferreos nexus, quibus corpus suum durissime circumdedit. Torque igitur ferrea collum suum ambiit et ad ipsam torquem lapidem suspensum gestabat; cingulo ferreo prope trium digitorum latitudinem habente per ventrem sub cilicio cingebatur, anulos quoque ferreos in utroque brachio prope scapulas et prope manus, duobus scilicet in locis habebat; similiter in utraque coxa et in cruribus circulos ferreos gestabat. Talj tantoque discrimine corpus suum damnaverat. Si quando vero parvum somnum * percipiebat, super terram, trunco vel lapide ad caput posito, se reclinabat. Quid alii sentiant, ignoramus; nos fidenter astruimus beatum Girardum inter tot cruces immensum tulisse martyrium. Cottidie ergo lacrimae, gemitus et oratio sine intermissione. Denique quando per hortulum cellulae suae cohaerentem deambulabat cum parvissimo bidente noxia gramina cradicando, semper psalmum in ore habebat, venientibus ad se hilarem se praebebat et consilium sanctae religionis illis ministrabat. Omni tempore quaedam sancta laetitia et rubor in facie eius apparebat; unde satis mirabantur qui illius abstinentiam noverant, claritatem vultus eius intuentes. Septem quippe et fere amplius annis ab omni pane et ab omni potu, excepto dominico corpore et calice, abstinuit, nec ob hoc tamen tristi aut pallido vultu, ut diximus, erat.

* ed. somnium.

B

Hilaris semper

beatae Virginis apparitione recreatur

13. Hunc igitur virum quis modo vere felicem dicere dubitaverit? Cuius tota intentio totumque studium fuit Deum proximumque diligere et Dei servitio adhaerere, cetera omnia, quae videntur in mundo, nec nata computare; qui quamvis carnis carcere circumdatus in terris degeret, eius tamen tota conversatio secundum apostoli dictum in caelis erat; unde non solum animas reorum, sed et spiritus bonorum saepissime contemplabat. Nam, ut ipse quadam vice cuidam familiari suo rettulit, beata Dei genetrix Maria, quam post Deum omni virtute, omni studio omnibusque viribus excolebat, ei quadam nocte in ecclesia vigilanti apparuit et suam sanctissimam dexteram super eum extendisse dignata est, sanctam eius abstinentiam Deo placitam et se eius adiutricem fore commemoravit. Hoc igitur adiutorium, quod beata mater misericordiarum illi promiserat, in fine sibi affuturum beatus Girardus dicebat. Unde et ipse sanctum nomen eius invocando, ut in loco suo plenius referemus, ultimum exhalavit flatum. Sed nunc ad ea quae de illo interim dicenda sunt, revertamur.

C

et animarum defunctorum.

14. Sub ipso tempore cuiusdam patris ante paucos annos defuncti vidit animam in purgatoriis poenis detineri. Cui vehementissime compatiens, tota intentione ad Dominum conversus, orationi cum suspiriis et fletibus pro ereptione eius incubuit, cottidie salutare sacrificium cum magna cordis contritione offerens; nec prius destitit, donec illa anima absoluta secundo illi appareret et pro liberatione sua, inclinato capite, ei gratias ageret. Multoties aliorum multorum, etiam qui ex hac luce migraverant, poenam vidit et salvationem, et quorundam, quos reticere melius est, cognovit perditionem. Haec siquidem dum referret, quibusdam incredibilia videbantur; sed plane incredibile non debet esse hominem spirituales naturas contra humanum morem posse conspicere, qui supra humanum modum spiritualiter praevaluit vivere. Causantur etiam aliqui parum in Scripturis sanctis eruditi dicentes: *Si ita spiritualis erat iste vir, ut spirituales creaturas posset conspicere, cur et alia prodigia, quae olim et spirituales viri faciebant, ipse non fecit?* Quibus respondemus sanctam illius abstinentiam ingens quoddam miraculum fuisse, cui digne alia aequari miracula minime possunt. Nam multa miracula fieri in evangelio Dominus protestatur; quibus in iudicio dicentibus: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus?* ipse dicturus est: *Amen dico vobis, nescio vos.* Patet igitur quod dignius et melius est puram vitam sine signis ducere, quam signa et prodigia sine bona conscientia facere. Siquidem, quod quidam saecularium litterarum peritus ait: *Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria,* hoc beatus Girardus, quamvis litteras saeculares funditus ignoraret, perfecte complere sategit, quia conscientia primo contentus, minus gloriam, quae de signis exoritur, quaesivit, licet ipsa sanitatum gratia non omnino illi defuerit, sicut deinceps fideliter narrare aggrediemur.

Maximum tamen sanctitatis testimonium sancta vita eius.

E

Per reliquias ciborum B. Girardi puer ab anguina liberatur, a

15. Andegavis apud Sanctum Laurentium *a* erat quaedam reclusa, nomine Petronilla, ex multo tempore ibi Deo serviens, quae magnopere expetebat ut de reliquiis ciborum viri Dei Girardi accipere mereretur. Quod cum vir Dei beatus agnovisset, ei libentissime, sicuti omnibus petentibus solebat, partes ciborum suorum transmisit; quibus illa cum ingenti gaudio receptis, apud se honeste recondidit. Non multo post quaedam mulier filium suum infirmum ad praedictam beati Laurentii ecclesiam attulit, cuius guttur et fauces morbo illo, qui a medicis anguina dicitur, tam graviter intumuerant, ut nec verba proferre, nec cibum glutire praevaleret. Cumque mater eius cum ipso languido in eadem ecclesia unam noctem pervigilem duxisset et vix hora vel momento a gemitu et clamore quiesceret, praedicta sanctimonialis reclusa eius dolori compatiens, vocavit eam ad se et ait illi: *Ecce, mater, penes me habeo reliquias ciborum sanctissimi viri Girardi, qui apud monasterium Beati Albini moratur. De his, si placet, filio tuo demus; et si habes fidem quod meritis servi Dei possit salvari, procul dubio recipiet sanitatem.* At illa cum ingenti gemitu clamare fidem se habere, ut infirmo daretur viri Dei benedictio, vehementer deposcere. Assumptis itaque fidei speique viribus, reclusa venerabiliter quartam unius pomi partem infirmo mox sub invocatione sanctae Trinitatis intulit. Mirum dictu, mox ut infirmus illud salutare pomum ore suscepit et glutivit guttur, fauces eius omnis languor deseruit, et recepto linguae officio, vocavit matrem suam et consolari coepit atque se incolumem factum commemorans, oblationem suam Deo super altare Sancti Laurentii obtulit, et sic sanus cum matre sua recessit. Post haec praedicta reclusa aliquantis sanctimonialibus in claustro Sanctae Mariae *b* febricitantibus de eiusdem reliquiis porrexit; quae omnes, Deo miserante, sanitatem receperunt.

F

aliae a febri. b

Panis a S. Girardo in eleemosynam dato multiplicatur, c

16. Panem et vinum et generales escas, quae illi cottidie, sicut uni de fratribus, competebant de refectorio, accipiebat elemosynarius, et ubi ipse beatus delegaverat, transmittebat. Erat autem apud vicum, qui Trelaxiacus *c* dicitur, alia reclusa nomine Osamina multo tempore in sanctimonio ibi Deo serviens; cui uno die in hebdomada praedictam

VITA praedictam elemosynam transmittebat. Igitur quadam [die], cum praedicta sanctimonialis panem et vinum beati Girardi sibi allata accepisset, quidam peregrinus iuxta domunculam venit et importune elemosynam flagitare coepit. Cui cum illa primo nihil dare vellet, quia panem ibi non habebat praeter panem domni Girardi, tandem taedio victa partem de illo pane benedicto dedit peregrino; reliquam partem reponi fecit. Cumque tota die usque ad vesperam more sibi solito ieiunasset, sero, admonente famula sua, cibum decrevit sumere. Facta ergo oratione, panem beati viri, de quo partem pauperi dederat, sibi iussit apponi: quem cum famula afferre vellet, mirum dictu, integrum repperit. Statim clamoribus et laudibus cellulam replens, integrum panem dominae suae rettulit; quo viso, stupefacta sanctimonialis diu et ipsa in Dei laudibus immorata est. Accepto itaque cultello cum partem eius desecuisset et famulae suae dedisset, in ipsa parte species cruoris apparuit. Credo equidem quia illum panem sanctificaverat panis vivus, qui in deserto quinque panes, ut reficeret turbas, multi-
B plicavit, cuius carne pascimur et potamur.

quo infirmi curati sunt. 17. Vocato igitur presbytero quodam, nomine Petro, supradicta Dei famula, ostenso pane, rem ex ordine rettulit; sacerdote vero et populo Deum proinde laudantibus, partem ipsius panis ipsa sanctimonialis reservavit, fidem habens aegrotantibus posse proficere; nec fides eius inanis fuit. Denique presbyter fragmentum de illo pane infirmo dedit, qui per annos ferme tres febre diutina vexabatur; et continuo liberatus salvus effectus est. Quaedam vero mulier in supradicto vico huiusmodi infirmitates incurrerat, ut, tumefacto gutture et inflatis faucibus, amitteret linguae officium, nec ullum perciperet cibi subsidium. Huic etiam cum praedicta sanctimonialis offulam in ovo tinctam de illo pane porrexisset, statim, morbo evanescente, sanitatem amissam recepit. Alius quidem homo, officio miles, caduco morbo vexabatur. Hic cum venisset ad sanctimonialem illam, de praedicto pane petiit, accepit, comedit sanusque discessit, ita ut praedicto morbo deinceps minime fatigatus sit. Aliae autem plurimae sanitates de hoc pane factae memorantur. Quis tanta non obtupescat miracula, aut quis est qui
C ad merita huius beati viri haec non iudicet referenda? Libere attestamur, quia si grande miraculum est, quando aliquis sanctus praesenti sibi infirmo suis precibus impetrat sanitatem a Domino, multo mirabilius miraculum est, cum, absente ipso sancto et ignorante, Dominus per eius merita sanitatem praestat infirmo.

Interea Girardus dolore pedis vexatus, fomentis abnegatis, 18. Circa idem tempus ipse beatus Girardus dolore pedis et tumore graviter vexatus est; scriptum quippe est quia quem diligit Dominus corripit, flagellat autem filium quem recipit. Flagellatur autem benignissimi patris benignus filius. Aequanimiter ac modeste perferens studebat semper in doloribus gratias agere, et cum sic infirmaretur, ut se de loco ad locum movere non posset, detulerunt eum fratres in domum infirmorum et lectulum ei construentes, pulvinar faeno coopertum, eo absente, in eodem loco posuerunt. Quod ipse mox per spiritum cognovit, baculoque faenum excutiens, pulvinar discooperuit et quasi accepta permotus iniuria, omne faenum inde proici iussit; cilicium vero suum super asseres poni fecit et saxa, sicque collocari. Praecepit autem ut nullus medicorum, se ibi constituto, in domum illam ingredi permitteretur, cumque interrogaretur, cur hoc faceret, summum se habere D medicum testabatur qui solo nutu restaurat *d* universa. *d*

miraculose sanatur; 19. Tribus ferme hebdomadibus in infirmitate illa constitutus, numquam ab oratione et laude Dei cessabat, nec in aliquo rigorem abstinentiae rogatus saepe a fratribus relaxavit. Nocte igitur quadam cum post orationem et lacrimas paululum obdormisset, apparuit ei persona nobilis, venerabilis, quae, dextera manu elevata, signum crucis super ipsius pedem fecit. Suum colligatum dissolvit et cutem in modum crucis ruptam super pedem, ubi tumor erat, invenit, ac si ex industria cum aliquo ferramento crux ibi fuisset facta. Tunc sanie decurrente, tumor defecit et post aliquot dies, reintegrata cute, omni dolore caruit. Ab illo tempore massam plumbi signum crucis habentem ad ferream torquem, quae collum eius ambibat, suspendit et eam deinceps toto vitae suae spatio baiulavit.

semper abstinentiae servandae tenax permanet; 20. Sane ex illo tempore prae nimia abstinentia et ponderum sive vinculorum gravamine debilitatus, in choro psallentium stare non poterat, sed foris stans baculo innixus, vel super terram recubans, aut super scamnum prostratus, tempore orationis lacrimis et gemitibus vacabat. Cibum vero suum iam nolebat accipere, antequam fratres ad completorium irent, ablutis prius pauperum pedibus et audita collatione dataque confessione. Siquidem a capite ieiuniorum usque ad kalendas novembris ad mandatum trium pauperum, ubi mos est, monachos claustrenses ire cottidie, ipse cum duobus fratribus cottidie ibat *e*. *e*

peccatorem convertit, 21. Miraculum de quodam peccatore quem a morte animae resuscitavit inter eius miracula ponere * dignum duximus, quia videlicet, sicut anima melior est corpore, ita animae resurrectio utilior est corporis resurrectione; utilius et dignius quippe est vivificare animam in aeternum victuram quam resuscitare carnem iterum morituram. Quidam senior post longam continentiam in peccatum carnis non solum corruerat, sed etiam peccandi consuetudinem fecerat. Mala ergo consuetudine, quasi magna mole lapidis Lazarus in monumento clausus, fetere incipiebat. Die quadam igitur beatus Girardus eum coram se transeuntem aspiciens, vidit duos daemones eum dextra laevaque comitantes; qui ilico cognovit F per spiritum cui vitio subiaceret. Interea hominem illum secrete ad se accersitum cum nimio gemitu et lacrimis de proprio reatu coepit increpare. Quid plura? lacrimae illius beati Dei servi inanes esse non potuerunt. Confestim namque idem peccator lacrimis perfusus et ad genua eius prostratus, peccata sua humiliter confessus est et, promissa emendatione, a beato viro paenitentiam accepit; quam tamen ipse pro eodem dimidiam fecit. Erat quippe illi consuetudo ut paenitentias eorum magna ex parte perageret, qui in praesentia sua Deo peccata sua confitebantur. Hominem ergo a morte animae resuscitatum et a daemonibus liberatum, exemplis consolantibus laetificatum, precibusque purgatum in pace dimisit. Quia vero istud miraculum pari modo multotiens de pluribus operatus est, ut frequenter audivimus, plane possumus astruere quia, quotiens illud egit, totiens mortuorum resuscitator exstitit. Ecce viri vita laudabilis, cuius meritum et corpora curabat et animas clarificabat.

* Ed. poenae.

et, ut solitus erat, partem paenitentiae in se assumit.

Rainaldus presbyter 22. In praedio, cui Carteniacus *f* nomen est, ecclesia in honore beatorum martyrum Mauricii sociorumque eius est constructa, in qua quidam presbyter, *f*

meritis B. Girardi sanatur, presbyter, nomine Rainaldus, Deo sanctisque martyribus famulabatur, qui gravi arreptus molestia gravissime tertianae febris ignibus urebatur. Tentatis autem frustra pluribus auxiliis, quibus febres expelli solent, requiem invenire non poterat, cibum et potum non sine tormento capiebat. Itaque doloribus coactus ad virum Dei Girardum venit, ac primo eius colloquiis optatum sensit levamen. Confortatus autem, de cibariis eius, ipso tribuente, paululum accepit. Nec mora, ille cibus cum benedictione sumptus tantam gratiam reportavit, ut praedictus aeger, ilico evanescente [febre], incolumis de loco illo discederet et sanus diutissime ab illa peste permaneret.

Iofredus adulescentulus, 22. Quidam adulescens, nomine Iofredus, pro honesta conversatione fratribus erat carus, qui in camera, ubi vestimenta suuntur, degebat. Cui cum quidam de monachis aliquid supellectilis commendasset et ille illud commendatum perdidisset, prae ira in amentiam versus et a diabolo arreptus, tribus diebus ac noctibus sine cibo et potu permansit; nec in lectulo cubitabat, sed sub B scamnis et lectulis se occultabat; nec Deum, nec sanctos eius recognoscebat, sed e contra ad se venientibus blasphemias et erratica verba dicebat. Cuius calamitati fratres vehementer compatientes, eum vi abstractum de loco, in quo se occultaverat, adduxerunt in ecclesiam ante crucifixum Domini; ubi cum nec imaginem Domini recognosceret, nec cibum sumere vellet, vocaverunt fratres beatum Girardum. Qui veniens, auditis rebus, pomum de cellula sua attulit et illud benedicens et desecans patienti dedit. Quod cum ilico comedisset aeger, eum ad locum, de quo adductus fuerat, reduci praecepit; discedentibus vero omnibus, ad eum secreto vir sanctus venit, factaque oratione, a daemonio liberatum eum sub momento pristinae restituit sanitati. Postera quippe die, veniente presbytero monasterii ad eum cum cruce dominica, aeger sensui et sanitati redditus confessionem dedit, pectus tutudit, crucem adoravit et ita deinceps sanus et sensatus permansit ac si nullum antea incommodum passus fuisset.

sicut et Morellus. 23. Alius quidam famulus, cui nomen erat Morellus, qui in coquina fratribus serviebat, tumefactum brachium ab eo morbo, quem medici C carbonem nominant, collo suspensum ferebat. Accidit autem ut eunti beato Girardo ad ecclesias sanctorum confessorum Germani atque Hilarii, quae apud Andegavim inter vineas sitae sunt, iste famulus comitaretur eum, quia ministerium coquinae non poterat facere; cumque duo pergerent simul, respexit eum vir Dei et videns brachium collo suspensum gestantem, ait illi: *Quid habes in brachio?* At ille, soluto eo, ostendit illi infirmitatem quam patiebatur. Vir ergo Domini signum crucis super infirmum brachium fecit et aegroto praecepit ut in crastino, summo mane, secreto ad se veniret. Quod cum ille fecisset, ubi servus Christi signum crucis secundo cum oratione super illius brachium fecit, sine mora carbo crepuit et sanie defluente, tumore et dolore sublato, brachium incolume apparuit, ita ut eadem hora in coquinam veniens omne servitium suum perageret. Monachus ergo qui coquinae praeerat, nomine Guarinus, intuens eum, cuius infirmitatem antea viderat, laborantem, ait illi: *O stultissime, tu qui infirmus es, quare non requiescis?* At ille ostendit ei brachium suum sanitati redditum et narravit ei qualiter per virum Dei Girardum sanitatem adeptus fuisset.

ANNOTATA. AUCTORE I. D. B.

a *De fatis huius ecclesiae, cuius primordia subobscura videntur, cfr. Port,* op. cit., *tom. I, p. 61. Intra ambitum civitatis sita erat.*

b. *De abbatia Sanctae Mariae de Caritate, quae etiam dicitur Roncereium, cfr.* Gall. christ., *tom. XIV, p. 695. In abbatiae aedibus hodiedum instaurata est schola dicta des Arts et Métiers. Vid. Port,* op. cit., *tom. I, p. 70.*

c Trelazé, *arr. Angers, dép. Maine-et-Loire. Vid. Port,* op. cit., *tom. III, p. 614.*

d *Auctori in mentem recurrisse videntur, quae relata sunt in Passione sanctae martyris Agathae. Cfr.* Act. SS., *Febr. tom. I, p. 619, n. 8.*

e *Ad haec animadvertit R. P. Dom. Chamard,* op. cit., *p. 188, nomine* collationis *significatam esse lectiunculam, quae apud Benedictinos ante completorium instituebatur; nomine vero* confessonis *publicam illam peccaminum proclamationem, quae sub idem tempus apud antiquos in more erat.* Mandatum trium pauperum, *ut monet Du Cange, ex referentia ad verba evangelica* Ioan., XIII, 14, E *significat humile illud obsequium quo pauperum pedes lavabantur.*

f Chartrené, *cant. et arr. de Baugé, dép. Maine-et-Loire, distat Andegavo kil. 43. Cfr. Port,* op. cit., *tom. I, p. 632. Recensita est haec ecclesia inter prioratus qui ad Sanctum Albinum pertinent. Vid.* Pouillé général contenant les bénéfices de l'archesv. de Tours *(Paris, 1648)*, Bénéfices dépend. du dioc. d'Angers, *p. 249.*

CAPUT TERTIUM.

B. Girardus prophetiae dono gaudet, alia miracula patrat, pie obit.

24. His igitur factis datur intellegi gratiam miraculorum beato Gerardo non defuisse, sed ne humanus favor eius meritum in aliquo minueret, eam prudenti consilio devitare voluisse. Constat autem apertissime etiam prophetiae spiritum illi non defuisse, ut in quibusdam, quae ante narravimus, potest approbari, et sicut magis ex sequen- F tibus liquebit exemplis. In libro namque Regum legimus quia qui modo prophetae dicuntur, olim in Israel videntes appellabantur, et in prima homelia super Iezechielem beatus approbat papa Gregorius quia prophetiae spiritus prophetarum mentes aliquando de praeterito, aliquando de futuro tempore tangit. Cur igitur beatum Girardum prophetiae spiritum * habuisse nefas sit credere, qui quamvis de praeterito et futuro nihil dixerit, sicut Moyses David et Ysaias, res sui temporis sibi absentes, sicut Samuel et Eliseus, videbat et annuntiabat? Denique cum filius Henrici regis Anglorum *a* mare transiens naufragium passus, cum magna multitudine virorum et mulierum deperisset, eadem nocte vir Dei Girardus, procul a mari, Andecavis in cellula sua positus, eorum spiritualiter vidit et cognovit damnationem, et hoc mane quibusdam fratribus cum grandi tristitia rettulit. *Prophetiae spiritu plenus* *Ed. add. non *mortem filii Henrici regis annuntiat,* *a*

25. Item cum esset apud castrum, quod Leionem *b* nuncupant, quidam miles, cui Borrellus *c* cognomen erat, in castellum quod appellatur Salmurum mortuus est; cuius poenam et obitum servus Christi sub eadem hora spirituali intuitu vidit. *Borelli militis damnationem* *b* *c*

VITA

vidit. Nam fratribus qui cum eo erant sciscitantibus cur solito tristior erat, diu multumque cunctatus, tandem dixit eis : *Apud Salmurum modo defunctus est miles, quem Borrellum cognominatis, et eius perditionem ego hac hora, Domino revelante, cognori.* Mirati omnes, notata hora et die, sollicite ab his hominibus, qui de Salmuro veniebant, quaesierunt, et quaerentes acceperunt eadem hora exspirasse Borellum, qua vir Domini se illius cognovisse perhibuit interitum.

litem apud Salmurum exortam.

d

e

26. Sequenti anno *d*, kalendis maii, erat beatus Girardus apud locum, qui dicitur Sichilliacus *e*, ubi, multis operariis congregatis, in data sibi noviter terra oratorium aedificabant monachi Sancti Albini. Igitur ea die, cum apud Salmurum nundinae celebrarentur, instinctu daemonum inter institores causa cupiditatis et superbiae gravissima lis exorta est, ita ut usque ad sanguinis effusionem protraheretur. Quod vir Dei Girardus, qui ab eodem castello ferme triginta milibus aberat, statim spirituali conspexit intuitu et amarissime flere coepit, currensque velociter ante altare oratorii prosternitur, alta suspiria gemitusque pro-

B

fundens. Obstupefacti itaque fratres, qui aderant, et caementarii, causas tanti luctus tantorumque gemituum ab eo humiliter coeperunt inquirere. Qui protinus respondens ait illis : *Ecce apud Salmurum in nundinis instinctu et agitatione daemonum maxima seditio exorta est; et, nisi pietas Domini subvenerit, gravissima caedes hominum et rerum iactura non mediocris fiet.* Haec itaque locutus, orationi totis nisibus incubuit, orans cum lacrimis Domini clementiam, ut populum suum ab inimici molitione tutaretur. Fratres vero et operarii haec audientes non minimum admirati, non solum diem, sed et horam notaverunt, et sollicite postea requirentes, illo die illoque tempore seditionem, quam vir Dei dixerat, apud praedictum locum exortam fuisse compererunt. Quae tamen, ut credimus, ipsius lacrimis et precibus, cum esset magnis armatorum viribus et molitionibus incepta, praeter spem omnium celeriter exstincta est.

mortem Gelasii papae,

f

27. Item obitum Gelasii papae *f* vir beatus similiter cognovit et quibusdam fratribus indicavit longe antequam nuntius mortis eius de Cluniaco, ubi obiit, Andegavem veniret. Alio tempore in

C

cellula meridie, ostio clauso, psalmum canebat;

Garini monachi praesentiam,

cumque ad eum quidam frater, nomine Garinus, accederet audissetque eum intentissime psalmos canentem, substitit, et metuens ne illi impedimento foret, redire voluit. At ille hoc de cellula cognoscens, vocavit eum nomine suo et iussit ad se venire, cum, sicut diximus, ostio clauso alius, si intro esset, eum minime videre potuisset.

ac incendium Vizeliacensis monasterii.

g

28. Item xi kalendas augusti dum vigiliae apud Viceliacum agerentur sollemnitatis beatissimae Mariae Magdalenae, cuius sacratissimum corpus ibi positum a populis totius orbis expetitur et veneratur *g*, divino iudicio illa ecclesia igne concremata est; quo igne maxima multitudo virorum mulierum, parvulorum, quae ad vigilias convene-

h

rat, exstincta est *h*. Vir igitur Domini Girardus, Andegavis in cellula positus, eadem hora quid evenisset, et propter quod peccatum evenisset, divina manifestatione cognovit. Eo quippe tempore quidam monachus Viceliacensis, nomine Lambertus, pro honesta conversatione venerabilis, in pago Cenomanico apud vicum, qui dicitur

i

Ostacus *i*, morabatur, qui tunc pro sollemnitate illa ad monasterium suum minime perrexerat, sed in praedicto vico festivitate pro modulo suo acta,

D

die tertio Andegavem pro causa domus suae veniens, cum viro Dei colloquium familiare habuit. Cui statim ipse vir Domini dixit : *Aliquid rumoris a monasterio vestro post sollemnitatem audistis?* Cui monachus respondit : *Non, domine; non enim qui ad sollemnitatem de partibus istis ierunt, adhuc possunt regionem istam reversi intrare, quia iter illud vix octo diebus peragitur.* At ille subiunxit : *Scitote pro certo quia ecclesia Viceliacensis iudicio Dei concremata est, et quia ibi magna multitudo hominum periit ex iis qui ad vigilias convenerunt.* Ad haec stupefactus monachus ait : *Et vos, o domine, quomodo hoc didicistis?* Cui ille dixit : *Hoc ego Domini revelatione bene novi. Rogate autem vestram congregationem ut pro defunctis, qui ibi mortui sunt, Dominum deprecentur, quia multi ex eis Dei misericordia salvabuntur.* His auditis, monachus ille stupens super hoc verbo, reversus est ad cellam suam; cum ecce post paucos dies peregrini, qui de ista regione ad sollemnitatem ierant, a Viceliaco reversi nuntiaverunt omnia ista contigisse, sicut vir Domini spiritualiter viderat et monacho narraverat. Nulli igitur videatur indignum quod cum prophetis E eum numerare voluimus, quia evidenter spirituali gratia prophetis, et mundi contemptu apostolis, et mortificatione carnis martyribus, et pia confessione confessoribus, et perpetua virginitate virginibus consors factus, agnum virginem virginis filium sequitur quocumque ierit.

Girardus vere sanctus

29. Igitur ut assertionem nostram super tantis eius meritis caute concludamus, procul dubio possumus affirmare : quia sicut hunc virum quibuslibet nominatissimis sanctis maiorem minoremve dicere temerarium est, ita eum caelestis gloriae participem et omnium sanctorum consortem negare dementissimum est. Quia vero de illo, ut dignum est, nequaquam loqui sufficimus, multa quae de illo vidimus et audivimus omittentes, ne fastidium sermo incultus pariat legentibus, unum adhuc de illo miraculum perstringemus, ac sic cum * fine vitae illius, finem huius operis, Deo auxiliante, faciemus.

* *ed.* tum.

daemoniacam liberat.

k

30. In possessione, quae dicitur Mosteriolus *k*, mulier quaedam arrepta a daemonio, septem diebus sine cibo et sensu fuit, cuius propinqui valde maesti, eam ad monasterium Sancti Albini adduxerunt, et ab elemosynario de reliquiis cibo- F rum viri Dei Girardi quaerere coeperunt. Videns autem fidem propinquorum, frater Arduinus, elemosynae praepositus, et miseriae mulieris compatiens, venit ad famulum Christi, et suppliciter rogare coepit ut arrepticiam illam videre dignaretur. Cui protinus turbato vultu vir Domini respondit : *Quid est quod dicis, frater? Quid hoc ad me pertinet?* At ille conticuit, rogavit tamen ut de reliquiis ciborum suorum ei mittere dignaretur. Quod cum impetrasset, et ipsi reliquias praedictus frater mulieri detulisset, mirum dictu, quae prius omnem cibum respuebat, statim viri Dei escam eius manu signatam avide comedere coepit. Servus igitur Dei mulierem, remotis fratribus, clam visitavit et aqua benedicta aspersam, facta oratione signavit; quae mox a daemoniaca potestate vel potius infestatione liberata requiescere coepit. Domum integrae sospitati reddita postera die cum propinquis Deum laudantibus et ipsa Deum laudans atque benedicens ad propria incolumis discessit.

Haec pauca de multis miraculis.

31. Sed quia omnia opera eius digna admiratione nequaquam possumus comprehendere, sufficiat vel pauca dixisse de plurimis, satisque sit

nos,

A nos et in paucis protulisse veritatem et in multis nauseam evitasse legentium; siquidem cui pauca non placuerint, nec multa placuissent, et cui multa placuissent, pauca non displicebunt.

B. Girardus morti proximus Brociacum visitat,

32. Igitur beatus Girardus senectute bona confectus, cum per XXXVIII annos monachilis vitae normam non tantum tenuisset sed etiam perfectione laudabili superasset, bono certamine certato, cursu consummato, fide servata, coronam iustitiae sibi repositam a iusto iudice exspectabat securus. Eodem tempore a monasterio egressus, villam, quae dicitur Brociacus, asello vectus visitavit ea intentione, ut oratorium quod fundaverat et locum quem aedificaverat *l* tutaretur ab exercitu Fulconis Andegavensium comitis *m*, qui tunc castellum, quod Duatum *n* vocatur, rebelle sibi machinis paratis et instructo bellico apparatu obsidere conabatur. Ubi paucis diebus commoratus, cognitis rebus, quae imminebant, per spiritum, quod scilicet exercitus locum, propter quem servandum venerat, minime contingeret, et quod ipse post paululum vitam finire deberet, velociter ad monasterium rediit. Eadem vero nocte qua reversus est, vexatione itineris, nimietate algoris, pondere vinculorum, continuatione vigiliarum et abstinentiae vehementer afflictus, acri dolore ventris et dyssentria etiam vexatus, super cilicium suum decubuit et per tres continuas hebdomadas graviter visus est laborare. Probabat quippe Dominus militem suum, et sicut aurum in fornace, ita igne infirmitatis eum excoquebat, ut non inveniretur ullum in eo pravi sermonis vel neglegentiae vestigium. Corpore et sanguine Iesu Christi saepius reficiebatur, laudem Domini cum propheta os eius assidue loquebatur; hymnum de sancto Spiritu, qui ita incipit : *Veni, Creator Spiritus, mentes tuorum visita,* die et nocte frequentabat, nomen quoque beatissimae Mariae matris Domini, matris scilicet misericordiarum, semper in ore habebat.

ac ultima aegritudine correptus,

sedulo ab omnibus confotus,

33. Erat autem pia sollicitudo erga eum abbatis ipsius ecclesiae, domini videlicet Hamelini *o*, qui eum maxime ab eo dilectus diligebat et venerabatur, sed et omnium fratrum ipsius loci, qui certatim pariter et singillatim sua illi impendere volebant obsequia, et qui de illius afflictione et resolutione unanimiter tristabantur. Cumque ad C eum singuli fratrum, prout quisque poterat, ut ipse permittebat, accedere festinarent, pridie quam decederet, quidam frater, cuius cor ineptiae et levitatis cogitationibus obsessum, more humano aliquantulum a religione deviabat, in cellam, in qua iacebat, introivit et cum eo colloqui familiariter coepit. Cui protinus vir Dei, cum neminem praeter se et illum in domo illa adesse rescisset, ait : *Vade, frater, et cogitationes tuas abbati tuo confitere, ut possis daemonem, qui iam te veneno suae suggestionis inflammavit, a te expellere.* Quo audito, ille, conscientia accusante, salubriter confusus, expavit et sanctae confessionis antidoto virus daemonis cum precibus beati viri adiutus abiecit, atque animi sospitate reperta, Dei clementiae gratias egit. O vere beata et Deo amabilis anima, quae per Spiritum sanctum tanta praescientiae luce radiabat, ut etiam humani cordis occulta eius spiritualibus paterent obtutibus. O per omnia simillimum antiquis patribus virum, prioribusque patribus comparandum, ante cuius meritum nec fraudem suam diabolus occulere, nec conatum suae malignitatis potuit explere, plane qui illius dicta et visiones deliramentis deputabant, in hoc facto se potius delirasse recognoscant, in quo iam a saeculo migraturus propter misericordiam, quod vidit, non tacuit, eiusque sermoni frater correctus testimonium perhibuit. Ultimi quippe huius sermonis probatio, aliorum sermonum eius est evidens commendatio.

fratrem de peccatis occultis commonet

VITA

34. Ferreos quidem nexus et lapidis plumbique onera in ipsa aegritudine, morte iam imminente deposuerat. Sed cilicio obtectus non super plumas, sed super aliud cilicium mente suavissimus recubabat. Visitabatur et a multis religiosis abbatibus et monachis, clericis et laicis, qui omnes de prolixitate martyrii eius stupebant, et eius orationibus commendare suppliciter se studebant. Ipse vero tantummodo sibi necessarium impendi permittebat obsequium, et pervigil Domini revertentis a nuptiis praestolabatur adventum. Igitur pia confessione et sacratissima inunctione, dominica quoque communione et communi fratrum suorum vallatus oratione, pridie nonas novembris, dominica illucescente, post vigilias aperiri ostia cellulae, in qua iacebat, iubet et memor visionis, quam supra rettulimus, et promissionis Dei genetricis, extensis manibus, ita eam invocavit : *O Domina caelorum, fons misericordiarum, suscipe famulum tuum in tuo conductu, et perducere me digneris ad Dominum.* In haec verba vinculis carnis absolutus ad caelestia regna migravit, et matrem pietatis in illa hora procul dubio gavisus est se invenisse ad Dominum ductricem, quae olim promiserat illi se illius fore adiutricem. E

ac pie sanctae vitae finem facit.

35. Iam vero in exanimato eius corpore victricia illa signa, per quae diaboli superbiam prostraverat, patenter apparebant : vultus quidem eius angelico quodam decore vernabat, cetera vero membra tanta macies ex nimis ieiuniis vigiliisque et ponderum ac vinculorum vexatione protracta exhauserat, ut sub pelle ossa numerari singula possent. Haec igitur crucis signa, quid spiritus eius in carne positus semper egerit, quid cupierit, quid vitaverit, qualiter carni repugnaverit, qualiter ad aeternam vitam suspiraverit, indicabant.

Corpus paenitentiae indicia retinens

36. Ad eius exsequias et pontifex urbis ipsius venerabilis *p* et tanta multitudo monachorum et clericorum, sanctimonialium et laicorum utriusque sexus et aetatis convenit, quanta latissima illa ecclesia recipere potuit. Videre erat et collacrimari populum, urbis feretrum eius ambientem, et unumquemque vestimenta et cilicium eius tangentem et deosculantem ac faciem suam operire gaudentem, fratres vero eius alios cum lacrimis psallentes, alios feretrum eius baiulantes, alios subsequentes, omnes autem pariter de illius beatitudine in Domino praesumentes. Sepultus est igitur cum grandi honore in basilica beati Albini anno ab incarnatione Domini MCXXIII, indictione II, die supradicto, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen. F

honorifice sepelitur.

Epitaphium eius.

Transiit e mundo vir magnae religionis,
Sacri Girardus numinis hospitium.
Eloquio simplex, habitu despectus, honoris
Impatiens, pacis mansio, verna crucis.
Cuncta caduca nihil, magni caelestia pendit;
Subtraxit vitiis pectus et ora dolis.
Bis geminos et tres sine potu transiit annos,
Et totidem panis usibus abstinuit.
Cuius longa fames, sitis, algor, vincula, letus,
Assiduaeque preces promeruere Deum.
Clarus inops vernans, cruce rebus virginitate,
Iuste sacra polum, vixit amavit habet.
Festa dies obitus foret eius quarta novembris,
In qua transivit tantus ad astra pater.

ANNOTATA.

AUCTORE I. D. B

ANNOTATA.

a Anno Domini 1120 septimo kal. decembr. *(Matth. Paris., ed. Luard, tom. II, p. 148)* in mare rediens ex Normannia in Anglia submersus est Wilhelmus Henrici I filius.

b Lion d'Angers, *arr. de Segré, dép. Maine-et-Loire, distat Andegavo kil. 22. Vid. Port,* op. cit., *tom. II, p. 520.*

c *Monet R. P. Dom. Chamard,* op. cit., *t. II, p. 177, in huiusce aetatis chartulis non semel de isto milite Borello mentionem fieri tamquam de viro iniquissimo, qui praedia monachorum invadere solitus erat.*

d *Cl. v. P. Marchegay ex inspectis Sancti Albini chartulis id actum contendit an. 1121,* Chron. des églises d'Anjou, *p. 117.*

e Le Chillon, *situs in vico dicto Louroux-Béconnais, arr. d'Angers. Vid. Port, tom. I, p. 697; tom. II, p. 554.*

f *Qui vita functus est anno 1119, ianuarii 29.*

B g *Quae de sepulta apud Vizeliacum Maria Magdalena probabilius putari debent, vid.* Anal. Boll., *tom. XII, p. 296.*

h Hoc anno *(MCXX)* in ecclesia Virziliacensi in vigilia transitus B. Mariae Magdalenae incertum quo iusto Dei iudicio innumerabiles promiscui sexus et aetatis atque ordinis in ipso crepusculo noctis atque diei, ecclesia subito conflagrante, combusti sunt. *Ita Chronologia Roberti Mariani,* Scr. rer. Gall., *tom. XII, p. 291.* D

i Saint-Mars d'Outillé, *dép. Sarthe, arr. Cenomanensi, cant. Ecomoy, 18 kilom. distat ab urbe Cenomanensi.*

k *Utrum hic de oppidulo* Montreuil-Bellay, *arr. Saumur, quod 52 kil. ab urbe Andegavensi distat, an de* Montreuil-sur-Maine, *cant. Lion-d'Angers, arr. Segré, quod 25 kil. abest ab Andegavis, agatur definire nolim. Vid. Port, tom. II, pp. 719, 726.*

l *Monent primi Vitae edd., p. 122, locum Brociaci fuisse fundatum anno 1109; quod manifestum est ex chartula tertia capituli XIII chartularii Sancti Albini.*

m *Fulco iunior, qui Andegavensibus praefuit 1109-29.* Chroniques des comtes d'Anjou *(Paris 1871), p. LXXXVII.*

n *Hoc* B. Girardi *iter ad an. 1123 referendum videtur; nam in chronico Sancti Albini ad an. 1123 scriptum est :* exercitus de Doato (Chroniques des églises d'Anjou, *p. 32), et idem memoratum est ibid., p. 190, in chronico Salmurensi.* E

o *Apud Sanctum Albinum abbatizavit ab anno 1118 ad annum 1127.*

p *Praeerat tunc temporis Rainaldus de Martiniaco. Vid.* Gallia Christ., *tom. XIV, p. 564-67.*

MIRACULA S. GIRARDI

edita ex codice bibliothecae nationalis Parisiensis num. 13092, saec. XII, collato cum codice num. 738 bibliothecae civitatis Andegavensis, saec. XIV. Cfr. Comment. praev., num. 3.

Ad B. Girardi tumulum patrata sunt miracula.

1. Post transitum beati Girardi ob ipsius merita longe lateque propalanda creberrimas Dominus ad eiusdem venerabile sepulcrum virtutes operari dignatur. De cuius quidem virtutibus multa frequenter audivimus, sed nos de plurimis nonnulla miracula, quae vidimus, declarare decrevimus.

Languidus sanatus est,

2. Quidam itaque languidus, nomine Christianus, ab omnibus medicis desperatus, gutture horribiliter tumefacto, faucibus inflatis et prae longa infirmitate ceteris artibus macilentis et exsanguibus, amisso linguae officio, spe obtinendae sanitatis ad tumulum hominis Dei Girardi non sine magno[1] labore praemortua membra contraxit, cumque ibi paululum obdormisset, expergefactus videt coram se residere decora facie virum, monachi habitu indutum, panem candidissimum in manu tenentem. Cui secum blande colloquenti causamque[2] sui adventus benigne sciscitanti, dum se a viro Dei, cuius ibi membra recubant[3], salutem corporis se fida mente praestolari respondet, ille iucundo vultu partem panis, utique[4] caelestis, infirmo porrexit, ut comederet admonuit et sic ab oculis eius, quia spiritus erat, evanuit. Aeger vero salutari pane suscepto et in sinum suum memoriter reposito, caput suum iterum pausaturus in sarcofagum sancti viri reclinavit. Quo deinde soporato, tam subito ineffabilis claritas irradiavit basilicam ipsumque debilem fraglantia suavissimi odoris copiose perfudit. Qui statim evigilans miratur se caelesti circumfusum lumine; divinoque repletus odore cum ingenti laetitia surgit a pavimento, in quo iacebat. Deinde gaudens et gratias agens concito gressu domum rediit, uxori suae de viri calamitate condolenti rem ex ordine rettulit. Cumque in scamno resedisset et aquam ab ea poposcisset, panem, quem vir sanctus ei in basilica dederat, de sinu suo protulit et in calice minutatim[5] confractum famelicus comedit. Sequenti vero nocte iterum vir sanctus F ei in lecto quiescenti cum ingenti lumine per visum[6] apparuit totumque corpus eius blandis manibus diligenter attractavit. Cuius quidem faciem expergefactus aeger prae nimio splendore[7] contemplari non potuit, sed crucem, quam vir beatus, dum adhuc mortalis viveret, in pectore gestare consuevit[8], omni claritate clariorem videre promeruit. Denique summo mane ad sepulcrum beati viri reversus, omnium incolumitatem membrorum, Deo opitulante, sine mora recuperavit.

item contractus.

3. Per idem tempus Saunbertus[1] quidam diutino languore contractus, cui nulla medicorum remedia valebant proficere, cum ad tumulum servi Dei Girardi in lecto fuisset allatus, primum circa genua, in quibus graviorem patiebatur dolorem, sudore coepit non parvo madescere; deinde tepefactis venis reparatisque nervis, redivivos pedes extendit; nec multo post, cernente populo, surrexit incolumis, pedibusque[2] suis ad propria remeavit, qui manibus allatus fuerat alienis.

Num. 2. — [1] *om.* 2. — [2] que *om.* 2. — [3] decubant 2. — [4] panis *add.* 2. — [5] minitatim *codd.* — [6] perfusum 2. — [7] circiter 2. — [8] consuerat 2.

Num. 3. — [1] Sannbertus 2. — [2] precibus 2 *ante corr.*

4. Item

mulier a daemone liberata,

4. Item quaedam mulier nomine Tescia[1], quam malignus spiritus per quinquennium possederat, et omni membrorum privatam[2] officio ab introitu[3] quoque ecclesiae diu prohibuerat, postquam mausoleum sancti viri attigit, continuo liberata a daemonio totius corporis alacritatem non sine admiratione multorum sub momento[4] recepit. Cui deinde domum revertenti, ut candelam praepararet, quam cum aliis fidelibus veniens offerret, sed unde emeret omnino non haberet, quidam monachus angelica canitie decoratus in foribus ecclesiae obviavit, dansque illi purissimi candoris nummum, subito non comparuit. Accepto mulier denario et nummulariis ostenso, III obolos mutuo sumpsit, quibus candelam comparavit, comparatam rediens ad tumbam sancti obtulit. Haec res in urbe Andecava, eadem femina referente, multis innotuit.

paralytica sanata, a

5. Sub ipso tempore, alia femina nomine Agnes de Fulgeriis *a* manuum pedumque officio per biennium destituta, ut ad sepulcrum beati Gerardi post longos labores potuit accedere, tam fuit illi cito sospitatem recipere quam postulasse.

B

item clericus cancri ulcere percussus, b

6[1]. Cum itaque pro tantis et tam manifestis miraculis monachi signa pulsarent et hymnum, id est *Te Deum laudamus*, iucundis vocibus decantarent, quidam clericus de ecclesia beati Martini *b* Andegavensis in pede cancri ulcere percussus, audita psallentium voce, nisu quo potuit, comitum sustentatus auxilio, miracula, quae ibi fiebant, visurus, basilicam beati Albini[2] introivit[3], statimque, quod est mirabile dictu, sanitatem debilitati pedis, quam non petebat, eadem hora adipisci promeruit[4].

puella manibus laborans,

7. Sed et puella nomine Osanna, quae prae diutino ambarum manuum tumore[1] operandi usum amiserat, suffragio sancti viri fide devota invocato, per immutationem dexterae Excelsi pristinae restituta est sospitati.

puer genua contractus,

8. Eodem nihilominus die quidam puer nomine Gaufridus, contractis genibus per triennium, infelicia membra baculo sustentaverat. Qui virtute beati Gerardi renovatus[1], baculo, quo pro pede uti solitus erat, in basilica sancti Albini ad memoriam posterorum deposito, gratulabundus et incolumis, populo spectante, ad sua repedavit.

mulier nervos tibiarum sauciata,

9. Item huic simile non est silendum miraculum. Nam quaedam mulier nomine Maria, cui vir suus, suadente diabolo, nervos tibiarum ferro absciderat, amisso gradiendi usu, per triennium domi elanguerat. Quae audita tot signorum potentia se sustentans baculo, nisu quo potuit ad tumulum sancti viri accedere non distulit. Iuxta quem cum lacrimis diutius incubuit. Mira deinceps res secuta est. Oratione namque completa, multis videntibus, reiunctis nervis, genibusque reparatis, subito se mulier erexit, moxque concito gradu domum iens et eadem hora rediens, coronam, quam domi habebat, laetabunda attulit, allatam ad memoriam sancti viri cum gaudio et devotione obtulit.

vir curvas manus habens,

10. Praeterea Hedigonius quidam sagenarius, cui ambae manus curvatae simul et tumefactae longo tempore usum piscandi negaverant, mox ut tumbam hominis Dei firma fide tetigit, in conspectu populi circumstantis, utriusque palmae, sedato tumore et expulso dolore, sanitatem, quam puro corde poposcerat, impetravit; redivivaque dextra, tota plebe in laudibus Dei acclamante et prae gaudio flente, libere se signavit.

MIRACULA

et puella corpore arida.

11. Nec minus his gloriosum addendum credo miraculum[1]. Tot itaque et[2] tantorum circumquaque discurrente praeconio signorum, inter ceteros debiles ad memoriam sancti Girardi undique confluentium[3], affuit et quaedam calamitosa[4] puella nomine Theophania damno aridi, immo praemortui corporis nota multis. Illam quippe insanabilis morbus, qui a medicis fistula dicitur, consumptis omnino carnibus, et scabie per multa foramina iugiter defluente, exsanguem et macilentam reddiderat. Haec igitur omni prorsus spe recuperandae aliquando[5] sanitatis fraudata, meritis[6] beati Gerardi omnium integritatem membrorum, fugata peste, sub momento recepit.

Adulescentula a nimia debilitate convalescit,

12. Sub ipso tempore quaedam adulescentula nomine Arenburgis tantae debilitatis vinciebatur incommodo, ut plantae pedis[1] ad poplites reflexae suo frustrarentur officio. Haec utique[2] duobus lignis, quibus pro pedibus utebatur, membra vectitans paralytica ad mausoleum beati Girardi firma fide accessit; quod devote amplectens et cum lacrimis deosculans, invocato sancti confessoris nomine, optatam diu eadem hora integram adipisci meruit sanitatem.

sicut et mulier infirma,

13. Nec minus et matrona quaedam Oda nomine, non humili orta progenie, nota quidem multis et pro honesta conversatione amabilis, sed diuturna totius corporis infirmitate confecta, proximam morti calamitosam deducebat vitam. Siquidem sopitis faucibus obstrictisque gutturis meatibus, usum pariter et appetitum comedendi penitus amiserat. Haec tandem salubri potita consilio, vecta equo et clientum ducta obsequio, tumbae sancti oratura prosternitur. Nec multo post oratione fusa, gloriosi beati Girardi meritis toto renovato corpore, gratias agens a pavimento erigitur et incolumis post aliquantos dies ad propria revertitur.

puella varie vexata,

14. Eodem quoque die puella nomine Prima debilitate contractorum genuum et arentis dextrae infortunio tristis, per x^{cem} et viii^{o} annos infelicem deduxerat vitam. Hanc denique Christus, restauratis gressibus, reformataque dextera, ob merita servi sui declaranda, ad laudem et gloriam[1] nominis sui incolumem et laetabundam remisit ad sua. F

mulier pedem habens emortuum,

15. Per idem tempus erat et Alexandra mulier discrimine aridi pedis nota multis, quem a compage viventis corporis emortuum non ad opus, sed ad onus per triennium misera circumferebat[1] baculo, quo potius ferri debuerat. Haec igitur fide roborata ad sepulcrum gloriosi confessoris, ubi multi aegri[2] cottidie sanantur, accedens, pavimento cum lacrimis et precibus prosternitur. Nec mora, spectante populo, dies enim dominica erat, integram a Domino obtinuit sanitatem et altera die gratulabunda ad sua[3] recessit.

alia paralytica.

16. Eodem quoque die aliam mulierem paralyticam longo omni membrorum officio destitu-

Num. 4. — [1] Teseta 2. — [2] privata 1. — [3] intro 1 *ante corr.* — [4] (s. m.) *om.* 2.

Num. 6. — [1] *saepe 2 add.* aliud miraculum *sive* aliud *ante singulorum miraculorum narrationem.* — [2] (b. A.) *om.* 2. — [3] Albini *add.* 2. — [4] p. a. 2.

Num. 7. — [1] t. m. 2.

Num. 8. — [1] renovatur 2.

Num. 11. — [1] (c. m.) m. ut c. 2. — [2] ac 2. — [3] confluentes 2. — [4] mulier *add.* 2. — [5] aliunde 2. — [6] merita *codd.*

Num. 12. — [1] pedum 2. — [2] utique 1.

Num. 14. — [1] (et g.) *om.* 2.

Num. 15. — [1] *om.* 2. — [2] *om.* 2. — [3] (ad s.) *om.* 2.

tam

MIRACULA

tam [1], cum ad tumulum sancti viri in grabato a fidelibus delata fuisset, Christus per servi sui merita, expulsa omni aegritudine, reparare dignatus est.

itemque puella quaedam.

17. Nec minus eodem die puella quaedam, quam facie novimus, sed nomine nescimus, gloriosi beati Girardi meritis, ad laudem Christi ab eadem incommoditate, multis astantibus et prae gaudio flentibus, liberata est.

Caeca lumine donata est,

18. Circa idem tempus virguncula quaedam Guitburgis [1] nomine ab ipsis uberibus matris oculorum luce privata, auditis sancti virtutibus confessoris, ut ad ipsius tumbam duceretur, fideliter flagitavit. Quo cum adducta fuisset, omni caecitate discussa, lumen diu optatum sine mora recepit, gaudensque et gratias agens sequenti die repedavit ad sua.

paralyticus sanatus.

19. Briencium quoque quendam puerum paralytico morbo diutius detentum, cum beati viri mausoleum puro corde et fide sincera [1] tetigisset, Christus ad merita famuli sui magis magisque declaranda, expulso omni languore, integrae restituit sanitati; et eadem die rediit suis, qui maternis
B
fuerat deportatus officiis.

homo brachium confractum habens.

20. Sub eodem tempore Gaufridus de Bancio [1], hoc nomen erat infirmo, per beatum Girardum virtutis divinae sumpsit remedium. Qui cum per septennium fracti et arefacti brachii officio frustraretur, cum aliis fidelibus ad vigilias sancti confessoris sabbato pernoctaturus fide plenus advenit. Dumque ingenti fletu et gemitu oraret, ut sibi placaretur Deus et pristinam redderet sanitatem, repente comperit suum divinitus extendi brachium, quod longo ante tempore fuerat curvum. De quo eadem hora sanato cruor uberrime fluens gloriosum astanti populo et insolitum praebuit spectaculum. Quantas tunc laudes multitudo fidelium [2] Domino decantavit, quantis confessorem praeconiis extulerit, lectori relinquimus aestimandum.

Daemoniacus liberatur.

21. Unum inter cetera est apud nos factum, non maius quam quae diximus, sed tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbitrer [esse] Andegavensium qui hoc vel non viderit vel audiendo didicerit, nullum qui oblivisci aliqua ratione potuerit vel debuerit. Quidam enim senex rusticanus, nomine Herbertus, de vico, qui dicitur
c Calomna *c*, cum die medio, tempore aestatis purgaret triticum [1] in area, invasus a daemone, spumans et evomens, exaestuans et fremens post triduum amisit linguae officium. Cumque nullum omnino per sex dies sumeret cibum, ad beati Girardi tumulum a suis deducitur. Quo facto, tria ibi simul miracula sub momento Christus operatur, dum nequam spiritus effugatur, linguae nexus enodatur, homo ab omni languore liberatur. Deinde cum pro gratiarum actione ad capsam sancti Albini duceretur, rogabat circumstantes tam monachos quam presbyteros ne hostem suum, utique daemonem, post se venire permitterent. Hoc [2] igitur signum, quod breviter iuxta veri fidem perstrinximus, toti civitati Andecavae, ipso narrante, innotuit.

Cum singula miracula recenseri nequeant.

22. Si miracula sanitatum scribere voluerimus, quae Dominus per famulum suum beatum Girardum in praesenti ecclesia cottidie operatur, libri magnitudine opus erit. Cum ergo omnia colligi non possint, nec scribi iugiter quae videmus [1] D
antiquis similia divinarum signa virtutum etiam temporibus nostris frequentari, et ea non debere multorum notitiae [2] deperire, pauca de multis profutura posteris litterarum memoriae breviter tradere dignum duximus.

auctor memorat sanationem paralytici, d

23. In festivitate itaque protomartyris Stephani, quae aestivo tempore celebratur, cum nocturam synaxim monachi decantarent [1], quidam paralyticus de vico qui dicitur Burgus *d*, per multos annos omni membrorum officio destitutus, ad tumbam sancti [2] cum aliis quam pluribus excubans, diu optatae redditus est sospitati. Quem Alermus de Charantiaco *e* vir nobilis, dominus eius, multique alii cum illo utriusque sexus et diversae aetatis intuentes et agnoscentes [3], quantas ibi prae gaudio lacrimas fuderint, quantas tibi, Iesu bone, gratias egerint, non est nostrae facultatis edicere. *e*

pueri aegritudine incurvati,

24. Aliud miraculum [1]. Petrum quoque quendam puerum notis honestisque parentibus in confinio civitatis Andecavae procreatum, quem morbus [2], non natura, per biennium curvaverat, nec oculos ad caelum levare permittebat, vidimus eodem tempore, erecto toto corpore, alacriter deambulare, virtutemque sancti confessoris populis undecumque advenientibus ostensa incolumitate manifestare. E

item alius pueri, f

25. Nec minus et alius puer ab urbe Cenomannica delatus, quem Henricus dux Normannorum et comes Andecavorum *f* diligenter nutriri fecerat et in filium adoptaverat, ut sancti mausoleum attigit, ab eadem incommoditate sanatus est.

aliusque contracti. g

26. Per idem tempus alius puer nomine Gaufridus de Plaxitio Gramatici *g* diutina membrorum debilitate contractus, cum a matre sua super iumentum ad memoriam sancti adduceretur, longe adhuc positus, id est quarto ab hac urbe miliario, sentit sibi dari divinae virtutis remedium. Qui statim descendens de animali, cui insidebat, ad locum confessoris concito gressu sanissimus advenit, vetustamque infirmitatem, quam perpessus fuerat, novamque incolumitatem, quam sibi Christus per famuli sui Gerardi merita praebuerat, fidelibus in communi audientia exposuit.

Mulier caeca lumine donatur, h

27. Mulierem quoque de Brahimo *h*, cui nomen erat Ermengardis, cum ad memoriam viri Dei accedere festinaret, in ipso itinere adhuc longe positam visitavit oriens ex alto. Egressa siquidem de domo sua, sicut ipsa narrante didicimus, ut ad vigilia[s] sancti accurreret, oculorum lumen, quod longo tempore perdiderat, stupentibus qui comitabantur eam, in via recepit ducemque sui itineris ulterius non requirens, ad locum, quem optaverat, pervenit; ubi oratione multis cum lacrimis fusa dataque sollemniter oblatione cum gratiarum actione, sequenti die laetabunda et incolumis ad sua remeavit.

et mulieres duae a molestia fistulae sanantur.

28. Circa idem tempus duae infelicissimae mulieres, quarum nomina memoriam meam praeterierunt, molestia fistulae diu laboraverant, perque septimanae circulum totam suis basilicam replentes [1] clamoribus, viscera nostra calamitosis planctibus turbaverant. Denique Christus pater misericordiae earum miseriae et compassioni nostrae, praestita illis pariter sanitate, finem imposuit.

Puella caeca

29. Sub ipso tempore alia puella toti nostrae civitati

Num. 16. — [1] destructam 2.
Num. 18. — [1] Guttbergis 2.
Num. 19. — [1] non ficta 2.
Num. 20. — [1] Baneyo 2. — [2] f. m. 2.
Num. 21. — [1] tricum 1. — [2] hic 1.

Num. 22. — [1] videamus *codd.* — [2] n. m. 2.
Num. 23. — [1] d. m. 2. — [2] Girardi *add.* 2. — [3] cognoscentes 2.
Num. 24. — [1] (a. m.) *om.* 2. — [2] morbum 1.
Num. 28. — [1] fletibus *add.* 2.

A civitati prae diuturna caecitate cognita, ad tumbam servi Dei cum lacrimis et precibus pernoctans, post aliquot dies, depulsis veteribus tenebris, peregrinum lumen sub momento recepit.

Theophania abbatissa caelitus monetur de voto adimplendo. *i*

30. Nec hoc praetermittendum aestimo quod venerabilium personarum relatione me didicisse gaudeo. Theophania *i* famula Christi, abbatissa monasterii beatae Mariae perpetuae virginis, quod extra muros urbis Andecavae situm est, religiosis muneribus sanctum Dei honorare cupiebat : vir enim beatus cum adhuc in clericali degeret habitu, de sacro fonte eam levaverat. Cum itaque cereos quos ut offerret ei praeparaverat, ecclesiasticis, ut assolet, occupata negotiis deferre tardaret, cuidam eius famulo nomine Bosogono, boni testimonii viro, beatus Girardus per visum noctu apparuit [1]. Quem benigne alloquens blandaque manu caput eius demulcens : *Eia,* inquit, *frater, surge, ad dominam tuam quantocius proficiscere, dicesque ei ex mea parte quatinus munuscula, quae mihi se daturam* [2] *devoverat, ulterius reddere non differat* [3]. Quo dicto, cum Bosogonus evigilaret et quid domina sua sancto confessori promiserat, penitus
B ignoraret, ad eam velociter cucurrit, et quid sibi sanctus dixerat, cum lacrimis revelavit. Sanctimonialis vero femina cum narrantis verba audisset, promissionis suae statim reminiscens, seque de neglegentia sua redarguens, ut tandem vota compleret, cum festinatione venit, cereosque, quos iam pridem confessori spoponderat, sollemniter ei et devote reddidit.

Herveus brachium aridum habens sanatur,

31. Herveus quidam iuvenis de territorio Redonensi cum circiter x^{em} per annos, aridum brachium spe obtinendae sanitatis per plurima sanctorum loca circumferens, nullum adhuc laboris sui fructum percepisset, in vigilia sancti Laurentii, qua dies dominica habebatur, cum aliis fidelibus pia mente et fide devota ad sepulcrum benignissimi patris Girardi accessit. Deinde ferrum, quo vir sanctus, dum adviveret, gratia religionis collum suum ornaverat, debilitato lacerto admoveri puro corde flagitavit. Quod cum factum fuisset, meritis sancti confessoris sospitatem diu desideratam, omni populo in laudes Christi acclamante, eadem hora recepit.

item tres surdi muti, *k* *l*

32. Eodem nihilominus die duo iuvenes surdi pariter et muti, quorum alter Drogo vocatus, de vico quem Calempniacum *k* nominant, alter vero dictus... de alio vico quem Frumentarias *l* appellant, mausoleum piissimi confessoris pura fide certatim deosculantes officium linguae simul et aurium, quod natura eis negaverat, meritis sancti viri una eademque hora percipere meruerunt.

m

Item ipso die quaedam mulier, Hildegardis nomine, de vico qui dicitur Chiveriacus *m* eodem quo et praefati iuvenes infortunio damnata, parem cum eis gratiam a Christo adepta est,

ac puer caecus, *n*

33. Item in sollemnitate sancti Laurentii cum Andreas puer de Oratorio *n* septennium transigens in nubilo caecitatis tractus a matre ad locum confessoris pervenisset, statim in conspectu populi circumstantis effugatis tenebris, inter ulnas suae genetricis innotam diem subito videre promeruit.

item mulier contracta, *o*

34. Sub ipso die quaedam mulier nomine Aiga [1] de castro quod Poencium [2] *o* vocant, contractorum artuum debilitate per quinquennium maesta, piissimi patris [meritis] pristinae restituta est sanitati [3].

MIRACULA

puellaque, *p*

35. Puellam quoque de Dalmeriaco *p*, Hildegardis nomine, eodem die Christus ab eadem calamitate ad honorem famuli sui Girardi liberare dignatus est.

ac puer a pedis debilitate, *q*

36. Item ipso die puer quidam, Fulcho nomine, de vico Sancti Clementis de Platea *q* longo tempore debilitatum pedem baculo circumferens, mox ut tumbam sancti tetigit, omni dolore caruit, et cum eo alius, qui manus officium amiserat [1], sospitati redditus abscessit.

alius a morbo fistulae.

37. Item puer quidam de Dalmeriaco, Iohannes nomine, qui annuo morbo fistulae in brachio adeo confectus fuerat, ut consumptis putredine carnibus, etiam corrosa vermibus ossa ab intus deciderent, ad tumbam sancti Girardi aliquantis diebus decubans et Dominum Iesum, ut sui misereretur, assiduis gemitibus exorans, effugata peste mortifera, pristinaque sanitate meritis beati viri integre recepta, populo magna, nobis maiora, suis maxima praebuit gaudia.

Aegri in via ad S. Girardi tumulum sanati, *r* *s* *t*

38. In hoc etiam sunt admiranda et ubique praeconanda sancti confessoris merita, quod non minus absentes aegros et longe positos quam praesentes, id est tumulo suo assistentes, si firmam fidem habuerint, per Christi gratiam curare consuevit. Ad hoc comprobandum non unus aut duo, sed plures deducantur in medium. Guarinus [1] puer de Faia *r*, qui est vicus prope Torarcium [2] *s* situs, vertigine capitis totiusque corporis molestia vexabatur. Nec minus per idem tempus puella Ermengardis nomine de vico quem Rotam *t* nominant, maledicto iratae matris, immo inscrutabili Dei [3] iudicio, contractarum manuum iniuriam patiebatur. Hi itaque, cum pro ipsis parentes et propinqui [4] fide pleni votum facerent et eos ad locum sancti adducerent, adhuc longe in via positi diu desideratam incolumitatem a Christo per beatum Girardum se percepisse gratulati sunt.

item mulier manus contractas habens,

39. Sub ipso tempore erat apud Sabloliacum [1] castrum mulier quaedam [2] opulenta et nota multis, sed nomen eius memoriam meam fugit, quae contractarum palmarum infortunium incurrerat. Haec etiam, audita fama signorum, quae per famulum suum Christus operabatur, cum quadam nocte in lecto se recepisset et se voto perstrinxisset, ut sequenti die vita comite ad vigilias sancti F confessoris cum oblatione digna properaret, repente obdormivit, statimque evigilans tanta facilitate manus renovatas aperuit, ac si in eis nullam prius aegritudinem passa fuisset. Deinde facto mane, ut votis faceret satis [3], locum sancti adiit; ubi fusa cum lacrimis oratione, exhibitaque sollemniter oblatione, laeta et incolumis ad sua recessit.

et alia toto corpore aegra, *u* *v*

40. Erat nihilominus Osanna in confinio Duristalli *u* castri de Plascitio Frillonis *v*, quae diutina totius corporis incommoditate laborabat. Sed et ipsa, tantarum virtutum audita potentia [1], cum ad memoriam sancti, gratia recuperandae incolumitatis, pedibus suis venire nequiret, vehiculum sibi praeparari fecit. Quo cum ascendere voluisset, eadem hora divinae virtutis sensit sibi adesse remedium. Denique relicto vehiculo, gressu concito ad sepulcrum beati Girardi laetabunda cum obla-

Num. 30. — [1] a. m. 2. — [2] d. se 2. — [3] (r. n. d.) d. r. *sed corr. in marg. add.* non *inter* d. *et* r.
Num. 34. — [1] Aiga 2. — [2] Ponicium 2. — [3] (piissimi-san.) prist. san. piiss. p. m. e. r. 2.
Num. 36. — [1] (o. a.) officio caruerat 2.

Num. 38. — Garinus 2. — [2] Toreatium 2. — [3] de 2 *ante corr.* — [4] sui *add.* 2.
Num. 39. — [1] Fabloliacum 2. — [2] *om.* 2. — [3] satisfaceret 2.
Num. 40. — [1] noticia 2.

MIRACULA tionibus venire non distulit, sanitatemque meritis sancti confessoris sibi divinitus praestitam populo circumstanti ex ordine rettulit.

et puer quidam. w 41. Gaufridus quoque puer de vico, qui Pocionaria[1] *w* dicitur, ab eadem calamitate eodem tempore, interventu sancti viri, sub momento liberatus est[2].

Curati meritis S. Girardi *alios aegros sanant;* 42. Magna quidem[1] et mirabilia sunt quae diximus; multo tamen et maiora et mirabiliora, licet ab aemulis nobis non credatur, dicturi sumus, sed non incredibilia nec impossibilia. Omnia enim possibilia sunt, sed firmissime credenti. Multi siquidem aegri, sicut in veritate comperimus, variis languoribus detenti remotisque diversis locis positi ad tactum illorum, qui per beatum Girardum divinitus curati sunt, fide et ipsi non haesitantes, pristinis incommoditatibus effugatis, gratiam sanitatis, qua quisque indigebat, meritis sancti Girardi se consecutos fuisse gavisi sunt. Qui deinde ad eius memoriam festinantes votaque sua digne persolventes, plura, quae praetermittimus, ne vel invidis vel maledicis materiam detrahendi praebere videamur, adhibitis testibus idoneis, sincero pietatis affectu nobis innotescere B studuerunt.

sanatur mulier habens fractum lacertum, 43. Per idem tempus femina quaedam de Sabloliaco castro, nomine Ermengardis, fracti et aridi lacerti infortunio per quinquennium damnata, beato Girardo materiam miraculi praebuit[1]. Cunctis siquidem unius mensis noctibus ad eius mausoleum cum multo fletu et gemitu continue vigilatis, tandem divinitus visitata est; brachium enim illius, osse redintegrato, venis repletis, nervis renovatis, finito mense revixit, suoque corpori non segnius quam alterum ad usus necessarios postea ministravit.

et puer quidam, x 44. Nec minus eodem tempore puer quidam de vico, cui nomen est Pinciacus *x*, eodem detentus incommodo similem gratiam divinitus adeptus est.

item puella muta. y z 45. Sed et puella, nomine Menoldis, de castro quem Monte-Rebellem *y* nominant, ex paroecia sancti Martini de Calderon *z*, dum quadam nocte aestivo tempore cum messoribus in area requiesceret[1], repente conspexit teterrimos spiritus in specie militum armatorum super se discurrere et se vehementer opprimere. Qua horrenda visione C exterrita et paene amens effecta, eadem hora usum loquendi penitus amisit. Cum vero post trium septimanarum circulum ad tumulum sancti a suis deducta fuisset, mox in laudes Christi famulique sui Girardi os aperuit, quod sibi daemonum terribilis effigies[2] divina permissione concluserat. Hoc etenim putamus factum ut opera Dei per beatum Girardi in ea manifestarentur.

Miraculis B. Girardi *non est detrahendum.* 46. Ceterum si aliquis invidus spiritu diabolico seductus vel monasticae religioni adversarius contra nos insurrexerit, et, quod absit, sacrilego ore garrire praesumpserit tot et tanta signa[1] in tam brevi temporis spatio per merita unius homuncionis, qui modicae aut nullius famae hucusque exstiterit, fieri non posse, meminerit Dominum dixisse : *Qui crediderit in me, opera quae ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet.* Eapropter non est incredibile quod ad declaranda servi sui merita Dominus plurima miracula egerit, cuius fidem et gratiam vir beatissimus in vacuum minime recepit[2], sed gloriosis meritis fidenter adornavit, perpetuae siquidem virginitatis amator et custos, de qua Apostolus praeceptum Dei se nequaquam habere asserit, non solum corpore, sed et mente usque ad diem transitus sui integer et immaculatus permansit. Nec minus sententiam Redemptoris qua dicit : *Qui vult post me venire*[3], *abneget semetipsum et sequatur me,* viriliter adimplevit; crucem quippe suam non in angaria, ut Simon, sed sponte, velut Christus, quibusdam licitis voluntarie abiuratis, omnibus vero illicitis prorsus ab ipsa infantia abdicatis, ab itinere dominico, quousque cursum legitime consummaret et bravium ab ipso perciperet, nullatenus deviavit. Nunc ad sanitatum munera revertamur. D

47. Duas quoque puellas, quarum altera Letgardis vocata, de vico[1] cui nomen est Calempniacus, altera vero, de castro quod Passavant *aa* nuncupant; ille qui bene omnia fecit, una eademque die surdas pariter et mutas ad honorem famuli sui fecit audire et loqui. Proinde quantas ibi populus de diversis regionibus ad memoriam sancti confessoris aggregatus[2] Creatori laudes persolverit, nullus narrando explere valebit. *Sanantur mulieres duae surdae et mutae, aa* E

48. Item ipso die puerum quendam Guillermum nuncupatum, de castro quod Brachisacum *bb* vocant, cui totum tergum gibbus informis in spina succrescens opprimebat, Dominus misericorditer visitare dignatus est. Cum enim ab utero matris esset toto corpore curvus, sublato gibbo, venustatem formae, quam sibi natura negaverat, per beatum Girardum innovatus et erectus, flente prae gaudio plebe et gratias agente, sub momento recepit. *et puer gibbosus, bb*

49. Item sequenti die puella, nomine Iohanna, de vico quem Gastinam *cc* dicunt[1], debilitate contracti corporis biennio damnata, palmarum et genuum officium coacta verterat in usum pedum. Mox vero ut ecclesiam beati Albini puro corde et fide non ficta ingressa est, in medio turbae circumstantis repente sanitatis diu optatae munere per beatum Girardum laetificata est. *puella contracta, cc*

50. Item ipso die puer quidam, nomine Bernardus, de castro Fissa nuncupato, eodem damnationis genere decennio vexatus, parem divini muneris gratiam se percepisse gratulatus est. *alius puer,*

51. Nec hoc praetermittendum existimo, quod multis fidelibus notum esse non dubito. Quidam infantulus infirmata vesica calculosus erat effectus. Hic a matre sua spe obtinendae sanitatis ad sancti viri sepulcrum delatus est; cumque totam noctem illam nimiis artatus doloribus duxisset insomnem, solius mortis adventum praestolabatur. Denique facto mane imminet ei conatus eiciendae urinae. Quod mater ut comperit, statim manum virgulae parvuli sui supposuit eiectumque instar fabae calculum, subsequente urina, suspiciens, planctum in gaudium, lacrimas in laudes convertit, et eadem hora cum rediviva sobole ad propria remeavit. *infantulus calculosus,*

52. Interpositis autem paucis diebus, puella quaedam, Iunargandis[1] nomine, de oppido quodam in pago Nannetensi sito, quod Ancinisium *dd* appellant, ab ipsis cunabulis oculorum luce privata, postquam sancti confessoris tumulum oscu- *puella caeca dd*

Num. 41. — [1] Pouvneria 2.
Num. 42. — [1] quippe 2.
Num. 43. — [1] mir. praeb. mat. 2.
Num. 45. — [1] quiesceret 2. — [2] terr. eff. 2.
Num. 46. — [1] Signorum mirabilia 2. — [2] rec. min. 2. — [3] ven. p. me 2.
Num. 47. — [1] (de v.) *om.* 2. — [2] congregatus 2.
Num. 49. — [1] vocant 2.
Num. 52. — [1] Himargundis 2.

lari

A ari meruit, depulsis veteribus tenebris, coram omnibus qui ibi aderant, favente Deo, clarissimum sub momento visum recepit.

pueri duo frenetici sanantur, ee ff

53. Deinde procedente tempore, duo pueri, quorum unus de oppido Guirchia *ee* nuncupato, nomine Petrus, alter de viculo, cui nomen Sauteriacus *ff* in territorio Andecavensi, Guillermus et ipse nuncupatus, ambo immundorum spirituum infestatione horribiliter vexati dentibus vehementer stridebant, semetipsos et omnes sibi appropinquantes morsibus dilacerabant. Quamobrem funibus astricti, sensu funditus perdito, ad locum ubi sancti viri corpus veneratur, non sine magno labore adducti sunt. Qui post aliquot dies ibidem commorati, Domino miserante et beato Girardo intercedente, a malignorum spirituum rabie liberati, sensu recepto, ad propria incolumes sunt reversi.

duo fabri brachiis manibusque infirmi, gg hh

54. Circa idem tempus duo fabri, quorum alter de castello Brientii *gg* Robertus nuncupatus, alter vero de Furnellis *hh* vocitatus Gaufridus, brachiis longo tempore arefactis manibusque contractis, diuturnae [1] otiositati, sed non voluntariae vacabant. Isti igitur cum precibus et votis ad tumulum hominis Dei aliquantis noctibus vigilatis, optatae per biennium sanitati una eademque hora pariter sunt restituti.

filia febricitans,

55. Nec hoc silendum puto, quod in conspectu multorum factum scio. Filia cuiusdam mulieris in Andecava civitate febrium igne succensa vexabatur et ita aestuantis vaporis accensio puellulae medullas corpusque consumpserat, ut in ea spes nulla [1] vitae remaneret, sed desperatio conclamata sequeretur. Quid plura? Medicorum remedia subtrahuntur, solusque luctus matri reservatur. Quae ad beatum virum totam spem convertens tollit corpus iam fere exanime; cumque a multis ammoneretur, ut cadaveri exstincto sepulturam praepararet, fide plena sobolis suae membra praemortua ad tumulum hominis Dei flens et eiulans accurrit [2]; ubi exhibita oratione et oblatione, protinus puella, omni dolore effugato, totius incolumitatem corporis, beato Girardo mediante [3], se in momento recepisse gavisa est.

itemque puerulus. ii

56. Item simile huic non debeo reticere miraculum. Ipso die mulier alia apud Pontem Saiaci *ii* lugebat parvulum iam imminente mortis arti-
C culo desperatum. Cumque infans solam necem operiretur et mater de sepultura eius cogitaret, admonetur a fidelibus quatinus infantulum devovens ad memoriam sancti viri afferret. Quod cum fecisset, puerulus sanitatem recepit, et mater cum sobole ad sua laetabunda repedavit.

De narratis miraculis dubitari nequit, de multis tamen siletur.

57. Multa quidem miracula praetermisimus, quae vidimus et audivimus, ne lectori fastidium facere videamur. Quae autem scribimus, coram Deo testificamur, quod ad sancti huius, de quo loquimur, venerabilem memoriam, quam saepe imbecillium sanantur infirmitates plurimorum. Caecis quippe visus restituitur, illisque aut datur novus aut redditur perditus; otiosis surdorum auribus, fugata insensualitate, tribuitur proprio sensu uti, manus pedesve morbo debilitati optato restituuntur officio, reparantur paralytici, renovantur aridi, a daemonibus liberantur energumini. Sed quid moramur in singulis? Enumeret sanitates, cui vacat enumerare infirmitates; dicat remedia, qui potest dicere incommoda. Ut omnia compendiose claudamus, quisquis plenus fide ad eius tumulum incommoditate qualibet affectus accessit ... [1].

MIRACULA

Daemoniacus liberatur,

58. Item per idem tempus Guito quidam civis Andecavensis arreptus a daemone graviter vexabatur. Cuius infelicitati vicini et amici compatientes, vinctis post tergum manibus, ad tumulum sancti Girardi stridentem cum dentibus et [1] duces suos morsibus laniantem non sine grandi labore adduxerunt. Cumque per aliquot dies ibidem eum detinentes custodirent, in sollemnitate beati Albini, quae autumnali celebratur tempore, effugato daemone, sensum recipit simul energuminus et corporis alacritatem [2].

item energumena;

59. Ipso die Hildegardis, quae monachorum vestimenta abluebat, surgens a mensa mutum incurrit daemonem, qui eam immaniter vexans mutam simul et amentem effecit. Quod videntes sui [1], flentes et eiulantes tumulo servi Dei Girardi cum oblationibus eam praesentaverunt. Nec mora, nomen Salvatoris mulier suppressa voce coepit invocare, balbutientique, ut poterat, susurro opem beati Girardi flagitare. Eadem vero E nocte circumstantibus dicebat : *Video domnum Girardum, sed adhuc longe positum.* Sequenti vero die, id est in vigilia apostolorum Simonis et Iudae, liberata ab infestatione daemoniaca et sanitate corporis cum sensu recuperata, Deum glorificandi et servum eius honorificandi materiam toti Andecavae civitati evidentissime praebuit.

adulescens aridum habens brachium sanatur, kk

60. Circa idem tempus Guillermus quidam adulescens ex castro, cui nomen est Sablolium *kk*, brachio, quod longo tempore aridum nullique usui aptum circumferebat, divinitus reparato, virtutem sancti confessoris Girardi longe lateque propalavit.

item hydropicus,

61. Sub ipso fere tempore, Gaufridus ex pago Cenomannico, hoc nomen erat infirmo, hydropico morbo diutius laborabat; qui cum omnes facultates suas in medicos consumpsisset et nihil profecisset, invento salubri consilio, firma fide medicamentum beati Girardi supplex flagitavit et impetravit, tantique medici potentiam circumquaque Cenomannensibus gaudenter praedicavit.

et alter brachium arefactum ferens, ll

Dein procedente tempore, Albertus monachus Sancti Iovini *ll*, vir honestus et religiosus, infortunium arefacti brachii incurrerat. Qui, audita tantorum signorum potentia, locum confessoris adiens, circulum ferreum et massam plumbi lapidemque non parvi ponderis, quibus homo Dei gratia religionis collum suum vivens oneraverat, debilitato lacerto admoveri fideliter flagitavit. Quod cum factum fuisset, tam fuit cito illi salutem recipere, quam reliquias nominatas tetigisse.

item quidam canonicus, mm

62. Nec minus quidam canonicus ex monasterio Omnium Sanctorum *mm*, quod est prope muros urbis Andecavae situm, ab eadem incommoditate virtute gloriosi confessoris liberatus est.

duoque surdi, nn

63. In festivitate sancti Girardi Petrus quidam adulescens ex vico Sancti Florentii *nn* officium aurium, quo [1] longo tempore caruerat, recuperare promeruit. Eadem quoque sollemnitate sancti Girardi, Susanna ex oppido Cenomannico, quem Bellum Montem *oo* vocant, mulier nobilis et devota, a pueritia incommodo surditatis damnata eandem gratiam adepta est.

ac paralyticus;

64. Frogerius ex vico *pp* quem Vernum vocant, diutius

Num. 54. — [1] diutinae 2.
Num. 55. — [1] ulla 2. — [2] *forsan pro* adducit. — [3] medicante 2.
Num. 57. — [1] *reliqua huius sententiae pars om.* 1, 2.
Num. 58. — [1] *om.* 2. — [2] sanitatem 2.
Num. 59. — [1] diu 2.
Num. 63. — [1] quod 2.

MIRACULA

diutius paralytica molestia vexabatur. Qui cum ad locum beati viri a suis deduceretur, in ipso itinere adhuc longe positus Dei gratia visitatus est et redintegratus. Evolutis autem nonnullis diebus, cum in sacrosancta sollemnitate saepedicti patris sepulcro ipsius fide plenus procumbens oraret, aperti sunt intellectuales oculi illius [1] et sicut postea idem ipse nobis multisque fidelibus simpliciter enarravit, ipsum mausoleum, quo procumbebat [2], aperiri sibi visum est. Quo cum ingredi praesumeret clauso quater quaterque aperto eodem sepulcro, ne introiret, divino nutu occurrente sibi lapide prohibitus est.

item alius, qq

65. Sub eodem tempore, alius paralyticus nomine Petrus de Novento[1] *qq*, omni corporis valetudine destitutus, in iam dicto oppido manibus repens et pedibus fidelium beneficiis sustentabatur. Hic audita fama virtutum, quas Dominus per famulum suum Girardum operabatur, de divina pietate plurimum confisus, sumptis duobus baculis, quibus utcumque infelicia membra contraheret, ad locum hominis Dei fide sola comitante venire conatus est. Cumque ab hospitio suo usque B ad Andecavam civitatem sexdecim mansiones, quas alii homines duobus diebus absque gravi labore eundo praetereunt, anxius peregisset, tandem ad tumbam sancti viri aliquantulum alacrior pervenit. Deinde vigilatis inibi [2] cum precibus et votis tribus noctibus, totius corporis effugata molestia, incolumis et gaudens repedavit ad sua.

et quidam pedibus aeger,

66. Iarnogovius [1] homo quidam ex Monte-Rebelli oriundus pedum manuumque officio longo tempore destitutus, trium hebdomadarum noctibus cum pura devotione ibidem pernoctabat, suffragio sancti Girardi sanitatem, quam semper optaverat, recepit et ad sua incolumis recessit.

aliusque gravi infirmitate laborans, rr

67. Gaufridus puer ex oppido Dinampensi *rr* oriundus Andecavis quidem sanus advenerat, sed ibi tanta aegritudine coepit deficere, ut nullo ad humanos usus per aliquot dies corporis officio fungeretur. Carne quidem praemortuus vix tenui spiritu palpitabat. Cumque hoc genere languoris in basilica sancti Albini delatus gravaretur, reiculis quas habebat pro sepultura eius distributis, qui curam illius gerere videbantur solam eius necem praestolabantur. Deinde perurgente advenientium populorum frequentia, in porticu eccleC siae est remotus, ubi cum ex toto exstinctus putaretur, inopinatae sospitati repente est redditus.

mulier ulcerosa, ss

68. Circa idem tempus in sabbato ante adventum Domini, Aiga[1] quaedam mulier cum in domo sua apud vicum Rionensem *ss* quippiam operis ageret, occulto Dei iudicio percussa est in lingua ulcere pessimo. Quo vehementer artata praesidium sancti, quod voce non poterat, supplici corde flagitabat. Nec mora, cum se beato viro devoveret, arreptoque itinere votum reddere festinaret, statim [2] fugata peste mortifera sanitateque recepta, Andecavum venit, totique urbi ad sepulcrum beati viri oranti rem ex ordine rettulit.

homo aegrotus,

69. Apud Calumnensem vicum homo quidam Rainaldus Bidel diutius aegrotabat. Hic sicut alii quamplures, spe sanitatis recuperandae, locum sancti adiit. Ubi cum prostratus oraret caputque suum inter columnas lapideas, quae sarcophago supereminent, simplici corde iniceret sensit fraglantiam suavissimi odoris ex sepulcro eodem D emanasse. Intuitus est etiam quasi nebulam fumi redolentis, quae omnia aromata superabat, ab intus copiose egredi. Cuius suavitatis odore respersus [1] incolumitatem totius corporis mentisque alacritatem per virtutem sancti viri hora eadem consequi promeruit. Denique ad propria reversus cum quae viderat sacerdoti suo seriatim referret [2], ab eodem vehementer correptus est eo quod tam gloriosum et spectabile miraculum monachis illius ecclesiae non indicasset. Nec mora, prudentis viri increpatione emendatus ad sepulcrum sancti celeriter rediit, et quid sibi acciderat monachis et aliis fidelibus enarravit.

peregrinus, cuius lacerti obriguerant, tt

70. Erat apud Insulam Bucchardi *tt* vir grandaevus et devotus, qui vocabatur Gaufridus Thorel. Hic igitur orationis gratia oratorium beati Iacobi apostoli in Hispania situm cum multis eiusdem devotionis adierat. Qua peregrinatione devotissime [1] peracta, cum iam ad sua repedaret, ambo eius lacerta prae nimio labore et insolito frigore adeo obriguerunt, ut nec manus ad os ducere nec se signare ullo modo valeret. Cuius infortunio condolentes comites itineris suggesserunt ei ut E suffragium beati Girardi, cuius pietatem multi infirmi experti sunt, firma fide imploraret. Quod cum ille, obortis [2] lacrimis, fecisset et se confessori toto corde devovisset, mox tepefactis venis nervisque reparatis, utraque illius brachia amissum diu officium receperunt.

iuvenis dysenteriam passus

71. In Nannetensi pago apud vicum qui Oratorium nominatur, iuvenis quidam Frogerius vocitatus gravi dysenteria per circulum anni irremediabiliter cruciabatur. Hic itaque naturalibus putrefactis humoribus et per posteriora non sine acri dolore eiectis [1], cum iam morti proximus esset, excitatus discurrente tot signorum praeconio, quae Dominus ad declaranda famuli sui Girardi merita operabatur, Andecavum veniens tumbae sancti cum fiducia obtinendae sanitatis prosternitur. Ubi cum duas noctes corde contrito spirituque humiliato excubasset, medicante beato viro, pristinae sanitati redditus est.

et Rainaldus clericus valida aegritudine vexatus.

72. Nec hoc praetereundum est miraculum, quo in octavis Epiphaniae Dominus sanctum suum voluit mirificare. In Andecava siquidem civitate Rainaldus quidam clericus notis et honestis parentibus procreatus decidit in lectum validae aegri- F tudinis. Qui cum per biduum nullum omnino sumeret cibum, sed sine voce, sine sensu solam necem opperiretur, mater eius ad comprobati medici Giraldi antidotum salubre et multis iam expertum [1] confugiens, tumulum eius lieno, quem pro devotione secum detulerat circumcinxit, et in circuitu sepulcri sollicita pulverem pro benedictione collegit, deinde ad filium semivivum velociter rediit. Cumque os eius sacrosancto pulvere fricasset et lienum, quo sancti tumbam ambierat, ad collum illius suspendisset, continuo puer oculos aperuit emissoque per nares sanguine, soluto linguae vinculo, astantes allocutus genetricemque suam lacrimantem blande consolatus, ut sibi cibum praepararet, flagitavit. Quid plura? Statim tamquam de ipsius necis faucibus ereptus surrexit et cum parentibus suis pro gratiarum actione ad memoriam sancti confessoris, cuius suffragio pe-

Num. 64. — [1] eius 2. — [2] providebat 2.
Num. 65. — [1] Vovento 1. — [2] *om.* 2.
Num. 66. — [1] Iarmagonius 1.
Num. 67. — [1] Dinampnensi 2.
Num. 68. — [1] Alga 2. — [2] statimque 2
Num. 69. — [1] sespersus 1, 2. — [2] ref. ser. 2.
Num. 70. — [1] diutissime 2. — [2] abortis 2.
Num. 71. — [1] vectis 2.
Num. 72. — [1] aegris *add.* 2.

riculum

A riculum mortis evaserat, festinanter sanus accurrit factaque sollemniter oblatione, sanior [a], immo sanissimus ad sua recessit.

ANNOTATA.

a *Probabilius* Fougère, *cant. et arr. Baugé; distat ab Andegavo kil. 41. Vid. Port, op. cit., tom. II, p. 185.*

b *Huius ecclesiae superstites reliquiae, ut notatum est apud Port, tom. I, p. 58, hodiedum reconditae sunt, domo quadam nuper exstructa ad introitum stratae a Sancto Martino nuncupatae.*

c Chalonnes-sur-Loire, *arr. Angers. Port, tom. I, p. 577.*

d Bourg, *non multum distans a pago* Briolay, *arr. d'Angers.*

e *Probabilius* Charancé. *Port, tom. I, p. 623.*

f *Cfr. Comment. praev., num. 3.*

g Plessis-Grammoire, *arr. Angers. Port, tom. III, p. 120.*

h *Probabilius* Brain-sur-Longuené, *cant. Lion-*
B *d'Angers, arr. Segré, distat Andegavo 22 kil. Port, tom. I, p. 476.*

i *Abbatissa nempe huius nominis prima, quae intra 1132 ac 1142 monasterio praefuit; cfr.* Gall. christ., *tom. XIV, p. 699.*

k Chaligné, *viculus in pago Aubigné. Port, tom. III, p. 573.*

l Fromentières *in vico* Bauné. *Port, tom. II, p. 213.*

m Cheviré-le-Rouge, *arr. Baugé; distat Andegavo 35 kil. Port, tom. I, p. 691.*

n Le Louroux, *viculus in pago* Vernantes. *Port, tom. II, p. 552.*

o Pouancé, *arr. Segré; distat Andegavo 60 kil. Port, tom. III, p. 168.*

p Daumeray, *cant. Durtal, arr. Baugé, distat Andegavo 54 kil. Port, tom. III, p. 10.*

q Saint-Clément-de-la-Place, *cant. Le Louroux-Beconnais, arr. Angers. Port, tom. III, p. 341.*

r Faye, *cant. Thouarcé, arr. Angers; Port, tom. II, p. 139.*

s Thouarcé, *arr. d'Angers. Port, tom. III, p. 580.* AUCTORE I. D. B.

t *Probabilius* La Roë, *in pago* Seiches. *Port, tom. II, p. 296.*

u Durtal, *oppidulum arr. Baugé; Andegavo distat 34 kil. Port, tom. II, p. 87.*

v *Forsan vertendum* Plessis-Friloux; *Friloux est viculus in pago Sainte-Gemmes-d'Angers. Port, tom. II, p. 212.*

w La Possonnière, *arr. d'Angers. Port, tom. III, p. 162.*

x *Forsan* Pincé-sur-Sarthe, *dép. Sarthe.*

y Montrevault, *arr. Cholet, distat Andegavo 35 kil. Port, tom. II, p. 727.*

z Chaudron, *cant. de Montrevault. Ibid., tom. I, p. 647.*

aa *Arr. de Saumur, distat Andegavo 54 kil. Ibid., tom. II, p. 56.*

bb Brissac *oppidulum. Ibid., tom. I, p. 509.*

cc *Forsan* Gâtines, *viculus in pago Faye. Ibid., tom. II, p. 232.*

dd Ancenis, *dép. Loire-Inférieure.*

ee Guerche, *in viculo Chaudefonds. Port, tom. II, p. 323.* E

ff *Forsan* Sautré. *Ibid., tom. III, p. 496.*

gg Briançon. *Ibid., tom. I, p. 495.*

hh Les Fourneaux. *Ibid., tom. II, p. 198.*

ii Pont-de-Cé, *arr. Angers. Ibid., tom. III, p. 150.*

kk Sablé, *dép. Sarthe.*

ll Saint-Jouin-sur-Marne. *Vid.* Gall. christ., *tom. II, p. 1273 sqq.*

mm Toussaints. *Ibid., tom. XIV, p. 709 sqq.*

nn *Forsan* Saint-Florent-le-Vieil, *cant. Cholet. Port, tom. II, p. 364.*

oo Beaumont-sur-Sarthe, *dép. Sarthe.*

pp *Forsan* Vern, *cant. Lion-d'Angers. Ibid., tom. III, p. 689.*

qq *Forsan* Noyant, *arr.* Saumur. *Ibid., tom. III, p. 18.*

rr Dinant, *dép. Côtes-du-Nord.*

ss *Domnus Chamard hoc nomen vertit in* Brion, *op. cit., p. 195.* Brion *vero situs est in cant.* Beaufort. *Port, tom. I, p. 505.*

tt Isle-Bouchard, *dép. Indre-et-Loire.*

[a] sanus 1.

C F

DE B. HELENA

SANCTIMONIALI EX ORDINE S. CLARAE ASSISIENSIS

PATAVII IN ITALIA

ANNO MCCXXX. F. V. O.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Non pauci de B. Helena *scripserunt,*

1. B. Helenam, *virginem Patarinam, ex clara Enselminorum stirpe oriundam, vixisse per anteriorem saeculi XIII partem, consentiunt omnes qui de rebus patriis et de seraphica S. Francisci religione scripsere* (1); *sed non ita inter eos constat quo anno nata sit atque defuncta. Ut enim antiquiora testimonia proferam, — aequalis autem supparisve aetatis desunt, — Bartholomaeus de Pisis, O. M., in libro* De conformitate vitae beati Francisci ad vitam Domini nostri, *cui ultimam admovit manum anno 1385* (2), *quique in lucem typis prodiit Mediolani anno 1510* (3), *primum de* B. Helena *documentum*

(1) Horum nomina recenset Arthurus a Monasterio, *Martyrologium Franciscanum*, ad d. 4 novembr., nota. — (2) *Anal. Boll.*, tom. XI (1892), *Catal. codd. hagiogr. lat. bibl. Ambrosianae*, p. 330, et Marcellino da Civezza, *Saggio di bibliografia Sanfranciscana*, p. 471. — (3) *Ibid.*, p. 463. Rarissimae editionis principis exemplar exstat Vindobonae, in bibliotheca Rossiana S. I.

AUCTORE F. V. O.

mentum tradidit (1), *tacet prorsus eius nativitatis obitusque annum. Rodulphus Tossignanus annum 1230 tamquam emortualem assignat* (2); *retinent autem annum 1231 B. Scardeonius* (3), *quique eius vestigiis inhaesit Angelus Portenari* (4). *Ceterum ea est inter Tossignanum ipsum et Scardeonium affinitas, ut alter alterum exscripsisse vel potius ex eodem fonte communi penum suum hausisse ambo videantur. Curriculum vero* B. Helenae *vitae spatio 24 annorum auctores isti includunt omnes. Ab his plane desciscit Marianus Florentinus, O. M., vir rerum sui ordinis haud incuriosus, qui ineunte saeculo XVI floruit* (5). *In opere enim* Fasciculus Chronicarum Ordinis Minorum, *quod remansit manuscriptum, quodque Waddingus compilavit in concinnandis Annalibus suis, reicit ille, teste eodem Waddingo* (6), *obitum* B. Helenae *usque ad annum 1242. Cui suffragatur ipse Waddingus, ea potissimum ratione adductus, quod, si fides danda est Mariano,* legitur inter revelationes eiusdem beatae una de Gregorii IX post mortem eius in caelis gloria, qui anno superiore obivit, *nempe anno 1241.*

quos inter Sicco Polentonus

2. *Concivium memoriae Vitam* B. Helenae *tandem mandavit Sicco Polentonus, vir Patavinus, litterarum ac iuris civilis peritus, qui medio saeculo XV civitatis cancellarius creatus, archivo publico resarciendo studium et tempus navavit* (7). *Cuius opellae exemplar adhuc superest Paduae in bibliotheca Antoniana, pluteo XXII, cod. signato 559. Codex membraneus, paginarum 39, mensurae 0m,29 × 0,21, bellissime exaratus est, neque ineleganter ornatus anno 1437, uti in fine innotescit. Initio digesta est Vita S. Antonii de Padua eodem auctore; dein post prologum filio Lazaro destinatum subsequitur primum Vita B. Antonii Peregrini, tum* B. Helenae *Enselminae. Ad calcem legitur hunc librum fuisse ab ipso Polentono dono datum sacristiae basilicae S. Antonii :* " Anno nativitatis Domini nostri Iesu „ Christi M°.CCCC°.XXXVIII, liber iste, in quo scri„ ptae sunt vitae ac miracula devotissimi sancti „ Antonii confessoris de Padua beatissimorumque „ Antonii Peregrini, ac Helenae monialis, datus est „ huic sacristiae ecclesiae praefati sancti Antonii, „ confessoris de Padua, ordinis fratrum minorum „ conventus Paduae, per Sicconem Polentonem, „ et scriptus per me fratrem Iacobum de Padua, C „ atque ferrea catena hic alligatus, ut ipsum „ libere ad commodum suum quisque legere, sed „ auferre nemo possit (8) „. *Eiusdem virginis Vitae transsumptum ex alio exemplari textum maiores nostri acceperunt (hodie in bibl. reg. Bruxell., cod. 8932), sed adeo mendis depravatum ut huic excudendo, nisi R. P. Josa, O. M., bibliothecae Antonianae praefectus, benignam sedulae collationis tulisset opem, impares admodum fuissemus.*

haud ultimum locum tenet;

3. *Diligentis autem compilatoris gratia valere ipsum Polentonum eruitur, cum ex eruditionis fama, qua apud suos populares fruitus est* (9), *tum ex verbis, quibus* B. Helenae *Vitam conclusit :* Haec sunt, mi Lazare, iucundissime fili, quae investigans undique memoranda inveni de his, qui beati sunt, Antonio Peregrino ac Helena moniali. *Inter ea, exstitisse scripturas quasdam anteriores, hodie* D *deperditas, profitetur Bartholomaeus de Pisis in notitia, quam de virgine Patavina concinnavit :* Huic Deus multa revelavit, quae ipsa sororibus enarravit et ea scripta Paduae habentur ; quae, dum essem in eodem loco, vidi (10). *Ea autem scripta pronum est concludere fuisse a Polentono derivata in longiusculum caput, quod de* B. Helenae *visionibus confecit. Noveritne etiam Bartholomaei Pisani commentarios, dubium est. Nam licet plura uterque communia enarret, quod vigentibus Patavii traditionibus vel scriptis satis explicatur, ea tamen auctor franciscanus affert quae, si alteri innotuissent, ab eo nequaquam fuissent praetermissa. Insuper dum* B. Helena, *testante Bartholomaeo,* iacuit privata omni virtute corporis et linguae bene per annos XVI, *multo moderatius loquitur Polentonus. Ait enim :* Quindecim ad menses continuas febres passa est, nec prius, quam suum obiret diem, febribus liberata est (11). *Et infra, postquam ab instante morte paululum recreata erat,* non quicquam deinde aut cibi aut potus sumpsit. Dictu quidem mirabile atque inter miracula memorandum : tres namque ad menses sine cibo et potu vixit, loquelam quoque illo ipso amisit E die (12). *Tres igitur ultimos terrestris vitae menses ieiuna prorsus et muta permansit. Utri autem auctori in hac re fidendum sit, non liquet; equidem in Polentonum utpote accuratum ac domesticum indagatorem propendeo. Mirum quoque est ab ipso, qui adeo incubuit in colligendas memorandasque* B. Helenae *visiones, ne insinuari quidem eius revelationem, quae ad Gregorium IX spectat, de qua supra solus Marianus. Tandem diserte declarat Polentonus* B. Helenam *obiisse* anno nativitatis Christi MCCXXX, secundo nonas novembris, aetatis vero suae anno XXIIII. *Quod receperunt initio citati auctores Patavini, mihique probabilius videtur quam Waddingi coniectura.*

cuius lucubratio

4. *Porro integrum textus Polentini tenorem, ineditum hactenus, in compendium redegerunt B. Scardeonius et R. Tossignanus* (13), *uti vel leviter conferenti patet, et ipsorum verbis quantum satis est designatur. Ita enim mentem suam prior aperit :* Permulta et difficillima de caelestibus secretis rettulit, quae adhuc exstant, et quae egomet vidi, et non sine maxima admiratione perlegi. *Et adhuc clarius alter :* Sunt multa alia praeclara quae narrantur de B. Helena Paduana, F que habentur in legenda eius Paduae. *Undenam vero Scardeonius tempus deprompserit, quo beata virgo* ingressa est monasterium Arcellae veteris, extra moenia civitatis per quingentos passus, septentrionem versus, *nimirum* anno aetatis suae duodecimo, *me fugit. Illud quoque ex Polentoni prologo de BB. Antonio Peregrino et* Helena *Enselmina notatu dignum videtur, quod* etsi neuter sit pontificis summi iudicio approbatus, miraculis tamen clareat uterque ac populi opinione ambo sint beatorum in ordine collocati. *Tale documentum anno 1437 prolatum nonnihil facere potuisset ad immemorabilem* B. Helenae *cultum stabiliendum. Qui cultus decreto Innocentii XII, die 29 octobris anni 1695 dato confirmatus est* (14), *postquam processus, secundum Urbani VIII normam, ab ordinario, episcopo Patavino, Gregorio*

ad cultum B. Helenae stabiliendum contulisse videtur.

(1) Conformitas VIII, fol. 74v col. 2, edit. Mediol. 1513. — (2) *Historiarum seraphicae religionis* lib. I, p. 140. Venetiis, 1586. — (3) *De urbis Patavii antiquitate*, lib. II, classe VI (Graevii *Thesaur. antiquit*, tom. VI, parte III, col. 136-7). Liber ille primum excusus est Basileae 1560. — (4) *Della felicità di Padova*, p. 479. Padova, 1623. — (5) Negri, *Degli scrittori Fiorentini*, p. 397. — (6) *Annales Minorum*, ad annum 1242. — (7) Gius. Vedova, *Biografia degli scrittori Padovani*, tom. II, p. 119-22. — (8) Cfr. A. M. Josa, *I codici manoscritti della biblioteca Antoniana*, p. 175-6. — (9) Cfr. Scardeonius, *op. et edit. citt.*, lib. II, classe x, col. 267. — (10) *Loco cit.* — (11) Cfr. Vitam, n. 5. — (12) *Ibid.*, n. 6. — (13) *Locis cit.* — (14) Cfr. Benedictus XIV, *De servorum Dei beatificatione*, lib. II, cap. XXIV, § 24.

cardinali

A *cardinali Barbadico eiusque delegatis institutus est atque completus a die 29 martii anni 1689 ad diem 14 septembris anni 1690; factaque mense aprilis anni 1697 altera inquisitione, demum concessa sunt anno 1701 missa atque officium de* B. Helena, *uti legitur in litteris ad antecessorem nostrum C. Janning a P. I. B. Romagnoli S. I. Padua die 17 aprilis eodem anno missis* (1).

Huius cultus indicia ex processibus, 5. *Quos processus, Patavii in episcopali tabulario asservatos, hodiernus huius civitatis antistes, Illustrissimus Dominus Iosephus Callegari, nobiscum perliberaliter communicavit; cui sinceras, uti par est, gratias referimus. Summa manifestati ab immemorabili erga* B. Helenam *cultus capita, quae pluribus testimoniis dilucidata sunt, ita in libello petitionis ibid., fol. 1v, contraxit Andreas Vercellus, sacerdos Patavinus, I. U. D., rector parochialis ecclesiae Sancti Maximi :* Tamquam aurum in fornace Deus illam probavit, et caelestibus visionibus ac gratiis recreavit, ac donis supernaturalibus et miraculis illustravit tam in vita quam post mortem, adeo ut ad eius sepulcrum continuatis temporibus utriusque sexus Christi fideles B confluxerunt *(sic)* et confluunt etiam de praesenti tam plebei quam nobiles, tam saeculares quam etiam ecclesiastici eidem ven. famulae Dei beatae Helenae seipsos enixe commendantes, et gratias ac beneficia innumerabilia per eiusdem B. Helenae intercessionem a divina largitate reportantes, adeo ut pro gratiarum actione iugiter ad eius tumulum votivae imagines etiam argenteae ac tabellae et dona offerantur, lampades accensae sint et fuerint semper asservatae, ipsiusque corpus, quod per annos quadringentos quinquaginta et ultra incorruptum et suavem spirans odorem in ecclesia ab eius nomine B. Helenae semper appellata, supra terram in capsa cypressina custoditur, devote a fidelibus tam civibus quam exteris visitetur, et singulis annis omni quarta die novembris, nec non in secundo et tertio resurrectionis Domini festivis diebus, in quibus a loco Arcellae dictae B. Helenae corpus fuit translatum in hanc ecclesiam, ubi nunc reperitur, quae prius vocabatur ecclesia Sanctae Mariae Armenorum, et nunc, ut praemissum est supra, dicitur ecclesia B. Helenae, magno populorum concursu veneratur, et semper nomine C et titulo beatae nuncupata fuit et nuncupatur, scientibus et tolerantibus ordinariis huius civitatis omnium praeteritorum saeculorum usque in hodiernum diem.

ex consuetudinibus monasterii de Arcella, 6. *Inter peculiaria cultus indicia, prout plures aetate provectae moniales testatae sunt,* nel Confiteor che si suol recitare tanto nell' officio quanto in altra occorrenza di recitarlo, solevano quelle buone monache *[monasteriorum Sanctarum Clarae et Helenae, Patavii]* per uso come dicevano antichissimo di cui non v'era memoria, dire doppo quelle parole Petro et Paulo, beato Basilio, beato Francesco, beato Antonio, beatae Clarae, beatae Helenae et omnibus sanctis etc.; e così replicavano nel Ideo precor. Ma il P. Inquisitore di quel tempo, che mi pare si nominasse Antonio Vercelli, disse et avisò che non si poteva aggiongere all' orationi instituite dalla Chiesa altri santi che quelli che essa vi haveva, senza la debita licenza. Onde fù ommessa questa usanza. Interrogata per qual causa si ponesse nel numero delli santi prenominati anche il nome di S. Basilio, responde perche si diceva che S. Basilio anticamente era titolare di questa chiesa; ma di poi crescendo la veneratione verso la nostra beata fù la detta chiesa denominata dalla medesima, come è al presente. (AUCTORE F. V. O.)

Aggiongo che tanto in refettorio à cena, quanto in choro in giorno di digiuno anticamente per uso derivato dai secoli passati, per quanto si diceva delle nostre vecchie prenominate, l'abbadessa solea benedire le sue monache in questa forma : Iddio vi benedica la gloriosa vergine Maria, Messier S. Francesco, Messier S. Antonio, Madonna S. Chiara et Madonna S. Helena; ma sono settanta anni che non si benedice (2). E

et ex liturgia perspicua sunt. 7. *Hodie in proprio diocesis Patavinae, affixum est officium* B. Helenae *diei V novembris, sub ritu duplici. Narratur quidem in lectione IV beata virgo fuisse ad dominicae passionis* cultum instructa a sancto Antonio, quem in via spiritus ducem et magistrum habuisse fertur. *Quod non improbabile esset, cum S. Antonius ab autumno 1229 usque ad ver anni 1230 in Patavino tractu remoratus sit* (3). *Fata autem corporis* B. Helenae *ac monasterii sub eius nomine erecti, accipe ex* Stato personale del clero della cità e diocesi di Padova, per l'anno 1853, *pag. 30 :* Questo monastero fu abitato dalle religiose Francescane dal 1510 fino al 1806, le quali 278 anni dopo la morte della B. Elena Enselmini vergine Padovana partirono dall' Arcella e vennero a domiciliarvi portando seco il corpo della beata, che ora trovasi nella chiesa prepositurale di S. Sofia. Il detto monastero, che soggiacque alle vicende della generale soppressione e demaniazione del 1810, fu acquistato a merito del fu M. R. P. Francesco Peruzzo Minore conventuale, e della religiosa Maria Angela Gesuati allo scopo di fondarvi un Istituto di Salesiane, che di fatto F venne aperto nel 1839.

Iudicium de dictis factisque B. Helenae *prudenti lectori relinquitur.* 8. *Supervacaneum foret copiosius humilis virginis dicta gestaque speculari. Proposito meo satis erit factum, si quae Bartholomaeus de Pisis et Sicco Polentonus tradidere, subiecerim. Mole sua corruunt fabulosa, quae in Polentoni prologo occurrunt; mira autem et portentosa, quibus lucubratio abundat, prudenti lectorum iudicio in medio relinquimus, eo magis quod* B. Helenae *cultus, nullo eius virtutum praevio examine, sed probato dumtaxat casu excepto, ab Innocentio XII confirmatus est* (4).

(1) Bibl. reg. Bruxell., cod. 8932. — (2) Ex processo ms. supra indicato. — (3) Lempp, *Antonius von Padua*, in Zeitschrift für Kirchengeschichte, tom. XII (1891), p. 428 et tom. XIII (1892), p. 8. — (4) Benedictus XIV, *op. cit.*, lib. IV, parte 2, cap. IV, n. 3.

COMPENDIUM

COMPENDIUM VITAE B. HELENAE

ex Bartholomaeo de Pisis, De conformitate vitae B. Francisci ad vitam Domini nostri. *Conformitas VIII, fol. 74v, col. 2 (Mediolani, 1513).*

Fuit etiam in isto ordine soror sancta Helena de Padua, quae fuit monialis in monasterio exteriori de Arcella, quod monasterium B. Franciscus aedificavit et in dicto monasterio sanctus Antonius noster Deo spiritum reddidit *a*. In dicto monasterio fuit soror et monialis praedicta, quae maximis florens virtutibus a Domino velut aurum per patientiam fuit comprobata. Iacuit enim privata omni virtute corporis et linguae bene per annos XVI *b*. Quae gestu corporis et signis maximam in talibus praetendebat hilaritatem. Huic Deus multa revelavit, quae ipsa sororibus enarravit, et ea scripta Paduae habentur; quae, dum essem in eodem loco, vidi. Verum cum petiissem a sororibus quomodo illa sine lingua potuit revelare, responderunt sorores quod hactenus ob silentium observandum non lingua, sed nutibus loquebantur et talibus nutibus et signis omnia exprimebant quae loqui volebant *c*. Et sic faciebat praedicta soror beata. Huius corpus ostendunt sorores integrum venientibus illuc, cum tamen sit longum tempus quod mortua est. Et quod maius est, ita sibi crescunt capilli et ungues ac si viveret. Unde tondent sorores praedicta, et prae devotione largiuntur petentibus. Ipsa multis claruit et claret miraculis. Ipsa enim quendam nobilem marchionem de Lupis de Parma, dominum Bonifacium, in articulo mortis positum, emisso voto ab eius uxore pro eo, ad sanitatem perfectam reduxit. Et plura alia miracula fiunt.

ANNOTATA.

a Act. SS., *ad d. 13 Iunii, tom. II, p. 713.*

b *Cfr. commentariolum, num. 3.*

c *Tantus tempore Bartholomaei de Pisis in servando silentio rigor non congruit cum constitutionibus ab Innocentio IV, die 9 augusti 1253 datis. Cfr. Sbaralea,* Bullarium Franciscanum, *tom. I, num. 496.*

VITA ET VISIONES B. HELENAE

AUCTORE SICCONE POLENTONO

edita ex codice Patavino bibliothecae Antonianae plutei XXII, signato num. 559, collato cum apographo Bruxellensi bibliothecae regiae signato num. 8932. Cfr. Comment. praev., num. 2.

Sicconis Polentoni *a* praefatio ad Lazarum filium in beatorum Antonii Peregrini *b*, ac Helenae monialis vitas. Incipit feliciter.

B. Helena urbis Patavinae decus,

1. Sollicitare me soles precibus, Lazare fili, quod vitas simul ac miracula beati Antonii Peregrini et, quae sacra monialis fuit Minorum ex Ordine, beatae Helenae memorem. Quae tua petitio est mihi semper et iusta et honesta visa; quoniam, etsi neuter sit pontificis summi iudicio approbatus, miraculis tamen clareat uterque ac populi opinione ambo sint beatorum in ordine collocati. Sunt praeterea origine Paduani, Manziorum Antonius, Helena vero, quo mater tua, Henselminorum sanguine nata est. Quippe civitatem hanc Paduam, in qua enutritus es atque natus, rebus multis eisdemque pulcherrimis atque magnificis exornatam constat. Sed vetustatem eius laudant quidam, qui historiarum scriptores et clari scriptores conditam ipsam ante Romam annos supra CCCC tradunt. Moenia extollunt aliqui, qui ea duplicia undique atque superba, eadem quoque triplicia alicubi videant. Aquarum alii commoditatem ac copiam moderatam, agri plerique fertilitatem, aedes multi publicas et privatas, templa nonnulli, omnes amplitudinem urbis ac singularem praetorii excellentiam admirantur. Mihi autem videri esse maximum omnium faciendum solet, quod in ea multa et veneranda sanctorum corpora habeantur.

quae et aliorum sanctorum memoria illustratur.

2. Nec quidem mirum, quod civitas ista sanctos viros et venientes ad se peregrinos excepit benigne semper, et natos apud se accurate nutrivit ac coluit. Equidem loco isto reliquias minutas, quamquam venerabiles sint ac infinitae, praetereo sciens; corpora modo sanctorum dico. Hac una in re ita excellit ac lucet Padua, ut qui recensere ista voluerit, is nullum sit genus sanctorum inventurus, cuius non sancti cuiuscumque corpus haec civitas habeat. Uno quidem sanctae Iustinae in templo, ut praetermittam reliqua, quocumque in genere sanctorum corpora sunt *c*. Nempe apostolorum ex ordine, ne a plebeis et infimis ordiar, habet Mathiam, illum ipsum qui Scariothis Iudae proditoris in locum, ut numerum impleret apostolorum, suffectus est. Evangelistarum habet Lucam, Innocentum multa sunt ossa, martyrum corpora Maximi, Iuliani, Felicitatis uno in tumulo collocata. Uno item in puteo martyrum corpora esse complura, eademque nomina incognita et vetus tradit fama, et qui monachi sunt illo in monasterio venerabiles, dicunt. Confessorum adest Prosdocimus, qui apostolo a Petro missus antistes, primus omnem hanc istam Italiae regionem, quam Venetiam illa tempora appellarent, vano idolorum a cultu veram Christi ad fidem ac veri Dei cognitionem et cultum convertit et baptizavit. Adest unus eremita beatus *d*. Corpora iste apostoli Mathiae et Lucae evangelistae ne dissiparentur, Iuliano apostata saeviente, navigans Dei nutu ipsa e Constantinopolis urbe Paduam, quae intimo in sinu Adriatici maris civitas esset clara et

A et cultrix christianae fidei, apportavit. Adest beatus Arnaldus, monasterii huius abbas. Virginum autem e numero adest, quam nominavi, Felicitas; adest Vitaliani filia, Iustina sancta martyr et virgo; Matris quoque Dei (cum in caelis corpus eius Filius collocavit) adest, quam Lucas evangelista pinxit, imago propria et figura. Quippe templum id sanctorum corporibus plenum esse et vetus fama tradit, et historiae sacrae dicunt. Neque vero est inde procul ecclesia quae sancti Leonini, episcopi Paduani, simul et nomen et corpus tenet *e*. Inclito autem in templo, quod sanctum appellant, corpora sancti Antonii confessoris ac beati Lucae sunt *f*. Porro sancti Lucae ecclesia sanctum habet Crescentium *g*. Quae vero est cathedralis ecclesia, ea martyrem habet Danielem *h*; levita iste fuit et, christianum in nomen saevientibus idolatris, constans hic Christi pro nomine, duas inter tabulas ferreis clavis confixus interiit. Haec ipsa in civitate corpora sanctorum; extra vero ac ipsis prae moeniis corpora sunt beatorum Antonii Peregrini et Helenae monialis *i*. Paduano quoque in agro sanctos habet Bertramum Fontaniva *k*, Georgium militem illum ac martyrem gloriosum habet Monssilex; habet Zemula Beatricem *l*, Fidentium Saletus habet *m*.

Quos inter B. Helena, cuius Vitam scripturus est auctor.

3. Sed iam morem tuae ut geramus voluntati, quas petis vitas primum Antonii Peregrini, deinde monialis Helenae videamus. Hoc enim et iure debemus sanctis viris ut celebris eorum memoria habeatur, et facile possumus isto praesertim tempore, cum messes vacationem nobis omni forensi a cura ac liberum ad scribendum otium largiantur *n*.

. . . .

ANNOTATA.

a *De Siccone Polentono diximus in Comment. praev., num. 2.*

b *De B. Antonio Peregrino videsis* Act. SS., *ad d. 1 Febr., tom. I, p. 264-5.*

c *De sacris exuviis, quas conservat Sanctae Iustinae Patavinae ecclesia, fuse disseruit Portenari,* Della felicità di Padova, *lib. IX, p. 424-35. Ibi legesis notitias de variis sanctis, quos Polentonus hic commemorat.*

C d *Nempe B. Urius. Quid censendum de translatione corporis S. Lucae per eum facta, aperuerunt nostri* Act. SS., *Oct., tom VIII, p. 307-8.*

e *Hanc cappellam S. Leonino, vulgo dicto Violino, undecimo episcopo Patavino, sacram describit Portenari, op. cit., lib. IX, p. 499.*

f *Monet Portenari, op. cit., p. 399, templum Sancti Antonii per* ἀντονομασίαν *vocari* sanctum. *Beatus Lucas, de quo hic agitur, est B. Lucas Belludi, Patavinus, Ordinis Minorum. Cfr. Portenari, p. 402.*

g *De ecclesia Sancti Lucae et de S. Crescentio in ea sepulto videsis ibid., p. 439.*

h *Portenari, op. cit., pp. 379, 382, 431.*

i *Monasterium Sanctae Mariae de Porciglia O. S. B., in quo iacebat corpus B. Antonii, situm erat extra portam Porcigliam; monasterium vero Sanctae Mariae de Arcella, in quo sepulta est B. Helena, extra portam Codalongam. Cfr. Portenari, op. cit., pp. 481, 478.*

k *Fontaniva quindecim miliaribus abest Patavio. S. Bertrandus, de quo hic meminit scriptor, erat ex nobilissima familia Orenga. Portenari, p. 72.*

l *De S. Beatrice Atestina, virgine Patavina, sepulta in vico Gemmula egerunt nostri* Act. SS., *Mai tom. II, p. 597-602.*

m Saleto, *viculus provinciae Patavinae haud procul ab oppidulo Montagnana. S. Fidentius, qui fuit tertius episcopus Patavinus, colitur die 16 novembris; de quo videsis Ughelli,* Italia sacra, *tom. V, p. 424, et Portenari, op. cit., p. 68.*

n *Sequitur iam B. Antonii Peregrini Vita, cuius compendium ex Bernardino Scardeonio desumptum editum est* Act. SS., *Febr. tom. I, p. 264.*

VITA

Beatae Helenae monialis vita.

B. Helena S. Francisci religionem amplexa,

4. Helena virgo beata Paduae oriunda civis fuit, nobili secundum mundum familia Henselminorum nata. Patrem habuisse militem ferunt. Deo autem dicata est ipsa monialis ac Dei serva facta illo in monasterio, quod extra civitatem prae moeniis situm, Cellam veterem nominant *a*. Moniales ibi ac fratres ordinis sancti Francisci, vitae sanctae homines, discretis mansionibus habitabant *b*. Hoc namque isto in monasterio Helena nostra castitatem, oboedientiam, paupertatem et E reliqua huiusmodi, quae religio ipsa iubet, non minus servavit opere ac re implevit quam et ore vovit ac verbo professa est. Non enim habitum modo et nomen, sed qui fallere Deum nequit, et animum et vitam bonae ac verae monialis sumpsit. Neque vero monasterium est ingressa ut, qui magni sunt et multi, labores mundi et paupertatem effugeret, marceretque otio ac se voluptati daret, verum ut rebus soluta mundanis optimo Deo liberius ac tota mente serviret. Quippe sororum erat nulla divina ad officia diligentior, nulla abbatissae oboedientior, nulla regulae observantior, nulla domesticas ad res obeundas in monasterio promptior. Denique tota vita eius plena ieiuniis, plena disciplinis, plena omni sanctimonia et austeritate fuit. Adde quod tanta est vitae austeritate usa, ut fessa langueret saepe, laboraretque febribus atque iaceret aegra.

per multos languores

5. Erat quidem natura debilis et infirma, sed animo, voluntate, desiderio patiens atque fortis. Quaecumque sibi eveniebant mala, aegritudines, adversitates, eas quasi pro eius peccatis digne ac merito sibi evenire dicebat, easdemque veluti sibi missas a Deo ferebat patienter ac bono animo tolerabat. Porro quindecim ad menses continuas F febres passa est, nec prius, quam suum obiret diem, febribus liberata est. Quo autem anno erat ad Dominum migratura, maiorem per quadragesimam, haud aliter quam fuisset sana et omni febri libera, ieiunavit. Fatigata vero et continuis febribus et multis languoribus, noctes complures duxit insomnis; nec quidem se, cum vigilaret, acediae et lamentis dedit, sed, ut poterat, languens orationi vacavit. Legebat namque, ut fere solebat semper, hymnos beatae genetricis Dei ac virginis Mariae; legens vero declinavit caput aliquantulum debilitate prae nimia super librum, nempe supervicit eam, nec tamen ita vicit, ut dici vere eam dormisse potius quam vigilasse possit. Tum vero apparuit ei, quam oratione saepenumero invocabat, beata Dei mater ac virgo. Ea praedixit futurum illo anno quod febres et adversitates quam maximas ac supra solitum pateretur. Id quoque futurum nuntiavit, si quae sibi evenirent adversa, ferret patienter et amore Dei, quod eius a filio ac vero Deo Iesu Christo beata vita ac aeterna gloria donaretur.

et inediam diuturnam,

6. Nec quidem evenit secus. Ipsam enim fervens quaedam ac duplex tertiana febris aggressa

est,

VITA

est, eandemque continuos ad dies decem tenuit. Qua vero nocte diei undecimi finis erat, eadem veluti quadam horribilitate perterrita sudare metu esseque anxia ac tremebunda coepit. Tandem vero, quasi liberata periculo atque confidens, aperuit oculos et clamans quanta potuit voce ad eas quae astarent ac proximae essent * moniales, inquit: *Heu! quam magnus est iste.* Tum interrogata quidnam esset quod videret ipsa et magnum esset, respondit: *Monstrum habens capita multa vidi.* Signum hoc esse naturae deficientis ac cito morituræ, quae aderant omnes, et moniales et abbatissa putarunt. Idem Helena credidit; ipsa proinde consilio ac voluntate concordi, quae sanctae Ecclesiae iussu danda christianis morientibus sacramenta praesto afferri, et ipsa petiit, et abbatissa iussit. Deus bone, quanta cum reverentia et devotione peccata sacerdoti confessa est sua, quantis cum suspiriis et lacrimis Christi sumpsit corpus nostra haec ista Helena beata; postea vero, ne deesset quicquam quod sacrosancta iuberet Ecclesia, oleo sancto uncta est. Sequenti autem illucescente die, quae moritura B paulo ante subito videbatur, eadem contra spem omnium respiravit paulum atque spem vitae longioris dedit. Oblatum quoque cibum, ne abbatissae et monialibus id suadentibus displiceret, sumere conata est; positum vero in os cibum subito reiecit, quia erat alienatus ac debilis stomachus, atque vehementia quadam per nares iecit. Neque vero quicquam deinde aut cibi aut potus sumpsit. Dictu quidem mirabile atque inter miracula memorandum: tres namque ad menses sine cibo et potu vixit, loquelam quoque illo ipso amisit die.

* *ita cod. Bruxell., sed deest in cod. Patav.*

loquela etiam orbata vixit.

7. Sequenti autem die legi sibi quae habent de passione Domini evangelia postulavit. Horum autem lectio tanta ipsam et compassione et pietate commovit, ut oculi exundarent lacrimis, nec Domini passionem quae legeretur audire legi, sed factis adesse atque videre Dominum capi, ligari, duci, conspui, caedi, crucifigi, mortem pati, pectus vulnerari lancea videretur. Hoc namque die isto Deus, ut patientiam suae huius servae experiretur et altera in vita plus gratiae ac beatitudinis largiretur, de industria, quasi esset iratus, multiplicavit ei omnes infirmitates et mala. Nempe, ut C paucis omnia colligam, oculorum amisit lumen, dentes sibi clausi, digiti et pedum et manuum summo dolore contracti; denique nullum membrum, nulla pars corporis expers doloris et cruciatus fuit. Tantis autem in malis animus, intellectus, auditus integer et illaesus mansit. Quae dicerent moniales, omnia perfecte audiebat et intellegebat ipsa. Quae autem dicere ipsa vellet, ea, ut solent muti, signo manuum intimabat. Sed quoniam eveniret interdum quod mentem eius quae adessent moniales manuum signo non caperent, remedium ipsa ut intellegeretur invenit. Induxit quidem moniales quod alphabeti ex ordine singulatim litteras nominarent; quae autem suam ad rem facerent, eas notabat ipsa, moniales vero istas colligebant, et syllabas ex litteris, deinde dictiones ex syllabis, postremo orationes ex dictionibus perfectum ad sensum et intellegentiam componebant. Neque ferebat ipsa non moleste si qua monialium quicquam collectis ex litteris immutasset. Deum autem rogabat assidue, ut sibi loquendi redderet potestatem. Quippe usum linguae amisit prorsus; nec dum vixit, loqui audita est. Sicubi autem dixero quicquam esse dictum ab ea, id velim a me ita dictum, qui legis, intellegas, ut deinceps nihil ore dixerit, sed omnia nutu et D signo manuum, aut collectis, ut dixi, litteris indicaret. Ceterum visiones hoc tempore habuit multas Helena nostra, easque non sponte, sed maiorum iussu coacta, uti vidit, dictim aperuit.

ANNOTATA.

a *De huius monasterii fatis et incolarum migratione, cfr. Portenari,* Della felicità di Padova, *p. 478.*

b *In Legenda S. Antonii de Padua, saeculo XIII concinnata, a P. A. M. Josa edita (1883), p. 21, ita legitur:* Erant ibi *[nempe in Arcella]* Fratres prope monasterium Dominarum Pauperum commorantes, et iuxta consuetudinem Ordinis divina illis ministrantes.

Visiones beatae Helenae monialis.

Recreatur visionibus sanctorum,

8. Sibi enim sancti apparuerunt primum. Sanctos vero illos esse, haudquaquam subito nec temere credidit; sed christianis armis usa, cum apparerent illi, signo se ipsa crucis creberrime muniebat. E Ea res in admirationem traxit moniales, induxitque ut interrogarent eam ac recusantem oboedientiae virtute compellerent, ut propalaret curnam signo crucis, super solitum multiplicatis vicibus, se munisset. Tunc respondens patefecit ipsam homines se quosdam in sanctorum forma vidisse et, quoniam dubia fuisset ex Deone an ex diabolo apparerent, ideo se crucis signo tantopere communivisse *, quod spe ducta esset futurum, si vere Dei sancti et spiritus boni essent, quod starent firmi nec terrerentur signo crucis; sin spiritus essent mali, profugerent subito ac viso crucis signo penitus evanerent; se autem, quos viderat, vere Dei sanctos esse percipere, quod repetitam totiens crucem non fugissent, sed firmi ac constantes, uti venerant, permansissent. Illos vero saepe deinde sibi apparere dixit ipsamque alloqui et graviter increpare solere, quod loquendi hoc in saeculo licentiam postulasset.

* *cod. Patav.* commonuisse *Bruxell.* communisse.

Christi Domini et B. Virginis;

Addebat quoque non Dei sanctos modo, sed ipsum et Dei filium ac verum Deum Iesum Christum et, quae mater eius ac virgo esset, Mariam intemeratam et sanctam solere apparere interdum sibi consolarique ipsam ac hortari, ut quas F pateretur aegritudines et dolores, animo bono ac patienti ferret.

mortem proximam ipsi innuere videntur,

9. Tempore interiecto, sororem unam, quae sibi tunc forte assisteret, ne se desereret illa die, prece multa precata est. Interrogata vero cur se non deseri tantopere precaretur, respondit quod se morituram die illa putaret. Ipsam enim hanc in opinionem adduxerat quod eius ad caput videretur habere librum vitae, qui foris argenteus et clausus esset.

alia quaedam signa.

10. Signum quoque suae propinquantis mortis intimavit esse quod tres sibi apparerent tubae, quae argenteae essent et magnae, ordine autem ita distributae quod singula in aure esse una, in ore tertia videretur. Futurum item affirmabat proxima die quod personarent omnes, sed quae minor erat proxima in media nocte, mediocris in meridie, omnium autem maxima in solis occasu atque ipsa in completorii hora suavissime clangeret. Postea vero se illas clangentes audisse dixit, nec tamen, qua putaverat die, vita defuncta est.

De maiestate Dei,

11. Per idem tempus ac saepenumero dixit se videre speciosum ac mirae magnitudinis templum, et

A et in eo maiestatem esse divinam; adesse quoque virginem beatam Mariam chorosque angelorum ac ordines sanctorum, qui Deum suavi cantu et una voce laudabant. Indicavit deinde se per noctem videre Dominum in sua maiestate sedentem, et coram adesse David prophetam, qui iubilaret psalterio, ac genibus exoraret flexis ut, qui sunt adaequati solo, Ierusalem exaedificaret muros.

de caelo,

12. Tum quoque beatae huic Helenae videbatur se prospicere firmamentum caeli ac numerum videre grandem fratrum, qui et Deo canerent laudes et dolabris dolarent lapides pretiosos, eosdemque ad fundamentum muri arte tanta componere, ut qui essent multi, esse unus modo, nusquam interposita linea, viderentur. Se autem lapidem esse unum * existimabat ipsa atque timebat ne ipsam veluti paleas, qui lapides levigarent dolatores conculcandas abicerent. Haec cum intimaret, metu et anxietate sudabat. Erat quidem mos iste sibi ut, cum patefaceret quicquam, id vultu si erat iucundum iucundo, sin triste tristi monstraret.

* *supra scriptum alia manu in cod. Patav.* vivum.

de sanctis,

13. Eadem vidisse nocte intimavit quendam, qui esse frater Minorum ex Ordine videretur. Hunc non cognovit; putabat * quidem sanctum Franciscum esse, sed carebat stigmatibus; eratque proceritatis magnae, et, quas habebat vestes, albi coloris erant. Adesse quoque sibi tunc est visum Noe, Enoch, Eliam, Moisem, qui turbati essent vultu extensosque manu arcus et igneas sagittas haberent. Tabulas praeterea legum Moises gerebat manu. Noe vero insufflavit paulum, unde mox nubes exorta adeo crevit, ut terrae partem quam maximam operiret. Per idem tempus ductam se ab angelo in spiritu per viam foveis plenam dixit, eundemque angelum iubentem alteri angelo foveas implere istas audisse; et cum ille implesset, daemonem venisse ac foveas renovasse, tunc vero se vocem audisse iterate dicentis: *Anima quae non diligit Dominum, digna est plagis magnis.* Illos etiam per dies sibi coronatus stellis quinque sanctus Bernardus apparuit. Ducta vero ab angelo poenarum ad loca quae horrida essent ac obscura, animas passim affligi, sed alibi aeternaliter ac severe, alibi mitius ac bona cum spe eundi sanctorum ad requiem, vidit. Daemonem
C autem, qui in forma pueri, ut surgeret et dicendas ad horas in ecclesiam iret, multis rationibus hortaretur, tandem signo crucis signato * fronte, fugavit.

* *cod. Bruxell.* putasset

* *sic*

de alma Trinitate, revelantur ipsi nonnulla.

14. Vidisse postea intimavit divinam Trinitatem, Patrem, Filium et Spiritum sanctum, Patris vero a dextris Iesum Christum vera in deitate ac humanitate sedentem, a dextris quoque Filii sedere matrem Mariam virginem beatam, deinde ac circumquaque choros angelorum et coetus sanctorum ac sanctarum tum novi tum veteris Testamenti, qui essent ita ordine collocati, ut locum quisque tenere suum ac Deo canere laudes viderentur.

Videt monialem defunctam,

15. Luciam vero, quae monialis eodem in monasterio professa esset ac seorsum aegra iaceret, vita defunctam esse Helena nostra indicavit. Tum vero quae astarent monialium una, suis ut videret oculis ac certior fieret si, uti affirmabat ista, ita mortem obisset illa, ad infirmariae locum, in quo Lucia esset, subito properavit, atque, uti haec dixerat, ita mortuam illam invenit. Interrogata vero Helena unde mortuam esse, quam non viderat, percepisset, respondit angelos se audisse, qui et Deo laudes canerent et animam illius in caelum ferrent. Per noctem autem, dum mortuae Luciae corpus sepeliendum in diem posterum servaretur, subiit cogitatio quaedam Helenae beatae nostrae. Existimabat quidem se post Luciam non victuram diu, atque putabat se communi in monumento non sepeliri, quod arbitraretur moniales nimium ob foetorem paulo ante sepultae Luciae aperiri monumentum id non passuras. Quippe desiderabat se communi in monumento sepeliri, ut illis cum sororibus, quemadmodum in uno monasterio vixerat, ita mortua eodem in monumento sepulta iaceret. Haec atque huiusmodi talia anxie cogitanti apparuit puella, quae et forma elegans et fulgore circumfusa caelesti esset. Hanc putavit virginem Mariam esse. Admonuit quidem ipsam non quem in locum corpus sepeliretur mortuum, sed quo iret anima, curandum esse.

VITA

et ab altera defuncta pane reficitur.

16. Qua vero die cum festum sanctorum Cosmae et Damiani celebre ageretur, insolita quaedam sibi admiratio est oborta, quod ullo sine cibo Deus ipsam tanto tempore conservasset. Tum quae perdiu ante obierat diem suum, monialis quaedam apparuit. Amicta erat ista vestibus albis et splendidis, erant quoque in crucis modum lucentes stellae vestimentis intextae; Helenam vero, pane oblato, ut comederet hortabatur. Tum E
ad eam: *Quomodo,* inquit Helena, *comedere possum, quod nihil iam dies septem et quadraginta comederim?* Hanc illa tunc amplexa est, et quem involutum occulte sub veste portarat mirae pulchritudinis pannum extendit, atque posito pane iterum, ut comederet, Helenam exoravit. Helena vero retrospiciens pulcherrimam vidit crucem; quam exosculans mirabili est odoris suavitate repleta; monialis autem panem fregit et obtulit. Helena vero tres, uti videre sibi est visum, bolos sumpsit atque refecta est.

Apparent ipsi B. Virgo, Christus Dominus,

17. Inter sollemnia missae apparuit, quae summa est omnium regina et Dei mater ac virgo Maria. Zonam haec speciosissimam eius in manum dexteram posuit; clavis erat ita haec cooperta zona, quod rosarum simul et crucis similitudinem contineret. Bis postea Dei filium humana in carne vidit, semel cum meditaretur quanta Dei fuisset humilitas, quod pati mortem et * nos salvare dignatus esset; tunc enim ita sibi Iesus apparuit, quod esse xxv annorum iuvenis videretur. Iterum autem et Iesum filium et Mariam virginem et matrem se invicem amplexantes vidit; mente quidem tunc elevata, considerabat Helena nostra F
benignitatem Dei, qui humanam sumere carnem ac demorari in utero virginis novem mensibus voluisset. Utraque visione immensam laetitiam et consolationem sumpsit.

* *cod. Patav.* ut.

angeli,

18. Quattuor quoque seraphim tubas quattuor magnas ac diversi coloris habentes vidit, eosdemque dicentes audivit: *Peccata sunt gentium aggravata.* Postea vero in vigilia sancti Michaelis, cum vespertinum officium dicerent, quae astabant moniales, iacens Helena speciosam vidit viam et viros quinque per illam properare. Angeli erant isti, Michael, Gabriel, Raphael et duo seraphim alii; properabant quidem omnes ut in ecclesia sancti Michaelis, quae alto esset in monte, vesperas decantarent. Nocte autem sequente, foveam vidit magnam et horribili fumo plenam Helena nostra; ex illo audiebatur clamor percutientium palmas et *veh veh* alta voce dicentium. Inde autem Helena in caelum ducta, archangelum Michaelem audivit, qui suum ad festum angelos invitaret. Festi vero die, cum missae sollemnia agerentur, audivit choros duos qui, sedente in maiestate Dei Filio ac genetrice sua virgine Maria, sublimi voce canentes gratias agerent. Admiranti autem sibi quod

quod tam pulchrum festum Michaeli caelestis curia celebraret, responsum est quia maximus curiae princeps esset.

et apostoli. 20. Tanta vero et tam longa infirmitate gravata Helena Dominum exoravit ut, qua recrearetur paulum, sibi consolationem aliquam mitteret; nec quidem orationem finierat, en angelus Domini et cum eo Iohannes Baptista, Petrus apostolus, Iohannes evangelista ad eam missi caelitus advenerunt. Horum autem visitatione atque praesentia haud modicum sublevata est. Petrus vero signo crucis signavit eam, et abierunt omnes.

In excessum rapta 21. Postea vero Dei pietatem summam esse considerans, Helena subitaneum quendam in mentis excessum venit. Tunc caelestem curiam et in ea flumen magnum ac ingentis magnitudinis columnam vidit. Erat super columnam liber clausus; hunc signaculis dissolutis aperuerunt angeli quattuor. Inde vero mox tantus splendor exivit, ut sanctorum etiam facies resplenderent.

videt fructus paradisi, 22. Idem autem per tempus Helena, uti solebat saepe ac ferme semper, divina contemplans, in admiratione ducta est, quod in paradiso neque arborem ullam nec poma, uti audiverat, esse vidisset. Tum vero in spiritu elevata ac caelestem Ierusalem ingressa est. Prospiciens autem sicubi rerum huiusmodi quicquam esse videret, angelum hinc vidit unum, qui fructus decem afferret; color illi albus et rubeus, forma piri erat. Alterum inde angelum vidit, qui esset seraphim et vas pulcherrimum apportaret. Porro vas adorabant et sancti et sanctae omnes, atque suas in facies procidentes laudabant Deum. Tandem vero id vas ad Domini pedes qui ferebat angelus posuit.

gloriam caelestem, 23. Per noctem autem Helenae cogitanti quid esset Deus daturus illis, qui eum hoc in saeculo dilexissent, apparuerunt tres angeli colloquentes. Quippe dicebat primus : *Pondus;* secundus : *Et pondus;* tertius : *Et supra pondus.* Iterum primus dicebat : *Mensura;* secundus : *Et mensura;* tertius: *Et supra mensuram.* Tum primus repetebat dicens : *Finis;* secundus : *Et finis;* tertius : *Et sine fine.* Primus quoque : *Gloria;* secundus : *Et gloria;* tertius : *Et supra gloriam.* Postremo qui erat primus dicebat : *Principatus;* secundus : *Et principatus;* tertius: *Et supra principatus.* Secum

C autem postea cogitans Helena qualis et quantus esset locus in quo illorum quiescerent animae, qui minus perfecte hac in carne vixissent, elevata est mente et ab angelo supra deliciarum paradisum ducta virentissimum in pratum. Ibi mortuorum et viventium vidit animas infinitas, quae iturae caelestem ad gloriam essent; sed pars non ante iudicii diem, pars breve ad tempus iturae videbantur. Meditans vero Helena nostra quantam esset benigno a Deo beatus Franciscus, cuius namque tunc dies celebris agebatur, et gratiam et gloriam assecutus, audivit vocem dicentem : *Potens fuit in terris Franciscus, potentissimus est in caelis.*

SS. Franciscum et Antonium. Mentis autem in excessu facta, vidit patrem Franciscum et cum eo beatum Antonium Paduanum ac Ordinis sui complures sanctos patres canentes Deo laudes. Nocte autem quae festum secuta est diem, vidit beatum Franciscum, sacerdotalibus apparatum, stantem coram Dei maiestate ac reverenter suo pro Ordine exorantem. Aderat quoque Dei mater et virgo beata Maria et cum illa sanctorum et sanctarum numerus infinitus. Orantes vero hi pro universo populo christiano obauditi sunt quod magna esse nimium hominum malitia videretur.

24. Illucescente praeterea die quodam, esse vidit coram Deo vas magnum ac firmiter clausum in caelo et seraphim angelum duas in crucis modum alas extensas habentem; deinde vocem audivit quae diceret : *Orate pro Ecclesia Dei, quae fluctibus maximis agitatur.* Dum vero moniales circumstarent et ipsam, quod esset doloribus super solitum aggravata, ad patientiam hortarentur, omnia quae illae dicerent haec attente collegit. Silentibus autem illis, haec quae dicta erant, omnia secum tacita considerabat mente. Tum voces duas suavi quadam modulatione idem quadragies repetentes audivit. Una dicebat *Amor;* secunda, cui prima iterum canens, dicebat *Christo.* Meditanti autem sibi quaenam fuisset * vitae sanctitas unius, quae paulo ante obierat diem, monialis, apparuerunt virgines quattuor. Capita earum albis tecta velis erant. Reiectis autem velis, quae virginum maior erat, se Iustinam esse, reliquas vero Constantiam, Effigeniam, Domicellam nomine appellari dixit. Hac visione est recreata Helena multum. *B. Helena confortatur ab angelis,* ** om. cod. Pad.* *et a sanctis virginibus.*

25. Palatium quoque vidit pulchritudinis mirae. Ornatum erat id et gemmis et auro; personae in eo duae alas binas habentes erant. Animam item tunc speciosam ac exornatam gemmis vidit. Cuius autem esset et palatium et anima, accurate ac saepe investigans non audivit. Virente postea in prato esse cubilia, mensas, sedes paratas ac magnifice exornatas vidit; sedentes erant ibi sexus utriusque homines multi. Solo isti saturabantur odore, surgentes autem et cubilia exornabant floribus et cantu mellifluo laudabant Deum. Principem deinde praecellentem ac insignem vidit. Hic, quam gestabat manu, pulcherrima virga circumdabat angelorum, archangelorum, martyrum ordines; exosculabantur se invicem illi ac Deum voce suavi laudabant. Angelos quoque vidit septem, qui chartas in manu septem aureis litteris scriptas haberent, vocemque mox dicentem audivit : *Haec testamenta sunt, legite festinanter.* *Visiones de caelo*

26. Per noctem autem feriae sextae inclitum vidit Helena templum et in eo Dei matrem ac virginem Mariam, sanctorumque ac sanctarum quocumque in genere multitudinem infinitam ire; pergere videbantur processionis in modum omnes bini, et singulis corporis sui sacramentum dare F Christus. Helenae autem sciscitanti quam ob rem tam celebris processio fieret, responsum est id fieri aeternam ad memoriam quod Dominus noster Iesus Christus sit feria sexta passus. *deque in eo celebratis feria sexta*

27. Sequenti vero sabbato, Dei matrem iterum, sed imperatoriis nunc vestimentis ornatam, Helena nostra vidit. Ea stare coram filio et manu tenere vas plenum odore multo visa est. Perquirens autem Helena quid ea res vellet, dicentis vocem audivit id matris Dei ad honorem sabbati die singulo fieri. Facta vero in excessu ac cogitans Helena secum quaenam essent turres illae, de quibus loquitur propheta illo in versiculo : *Et abundantia in turribus tuis,* vocem audivit dicentem eas turres ordines angelorum esse. *et sabbato,*

28. In vesperis autem, audiens moniales versiculum canere *et de gratiis ibi Deo actis.*

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus
Et Spiritui sancto,
Tribus honor unus,

cogitare coepit quae laus, quod decus, quis honor hic

A hic esset. Mente autem ob eam rem elevata, vidit sanctos et sanctas flectere genua, Deoque ac Matri gratias agere. Perquirens autem quidnam esset illud, responsum habuit sanctos et sanctas totiens referre gratias Deo, quotiens versiculum illum Ecclesia recitaret.

De meritis sanctorum in caelo,

29. Pratum iterum garofolatis floribus plenum, et in eo, qui flores colligerent, angelos vidit. Excelsi quoque montis in vertice et pratum speciosum, et quae descenderet religiosorum multitudinem sarcinis oneratam vidit. Sarcinas vero illas cognovit in spiritu esse orationes, disciplinas, opera bona, quae religiosi Deo pro universis offerrent. Cogitans vero secum orandumne pro exsistentibus in paradiso melius, an pro existentibus in purgatorio esset, commonefacta est orare pro existentibus in purgatorio bonum, superfluum autem pro existentibus in paradiso esse.

deque eorum festis ibi peractis

30. Sanctum quoque Martinum commonentem religiosos, ut fugerent cupiditatem, vidit. Apostolos autem Simonem et Iudam vestibus ornatos festivis atque magnificis stare ac Deum laudare Helena per vigiliae noctem vidit. Erat utrique B ornatus par; crucem modo, qui martyrium esset in ea passus, Simon baiulabat solus. Quo autem die festum eorum Ecclesia celebraret, hora tertiarum iterum Helena ipsos vidit. Magno esse videbantur in templo; sacerdotalibus autem, quasi celebraturi missam, amicti erant: qui vero aderat magnus sanctorum coetus, is voce una stans laudabat Deum. In caelo denique vidit rotam, quam iudicii ad diem ut volverent quattuor Angeli observabant.

multa videt.

31. Omnium autem Sanctorum festo die, beatam vidit virginem Mariam; candidatis erat vestimentis amicta et praecedebat omnes; sequebatur autem eam sanctorum multitudo; bini pergebant isti; venientes autem ad praesentiam maiestatis, praecedebant singuli et gratias Deo summa cum laude referebant. Sequenti vero die, cum Ecclesia pro defunctis sollemnes missas et divina officia diceret, visa est videre animas in purgatorio exsultare et palmis iunctis Deo gratias agere.

De morte et sepultura B. Helenae.

32. Diem obiit Helena beata anno nativitatis Christi MCCXXX, secundo nonas novembris, aetatis vero suae anno XXIII. Postea vero quam vita defuncta est, hunc istum usque ad diem, corpus eius tanta est cum integritate servatum, ut ipsum sine admiratione non videas. Auctore namque Deo, quantum reor, ad testimonium sanctitatis diminutum in eo nihil praeter nasi extremum invenies. Quippe dessiccata est caro, omnia passim tegit pellis; ad lineam corpus iacet; in crucis modum christiano ritu composita brachia; oculi dormientis in modum clausi, ut habere nihil albedinis ac luminis videantur; aspectus devotus; facies iuvenilis et macilenta; dentes nivei ac solidi; tonsi capilli et ungues renascuntur; statura paulum mediocri minor, membra integra, iuncturae membrorum sic, quasi nuper diem obiisset, mobiles ac firmae, ut sine laesione, si urgeat occasio, moveantur. Illud quoque accidit saepe, atque tunc maxime cum civitati ulla clades immineat, quod sese, quasi futura praedicat, multo cum strepitu moveat. Hoc namque isto prodigio non raro est divinitus praemonita Padua ut caveat, reor, quod sibi aut belli aut pestis aut rerum novarum ingens E immineat clades ac praesto sit magna futura calamitas.

Epilogus.

33. Haec sunt, mi Lazare, iucundissime fili, quae investigans undique memoranda inveni de his, qui beati sunt, Antonio Peregrino ac Helena moniali. Tu vero quae sunt a me scripta leges devote, ac beatas animas reverenter, ut decet, ad Dei laudem coles. 1437 *a*.

ANNOTATUM.

a *In exemplari Patavino, ex quo perperam transsumptus est codex Bruxell. signatus 8932, additum erat :* Explicit per me Franciscum Polentono scripta haec Vita beatae Helenae, 1464 die martis XX novembris horam circa secundam noctis Paduae in stupa studii mei ex libro authentico scripto manu dicti Domini Siconis, fratris mei compilatoris ipsius vitae in contracto.

C

DE B. IULIANO CESARELLO

F

ANTE ANNUM MCCCLXVII.

I. D. B.

EX ORDINE FRATRUM MINORUM

VALLIS IN ISTRIA.

B. Iuliani *fata incognita sunt.*

1. *In Istria, novem circiter miliaribus ab urbe Rovigno, praeter viam qua itur ad oppidum Dignano atque inde ad civitatem Pola, situm est castrum, cui nomen Valla, multis retro annis more romano constructum, civibus tamen non ita frequens; numerantur enim mille quingenti. Iuxta oppidulum orientem versus, ad medium miliare, assurgit collis frondibus consitus, in cuius vertice pristinis temporibus exstructum fuit coenobium sancto Michaeli dicatum. Ibi saeculo XIV pretiosa in Domino morte finem vivendi fecit* B. Iulianus, *Cesarellus nuncupatus, sacerdos professus ordinis seraphici; quem inde ab obitu populares inter beatos annumerarunt, cultuque publico sunt prosecuti. De quo ita* Martyrologium Franciscanum *anno 1879 Venetiis editum :* Vallis in Istria beati Iuliani confessoris. *Cur vero hac die annuntietur, in dubio est. Etenim nulla de eo supersunt documenta neque de die annove quo terra ad caelum migravit, neque de pie gestis, quibus multam apud coaevos sanctitatis famam consecutus est, neque de parentibus quibus ortus est; nam ex indito cognomine divinatores egerunt, qui ipsum Iulianum ascriptum volunt familiae* Cesarel, *seu rectius* Cusaril, *quae tunc temporis inter Vallensis oppiduli nobiliores florebat. Neque plura reperire est apud reliquos seraphici ordinis chronographos, ne quidem apud R. P. Antonium Mariam da Vicenza, qui anno 1871 Venetiis edidit libellum paginarum 70 sic inscriptum :* Il castello di Valle nell' Istria e el B. Giuliano Cesarello. *Multam quidem, ut legenti patet, operam insumpsit ad illustrandam* B. Iuliani *vitam, sed infausta sorte. Etenim in opusculo offendimus tum multis quae a beato viro aliena videntur, tum nonnullis*

AUCTORE I. D. B.

nullis documentis, quibus studiosa Vallensium in suum patronum pietas commendatur, nihil autem quo de beato ipso certa discamus. Hac ergo vexatis inopia superest tantum nobis ut cum R. P. Antonio de gloria postuma B. Iuliani *agamus.*

Eius sepulcrum apud Vallenses in honore fuit.

2. *In colle de quo supra, saeculo duodecimo, monachi Camaldulenses Domino ac sancto Michaeli monasterium aedificaverunt, in quo saltem ad annum 1315 divino servitio intenti remanserunt; ante vero annum eiusdem saeculi nonagesimum quintum inde egressi ipsum fratribus ex Ordine Minorum tradiderunt; etenim hocce anno 1395 annumeratus est inter conventus custodiae Istriae, quae est pars provinciae Dalmatiae. Forsitan haec series annorum qui intra 1315 ac 1395 effluxerunt, contrahi potest. Adducit enim P. Antonius quoddam opusculum auctore Vergottin, inscriptum* Breve saggio d'istoria antica e moderna della citta di Parenzo (1), *a quo quidem edocemur* (2) *anno 1755 in ecclesia parochiali oppidi Vallensis eversum fuisse vetustum altare* B. Iuliano *sacrum, in quo sigilla domini Iohannis Sordelii reperta fuerunt; hic vero ab anno 1328 ad 1367 Parentinae* B *ecclesiae sedem obtinuit. Ergo si vir cl. Vergottin allatis documentis certam sui asserti fidem fecit, contendi potest* S. Iulianum *aliquot annos ante 1367 diem suum obiisse cum tanta sanctitatis fama ut non solum in ecclesia Sancti Michaelis, sed etiam in ipso oppido altare ei dedicaretur. Diu sepultus iacuit* B. Iulianus *in ecclesia Sancti Michaelis, tanta apud populares in aestimatione habitus, ut ne Fratribus Minoribus quidem, cum ex illo conventu ante annum 1540 alias demigrarent, licitum fuerit sacram glebam secum deferre. Itaque a discessu Fratrum remanebat pretiosus ille thesaurus quasi in vasta solitudine haud sufficienti custodia munitus. Inde Parentinis, qui Vallensium sunt accolae, in mentem subiit, ut hasce reliquias sibi furarentur* (3). *Et primo quidem res eis prospere cessit. Nam cursu felici Canale de Lemo transgressi iam ad dimidium miliare fuga elapsi erant, cum ex itinere fatigati novos animos resumpturi sacras reliquias deposuerunt. At cum coeptum iter prosequi vellent, tanti ponderis inventus est ille pretiosus thesaurus, ut solo levari nequiret; ipsique fures pudore suffusi solo haesisse feruntur, donec e Vallis oppido clerus cum populo adveniret, qui sacras* C *reliquias nullo labore de terra levatas in sedem propriam rettulerunt. Id ante annum 1564 furtum attentatum videtur; nam tunc recepti a praeda* S. Iuliani *corporis festivitas agebatur. Ceterum R. P. Antonius, penes quem rei narratae fides remaneat, tanti miraculi nullum certum testimonium adduxit, praeter lapidem quem indigenae demonstrare solent, quo notatus est locus in quo a Castrensibus e praedonum manu sacrae* B. Iuliani *exuviae ereptae fuerunt. Hac tamen fabula, apud pristinos medii aevi hagiographos vulgatissima, adducor ad credendum Parentinos aliquando nefandum furtum tentasse, sed ab iniquo consilio, Castrensibus tempestive commonitis, prohibitos fuisse. Vallenses porro improbum vicinorum suorum animum experti sacras reliquias in ecclesiam parochialem detulerunt; ubi in medio templo capsae ligneae inclusae remanserunt usque in annum 1597. Tunc in urnam marmoream occlusae fuerunt ac pone altare* S. Iuliano *sacrum depositae. Huius translationis festivitas annua agebatur die 29 Septembris. Nam ea die, anno 1597, consecrata sunt etiam a* R^mo^ *D. Caesare de Nores, episcopo Parentino, altare* D S. Iuliani *et alia tria in aedibus parochialibus* (4).

qui ipsum a furto tutati sunt.

B. Iuliani *reliquiae in ecclesiam parochialem translatae sunt*

et anno 1755 elevatae.

3. *Hocce modo reconditae* S. Iuliani *reliquiae usque ad annum 1737 servatae fuerunt, cum Vallenses sua in beatum patronum incitati pietate novi in eius honorem exstruendi altaris initium fecerunt, huius consilii transmissa memoria in lapide quem in imo altari reposuerunt* (5). *Sed in opere exsequendo morae longiores deductae sunt; nam anno tantum 1749, mensa iam pridem perfecta, superiorem altaris partem sunt aggressi. Tunc et in media parte loculum paraverunt, quo* S. Iuliani *reliquiae opportuno tempore deferrentur. Elapsis abhinc sex annis absolutaque tandem totius altaris fabrica, nobilissimus Dominus Marcus Ludovicus Bembo Rev^mum^ Dominum Gasparum Negri, episcopum Parentinum, enixe rogavit ut castrum Valla adiret, solemnem* S. Iuliani *translationem celebraturus. Qui cum multis negotiis irretitus accedere nequiret, aliquot viros primarios selegit, quibus mandavit ut hanc translationem peragerent. Hi ergo die 29 septembris anni 1755 praesulis iussum exsecuti, hasce rei actae litteras authenticas conficiendas curarunt* (6). E

In Dei aeterni nomine. Amen.

Anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi 1755 indictione 2^a^, die vero mercurii, 5^ta^ mensis novembris, pontificatus autem SS. Domini nostri Benedicti divina providentia papae XIV anno XVI.

Per praesens publicum instrumentum cunctis evidenter pateat et notum sit quod cum nobilis vir D. Marcus Bembo patricius Venetus humili cum instantia ill^mum^ ac rev^mum^ DD. Gasparem de Nigris, episcopum Parentinum, co^m^ ac d^num^ Ursariae etc. requisierit, quatenus ad Castrum Vallis, Parentinae dioecesis, se conferre dignaretur ad effectum transferendi et super altare marmoreo in ecclesia parochiali et collegiata dicti castri eius cura et diligentia reaedificato et recenter ornato corpus B. Iuliani confessoris collocandi, idem ill^mus^ ac rev^mus^ D. episcopus arduis occupatus negotiis, cum illuc transmeare non posset, r^mum^ D. Valentinum Valentini canonicum cathedralis ecclesiae Parentinae et eius in spiritualibus et temporalibus vicarium generalem ad hoc specialiter elegit et deputavit. Quocirca idem r^mus^ D. vicarius generalis parendo commissioni F et mandatis dominationis suae ill^mae^ et r^mae^, assumptis secum me infrascripto cancellario episcopali et rev^o^ d^no^ Felice Sejano sacerdote ecclesiae parochialis Castri Ursariae, ad locum Vallis se contulit; ubi a praefato nob. viro Marco Aloysio Bembo humanissime cum eius comitatu exceptus est. Die igitur antescripta circa horam primam noctis antelatus r^mus^ d^nus^ vicarius una cum ill^mo^ et exc^mo^ d^no^ Andrea Venier, eiusdem loci praetore dignissimo, nec non spectabilibus DD. Nicolao de Albertis, Laurentio Pisani iudicibus et Antonio Fioretti f^o^ Andreae, sindico communitatis Vallis, ad ecclesiam parochialem et collegiatam dicti Castri perrexit et, facta prius brevi oratione ante ss^mum^ Eucharistiae sacramentum, ad urnam marmoream positam post altare situm in cornu epistolae altaris maioris dictae ecclesiae accessit et, adm. rev. capitulo canonicorum totoque clero circumstante et septem psalmos paenitentiales interim devote recitante, mandavit operariis ut operculum marmoreum dictae urnae tollerent;

(1) Venezia 1796. — (2) Cfr. Da Vicenza, *op cit.*, p. 28. — (3) Ibid., p. 46. — (4) Ibid., p. 48. — (5) Ibid., p. 49. — (6) Ibid., p. 50-52.

quo

AUCTORE I. D. B.

A quo facto, capsam ligneam crate ferrea contectam, ubi corpus B. Iuliani requiescebat, extraxit et super altare antedicto in honorem B. Iuliani dicato reverenter reposuit. Deinde avulsis clavis et elevata crate ferrea, quae dictam capsam tegebat, apparuerunt ossa corporis praefati beati confessoris Iuliani; quae omnibus adstantibus ostensa fuerunt. Cum autem fama invaluisset in praefata capsa lignea simul cum ossibus seu corpore B. Iuliani brachium S. Andreae apostoli asservari, antequam reliquiae et ossa componentia corpus B. Iuliani extraherentur et in monumentum transferrentur, mandavit per ex^{m} d^{num} Antonium Masato medicum physicum eiusdem loci diligenter examinari singulas reliquias exsistentes in eadem capsa ad effectum inspiciendi et revelandi an brachium antedictum revera exsistat; sed facta diligenti perquisitione, nihil aliud compertum est in ea contineri nisi partes componentes corpus B. Iuliani, neque aliam extraneam reliquiam reperiri nullumque signum vel memoriam brachii S. Andreae apostoli apparere. Tum r^{mus} dominus cum assistentia antedictorum mei infrascripti B cancellarii episcopalis et reverendi D. Felicis Seiano omnes et singulas reliquias sive ossa praefati B. Iuliani ex praenotata capsa extraxit et ad maiorem Dei gloriam et eius B. Iuliani confessoris honorem, in monumento super altare ipso constructo devotissime reposuit et collocavit et subinde partem anteriorem ipsius monumenti crystallo diligenter clausit et variis sigillis episcopalibus in cera rubri coloris communivit. Quibus sic, ut praemittitur, expletis et gratiarum actionibus Deo praestitis cum decantatione hymni *Te Deum*, discessit mandans mihi cancellario infrascripto, ut de praemissis publicum conderem instrumentum ad perpetuam rei memoriam. Acta fuerunt praemissa in ecclesia parochiali et collegiata B. M. V. de Monte Perino Castri Vallis, die, anno, indictione et pontificatu antescriptis. Praesentibus admodum RR. DD. Ioanne de Nadalin canonico et plebano, Ioanne Torre scholastico, Dominico Sanvincenti et Iosepho Bicchiacchi canonicis supradictae ecclesiae magnaque populi multitudine testibus.

Ego Paulus Chiurco S. T. D., canonicus theologus ecclesiae Parentinae et R^{mi} DD. Gasparis C de Nigris episcopi cancellarius, praesens omnibus praemissis fui ac de mandato R^{mi} D^{ni} Vicarii generalis antedicti scripsi, roboravi, complevi et in formam publicam redegi et sigillo curiae munivi.

Tunc sepositae sunt aliquae reliquiae.

4. *Hac occasione aliquot reliquiae sepositae fuerunt ac in capsellam reconditae. Fecit autem R^{mus} episcopus facultatem eas exponendi in ecclesia Vallensi his datis litteris* (1).

Gaspar de Nigris, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Parentinus, comes et dominus Ursariae, etc.

Universis fidem facimus et attestamur occasione translationis sacri corporis B. Iuliani confessoris Ord. Min. S. Francisci et protectoris Castri Vallis, huius nostrae Parentinae dioecesis, factae a R^{mo} D^{no} Valentini canonico nostrae cathedralis, vicario nostro generali specialiter delegato, allatas nobis fuisse nonnullas eiusdem corporis reliquias; ex quibus extraximus quandam particulam sacri ossis, quam devote reposuimus in theca argentea, crystallo ab anteriori parte munita, bene clausa, funiculo serico rubri coloris colligata, nostroque parvo in cera rubra hispanica sigillo signata, eamque ecclesiae ipsi restituimus cum facultate illam publice in dicta ecclesia fidelium venerationi quandocumque exponendi servatis servandis. In quorum, etc.

Datum Parentii ex cancellaria nostra episcopali die 16 martii 1756.

Gaspar, episcopus Parentinus
Paulus Chiurco S. T. D. canon. theologus,
Cancellarius episcopalis.

D

Urna marmorea, in qua per annos centum quinquaginta sacrae reliquiae reconditae fuerunt, in suo loco remansit usque ad annum 1850 (2). *Tunc amplificata ecclesia, post maius altare seposita fuit et altare* S. Iuliani *ad parietem locatum.*

Nonnulla cultus indicia.

5. *Superest ut ex eodem opusculo singula venerationis indicia colligamus, quibus Vallenses in* B. Iulianum *pietatem testati sunt. Inde a saeculo XVI instituta erat in ecclesia Vallensi confraternitas* S. Iuliani (3) *quae usque ad gallicum dominatum floruit; tunc direptis prius bonis ac possessionibus eius, suppressa est. Beati viri effigies spectabatur depicta in tabula ad altare maius in ecclesia parochiali appensa; visebatur etiam in duabus ecclesiis ruralibus, quarum altera Nativitati Sanctae Mariae, altera sancto Nicolao dicata erat* (4); *tandem exornabat kalendarium membraneum* (5) *anno 1570 nitide in usum ecclesiae primariae conscriptum. Tres de anno in beati Iuliani festivitates agebantur, scilicet 1 maii, 4 iulii ac 29 septembris* (6); *harum nacti opportunitatem circumvicini populi ad eius memoriam peregrinantes*(7) *ad eius altare, ante quod lampas accensa* F *dependebat, beatum virum in vota vocabant. Ex tribus etiam una campana eius nomine vocabatur* (8). *Stetit in una turri usque ad annum 1856 praegrandis* S. Iuliani *statua, quae tunc, cum turris restauraretur, loco mota est, propterea quod caelo tacta atque capite diminuta fuerat, eiusque loco repositum est crucis signum, addito tamen vexillulo cui* S. Iuliani *nomen inscriptum est* (9). *Tandem primoribus civitatis, qui rem publicam gerebant, sollemne erat in praeambulo statutorum patroni sui memoriam facere* (10).

(1) Ibid., p. 53. — (2) Ibid. — (3) Ibid., p. 38. — (4) Ibid., p. 40. — (5) Ibid., p. 37. — (6) Ibid., p. 42. — (7) Ibid., p. 42. — (8) Ibid., p. 41. — (9) Ibid., p. 54. — (10) Ibid., p. 37.

DE

A D

DE B. FRANCISCA AB AMBASIA

ANNO MCCCCLXXXV. BRITANNIAE DUCISSA. I. D. B.

§ I. De antiquioribus B. Franciscae biographis.

Antiquiores B. Franciscae biographi desiderantur;

1. *Die 4 novembris anni 1485, in monasterio de Scotiis ordinis B. M. de Monte Carmelo prope Nannetas in Britannia, ad caelos migravit venerandae memoriae* Francisca ab Ambasia, *relicta quondam Petri, Britanniae ducis; quam continuo sanctimoniales et populi circumiacentes tanta veneratione publice ac privatim prosecuti sunt, ut re ad Sanctam Sedem delata, Sacra Rituum Congregatio, die 16 iulii anni 1863, statuerit constare de cultu ab immemorabili servae Dei praestito eique proinde beatorum honores esse deferendos. At nos vitam eius illustraturi in vado haeremus,* B *cum antiqua et subaequalia documenta nondum consecuti fuerimus. Nobis enim in optatis fuit Vita illa manuscripta, quam sub annum 1634 Leo Redonensis, cum de beata nostra libellum conscriberet, sub oculis habuit, Vita scilicet, cuius auctor fuit Iohannes de Montay, Ord. S. Mariae de Monte Carmelo, conventus Parisini alumnus, qui iure subaequalis beatae nostrae praedicari potest, cum ipsum inter ac beatae Franciscae obitum brevis annorum series intercedat; nam, teste eodem Leone, manuscripti sui finem faciebat hisce verbis :* Ce accomply par la grace de Dieu le premier jour de juillet l'an mille cinq cens quarante huict, à l'heure de neuf heures du matin, après avoir célébré la messe de l'octave de saint Jean-Baptiste. Je vous prie qu'il vous plaise prier Dieu pour mon salut. *Sed feliciores essemus, si nobis obvenisset Vita illa coaeva, quae fertur a sanctimoniali, discipula quondam* B. Franciscae, *conscripta. Hac saltem probe posteris innotuisset indoles sanctitatis, qua* B. Francisca *emicuit, regendique norma, quam in priorissam electa adhibuit* (1). *Sed haec in votis.*

recentioribus vero, quos habemus, caute utendum.

2. *Praesto sunt tantummodo recentioris aevi monumenta, illa nempe quae prae manibus habuit Em. cardinalis Parisinus Franciscus Richard, cum anno 1865 duobus voluminibus* B. Franciscae *vitam exarabat* (2). *Nolim in dubium vocare fidem virorum nominatorum, qui dicuntur Leo Redonensis* (3) *et Albertus Le Grand de Morlaix* (4), *qui contestati sunt se proxime praenotata documenta subsecutos esse, eaque fere descripsisse. Sed, deficientibus antiquioribus, iniquum est definire quae traditis recentiores superaddiderint, num rude dicta expolientes, ea a pristina significandi ratione deduxerint, quantumve lectorum voluptati faventes rhetorico ornatu pristinam rerum speciem immutarint. Insuper, quod hic agere nequimus, plurimum interest scriptoris indolem comprobasse : num nimia credulitate laboret, num ne tanto sancti de quo scribit studio praeoccupatus sit et quodammodo caecatus, ut praeceps in hyperbolim eat. Hoc est enim saepius hagiographorum vitium et forsitan beatae nostrae laudatorum. Multum enim praeconantur partem quam in republica gerenda praesumpserit, licet rerum civilium ac ecclesiasticarum relatores aevique illius chronographi id vix verbo attingant, atque in patulo sit Petrum, regimen auspicatum, servandae in affines iustitiae immemorem fuisse. Unde pronum est conicere* B. Franciscam *indirecte potius in rebus gerendis partes* E *habuisse, eo scilicet modo quo homines vere sancti coaequalium suorum animos possident eosque ad omnem virtutem informant; quod eo facilius beata coniunx in maritum suum exercuit, quod, ut proditum est, a pietatis studio virtutisque exercendae proposito alienus non erat. Nobis itaque hac primigeniorum documentorum inopia pressis prudentia suadet ut paucis ea, quae de* B. Francisca *tradituri sumus, absolvamus : cauti semper ne leviter praelaudatis biographis fidem praebeamus, eosque sedulo probemus qui eisdem scientiam suam acceptam referunt. Ampliora, si necesse fuerit, reponentes in faustissimum tempus, quo nostra meliorem fortunam nactis sociis Bollandianis, ex lege sua bibliothecas sedulo perscrutantibus, optata documenta in manus ventura sunt.*

B. Franciscae emortuale elogium

3. *Nostri vero tractatus initium faciamus ponentes in ipso limine elogium emortuale, quod ex manuscriptis Sanctae Mariae de Scotiis apud Morice editum est.* Obiit illustrissima beataeque memoriae reverendissima mater nostra quondam Britanniae ducissa Francisca de Amboisia, fundatrix monasteriorum primum Sanctae Clarae in urbe Nannetensi, quod in propria domo proprio sumptu F novum exstruxit, illustrissimo quondam principe Petro duce adhuc superstite, ac deinde, cum esset vidua, Trium Mariarum prope Venetum cum dote sexcentarum librarum redditus perpetui, solo a religiosis Bonidoni comparato, in quo se et sua Deo et beatae Virgini dedicans infra paucos annos in tantae perfectionis culmen et exemplar evasit, ut filiae, quas in Christo genuerat, eandem in matrem et priorissam sibi elegerint, et quamvis reluctamine et plurimis lacrimis sua de parte conatu possibili renuerit, assecutae sunt quod ardentissimis votis cupientes postulabant. Tandem auctoritate summi pontificis Sixti papae IV translata fuit

(1) Typis datum est apud Albertum Le Grand, *Les Vies des saints de la Bretagne-Armorique*, Brest, 1837, p. 376-78, opusculum quod nuncupatum est *Doctrina spiritualis B. Franciscae*, nempe dictamina quaedam, quae fuisse videntur tum argumenta adhortationum, quas olim in capitulo ad sanctimoniales habuit, tum ipsa regula quam verbis et opere in praxim deducere conata est. — (2) Richard, *Vie de la bienheureuse Françoise d'Amboise*, 2 vol. — (3) *Vie de la très illustre Françoise d'Amboise, fondatrice des religieuses Carmélites en Bretagne*, 1634. — (4) *La vie, gestes, mort et miracles des saints de la Bretaigne Armorique*. Nantes, 1637 et Brest, 1837. Ex hoc opere Vita B. Franciscae in latinum versa prodiit in *Speculo Carmelitano*, tom. II, p. 742-52. His addi possunt : *Vie de la bienheureuse Françoise d'Amboise, duchesse de Bretagne et fondatrice des Carmélites*, auctore Barrin, cathedralis Nannetensis canonico ac vicario generali dioecesis, Rennes, 1704, ac Guido Lobineau in opere *Les Vies des saints de Bretagne*, 1725, p. 314-41, qui Vitam beatae nostrae conscripsit, quae in altera editione anni 1837, edita est tom. III, p. 225-99, curante Domino Tresvaux, canonico ac ecclesiae Parisinae vicario generali. Recenseri etiam potest libellus, 8° pp. 360, inscriptus *La bienheureuse Françoise d'Amboise, duchesse de Bretagne* ed. Nannetis 1865 et 1867.

cum

AUCTORE I. D. B.

A cum omnibus suis sanctimonialibus ad hunc locum B. Mariae de Scotia; quae in muro cinxit claustrum, dormitoriumque et necessarias novi monasterii officinas a fundamentis erexit, ecclesiamque campanili, testudine, pavimento et aliis requisitis quam plurimum decoravit, annuis insuper proventibus ampliavit. Sed super haec omnia laudes eius extollunt virtutes, quae tractu parvi temporis etiam perfunctorie narrari non possunt, utpote quae ceteris omnibus vigiliis et orationibus et religiosis exercitiis ferventior et instantior, humilitate profundior. Obiit anno Domini 1485, quarto die novembris, feria sexta, hora qua Dominus et redemptor noster Iesus Christus pro generis humani salute expiravit. *Et continuo, cum monuisset eam apud Sanctam Mariam de Scotiis esse sepultam, subiunxit memoriam quae marmori inscripta fuit, nempe :* Cy gist trés haute et trés noble dame sœur Françoise d'Amboise, en son vivant duchesse de Bretagne, épouse du bon duc Pierre, empuis la mort duquel entra la sainte et devote religion de Nostre-Dame du Carme et prit l'habit le jour de l'incarnation Nostre-Sei-B gneur mil quatre cent cinquante-huit et audit jour fist sa profession l'an revolu, vivante sous clausure et entiere observance de notre bonne reformation jusqu'à son trespas, qui fut le quart jour de novembre au vendredy l'an 1485 (1).

et ea quae refert Taillandier

4. *His annectimus quae, relata ducis Petri morte, qui obiit 22 septembris anni 1457, Taillandier* (2) *commentatus est : " Petrus unam illegitimo toro natam subolem superstitem reliquit, cui Iohanna nomen erat. Equidem principum genus frequentius hocce lubricae naturae casu inuritur, sed paucissimos tantum, quantum Petrum, deliquisse paenituit. Morti proximus contestatus est se toto coniugii tempore cum uxore tamquam sorore degisse; per ultimos vero vitae suae annos in delictorum suorum paenitentiam cilicium deferre solebat; quod quidem certum habetur indicium eximiae pietatis, quam animo tenuit; et ex his quae de eius regno supra rettulimus, quisque facili negotio sibi principis indolem effinget. Natura tristis, morosus et suspiciosus erat; flagella quibus olim piam ducissam affecit, manifesta huius indolis documenta praebent ". Meminisse videtur eorum quae apud biographos tradita leguntur, nempe ali-*C *quando ducem ob malignantium linguas, quibus invisa erat sancta* Franciscae *agendi ratio, uxorem suam quasi odio habuisse eamque tam diris verberibus afflixisse ut toto corpore sanguis manaret, quin etiam, pedissequis fere cunctis amotis, eam aliquandiu domi veluti carceribus inclusam tenuisse.*

ad trutinam sunt revocanda.

5. *Altera vice doctus historiographus* (3) *ampliorem de beata nostra sermonem instituit, sed ex annotationibus in margine adscriptis ad Acta* B. Franciscae *remittit, non explicite notans utrum primigenia inspexerit necne. Ut brevioribus dicam, haec res agitur. Cum, defuncto marito,* B. Francisca *prae valetudine a dura sororum Sanctae Clarae in urbe Nannetensi degentium disciplina sequenda impedita fuisset, Venetas secedens, non procul ab urbe coenobium sororum Beatae Mariae de Monte Carmelo exstruere aggressa est, eo quidem fine ut aliquando inibi sub regula Deo famularetur. Interim divino servitio et exercendis in proximum caritatis officiis tota intenta erat. Anno vero 1461 in finem vergente, ob pestilentiam grassantem ad tempus in oppidulum Rochefort nuncupatum migraverat. Sub idem tempus Franciscus II Turonibus Ludovico XI, Franciae regi, fidem suam exhibebat. Rex vero, quod a Sancto Salvatore Rotonensi minus aberat, eo voti exsolvendi causa peregrinatus est. Interea Ludovicus de Thouars cum duobus fratribus suis* Franciscam *filiam suam adierat, eam hortaturus ut alteras cum Sabaudiae duce nuptias iniret. Quod cum abnueret, ipsam saltem compulit ut regem subsequeretur, ei ob dominium de Benon, in Pictavorum agro situm, fidem praestitura. Et his assensum praebuit; regis tamen in occursum non nisi in civitate Nannetensi venit, ubi ob insidias, quas ei pater paraverat, in eo fuit ut in Franciam abduceretur. Ita Taillandier. Et quidem sub finem anni 1461, Ludovicus rex Turonibus cum Francisco duce commoratus est* (4); *in Annalibus autem Sancti Salvatoris scriptum est* (5): Anno 1461 Ludovicum XI Francorum regem Ivo domi laetus excepit, pretiosa regis donaria Salvatori ex voto nuncupata obtulit ac piorum operum suffragiorumque partici- E pem effecit. *Et alias in prolegomenis* (6) *cum de illa Turonica Ludovici regis mansione relatum fuisset, cl. vir de Courson ad peregrinationem Britannicam astruendam ex Lobineau sequentia descripsit :* Et tout après (c'est-à-dire après le voyage de François II à Tours) pour un vœu que le roi avait à faire à Saint-Sauveur de Redon, qui est au païs de Bretaigne; il alla (Louis XI) accomplir le dit voiage à tout petit nombre de gens, et de la revint au château de Nantes, avec icelui petit nombre, faire bonne et privée chière avec le dit duc, parce qu'il lui montra si grand signe d'amour qu'il ne pourrait au monde plus. *Itaque putamus hanc ad Sanctum Salvatorem peregrinationem, saeviente adhuc hiemis rabie, susceptam fuisse, nec alligandam esse vernantis iam anni mensibus, praesertim cum procul a Britanniae finibus tunc rex moras egisse videatur. Nemo itaque mirabitur si negaverimus miraculum, quod biographi non pauci referunt, scilicet Ligerim ex parte et ad tempus ita gelu constrictam fuisse, ut naves ad abducendam ducissam paratae nulli usui essent. Iidem quoque profitentur tam caute a duce et civibus* B. Franciscae *invigilatum fuisse ut, quin prodigium inter-* F *cesserit, omnino in tuto esset. Sed qua mente pater ad filiam venerit, subobscurum puto. Hanc illius itineris causam proposuit Taillandier* (7) : *" Iste dominus (vice-comes de Thouars) ira exagitatus in aliam suam filiam ob initum cum principe de La Trémouille matrimonium, eam exheredem scripsit, animo statuens omnem bonorum suorum copiam beatae ducissae conferendam, modo alteras cum duce Sabaudiae nuptias contraheret. Quod consilium cum sibi placitum esset, rex Ludovicus spoponderat se omni nisu promoturum ". Et de hoc dubitari potest. Tunc enim, ut videtur, nondum peremptorie statutum fuerat de lite, quam Petro duce adhuc in vivis, filia cum patre moverat. Qui ergo tantam in filiam benignitatem induit, ut eam bonorum heredem conscriberet, a quorum libera administratione ipsa eum proscriptum volebat. Nonne id in primis animo volvebat, quaecumque tentare ut a sui insectatione filia quiesceret. Quod*

(1) Morice, *Mémoires pour servir de preuves à l'hist. de Bretagne*, tom. III, col. 488-9. — (2) *Hist. ecclés. et civile de Bretagne*, tom. II, p. 62. — (3) Ibid., p. 78. —
(4) *Ordonnances des rois de France*, tom. XV, p. 248 sqq. — (5) A. de Courson, *Cartulaire de l'abbaye de Redon*, p. 435. — (6) Ibid., p. LXXIV. — (7) *Op. cit.*, p. 78.

 consecutus

AUCTORE I. D. B.

consecutus, cum filia de matrimonio contrahendo tractare poterat. Postea vero certis legibus regi Ludovico bona sua possidenda tradidit (1).

§ II. Synopsis vitae B. Franciscae.

6. *Quoniam recudere versionem illam, quam monuimus editam in* Speculo Carmelitano (2), *ab Actis nostris alienum nimis putamus, nec magis placet gallico sermone retractationem Leoninam sive Albertinam iterum typis mandare, praesertim cum nunc inter* Analecta Bollandiana *semper opportunitatem habeamus edendi primigenia documenta, ubi primum, Deo favente, occurrerint, his quos vitam* B. Franciscae *novisse iuvabit, satisfactum erit, exhibita breviori illius synopsi, his tantum omissis, quae hagiographiae argumenta communia censentur.*

1427. *Hoc anno, ut fertur, nata est* B. Francisca *patre Ludovico de Ambasia, vice-comite de Thouars, principe ac domino de Talmont, ac* B *matre Maria de Rieux.*

Richard, *Vie de la bienheureuse Françoise d'Amboise,* tom. I, p. 1; Albert Le Grand, p. 547.

1431, *21 iulii, data est in sponsam Petro, comiti de Guingamp, secundo filio Iohannis V, Britanniae ducis. Inde abducta in Britanniam, in aula ducis, sub Iohanna ducissa pietatem edocetur; a teneris annis misericordia in pauperes, singulari in sacram Eucharistiam reverentia eiusque sacramenti recipiendi desiderio insignis habetur.*

Contrat de mariage de Pierre II, duc de Bretagne et de Françoise d'Amboise, apud Richard, tom. I, p. 325-30. Praeterea, *ibid.*, tom. I, pp. 24, 29-32; Albert Le Grand, p. 348-9.

1441, *3 iunii, Iohannes V filio suo Petro, quo honestius in matrimonio proxime ineundo degeret, certam pecuniae copiam contulit.*

Vid. *Lettres patentes,* Richard, tom. I, p. 331-34.

1442. *Nuptiis celebratis, in oppidulum de Guingamp recesserunt. Ibi, modo attendas ad ea quae p. 521 notata sunt, animo concordes in Dei servitio tam assidui fuisse feruntur, ut diceres eos religio-* C *sorum potius quam curialium vitam egisse.*

Richard, tom. I, p. 41-54; Albert Le Grand, p. 550-53.

1443, *29 aprilis, Petrus, dominus de Guingamp, suam sepulturam in ecclesia collegiata Sanctae Mariae Nannetensi praeelegit, statutis aliquot missis in sui ac suorum memoriam perpetuo celebrandis.*

Vid. *Lettr. pat.*, Richard, tom. I, p. 335-36.

1443, *5 iunii, ex parte eiusdem domini Petri* supplicatum fuit, quatenus ipsa domina Francisca de Thouars, conthoralis sua, una cum liberis suis ex eorum carne procreandis, in dicta ecclesia, in et sub tumulo sive sarcofago aut tumba ipsius domini Petri, causa ipsius obitus adveniente, inhumarentur.

Richard, p. 343. Nisi Petrum mendacem putaveris, hocce lecto rescripto conicies ipsum consummandi matrimonii animum habuisse.

1445. *Sub anni finem creditur beata in civitate Nannetensi commorata esse.*

Taillandier, *Hist. ecclésiast. et civile de Bretagne,* tom. II, D p. 9, qui haec scribit : *La cour déjà fort nombreuse par la réunion de toute la famille ducale.*

1450. *Collaudatur* B. Francisca *tum ob multas preces quas ad Franciscum ducem tulit, ut a fratris Aegidii nece manus contineret, tum ob caritatis opera, quae eidem Venetis ultimo aegrotanti sedulo exhibuit.*

Dicuntur Petrus et Francisca *subsecuti funera patris, iampridem, anno scilicet 1442, vita functi, nunc vero in cathedralem Trecorensem translati.*

Richard, tom. I, p. 55-74; Albert Le Grand, p. 554-55.

1450, *mense septembri, videtur apud Redones versata esse* B. Francisca, *ubi novo duci Petro, coniugi suo, principes Britanniae suam fidem faciebant; quem etiam, ut creditur, in civitatem Nannetensem comitata est. Hanc dux sollemni pompa die 12 octobris ingressus est.*

Taillandier, tom. II, p. 38.

1451? *Petrum, ut fertur, adhortata est* B. Francisca, *ut de improbis fratris sui Aegidii interfectoribus iustas poenas repeteret; alias, ut dicunt,* E *eum impedivit quominus plebi graviores pecunias imponeret.*

Richard, tom. I, pp. 88, 111; Albert Le Grand, p. 556.

1453, *14 aprilis, litteris patentibus in vico Bruz prope Redones datis, statuit Petrus de sex millibus librarum in annos singulos uxori suae, si supervixisset, persolvendis. Quas ipsa ducissa praesens comprobavit.*

Richard, tom. I, p. 346-49.

1453, *mense maio exeunte, particeps videtur fuisse eorum quae Petrus dux aggressus est ad promovendam canonizationem B. Vincentii Ferrerii, quando in civitate Nannetensi capitulum Fratrum Praedicatorum agebatur.*

Act. SS., April. tom. I, p. 524.

1454. *Sub hocce tempore Maria de Rieux ad ducem ac ducissam Britanniae confugit, tutamen ac praesidium postulatura contra maritum, qui publice tori coniugalis violator eam iniuriose et contumeliose tractabat.*

Anselme, *Histoire généal. et chron. de la maison royale de France,* tom. IV, p. 147. Ex appellatione a vice-comite F de Thouars submota contra sententiam, qua ei bonorum administratione interdictum erat, patet Mariam de Rieux apud filiam suam remansisse.

1454, *4 novembris, cum vice-comite de Thouars litem moverunt dux et ducissa, ut tamquam prodigus a rerum familias gerendarum cura privatus proclamaretur. Varia fortuna disceptatum est, donec 6 septembris 1462 Ludovicus XI statuerit talem facultatem vice-comiti non esse minuendam.*

Anselme, *op. cit.*, p. 146-52. — Beata tamen Francisca minime animo nocendi patrem suum insecuta est, cum semper se ei benignam praebuerit. Nam, ut in diplomate citato memoratum est, patrem suum equo quingentorum scudorum donaverat, quem iste in filiae suae contumeliam concubinae tradiderat, *ibid.*, p. 148.

1455, *23 martii, dux cum ducissa redimunt a Francisco de Rieux castellum de Rochefort in civitate Nannetensi sito, assumpto sibi onere solvendae annuae pecuniae Mariae de Rieux, quae beatae ducissae mater erat.*

Richard, tom. I, p. 355-61. His patet B. Franciscam matris suae curam gessisse. Haec vero, ut diximus, mariti et consanguineorum vexationibus obnoxia erat.

(1) Legay, *Histoire de Louis XI,* tom. I, p. 297. — (2) Vid. supra, p. 520.

Laudati

A *Laudati biographi contendunt, nullis tamen allatis argumentis,* B. Franciscam *sub haec tempora multam operam navasse ut ecclesiis et abbatiis viri religiosi praeficerentur et beneficiati ad residentiae onus adigerentur.*

Richard, tom. I, p. 128; Albert Le Grand, p. 556.

1455, *10 iunii, Calixtus III bulla hac die data Petro duci ac* Franciscae *eius coniugi concessit facultatem erigendi conventus ordinis Sanctae Clarae in urbe Nannetensi seu alio in loco.*

Richard, tom. I, p. 363-65.

1456, *5 aprilis, interfuit* Francisca *elevationi reliquiarum B. Vincentii Ferrerii in civitate Nannetensi celebratae.*

Acta SS., April. tom. I, p. 525.

1457, *30 augusti, praesente ducissa, inductae sunt moniales in monasterium, quod Nannetis in parochia Sancti Vincentii eis exstruxerant dux et ducissa.*

Richard, tom. I, p. 362-66. Huic monialium inclusioni Petrus dux non intererat; praesens autem erat Arthurus,
B comes de Richemont; inde conicies ducem tunc gravius morbo vexatum fuisse.

1457, *5 septembris, Petrus suum testamentum dictavit; statuitque ut morte interveniente, eius exsequendi curam* B. Francisca *cum aliquot nobilioribus viris subitura esset. Insuper dux ei annuam pensionem contulit, atque hisce laudibus eam cumulavit:* Nous considerant la longue compagnie et société nuptielle que dés nostre jeune age et Françoise d'Amboise nostre trés-chere et trés-amée sœur et compagne espouse la duchesse avons eu ensemble, les bons et agréables services en grant obéissance et humilité que elle nous a fait tant durant nostre santé que en la maladie où nous esté et sommes détenus mesmes que elle y continue incessamment et qu'elle s'est trés-honorablement comportée et vers nous loyalement portée et acquitée...

Morice, *Mémoires pour servir de preuves à l'hist. de Bretagne*, tom. II, col. 703-9.

— *22 septembris vita functus est Petrus.*

Richard, tom. I, p. 149.

C *Inde vitae perfectioris desiderio anhela, beata corde concepisse videtur votum non tantum viduitatis servandae, sed religionis ingrediendae. Etenim in bulla Sixti IV, data anno 1479, scriptum est:* Ipsa dicto Petro eius viro vita functo, nulli mortali viro, sed uni sponso Christo Iesu.... famulari cupiens, domum de Bonodono... construi fecit.

Richard, tom. II, p. 322.

1450-57. *Muliebrem vanitatem, quae etiam cum decentiae iactura ornamentorum nimietate corpus onerabat, exemplo magis quam verbis restringere conata perhibetur.*

Richard, tom. I, p. 157; Albert Le Grand, p. 556.

1457, *31 decembris, iuridice acta est ex parte* B. Franciscae *remissio multorum iocalium, quae ut Britanniae ducissa in custodia habebat.*

Richard, tom. I, p. 367-79. Ex hisce litteris deduci nequit Arthurum neptem suam inique tractasse.

1458. *Patruo suo Arthuro de Richemont, post Petrum Britanniae duci, morienti pia obsequia praestitit.*

Richard, tom. I, p. 192; Albert Le Grand, p. 559. Mortuus est anno 1458, 25 decembris in civitate Nannetensi.

1459. *In computo Gulielmi de la Noe thesaurarii, quod inceptum est die prima ianuarii, haec scripta sunt:* Le feu duc, Arthur, cui Dieu pardoint, avait ordonné à duchesse Francoise quinze mille escus pour son trousselet et don mobiliaire. AUCTORE I. D. B.

Morice, tom. II, col. 1745.

1460, *16 februarii, Pius II* B. Franciscae *facultatem fecit erigendi conventus sororum de Monte Carmelo iuxta monasterium Boni-Doni ad semileucam ab urbe Venetensi siti. Hic conventus dictus est* des Trois-Maries (1).

Richard, tom. I, p. 387-88, et *Bullarium Carmelitanum*, tom. I, p. 263-66.

1461. *In computo Petri Landoys thesaurarii, quod a 10 iunii ad 1 ianuarii 1462 pertinet, haec initio fuere notata:* La duchesse Françoyse jouit par cause de son douaire, de S. Aubin du Cormier, Gouello, Chastelaudren, Guingamp, Minibriac, Chasteaulin en Cornouaille, Duault, Ughelgoet, Chasteaulin du Fou, Landeleau, Karteix, Chasteaulin sur Treff et la Rochederien. E

Morice, tom. II, col. 1756.

1461. *Narratur beata in Rochefort quo, peste Venetis grassante, confugerat, publice, quod iampridem conceperat, votum castitatis emisisse.*

Richard, tom. I, p. 227-31; Albert Le Grand, p. 562.

1462. *A civitate Nannetensi in oppidulum Gravre contendit; ubi, anno decurrente, matrem morientem summa caritate confovit, assumpto in se aere alieno, quo illa premebatur.*

Richard, tom. I, p. 274-5; Albert Le Grand, p. 569-70.

1462, *21 iunii, Franciscus II, dux Britanniae,* B. Franciscae *facultates ex iure competentes concessit, ut annuas pensiones constitueret unde sanctimoniales ad Tres Marias ali possent.*

Richard, tom. I, p. 394-8.

1463, *ineunte iulio, in civitate Nannetensi interfuit baptismati quod collatum est filio Francisci ducis.*

Taillandier, p. 82.

1463, *31 octobris, Venetis in domum suam excepit sorores de Monte Carmelo Leodio profectas ad incohandum monasterium a Tribus Mariis nuncupatum.* F

— *1 novembris, eas* B. Francisca *in ducis castellum deduxit, ubi ad diem inclusionis commoratae sunt; et inter illas* B. Francisca *quasi omnium ministra remansit.*

Richard, tom. I, p. 280-5; Albert Le Grand, p. 370-1.

— *In monasterio, sed extra clausuram habitare coepit.*

Albert Le Grand, ibid.

1464, *19 octobris, Paulus II episcopo Venetensi mandat ut operam suam beatae ducissae conferat in omnibus quae pertinent ad annuas pensiones sanctimonialium ad Tres Marias iustamque huius conventus gubernationem.*

Richard, tom. II, p. 309-13.

1466, *mense septembri, fertur contendisse in civitatem Nannetensem ad Franciscum ducem, qui, spreta coniuge, publice cum concubina vivebat, ut eum ad meliorem frugem reduceret. Id iampridem ter datis litteris tentaverat; quarum, quasi*

AUCTORE I. D. B.

quasi ab ipsa dictatarum, fragmenta exhibent biographi.

Albert Le Grand, p. 571-2.

1467. *In computo P. Landoys a 1 octobris 1466 ad 1 octobris 1467 recensita sunt loca unde* B. Franciscae *annua pecunia obveniebat...*

Morice, tom. III, col. 166.

1467, *8 decembris, Carolo Normanniae duci postulanti* Francisca *mutuam pecuniam dedit; quod manifestum est litteris hacce die conscriptis.*

Richard, tom. I, p. 399-400. Et hoc documento iterum docemur pietatem quam in suos beata ducissa continuam gessit.

1450-68. B. Franciscae *in more fuit festis nataliciis puerulum egentem novis vestibus induere. Quod conventus Sanctae Mariae de Scotiis traditum accepit et servavit, ut in computo sub anno 1791 confecto inscripta fuerint sequentia :* Payé pour l'habillement d'un enfant pauvre en l'honneur du saint enfant Jésus, suivant l'usage établi par
B la révérende mère Françoise d'Amboise 42 liv. 10 s.

Richard, tom. II, p. 136.

— *Tabula dominicae passionis mysteria exhibens in conventu Nannetensi Ord. Praed. maiori altari imposita, a beata donata tradebatur; quae eidem monasterio alia donaria contulisse videtur, sicuti et sororibus Sanctae Clarae.*

Albert Le Grand, p. 559.

1457-68. *De die bis virgis sive aspera disciplina corpus dire lacerabat, ter in hebdomada ieiunabat ac die veneris ieiuna quinque pauperibus ad mensam ministrabat.*

Albert Le Grand, p. 562.

1468, *24 martii, in civitate Venetensi, praesentibus* B. Francisca *ac Iohanne Soreto, generali magistro fratrum de Monte Carmelo, confirmatum est publicum instrumentum de annuis redditibus a beata vidua comparatis ad sustentationem monialium conventus Boni Doni.*

Morice, tom. III, cfr. 161-63.

C **1468**, *25 martii, inter sorores Boni Doni noviciatum auspicata est.*

Richard, tom. II, p. 7.

1468-1469. *In conventu oboedientiae praecepto coacta, primum post priorissam locum obtinet.*

Albert Le Grand, p. 573.

— *Reprehensa est a priorissa quod, petente novicia sibi singulariter cara, quae professionem emissura erat, litteris mandarit quendam religiosum ad eius confessionem excipiendam.*

Ibid.

— *Infirmantium curam gessit.*

Ibid.

1469, *9 aprilis, in gratiam* B. Franciscae, *quae non tantum religiosum habitum ad Tres Marias induit, sed et professionem sollemnem emisit, Franciscus dux bona quaedam in sanctimonialium sustentationem contulit.*

Richard, tom. II, p. 314-16. Ac licet apud eruditos in confesso sit non plus aequo attendendum esse formulis laudatoriis, quibus diplomata abundant, vera tamen putamus D
praeconia, quibus in praenotato documento beata ducissa effertur, tum ob fidem et pietatem, quam viro suo tam sano quam aegroto exhibuit, tum ob animum, quem erga rempublicam servavit devotissimum.

1473, *27 iunii, Sixtus IV annuit* B. Franciscae, *priorissae domus Trium Mariarum, ut* prioratus Insulae de Ars Ordinis S. Benedicti per moniales monasterii S. Georgii Redonensis dicti ordinis gubernari solitus, eiusdem dioecesis, dictae domui perpetuo uniretur, *ut moniales numero crescentes commodius sustentari possent.*

Bullarium Carmelitanum, tom. I, 302-4.

1474-78. *In computo Petri Landoys inscriptae sunt librae centum :* A la duchesse Franczoise pour lui aider à l'edifice qu'elle fait faire au prieuré des Croix (corr. Couets) pres Nantes.

Morice, tom. III, col. 281.

1473-75. *Dicitur praxim recitandi rosarii ab Alano de Rupe, quem vel litteris vel praesentem convenerat, evulgatam in conventum Sanctae Mariae de Scotiis induxisse.* E

Albert Le Grand, p. 579.

1476, *22 iunii, instante Francisco, Britanniae duce, prioratus Beatae Mariae de Scotiis conceditur sororibus de Bono Dono, ut* B. Francisca *cum aliquot sororibus inibi instituant conventum Beatae Mariae de Monte Carmelo.*

Bull. Carm., tom. I, p. 316-18.

1476, *16 augusti, Sixtus IV iubet ut, remota omni lite, negotioque ex petitione* B. Franciscae *illis in partibus definito, ipsa cum aliquot sororibus permaneat pacifice tenens prioratum Sanctae Mariae de Scotiis prope civitatem Nannetensem situm; quod iam pridem Sedes apostolica statuerat.*

Richard, tom. II, p. 317-21. De beata nostra ac monialibus ita pontifex : *In qua* [domo ad tres Marias] *dicta Francisca et illius moniales cum odore bonae famae sub tanta austeritate vitae vixerant et vivebant, quod aliis utriusque sexus religiosis exemplum vivendi optimum exhibebant.*

1476, *Iohannes, vice-comes de Rohan, inducias facit* Franciscae *priorissae Boni Doni ut sibi debitum hommagii officium praestet.*

Catal. gén. des ms. des bibl. publ. de France, tom. XXII, F
p. 247, num. 1710.

1477, *20 decembris de facto in possessionem prioratus Sanctae Mariae de Scotiis* B. Francisca *venit.*

Morice, tom. III, col. 304-5.

1478, *13 decembris, Sixtus IV postulationi* B. Franciscae *benigne annuens, apostolica sua auctoritate domum de Bono Dono domui de Scotiis unit, annectit et incorporat, concessis insuper sororibus bonis aliquot spiritualibus.*

Richard, tom. II, p. 322-27.

1779, *1 februarii, petente* B. Francisca, *Franciscus dux mandat officialibus suis invigilent ne quis impediat quominus bulla Sixti IV de incorporatione coenobii Boni Doni eiusque bonorum cum conventu de Scotiis plenum suum effectum sortiatur.*

E. Sioc'han de Kersabiec, *La bienheureuse Françoise d'Amboise* (1867), p. 340-41.

1479, *26 februarii, Sixtus IV* B. Franciscae *confirmat pacificam prioratus Sanctae Mariae de Scotiis possessionem.*

Bull. Carmel., tom. I, p. 357-62.

1483,

A **1483**, *20 septembris, Sixtus IV cum statuisset quae ad pacificum monasterii regimen pertinerent, sororibus beatae Mariae de Scotiis, quae tunc inibi sub* B. Francisca *priorissa Deo ferventius famulabantur, privilegia nonnulla concessit.*

Richard, tom. II, p. 328-31.

1485, *28 octobris, morbo, quem creditur infirmanti sorori inserviendo contraxisse, gravius vexari coepit.*

3 novembris, sumpto sacro viatico, media nocte ad evocatas sorores verba fecit, eisque caelestem benedictionem apprecata est. Medicum insuper rogavit ut ducem Franciscum tamquam a se missus adiret, ut monasterio aere alieno gravato subveniret. Tunc inungi voluit; insuper duas neptes olim secum religionem ingressas, alteram nuncupatam de la Trémoille, alteram de la Florelière, mandavit et commonuit de regulari disciplina ita servanda, ut nihil umquam ob illustria natalia sibi reposcerent; omnes etiam novicias ad lectum adductas ad maximum Dei amorem hortata est.

B *4 novembris, vicario monasterii in mandatis dedit vigilandum esse ne quando regula, quam reformatio sancitam habuit, in monasterio de Scotiis relaxaretur. Tandem lectis* Stabat mater *et dominicae passionis historia, in exstasim rapta, quasi caelesti visione frueretur, exclamavit :* Quam speciosae dominae, quas semper speciali veneratione prosecuta sum; iam diu earum consortem esse in votis erat. Cedite loco, ut excipiantur. *Ita fertur allocuta esse S. Ursulam, quae ei cum aliquot sodalibus animam eius excepturа apparebat. Et paulo post emisit spiritum hora nona. Id notatum deprehendimus in breviario ms saeculi XV bibliothecae Nannetensis sig. num. 32.*

Richard, tom. II, p. 87, 94; Albert Le Grand, p. 579-80; *Catalog. génér. des ms. des bibl. publ. de France*, tom. XXII, p. 8.

§ III. De gloria postuma B. Franciscae.

7. *Non alio modo quam quo vitae curriculum a* B. Francisca *in terris peragratum descripsimus, eiusdem gloriae, qua inter homines post mortem*
C *donata est, vices diversas, perspicuitatis et brevitatis gratia, referendas censemus.*

1492, *elevatum est, ut fertur, sepulcrum quo recondita fuerat* B. Francisca. *Auctor tamen* Disquisitionis historicae ac liturgicae de cultu immemorabili beatae Franciscae, *ad rei veritatem vindicandam testes nullos affert praeter praenotatos biographos.*

Richard, tom. II, 214-15; Albert Le Grand, p. 581.

1568, *ob metum haereticorum, qui animo statuerant coenobium de Scotiis ferro ignique vastare, sanctimoniales in urbem Nannetensem confugerunt, defosso prius in altam terram beatae viduae sarcophago.*

Albert Le Grand, p. 584.

1592, *19 novembris, sanctimoniales e latebris, quibus recondebatur, sacram* Franciscae *glebam elevantes eam proxime ad chori crates reposuerunt.*

Ibid., p. 585.

1762, *29 martii in ordine ad obtinendam sollemnem* B. Franciscae *beatificationem* RR. DD. Petrus Mauclerc de la Muzanchère, episcopus Nannetensis ad monasterium N. D. de Scotiis sese transtulit, rogantibus priorissa ac monialibus eiusdem monasterii ut sepulcrum beatae Franciscae operiret, atque omnium, quae gesta fuerunt hac occasione, instrumentum debita forma confecit (1).

Cum advenit tempus desolationis ecclesiarum Galliae, exeunte seculo decimo octavo, sanctimoniales e monasterio Nostrae Dominae de Scotiis violenter expulsae, non oblitae sunt venerationis atque amoris, quo amplectebantur beatam Franciscam, quam nomine matris iam a saeculis quattuor appellabant. E
Sepulcro aperto atque impiis manibus diruto, sacrae reliquiae diligenter collectae fuerunt, viroque probo ac religioso in custodiam demandatae, qui in vico de Scotiis prope monasterium commorabatur. Ille fideliter custodivit depositum sacrum, quod nunc in horto sub terra recondebat, nunc domi in abscondito ponebat, ut nefariis perquisitionibus subtraheretur. Sacerdos quidam nomine Metayer, qui olim munere capellani monialium functus fuerat, identidem in domum praelaudati viri, cui nomen Morandeau, veniens sacra mysteria peragebat coram venerandis reliquiis beatae Franciscae. Tandem cum Gallia quiescere coepit, post tot ac tantas perturbationes venerunt moniales et depositum, quod super omnia pretiosum habebant, secum abstulerunt in varia loca quo abierunt, sive Venetias in Britannia, sive Nannetas in monasterium Carmelitissarum a S. Theresia, semper et ubique orantes beatam Franciscam ac sacra illius ossa venerationis cultu honorantes, qualis reliquias sanctorum decet. Haec omnia, quae compendiosius narravimus, luculenter exposita sunt in duobus instrumentis iam supra memoratis (2) F
atque insuper in attestatione (3) scripta a D^{no} Murray, canonico ecclesiae cathedralis Nannetensis, D^{no} Berrue, parocho eiusdem dioecesis et D^{no} Lagrange, presbytero missionario, in depositione cuiusdam Corbineau (4), in altera depositione sororis Victoriae, olim conversae in monasterio N. D. de Scotiis (5), in epistola Rev. M. Mariae a S. Petro, priorissae conventus carmelitanarum civitatis Lucionensis (6), Rev. M. Amatae a I. C., priorissae monialium eiusdem ordinis in civitate Cenomanensi (7), in declaratione sororis item nomine Amatae a I. C., religiosae carmelitanae monasterii Nannetensi (8), in epistula

(1) *De cultu immemorabili B. Franciscae disquisitio historico-liturgica.* Nannetis, 1862, p. 38. Instrumentum leges *ibid.*, pp. 39-41, 58-61. — (2) Scilicet *Testimonium D. Stephani Gely, canonici ecclesiae cathedralis Nannetensis* datum 17 ianuarii anni 1851 (ed. *De cultu... disquis.*, p. 79; iste Stephanus Gely aderat an. 1787 in monasterio de Scotiis professioni sollemni sororum Clarae du Trejet et Iulianae Morisson), et *Epistula D. Ioannis Cadoret, canonici honorarii ecclesiae Nannetensis ad D^{num} Ludovicum de Courson, tunc vicarium generalem Nannetensem ac postea superiorem generalem seminarii Sancti Sulpitii*, data 17 novembris 1838, ed. ibid., p. 79-82. — (3) Instrumentum confectum a dictis dominis Nannetis 17 ianuarii 1851, *ibid.*, p. 84-85. — (4) *Testimonium Andreae Corbineau a D^{no} Lagrange presbytero missionario Nannetensi acceptum anno 1851 die 17 februarii*, ed. ibid., p. 86-7. Iste Corbineau anno 1799 seu 1800 accepit capsulam, in qua reconditae erant reliquiae B. Franciscae, ut eam traderet duabus dominabus, quae fuerant olim e numero sororum Sanctae Mariae de Scotiis. — (5) *Testimonium sororis Victoriae olim conversae in monasterio Nostrae Dominae de Scotiis a D^{no} Cadoret, coram R. M. a S. Augustino superiorissa et sorore a S. Vincentio de Paulo oeconoma conventus Providentiae, necnon D^{no} Iulio Tigé mercatore, acceptum anno 1840, die 22 septembris*, ed. *ibid.*, p. 87-8. — (6) *Ibid.*, p. 89. — (7) *Ibid.*, p. 90. — (8) *Ibid.*, p. 90-91.

Dni

AUCTORE I. D. B.

Dni Tresvaux ex Britannia oriundi, canonici ecclesiae metropolitanae Parisiensis (1), necnon in epistula Dnae La Ramée, olim religiosae professae conventus N. D. de Scotiis (2), ac tandem in declaratione Dnae de la Salmonière, olim pariter professae eiusdem conventus (3). Sacrae reliquiae B. Franciscae Ambosiae post varias peregrinationes, quas breviter indicavimus, asportatae fuerunt a praelaudata Dna de la Salmonière in conventum monialium a Providentia nuncupatarum, in civitate Nannetensi, quae infirmarum mulierum curae incumbunt. In hac religiosa domo Dna de la Salmonière obdormivit in Domino anno 1829, praedictis monialibus sacrum thesaurum relinquens (4).

1859, *10 et 12 augusti, Dnus Franciscus Richard, vicarius generalis, ab ill. et rev. DD. Alexandro Jaquemet ad hoc deputatus, iuridice recognovit reliquias* B. Franciscae, *quae in domo sanctimonialium a Providentia conservabantur* (5).

Et haec est series fatorum quae B. Franciscae *reliquiae sustinuerunt. Si quis praeterea novisse*
B *voluerit varias publicae venerationis testificationes quae per annorum decursum beatae nostrae exhibitae fuerunt, adeat librum eminentissimi cardinalis Richard, qui eas sedulo collegit ex documentis, quibus mediante saeculo XIX confectus est processus, quem Nannetenses ad sacram Rituum congregationem detulerunt, ut sollemnis beatae* Franciscae *beatificatio impetraretur.*

1863, *11 iulii, sacra Rituum congregatio respondet constare de casu excepto in decretis Urbani VIII.* — *16 iulii, summus pontifex confirmavit cultum praestitum beatae ducissae.*

1864, *27 septembris, sacra Rituum congregatio* D
comprobavit missam et officium B. Franciscae. *Officium est de communi nec virginum nec martyrum, praeter hymnum in I et II vesperis, versus et ant. ad* Magnificat, *lect. II nocturni, hymnum et versus ad laudes. Missa de communi nec virginum nec martyrum, praeter orationem.*

8. *Ut his quae de* B. Francisca *diximus finem faciamus, miracula eius intercessione patrata commemoranda sunt. In monasterio Sanctae Mariae de Monte Carmelo, Nazareth nuncupato, ac saeculo XVI prope civitatem Venetensem per sorores de Scotiis fundato, soror Iuliana a Nativitate dire dentibus et capite laborans sibi tunicam* B. Franciscae *imposuit et sanata est* (6). *Item alia eiusdem monasterii soror similibus doloribus vexata, idem beneficium consecuta est, cum beatae cappam induisset* (7). *In monasterio de Scotiis caementarius in altum puteum aqua plenum cecidit; allatis vero ad putei oram* B. Franciscae *reliquiis, in summis aquis apparuit, et fune quem dimiserant arrepto, mortis periculum evasit* (8). *Aliquando etiam incendium, quod toti monasterio ruinam minabatur, orantibus*
B. Franciscam *sororibus, subito restinctum est* (9). E
Anno 1597, summa vini penuria vigente, vinum, quod ad aegrotantium medelam servatum fuerat, meritis B. Franciscae *pristinum, quem amiserat, saporem recepit* (10). *Anno 1601 quidam provincialis Ordinis de Monte Carmelo febris aestibus multum vexatus ad beatae sepulcrum sanatus est* (11). *Anno 1679, die 20 martii, Frater Sulpicius Ord. Min. de observantia scripto confessus est se ter a letali morbo meritis* B. Franciscae *convaluisse* (12).

(1) *Ibid.*, p. 91-2. — (2) *Ibid.*, p. 93-4. — (3) *Ibid.*, p. 95. — (4) *Ibid.*, p. 45-6. Cum istud testimonium sit summi momenti ad demonstrandum beatae Franciscae reliquias conventui de Providentia vere dono datas fuisse, ipsum de verbo ad verbum exscribendum putavimus : " Moi sœur Jeanne-Marie Coguet de la Salmonière religieuse carmélite des Couëts, certifie que le reliquaire que nous avons déposé à la communauté de la Providence de Nantes, renferme les véritables ossements de notre bienheureuse mère Françoise d'Amboise, duchesse de Bretagne, religieuse et fondatrice du couvent des Carmélites des Couëts, près Nantes, où elle est morte en odeur de sainteté. Nous avons sauvé ces précieuses reliques, lorsqu'en 1792 on
C nous a chassées pour la troisième et dernière fois de notre sainte communauté. Nous avons eu le bonheur d'y joindre la ceinture, le bonnet et le mouchoir de S. Vincent Ferrier, qui avaient été conservés dans la dite communauté, depuis la mort de ce grand saint, ainsi que dom Lobineau en fait foi dans son histoire. En témoignage de quoi j'ai signé

„ Sœur Jeanne-Marie Coguet de la Salmonière.

„ Nantes, le 18 septembre 1828 „.

(5) Cfr. instrumentum, *op. cit.*, p. 96-100. — (6) Richard, *op. cit.*, tom. II, p. 223. — (7) *Ibid.*, p. 224. — (8) *Ibid.*, p. 224. — (9) *Ibid.*, p. 225. — (10) *Ibid.*, p. 226. — (11) *Ibid.*, p. 234. — (12) *De cultu immemorabili disquisitio histor.-liturg.*, p. 62. F

APPENDIX AD DIEM XXXI OCTOBRIS

MONITUM

Cum ad diem 31 octobris proprio loco Acta S. Wolfkangi *edenda essent, ea minime prelo parata nos invenisse ideoque ad primum vel secundum Novembris tomum reicienda monuimus tom. XIII Octobris, p. 860. Haec tandem, nongentesima sancti praesulis nataliciorum recurrente die, quam sollemniore ritu inclita Ratisponensis ecclesia celebrare parat, in sequenti appendice exhibere opportunum videtur.*

DE

DE S. WOLFKANGO

ANNO DCCCCXCIV.

EPISCOPO RATISPONENSI

H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De scriptoribus antiquis Vitae S. Wolfkangi.

Praeter anonymum coaevum,

1. *Tres sunt aetate praestantes scriptores qui* S. Wolfkangi *gesta fusiore calamo prosecuti sunt, et a quibus, si pauca excipias ex chronicis, annalibus, instrumentisque depromenda, tamquam fontibus manarunt quaecumque de sancto praesule ad nos transmissa fuere, videlicet auctor anonymus francus et duo Sancti Emmerammi Ratisponensis coenobii monachi, Arnoldus et Othlonus. Et anonymi quidem libellus casu infelici interiit; nonnulla tamen eiusdem fragmenta nobis servavit Othlonus* (1), *quae ex eius opere aliquatenus eruere conabimur. Sed priusquam eo procedamus, de Emmerammensibus scriptoribus agendum est, quorum opera genuina integraque prae manibus habemus.*

Arnoldus de Sancto Emmerammo,

2. *Pauca de Arnoldo* (2) *vel, ut aliis placet, Arnolfo* (3) *adnotarunt Basnage* (4) *et Mabillon* (5), *plura I. B. Kraus* (6) *et Suyskenus noster* (7); *quaecumque tandem de eo tradita sunt, et haec fere ex ipsius scriptoris libris, diligenter congessit G. Waitz* (8). *Ad hos studiosum remittimus lectorem, praecipua quaedam memorare contenti. Nobili illum stirpe exortum esse constat, quippe qui Arnoldum, virum nobilem, avum paternum* (9), *maternum vero habuerit Bertholdum marchionem* (10); *unde colligitur eum stirpe materna a Babenbergensibus vel Schweinfurtensibus genus duxisse* (11); *perperam igitur a plerisque comes de Vohburg vocitatus est* (12). *Atque haec dicta sunto ut communis error a nostris quoque olim admissus corrigatur. Antequam Sancti Emmerammi monachis adscriberetur, adhuc puer ad coenobium devenit, beati Ramuoldi [† 1001], iam tum miraculorum fama clari, opem imploraturus* (13). *Monachus postea effectus, monasterii sui praeposituram gessit temporibus Burchardi abbatis [1030-1037]; cum maturae aetatis tunc fuisse dicendus sit, ineunte saeculo XI ultimisve saeculi X annis genitus fuerit oportet. Cum aliquando S. Emmerammi Vitam ab Arbeone, stilo nimis rustico, ut sibi videbatur, conscriptam, emendare constituisset, adeo hoc coepto fratribus displicuit, ut monasterium ad tempus relinquere coactus, iussu abbatis Saxoniam petierit secum portans* in libello suo sanctum Emmerammum (14). *Magdeburgi, Meginfredo magistro, quem amicitia secum devinxerat, persuasit ut ipse sancti martyris Vitam renovandam aggrederetur. Tres integros annos liber imperfectus remansit; anno tandem 1030, adveniente scilicet Ratisponam abbate Burchardo* (15), *cum monasterium suum iam repetisset Arnoldus, diu exspectatum opus allatum est, quod postea, a se auctum libro* De miraculis beati Emmerammi, *abbati Burchardo dedicavit* (16). *Iam vero liber ille miraculorum prior est ex libris duobus de S. Emmerammo, quos primus protulit Canisius* (17). *Liber secundus, quem inscripsit auctor* De memoria beati Emmerammi et eius cultorum, *in quo praecipue de* S. Wolfkango *beatoque Ramuoldo tractat, Burchardo abbate iam defuncto exaratus fuit, et quidem primo anno Udalrici [1037], qui Burchardo successit; asserit enim Arnoldus se ante annum de miraculis beati Emmerammi scripsisse* (18).

in libro posteriore de S. Emmerammo,

3. *Fontes libri primi alii inquirant. Quae in parte altera de* S. Wolfkango *et S. Ramuoldo narrantur, ex ore testium qui utrique convixerunt et traditione a fratribus pie servata collecta fuisse suadet commentarii indoles, cum nullum exhibeat monumentorum scriptorum vestigium, nativoque dicendi genere ea tantum facta proponat quae a coaevis facile accipi potuerint, nempe sancti episcopi gesta Ratisponensia et quae episcopatum proxime antecesserunt. Et quidem duos producit testes oculatos, nimirum* " senem quendam fidelem „ *qui milites sub se habuerat* (19), *et* presbyterum quendam senem ac religiosum, *qui corpus defuncti episcopi paramentis amixerat* (20). *Quapropter, etsi in antiquitatibus enucleandis fides scriptoris aliquando nutare videatur* (21), *earum rerum quae suae aetati proximae sunt testis idoneus habendus est, qui, ut loquitur Suyskenus, ubique se pium, sincerum doctumque manifestat, nonnumquam tamen plus aequo credulum* (22). *Cum praecipuum quendam inter fontes Vitae*

(1) *Vitae Wolfkangi* praefatio. — (2) Ita ipse in codice autographo, nunc Monacensi lat. 14870, fol. 16v. — (3) Ita omnes codices *Vitae Wolfkangi* in praefatione. — (4) Canisius-Basnage, *Thesaurus monumentorum*, tom. III, p. 87. — (5) *Acta SS. Ord. S. Benedicti*, saec. VI, 1, pp. 3-4. — (6) *Ratisbona monastica*, ed. 4a, Ratisbonae 1752, p. 20-22. — (7) *Acta SS.*, Sept. tom. VI, p. 454 et passim in commentario. — (8) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 543-45. — (9) Arnoldi *De S. Emmerammo*, lib. I, c. 13, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 553. — (10) De quo lege Thietmari *Chronicon*, lib. II, 14, lib. III, 7, *MG.*, Scr. tom. III, pp. 750, 761. — (11) W. von Giesebrecht, *Beiträge zur Genealogie des bayerischen Adels im 11, 12 und 13 Iahrhunderte*, in *Sitzungsberichte der königl. bayer. Akademie zu München*, 1870, tom. I, p. 579. — (12) Dubia de cognomine moverat J. Moritz, *Pfalzgraf Rapotho*, *Abhandlungen der bayerischen Akademie*, tom. V (1798), p. 573, quibus nemo tum temporis permotus fuisse videtur. Vide Scholliner, *Versuch einer verbesserten Stammreihe der Grafen von Vohburg und Markgrafen zu Cham*, apud Westenrieder, *Beiträge zur väterl. Historie*, München, tom. VI (1800), pp. 1-48. — (13) Lib. II, *de sancto Emmerammo*, c. 47, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 568. — (14) Arnoldus *Ad provisorem S. Emmerammi*. *MG.*, Scr. tom. IV, p. 546; eiusdem *Carmen acrostichon*, ibid., p. 545 et *Act. SS.*, Sept. tom. VI, p. 485; Pez, *Thesaurus Anecdot.*, tom. I, 3, p. 67. — (15) *Annales S. Emmerammi minores*, *MG.*, Scr. tom. I, p. 94. — (16) Epist. *Ad provisorem S. Emmerammi* citata. — (17) Canisius, *Antiquae lectionis* tom. II, Ingolstadii, 1602, p. 33-170. — (18) Cfr. Waitz, in *MG.*, Scr. tom. IV, p. 544. — (19) Lib. II, n. 12. — (20) Lib. II, n. 23. — (21) F. Blumberger, *Ueber die Frage vom Zeitalter des hl. Rupert*, *Archiv für Kunde oesterreichischer Geschichtsquellen*, tom. X (1853), p. 363-65. — (22) *Acta SS.*, Sept. tom. VI, p. 457, n. 18.

S. Wolfkangi

AUCTORE H. D.

S. Wolfkangi *locum sibi vindicet Arnoldi tractatus, ex eodem promenda sunt quaecumque de sancto tradidit. Opus integrum edidit Canisius* (1), *quod praeter locos nonnullos paraeneticos et inanibus verbis refertos, inter* Monumenta Germaniae *recudit G. Waitz* (2). *Fragmenta duo ex iisdem libris repetiverat Mabillon, ubi de beato Ramuoldo et de sancto Gunthero eremita* (3); *plura desumpserunt decessores nostri in Actis beati Ramuoldi et sancti Emmerammi* (4). *De* S. Wolfkango *egit Arnoldus in libro II, cui, quoniam dialogo inter Ammonicium et Collecticium intermiscetur, ab Othlono* Arnolfi monachi dialogus *nomen inditum est* (5). *Huius libri, qui iam saeculo XVIII in ipso monasterio Sancti Emmerammi desiderabatur* (6) *nullus videtur superesse codex manuscriptus. Quare Canisii editio repetenda erit; addemus tamen numeros capitulorum a novissimo editore inductorum. Prooemium, utpote a re alienum et in* Actis SS. *iam vulgatum* (7), *longiores item auctoris excursus, prorsus omittenda duximus.*

et Othlonus,

4. *Arnoldo annis paulo iunior, sed scriptis celebrior fuit, alter monachus Emmerammensis Otloh,* B *quem usu recepto Othlonum appellare lubet* (8). *Quoniam de eius vita et operibus egerunt quotquot historiam litterariam saeculi XI attigerunt* (9), *maxime qui eiusdem scriptis edendis insudarunt* (10), *ea quae ad Vitam* Wolfkangi *illustrandam minime iuvant vel omittemus vel obiter perstringemus. Postquam in puerili aetate scribendi causa ad Herveldense coenobium, dein ad Tegernseense transmissus fuerat, circa annum 1024 in Franciam venit, et anno 1032 monasterium Sancti Emmerammi ingressus est, in quo sub abbate Burchardo [1030-1037] professionem emisit. Intra annos 1052 et 1056 coenobii sui decanum aliquo tempore egit. Anno 1062 apud Fuldenses se recepit, unde a fratribus post quadriennium revocatus, cum annum circiter integrum in monasterio Amorbacensi divertisset, anno tandem 1067 Ratisponam repetiit, ubi ad obitum usque litterarum studiis pietatisque operibus intentus permansisse videtur* (11). Ex petitione... fratrum nostrorum, *ait ipse,* vitam sancti Nicolai necnon sancti Wolfkangi emendans, sicut in utriusque vitae prologo intimatur, scripsi, antequam proficiscerer ad monasterium Fuldense (12), *scilicet ante annum 1062. Vitam* Wolfkangi *certe* C *edidit post annum 1037, cum libro II Arnoldi iam uti potuerit; ante annum 1052 aliqui addunt* (13), *cum de elevatione reliquiarum a Leone papa IX celebrata nihil scire videatur* (14). *Argumentum ex silentio, utut validum est, probabilitatis limites* D *non excedit; si autem admittas, quod innuit Othlonus, Vitam S. Nicolai primo loco exaratam fuisse, quae abbati Fuldensi Wicrado (1060-1075) dedicata est* (15), *historiam* S. Wolfkangi *intra annos 1060-1062 conscriptam fuisse concludes. Mirum sane videbitur nullum apud Othlonum de translatione corporis verbum reperiri. Nemo tamen ignorat a plerisque huius aetatis scriptoribus narrationem similium sollemnitatum ab historia Vitae plane seiunctam proponi consuevisse; cumque Othlonus non tam Vitam* Wolfkangi *proprio marte conscribere quam antiquam* emendare *aggressus sit, nullo pacto ostendi potest necessarium illi fuisse de translatione verba facere.*

cuius fontes praecipui

5. *Ad quosnam fontes recurrerit et qua ratione iisdem usus fuerit, nunc inquirendum. Quod facili negotio praestabitur, cum Othlono in more positum sit fontes suos accuratissime designare. Ita, in praelaudata Vita S. Nicolai :* Excepto uno capitulo quod in fine continetur, cetera omnia ex libellis duobus collegi, uno quidem qui in pluribus locis habetur, alio autem ab ignoto quodam nostratibus allato (16). E *Non aliter in Vita S. Bonifatii* (17). *Quibus simillima sunt quae in prooemio Vitae* S. Wolfkangi *profitetur, scilicet se duos libellos prae manibus habuisse, alterum Ratisponae scriptum, dialogum nempe Arnoldi, et alterum ex Francis delatum, quibus multa addiderit,* quae in libro neutro inveniebantur fidelium quorundam attestatione comperta. *Nec minus aperte declarat qua ratione scripta antiquiora in rem suam converterit; illa videlicet* in unum colligere atque aliquantulum sublimiori stilo corrigere *sategit,* et regulae aliquantulum grammaticae artis subiugare (18). *Et haec quidem stilum respiciunt. De rebus vero narratis ubi discrepantes repperit fontes, domesticam traditionem, utpote sancto propinquiorem, praetulit, etiam quando eiusdem gloriae quidpiam detrahere videbatur* (19), *uti quando Ungaros cum rege suo a* S. Wolfkango *conversos et baptizatos fuisse perfracte negat, anonymo licet factum attestante. Adeo vero partes suas definire studet ut et titulos capitum singulorum se composuisse indicet. Rarum sane in re hagiographica exemplum, sincerusque veritatis amor, quo testem fide dignissimum Othlonum ubique reciperemus, nisi et ipse studio partium aliquando exarsisset. Sed de his* F *postea uberius agendum* (20).

Arnoldus

6. *Quamquam auctor iactat* sublimiori stilo *se scripta antiquiora vestisse, nisi versiculos intellegat*

(1) Vide supra, n. 2. Libros etiam integros, adhibito editionis *MG.* subsidio, prelo iterum submisit Migne, P. L., tom. CXLI, p. 985-1090. — (2) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 545-74. — (3) *Acta SS. Ord. S. Benedicti*, saec. VI, 1, pp. 5-30, 476-79. — (4) *Act. SS*, Iunii tom. III, p. 415-20; Sept. tom. VI, p. 486-511. — (5) *Vitae S. Wolfkangi* prologus. — (6) *Ratisbona monastica*, ed. 4, p. 112. Cfr. *MG.*, Scr. tom. IV, p. 545, not. 38. — (7) Tom. VI Sept., p. 506-7. Iam monuit Suyskenus, p. 506, annot. *q*, et p. 507, annot. *a*, in editione Canisiana partes nonnullas operis interturbatas fuisse; quae recto ordine restitutae sunt in editione *MG.* — (8) Varie in codicibus antiquioribus nomen eius scribitur : OTLOH in codicibus qui dicuntur autographis, British Mus. Add. 22793, et Libri, *Catalogue*, 1859, n. 748, p. 164; vide infra n. 9; OTHLOH in codice Windbergensi, infra B2, saec. XII; OTLOHC in necrologio S. Emmerammi citato apud Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 5, tom. II. p. 60, not. 1. — (9) Kerker, *Willem der Selige*, Tübingen, 1863, p. 35 sqq.; Duffus-Hardy, *Descriptive catalogue*, tom. III, p. XXVIII-XXX; K. Werner, *Gerbert von Aurillac, die Kirche und Wissenschaft seiner Zeit*, Wien, 1878, 8°, pp. 236-37, 240-44; Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 5, tom. II, p. 60-63; id., *Allgemeine deutsche Biographie*, tom. XXIV, p. 246; Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I (1883), p. 507-516. — (10) Pez, *Thesaurus Anecdotorum*, tom. III, 1, p. X-XIV; Waitz, in *MG.*, Scr. tom. IV, p. 521-24; Wilmans, *MG.*, Scr. tom. XI, p. 376-78. — (11) Locos ex ipsius Othloni operibus collegit Wilmans, l. c. — (12) *Lib. de temptatione, MG.*, Scr. tom. XI, p. 391. — (13) Waitz, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 523. — (14) Infra, n. 74, 75. — (15) *Vita sancti Nicolai* ab Othlono emendata legitur in cod. Monacensi lat. 14419, saec. XII; prologum edidit Wattenbach, *Neues Archiv*, tom. X (1884), p. 408. — (16) L. c., p. 408. — (17) Jaffé, *Bibliotheca rerum Germanicarum*, tom. III (1866), p. 482-87. — (18) Conferenda sunt quae habet in prologo Vitae S. Nicolai : *In quo nimirum [libello] quia multa licet rusticitate magna edita inveni, que in altero non habebantur, studui unum ex his duobus libellum conficere nichil de meo adiciens, sed tantummodo ex utrisque superflua queque auferens et que in illo novitio arte prorsus grammatice dissonabant, aliquatenus emendans.* L. c. p. 408. — (19) Parallela sunt verba eiusdem prologi : *ubi enim uterque consentiebat, unum horum scripsi, ubi autem discordabant, quod melius mihi videbatur, assumpsi.* Ibid. — (20) Infra, n. 56.

quibus

A *quibus solutam orationem interrumpere solet* (1), *nihil non pedestre in eius stilo reperias; et in iis locis ubi Arnoldum sequitur, plerumque verbotenus illum exscribere, et ex magna verborum copia sola facta expiscari* (2) *aptoque ordine collocare sollicitum se manifestat. Nec illud tacendum, ex narratis ab Arnoldo vix exigua quaedam Othlonum praetermisisse; quod cum et in aliis similibus scriptis praestiterit, indicio est eum fontes suos exhaurire consuevisse, ac proin libellum anonymum vix non integrum in opusculum suum transtulisse. Quibus omnibus nisi quaedam accessissent ore tradita, nullo negotio Vitae antiquissimae fragmenta a ceteris secernerentur. Nunc vero pauca sunt quae probabili coniectura e mixto Othloniano eruere fas est.*

et anonymus francus.

7. *Praemitto, quod postea ostendetur, ab ipso Othlono Vitam* Wolfkangi *semel certe retractatam fuisse. Iamvero, in prima operis sui recensione verba quaedam retinuerat, quae postea expunxit, ex antiquo libello certissime desumpta. Narrans quippe qua ratione ad liberandam mulierem daemoniacam processerit sanctus praesul, primo* B *scripsit:* Interea, nobis quid facturus esset intendentibus, ille suspiciens *etc.* (3), *quae phrasis oculati testis est. Porro hocce miraculum Ratisponae patratum fuerat, prope monasterium Sancti Pauli. Igitur, auctor anonymus Ratisponae commorabatur, praesensque spectator gestorum* S. Wolfkangi *fuit. Item exponens quomodo docendi munere sanctus fungeretur, sequentia primo scripserat Othlonus:* Ut autem quantae discretionis esset, aliquantum inspiciamus, sicut discipulis eius narrantibus audivimus, adeo se temperavit *etc.* (4). *Quis vero admittat Othlonum cum discipulis* S. Wolfkangi *tunc adulescentis aliquando fuisse collocutum? Nescio quo pacto, dum praedicta, ut par erat, expunxit, alia ex anonymo quoque incaute descripta intacta servare voluit, uti:* Haec itaque et alia quae ex ore eius audivimus (5), *et sequentes formulae,* sicut ipse fatebatur (6), unde et frequenter postea rettulit (7), *quae auctorem coaevum sapiunt. Illa proinde capita e quibus citatas formulas desumpsimus, sicut et illa in quibus gesta* Wolfkangi *nondum episcopi enarrantur, cum talia sint ut vix ab aliis quam aequalibus ore tradi potuerint* (8), *anonymo non improbabiliter aliquis* C *tribuat. Quibus si adieceris historiam ad fidem conversi regis Ungarorum, quam Othlonus respuit* (9), *nullas alias satis certas antiqui opusculi reliquias designabis, cum singula* ex fidelium quorundam attestatione *discere potuerit. Quaeritur utrum praeter anonymum et Arnoldum alium quempiam scriptorem adhibuerit Othlonus* (10), *videturque nonnullis auctorem quoque Vitae sancti Erhardi ipsi praeluxisse* (11). *Quod neque verborum similitudo neque tempus quo haec conscripta fuit asserere permittit* (12), *ut omittamus Othlonum nimis anxie singulos suos fontes enumerare consuevisse quam ut talem indicare omiserit. Ut autem ipse ex paucis materiem hausit, sic paucis vicissim subministravit, nec alios citare est, qui eo usi sint praeter scriptores Ratisponenses* (13), *Adalbertum Bambergensem* (14), *Annalistam Saxonem* (15), *et Gallum Oehem* (16).

AUCTORE H. D.

§ II. De codicibus manuscriptis et editionibus Vitae S. Wolfkangi ab Othlono conscriptae.

Codicum manuscriptorum Vitae

8. *Vitam* S. Wolfkangi *monachis Bavariae vicinorumque locorum in deliciis fuisse, plurimi usque hodie superstites codices manuscripti testantur. Quos fere omnes, faventibus bibliothecarum publicarum coenobialiumque custodibus, quibus hoc loco iterum gratias referimus, manibus terere licuit. Rariores sunt qui aetate praestent, et inter recentiores non pauci opus Othloni mendis admodum corruptum tradunt. Incassum laborem* E *et grande taedium susciperet qui horum omnium variantes lectiones adnotaret. Quapropter ex praecipuis tantum codicibus, diversis ex classibus selectis, lectiones omnes discrepantes collegimus; ex aliis quibusdam paucas tantum, et in iis quidem locis, ubi maior varietas intercedit, attulimus; nonnulli ad emendandum textum plane inutiles visi sunt. Cum tamen singuli libri manuscripti cultus* S. Wolfkangi *quaedam veluti monumenta sint, eos omnes enumerare, et quaecumque ad eiusdem historiam aut venerationem pertinentia complectuntur accurate indicare non omittemus.*

prima series

9. **A1.** *Codex Cheltenhamensis Phillipps n. 16339, membraneus, foliorum 24, 0m,21 × 0,15, lineis plenis, saec. XI-XII exaratus, quem propriis oculis a me inspici non potuisse doleo. Utar notitia a R. P. Suitberto Bäumer O. S. B. submissa, qui dum Cheltenhamii versabatur, operam nobis benevolentissime praestitit et codicem diligenter contulit. Si fides sit notae graphio inscriptae tegumento, eundem libellum olim tenuit famosus codicum raptor G. Libri, quem numero 748 signavit. Et hic quidem est codex Librianus complectens Vitam* S. Wolfkangi, *anno 1859 in auctione publica* F *venumdatus* (17). *Hodiernum libellum a collectione quadam avulsum fuisse ex eo deducit laudatus P. Bäumer quod ultimum folium usu attritum apparet, primum vero plane nitidum. Sequentes versiculos ad calcem codicis se legere Libri affirmabat:*

Presbyter et monachus Otloh quidam vocitatus
Sancte tibi librum Bonifaci tradidit istum,

hincque colligebat hunc ipsius Othloni autographum esse. Unum ergo ex septem libellis haberemus,

(1) Vide passim *Lib. visionum, MG.*, Scr. tom. XI. p. 379, 387, etc.; *Vita S. Bonifatii*, l. c., p. 487, 496, 505; *De cursu spirituali*, apud Pez, *Thesaurus Anecd.*, tom. III, 2, p. 259. — 400, verbo, vix non omnia Othloni opera. — (2) Conferatur exempli causa c. XIV *Vitae Wolfkangi* cum nn. 2, 3, 4, libri II Arnoldi. — (3) *Vitae Wolfkangi*, c. XXXIV. — (4) Ibid., c. VII. — (5) Ibid., c. XXX. — (6) Ibid., c. V. — (7) Ibid., c. IX. — (8) Ibid., cc. I ad XI. — (9) Ibid., praefatio. Cfr. *Vitae*, c. XIII. — (10) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 533, n. 18. — (11) Edita in *Act. SS.*, Ian. tom. I, p. 538. — (12) Hirsch, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich II*, tom. I, p. 121, n. 5; Riezler, *Forschungen zur deutschen Geschichte*, tom. XVIII (1878), p. 541-545; Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, ed. 5, tom. II, p. 63. — (13) *Chronicon epp. Ratisp.* apud Eccard, *Corpus historicorum medii aevi*, tom. II, p. 2254; Andreas Ratisp., *Chronicon gen.*, ap. Pez, *Thesaurus Anecdot.*, tom. IV, 3, p. 473; Aventinus, *Annales ducum Baioariae*, lib. V, Opp. ed. Riezler, tom. III, pp. 1, 2. Cfr. *MG.*, Scr. tom. IV, p. 524, n. 40. — (14) *Vitae Heinrici, MG.*, tom. IV, p. 792. — (15) Ad a. 1002, *MG*, Scr. tom. V, p. 643. Addendum tamen G. Waitz (*MG.*, tom. IV, p. 524) rem satis dubiam videri. Reapse, alio ex fonte narrationem desumere potuit annalista. — (16) O. Breitenbach, *Die Quellen der Reichenauer Chronik des Gallen Oehem, Neues Archiv*, tom. II, p. 183; Brandi, *Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau*, tom. II (1893), p. 73. — (17) *Catalogue of the extraordinary collection of splendid manuscripts formed by M. G. Libri, March 1859*, p. 164, n. 748. Codex emptus fuit die 28 martii 1859 a bibliopola quodam cui nomen Barthès, ut me monet R. P. A. Gasquet, O. S. B.

quos

AUCTORE H. D.

quos Othlonus domi conscripserat, et fratribus Fuldensibus, scilicet monasterio Sancti Bonifatii, se tradidisse testatur (1). *Cheltenhamii eundem codicem aliquando revolverat G. Waitz, atque in eius ultimo folio quattuor versuum vestigia reppererat, quorum hoc tantum fragmentum expressit :*

Praesul Wolfkange...
Sancte tibi librum Bonifaci tradidit istum (2).

Hinc de autographo quopiam Othloniano nihil suspicatus est. In eosdem versiculos oculorum aciem iterum intendenti R. P. Bäumer, ita tandem apparuere :

Praesul Wolfkange, cunctis semper venerande,
Hec tua qui scripsi, iam memor esto mei.
Presbiter et monachus..... quidam vocitatus
Sancte tibi librum Bonifaci tradidit istum.

Nomen evanidum legendum esse Otloh *probabile est; similes quippe versiculos, proprio inserto nomine codicibus sua manu descriptis Othlonus apponere solebat* (3). *Exemplar Cheltenhamense Othloni autographum esse dubium reddit quod duo ultimi* B *versus haud certo eadem manu exarati sunt, et quod scribendi ratio ad saec. XII inclinare videatur, utroque iudice qui librum ultimo inspexit* (4) *conveniente. Certe, si alius quispiam* presbyter et monachus *stilum duxit, non alio quam auctoris autographo exemplari usus esse dicendus est, in quo invenit Vitam omnino integram cum prologo et capitulorum elencho. Solis numeris in corpore libelli capita distincta sunt. Textus autem Vitae fere ubique consentit cum codice sequente.*

primam recensionem exhibet,

10. **A2.** *Codex monasterii Beatae Virginis Einsidlensis signatus n. 322, olim 4, num. 94, membranaceus, paginarum 310* (5), *0m,20 × 0m,14, lineis plenis, duplici constans parte. Prior, quam a pag. 2 ad 186 complet Boethii liber* De consolatione philosophiae, *exarata est diversis manibus saec. X-XI; posterior vero, a pag. 187 ad 308, continens Vitam* S. Wolfkangi, *unica manu saec. XII grandiore charactere nitidissime scripta est. Tituli capitum minusculis minio ductis sunt insigniti. In margine, pp. 187, 195, scripti sunt numeri I-VIII indicantes octo lectionum principia, et ad verba* sed nimirum: FINIT. *Deest praefatio, capitularia autem quae vocat Othlonus, singulis capi-* C *tibus praefixa leguntur. Vix non certum est Othlonum ipsum abbati Einsidlensi exemplar quoddam Vitae* Woltkangi *dono dedisse. Ubi enim enumerat libros a se scriptos et coenobiis amicisve traditos,* abbati de Heremitis unum librum *assignat* (6). *Porro illum elegisse putandus est, qui coenobitis prae ceteris gratior foret, historia videlicet sancti Einsidlensis monasterii quondam alumni. Ex Othloni autographo fluxisse credendus est hic noster codex, cuius scriptor praefationem velut superfluam omittere non dubitavit* (7). *Mirum, quantum hallucinatus sit doctissimus Waitz* (8), *cum putavit quaedam verba Othloni, qualia in hoc et praecedenti codice occurrunt* (9), *in uno tantum, scilicet Monacensi lat. 13101, nostro B3, suppressa aut immutata* D *fuisse, et hoc quidem ab interpolatore. Omnes enim quos evolvere potui in his locis et aliis quibusdam discrepant a codice Einsidlensi, praeter Cheltenhamensem, postea repertum. Insuper uterque codex A proprias quasdam praebet lectiones, ex quibus vix non certo conficitur primam illos quandam operis recensionem servasse quam ipse Othlonus postmodum retractaverit. Nullus enim, excepto auctore, vel quopiam artis criticae studioso, qualem hac aetate non facile reperies, cogitasse credendus est de emendandis illis sententiis quas satis inepte ab anonymo, oculati testis verborum formulas usurpante, Othlonus in capitibus IX et XXXIV exscripserat. Nec ab alio quopiam compositos crediderim versiculos capiti X insertos. Solet enim Othlonus, uti monuimus* (10) *et Vita* Wolfkangi *satis ostendit* (11), *poetico ornatu suas lucubrationes ditare; cumque in prima recensione, ex lectione epistulae Hieronymi ad Heliodorum* (12) *memoriam subiisset Vergilianum illud*

in te omnis domus inclinata recumbit (13),

aptiores ex proprio penu versus desumere (14) *et leoninos quidem illos, quos hac aetate maxime ada-* E *mabant, priori citato substituere aggressus est. De aliis nonnullis lectionibus quae omnibus codicibus, si A 1, 2 excipias, communes sunt, aptius in sequentibus quaestio movebitur; eas quoque ab auctore profectas satis probat quod cum praecedentibus ubique consertae sunt. Cum igitur nobis persuasum sit Othlonum suum librum correxisse, hunc ita exhibebimus qualis ex eius manibus emendatus prodiit, et in codicibus B servatus est; lectiones pristinas codicibus A proprias in apparatu critico reponemus.*

in secunda serie retractatam;

11. **B1.** *Codex Monacensis latinus 9506, Oberaltaic. 6, saec. XII exaratus, continet ultimum magni Legendarii trimestre* (15). *Vita* S. Wolfkangi *occupat fol. 56v-63r, destituta capitulorum elencho. Litteris miniatis capitum initia insignata sunt. Notas nullius momenti a recenti scriptore margini appositas neglexímus; sed variantes lectiones huius codicis et quattuor sequentium in apparatu critico relatae sunt.*

B2. *Codex Monacensis latinus 22244, Windbergensis 44, exaratus saeculo XII, ut docet nota fol. 1 bisr adscripta :* Iste liber pertinet ad sanctam Mariam in Windberg, quem iussit scribi F secundus eiusdem ecclesiae venerabilis et dignae memoriae abbas Gebehardus pro obtentu gratiae Dei et beatae Mariae et tuarum, lector, orationum. Si quis eum, quocumque modo, ecclesiae huic abalienaverit, anathema sit. *Gebehardus autem ante medium saec. XII coenobio praefectus erat* (16). *Quartus est tomus magni Legendarii Windbergensis* (17), *cuius fol. 99r-110r replet Vita* S. Wolfkangi. *Deficiunt capitularia, capita autem distincta sunt ut in codice praecedente. Fol. 1bis legitur brevis narratio translationis reliquiarum* S. Wolfkangi *anno 1613, de qua postea.*

B3. *Codex Monacensis latinus 13101, Ratispo-*

(1) *Lib. de temptatione, MG.*, Scr. tom. XI, p. 393. — (2) *Neues Archiv*, tom. IV, p. 603. — (3) Eosdem quoque versus inscripsit codici complectenti *Areopagitica* Hilduini, olim Libri, *Catal. 1859*, n. 491, nunc in musaeo Britannico, *Catal. of additions to the manuscripts in the British Museum in the years 1854-70*, p. 733, n. 22793. — (4) G. Waitz, in *Neues Archiv*, tom. IV, p. 603. — (5) Quarum quattuor priores signantur 1, 2, 2b, 2c, quinta 3 et ita porro usque ad 308. — (6) *Lib. de temptatione, MG.*, Scr. tom. XI, p. 393. — (7) Et hac quidem ratione, nisi ipsa scriptura aetatem scribae satis patefaceret, demonstraretur codicem Einsidlensem 322 non esse Othloni autographum, quod existimabat O. Ringholz, *Die Benedictiner Stiftes Einsiedeln Thätigkeit*, etc., *Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner Orden*, 1886, p. 73. — (8) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 523, n. 35. — (9) *Vitae*, cc. IX et XXXIV. — (10) Supra, n. 6. — (11) *Vitae* cc. I, X, XVI, XXXVIII. — (12) Epist. XIV, *P.L.*, tom. XXII, p. 347. — (13) *Aen.*, XII, 59. — (14) Vide apparatum criticum ad c. X. — (15) *Neues Archiv*, tom. IX, p. 546. — (16) *Monumenta Windbergensia*, n. 2, *Monum. Boica*, tom. XIV, p. 18; vide et p. 6. — (17) Codd. lat. Monac. 22240-45, *Neues Archiv*, tom. IX, pp. 591, 640-643.

nens.

nens. civit. 101, variis partibus constans, quae diversis temporibus scriptae sunt, et quarum elenchum alibi reperire est (1). *Vitam* S. Wolfkangi *fol.* 111^{r}-131^{r} *manus saec. XII exaravit, haud sine plurimis mendis, quas postea corrector sustulit. Notae non paucae in margine scriptae et emendationes recentiores textum ad normam codicum seriei C immutatum fuisse demonstrant. At antiquioris recensionis vestigia sat facile apparent, ut in praesenti codicum classi reponi debeat. Praefationem sequitur index capitulorum; at in corpore uno tenore absque divisione currit narratio.*

B4. *Codex Zwettlensis n. 14, saec. XIII, complectens octobrem et novembrem magni Legendarii Austriaci* (2). *Vita* S. Wolfkangi, *fol.* 93^{v}-100^{r}, *instructa prologo et capitulis, proprias quasdam exhibet lectiones, nullius tamen momenti et quas scriba proprio marte invexit, ut legenti patebit.*

B5. *Codex Admuntensis 440, manu saec. XII exeuntis exhibens Hilarium* Super Matthaeum; *a fol.* 102^{r}-115^{v}, *manu vero saec. XII ineuntis, Vitam* S. Wolfkangi, *prologo destitutam. Capitum titulos, ob angustiam loci scriptor plerumque immutavit atque contraxit, atque inde a c. XIII penitus omisit; saepissime etiam verborum ordinem non servavit, multisque totum opus singularibus, quamquam levibus, vocum mutationibus respersit* (3).

B6. *Codex Monacensis latinus 12642, Ranshofensis 42, membraneus, saec. XIV exaratus, complectens inter Vitas sanctorum XXXVII* (4), *Vitam* S. Wolfkangi, *fol.* 139^{r}-150^{r}, *sine praefatione et capitulis. Deficit folium unum inter fol. 140 et 141, in quo inscripta erant capp. X-XIII. Plurimum accedit codex ad praecedentem; quapropter nullas ex eo lectiones desumpsimus.*

B7. *Codex Monacensis latinus 7675, Indersdorfensis 275, chartaceus, plurimis manibus saec. XV exaratus, inter varia* (5) *continet, fol.* 144^{r}-151^{r}, *Vitam* S. Wolfkangi *absque praefatione et capitulis, nonnullis in locis abbreviatam. Cuius lectiones omnino neglegendae visae sunt.*

in tertia interpolatam;

12. **C1.** *Codex Vindobonensis latinus 2217, olim Rec. 3330, Lunaelacensis Q. 88, pluribus constans codicillis diversis manibus saeculisque exaratus* (6). *Vita* S. Wolfkangi *fol.* 71^{r}-84^{v} *scripta est lineis plenis manu saec. XIV exeunte, tum praefatione, tum capitulorum elencho instructa. Codicem licet non paucis mendis depravatum integrum tamen contulimus, quia principem veluti locum obtinet inter codices recentiores a communi quodam exemplari interpolato derivatos, uti ex lectionibus propriis patebit.*

C2. *Codex Vindobonensis latinus 3777, olim Lunaelacensis f. 233, chartaceus, saec. XV exaratus maiore charactere, relictis amplis marginibus, quas complent minutissime scriptae glossae auctore Hieronymo de Werdea* (7). *Sed de his infra. A neglegente librario multa compendii signa omissa sunt. Orthographia hinc inde a communi discrepat, ut in verbis* waptizare, exstingwi *et similibus. Praefatio adest, desunt vero capitularia, et initia capitum alia manu numeris insignita sunt. Vita desinit mutila in verbis c. XLI* alterius circuli cru..., *et lacunosa est inter fol. 24 et 25, deficiente parte capitum XXVII et XXVIII. Lectiones codicis in apparatum admissae sunt.*

C3. *Codex Mellicensis H9, chartaceus, foliorum 310, 0m,295 × 0m,225, binis columnis diversis manibus exaratus saec. XV, complectitur inter alia plurima a nostro instituto aliena, de* S. Wolfkango *sequentia* : a) *Vitam auctore Othlono, fol.* 288^{v}-302^{r}, *cum prologo et titulis capitum. Textum integrum contulimus. Ex hoc codice primum protulit Othloni praefationem B. Pez* (8), *qui ex eodem edidit quae Vitae statim subiuncta leguntur, scilicet* b) *Rhythmum de* S. Wolfkango, *fol.* 302^{v}-304^{v}, *quem et nos proferemus* (9), *et orationes cum hymno, fol.* 304^{v}-305^{r} (10). *Quae omnia ex codice quopiam Lunaelacensi fluxisse, ut similitudinem recensionis taceam, suadet oratio quae ilico sequitur, fol.* 305^{v}-308^{r} : Collatio habita per quendam virum religiosum in tricesimo depositionis die venerabilis patris ac domini domini Symonis ab. Lunaelacensis monasterii, qui et exstitit primus reformator nec non et 2us fundator eiusdem monasterii. Qui cum rexisset annis 42, mensibus VI, diebus 22, extremum clausit diem anno ab incarnatione Domini 1463, xxIII die mensis maii hora meridiana. *Et in margine,* scilicet presbiterum Hieronymum de Werdea natum, *qui fuit Lunaelacensis, de quo mox.*

C4. *Codex Vindobonensis latinus 818, olim Rec. 2329, Lunaelacensis 81, cuius ultima pars, (fol. 40-128) chartacea, variis saeculi XV manibus exarata est* (11). *Vita* S. Wolfkangi, *fol.* 107^{v}-116^{v}, *cui praefatio et capitulorum elenchus praemissa sunt, desinit mutila medio c. XIX his verbis :* sexus utriusque turba confluere solebat. *Lectiones variantes nonnullorum capitum, scilicet cc. VII, IX, X, XIV, XVI, adnotasse sufficiet.*

C5. *Codex Mellicensis M7, scriptus anno 1471, uti indicatur in ultimo folio. Complectitur septembrem et octobrem Legendarii Austriaci* (12). *Vita* S. Wolfkangi, *fol.* 333^{r}-344^{v} *certissime ex codice C3 desumpta est. Omnes eius lectiones, sicut et codicum in hac serie sequentium, neglexinus.*

C6. *Codex Monacensis latinus 14870, Ratisponensis S. Emmerammi 870, olim Q.2, dein O.3, membraneus, pluribus constans partibus, diversis saeculis exaratis. Ceteris omissis, quae alibi enumerata reperies* (13), *ea tantum quae ad* S. Wolfkangum *spectant indicamus. Scilicet* a) *fol.* 1^{r}, *non inscite imagine expressus cernitur* S. Wolfkangus, *parvulo sancto Heinrico, quem Heinricus pater ipsi praebet, benedicens. Nomina autem singulis superscripta leguntur* S. Wolfgangus, S. Hanricus imperator, S. Hainricus dux Bavarie; *hic vero et episcopus nimbo ornati sunt.* b) *fol.* 59^{r}-59^{v} *novem carmina saec. XV ex. quorum duo ultima, de* S. Wolfkango *transcribimus* (14).

(1) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 524, cod. 2; *Neues Archiv*, tom. IX, p. 554. — (2) *Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, tom. VIII, p. 724. Codicem citavit Waitz, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 525, cod. 12, non tamen adhibuit, immo neque inspexit. — (3) Illum quoque codicem citavit tantum Waitz, l. c., cod. 10. — (4) *Neues Archiv*, tom. XIII, p. 580-82. — (5) *Neues Archiv*, tom. IX, p. 439. — (6) Denis. *Codices manuscripti theologici bibliothecae palatinae Vindobonensis*, tom. II, 2, p. 1789-1795; *Tabulae codd. mss. praeter graecos et orientales in bibl. palat. Vindob. asservatorum*, tom. II, p. 34-35. Ex eo codice Waitz praefationem tantum desumpsit. *MG.*, Scr. tom. IV, p. 524, cod. 3. — (7) *Tabulae codd.* etc., tom. III, p. 84: Non differt a codice quem 3377 notatum quarto loco protulit Waitz, l. c., p. 324. — (8) *Thesaurus Anecdotorum*, tom. III, 2, p. 613-15. — (9) Ibid., p. 615-22. — (10) Ibid., p. 622-23. — (11) Denis, op. cit., tom. II, 2, p. 1538-41; *Tabulae codd.*, etc., tom. I, p. 138. Codicem citavit Waitz, l. c., cod. 5. — (12) Scriptus est a Christophoro Lieb. Vide M. Kropff, *Bibliotheca Mellicensis*, Vindobonae, 1747, 4°, p. 317-336. — (13) *Neues Archiv*, tom. IX, p. 565. — (14) Reliquorum rubricae sunt : *Quod S. Emmerammus requiescat in hac ecclesia. — Quod pro filia ducis sit passus. — Quod episcopi Ratisponenses consuerunt tumulari in nostra ecclesia ad S. Emmerammum. — Quod S. Dionysius est translatus in nostram ecclesiam per Arnolphum imperatorem. — De impio duce Arnoldo*

* fol. 59r

De praesule S. Wolfgango Ratisponensi *.

Tunc Ratisponae meruit diadema coronae
Wolfgangus iugis, cuius vox aemula nugis,
Urbem dicavit, fidei quam rore beavit.
Qui Swevis ortus celestis acumina portus,
Clericus ut novit, cordi peritura removit,
Hinc monachus factus secretaque celica nactus,
Ad quod anhelavit, huic iugiter invigilavit,
Procurans esse quod ei fuit esse necesse.
Redderet ut votum diuturno tempore fotum,
Ordinibusque sacris, dum sensus fructibus acris
Communiretur, ut fungi promereretur.
Nam fuit invitus altaris honore potitus.
Prespiter orando, ieiunando, vigilando,
Corpus adurgebat, fideique ligone scopebat
Sollicitum pectus, sed in aequoris impete iactus
Naufragus ad littus, sirtes vitare peritus,
Noluit a monte vitaeque recedere fonte;
Parceque cum sonte putri reprimi flegetonte.

Quod meditando legem Dei vocatus est ad praesulatum.

B

Hinc lex divina tanquam iugis medicina
Mentis in ardore semper fuit eius et ore;
Qua consummatus fuit ad pociora vocatus,
Ut lumen caeli radians in corde fideli,
Ne monstraretur plebi cui forma daretur
Tanti pastoris ad iter vitae pocioris,
Lingua pro hinc muto, baculus terrae revoluto,
Nudo cortina, languescenti medicina,
Fautor pupilli consolatorque pusilli,
Spes desolatis, profugis lar, pax tribulatis,
Oppressis lenis, via caecis, census egenis,
Esca fame quassis, requies placidissima lassis,
Inpiger in gestis dum desudavit honestis;
Mundo translatus caelestibus est sociatus.

c) *fol. 120^r-130^r, Vita auctore Othlono, praemissis capitulis, non autem praefatione, alia saec. XIV manu scripta;* d) *fol. 131^r-131^v, eadem manu, sicut et sequentia,* In translatione sancti Wolfgangi episcopi, *videlicet sermo editus apud Surium, ad diem 31 octobris, in lectiones octo distributus* (1); e) *fol. 130^v, notae quaedam, quas inter duae de* S. Wolfkangi *morte et canonizatione, et versiculi,* Post sex *etc.* (2); f) *fol. 131^v-132^v oratio de* S. Wolfkango *germanice et latine, cum sequenti rubrica :* Wer das pet spricht andächtiklich ze lob und ze eren der heiligen drivaltichait in dem dienst sant Wolfgang, der virt gewert wes er zeitlichen ding pegert von got. *Inc.* O Heiliger sant Wolfgang ain hoher peichtiger... Sequitur oratio in latino de sancto Wolfgango Ratisponensi episcopo et confessore. *Legitur haec oratio latina apud Pez* (3), *diversa tamen est collecta quae sequitur.*

C

C7. *Codex Stuttgartensis H.B. XIV, Vitae SS. 5, olim Weingartensis G. 42, exaratus saec. XV ex., eadem fere quae codex praecedens continet, quae operae pretium non est rursus enumerare* (4). *Vita* S. Wolfkangi, *fol. 65^r-83^r, etiam praefatione non vero capitulis caret. Textus in quibusdam locis ad codicem sequentis seriei correctus fuisse videtur.*

C8. *Codex latinus Monacensis 14872, Ratisponensis S. Emmerammi, O. 5, saec. XV exaratus a scriba qui antiquiorem manum imitatus est. Hic quoqueplura continet a codice C6 derivata; aliunde tamen desumpta est Vita* S. Wolfkangi (5), *fol. 112^r-131^r, quam et praefatio et elenchus capitulorum praecedunt. Fol. 131^r legitur :* Explicit legenda de vita et miraculis S. Wolgangi Ratisponensis ecclesiae episcopi et confessoris Christi. Sequitur historia in notis cum ceteris tam ad nocturnum quam ad diurnum officium necessariis. *Officium illud, si summas res spectes, editum iam fuit anno 1475, in Burgdorf* (6); *in quibus ab edito discrepet rerum liturgicarum studiosis relinquimus indagandum. Lectiones ex Othlono desumptas esse indicasse sufficiat.*

AUCTORE H. D.

C9. *Codex latinus Monacensis 1843, Bavar. 843, saec. XV ex. Totus est de* S. Wolfkango (7) : a) *fol. 1^r-38^r, Vita auctore Othlono, praemissis praefatione et capitulorum indice. Textus accedit ad C3;* b) *fol. 38^v-42^r, rhythmus, de quo supra ad cod. C4. In fine legitur :* Sanctus Wolfgangus anno Domini incarnati nongentesimo septuagesimo septimo in episcopum est electus. Anno vero Domini incarnati nongentesimo nonagesimo nono est defunctus (8); c) *fol. 42^v-43^r, missa cum sequentia edita apud Pez* (9); d) *fol. 43^v-45^r, oratio latina de qua ad cod. C6 dictum est, quam, interpositis nonnullis, sequitur (fol. 46^r-47^v) eiusdem textus germanicus, de quo ibidem. Fol. 45^v leguntur versus :* E

Gaude Ratisbona super excellentia dona;
En concludis duo bis in te gratissima nobis
Corpora sanctorum. Sacer est Dionysius horum
In numero primus; Emmerammus laude [ymus,
Wolfgangus, Erhardus, neuter medicamine tardus.
Quattuor istorum precibus, nec non aliorum
Hic contentorum, ducimur ad astra polorum.

C10. *Codex latinus Monacensis 18660, Tegernseensis 660, diversis manibus saec. XVI ex. conscriptus, continet, inter alia* (10) *Vitam* S. Wolfkangi, *fol. 136^r-153^v, cum prologo et titulis, initio singulorum capitum positis.*

C11. *Codex Linciensis, bibliothecae Lycaei, signatus Cc. I. 9* (11), *olim monasterii Glunicensis* (12), *chartaceus, continens Vitam* S. Wolfkangi *sine praefatione et capitulis. Codicem inspicere non potui; sed quantum intellego ex brevibus excerptis a R. P. Hochegger S. I. ad me transmissis, multas cum praecedentibus lectiones communes habet.* F

13. **C*1.** *Codex Cremifanensis 128, varia continet manibus diversis diverso tempore scripta* (13). *Vita autem* S. Wolfkangi, *fol. 96^r-113^v, saec. XIV exarata fuit, omissis praefatione et capitum inscriptionibus. Praeter lectiones quas cum codicibus modo enumeratis communes habent huius seriei exemplaria, nonnullas sibi proprias praebent quae ostendunt ex uno eodemque, et hoc rursum interpolato, ea omnia derivata esse. Speciatim notandus est versiculus* Nam tibi cuncta damus quibus in vita est opus ista *in cap. X ubique collocatus, et qui nimium a legibus versus leonini recedit, quam ut Othlono, artis metricae peritissimo, tribui posse videatur.*

item in quarta.

qui res ecclesiarum rapuit. — Quod S. Dionysius per Paulum est conversus. — De translatione corporis S. Dionysii. — (1) De quo Gloria post. § I. — (2) Editae in *MG.*, Scr. tom. XV, p. 1098. — (3) *Thesaurus Anecdot.*, tom. III, 2, p. 621-23. — (4) *Neues Archiv*, tom. X, p. 601. — (5) Ita quoque Holder-Egger, *Neues Archiv*, tom. IX, p. 566. — (6) Libri titulum habes infra, n. 14. — (7) *Neues Archiv*, tom. IX, p. 408; *MG.*, Scr. tom. IV, p. 524, cod. 7. — (8) Vide infra, nn. 20, 72. — (9) *Thesaurus Anecdot.*, tom. III, 2, p. 623-24. — (10) *Neues Archiv*, tom. IX, p. 578. — (11) *Archiv*, tom. X, p. 612. — (12) Gleink, prope Steyr in Austria superiori. — (13) *Archiv*, tom. VI, p. 196

AUCTORE H. D.

A *videatur. Huius et sequentis codicis textum integre contulimus.*

C*2. *Codex latinus Monacensis 14034, Ratisponensis S. Emmerammi 34, cuius pars praecipua, scilicet* Legenda aurea *an. 1295 exarata est* (1), *manu vero paulo iuniore addita est fol. 277r-286r,* *Vita* S. Wolfkangi, *absque praefatione et capitulorum elencho. Hinc inde notae seu glossae in textum intrusae sunt.*

C*3. *Codex Coloniensis archivii historici civitatis, olim bibliothecae Gymnasii n. 3, duabus partibus constans quarum membranea chartis mixta prior, altera tota chartacea, foliorum 297, 0m,285 × 0m,195, binis columnis diversis manibus saec. XV exaratus. Praeter alia* (2) *continet :* a) *Vitam* S. Wolfkangi, *fol. 1r-14v, sine praefatione et capitulis. Praecipuorum tantum locorum lectiones variantes notavimus, nempe, cc. VII, X, XIV, XV, XVI, XXXIV, XXXV,* b) *Sequitur, fol. 14v-15r, sermo in translatione, editus apud Surium, ad diem 31 octobris, cuius in fine addidit codicis scriptor :* Explicit vita sancti Wolfgangi Ratisponensis episcopi scripta par me fratrem
B Leonardum de Ruremunda. Anno Domini nongentesimo 94, pridie kalendis novembris sanctus Wolfgangus migravit ad Dominum. Anno Domini MoLIIo nonis octobris a beato Leone papa nono est canonizatus et in criptam occidentalem translatus, presente et procurante Hainrico imperatore secundo, qui est in Babenberg sepultus.

Post sex obscurum dum vidit se moriturum
Esse dies post sex Hainricus* pertimuit rex **.
Mensibus hinc senis, sex annis denique plenis
Vite timescenti mox luce prima sequenti.
Illa corona datur qua Caesar iure vocatur (3).

*Hainrici *cod.*
** vox *cod.*

Quae his versibus narrantur, desumpta sunt ex cap. XLII Vitae Wolfkangi.

C*4. *Codex latinus Monacensis 23846, ZZ. 846, saec. XV. Inter multas Vitas sanctorum* (4), *Vitam* S. Wolfkangi, *fol. 110v-127v, continet, praefatione et capitulis destitutam. Hinc inde capita distincta sunt titulis rubricatis ab ipso scriba conceptis, cuius neglegentia multa verba textus bis scripta sunt, et quod mirum, duplex aliquando lectio admissa, uti v. g. c. XIV,* venialiter vel venerabiliter, *c. XV,* hanc autem ideo vel haec autem
C ideo. *Praecipua tantum capita, scil. VII, X, XIV, XV, XVI, XXXIV, XXXV, contulimus.*

C*5. *Codex Dresdensis H. 180, saec. XVI exaratus, totus de* S. Wolfkango : a) *fol. 1r-28r, Vita auctore Othlono, sine prologo et capitulis; quaedam notae marginales codicis prototypi in textum irrepserunt. Lectiones variantes non notavimus.* b) *fol. 29r-31v,* In translatione S. Wolfkangi, *nempe sermo editus apud Surium ad diem 31 octobris, in lectiones divisus, nonnullis tamen verbis variantibus;* c). *fol. 32r-33v,* Oratio ad sanctum Wolfkangum *germanica, de qua supra ad cod. C 6. Compacta est cum manuscripto Vita impressa a. 1502, de qua inferius mentio erit* (5).

C*6. *Codex latinus Monacensis 14871, Ratisponensis Sancti Emmerammi, O. 4, pluribus constans non eiusdem aetatis codicillis* (6). *Manu saec. XV scripta sunt quae ad* S. Wolfkangum *spectant :* a). *Fol. 73v.* Ein andachtig pet von Sant Wolfgang, *seu oratio de qua ad cod. C 6;* b) *fol. 74r-87v, Vita auctore Othlono, sine praefatione et capitulis; nullas afferimus lectiones huius codicis* c) Oratio bona, *ea scilicet quam edidit Pez* (7), *ut in codice C 6;* d) In translatione S. Wolfkangi, *sermo de quo iam diximus, in VIII lectiones distributus. Addita est hic quoque nota similis ei quam transcripsimus e codice C*3, cum versibus* Post sex *etc., quorum statim versio germanica subiungitur :*

Kunig Hainreich in den slaff wedaucht
Wie er an diser want weschaut
Noch sechsen, er vermaynt nach sechs tagen
Scholt er zu seim grab werden getragen.
Durch sechs monet und jar als vil
Gab er almusen ane zil;
Do die zeit also wart geent
Kayserlich wirdikait wart im gesent.

e) *Fol. 94r :* Confessio pura ad Deum a beato Wolfkango edita. *Incipit :* Confiteor tibi Deo omnipotenti et omnibus sanctis eius quia ego E
miserrimus et peccator peccavi nimis in superbia. *De hoc scripto postea agemus, uti et de sequenti.* f) *fol. 95r-98v.* Oratio super Miserere mei Deus a beato Wolfkango episcopo composita. *Edita est a B. Pez* (8).

C* 7. *Codex latinus Monacensis 27139, Ratisponensis S. Emmerammi 36, saec. XV, continet, fol. 13r-36v, Vitam* Wolfkangi *sine praefatione et capitulis, cuius textum, qui ad praecedentem non parum accedit, neglexinus.*

C*8. *Codex latinus Monacensis 1805, Bavar. 805, pluribus manibus saec. XV exaratus, complectens praeter aliena quaedam* (9) *et minora rem nostram spectantia uti fol. 39v, notas de dedicatione cryptae S. Ramuoldi, fol. 40r, de translatione* S. Wolfkangi, *fol. 41v, versus* " Post sex ", *fol. 81r-96v, Vitam* S. Wolfkangi *sine praefatione et capitulis.*

C*9. *Codex Bruxellensis 20605, saec. XV, continens, fol. 1r-20r, Vitam* S. Wolfkangi, *absque praefatione et capitulis, mutilam usque ad verba c. XXXI,* sed illo diu vociferante.

C* 10. *Codex Bruxellensis 11987, olim Rubeae Vallis, tomus quartus collectionis hagiographicae* F
Antonii Gentii († 1543) canonici regularis (10), *in qua Vita* S. Wolfkangi *prologi et capitulorum expers fol. 125v-132v occupat, quam statim excipit sermo de translatione, fol. 132v-133v, ut in cod. C*3, cum nota addita quae hic desinit :* procurante sancto Henrico imperatore primo, rege autem secundo.

C* 11. *Codex Bruxellensis 8928, continens collectanea Bollandiana ad diem 31 octobris, et quidem de* S. Wolfkango *praeter impressa quaedam et notas nonnullas minoris momenti a P. Gamans aliisque olim ad nostros transmissas,* a) *Vitam auct. Othlono,* ex ms. Rubeaevallis (11) *scilicet praecedente descripta, cum appendice de translatione;* b) *Vita metrica, de qua mox agetur, et quidem duplici*

(1) *Neues Archiv,* tom. IX, p. 556. — (2) Videlicet Vitam S. Evergisli, sermones Guerrici, et expositionem missae auctore Adamo Maier, abbate S. Martini coloniae. — (3) Haec in pluribus codicibus invenimus, uti in Monacensi lat. 1805, 14870, 14871 et germ. 1317. Edita sunt inter *Notas S. Emmerammi, MG.,* Scr. tom. XV, p. 1098. — (4) Accurate codicem excussit Holder-Egger, *Neues Archiv,* tom. XIII, p. 582-87. — (5) F. Schnorr von Carolsfeld, *Katalog der Handschriften der königl. öffentlichen Bibliothek zu Dresden,* tom. I (1882), p. 575 — (6) *Neues Archiv,* tom. IX, p. 566. — (7) *Thesaurus Anecdot.,* tom. III, 2, p. 621-23. — (8) *Thesaurus Anecdot.,* tom. II, 1, p. 11-20. — (9) *Catal. codd. lat. Monac.,* tom. I, 1, p. 296, *Neues Archiv,* tom. IX, p. 409. — (10) *Archiv,* tom. VIII, p. 537; *De Antonio Gentio in Rubea Valle canonico regulari hagiographo,* in *Analect. Boll.,* tom. VI, p. 31-34. — (11) Addidit quidam ex nostris hanc notam *extat Susati apud Praedicatores,* scilicet, si quid intellego, alius codex Vitae S. Wolfkangi.

AUCTORE H. D.

duplici apographo, altero tamen non integro; c) *partem Vitae interpolatae qualiter a. 1516 edita fuit. De qua n. 20 disseremus.*

Vitae editiones.

14. *De variis operis Othloniani editionibus pauca addenda sunt. Editio princeps anno 1475 prodiit in oppido Burgdorf, hoc titulo :* Incipit legenda sancti Wolfkangi episcopi Ratisponensis cum officio vesperarum matutinarum et missae de eodem. *Ad calcem :* Impressum in opido Burgdorff anno domini MCCCCLXXV, *20 ff* (1). *Vita caret prologo et titulis. Hanc statim excipit sequens nota:* Item sanctus Wolfgangus episcopus Ratisponensis obiit sui episcopatus anno vicesimo secundo et anno incarnationis Domini nongentesimo nonagesimo quarto. Deinde a papa Leone nono est canonisatus. Et translatio celebris omni anno agitur in episcopatu eodem die septimo mensis octobris hoc est nonas eiusdem. Hystoria. *Sequitur statim officium et missa cum sequentia* In Wolfgangi canamus honorem (2). *Altera Vitae editio est L. Surii qui stilum in gratiam lectoris mutandum existimavit* (3); *usus est quattuor codicibus, praefatione carentibus. Sequitur* Sermo de B translatione eiusdem sancti episcopi ab alio quodam editus cuius stylum non mutavimus. Est in antiquis mss. codicibus. *Porro, antiquiorem saeculo XIV codicem huiusce sermonis nullum invenimus*(4). *Ex unico exemplari A 2 Einsidlensi Vitam vulgavit Mabillon* (5); *in quo cum praefatione careat, et sententiae quaedam remanserint a scriptore coaevo mutuatae* (6), *auctori anonymo* Wolfkangi *familiari eam tribuendam putavit* (7). *Praefationem ex codice Mellicensi, supra C 4, eruit B. Pez* (8). *Tandem integrum Othloni opus, duobus tantum ex toto collatis codicibus* (9), *Monumentis Germaniae*(10) *inseruit G. Waitz, qui tamen Mabillonii erroneas lectiones non omnes devitavit.*

§ III. De reliquis Vitae S. Wolfkangi scriptoribus.

De S. Wolfkango *etiam exstant*

15. *Si audias Staindelium, Wilhelmus Hirsaugiensis Vitam* S. Wolfkangi *scripserit* dum in monasterio Sancti Emmerammi officium prioris exsequeretur (11). *Undenam hoc suum dictum hauserit Staindelius ignoro; certe operis, quod abbati* C *Hirsaugiensi attribuit, nuspiam apparet vestigium* (12). *Feruntque quoque in bibliotheca Mellicensi servari legendam latinam* S. Wolfkangi, *saeculo XV conscriptam, et variis ex codicibus excerptam* (13). *Iam vero praeter Vitam Othloni et anonymi rhythmum, de quo nunc agendum est, nihil de sancto nostro in codicibus Mellicensibus, ad nos humanissime transmissis, reperire potuimus, nec quicquam in ceteris sui armarii manuscriptis detexit R. P. Rud. Schachinger bibliothecarius a nobis interrogatus.*

16. *Rhythmus, cui nomen indiderunt Vitae rhythmicae, quamtumvis frigidus et obscurus, non undequaque despiciendus est, cum quaedam contineat quae in fontibus antiquioribus utique frustra quaesieris, a recentioribus tamen magno plausu excepta. Illum ergo duximus recudendum, adhibitis codicibus quos invenire potuimus. Sunt autem ii:* *rhythmus anonymi Lunaelacensis;*

1. *Codex Mellicensis H 9, saec. XV, quem superius C 4 signavimus, et cuius fol. 302^v-304^v occupat hoc nostrum carmen, absque titulo. Ad initium, in margine adscripsit alia manus :* Carmen id in plerisque caute legendum atque intellegendum est. Multa enim ibi continentur modo poetico* inserta [pro his*] qui fabulis et mendaciis uti consueverunt. *cod. poetica. *supplevi.*

2. *Codex lat. Monacensis 1843, saec. XV, supra signatus C 9, idem carmen sine titulo complectitur, fol. 38^v-42^r.*

3. *Codex latinus Vindobonensis 3836, olim Lunaelacensis O.81, foliorum 338, saec. XVI exaratus, continens inter varia fol. 317^r-317^v, carmen mutilum in v. 112. In v. 111 habet mendum* adantasti, *pro* adaptasti, *uti ceteri* (14).

Ex primo codice poema edidit B. Pez (15), *qui* E *de eius auctore, Emmerammensisne an Monseensis coenobita fuerit, nihil decernere ausus est. Monseensem fuisse minime dubitandum est, ut patet ex his versibus :*

Et quod ut anachoreta
Hic vixisti saecli spreta
Pompa... (16).

Iamvero, prope Monsee seu Lunaelacum anachoretam egisse S. Wolfkangum *traditio refert. Libelli materia aptius expendetur ubi de sancti vita eremetica verba faciemus* (17). *Citatum illum repperi in commentario Hieronymi de Werdea ad Vitam* S. Wolfkangi *de quo mox, his verbis* (18) : Quod autem ita sit, patet ex quodam carmine ad modum orationis de eius vita et operibus composito, ubi inter cetera ad propositum sic dicitur : Sic in domino quiescis, *etc.* (19). *Ex quibus colligo, Hieronymum huius rhythmi auctorem non esse.*

17. *Iam de Hieronymo illo, de Werdea dicto, paucis disserendum, quoniam pro suo modulo* S. Wolfkangi *honorem scriptis amplissimis promovere conatus est. Natus erat in Werdea, Sueviae oppido, nomenque Iohannis, antequam monasticum* F *indueret habitum, sortiebatur, et cathedram in universitate Vindobonensi tenebat. Anno 1452 professionem emisit in coenobio Lunaelacensi, ubi a. 1463 prioris officium gessit, et supremum obiit diem anno 1475* (20). *Uberrimo fuit calamo praeditus,* et in solo monasterio Monseensi, *ut loquitur B. Pez*(21), sex supra viginti volumina sua veneranda manu exarata reliquit in quae partim proprii ingenii, partim lectiora aliorum monumenta intulit; *tantaque erat eius copiae scribendi fama, ut eius* *Hieronymi de Werdea*

(1) Exemplaria prostant in bibl. regia Monacensi, *Inc. c. a. 369*, et in bibl. seminarii episcopalis Linciensis. — (2) U. Chevalier, *Repert. hymnolog.*, n. 8806. — (3) *De probatis SS. hist.*, ad diem 31 oct. — (4) Cod. C6. De aliis codicibus, infra, n. 75. — (5) *Act. SS. Ord. S. Benedicti*, saec. v (1685), p. 812-833. — (6) Cap. ix, xxxiv. Cfr. supra, n. 9.— (7) L. c., pp. 811, 812, 333. — (8) *Thesaurus Anecdot.*, tom. III, 2 (1721), p. 613-615. — (9) Codd. supra notatos A2 et B3; praefationem desumpsit ex C1, et lectiones nonnullas ex C9. — (10) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 525-542. Repetita est haec editio inter Othloni opera, P. L., tom. CXLVI, p. 391-422.— (11) Ioannis Staindelii *Chronicon* apud Oefele, *Rerum Boicarum Scriptores*, tom. I, p. 485.— (12) *Vita Willihelmi*, *MG.*, Scr. tom. XII, p. 211 sqq.; etiam tacet Bernoldus, *Chronicon* ad a. 1091, ubi de Willelmo loquens, *multa monimenta sui naturalis ingenii* recenset. *MG.*, Scr. tom. V, p. 451. — (13) Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 413. — (14) *Tabula codd. mss. praeter graecos et orientales in biblioth. palatina Vindobonensi asservatorum*, tom. III, p. 98-99. — (15) *Thesaurus Anecdot.*, tom. III, 2, p. 615-622. Inde repetitum in P. L., tom. CXLVI, p. 421-26. — (16) Vers. 53-55. — (17) Comm. praev. § vii. — (18) Cod. Vindobonensis 3777, supra, C2. — (19) Sequuntur rhythmi versus 250-54. — (20) Fabricius, *Bibliotheca latina*, ed. Mansi, tom. III, p. 250; *Chronicon Lunaelacense*, p. 244; V. Staufer, O. S. B., *Mondseer Gelehrte*, XIV und XV Jahresbericht des K. K. Obergymnasium in Melk, Wien, 1864, p. 15-18. — (21) *Bibliotheca ascetica*, tom. II, in praef. apud Fabricium, l. c.

scriptis

A *scriptis trahendis sex equos non sufficere contenderent*(1). *Ex ingenti illius operum numero, pauciora perlegere vacavit quam ut de Hieronymi scientia et arte dicendi iudicium promere audeamus. Ea certe quibus vitam* S. Wolfkangi *illustrare suscepit, nemo sine fastidio et nausea leget. Ex his primo occurrit commentarius in Vitam* S. Wolfkangi, *quem servavit codex Vindobonensis 3777, de quo supra, C3, ipsius manu, ni fallor, exaratus. Unum, speciminis gratia, locum afferemus, ex quo saltem colligi poterit quosnam fontes de historia miraculorum prope Lunaelacum patratorum huius loci monachi habuerint. Ita legitur fol. 33r, ad initium capitis XL Vitae.*

paraphrasis Vitae Othlonianae

Post felicem. In praecedentibus dictum est de vita beati Wolfgangi, ac de signis et miraculis quae divina virtute operatus est, dum adhuc esset in vita, et sicut de transitu glorioso eiusdem venerabilis antistitis de hoc mundo; et hic communiter describuntur virtutes et signa quae divina gratia per ipsum ostendere dignata est post eius mortem. Nam sanctitatem beati Wolfgangi, qua et modo in caelis regnat et in terra imperat signis et miraculis, quibus in vita et post mortem suam claruit et hodie claret, Deus plurimum patefecit, propter quae merita ab ecclesia canoni- B satus et in ea sanctorum catalogo est adscriptus, prout etiam in fine patebit, scilicet de tempore huiusmodi canonizationis. Verum licet non omnia eius memorabilia facta sunt scripta, specialiter tamen ea quae post ipsius mortem contigerunt, plus ceteris in hac legenda sunt omissa, sicuti et auctorum eiusdem in praesenti littera ostendit cum dicit, *quorum quaedam neglegentia et oblivione faciente ad cognitionem nostram minime pervenerunt.* Et si ad notitiam illius collectoris non omnia suo tempore pervenerunt, quantum erit de iis quae post tempora eius per ipsum Dominus plus quam per trecentos annos, qui elapsi sunt modo post collectionem illius legendae, in Ymbripoli et in Ratispona et in Puppinga, ubi ab hac vita migravit, et hic in loco suae fabricae operatus est, haec, ut vere dicam, sunt tanta quod nullius hominis lingua ea ad plenum dicere valet. Unde licet in praedictis locis omnibus claruerit variis miraculis, ampliora tamen per ipsum Dominus operatus est signa in loco suae fabricae, qui locus modo consueto nomine apud vulgum ad Sanctum Wolfgangum appellatur, quam in aliis locis; cuius causa occulto Dei iudicio relinquitur. Quod autem ita sit, patet ex quodam carmine ad modum orationis de eius vita et operibus composito, ubi inter cetera ad propositum sic dicitur :

Sic in Domino quiescit
Et miraculis clarescit.
Nec quotidie torpescit :
Adhuc signa facere.
In Ymbripoli non tanta
C Nec ubi sunt exta sancta
Signa quoque facis quanta
Loco tuae fabricae.

Et licet multa per meritum sancti Wolfgangi facta sint miracula et hodie fiant, non tamen hodie ita frequenter et passim fit, sicut olim contigit in primitiva ecclesia; Et circa hoc dubitatur quare modernis temporibus non fiant miracula ita passim sicut olim in primitiva ecclesia ; tunc enim ad litteram verificabatur iam illa auctoritas Marci ultimo : Signa autem eos qui crediderint, etc.

Tum, incipit disputatio scholastica, quam iis relinquimus qui talibus nugis delectantur.

et Vita metrica,

18. *At, soluto sermone vitam* S. Wolfkangi *illustrasse minime contentus, versibus hexametris opus Othlonianum exprimere aggressus est Hieronymus. Cuius poetica lucubratio non adeo huius aetatis hominibus displicuit, ut non fuerit pluribus repetita exemplaribus. Sequentia in bibliothecis prostant.*

1. *Codex Vindobonensis 3604, olim Lunaelacensis Q.77, chartaceus, cui titulus recens inscriptus* Hieron. de Werdea Var. Opusc. II, *varia continens hagiographica. Et primo quidem loco, fol.* 1^r-13^v, *posita est legenda* S. Wolfkangi *metrica cum glossis tum interlinearibus tum marginalibus. Hic est, ni fallor, codex autographus auctoris.*

AUCTORE H. D.

2. *Codex latinus Monacensis 4423, Augustanus S. Udalrici 123, chartaceus, saec. XV exaratus, plurium quidem manibus, maxime tamen fratris Simonis monachi Augustani, qui aliquando hospes fuit Lunaelaci, ibique multa ex diversis libris collegit* (2), *etiam legendam metricam Hieronymi, fol.* 67^r-75^v, *quam anno 1481 exscripsit, ut docet nota quam ad calcem opusculi adposuit. Scholia et glossas quoque transsumpsit; unde videtur ipsi codex praecedens in manibus fuisse.*

3. *Codex latinus Monacensis 4381, Augustanus S. Udalrici 81, chartaceus, saeculo XV exeunte scriptus, inter alia plura valde disparata* (3) *continet fol.* 116^v-126^r, *legendam metricam absque glossis et satis indiligenter exaratam.*

4. *Codex Bruxellensis 8928, de quo supra C* 11, complectens inter collectanea Bollandiana duplex eiusdem legendae apographum, mutilum unum, alterum integrum, desumptum* ex ms. codice in-4°, corio albo assere lit. X, num. 84, bibliothecae mss. SS. Udalrici et Afrae *et acceptum a* P. Gamans. E

cum glossis

19. *Othloni phrasim pedententim sequitur Hieronymus, quam insulse et saepe ineptissime metri legibus alligat. De eius lucubratione edenda neminem, qui eam legerit, cogitaturum existimamus. Ne quis tamen severius de Hieronymo iudicium nos protulisse existimet, duo priora poematis capita, cum glossis ipsius auctoris ex codice 1 hic subicimus.*

Incipit legenda sancti Wolfgangi metrice composita. Quibus parentibus Wolfgangus sit natus et quali conversatione ab infantia fulserit, quidque matri suae de eo visum fuerit.

CAPITULUM I.

O pater alme Deus, Wolfgangi gesta canendo
Feliciter mihi fortunam concede secundam.
Inprimis dicam sibi quod genitale solum sit,
Quis et uterque parens suus est narrare licebit.
Hunc sibi nam genuit Suevorum nobilis arvus;
Estque parentela ingenua ac sibi sat generosa.
Nec tamen hi magnis opibus flatuque tumescunt.
Quem sua dum genetrix grandi gestaret in alvo
Quod pareret stellam legimus sibique apparuisse, F
Et quid hoc signet aiunt hanc consuluisse
Audit responsum : Fers lumen christianismi,
O mulier, magnum. Sic dicunt, sors rata fitque.

Relatio de nominis eius memoria, et quod indifferenter accipi possunt huiusmodi vocabula.

CAPITULUM II.

Cumque foret natus, Wolfgangus fit ei nomen.
Nominis istius interpres met erat ille,
Armario quodam dum sic inscribere coepit :
« Struxerat aediculam mandrita Lupambulus istam. »
Nomine curque lupi vocitetur nolo mireris;
Ob causam nullam hoc fit ignominiosam ;
Namque suae fuerat sic suetum cognationi.
Belluarum in utramque solent nam nomine flecti
Partem; sic et de Paulo canit ipse poeta :
« O lupe Paule rapax, quid iam remanebit in orbe
Quod non ore trahas. » Pariter et hic simile fit.

insulsis;

Age vero, glossarum nunc unum alterumve exemplum promamus, et primo, interlinearium. V. 1. Canendo, id est scribendo. — *V. 2.* Secundam, id est

(1) B. Pez, ex cod. Cremifanensi, apud Staufer, l. c. —
(2) Vide *Catal. codd. lat. Monac.*, tom. I, 2, p. 164-65. —
(3) P. Braun, *Notitia historico-litteraria de codd. mss. in bibliotheca monast. ad SS. Udalricum et Afram extantibus,* tom. II, p. 56-59; *Neues Archiv,* tom. IX, p. 420.

prosperam.

AUCTORE H. D.

prosperam. — *V. 3.* GENITALE SOLUM SIT, id est quae terra ipsum genuerit. — *V. 5.* ARVUS, id est campus, et capitur pro terra.— *V. 6.* ESTQUE PARENTELA, in hoc versu duplex committitur sinalimpha, *et sic porro. Duas subiungo glossas marginales : V. 1.* Invocatio est divini auxilii. Primitus enim, inquit Boecius 3° de consolatione philosophyae, invocandus est rerum omnium pater; quo praetermisso, nullum vite fundatur exordium. — *V. 9.* Sic et de Virgilio, qui a virgula, nomen obtinuit, legitur quod mater eius sompniavit quod pareret virgam, quae usque ad caelum pertingeret in signum quod Virgilius pro sua sapientia loquendo de astris caelum attingeret. *Et haec quidem sufficiant ex carminibus et commentariis Hieronymi de Werdea, ne ea, quae pueris docendis paraverat, lectoribus obtrudendo, iis quoque exosus fiat.*

Vita iconibus illustrata,

20. *De rerum boicarum scriptoribus, qui* S. Wolfkangi *gesta pauca admodum, antiquioribus incognita, traditione servarunt, nihil praemittendum puto, quoniam suis locis singulorum asserta expendentur. Sed silentio minime praetereundus est libellus, anno 1516 editus* (1), *in quo Vita* S. Wolfkangi B *iconibus exprimitur quibus singulis respondet textus partim ex Othlono desumptus, partim ex aliis fontibus, additis quibusdam miraculis a sancto post obitum patratis. Ita, post cap. XVIII Othloni narratur* quomodo se contulerit Augustam ad visitandum S. Udalricum, quem modo vita functum tumulavit. *Post c. XXI ordine et copiose exponitur historia secessus* S. Wolfkangi *in solitudinem et prodigiorum quibus illum Deus ibi clarificaverit; quae omnia antiquiores biographi ignorarunt, vulgi fama diligenter servavit, et paulatim aucta et exaggerata transmisit. His verbis clauditur vita :* Sic animam sacris caelorum reddidit astris (2). Anno domini 999 ultima octobris, episcopatus sui anno 22. *Et fol. H :* Sequuntur quaedam recentiora [miracula] quae annis immediate superioribus contigerunt, *scilicet annis 1511, 1512, 1513, 1515. Completur libellus oratione ad sanctum* (3), *hymno cui titulus* Panegericus dictorum, *et qui incipit :* Stirpe Wolfgangus celebri parentum; *dein officio, cui praeit titulus* Historia de sancto Vuolfgango episcopo, *cum hymno ad vesperas* Florem mirificum Suevia protulit (4), *et ad matutinum,* Iste confessor Domini sacratus (5); *tandem* C *Missa, cum sequentia* In Vuolfgangi canamus honore (6). *Hoc opusculum, quod legit Baronius* (7), *et aliquando summo in pretio habitum fuit, invenimus, absque iconibus, in codice latino Monacensi, 11436, Pollingensi 136, saec. XVI, in quo a fol. 197^r omnia fere exstant quae in impresso, usque ad* panegericum. *Vita* S. Wolfkangi *scripta est ann. 1530, ut patet ex notis fol. 197^v et 211^v positis. Eiusdem libelli apographum mutilum acceperant maiores nostri* (8). *Quisnam illum compilaverit, certo rescire non potui; forsan Florianus Schiffer, professus Lunaelaci anno 1482, ibidem prior ab anno 1504, cui tribuitur* Legenda et miracula D. Wolfgangi, mit Bildern (9). *Quicquid est, ex hac legenda derivarunt plurima Vitae* Wolfkangi *compendia vernacule praesertim a monachis Lunaelacensibus conscripta* (10); *neque ex hoc fonte haurire dedignatus est abbas eorum Bernardus Lidl, qui* Chronicon Lunaelacense *collegit* (11). D

compendia quaedam,

21. *Brevis historia* S. Wolfkangi *qualis edita est ad calcem Legendae Aureae* (12), *vel compendia non maioris momenti leguntur in codicibus non paucis, uti in Monacensi latino 14528, Ratisponensi S. Emmerammi F. 31, saec. XIV, fol. 81^r-82^v; item in Monacensibus 6959, fol. 193^v-196^v, 18939, fol. 188^r-188^v, 21625, fol. 77^r-79^v, qui saec. XV exarati sunt; et in Bruxellensi, 848-61, olim Corsendoncano, fol. 101^v-102^v. Quibus, cum ipsius Othloni verbis concepta sint, immorandum non est. Aliquoties sub nomine* Visionis Wolfkangi *alterum ex eadem Legenda excerptum legimus, videlicet* de sancto Heinrico imperatore (13) *cuius initio memoratur visio Heinrici ad sepulcrum* S. Wolfkangi *etiam ex Othlono desumpta* (14); *addita fuit manu saec. XV in codice lat. Monac. 22247, Windbergensi 47, fol. 261^r-261^v. Notas quasdam compendiarias latinas, quas inter creberrimum epigramma de visione S. Heinrici* (15), *invenire est in cod. Monacensi Germanico 1317, fol. 150^v-151^r. Vitam autem* Wolfkangi *germanice conscriptam cum aliis complecti dicitur codex Emmerammensis F. 82 chartaceus saec. XV, foliorum 289; inc. fol. 89 :* Der heylig herr sand Wolfgang was pürtig von Swabenlannd. *Hoc esse compendium Vitae Othlonianae disco a doctissimo Colomanno Sanftl* (16). *Esto; sed accuratius loqui putem qui dixerit hanc esse cantilenam de Vita sancti episcopi, qualis non una ad nos pervenit* (17). *Et haec, vix non superflua, de antiquis codicibus sufficiant* (18). E

et libelli impressi non pauci.

22. *Libros typis impressos de* S. Wolfkangi *integre vel partim tractantes in huius commentarii decursu affatim citabimus. Antiquissimos tantum, quos veluti monumenta cultus sancto exhibiti prae-*

(1) *Incipit vita divi Vuolfgangi praesulis eximii.* Ad calcem : *Finit legenda sancti Vuolfgangi ex variis collectis* (sic) *una cum historia sua nec non officio suo. Impressa per venerabilem virum dominum Weissemburger in ducali civitate Landshut sub illustrissimo principe Ludovico duce Bavariae Palatinique Rheni, anno dni 1516, vicesima secunda die februarii. Cum gracia et privilegio,* 16° goth. cum 52 iconibus ligno incisis. Panzer, *Annales typ.*, tom. IX, p. 478, 11b; exstat in bibliothecis regia Monacensi, ordinariatus Ratisponensis et S. Galli. *Verzeichnis der Incunablen der Stiftsbibliothek von S. Gallen*, S. Gallen, 1880, 8°, p. 215. Similis est libellus lingua vernacula anno 1515 editus, de quo aptius infra agetur, quoniam ex legenda latina, tunc manuscripta, processisse videtur. — (2) Ex Othloni *Vita Wolfkangi*, c. XXXVIII. — (3) Apud Pez, *Thesaurus Anecdot.*, tom. III, 2, p. 621-23. — (4) U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, n. 6384. — (5) Id., n. 9136. — (6) Id., n. 8806. — (7) In notis ad *Martyrol. Rom.*, die 31 oct. *Legi praeterea libellum ipsius vitam continentem eamque sacris imaginibus referentem; suntque inibi descripta miracula post obitum facta.* — (8) Servatur inter collectanea de S. Wolfkango, *Cod. Bruxell.* 8928. — (9) V. Staufer, *Mondseer Gelehrte*, II (1865), p. 9. Vide infra, n. 20. — (10) Glor. postuma § III. — (11) *Chronicon Lunaelacense... ex archivii manuscriptis antiquo-novis collectum ab archivario Lunaelacensi ad annum iubilaeum millenarium.* Pedeponti, 1748, 4°. — (12) Iacobi a Voragine *Legenda Aurea*, ed. Graesse, Dresdae, 1846, *de S. Wolfgango Ratisponensi episcopo*, p. 912-914. — (13) Ed. cit., p. 897. — (14) *Vitae*, c. XLII. — (15) Supra n. 12. — (16) *Catalogus veterum codd. mss. ad S. Emmerammum Ratisbonae, cura labore et studio Colomanni Sanftl, ibidem monachi Benedictini*, a. 1809, 4 vol. fol., opus eruditissimum in bibliotheca regia Monacensi servatum. Codex ille noster descriptus legitur p. 845. — (17) Wackernagel, *Das deutsche Kirchenlied*, tom. II, n. 1242 : *Der Heilig Herr Sanct Wolffgang der ist ein heiliger mann*, etc.; n. 1243 : *Der h. Herr S. Wolffgang, was gar ein h. Mann*, etc.; n. 1244, vv. 5, 6 : *Der Heilige Herr Wolffgang, also ist er genannt.* — (18) In *Catal. codd. lat. Monac.*, tom. II, 2, p. 256, indicatur cod. 14971, Ratisponensis S. Emmerammi y. 11, saec. XVII, cum titulo : *Vitae SS. aliarumque personarum celebrium ad S. Emmerammi sepultarum.* Lectorem monere iuvat eius auctorem non tantum antiquos uti Arnoldum, sed et recentiores Aventinum, quin et Raderum plerumque exscripsisse. Ab inspiciendis tribus codicibus Vindobonensibus saec. XVI in quibus quaedam notae de S. Wolfkango occurrunt, abstinendum putavi, ne iterum tempus tererem. Sunt hi codd. 3381, fol. 150; 3593, fol. 119 sqq.; 4079, fol. 70.

cipue

A *cipue habemus, indicare iuvat. Iam anno 1475 Vitam latinam prodiisse dictum est* (1). *Vernacule legenda compendiaria primo edita fuit Argentinae anno 1502, quae ita incipit :* Der lieb heylig bischoff sant Wolffgang ist gar von edlem geschlecht geboren (2). *Citavimus supra libellum latinum anno 1516 Landishuti editum. Hunc alius praecesserat lingua vernacula editus, easdem imagines, eandemque historiam et eadem fere miracula, non tamen ceteros appendices complectens* (3). *Cum legenda latina non ex germanica translata sit, sed vicissim (nam maximam partem constat ex Othloni textibus) probabile est auctorem, qui certe Lunaelacensis fuit, latine prius suum opusculum composuisse, quod dein germanicum fecerit et sic primo in lucem emiserit. Ita clauditur :* Hie endet sich das leben des heiligen nothelfers sand Wolfgang zusammengetragen auss vill puechlein unnd ains tails aus wolperümbter sag der eltern. Geschehen in dem closter Mensee *etc. Eadem legenda recusa est anno 1522 eodem loco* (4). *De reliquis, alia data opportunitate, agemus. Nolumus tamen criticam de* S. Wolfkangi
B *vita tractationem aggredi nulla facta mentione eorum qui nostra aetate diligenter monumenta collegerunt, nobisque subsidio fuerunt. Sancti Vitam pio et non inerudito calamo scripsere Sulzbeck* (5) *et Schindler* (6). *Fontes egregie discussit Hirsch* (7), *quem secutus est multumque auxit in rebus ad cultum sancti episcopi spectantibus R. D. Janner* (8). *Utriusque libros plurimum nobis profuisse lector ubique fere deprehendet.*

§ IV. De sancti patria, natalibus, missione ad Ungaros et episcopatu.

Natus est in Suevia

23. S. Wolfkangum *in Suevia natum omnes una voce asserunt cum Arnoldo* (9), *Othlono* (10) *et annalista Zwifaltensi* (11) *qui Alamannum, Suevigenam eum appellant. De loco nativitatis minime constat, nec audiendi sunt qui confidenter ex Laurentio Hochwart, Radero aliisque desumpserunt illum in Weltemburgio Rhaetiorum genitum fuisse* (12) ; *hoc enim ab antiquis testibus non acceptimus. Suam quoque de re sententiam prompsit Gallus Oehem, quam inferius expendemus. Prius expediatur quaestio affinis, quae multorum ingenia torsit, videlicet quonam ex genere quibusve parentibus sanctus noster ortum traxerit. Altum apud antiquissimos scriptores silentium. Si vero ad eos qui aliquot post eos saeculis scripserunt, te convertas, disces* S. Wolfkangum *parentes habuisse* apprime illustres; patrem comitem de Pfullingen et Achalm (13), matrem vero Gertrudem comitissam de Veringen. *Ita unus pro ceteris Iohannes Egon* (14), *a quo, rei summam quod spectat, non discrepant Hochwart* (15), *Hundius* (16), *Raderus* (17) *et imprimis ii omnes qui, veluti Mennel* (18) *aut Schönleben* (19), *cum sanctos quamplurimos domus Habspurgicae stemmati inserere laborarent, egregium episcopum eo quoque trahendi occasionem praeterire non potuere.*

AUCTORE H. D.

non ex Pfullingensibus

24. *Assertae stirpis indicium procul dubio inventum est in Annalibus Zwifaltensibus, qui ad annum 972 haec habent :* Sanctus Wolfkangus Suevigena de Phullingen natus, Ratispone episcopus est factus (20). *Iam, citatos annales saeculo XII ortos, rerumque Pfullingensium praecipuam quandam habere rationem constat* (21). E
Horum testimonii inscius erat R. Zirngibl, qui adversus sententiam de claro Wolfkangi *genere, ab omnibus fere sua aetate receptam, acriter insurrexit, illam inepte excogitatam ratus ab iis qui sanctorum aureolam nobilitate generis augeri posse autumant* (22). *Ex multis quae congessit argumentis, nonnulla valde debilia sunt, quin etiam, falso nituntur fundamento; nam satis infeliciter Arnoldum tanquam comitem de Vohburg appellat* (23), *et Pfullingensium nomen nonnisi duobus post* Wolfkangum *saeculis in monumentis occurrere nimis audenter asserit. At vero, haud spernenda sunt indicia ex quibus colligit sanctum episcopum minime inter nobiles collocandum esse. Quibus permoti nostrae aetatis viri doctissimi contenderunt, utique retinendum esse testimonium Annalium Zwifaltensium quibus de genere* Wolfkangi *constet ; ex dubitationibus vero Zirngiblii concludendum videri domum Pfullingensium nobilium generibus tum temporis nondum adnumeratam fuisse* (24). *Sed, si rem penitius inspexis-*

C (1) Supra, n. 14. — (2) *Dies ist die Hiestorie und leben mit etlichen miracklen und wunderzeychen des Heylgen byschoffs und hymelfürsten Sant Wolffgangs.* Ad calcem : *Getrukt zu Strassburg von Mathis hüpfuff. Als men zalt nach Cristus unsers lieben herren geburt. MCCCCC und zwey Jahr.* ff. 10, 0m195 × 0,135. In bibliothecis Dresdensi (cum codice H.180) et Monacensi. Weller, *Repertorium typographicum*, n. 234. Citatur ibidem n. 234, similis libellus *sine loco et anno;* a praecedenti, ut opinor, non differt nisi avulso folio in quo locus et annus notata sunt. — (3) *Hie hebt sich ann das lebend unnd legend des himelfürsten und heiligen peichtigers Sand Wolfgangs. was der almechtig gott durch in gewürckt von kindthait auff piss an sein endt hat. Cum gratia et Privilegio.* Ad calcem : *Geschehen in dem closter Mensee Sand Benedicten orden unnd nun gedruckt in der Fürstlichen stat Landshut durch Iohann Weyssenburger. Anno domini 1515 Am abennd der heiligenn zwelffpoten Petri unnd Pauli.* ff. 60, 0m,14 × 0m,09 ; Weller, *Repertorium*, n. 905. In biblioth. Berolinensi. — (4) Durch Iohann Weyssenburger. Anno domini 1522. Weller, *Repertorium*, n. 1522. — (5) F. X. Sulzbeck, *Leben des hl. Wolfgang*, Regensburg, 1844, 8°. — (6) J. Schindler, *Der heilige Wolfgang in seinem Leben und Wirken*, Prag, 1885, 8°, pp. 204. — (7) S. Hirsch, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich II*, tom. I (1862), p. 112 sqq., etc. — (8) *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I (1883), p. 350-419, et passim. — (9) Lib. II, n. 1. — (10) *Vitae*, c. I. — (11) Ad ann. 972. *MG.*, Scr. tom. X, p. 53. — (12) *Catalogus episcoporum Ratisponensium*, l. II, c. XV, ap. Oefele, *Rerum Boicarum Scriptores*, tom. I, p. 177; Raderus, *Bavaria sancta*, tom. I, p. 171; *Chronicon Lunaelacense*, p. 90. — (13) Saeculo XI comitatus Pfullingensis ab Achalmensibus possidebatur. Baumann, *Die Gaugrafschaften im Wirtembergischen Schwaben*, Stuttgart, 1879, 8°, p. 119. — (14) *Liber de viris illustribus Augiae Divitis*, c. III, apud Pez, *Thesaurus Anecd.*, tom. I, p. 631-32. — Similia sunt quae leguntur in brevi nota saec. XV scripta in codice Stuttgartensi F. 405 (Heyd, *Die historischen Handschriften der kön. öff. Bibliothek*, Stuttgart, 1891, p. 180), cuius apographum benevole nobis transmisit v. cl. W. Heyd. — (15) Apud Oefele, tom. I, p. 177. — (16) Hundius-Gewold, *Metropolis Salisburgensis*, tom. I, p. 129. — (17) *Bavaria sancta*, l. c. — (18) Jacob Mennel, *Seel und heiligen buch keiser Maximilians altfordern*, Freyburg in Breyssgaw, 1522. De sancto Wolfkango, fol. sign. G ijro. De primis collectoribus sanctorum domus Caesareae late tractat S. Laschitzer, *Die Heiligen aus der Sipp-mag-und Schwägerschaft des Kaisers Maximilian I, Jahrbuch der kunsthistorischen Sammlungen des allerhöchsten Kaiserhauses*, Wien, fol., tom. IV (1886), p. 71-288; tom. V (1887), p. 117-262. — (19) *Annus sanctus Habspurgo Austriacus*, Salisburgi, 1696, fol., p. 695. — (20) *MG.*, Scr. tom. X, p. 53. — (21) Legantur ad annos 1065, 1076, *ibid.*, p. 54. — (22) *War der Heilige Wolfgang Bischof in Regensburg ein geborner Graf von Pfulingen?* in *Neue historische Abhandlungen der bayerischen Akademie*, tom. V (1798), p. 679-88. — (23) Ibid., p. 685. — (24) Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 112, n. 1; Riezler, *Geschichte Baierns*, tom. I, p. 377; ita fere Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 350. F

AUCTORE H. D.

sent, ulterius procedere non dubitassent. Etenim, iam ineunte saec. X, comites de Pfullingen exstitisse deducitur ex diplomate anni 937, in quo pagus Pfullichgouve *et comes Herimannus citantur* (1). *Cui ergo probatum erit* S. Wolfkangum *generis nobilitate haud claruisse, is quoque de gente Pfullingensium illum non fuisse admittat necesse est.*

vel alia nobili gente;

25. *Et quidem nobis utrumque certo probatum videtur. Ingens sane praeiudicium adversus assertum annalium Zwifaltensium exstat ex eo quod scriptores Emmerammenses rem silentio premunt. Nihil ergo de* Wolfkangi *clara prosapia audiverant. Quis enim inter hagiographos, quibus in more positum est caelitum quorumvis lauream generis nobilitate illustrare, tantum sancti sui decus reticuisset? Sed clarioribus indiciis sententia nostra patescit. Teste Othlono,* Wolfkangus *ex parentibus* nec divitias nec paupertatem patientibus, sed mediocriter recteque viventibus (2) *ortum duxit. Et sane, quis virum nobilem agnoscat verba proferentem qualia adhibuit* Wolfkangus, *cum monasterium ingressurus, parentes suos consolabatur :*
B Est namque praepotens ac dives dominus qui grande patrimonium mihi, si illi fideliter servire volo, promisit..... Credo etenim quia daturus est mihi tam sufficiens beneficium ut et vobis aliquid praebere possim adiutorium (3). *Sed maioris ponderis est tota narratio actorum in promovendo sancto ad episcopatum. Cum enim consilium suum familiaribus aperuisset Piligrimus* (4), *ilico obiecerunt rem esse insolitam et inauditam pauperem et ignotum ad tantum honorem evehi, quando* iam aliquae alti sanguinis personae *de eodem capessendo decertarent. Quibus Piligrimus, nedum* Wolfkangi *natales extolleret, respondisse fertur Deum elegisse contemptibilia mundi et ignobilia ut confunderet fortia, seque acturum ut ad Ratisponensem sedem eligeretur aptus quispiam,* cuiuscumque *esset* condicionis vel parentelae. *Qui haec legens de humili sancti praesulis genere adhuc dubitat, plane decretorium ab ipso* Wolfkango *prolatum argumentum non detrectabit, quo coram rege usus est ut episcopalem dignitatem averteret, asserendo se non modo* indignum *et* indoctum, *sed et* ignobilem *esse* (5). *Nec quemquam moveat quod Arnoldus et Othlonus eum* genere ingenuum (6),
C ex ingenuis parentibus *procreatum* (7) *dicant. Ingenuus enim, lingua quoque mediae aetatis* (8), *cum servo tum nobili opponitur, hominemque designat ex natalibus liberum.*

quicquid narret

26. *Priusquam ad ulteriora procedamus, ne quid neglexisse videamur, audiendus est Gallus Oehem, qui suo* Chronico, *vernacule scripto, cum Augiensium, tum popularium suorum de* S. Wolfkango *traditiones inseruit. Quamvis enim nec antiquitate praestans sit, quippe qui annis 1496-1498 scripserit* (9), *neque crisi historica sese commendet, multa tamen ipse solus ab oblivione servavit.* D
Porro, haec de S. Wolfkango *habet, quae ex recenti cl. v. K. Brandi editione repetimus* (10).

Gallus Öhem,

Anno dcccclxxij ist sanct Wolffgang ain graff von Ridenfels nit wit von Schwäbisch-Werd bischoff zu Regenspurg worden; ettlich (11) an unserm land sagent, in ainer ow, Mettnow genant, litt ob Rattolffzell (12) gegen der Richenow zu an dem see in ainem hus, genant des mans hus, geboren und darnach als er zu sinem tagen komen, sig er ain münch in der genanten Ow worden — ettlich sagend, er si ain graff von Kiburg zu Burgdorff in ain kemnaten geporn, die noch stat und dafür erzögt wirt. Es staut von im in siner legendt also geschriben (13) wie er nit an schlechten besondren örter benügig zu lernen were, besonnder furte in sin vatter in die Ow da dann zumal ain hoche schul was. Er ward daselbs von einem rum und lob danckbarlichen und willenclichen empfangen, ouch in kurtzer zitt von den maistern von geschicklichait (14) und vergriffenlichait siner vernunfft und gehirne hochbedacht und berümpt, dess er sich in aignem gefallen ander verachtende nit übergab, besonnder mit allen in dem hus gottes wandelt er mit demut und gutwillichkait. Zu denselben zitten was an dem beneptem ort von des studium wegen Hainricus von hochem geschlächt der herren van Frankrich und Schwaben geboren, der nam an den jungling Wolffgang in sondre höchste liebe, batt in mit im gen Wirtzburg ze ziehen. E

Anno dcccclxxiii starb sant Ulrich (15) ain graff von Dillingen und bischoff zu Ougspurg, sines alters im lxxxiij und bystums in dem fünfftzigosten, uff den vierden tag des höwmonatz, und ward von sant Wolffangen bischoff zu Regenspurg in Sant Affra kilchen erwirdigclich begraben.

ignoti sunt eius cognati,

27. *Ultima ex parte colligitur huius loci auctorem tum Vitam* S. Wolfkangi, *tum Herimanni Chronicon prae manibus habuisse. Assertionum quae hisce ex fontibus non desumpsit, originem quis deteget, et aequum de iisdem feret indicium? Solet enim Gallus fontes indiligenter adhibere, multa permiscere, et si quos offendit viros sanctitate claros, in nobilium numerum adsciscere. Rei exemplum in loco allato habemus. In Herimanni Chronico ad a. 973, haec verba cum legisset* cum beatus episcopus Oudalricus apud Dilingam castrum... pascha ageret, *ilico sanctum virum in comitem Dilinganum mutavit* (16). *Certe,* Wolfkangum *comitem de Ridenfels vel de Kiburg fuisse* (17), *post ea qua de eius nobilitate disseruimus, nemo admittet. Prima Galli verba forte derivant ex notis saec. XV codici Augiensi Herimanni Contracti adscriptis* (18), *fol. 37ᵛ, sub an. 972 ad verba :* Ratispone sanctus Wolfgangus episcopus factus est. *Hae autem sunt :* F
Hic comes de Pfulingen natus, *quae nota ita posita est ut ad Notkeri nomen proxime antecedens referri videatur* (19). *Altera nomen* Wolfkangi *absque ambiguitate respicit :* nobilis de Ridenfels prope Schwebeswerd natus matre a Veringen. *Cetera ore tradita accepisse censendus est Gallus :* ettlich an unserm land sagent. *De loco nativitatis duplicem profert sententiam. Prima designat Mettenow supra Radolfzell, prope Reichenau, et quidem domum vocatam Manshus seu " viri domum ".*

(1) *MG.*, Diplomata Ottonis I, n. 8, p. 96. — (2) *Vitae*, c. I. — (3) *Vitae*, c. X. — (4) Arnoldi lib. II, n. 2; *Vitae*, c. XIV. — (5) *Vitae*, c. XIV. — (6) Arnoldi lib. II, n. 1. — (7) *Vitae*, c. I. — (8) Ducange, *Glossarium*, s. v. — (9) Lege Lorenz, *Deutschlands Geschichtsquellen*, tom. I, p. 60. — (10) *Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau*, II, *Die Chronik des Gallus Öhem*, Heidelberg, 1893, p. 73-4. Cfr. pp. 141, XXVII. Variantes lectiones notavimus ex codicibus F[riburgensi], P(Sancti Pauli in Carinthia XXVIª/8), S[tuttgartensi], D[onaueschingensi]. — (11) *Var.* etlich-wirt, *in marg. F, addidit manus recentior :* non sed Pfullendorf *sic etiam P.* Kiburg oder Pfullendorf *S.* — Kiburg, etlich ain grave von Pfullendorff gewesen; das sey nun welches well, so stant von im in seyner legend. *D.* — (12) Radolfzell ipsius Galli Oehem patria erat. — (13) Cfr. *Vitae*, c. III, IV. — (14) *Var.* gaistlichheit und v. *D.* — (15) *Herimanni Chronicon*, ad a. 973. *MG.*, tom. V, p. 116. — (16) Haec est coniectura laudati K. Brandi, *op. cit.*, p. 74, utique probabilissima. — (17) De comitibus de Kiburg egit Placidus Braun, *Geschichte der Grafen von Dillingen und Kiburg, Historische Abhandlungen der kön. bayerischen Akademie*, tom. V (1823), pp. 373-493; nihil vero novit de tali traditione. — (18) Nunc codex Karlsruhanus CLXXV, de quo *MG.*, Scr. tom. V, p. 70. — (19) Ita quoque rem intellexit editor Chronici, *MG.*, Scr. tom. V, p. 71. Scripturae specimen distributionem vocabulorum referens benevole ad nos transmisit bibliothecae Karlsruhanae praeses.

Alii

AUCTORE H. D.

A *Alii perhibent natum esse* Wolfkangum *in Burgdorf, in domo quae illa aetate demonstrabatur. Haec rettulisse sufficiat, sunt enim nimis incerta.*

praeter Attam amitam.

28. *Quae apud recentiores passim leguntur nomina parentum* Wolfkangi, *uti matris eius Gertrudae* (1) *vel Bertrudae* (2), *cum ficticia eius genealogia conserta sunt. His ergo immorandum non est. Solet etiam inter cognatos eius referri beatus Ramuoldus* (3), *quem* Wolfkangi patruelem *dicunt* (4). *Antiquiorem huius sententiae testem neminem reperio Hieronymo de Werdea, qui haec habet in glossis ad Vitam metricam sancti nostri* (5) : Ille Ramuoldus patruelis fuit S. Wolfkangi vir magnae sanctitatis (6). *Idem perhibent Hochwart, aliique, qui ex Hieronymo certe nihil hauserunt. Graviores tamen testes merito desideres. De cognatione* S. Wolfkangi *antiquis documentis hoc unum docemur* (7), *amitam illum habuisse nomine Attam :* Sanctus Wolfkangus confessor egregius ab amita sua, quae nominata fuit Atta, *etc. Ita in diplomate anni 1133 dato ab Heinrico Ratisponensi episcopo* (8).

Anno 971 Ungariam petit,

29. *Ex gestis sancti viri ante susceptum episcopatum unum praecipua mentione dignum occurrit, missio scilicet in Ungariam; quam cum de conversione Ungarorum disserens Stiltingus noster iam attigerit* (9), *breviter expediemus. Monasterii unde profectus est, Einsidlensis videlicet, annales, implexam efficiunt disputationem anno 972 incohatam praedicationem assignantes :* an. 972, Wolfgangus monachus ad Hungaros missus est, qui secundo anno Radesponensis episcopus ordinatus est (10). *Iamvero, anno 972 sanctum nostrum episcopum creatum fuisse in comperto est* (11). *Cum ergo, annalista ipso attestante, secundo missionis anno hoc contigerit, concludamus oportet cum Katona* (12), *Hansizio* (13), *Hirsch* (14), *notam temporis uno anno minuendam esse, ac proin anno 971 incohatam fuisse apostolicam inter Ungaros expeditionem. Quam ne ad speratum exitum deduceret, a Piligrimo episcopo Pataviensi, utroque biographo testante, prohibitus est* (15). *Iam, si quaeras quanam ex causa id acciderit, in varias sententias abeunt auctores.*

unde a Piligrimo revocatus,

30. *Ex quo videlicet Piligrimo inhaerere coepit suspicio quod malis artibus, id est, confictis litteris molitus sit sedi suae Pataviensi metropolitana* C *iura usurpare, eademque in Ungaros, mox ad fidem adducendos, extendere, multi* (16) *Othlono fidem denegant asserenti sanctum nostrum ideo revocatum fuisse* ne tantum colonum in sulcis sterilibus expendere laborem *contingeret* (17). *Arbitrantur enim episcopum Pataviensem Ungaros ad Christum convertendi provinciam sibimet reservare voluisse, quo certius novam ecclesiam suae potestati subiceret. Aliis aliter visum est, omnemque conatum intenderunt, ut a Piligrimo — quem nonnulli ut sanctum colendum esse existimant* (18) *— omnem tum callidi mendacii tum aemulationis speciem amoverent* (19). *Fatendum est, novo scientiae diplomaticae admoto lumine* (20), *criminis falsi suspicionem a sollenti viro minime recessisse; at neque eo res deducta est, ut amotis coniecturis, tamquam de re certa statuere audeamus. Et quidem Piligrimi in* Wolfkangum *agendi modus triplici ratione explicari potest : 1° Si Othlonum audias, nonnisi ex benevolo animo* Wolfkangum *revocasse dicendus est, quia doleret tantum virum frustra vires expendere. Absque dubio falsa interpretatio, quam non patitur textus Arnoldi, quo veluti fonte hic usus est Othlonus. Nam, 2° eo tandem redit Arnoldi narratio, ut* Wolfkangum *ad se venire iusserit Piligrimus, quoniam de eo tanquam monacho gyrovago diffidentiam concepisset* (21). *Et haec* E *quidem, quae ab ipso Piligrimo asserta fuisse videtur, ut vera ratio accipi potest ab his qui de internis iudicare nolunt. Sed, 3° minime veram sed praetensam tantum hanc causam fuisse recentiores non pauci contendunt, quam Arnoldus, vir candidus, incautus acceperit. Imprimis enim intenderit episcopus Pataviensis* Wolfkangum *amovere, eumdemque, ne invidiam sibi crearet, cum de eius meritis ceteroqui sibi constaret, opportuna usus occasione, ad episcopatum promoverit. Acute, procul dubio, haec divinantur; an satis solido fundamento, lector iudicet.*

et, ut ferunt Ratisponenses,

31. *Altera maioris momenti cum superiore conserta est quaestio, utri scilicet credendum, anonymone asserenti Wolfkangum* regem gentemque Ungariorum ad sacram fidem convertisse gentemque baptizasse (22), *an Othlono cum Arnoldo* et relatione patrum fideli *factum perfracte negantibus. Ex his qui testimonia critice expenderunt, nemo fere est quin, neglecto anonymo, Emmerammensium traditionem amplecteretur. At nuper, doctus quispiam vir scriptoris Franci, utpote coaevi, sententiam sibi praeplacere testatus est, admittendumque censuit Geysam a* Wolfkango *baptismum suscepisse; probabile esse Ratisponenses, aetate* F *a re gesta nimium distantes, falsis a Piligrimo in vulgus sparsis rumoribus deceptos fuisse, neque intellexisse ab eodem praeclara* Wolfkangi *gesta*

(1) Ita Hundius, *Metrop. Salisb.*, tom. I, p. 129. — (2) Hochwart, apud Oefele, tom. I, p. 177. — (3) De quo infra, n. 48. — (4) Christ. Hofmann, *Hist. epp. Ratispon.*, apud Oefele, tom. I, p. 550; anonymi *Farrago hist. rerum Ratispon.*, ibid., tom. II, p. 501; *Ramuoldum... patruelem fuisse D. Wolffgangi Reginoburgensis episcopi auctor est Selenderus*, Hontheim, *Historia Trevirensis diplomatica*, tom. I, p. 296, n. Cfr. C. F. Mooyer, *Anno II der heilige*, *Zeitschrift für vaderländische Geschichte und Alterthumskunde*, Münster, tom. VII (1844), p. 40. — (5) Supra, n. 17. — (6) Codex Vindobon. 3604, fol. 6r. — (7) Nepotem S. Wolfkangi, nomine Udalricum novit Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 367, n., cuius nomen invenit in *Cod. traditionum Sanct. Emmerammensium*, c. 17. Iamvero citatur ibi *Udalrih vassallus episcopi Wolfkangi*. Pez, *Thesaurus Anecd.*, tom. I, 3, p. 91. — (8) *Monumenta Boica*, tom. II, p. 183. — (9) *Acta SS.* Septembris tom. I, p. 480-81. Late tractat *De initiis religionis christianae inter Hungaros*, S. Salagius, *De statu ecclesiae pannonicae*, lib. VII, Quinquecclesiis, 1800, 4°. — (10) *MG.*, Scr. tom. III, p. 143. — (11) Infra, n. 32. — (12) *Historia critica Hungariae ducum*, Pestini, 1778, p. 496. — (13) *Germaniae sacrae*, tom. I, p. 204. — (14) *Heinrich II*, tom. I, p. 43. — (15) Arnoldi lib. II, n. 2; *Vitae*, c. XIII, XIV. — (16) Duemmler, *Piligrim von Passau*, cui calculum adiecerunt, ut alios omittam, Glück, *Die Bisthümer Norikums*, *Sitzungsberichte der Wiener Akademie*, tom. XVII (1858), p. 96; Büdinger, *Oesterreichische Geschichte*, tom. I, p. 282; Dudik, *Geschichte Mährens*, tom. II, p. 24; Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 114. — (17) *Vitae*, c. XIII. — (18) Suum locum obtinet S. Pelegrinus in Raderi *Bavaria sancta*, tom. III, p. 82, unde et in alias transiit collectiones, uti in *Acta SS. Hungariae*, app., p. 375, et in excerpto vernaculo Raderi, *Bavaria sancta oder das heilige Bayerland*, Straubing, 1840. Prudentissime a decessoribus nostris inter praetermissos relatus est Piligrimus ad diem 31 maii, tom. VII, p. 418, quamquam in *Chronico* Magni Reichenbergensis, ad a. 967 legitur : *Sanctus Pilgrimus Pataviensis vel Lauriacensis archiepiscopus claruit MG.*, Scr. tom. XVII, p. 444. — (19) Praeter citandos Mittermüller et Blumberger, Schrödl, *Passavia sacra*, Passau, 1879, 8°, pp. 77-85. — (20) Uhlirz, *Die Urkundenfälschung zu Passau im zehnten Jahrhundert*, *Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*, tom. III (1882), p. 177-228. — (21) Quod nequaquam concedit Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 355. — (22) Othloni *Vitae* praefatio.

alto

AUCTORE H. D.

alto recondita fuisse silentio, ut ipse solus honore et fructu conversae gentis frueretur (1). *At vero, licet facile concedamus Piligrimum celare potuisse quare tandem* Wolfkangum *revocaret, quis credat tam illustre eiusdem facinus, quale esset regis gentisque conversio, mendacio tegi potuisse, tum maxime quando et* Wolfkangus *honorem culmen obtinebat, et Ungari legatos ad imperatorem mittebant* (2); *profecto, episcopi qui illos illuminaverat, nomen in omnium ore fuisset. Haud improbabile mihi videtur anonymum de gestis* Wolfkangi *in Ungaria nihil determinatum audivisse, sed, cum sciret sanctum virum in his partibus, fidei praedicandi gratia aliquando fuisse commoratum, non ab alio quam ab eo gentem conversam sibi finxisse. Nihil, inquam, de his rebus Ratisponae audivisse dicendus est. Quomodo enim traditionem, qua tantus honor celebratissimo episcopo asserebatur, deleri potuisset? Assentiendum igitur putamus scriptoribus Emmerammensibus tam secure pronuntiantibus* Wolfkangum, *re infecta, Ungariam reliquisse, et hoc eo magis quod eorum assertum optime componitur cum aliis fontibus a nostris minime derivantibus. Ut enim mittam Ademarum Cabannensem,* B *cuius narratio nimium turbida est* (3), *notatu dignissima est illa necrologii Sangallensis annuntiatio ad diem 2 februarii :* Prunwarti episcopi. iste S. Galli servus erat et plurimos Ungariorum cum ipso rege convertit (4). *Esto Prunwartus ille notus aliunde non sit ; attamen, testem coaevum gestum simplex et illustre candide enarrantem audire necesse est.*

re infecta reversus.

32. *Multi reperiuntur sequioris aetatis scriptores, qui Othloni prologum certe non legerunt, et quos primo intuitu iudicare pronum est ex ipso anonymo sua dicta de* Wolfkangi *missione hausisse. Ita Aventinus :* Pilegrimus igitur, adsumpto secum divo Voliphogango, viro eiusdem aevi doctissimo, ad Ugros profectus, quinque millia eorum sacro fonte lustravit (5). *Ita fere et Hochwart, qui etiam Wolfkangum ipsius Piligrimi cooperatorem habet* (6). *Nec melius Bucelinus* (7). *Ergone eorum aetate anonymi libellus nondum evanuerat? Procul dubio perierat, nec alium fontem adierunt praeter celebrem illam epistulam ad Benedictum VII romanum pontificem, Piligrimo tribui solitam, in qua narrat se ad Ungaros misisse* idoneos viros ex monachis canonicosque presbiteros C *atque* tantum *divinam gratiam* fructum statim *ministrasse,* ut ex iisdem nobilioribus Ungaris utriusque sexus catholica fide imbutos atque sacro lavacro ablutos circa quinque millia Christo lucrarentur (8). *Quicquid de auctore huiusce scripti statuas, de quo in maxima sententiarum diversitate vix quidquam opinari audemus* (9), *illa usi sunt citati auctores ; qui, cum aliunde novissent* D Wolfkangum *in Ungaria laborasse, crediderint praecipuum illum fuisse ex monachis a Piligrimo missis, eique tribuerint totius negotii faustum exitum.*

episcopus creatur,

33. *Nunc vero tempus quo apud Piligrimum commoratus est* Wolfkangus, *determinare conemur. Mortuus est Michael Ratisponensis episcopus die 23 septembris a. 972* (10); *cum autem sanctus noster* aliquot *tantum* diebus *cum Piligrimo manserit* (11), *et iam tunc plures* pro eodem episcopatu adipiscendo laborarent (12), *vix ante initum mensem octobrem Pannoniam relinquere potuit. Eodem anno 972* Wolfkangum *in episcopum Ratisponensem electum atque ab imperatore confirmatum fuisse tum eius biographi satis indicant, tum maxime annalium fide dignorum unanime testimonium. Ita annales Einsidlenses, a. 972 :* Ordinatio Wolfkandi episcopi (13); *Garstenses :* Michael episcopus obiit cui Wolfgangus successit (14); *in ann. Sancti Rudberti :* Sanctus Wolfgangus episcopus sedit (15); *ann. Emmerammenses minores :* S. Wolfgangus ordinatur episcopus (16); *ann. Ratisponenses :* Michael episcopus obiit, Wolfgangus successit (17). E *Annales Einsidlenses superius adducti, a quibus* Wolfkangus *anno 972 ad Ungaros missus, ordinatus vero episcopus* secundo anno *perhibetur* (18), *negotium nullum facessunt, si in assignando missionis principio eos errasse nobiscum accipias* (19). *Concordat auctor Vitae* Wolfkangi *quando S. Othmarum exhibet sancto nostro sua fata praedicentem :* Cuius in administratione si fidelem te exhibueris, expletis viginti duobus annis, vitam transitoriam eris exiturus (20). *Iamvero, anno 994* S. Wolfkangus *ultimum obiit diem* (21). *Anno igitur 972 Ratisponensis episcopus factus est.*

procurante Ottone II.

Diserte tum Arnoldus tum Othlonus affirmant Ottonis secundi *opera* Wolfkangum *electum fuisse* (22). *Hoc erroneum visum est aliquibus, quorum agmen ducit L. Hochwart ita scribens :* Wolfkangus ab Ottone I, error est in eius vita, ubi secundo Ottoni haec perperam attribuuntur..., in episcopatum licet invitus institutus est (23). *At nihil est quod cogat utrique biographo talem lapsum imputare, cum iam ab anno 967 Otto II in societatem regiminis admissus fuerit* (24), *ac proin,* F *patre superstite, in hoc negotio ita praecipuas agere partes potuerit, ut totum ipsi soli tribuendum videretur. Nec est cur anxie quaeramus utrum etiam Otto I quicquam ad electionem contulerit, qui et ipsa festa natalicia Francofurti celebravit* (25).

(1) R. F. Kaindl, *Beiträge zur älteren ungarischen Geschichte*, Wien, 1893, 8°, pp. 12-14, 54-61. — (2) Lamberti Annales ad a. 973; Annales Altahenses ad a. 973. *MG.*, Scr. tom. III, p. 63, tom. XX, p. 787. — (3) *MG.* Scr., tom. IV, p. 129. — (4) *Libri anniversariorum et necrologium monasterii Sancti Galli*, ed. Baumann, *MG.*, Necrologia, tom. I, p. 466; additio est saec. x-xi. — (5) *Annales ducum Baioariae*, *Opp.* édit. Riezler, tom. III, p. 18; idem in *Bayerische Chronik*, l. v, c. 7, *Opp.* tom. V, p. 275. — (6) Apud Oefele, tom. I, p. 177. — (7) *Menologium Benedictinum*, ad 31 octobris, p. 747. Etiam Raderus *Bavaria Sancta*, tom. III (1704), p. 82, de Piligrimo sic loquitur : *Quinque millia, suppetias D. Wolfgango nondum maioribus infulis ornato sed ingenii et eruditionis sanctioris fama iam tum non incelebri ferente... sacris caelestibus initiavit.* — (8) Erben, *Regesta Bohemiae et Moraviae*, tom. I, n. 70; Boczek, *Codex diplomaticus Moraviae*, tom. I, p. 89, 93. — (9) Duemmler, *Piligrim von Passau*, p. 38-43, de epistula Piligrimi nullum movet dubium; contra quem acriter insurrexerunt Mittermüller, *War Piligrim von Passau ein Urkundenfälscher*, in *Der Katholik*, 1867, tom. I, p. 337-362, et Blumberger-Dungel, *Die Lorcher Fälschungen*, *Archiv für oesterreichische Geschichte*, tom. XLVI (1871), p. 235-295. — (10) Dies notata est in Necrologio S. Emmerammi, *Monum. Boica*, tom. XIV, p. 393; Necrol. Obermünster, Böhmer, *Fontes rer. germanic.*, tom. III, p. 487; Necrol. Weltemburgensi, *ibid.*, tom. IV, p. 573, Frisingensi, *ibid.*, p. 587. De anno vero constat ex Annalibus Emmeram. *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 571, Ratisponens. *ibid.*, p. 583, Auctar. Garstensi, *MG.*, Scr. tom. IX, p. 566. Vide Duemmler, *Otto der Grosse*, p. 496. — (11) Arnoldi, lib. II, n. 1; *Vitae*, c. XIII. — (12) Arnoldi, lib. II, n. 2; *Vitae*, c. XIV. — (13) *MG.*, Scr. tom. III, p. 145. — (14) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 566. — (15) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 772. — (16) *MG.*, Scr. tom. I, p. 94. — (17) *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 583. — (18) *MG.*, Scr. tom. III, p. 145; supra, n. 28. — (19) Supra, n. 29. — (20) *Vitae*, c. XII. — (21) Infra, n. 72. — (22) Arnoldi, lib. II, n. 2; *Vitae*, c. XIV. — (23) Apud Oefele, tom. I, p. 177. Eodem pacto ratiocinatur Duemmler, *Otto der Grosse*, p. 496. — (24) Fontes indicat Duemmler, *op. cit.*, p. 429. — (25) *Annales Lobiens.* ad a. 973. *MG.*, Scr. tom. II, p. 211. Iam 1ª decembris ibidem commorabatur, *MG.*, Diplomata, Otto I n. 424, p. 578.

§ V.

A

§ V. De episcopatu Pragensi primum constituto.

Enumeratis sententiis diversis

34. *Egregiam apud posteros laudem adeptus est* S. Wolfkangus *summo illo rerum temporalium honorumque despectu, quo Ratisponensis dioecesis limites coartari propriamque in Bohemia ecclesiam fundari ultro concessit. Cuius praeclari facinoris rationem paulo diligentius inquirere suadent cum ipsius rei momentum, tum longissimae inter eruditos eius causa exortae lites. Ut autem appareat quanta inter illos vigeat discordia praecipuas recensebimus sententias de tempore quo nova sedes condita fuerit. Omittimus eos, qui artis criticae plane imperiti Cosmam Pragensem caeco impetu amplexi sunt sub anno 967 constitutionem sedis enarrantem* (1). *Multis visum est anno 973, vivo adhuc Ottone I, rem peractam fuisse. Ita Dobner* (2), *Zirngibl* (3), *Dobrowsky* (4), *Palacky* (5), *Bielowski* (6), *Koepke* (7), *Ginzel* (8), *Frind* (9), *Tomek* (10), *et aliquando Giesebrecht* (11). *Eundem* B *annum, sed post obitum Ottonis I, proponit Pubitschka* (12). *Primo quidem annos 973-74 admiserat Dümmler* (13) *cui, pristinam retractans opinionem, consensit Giesebrecht* (14) *una cum Büdinger* (15), *Zeissberg* (16) *et Dudik* (17); *tandem, re melius perpensa, maluit annos 975-76* (18), *eumque Loserth* (19) *cum aliis plurimis, qui argumenta propria lance non librarunt, secuti sunt. Ut in via impeditissima securo gressu procedamus, statuendum primo videtur quid ex maxime probatis fontibus certo constet, et quaestio accurate figenda. Ut haec rite solveretur plurimum contulit cl. vir W. Regel, e cuius dissertationibus me pleraque desumpsisse libenter fateor* (20).

et statuto temporis limite,

35. *Silentio praetereo quae incidenter memorat Othlonus de Bohemorum conversione. Capite XXIX narrat, imperatorem Ottonem II, ducis Heinrici aliorumque rogatu de episcopatu Pragensi fundando consilium iniisse, propositisque in commutationem praediis, ab episcopo Ratisponensi, cuius sub dicione Bohemi tunc versabantur, licentiam expostulasse;* Wolfkangum *autem, contrarium licet suadentibus consiliariis, tam lubenti animo consensisse ut, cum* tempus peragendi concambii venisset, C *ipse* privilegium *componeret. Haec plana sunt, ostenduntque non ante annum 973, cum exeunte 972* Wolfkangus *electus sit, novam sedem constitutam fuisse. Alterum ilico statuamus temporis limitem. In indice consecrationum episcoporum, quibus Erkenbaldus episcopus Argentinensis interfuit* (21), *haec leguntur :* Cum eodem *[Willigiso Maguntino]* Dietmarum Pragensis ecclesiae episcopum apud Bruchmagod (22). *Dietmarus primus fuit Pragensis episcopus* (23). *Iam, Willigisus Maguntinensem cathedram ascendit anno 975, mense ianuario* (24); *anno autem sequenti, die 28 aprilis, ab eodem Willigiso inter assessores in causa Gozmari cantoris citatur episcopus, non vero electus Pragensis* (25). *Igitur intra ianuarium anno 975 et 28 aprilis 976, Dietmarus consecrationem acceperat.*

AUCTORE H. D.

testimonia Othloni

36. *Quandonam ergo constituta fuisse dicenda est sedis Pragensis? Praecipua, opinor, dissensionis causa praescindetur si accurate definiatur quid rei sit haec fundatio de qua quaeritur. Nam, postquam erigendae sedis imperatoris animum cogitatio subiit, episcopi Ratisponensis consensus fuit expetendus, atque de limitibus utriusque dioeceseos iuribusque metropolitanorum vicinorum* E *conveniendum; dehinc episcopus eligendus, investitura donandus, tandemque consecrandus, quae non unius die spatio peracta fuisse cuique patebit* (26). *Recte aliquis assereret tunc tandem fundatum fuisse episcopatum Pragensem, quando confectum est sigillatumque privilegium, quod ipse* Wolfkangus *composuisse perhibetur* (27) : *prius enim ad eligendum pontificem procedi non potuit. Ex allatis hucusque textibus hoc tantum elicimus, intra annos 973-976 privilegium sancitum fuisse. Unum iam monere iuvat : nullum ibi indicium inveniri unde cuiquam dubitare liceat an reapse Otto II sedem erexerit. Nec obstat, quod rem suscepisse dicatur interventu* praecipui ducis Heinrici, *qui propter molimina ad deiciendum imperatorem anno 974 ab Ottone captus fuerat. Potuit enim, pluribus ante annis, ubi primum de negotio cogitatum fuerit, imperatorem* interpellare (28); *quin etiam cum duci Boleslao II, quocum amico foedere iungebatur Heinricus, novum institutum magnopere faveret, forte eo ipso tempore quo secreto bellum parabat, rem promovendam assumpsit.* F

(1) Hos enumerat, Dobner, *Wenceslai Hagek a Liboczan Annales Bohemorum*, tom. IV, p. 213. — (2) Op. cit., p. 213-215. — (3) *Wann wurde Böhmen von dem Bisthum Regensburg getrennt? Historische Abhandlungen der bayerischen Akademie*, 1807, p. 429 sqq. — (4) *Kritische Versuche die ältere böhmische Geschichte von späteren Erdichtungen zu reinigen, Abhandlungen der kön. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften*, tom. VI (1819), p. 13. — (5) *Würdigung der alten böhmischen Geschichtschreiber*, Prag, 1831, p. 26; *Geschichte von Böhmen*, tom. I, p. 229. — (6) *Monumenta Poloniae*, tom. I, p. 145. — (7) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 49. — (8) *Geschichte der Slawenapostel Cyrill und Method*, Wien, 1861, p. 136. — (9) *Kirchengeschichte Böhmens*, Prag, tom. I (1864), p. 53; *Die Geschichte der Bischöfe und Erzbischöfe von Prag zur neunhundertjärigen Jubelfeier der Einrichtung des Prager Bisthums*, Prag, 1873, p. 5-11. — (10) *Geschichte Böhmens*, 1875, p. 36. — (11) *Jahrbücher unter Otto II*, Berlin, 1840, Excurs II, *Die Gründung des Bisthums Prag*, p. 123-25. — (12) *Chronologische Geschichte Böhmens*, tom. III (1773), p. 19-21. — (13) *Piligrim von Passau*, (1854), p. 174. — (14) *Geschichte der Kaiserzeit*, edit. 4, tom. I (1873), p. 842. — (15) *Oesterreichische Geschichte*, Leipzig, tom. I (1258), p. 314. — (16) *Miseco I, Archiv für oesterreichische Geschichte*, tom. XXXVIII (1867), p. 69. — (17) *Mährens allgemeine Geschichte*, tom. II, p. 37. — (18) Dümmler-Köpke, *Otto der Grosse*, p. 975-76. — (19) Loserth, *Der Umfang des böhmischen Reiches unter Boleslaw II, Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*, tom. II (1881), p. 27. — (20) Scripsit dissertationem *de Privilegiis dioecesis Pragensis*, in *Sbornik statei po slavanavedenion izdannyi outchenikami Lamanskago*, Petropoli, 1883, 8°, p. 265-330, quam ad usus nostros gallicam fecit R. P. Ioannes Martinov, de opere nostro haud semel optime meritus. Breviter idem argumentum attingit in opusculo *Ueber die Chronik des Cosmas von Prag*, Dorpat, 1892, 8°, 105 pp. — (21) *MG.*, Scr. tom. XIII, p. 323. — (22) Brumat, in Alsatia. Will, *Regesta archiepiscoporum Maguntinensium*, tom. I, p. 119, n. 12. Ab aliis quibusdam Willelmum, Hattonem vel Rupertum tamquam Dietmari consecratorem vocari ibidem notat; utrum in fontibus antiquis, non video. Crediderim potius a recentioribus quibusdam, quibus sua erat sententia de tempore conditi episcopatus Pragensis, ex Cosmae Chronici erroneo indicio. Quod autem Grandidier, *Œuvres historiques inédites*, Colmar, tom. I (1865), p. 15, pro Dietmaro scripserit Adelbertum, hoc procul dubio fluxit ex Cosmae lib. I, n. 26. — (23) Cosmae *Chronic. Bohem.*, I, 23. *Fontes rerum Bohemicarum*, tom. II, p. 37. — (24) Will, op. cit., tom. I, p. 117. — (25) Will, ibid., p. 119; Boczek, *Cod. diplom. Moraviae*, tom. I, p. 97. — (26) Quod rite perspexerunt Dudik, *Mährens allg. Geschichte*, tom. II, p. 37, n., et J. Kalousek, *Ueber den Umfang des böhmischen Reichs unter Boleslav II, Sitzungsberichte der königl. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften in Prag*, 1883, p. 26-37. — (27) *Vitae*, c. XXIX. — (28) Lege Kalousek, l. c., p. 36.

annalium veterum,

37. *Haud parum lucis insuper desumi posse videtur ex Annalibus Polonorum* (1), *quorum prima, tertia et quarta forma factum ita commemorant ad annum 974:* Ecclesia Pragensis primo cepit habere episcopum Dethmarum nomine ex ammonicione Dobravce (2); Pragensis episcopus Dithmarus primus confirmatur (3); anno Domini 974 primus Pragensis episcopus Dithmarus nomine consecratur (4); *secunda vero forma ad an. 975:* Dytmarus primus Pragensis episcopus consecratur (5). *Etiam annum 974 assignant Annales Bohemici quos vulgavit Stumpf* (6) : Pragensis ecclesia cepit habere episcopum nomine Ditmarum (7), *quibus verbis quoque consentit Auctarium Mellicense* (8). *Haec a Cosmae chronico minime pendere certum est, et probabiliter derivata ab antiquis Annalibus Pragensibus* (9). *Quam apte concordent cum iis quae in superioribus allata sunt, nemo non perspicit. Ergo iam anno 974 episcopus Pragensis electus confirmatusque fuit; itaque, a* S. Wolfkango *privilegium erectionis hoc anno, vel praecedenti, qui primus fuit eius episcopatus, sancitum fuisse concludendum est.*

et Cosmae Pragensis

38. *Antequam difficultates nonnullas removeamus, quae ex aliis annalibus enasci videntur, de Cosmae Pragensis testimonio agendum est. Refert ille, ad an. 967, postquam Boleslaum II tamquam ecclesiarum Dei praecipuum fundatorem laudibus cumulaverat* (10), *eius germanam sororem nomine Mladam orationis causa Romam petiisse, ibique a summo pontifice benigne fuisse susceptam, a quo, et mutato nomine Mariae S. Benedicti regulam et abbatialem virgam acceperit. In patriam redux, eiusdem pontificis Iohannis XIII litteras obtulit, quarum textum solus Cosmas nobis servavit* (11), *et quibus permittitur ut* ad ecclesiam Sancti Viti et Wenceslai martirum fiat sedes episcopalis ad ecclesiam vero sancti Georii martiris sub regula sancti Benedicti... constituatur congregatio sanctimonialium. *Pergit Cosmas:* Et statim, ut iussum fuerat, consilio ducis et abbatissae, sancti Viti ecclesia decernitur futuro episcopo. *Tum memorat Boleslaum advocasse monachum quendam Saxonem, Dietmarum, atque effecisse ut in episcopum eligeretur. Dein, post pauca de pontificis approbatione ab Ottone* filio Heinrici imperatoris, *eiusdem inthronizatione atque laboribus, annum*
C *eius emortualem indicat 969* (12).

expenduntur.

39. *Haec in multis Othlono adversari nemo non videt, et omnino falsam esse chronotaxim qua totum novae sedis erigendae negotium anno 967 absolutum* D *fuisse perhibetur, quando neque de* Wolfkango *ad cathedram Ratisponensem evehendo quispiam cogitabat. Maxima difficultas tolleretur si diploma pontificium, quod nonnullis spurium* (13), *multis suspectum est, tamquam certo ementitum removeri posset. Sed fatendum est nulla ex hucusque allatis rationibus harum litterarum auctoritatem efficaciter everti* (14). *Nec valde arridet, quod excogitavit Regel* (15), *Cosmam litterarum forma a se conficta expressisse quae vera putabat, Sallustii et aliorum morem imitatus, qui contionibus epistulisque ficticiis suas historias illustrarunt; ex nullo enim satis certo indicio illud colligi opinor* (16). *Hoc tantum forte admitterem, depravatas illum litteras* (17) *ex apographo manco inaccurate rettulisse. Anno 967 illas reapse datas fuisse credendum est, nec aliunde desumpsisse Cosmam erroneam temporis notam. Iohannem XIII episcopatus Pragensis conditorem putavit, qui initi tantum et nondum expleti consilii fautor et laudator ex diplomate apparet. Hinc etiam palam fit cur de Ottone I, non vero de eius filio, mentionem iniecerit. Ceterum, hic error consertus est cum tenore alterius diplomatis, etiam* E *a Cosma traditi, in quo de initiis sedis Pragensis ἀσύστατα proferuntur.*

Privilegium anni 1086

40. *Breviter memorans acta concilii Moguntini, praesente Heinrico III (lege IV) anno 1086 congregati, haec narrat Cosmas:* In eodem concilio, Pragensis praesul Gebeardus scripta suae antiquae querimoniae repraesentat de Moraviensi episcopo Ioanne supra memorato. Qui quamvis eodem anno iam ab hoc saeculo migraret (18), tamen valde praecavens in futurum praedictus praesul, et agens per amicos, pulsat aures Caesaris, ne iterum in eodem loco alius subrogetur episcopus, replicat coram omnibus privilegium olim a S. Adalberto episcopo suo antecessore confirmatum, tam a papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore. Ad cuius iustam querimoniam imperator motus precibus ducis Wratizlai, fratris eiusdem episcopi Gebeardi, et consilio archiepiscopi Wezelonis et aliorum bonorum qui iustitiae favebant, novum antiquo fere eiusdem tenoris addit privilegium et signo imperiali confirmat ut in sequentibus patebit (19). *Exscribit ilico privilegium* (20) *appositoque imperatoris monogrammate, addit:* Signum domini Heinrici tertii F Romanorum imperatoris augusti, quod ego vidi ipsum caesarem suis manibus annotantem in pri-

(1) *MG.*, Scr. tom. XIX, p. 609 sqq. — (2) *MG.*, ibid., p. 618. — (3) *MG.*, ibid., p. 617. Alius codex ad a. 980 scribit *Pragensis episcopus Dytmarus primus consecratur*, quod aperte erroneum est. — (4) *MG.*, ibid, p. 617. — (5) *MG.*, ibid., p. 616. — (6) Apud Miklosich, *Slavische Bibliothek*, tom. II, p. 301, et hinc *Fontes rerum Bohemicarum*, tom. II, p. 380 81. — (7) *Fontes rerum Bohem.*, ibid., p. 381. — (8) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 536. — (9) *Annales Boemicos* tamquam excerpta ex Cosma habuit Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen*, tom. II, p. 193, sed immerito, ut vel solae temporum notae ostendunt. De fonte annalium supra citatorum omnino legendus est W. Regel, *Ueber die Chronik des Cosmas von Prag*, p. 33-44. — (10) *Chronic.*, lib. I, n. 22, *Fontes rerum Bohemic.*, tom. II, p. 35. — (11) Jaffé-Ewald, *Regesta pontif. Rom.* n. 3720. — (12) Cosmae *Chronic.*, lib. I, nn. 23, 24, *Fontes rerum Bohem.*, tom. II, p. 36-38. — (13) Vehementer impugnatum fuit a F. Pubitschka, S. I., *Chronologische Geschichte Böhmens*, tom. III (1773), p. 12. Reicitur quoque a Duemmler, *Piligrim von Passau*, p. 174, Koepke, *MG.*, Scr. tom. IX, p. 48, Jaffé, *Regesta pontificum Rom.*, n. CCCLXX; aliisque. — (14) Adversa quaedam argumenta elevat, quin tamen certo genuinum dicat diploma, W. Wattenbach, *Die slavische Liturgie in Böhmen und die altrussische Legende vom hl. Wenzel, Abhandlungen der hist.-phil. Gesellschaft in Breslau*, tom. I (1857), p. 226-27. Eiusdem patrocinium suscipit Dudik, *Mährens allgem. Geschichte*, tom. II, p. 33-36; vide quoque Ginzel, *Geschichte der Slawenapostel Cyrill und Method*, Anhang, p. 79. In opere posteriore, Duemmler multo minus severe de eo loquitur, *Otto der Grosse*, p. 503, n. 1. Recentissime easdem litteras adhibuit, praecipuasque difficultates removit A. Lapôtre, S. I., *Le pape Jean VIII*, in periodico *Études religieuses*, tom. LIX (1893), p. 214. — (15) *Ueber die Chronik des Cosmas von Prag*, p. 77-78. — (16) Minime intellego argumentum quod deducit Regel, l. c., p. 78 ex verbis Cosmae : *litterae quarum formula huiusmodi fuit.* Non multo aliter Palacky, *Würdigung der älteren böhmischen Geschichtschreiber*, 1869, p. 26: " Die bedeutsamen Worte *litterae* etc. gestatten in dess die ungezwungem Auslegung dass Cosmas jenen Brief aus dem Gedachtnis ausgesetzt habe. „ Si quid enim probant tales formulae, genuinum litterarum textum sequi annuntiant. — (17) Depravatum, non confictum diploma existimavit, I. S. Assemani, *Kalendaria ecclesiae universae*, tom. III (1755), p. 169, 170. — (18) Obiit Iohannes die 25 novembris anni 1085. Dudik, *Necrologium Olomucense, Archiv für oesterreichische Geschichte*, tom. LIX, p. 653. — (19) Cosmae *Chronicon*, lib. II, c. 37, *Fontes rerum Bohem.*, tom. II, p. 114-15. — (20) Diei 29 aprilis 1086.

Pragensis

AUCTORE H. D.

A vilegio Pragensis episcopatus. *Instrumentum apud unum Cosmam legebatur* (1), *donec vir eruditus K. Stumpf illud ex apographo saeculi XII, in archivo regio Monacensi invento, proferret* (2). *Praecipua, in re nostra, sunt verba sequentia :* Quapropter, universis Dei nostrisque fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse volumus, qualiter noster Bragensis episcopus Gebeardus sepe confratribus suis et coepiscopis ceterisque principibus nostris ac novissime nobis conquestus est, quod Bragensis episcopatus, qui ab inicio per totum Boemiae ac Moraviae ducatum unus et integer constitutus, et tam a papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore sic confirmatus est, postea, sine antecessorum suorum suoque consensu sola dominantium potestate, subinthronizato intra terminos eius novo episcopatu, divisus esset [et] imminutus (3).

in quo multa suspecta,

41. *Aegerrime haec omnia cum assertis Othloni, et inter se componuntur. Hic enim non tantum Otto I, pro Ottone II uti est apud Othlonum, inducitur, sed et tamquam synchroni exhibentur S. Adalbertus episcopus Pragensis (982-99), Otto I* B *(† 973), et papa Benedictus, sive ille VI nomine (972-74), sive VII (974-83) intellegatur. Apta, et ceteris planior primo aspectu videtur concordia quam excogitavit Dudik* (4), *suspicans diploma antiquum ab Heinrico IV innovatum diversum non esse ab illo quod* S. Wolfkangus *composuisse fertur, quodque Otto I et Benedictus VI ratum habuerint, Adalbertus postea suum fecerit. Verum, nec privilegii tenor* Wolfkangum *eiusdem auctorem dicere sinit, uti patebit, nec textus Cosmae, Adalberto satis perspicue tribuentis privilegium, quod* confirmatum *dicit a pontifice et imperatore. Hinc recentiores plerique malunt episcopum Iaromirum seu Gebehardum falsi accusare, quasi ille, defuncto episcopo Olomucensi Iohanne († 1085) dolo malo exstinguere conatus sit dioecesim Moraviensem, eamque suae adiungere, propterea que S. Adalberti privilegium finxerit, quo Moravia intra fines Pragensis episcopatus contineri assereretur* (5). *Sic utique nodus secatur. Sed ad talia nemo recurrit nisi necessitate compulsus. Ostendit autem iam laudatus W. Regel facile omnia aliter componi posse* (6).

derivatum est ab antiquiore

42. *Accipiamus, auctore Cosma, qui sese testem prodit oculatum, privilegium a Gebehardo imperatori propositum S. Adalberti nomen gestasse. Cum regnante Benedicto VII († 983) Adalbertus Pragensem sedem occupaverit, sola* primi *Ottonis mentio cum ceteris pugnat. Iamvero, omnis evanescit contradictio si admittere velis in antiquo privilegio, quemadmodum Benedicti pontificis nomini nullus adpositus erat numerus, ita et nomen imperatoris Ottonis, utique* secundi, *omni nota caruisse; scribam vero, qui instrumentum anno 1086 confecerit, quotus esset ille Otto exprimere tentasse, atque misere lapsum esse. Haec non temere supponi probat res diplomatica aevi Ottoniani. In instrumentis Ottonis III utique numerus plerumque non deficit; at praedecessoris Ottonis II nomen saepius scribitur sine addito* (7). *Quam facile autem in numero supplendo scriba falli potuerit, ipsius Cosmae exemplo demonstratur qui etiam in numerandis Henricis turpiter errat* (8). *Levem igitur unius numeri emendationem admittendam putamus qua omne dubium tollitur. Simul enim in vivis erant Adalbertus (februar. 982-997), Otto II (973-decemb. 983) et Benedictus VII (974-octob. 983). Inde quoque colligitur antiquum privilegium intra februarium 982 et octobrem 983 conditum fuisse* (9).

et hoc genuino,

Limites, quos Pragensi dioecesi assignat diploma regium anni 1086, attente considerare oportet. Complexa enim fuisse dicitur non tantum Bohemiam cum parte Ungariae, Lusatiam et Silesiam, sed et Moraviam. Iamvero, paucis ante Adalbertum annis, anno videlicet 976, proprius adhuc citatur episcopus Moraviae (10). *Quomodo autem,* E *sedente Adalberto, subiecta fuerit Moravia episcopo Pragensi, docemur testimonio utique recentiori, sed quod in antiquiorem fontem refundendum esse haud improbabile est. Haec habet* Granum catalogi praesulum Moraviae (11) : Tempore S. Adalberti Pragensis episcopi secundi, anno episcopatus sui tertio Moraviensis episcopatus Pragensi episcopo Benedicti Papae VII Othonisque imperatoris secundi confirmacione et pii Boleslai ducis Boemie consensu accedente usque ad tempora Severi episcopi Pragensis sexti et Vratislai ducis Boemie fuit unitus. *Ex Cosma Pragensi haec desumpta esse putat recens* Grani *editor* (12). *Hoc mihi minime probatur, cum plura hic locus contineat quae apud Cosmam frustra requiras, et alia aptius corrigat quam ab auctore saeculi XV exspectari possit* (13). *Iure igitur ad hoc testimonium provocatur, unde asserta nostra confirmentur.*

non tamen a Wolfkango *concepto,*

43. *Genuinum ergo S. Adalberti privilegium attulit Gebehardus. Quaeret quispiam, diversane fuerit huius diplomatis sententia a privilegio per* Wolfkangum *antea concepto, an vero illius tenorem Adalbertus tantum renovarit ? Valde diversam* F *fuisse nemo dubitet. Etenim, praeterquam quod in prima sua constitutione episcopatus Pragensis Moraviam minime complectebatur, cum anno 976 episcopus Moraviensis compareat* (14), *ratio definiendi ambitum dioeceseos plane abhorret ab usu exeuntis saeculi X, quod satis ostendunt populorum tribuumque singulas regiones incolentium nomina, quae in hoc privilegio citantur* (15). *Utebatur ergo Adalbertus antiquioribus quibusdam docu-*

(1) L. c., p. 115-17. — (2) *Reichskanzler*, tom. III, n. 76, p. 79-81. — (3) Ibid. p. 80. — (4) *Mährens allgem. Geschichte*, tom. II, p. 426-28, nota. — (5) Duemmler, *Piligrim von Passau*, p. 173 sqq.; Zeissberg, *Miseco I von Polen*, *Archiv für oesterreichische Geschichte*, tom. XXXVIII (1867), p. 69 sqq; Giesebrecht, *Geschichte der deutschen Kaiserzeit*, 4 ed. tom. I, p. 842; Büdinger, *Oesterreichische Geschichte*, tom. I, p. 314; Loserth, *Der Umfang des böhmischen Reichs unter Boleslas II*, *Mittheilungen der Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*, tom. II, p. 25-28. Huius rationes elevat Regel, p. 283 sqq. — (6) Optime ostendit Regel, *Sbornik*, etc., p. 275-77 quantas involvat difficultates hypothesis conficti diplomatis. Ad illum remittimus ne latius vagetur dissertatio. — (7) Vide passim *Ottonis II diplomata*, *MG.*, Diplom. tom. II, et Stumpf, *Reichskanzler*, tom. III, Cfr. Regel, p. 279; Stumpf, tom. II, p. XII. — (8) Conferendi varii loci Cosmae, *Chron.*, lib. II, cc. 8, 25, 37; I, c. 35; lib. III, 18, 20, 38, 52, 55, 61. Regel, ibid., p. 280. — (9) Hinc Jaffé-Ewald, *Regesta pontif. Roman.*, n. 3778 non inter spuria Benedicti VI, sed cum genuinis Benedicti VII collocandus est. — (10) Erben, *Regesta Bohemiae et Moraviae*, tom. I, n. 72, p. 31; Boczek, *Codex diplom. Moraviae*, tom. I, p. 97. — (11) Richter, *Augustini Olomucensis episcoporum Olomucensium series*, Olomucii, 1831, p. 9; Loserth, *Das granum catalogi praesulum Moraviae*, *Archiv für oesterreichische Geschichte*, tom. LXXVIII (1892), p. 66. — (12) L. c., p. 55-56. — (13) Animadvertimus cum Regel tertium annum episcopatus Adalberti poni pro secundo. Levis est error, nec talis qui nos ceteris fidem detrahere cogat. — (14) Supra, n. 42. — (15) His diutius immorari non vacat; legatur Regel, in dissertatione russiaca, p. 294 sqq. dummodo caveas a diplomate adulterino Ottonis I, anni 948, ian. 11, *MG.*, diplom. Ottonis I, 437, p. 590.

mentis,

AUCTORE H. D.

mentis, pristinum statum politicum harum regionum referentibus; nec improbabiliter concludit pluries laudatus Regel sub Adalberto restitutam fuisse antiquam dioecesim Moraviensem qualis erat saeculo IX, cum Moravia Bohemiam quoque complectens, illiusque limites, more priscorum, in eius privilegio designatos fuisse. Sed haec ultra nostrum scopum currentia, omittimus. Ad Cosmam Pragensem redeamus.

et Cosmae errores explicat.

44. *Quod lib. II, c. 37, Ottonem I litteras Adalberti confirmasse asserit* (1), *nullius momenti est, cum deceptus fuerit tenore diplomatis anni 1086. Ex eodem fonte derivandum est, quod libro I, c. 23 perhibet, Boleslaum Pragensem electum ad* Ottonem filium Heinrici imperatoris misisse (2). *Ceterum hoc in loco tam indeterminate loquitur, temporaque ita permiscet, ut clare pateat eum in fontibus pauca invenisse, aut parum diligenter eos adhibuisse. Cosmam exscripsit compilator auctarii Ekkehardi Altahensis, qui haec notat ad a. 967 :* Ioannes papa indulget Bolezlao duci Boemiae, fratruelis S. Wenczeslai martiris, ut in Pragensi civitate ordinetur sedes episcopalis. Ordinatur B itaque et consecratur consensu et iussu Ottonis imperatoris primi Ditmarus *etc.* (3): *quae verba transcripta sunt in exemplari Ottonis Frisingensis* (4). *Annales Pragenses quos edidit Pertz, eosdem circiter errores admittunt, uno tamen anno dempto :* 966. Hoc anno constitutus est Pragensis episcopatus. Dethmarus primus episcopus. 968. Sanctus Adelbertus secundus Pragensis episcopus (5). *Multum exercitarunt eruditorum ingenia citati annales, aliis ex Cosma illos promanasse* (6), *aliis Cosmae fontibus eosdem adnumerandos existimantibus* (7). *Cum priori opinioni adstipulandum omnino videatur, nihil est quod elucidandum maneat.*

Quaestionis solutio.

44[bis]. *Restat ut ex iis quae hactenus disputata sunt, praecipua de sedis Pragensis constitutione paucis colligamus. Quamquam nullo ex documento scripto probatur quod passim legimus, Michaelem episcopum Ratisponensem († 972) novae sedi erigendae obstitisse, certe ante* S. Wolfkangi *tempora de re agi coeptum esse nemo dubitabit, qui Iohannis XIII epistulam spuriam non habuerit* (8). *Verisimile est in conventu Quedlimburgensi anni 973, cui interevant uterque imperator Otto et dux Boleslaus* (9), C *tantum negotium non fuisse praetermissum, quamquam alte silent scriptores. Id unum, Othlono teste, constat, fundatum episcopatum Ottoni II, saltem ut auctori praecipuo tribuendum esse* (10) *atque rem absolutam fuisse, sancito privilegio, quod anno 973 vel 974 datum fuisse demonstravimus* (11). *Quousque in prima constitutione, novae dioeceseos limites extensi fuerint, aegre definitur : Moraviam certe non complectebatur, quae anno 976 proprio adhuc gaudebat episcopo. Ast, annis circiter 982-983 a S. Adalberto novum privilegium conceptum est, ab Ottone II et Benedicto VII approbatum, quo episcopo Pragensi tribuebatur pristinae Moraviensis dioecesis territorium. Quod quanto tempore integrum manserit ignoro; at, decurrente tempore, suum iterum Moravia nacta est episcopum, usque dum, exstincto Iohanne († 1085), Gebehardus Pragensis antistes, prolata S. Adalberti charta, in sua iura restitui postulavit; quod tandem diplomate regio sancitum fuit.* D

Utrum S. Wolfkangus Bohemiam visitaverit.

45. *Iam refutavit Suyskenus noster* (12) *errorem asserentium* S. Wolfkangum, *vivente ac invitante S. Wenceslao, ecclesiam S. Viti Pragensem dedicasse* (13). *Fabulam desumpserunt, ni fallor, ex* Chronico *Pulkawae* (14), *qui addit* S. Wolfkangum *respondisse :* Nunquid, fili, indiges de me; nam tuam ecclesiam, quam consecrari desideras, in metropolitanam vidi erectam et sublimatam coram Deo. Sed nutu tuo ad consecrandam ipsam libenter mittam (15). *Hic quaeri posset cum Dobnero* (16) *num* S. Wolfkangus *umquam in Bohemia fuerit, ut quidam affirmant; quibus testimonio sunt vestigia pedum quae non uno in loco in petris impresserit, uti circa Chudenicium pagum et prope Krupnam seu Graupen* (17). *Alteram habemus traditionem monachorum coenobii Kladrauensis narrantium* S. Wolfkangum *in ipso loco abbatiae cum lignariis quondam colloquium miscuisse, atque spiritu prophetico exclamasse:* Hic aliquando mei ordinis monasterium exstabit; *quod factum statua maiori altari imposita ad nostros usque dies exprimi ferunt* (18). *Quam caute ex talibus indiciis argumentum ducendum sit nemo non videt, maxime, si advertatur cum Dobnero, vestigia pedum* Wolfkangi *spectari in aliis locis quae certo numquam pede tetigerit* (19). *Ceterum, quamvis brevi tempore regimen ecclesiae Bohemicae tenuerit, nihil repugnat sanctum antistitem illam visitasse, cum teste biographo,* totam perlustrans dioecesim cunctos salutiferae praedicationis odore *adsperserit. Ultra quam coniecturam procedere nobis non licet. Dormitans legit Othlonum et omnia permiscuit Udalricus Onsorg, qui scripsit :* S. Wolfkangus in Bohemia provincia, quae tunc sub Ratisponensis ecclesiae parochia exstitit, noviter vana idola abiecerat Ottonis rogatu (20). *Mirus est et non illepidus error Laurentii Hochwart :* Pragenses sacerdotes de doctrina et vita investigavit (21). *Ubi Othlonus* pagenses sacerdotes *scripserat, imperitus quidam scriba* pragenses *posuit* (22), *et Laurentium decepit.* F

§ VI. De monasterio S. Emmerammi a sede episcopali diviso.

De statu pristino monasterii

46. *Clarior est in historia ecclesiastica Bavariae* S. Wolfkangi *memoria efficaci conatu quo ad restaurandum in propria dioecesi clericalis et monastici*

(1) *Fontes rerum Bohem.*, tom. II, p. 115. — (2) Ibid., p. 37. — (3) *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 362. — (4) *MG.*, Scr. tom. XX, p. 240. — (5) *MG.*, Scr. tom. III, p. 119-121, *Fontes rerum Bohem.*, tom. II, p. 376-80. — (6) Köpke, *MG.*, Scr. tom. IX, p. 10; Regel, *Ueber die Chronik des Cosmas von Prag*, p. 35-6. — (7) Praecipui eorum patroni sunt Wattenbach, *Die Slavische Liturgie in Böhmen, Abhandlungen der hist. phil. Gesellschaft in Breslau*, tom. I, p. 223, et Dümmler, *De Bohemiae condicione Carolis imperantibus*, p. 19. — (8) Supra, n. 39. — (9) *Annalista Saxo*, ad a. 973, *MG.*, Scr. tom. VI, p. 624-25. — (10) *Vitae*, c. XXIX. — (11) Supra, n. 37. — (12) *Act. SS.*, Sept., tom. VII, p. 791. — (13) Errorem notat in Dubravio, *Hist. Bohem.*, l. IV; Aenea Sylvio, *Hist. Bohem.*, c. 16; Pontano, *Bohemia pia*, l. II. — (14) Dobner, *Monumenta historica Bohemiae*, tom. III, p. 92. — (15) Quam sententiam impletam fuisse a. 1386, in Iohanne de Ienstein archiepiscopo Pragensi affirmat eiusdem biographus, c. XVIII, *Fontes rerum Bohemicarum*, tom. I, p. 465. — (16) *Wenceslai Hagek a Liboczan Annales Bohemorum*, tom. IV, p. 193. — (17) Crugerius, *Sacri pulveres*, ad diem 31 octobris. Cfr. Frind, *Kirchengeschichte Böhmens*, Prag, 8°, tom. I (1864), p. 34; Schindler, *Der heilige Wolfgang*, p. 98-100. — (18) R. Köpl, *Benedictiner Abtei Kladrau*, cit. a Schindler. — (19) Op. cit., p. 194. — (20) *Chronicon Bavariae*, ad ann. 972, apud Oefele, *Rerum boicarum scriptores*, tom. I. — (21) *Episcop. Ratisp. Catal.*, lib. II, c. 15. ap. Oefele, tom. I, p. 177. — (22) *Vitae*, c. XXIII.

AUCTORE H. D.

A *nastici ordinis fervorem insudavit, quo exemplo vicinorum ad sui imitationem non paucos attraxit. Accurate a biographis relata sunt hac in causa sancti viri gesta; prae ceteris autem merito extollunt divisionem muneris abbatialis ab episcopali* (1), *reformationem utriusque conventus monialium Ratisponae* (2), *tertiique, cui Sancti Pauli nomen inhaesit, constitutionem* (3). *De his paucis agetur. At historiae feliciter renovati monasterii Sancti Emmerammi paulo diutius immorandum. Cuius rationem perspicere, ob varia a monachis in medium inducta figmenta, res satis ardua est. Principio statuendum quis fuerit ante* Wolfkangi *tempora inter monasterium et sedem episcopalem habitus et coniunctio.*

controversia inter M. Hansiz

47. *Acerrima, saeculo praeterito, de argumento lis exarsit Emmerammenses inter et Marcum Hansizium, postquam hic ediderat suum de episcopatu Ratisponensi* Prodromum, *ubi receptam huius sedis historiam se penitus innovare profitebatur* (4). *Dum enim illi contendebant monasterium Sancti Emmerammi ab episcopis olim per modum commendae habitum fuisse* (5), *hic strenue propugna-* B *bat Ratisponensem sedem monasticam fuisse, et monasterium cathedrale. Egregii viri dissertationem gravissime tulerunt Ratisponenses monachi, et ilico abbas I. B. Kraus indignabundus calamum strinxit, ut adversus Hansizium suorum systema vindicaret* (6). *Neque hic siluit, sed novo libello celeriter emisso, ad nova responsa adversarios provocavit, utrinque, brevissimo intervallo, scriptis sibi succedentibus* (7), *donec, exhaustis certantium viribus, contentioni finis imponeretur* (8). *Tantae controversiae vices persequi fastidiosum esset; in qua non unum imbelle sine ictu telum emissum est. Memoranda tamen erat, neque tacendum proficiente in dies arte critica sententiam ab Hansizio propugnatam novis rationibus roborari.*

et monachos Emmerammenses.

48. *Ut ad rem ipsam veniamus, certum omnibus est tempore* S. Wolfkangi *monachos Emmerammenses proprium praelatum minime habuisse, atque episcopo tamquam abbati subditos fuisse* (9), *cuius loco praepositus et decanus monasterium regebant* (10). *Talis instituti innumera incommoda (quae aptissime enumerat Arnoldus) cum* S. Wolfkangus *perspexisset, Treveris evocavit Ramuoldum* (11), *suum olim concapellanum* (12), *quem Sancti Emme-* C *rammi praepositum primo, dein abbatem constituit, inducta simul divisione bonorum inter monasterium et sedem episcopalem. Tempus docemur ab annalibus Sancti Emmerammi, qui notant ad annum 975:* Ramuoldus a S. Wolfkango ordinatur abbas (13); *et auctario Garstensi an. 975:* S. Wolfgangus episcopus Ramuoldum abbatem S. Emmerammi praefecit (14). *Nulla de re ipsa inter antiquos recentioresve discrepantia; sed maxima enascitur ubi veniunt ad interpretationem. Systema ab Hunsizio impugnatum monasterii primordia ita exponit. Antequam episcopatus Ratisponensis constitueretur, monasterium liberum erat, opibus abundans, proprio abbati subiectum. Cum de erigenda sede agi coeptum est, nec inveniretur unde episcopi alerentur, pro fundo sustentationis arrepta fuit abbatia, quae data est episcopis in servitium vectigale, seu in commendam. Hinc lites inter episcopos et abbates libere electos, quorum producuntur nomina, et irriti conatus pro vindicanda coenobii libertate. Tandem transfertur sedes episcopalis in urbem et seiungitur a monasterio, quod liberum exemptumque declaratur a Carolo Magno et Leone papa III.* E *At vero, quibuslibet spretis privilegiis, magis magisque in monasterii regimen sese obtrudere perrexerunt episcopi, ita ut, proprio tandem abbate remoto, ipsi eius vices gerere coeperint; nec prius ab hac misera servitute liberati fuerunt Emmerammenses quam* S. Wolfkangus *eorum iura aperte confessus sit, odiosae commendae renuntiaverit* (15).

Sedes Ratisponensis

Ita, summam rei quod attinet, saeculo XVIII historia coenobii a monachis exponebatur, qualis, scilicet iam saeculo XI mediante confingi coeperat. Confingi, inquam; ut enim interim abstineamus a testimoniis suspectis, si cum instrumentis certo genuinis conferamus Arnoldum, cuius dicta eo graviore gaudent auctoritate, quo primis vulgati systematis assertoribus propinquior est, perspicuum fiet de commenda antiquos nunquam cogitasse; sedem Ratisponensem ab initio fuisse monasticam; Sancti Emmerammi monasterium nullos omnino ante Ramuoldum habuisse abbates, deque eiusdem libertate et exemptione neque ante tempora Wolfkangi, *nec etiam statim peracta bonorum divisione vestigium ullum apparere. Pauca de singulis disserenda* (16).

initio monastica,

49. *Sedem monasticam intellegimus quae ita*

(1) Arnoldi lib. II, n. 9, 10; *Vitae*, cc. XV, XVIII. — (2) *Vitae*, c. XVII. — (3) Ibid. — (4) M. Hansiz, S. I., *Germaniae sacrae* tom. III. *De episcopatu Ratisbonensi prodromus seu informatio summaria de sede antiqua Ratisbonensi innovans omnia*, etc. Viennae, 1755, fol. — (5) [I. B. Kraus], *Ratisbona monastica*, ed. 4a. Ratisbonae, 1752. — (6) [I. B. Kraus], *De ortu et libertate monasterii S. Emmerammi episc. et mart. Ratisbonae dissertatio, novo et inaudito quod R. D. P. Marcus Hansiz Soc. Ies. presbyter de hoc coenobio novissime finxit systemati opposita.* Ratisbonae, 1755, 4°, VI-308 pp. — (7) M. Hansiz, S. I., *Illustratio apologetica prodromi episcopatus Ratisbonensis pro commodo minus assequentium et bonum meritum non agnoscentium.* Viennae, 1755, 4°, 252 pp. — Id. *Disquisitio de valore privilegiorum libertatis monasterii S. Emmerammi.* Viennae, 1755, 4°, 35 pp. — Id., *Documentum decisorium litis de sede monastica olim Ratisbonae propositum a P. Marco Hansizio, S. I.* Viennae, 1755, 4°, 46 pp. — [I. B. Kraus] *Illustratio pro commodo R. P. Marci Hansizii, S. I. veritatem de prima ecclesia cathedrali Ratisbonensi minus assequentis et errorem suum necdum agnoscentis.* Ratisbonae, 1755, 4°, VIII-36 pp. — Id. *De exemptione et libertate imperiali monasterii S. Emmerammi ep. et mart. Ratisbonae dissertatio altera novo et inaudito quod R. D. P. Hansiz, Soc. Ies. presbyter de hoc coenobio novissime finxit systemati opposita.* Ratisbonae, 1755, 4°, VI-132 pp. — Id. *Excussio valoris disquisitionis R. P. Marci Hansizii Soc. Ies. de valore privilegiorum libertatis monasterii S. Emmerammi.* Ratisbonae, 1755, 4°, IV-170 pp. — Id. *Eaedem R. P. Marci Hansiz Soc. Iesu de sede monast. ad S. Emmeram. naeniae specioso titulo documenti decisorii ab eo propositae.* Ratisbonae, 1756, 4°. — (8) Appendicis loco citanda sunt insuper opera sequentia: *Beurkundete Geschichte der gegenseitigen Gerechtsamen und hierüber entstandenen Differenzien des fürstlichen Reichsstiftes S. Emmeram... mit Bezug auf das fürstliche Hochstift und übrige Reichs-unmittelbare Stifter allda.* s. l. 1784, fol. 347 pp. — *Actenmässige Prüfung entgegengestellt vom Kammerer und Rath der kaiserlichen freien Reichsstadt Regensburg der von dem fürstlichen Reichsstift St. Emmeram verbreitenden beurkundeten Geschichte der gegenseitigen Gerechtsamen und darüber entstandenen Differenzen.* Regensburg, 1784, fol. 55-52-43 pp. — *Rechtsgegrundete Bemerkungen zu der von Kammerer und Rath der kaiserlichen freyen Reichsstadt Regensburg in Druck gelegten aktenmässigen Prüfung gegen die beurkundete Geschichte der gegenseitigen Gerechtsamen und darüber entstandenen Differenzen des fürstlichen Reichsstifter St. Emmeram und der kaiserlichen freyen Reichsstadt Regensburg.* s. l. 1784, fol. II-7-44 pp. — (9) Arnoldi lib. II, n. 8; *Vitae*, c. XV. — (10) Arnoldi lib. II, n. 9. — (11) Arnoldi lib. II, n. 10; *Vitae*, c. XV. — (12) Arnoldi lib. II, n. 8; *Vitae*, c. XV. — (13) *MG.*, Scr. tom. I, p. 94. Hinc in *Notis* S. Emmerammi, Scr. *MG.*, tom. XV, p. 1099. — (14) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 566. — (15) Fuse exponit hoc systema Hansizius in *Prodromo.* — (16) Consulendus est R. Zirngibl, *Abhandlung über den Exemptionsprozess des Gotteshauses St. Emmeram mit*

AUCTORE H. D.

cum monasterio quopiam coniuncta est, ut episcopus abbas sit, et monachi cum ad ministeria cathedralia teneantur, tum ornentur iure electionis episcopi et successionis. Celebris est locus venerabilis Bedae, qui rem velut ob oculos ponit, scribens ad Egbertum : Prospiciatur locus aliquis monasteriorum, ubi sedes episcopalis fiat. Et ne forte abbas vel monachi huic decreto contraire ac resistere tentaverint, detur illis licentia ut de suis ipsi eligant eum qui episcopus ordinetur et adiacentium locorum, quotquot ad eandem dioecesim pertineant, una cum ipso monasterio curam gerat episcopalem : aut si forte in ipso monasterio qui episcopus ordinari debeat inveniri nequeat, in ipsorum tamen iuxta statuta canonum pendeat examine, qui de sua dioecesi ordinetur antistes (1). *Non in Anglia tantum, sed et in Bavaria talis episcopatuum status frequens reperitur* (2). *Eadem quippe ratione sedes Salisburgensis* (3), *Augustana* (4) *et Frisingensis* (5) *cum monasteriis coniunctae diu permanserunt. Talem fuisse Ratisponae sedem inter et monasterium necessitudinem docet Arnoldus cum affirmat* Wolfkangum *graviter tulisse* monachos
B S. Emmerammi eatenus abbate caruisse (6), *praepositum et decanum* monasterium post episcopum *regere consuevisse* (7); *hunc vero statum non ex usurpatione quadam inductum, sed priscam fuisse consuetudinem in Ratisponensi ecclesia,* ut qui antistites, iidem essent et abbates (8). *De commenda vel bonorum invasione ne levissima quidem suspicio. Haec egregie confirmant diplomata quibus episcopo abbatis nomen diserte tribuitur. Adalwinus († c. 816)* venerabilis praesul et rector coenobii *nuncupatur* (9); *de Tutone († 930) ita Conradus I imperator :* Nos, ob amorem Dei et remedium animae nostrae ad sanctum Dei martyrem Emmerammum, cuius monasterio Tuto venerabilis episcopus praeesse dinoscitur (10). *Consonant duo instrumenta Ottonis I. Primum nuper defuncto Isangrimo († 940) datum est :* monasterium quod in Radesbona in honore sancti Petri principis apostolorum et sancti Emmerammi martyris constructum esse videtur et cui Isangrim venerabilis ac fidelis noster episcopus tunc praeesse videbatur (11); *alterum, tempore Michaelis († 972) :* ecclesiam beati Petri principis apostolorum sancti quoque Emmerammi martiris Christi,
C ubi venerabilis episcopus sanctae Radasponensis ecclesiae Michael nomine praeesse dignoscitur (12).

duas habebat

50. *Obiter tangenda difficultas quae ex citato duplici titulo S. Petri et S. Emmerammi enascitur. In quibusdam enim formulis tamquam unius ecclesiae vocabulum apparet. Ad rem illustrandam, ex instrumentis praecipui quidam loci afferendi sunt. Anno 778 facta est traditio* ad casam quae constructa est in honore sancti Petri et Emmerammi (13); D
sub Baturico († 847) : ecclesiae quae est constructa in honorem S. Petri et S. Emmerammi (14). *Anno 889 :* teneat potestatem ... sua aut ad S. Petri in Ratispona urbe monasterium, ubi episcopalis sedes est, vel S. Emmerammi martyris Christi tradendi (15). *Formulas ann. 940 et 950 supra dedimus. Anno 979 :* Wolfkangus Reganesburgensis ecclesiae episcopus, quae est constructa in honore S. Petri principis apostolorum nec non et S. Emmerammi martiris Christi (16). *Quantacumque inter S. Petrum et S. Emmerammum coniunctio praedicetur, cave tamen ne unius basilicae seu monasterii duplicem titulum intellegas. Certum enim est, quod in dubium revocare nonnemo visus est* (17), *Ratisponae exstitisse ecclesiam Sancti Petri a templo Sancti Emmerammi diversam, quaeque cum illo cathedralis fuerit. Ita monachus Sangallensis:* Cum in ecclesia Sancti Petri proceribus congregatis de morte imperatoris consiliatus fuisset (18). *Et clarius, de synodo Ratisponensi anni 932 :* Convenerunt omnes episcopi cum copiosa sacri ordinis frequentia in ecclesia Sancti Petri apostolorum principis, quae mater ecclesiarum regiae civitatis iuxta portam aquarum antiquitus excreverat (19). E *Quibus ex verbis patet ecclesiam Sancti Petri cathedralem et procul a Sancto Emmerammo exstructam fuisse, eo nempe fere loco quo exstat hodierna cathedralis. Tandem, quod vel solum sufficeret, narratur corpus* S. Wolfkangi *apud Sanctum Petrum susceptum fuisse, per singula urbis monasteria portatum, et novissime ad ecclesiam Sancti Emmerammi* (20). *Cum, uti ex allatis formulis patet, de Sancto Petro et Sancto Emmerammo eadem praedicentur, ecclesia videlicet, sedes episcopalis, monasterium, neque Sancti Petri monasterium Ratisponae umquam fuerit, dicendum est civitatem habuisse duas concathedrales, quod de cetero nequaquam inauditum est* (21). *Duplicis autem basilicae ad ministerium episcopale deputatae titulus complexus sedi dabatur, ita tamen ut nomen Sancti Emmerammi solum saepissime antonomastice usurparetur.*

ecclesias concathedrales

51. *Porro ecclesiae Sancti Petri assidebant canonici, de quibus certa mentio non tantum tempore* S. Wolfkangi *et Michaelis* (22), *sed multis retro annis, sub Baturico († 847) et Ambricone († 891) ;* F *ita vero negotiis S. Emmerammi interveniunt, ut novum inde enascatur argumentum pro statu cathedrali monasterii. Frequenter enim in libris traditionum Sancti Emmerammi donationibus commutationibusque canonici cum monachis interesse non velut testes tantum, sed ut consentientes quoque dicuntur* (23). *Si fides sit Arnoldo,* ex eo tempore

dem Hochstift Regensburg vom Jahre 994-1325, München, 1803, 8°, 176 pp. — (1) *Epist. ad Egbertum ep. Eboracensem*, P. L., tom. XCIV, p. 662. — (2) Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 105-8. — (3) Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 241-243. — (4) Hirsch-Pabst, *Heinrich II*, tom. II, p. 254 55. — (5) Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 260-62. — (6) Arnoldi, lib. II, n. 8. — (7) Ibid., n. 9. — (8) Ibid., n. 8. — (9) Anno 792, 29 iulii. Ried, *Codex diplomaticus Ratisbonensis*, tom. I, p. 7. — (10) Anno 914, 25 maii. *MG.*, Diplomata Conradi I, n. 22, p. 21. — (11) Anno 940, 29 maii. *MG.*, Dipl. Ottonis I, n. 29, p. 115; ubi legatur nota de anno obitus Isangrini. — (12) Anno 950, 16 iulii. *MG.*, Dipl. Ottonis I, n. 126, p. 207. In alio diplomate anni 959 vocatur *episcopus eidem monasterio* [S. Emmerammi] *praesidens*. Ibid., n. 203, p. 282. — (13) Ried, *Codex diplom. Ratisbon.*, tom. I, n. 5, p. 4. — (14) Pez, *Thesaurus Anecdot.*, tom. I, 3, p. 7. — (15) Böhmer-Mühlbacher, *Regesta imperii*, I, n. 1782. — (16) Die 14 octobris. *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 204, p. 232. — (17) Ita Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 277. Quem confutavit F. Gfrörer, *Verfassungsgeschichte von Regensburg, Verhandlungen des hist. Vereines von Oberpfalz und Regensburg*, tom. XXIX (1883), p. 17-21. — (18) Monachi Sangallensis *Gesta Karoli*, lib. II, n. 12. *MG.*, Scr. tom. II, p. 755. Alio in loco *ecclesiam pastoralem* ab ecclesia Sancti Emmerammi distinguere videtur : *Tempore vero letaniarum de palatio discalciatis pedibus usque ad ecclesiam pastoralem vel ad S. Emmerammum, siquidem erat Reganesburg, crucem sequi solitus erat*. Textum non nihil ambiguum nolumus urgere. Et reapse aliter omnino intellectus fuit a Duemmler : " bis zur Pfarrkirche, oder, wenn er in Regensburg war, bis zur Klosterkirche von S. E. „ *Geschichte des Ostfrankischen Reichs*, tom. I (1862), p. 857. — (19) *MG.*, Leg., tom. III, p. 482. — (20) Arnoldi, lib. II, n. 23; *Vitae*, c. XXXIX. — (21) M. Hansiz, *De episcopatu Ratisbonensi prodromus*, c. V, p. 39-41, ubi similia exempla congessit. — (22) *Vitae* c. XVIII. — (23) *Dedit... Baturicus... una cum consensu et conhibentia canonicorum et monachorum ibidem*

quo

A quo primum Bonifatio apostolicae sedis vicario iuxta decreta canonum in Baioaria ordinabantur episcopi, vicissim sibi succedebant in huius episcopatu monachi atque canonici, ita ut, si antecessor esset canonicus, fieret successor monachus, et iterum huic antecessori succederet canonicus, *et hanc consuetudinem ad sua usque tempora perdurasse contestatur* (1). *Quamquam aegerrime in serie episcoporum alterna illa successio demonstrari possit, et admodum probabiliter conicias primos episcopos ad normam in epistula Bedae descriptam* (2) *electos fuisse, praeclarum tamen rursus ex Arnoldo testimonium habes, figmentum commendae et exemptionis penitus evertens.*

quarum erant bona communia.

52. *De regimine bonorum sedis Ratisponensis ea tantum quae certa videntur, cum materia intricata sit, indicare sufficiat. Antequam advocaretur Ramuoldus, bona sedis eadem erant quae coenobii; quod non tantum ex coniunctione amborum, sed et ex querelis familiarium* Wolfkangi *colligitur :* Ut quid tibi et sacerdotibus tuis perdis bona ad Sanctum Emmerammum pertinentia (3). *Omittendum tamen non est nonnullas donationes ea condi-* B *cione Sancto Emmerammo oblatas fuisse, ut solorum monachorum usibus cederent, ita ut etiam episcopus ab eisdem alienandis prohiberetur. Unum exempli causa adducatur Ottonis I diploma :* Notum sit... qualiter nos ob amorem Dei omnipotentis ac remedium nostrae animae et per interventum Michahelis Ratesponensis ecclesiae episcopi monachis in praedicta urbe Deo sanctoque Dei martyris Emmerammo devote servientibus ... concessimus ea tamen ratione ut, si episcopus eidem monasterio praesidens aut aliqua potens persona hanc traditionis firmitatem infringere voluerit, cuncta quae tradita fuerant redeant in ius et potestatem dominae Iuditae *etc.* (4).

Quid egerit S. Wolfkangus.

53. *His praemissis, haud aegre intellegitur quid tandem a* S. Wolfkango *actum statutumque fuerit.* 1° *Ramuoldum abbatem constituendo, monasterium ad pristinum statum minime revocavit, sed novum induxit; primus abbas fuit Ramuoldus, quemadmodum Arnoldus apertissime asserebat :* Beatus ergo Ramuoldus ... primus provisor huius loci secundum regulam existens hunc qui modo nobiscum regimen coenobii ministrat a se numero sextum (5). *Catalogum abbatum ante Ramuoldum* C *et praelaturae per annos 145 vacationem ab Emmerammensibus recentioribus producta* (6) *antiquitas penitus ignoravit* (7). — 2° *Bona Sancti Emmerammi simul in duas partes divisit sanctus episcopus, quarum unam monachis reliquit, alteram* sibi et sacerdotibus suis *reservavit* (8). *Ea autem ratione partitio facta est* ut non solum quantitate maiora sed etiam qualitate meliora *episcopo fuerint deputata* (9), *et quidem ex iis quae* beati Emmerammi bona (10), sanctorum bona (11) *dicebantur. — Hinc plane evidens fit :* 3° *ad bonorum divisionem* S. Wolfkangum *minime venisse ut ius exemptionis monachorum confiteretur et a praedecessoribus suis ipsis illatam iniuriam resarciret, sed ut gravibus incommodis ex pristino rerum statu enascentibus mederetur. Contra animo vix non anxio et veluti de suo iure dubitans manum operi admovisse videtur, cum dixerit :* vix etiam poenas evadere poterimus, qui sanctorum bona famulatui nostro deputavimus (12). *Fallaciae igitur convincuntur conditores diplomatum quibus monasterii exemptio a Carolo Magno* (13), *Ludovico Pio* (14), *Arnulfo* (15) *imperatoribus et Leone III pontifice* (16) *asseritur vel confirmatur. —* 4° *Nedum* Wolfkango *in animo fuerit antiquam Sancti Emmerammi libertatem instaurare, neque tum, cum abbatem constituit, monasterium exemptum esse* E *voluit. Quod paucis ostendendum* (17).

Monasterii tunc nondum exempti

54. *Facta bonorum divisione, a sede non ilico fuit divisum coenobium, ipso testante sancto viro :* beati Emmerammi bona quae me perdere conquesti estis, perdere nolo, sed illi cui tradita sunt et servorum Dei usibus et nostrae sedi omnimodis conservare volo (18); *et abbatem coenobio praeposuit sibi subordinatum, non quidem merum episcopi vicarium, sed abbatem* secundum regulam (19), *qui, licet omni gauderet potestate, quae praelato a regula confertur, praesuli tamen subiectus esset. Clare elucet monasterii continuata subiectio ex inspectis codicibus traditionum tempore Ramuoldi abbatis* (20). *Quamvis frequenter a solo abbate donationes acceptentur, non raro tamen ipse episcopus interveniens indicatur in instrumentis, hac fere formula :* tradidit ad Sanctum Emmerammum et fratribus inibi famulantibus in manum videlicet episcopi Wolfkangi et abbatis Ramuoldi (21). *Mirum sane in solis fere concambiis eos coniunctos occurrere* (22), *quamquam etiam simplicem traditionem ambo suscipiant* (23). *Habemus insuper exemplum Adalperti monachi* cum licentia episcopi Wolfkangi mancipia ad Sanctum Emmerammum *tradentis* (24). *Nec praetermittendum diploma, datum* F *anno 980, quo Otto II monachis S. Emmerammi bona quaedam confirmat* (25), *et cuius formula iisdem fere verbis conceptum est quibus instrumentum*

degentium... Anamodi lib. I *Traditionum*, tr. LVII, apud Pez, *Thes. Anecdot.*, tom. I, 3, p. 249. *Et statim episcopus* [Ambricho] *consuluit monachos atque canonicos si voluntas eorum esset...* Id., tr. XVII, ibid., p. 213-14; vide etiam lib. II, trad. XV, p. 275; et Böhmer-Mühlbacher, *Regesta Imp.*, I, n. 1729. — (1) Arnoldi, lib. II, n. 9. — (2) Supra, num. 49. — (3) Arnoldi lib. II, n. 10; *Vitae* c. XVI. — (4) Anno 959, 9 iunii. *MG.*, Diplom. Ottonis I, n. 203, p. 282. — (5) Arnoldi lib. II, n. 48. — (6) Christophori Erythropolitani Tubertini, *Historia episcoporum Ratispon. nec non abbatum monasterii S. Emmerammi*, apud Oefele, tom. I, p. 547 sqq.; [J. B. Kraus] *Ratisbona monastica*, ed. 4ª, c. XXVI sqq., p. 130 sqq.; *Vigilia sanctorum seu series abbatum monasterii S. Emmerammi Ratisbonae symbolice proposita textibus chronologicis sanctorum patrum praecipue illustrata nomini et honori reverendissimi perillustris ac amplissimi S. R. I. praesulis domini domini Wolfgangi exempti et imperialis monasterii ad S. Emmerammum abbatis vigilantissimi in ipsa natali gloriosi sui nominis festo die 31 octobris MDCCXXII humillime oblata et dedicata.* Ratisbonae, 1722, 2°, 6 fol. — (7) Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, Excurs C, *Aebte zu St. Emmeram vor Ramwold*, p. 418-21. Historicam abbatum seriem illustravit Braunmüller, *Reihe der Aebte von St. Emmeram, Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-Orden*, 1883, tom. II, p. 118-134. — (8) Arnoldi lib. II, n. 10. — (9) Ibid. ad finem. — (10) Ibid. — (11) Ibid. — (12) Ibid. — (13) Böhmer-Mühlbacher, *Regesta Imp.*, I, n. 343. — (14) Ibid., n. 980. — (15) Ibid., n. 1866. — (16) Jaffé-Ewald, *Regesta pont. Rom.*, n. 2500. — (17) Optime de re disserit Hansiz, *Prodromus*, c. XIV, p. 86 sqq. — (18) Arnoldi lib. II, n. 10. — (19) Arnoldi lib. II, n. 48. — (20) Editi sunt a B. Pez, *Thes. Anecdot.*, tom. I, 3, p. 88 sqq., et a Wittmann, *Schenkungsbuch des Klosters S. Emmeram zu Regensburg, Quellen und Erörterungen zur Baierischen und Deutschen Geschichte*, tom. I, p. 1-14. De his codicibus traditionum nuper disseruerunt O. Redlich, *Ueber bairische Traditionsbücher und Traditionen, Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*, tom. V (1884), pp. 25, 27, etc.; recentius, B. Bretholz, *Studien zu den Traditionsbüchern von S. Emmeram in Regensburg*, ibid. tom. XII (1891), p. 1-45. — (21) Pez, l. c., c. XIV; etiam cc. XI, XVI, XVII, XXII, XXIV-XXIX, XXXVIII. — (22) Rem iam notavit Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 366-67. — (23) Ita ap Pez, l. c., c. XXVIII. — (24) Wittman, l. c., n. V. — (25) *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 230, p. 258.

simile

AUCTORE H. D.

simile, ante Wolfkangi *tempora, ab Ottone I concessum* (1); *negotium quoque peragitur per interventum* Wolfkangi venerabilis Ratisponensis episcopi et fidelis nostri Ramuoldi abbatis. *Praecipuum vir doctus quidam momentum ponere visus est in sequentibus verbis :* ea tamen ratione ut si episcopus eidem monasterio praesidens aut aliqua potens persona hanc traditionis firmitatem violenter infringere voluerit *etc., quasi imperator intenderit novam* Wolfkangi *constitutionem agnoscere et sancire; quare, citatum diploma " primum immunitatis privilegium „ nuncupare non dubitat* (2). *Verum nulla in his formulis inest vis singularis, et veterem rerum statum exprimunt, cum ex antiquiore instrumento, diu ante divisionem emisso, transsumpta fuerint* (3), *nec secus atque antea* episcopus eidem monasterio praesidens *dicatur, quod exemptioni quam maxime adversatur. Unum concedendum arbitror, ipsa munerum et bonorum divisione ad exemptionem, quae diu postea subsecuta est,* S. Wolfkangum *viam stravisse.*

fata diversa

55. *Vix egregius praesul ad caelos evolarat, cum Ramuoldus* in regimine monasterii seu procura- B tione coenobii per temptationes varias adversitates *perpeti coepit* multas. *Sic Arnoldus* (4), *qui harum calamitatum narrationem prosequitur, ea tamen ratione ut non valde perspicue exponat quaenam tandem a Gebehardo episcopo coenobio illatae fuerint iniuriae. Ex Ottonis III imperatoris reprehensione, quando abbatem monasteriumque tuendum suscepit, colligi debet episcopum* Wolfkangi *statuta evertere, atque monachorum bona repetere tentasse.* Sint tibi, *loquitur imperator,* tua ad episcopatum iure pertinentia; monachorum bona maneant illis vallata sub omnium bonorum tutela (5). *Cum ius appellat imperator, probabile efficitur* Wolfkangi *ordinationem ratam fuisse habitam, tum fortasse cum Gebehardus,* Wolfkango *succedens, Ratisponensem cathedram ascendit. Nec ille diu Ottonis III monitis obtemperasse videtur* (6). *Nam, cum anno 1009 Heinricus II Ratisponae versaretur,* confratres de monasterio Christi martiris Emmerammi, *ita Tiethmarus,* unanimiter regis pedibus provoluti, ex parte praesulis suimet Gebehardi multa flebiliter, me eadem audiente, queruntur, et laici praesentes magnis lamentationibus hiis subse- C quuntur (7). *Tandem, anno 1021 ab eodem Heinrico II confirmationem impetrarunt bonorum, qua et* Richolfus eiusdem loci abbas suique successores liberum exinde *accipiunt* potestatem quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantummodo fratrum ibidem sub regula sancti Benedicti Deo sanctoque Heimmerammo famulantium (8). *Non aliis verbis usus est pluribus post saeculis imperator Rodulfus bona Emmerammensium similiter confirmans* (9). *Nemo tamen credat ab anno 1021 exemptionem monasterii viguisse, litesque cum episcopis tunc tandem compositas fuisse. Quando* D *suum dialogum scribebat Arnoldus (1037), mutua certe vigebat diffidentia, et verbis sibi cavendum existimabat* (10) ; *attamen subiectionem candide fatebatur :* tibi vero quia sic placet, imo quia iustum est, habeamus pacem cum eis [episcopis] et simus subditi illis (11). *Adversus episcopum Gebehardum III Emmerammenses protegere adnixus est imperator Heinricus III, qui teste Othlono,* propter amorem Dei et propter privilegia monasterii nostri i n t e r i m i n v e n t a in regiam potestatem idem monasterium *recepere decreverat. Sed,* priusquam illa iam commemorata consummarentur beneficia a praedicto Caesare, defunctus est, tantaque episcopi persecutio exinde super nos esse coepit qualis nunquam antea fuit (12). *Defunctus est Heinricus anno 1056; hoc circiter tempore privilegiorum commenticiorum S. Emmerammi primum mentio facta est.*

56. *Si harum simultatum historiam persequi in animo esset, longam tereremus narrationem ad saec. XIV usque certe deducendam, quod a proposito nostro nimis alienum est* (13). *Pauca addenda sunt de ratione qua Othlonus mutuum sedis et mona-* E *sterii statum exponit. Qui eius scripta legerit, complura animi in episcopos offensissimi vestigia, et fabularum omnium, quae de pristino coenobii statu paulatim effloruerunt, germina deprehendet. Exemptionis, a Carolo Magno concessae, figmentum aperte exponit* (14); *quod mirum nemini videbitur, cum privilegia monasterii,* interim inventa (15) *legisset, ut nihil amplius dicamus* (16). *In Vita quoque* S. Wolfkangi *videre est quantum se studio partium a vero abduci sinat. Arnoldum exscripserat de prisca consuetudine,* ut qui antistites, iidem essent et abbates (17), *et hoc quidem in prima operis sui recensione* (18), *ubi etiam dictum illud nonnihil emollierat. At postea citata verba expunxit, advertens fortasse ea minus quadrare cum sequentibus quae de suo addiderat :* Sed hoc inde accidit quia dum praesules coenobium praedictum ab imperatoribus vel regibus obtinentes in potestatis suae arbitrium redigerent, obeunte illo quem invenerunt, nullum deinceps abbatem substituere curaverunt. *Arnoldi enim sententia commendae fabulam periinebat, cuius hic locus Othloni primum praebet indicium. Etiam ex animo exulcerato fluunt querelae de omnimoda destructione spiritualis vitae,* multis F pseudo-praepositis sibi succedentibus (19), *quando de iisdem pacate, immo cum laude Arnoldus loquitur. His sufficienter probatur Othloni testimonium in hac causa caute accipiendum esse, cum suis fontibus inscius vel conscius male usus fuerit. Ut tamen cuique suum tribuatur, Othlono non deberi putem quae in multis codicibus leguntur de divisione bonorum ea ratione perfecta ut* cuncta praedia Sancto Emmerammo sive a regibus seu ceteris principibus collata et ab antecessoribus suis

haud sincere ab Othlono exposita.

(1) *MG.*, Diplom. Ottonis I, n. 203, p. 282. — (2) Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 388-89. — (3) *MG.*, Diplom. Ottonis I, n. 203. Hinc nonnihil forte emendanda quae de consimili argumento scripsit Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 180-81. — (4) Arnoldi lib. II, n, 31 *MG.*, Scr. tom. IV, p. 566. — (5) Arnoldi lib. II, n. 33, ibid., p. 567. — (6) Abbatem Wolframmum Ramuoldo suffectum fuisse non ex fratrum electione, sed aliunde vocatum forte indicat Arnoldus, lib. II, n. 48 : *Post reverendum patrem Ramuoldum regimen huius monasterii suscepit abbas Wolframmus et ipse mansuetudine ceterisque virtutibus Dei servus. Hic habuit successorem ex collegio fratrum abbatem electum, nomine Rihboldum. MG.*, Scr. tom. IV, p. 569. Cfr. Hirsch-Pabst, *Heinrich II*, tom. II, p. 214-15. — (7) *Chronicon*, lib. VI, c. 28, *MG.*, Scr. tom. III, p. 817. — (8) Stumpf, *Reichskanzler*, n. 1759. *Monumenta Boica*, tom. XXVIII, 2, p. 489-90. — (9) Anno 1274, 14 iulii. Hirsch-Pabst, *Heinrich II*, tom. II, p. 216. — (10) Arnoldi, lib. II, n. 9 : *Nam si episcopi haec audierint, fortasse dicent velle te eos rapinarum et iniustitiae notare.* — (11) Ibid. — (12) Othloni, *Lib. Visionum*, visio X, *MG.*, Scr. tom. XI, p. 382. — (13) Lege citatam dissertationem Romani Zirngibl, *Ueber den Exemptions-process*, etc. — (14) *Vita S. Bonifatii*, l. I apud Jaffé, *Bibl. rerum germanicarum*, tom. III, p. 494. — (15) *MG.*, tom. XI, Scr. p. 382. — (16) Lege Heinemann, *Die älteste Translatio des hl. Dionysius, Neues Archiv.*, tom. XV, p. 338-40. — (17) Arnoldi lib. II, n. 8. — (18) *Vitae* c. XV. — (19) *Vitae* c. XVII.

violenter

A violenter abstracta usibus monachorum *sanctus vir reddiderit* (1). *Haec licet non minus Othloni menti consona quam veritati opposita sint, a recentiore interpolatore concepta videntur, qui alios quasdam cum iis consertas lectiones in opus invexit.*

§ VII. De S. Wolfkangi vita eremitica; ubi et de quadam beata Willa virgine Salisburgensi.

Prope coenobium Lunaelacense

57. *Ante annum 1791, quo suppressum fuit, inter antiquiora Germaniae monasteria eminebat coenobium Sancti Michaelis Lunaelacense seu Monseense, in Austria Superiore prope Salisburgum situm* (2). *Postquam imperialibus aliquandiu monasteriis adnumeratum fuit* (3), *traditum est episcopo Ratisponensi, qui usque annum 1127 iure abbatem constituendi usus est* (4). *Commutationem Superioris Monasterii (Obermünster) cum Lunae-* B *lacensi sub episcopo Baturico (817-848) peractam fuisse probant multi adducto diplomate Ludovici Germanici diei 14 februarii anni 833* (5), *quod Sickel adulterinum iudicavit* (6), *quamquam de re in eo asserta dubitandum non videtur, cum annis 837 et 843 ipse Baturicus tamquam Lunaelaci possessor appareat* (7). *Certe sufficiat nobis nullum de re ambigendi locum esse temporibus* S. Wolfkangi, *quippe qui legatur duas traditiones Sancto Michaeli ad Maninseo factas in manus suscepisse* (8). *Porro plurimas inter coenobii possessiones, imprimis notanda nobis sunt locus, cui nomen Abernsee, nemusque adiacens, a Ludovico Germanico, uti perhibetur, donata* (9).

S. Wolfkangum eremitam egisse

58. *Ferunt quippe sanctum praesulem dioecesim suam aliquando reliquisse, et in montem Falconem, Alpibus Iuliis lacuique Aberno adsitum, vitam acturum eremiticam aufugisse, unde et his locis usque in hodiernum diem* Sancti Wolfkangi *nomen inhaeserit* (10). *De hac anachoresi tam late tamque perspicue agunt nonnulli, ut praeter multa praeclare gesta mirabiliaque a sancto praesule patrata, tempus se nosse contendant quo in solitudinem secesserit atque hinc rursus civitatem suam* C *repetierit, nempe annos 982 et 987* (11). *Mirandum sane de tali consilio tantisque miraculis prorsus siluisse Arnoldum, Othlonum omnesque vetustiores annalium compilatores. Quandonam rei fama orta fuerit, postea quaeremus; at paulatim ita crevit eundo, ut inanibus aucta fabellis ad nos devenerit. Quae omnia variis libellis impressis digesta fuerunt* (12), *eaque ex antiquissimo, quod invenire potuimus, latino exemplari desumpta cum lectore communicabimus. Veteri illi* legendae S. Wolfkangi, *cuius in superioribus prostat descriptio* (13), *tota narratio inserta est inter capita XXI et XXIV Vitae Othloni, decurritque a folio D.III^r ad E.V^v; singulas autem pericopas, uti monuimus, adiacentes icones illustrant.*

AUCTORE H. D.

narrat quaedam legenda

59. Hic signatur quomodo sanctus Dei cernens applausum populi, immo et ab imperatore et magnatibus plurimum sibi honorem impendi, declinans cenodoxiam ac metuens domini vocem terribilem qua in evangelio contra hypocritas, qui omnia propter gloriunculam hominum captandam faciebant, clamat : amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Quapropter assumpto fideli comite, ut pie creditur, ex divina inspiratione simul et dispensatione, clam relicta Ratisbona, perrexit cum socio Salisburgam versus, et ibi inter alpes circuiens, multam quasi per annum cum socio sustinens famem, sitim et certas corporis molestias, tandem Dei nutu circa lacum dictum Abernensee, nunc sancti Vuolfgangi, resedit; hac reor de causa locum ibi elegit, quia tunc temporis monasterium sancti Michaelis in Mensee ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis adiacens erat in commenda episcoporum Ratisbonensium; quod saepius visitans et destitutum cernens in spiritualibus et temporalibus, compassione motus studuit reformare et reparare. Haud dubium illius beatissimi praesulis nunc usque in hanc gloriam et formam deductum ut tam in spiritualibus quam temporalibus luceat coram hominibus, ut E glorificent Deum et eius famulum Vuolfgangum.

* fol. D.IV^r.

Hic * signatur quod sanctus Vuolfgangus cum socio sic peragrans montana uno die venit ad loca aspera et scopulosa per ascensum rupis (14) dicte Valckenstain. Cuius vertex respicit locum predictum Abernensee. In cuius cacumine cum paululum quievisset, socius eius vehementer cepit anxiari pre sitis et lassitudinis magnitudine. Super cuius afflictione sanctus Dei pia gestans viscera, sese in orationem dedit, a qua surgens Dei inspiratione petram aridam et saxum durissimum baculo, quo artus defatigatos sustentabat, perforavit, ut alter Moyses qui, percusso silice, eduxit aquas largissimas. Non minoris fidei et hic fuit. Mira res. Petra scissa et extracto baculo, perspicue emanant aque. Que nedum ipsum et socium, immo et in hanc horam suos devotos refocillant alumnos. Quibus patratis, socius (15) sancti Dei cognovit (16) sanctimoniam, pariter glorificans (17) et laudans (18) Deum qui dilectoribus suis prebet aquam.

* fol. D.V^r.

60. Hic * signatur quod prefatus comes itineris non valens diutius ferre austeritatem vite sancti presulis Vuolfgangi, petita et accepta benedictione, ipsum virum Dei solum reliquit inter montes et colles, sed ipsi sancto Dei dilectam solitudinem.

* fol. D.VI^r.

Hic * signatur quomodo sanctus Vuolfgangus post abscessum socii conabatur progredi et ascendere per viam inter duos (19) monticulos, videlicet Valkenstain et alterum oppositum. Videns autem Sathan tantum viri Dei profectum in austeritate vite et invidens, motum terribilem concitavit, ut viro Dei videretur montium collisio et vite sue ingruere de prope excidium. Quo viso, vir Dei se in modum crucis tergotenus monti casum minitanti (20) opposuit et se convertit E ad orationem. Hoc facto, cito disparuit prestigium daemonis. Signum crucis manum ac caput quomodo sanctus Dei rupi impresserit, usque in hanc lucem obtutibus hominum exhibetur (21) cernendum et mirandum.

* fol. D.VII^r.

Hic * signatur quod sanctus Vuolfgangus, depulsa diabolica illusione, ut prefertur, ascendit iugum montis, donec verticem attigit seu cacumen tenuit (22); de quo in vallem latam prope lacum prospexit ubi iam statua crucis erecta cernitur. Ibi flexo poplite, manus protendit in celum, Deum deprecans quatenus ei locum ostenderet, ubi sibi servitutis pensum redderet. Surgens ergo ab oratione, divino, ut credi-

(1) *Vitae* c. XVI, in apparatu critico. — (2) De Lunaelacensi historia scripserunt [Abbas Bernardus Lidl] *Chronicon Lunaelacense*, Pedeponte, 1748, 4°; O. Schmid, *Beiträge zur Geschichte des ehemal. Benedictiner Stiftes Mondsee in Ober-Oesterreich* in *Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-Orden*, 1882, tom. II, p. 129-139, 283-296 et 1883, tom. I, p. 98-106, 324-33; tom. II, p. 102-108, 319-30; Hirsch-Pabst, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich II*, tom. II, p. 322 sqq. — (3) *Constitutio de servitio monasteriorum*, *MG.*, Leg., tom. I, p. 223. — (4) Vide litteras Innocentii II, diei 8 decembris 1142, Jaffé-Ewald, *Regesta PP. RR.*, n. 8252. — (5) Böhmer-Mühlbacher, *Regesta Imperii*, I, n. 1310. — (6) *Beiträge zur Diplomatik*, I, *Sitzungsberichte der Wiener Akad.*, tom. XXXVI, p. 350. — (7) *Codex Traditionum monasterii Lunaelacensis*, in *Urkundenbuch des Landes ob der Enns*, tom. I, p. 82 et 86. Cfr. Arnoldi lib. I, n. 1; *MG.*, Scr. tom. IV, p. 550. — (8) Ibid., p. 87 89.— (9) Anamodi *Codex Traditionum Sanct. Emmerammensium*, lib. I, c. VII, ap. Pez, *Thesaurus Anecdotorum*, tom. I, part. 3, p. 205. Diploma Ludovici imp. editum in *Urkundenbuch des Landes ob der Enns*, tom. II, p. 12, spurium est. Lege Böhmer-Mühlbacher, *Reg. Imp.*, I, n. 1301. — (10) St. Wolfgang, Markt und Gemeinde, Oestreich ob der Enns, 1 3/4 meile von Ischl, N.O. an gleichnamigen See. Rudolph, *Ortslexicon von Deutschland*. — (11) *Chronicon Lunaelacense*, pp. 102, 105. — (12) Primus sermone vernaculo anno 1515 editus fuit, uti supra n. 22 indicavimus. Reliquos citabimus infra, nn. 94, 96. — (13) Supra, n. 20. — (14) *Correxi*, ruptis *habet ed.* — (15) Socios *ed.* — (16) Congnovit *ed.* — (17) Glorificantes *ed.* — (18) Laudantes *ed.* — (19) Duas *ed.* — (20) Minitanti *ed.* — (21) Exhiberetur *ed.* — (22) Tenui *ed.*

AUCTORE H. D.

ditur, instinctu proiecit de vertice montis in vallem, asciolam seu securim (1) sub hoc proposito ut ubi eam reperiret, ibi se constructurum tugurium, in quo, sicut dicebatur, Deo servitutis suae miliciam (2) offerret. Mira res. In hoc sancto impletur quod dicit scriptura: Mutabunt sancti fortitudinem, assument pennas ut aquile, volabunt et non deficient. Ipse namque de monte discedens (3), et diu vallem circuiens, tandem asciolam supra saxum circa lacum Abernensee invenit. Ubi et nunc ecclesia ac sacellum in monimentum huius rei se exhibent.

* fol. D.VIII^r.

61. Hic* signatur quod sanctus dei Vuolfgangus, ut dicebatur, reperta in loco saxoso prope lacum asciola (4) flexis genibus divinam exorabat clementiam, ut quid (5) sue beneplacitum esset voluntati certo ostenderet indicio, quomodo intenderet ibidem erigere sibi ad manendum ediculam. Accepto igitur signo divinitus, adiecit etiam orando ut ipsa divina pietas eos dirigeret ad salutarem sue petitionis effectum, qui sue misericordie ibi implorarent auxilium. Cognovit enimvero in spiritu aliquando se ibidem a fidelibus in sincera devotione visitandum.

* fol. E^r.

Hic* signatur quod sanctus Wolfgangus accepto divino oraculo cepit struere ediculam supra petram. Ibi exolvebat Deo munia laudis in magna alacritate et cordis sinceritate. Edificavit quoque oratorium iuxta domunculam in quo iugiter Deo obtulit spiritum contritum et humiliatum, seipsum sacrificans per carnis mortificationem; nec absurde creditur sanctum Dei demoni imperasse et advocasse ad oratorii erectionem. B Licet enim sanctis hominibus imperare demonibus et auctoritate cogere ad aliqua agenda, ex quibus resultat gloria Dei et sanctorum suorum apparet meritum ac postremo ignominia inde accrescat Sathane (6).

* fol. E.II^r.

62. Hic* sanctus Vuolfgangus cum die quadam dominica propter vite austeritatem defatigatis artubus sopore pressus paululum pertransisset mediam horam noctis, qua servi dei expergisci solent ad confitendum nomini Domini, ipse sibi indignatus egressus tugurium allidere satagebat ad petram manus pedes ac genua, quodammodo exacturus cruciatum corporis pro penitentia, que religiosis pro culpis commissis infligi consuevit. Sed divina bonitas hominibus ostendere volens quanta amorum praerogativa sanctus ille apud se luceret, contra naturam saxum mollescere velut limus seu argilla cepit. Que vestigia hodie aduc se visibus ostentant.

insulse fabulosa.

* fol. E.II^v. ** fol. E.III^r.

Hic* signatur quomodo tugurio et capella constructis, sancto Dei diabolus apparens dixit: Quid mihi premii dabis, qui satisfeci tuo imperio in erectione** tue edicule? Coniecturabat namque Sathan multa signa et miracula ibidem fienda, dixitque ad sanctum Vuolfgangum: Scio te multos hominum quesituros in loco illo et tuum suffragium imploraturos. Quamobrem mihi primum dona peregrinum qui hoc visitabit tugurium. Sanctus respondit Wolfgangus: Sustine in crastinum, et primum quod tibi occurret accipies pro mercede tua. Quam pollicitationem Sathan colligens sustinuit in crastinum. Interim sanctus se dedit in orationem, divinam efflagitans clementiam ne alicui hominum in hoc loco antiquus hostis valeret inferre C molestiam. Qua prece completa, summo mane astabat Sathan impletionem pollicitationis sibi facte expectans. Quid ni fallar, apropiavit tugurio lupus. Ecce, inquit sanctus Vuolfgangus, merces tua; tolle quod tuum est et vade. Diabolus voce horribili inclamavit dicens: O episcope, decepisti me; decepisti me, episcope. Heu me quia sic turpiter deludor a vobis. Et accipiens lupum cum magno furore discerpsit, et eiolans ac clamans disparuit. Nec mirabere hec legens, stomacho labia promoveas, vach dicens, ut quid hic apocriphorum sompnia ventilabat pruriens vulgi auribus. Esto sint apocrypha, inpudenter non concerto. Sed quis nesciat ea etiam que contra fidem non militant, sola fide digna priscorum relacione et monimentorum exhibitatione devotioni et moribus fidelium accomodanda.

* fol. E.IIII^r.

63. Hic* signatur quomodo die quodam dum presul sanctus in orationum frequentia persisteret, haud dubium quin Dei nutu venator quidam tugurio, in quo sanctus manebat, apropinquabat, feras insequens et aucupio intendens, quia tunc temporis locus iste densissimis septus erat dumentis et frutectis. Agnovit autem ipse venator dignum Deo praesulem, quia aliquando eum Ratisbone viderat. De D quo plurimum ipse sanctus turbatus et pavefactus fuit; timebat enim ne se proderet Ratisbone et sic dilecta privaretur solitudine. Factum est quod sanctus timuit. Noluit enim Deus amplius lucernam latere sub modio, sed ponere super candelabrum ut luceret omnibus qui in domo Dei sunt.

* fol. E.V^r.

Hic* veniunt ad denunciationem venatoris missi a Ratisbonensibus legati celebres de clero et populo, duce praefato venatore, ad praesentiam dignissimi sui praesulis. Quem intuentes vix cognoscere potuerunt; tabefacta namque et marcida facies sua fuerat pre nimia inedia (7) et carnis afflictione. Procedentes tandem ad pedes ipsius, adoraverunt salutantes et paternam benedictionem petentes. Veni, veni, inquiunt, nobiscum, pater et episcope animarum nostrarum. Solare quos dudum orphanos reliquisti; expectat te nempe clerus cum populo tamquam dimidium anime sue.

* fol. E.VI^r.

Hic* missi legati a Ratisbonensibus amabilem ac venerandum suum presulem cum magno tripudio ex deserto Alpium reducunt Ratisbonam. Mira res. Etsi lingua hominum sileat, lapides clamabunt quantum hic sanctus Deo charus fuerit. Dum enim presul edicule abiturus verteret dorsum, et ipsum tugurium, quasi habitatorem sequi vellet, se vertit. At sanctus conversus ait: Precipio tibi per Deum ut ibi maneas, quia voluntas Dei est ut me ibi homines querant, quibus ipse misericordiam et solacium exhibebit. Verum in loco ubi corpusculum meum humo operietur, de E me fiet silentium. Itaque hinc sanctus Vuolfgangus Ratisbonam cum gloria abducitur. Ingressusque Ratisbonam in ecclesiam sancti Petri collocatur. Ibi quantam exceperit obviam turbam clericorum et devotorum laicorum cum magna gratulatione se excipientium, non facile dixerim. Mentes sancto Vuolfgango devotae (8) et presertim alumpnorum suorum Ratisbonensium hec excogitent. Qualem vero post haec (9) vitam beatus presul duxerit, non facile expresserim (10).

Testimonia antiquorum

64. *Hucusque legenda vetus, cuius longiora exscripsimus fragmenta ad illustrandum rhythmum seu Vitam rhythmicam* S. Wolfkangi, *quam edidimus. Est ille rhythmus paulo antiquior* (11), *sed obscure et intricate eadem circiter exprimit quae in legenda planissime narrantur. Cum utrinque pauca illa quae forte vero consonant, fabulis implexa sint, inquiramus ilico documenta melioris fidei, quibus de sancti nostri commoratione in eremo constare videatur. Imprimis notare iuvat de populi concursu ad ecclesiam* S. Wolfkangi *prope Lunaelacum antiquius testimonium non prostare litteris indulgentiarum anno 1306 a Bernardo episcopo Pataviensi datis* (12), *ex quibus praecipuum locum excerpimus:* Cupientes igitur ut ecclesiam sancti Wolfgangi nostrae dioecesis, F sitam (13) circa lacum in Maense, quae populoso frequentari consuevit accessu ob ipsius beati Wolfgangi patrocinia quae multipliciter ibidem claruisse dicuntur, indulgentiarum largis muneribus honorare, quatenus populi per diversa mundi climata illac concurrentes, dum lassantur corpora et taedio deprimuntur exilii, spiritualium deliciarum reficiantur dulcedine, et votivis per laborem reficiantur praemiis, omnibus vere paenitentibus *etc. Anno 1317, decem episcopi, communi data epistula, uti tunc moris erat, novas indulgentias singuli concedunt* (14), ut monasterium sancti Michaelis in Mense Pataviensis diocesis congruis honoribus frequentetur. *Non aliter loquuntur episcopi, anno 1324 similes concedentes indulgentias* (15). *Et haec quidem ostendunt saec. XIV*

(1) Securum *ed.* — (2) Maliciam *ed.* — (3) Dividens *ed.* — (4) Ascio *ed.* — (5) Quid *supplevi, om. ed.* — (6) Eadem referre incipit abbas Bernardus (*Chron. Lunael.*, p. 103), his verbis, quae loco commentarii subicimus. *Aliud vir sanctus moliturus aedificium ecclesiam cum altari exstruere inchoavit in loco a cella 13 cubitis distante. Bino huic operi perficiendo si antiquitati, manuscriptis, picturis, traditioni ac typo fides, ut par est, adhibenda, suam daemon in congerendis structurae necessariis locasse operam perhibetur.* — (7) Media *ed.* — (8) Devoto *ed.* — (9) Hanc *ed.* — (10) Sequuntur quidam loci communes de virtutibus episcopi, loco capitum XXII, XXIII *Vitae* a. Othlono.— (11) Supra, n.16. —(12) *Chronic. Lunael.*, p. 165, ubi perperam sub anno 1307 ponuntur. — (13) *Correxi. ed. habet* suam. — (14) *Urkundenbuch des Landes ob der Enns*, tom. V, p. 627-28; in *Chronico Lunael.*, p. 165 male sub anno 1307. — (15) *Chronicon Lunael.*, p. 167-71.

S. Wolfkangum

AUCTORE H. D.

A S. Wolfkangum *iis in locis fidelium devotione celebrem fuisse. De eius* patrociniis *quae ibi claruerint, utique fit mentio; de incolatu vero miraculisve ab eo in vivis agente ibidem patratis nihil legimus. Gesta in eremo primus commemorat Albertus episcopus Pataviensis, in litteris indulgentiarum 18 iulii 1369, his verbis :* Sane, quia egregius et beatus Christi confessor Wolfgangus in praesenti capella quam, ut fertur, propriis manibus construxit et mirifica inibi caritatis ac verae contritionis et paenitentiae opera devote explevit, quare digne in recolendam vertitur hominum memoriam qui ibidem meruit quod translatus est ad gloriam sempiternam (1). *Ergone dicendum intra annos 1324-1369 haec omnia excogitata fuisse, et rei famam spargi coepisse?*

et Aventini perpenduntur,

65. *Audire iuvat Aventinum, a quo plerique moderni scriptores, qui* S. Wolfkangi *anachoresim non prorsus silentio premunt, rei historiam hausisse videntur. Hic quidem puerilia a Lunaelacensibus venditata reticet, factum vero recessus recipit, huiusque causam refundit in bella intestina, quibus anno 976 Bavaria perturbari coepit* (2). B *Postquam de Ramuoldo abbate notaverat :* Ibi *(Ratisponae)*, habito consilio, Ramovalda divi Haemerami praesul, quod Honorico faveret, capitur, Treveros relegatur (3), *quod cum Arnoldi dictis non perfecte cohaeret* (4), *pergit :* Voliphogangus pertaesus civilia arma ad Alpium Noricarum deserta secedit. *Et in chronico suo germanice scripto :* Hainrich der pischof von Augspurg, graf Berchthold von Scheirn, abt Ramwold von sant Haimeran warden gefangen und in das elend verschickt. Sant Wolfgang het ain grossen verdries an sölchem krieg zwischen den nechstgesipten freunden, dan der kaiser und herzog Heinrich waren zwaier brüeder sün. Er floch in das pirg, haust zu Mainsê im closter, das derselben zeit dem pistumb zu Regenspurg zuegehöret (5). *At paucis supra lineis, causam paulo diversam insinuat :* auch sant Wolfgang der pischof ward verdacht in disen sachen (6). *Haec ab Aventino desumpta fuisse ex rhythmo seu Vita rhythmica, uti subdubitans conicit Riezler* (7), *vix admittere ausim, cum neque anonymus poeta de bello civili, neque Aventinus de desiderio vitandi hominum strepitum et honores, neque de quin-* C *quennio in desertis acto* (8) *ullum verbum dicat, neque de tot prodigiis sancto ab eodem tributis quicquam insinuet. Crediderim potius Aventinum a populari fama factum recessus* S. Wolfkangi *accepisse, idque ex historia factionum illius aetatis illustrare voluisse. Et quidem fatendum est historiam vitae eremiticae sancti episcopi, prout ab Aventino exponitur, veri simillimam apparere. Ut enim taceam illam inniti traditioni satis antiquae certoque loco alligatae, non est cur miremur* S. Wolfkangum *suam civitatem aliquantisper deserere coactum fuisse, quando abbati ab ipso constituto Treveros aufugiendum fuisse constet; locum refugii ab eo electum esse territorium coenobii Lunaelacensis, probabilitate non caret, siquidem tunc temporis dominium illud episcoporum Ratisponensium erat. Hisce momentis, quamvis argumentum inconcussum haud efficiant, prudens quisque moveri potest ut factum commorationis* S. Wolfkangi *in tractu Lunaelacensi non neget.*

et aliorum locorum similis traditio.

66. *In aliis quoque locis* S. Wolfkangum *vel aliquando se occultasse vel portentosis operibus claruisse memoriae proditum est. Et imprimis narrant eum desertum quoque Schwindauense, in Bavaria superiore, dioecesi olim Frisingensi, aliquandiu incoluisse* (9). *Fertur in illa eremo quosdam anachoreticam vitam duxisse, atque sanctum virum, comite monacho quodam Emmerammensi, illuc se contulisse; cum vero insepulta repperisset nonnullorum eremitarum corpora, quos Ungarorum furor pro fide necaverat, eorum ossa in unum collegisse locum; cellam insuper sibi construxisse et oratione ad Deum fusa aquam salutiferam excitasse, quarum ex rerum memoria locus* Sancti E Wolfkangi *nomen acceperit, ubi postea ecclesia collegialis haud incelebris erecta est* (10). *In ecclesia* Sancti Wolfkangi *prope Baumburg, ostenditur saxum cui nomen* S. Wolfgangi Rast *in memoriam sancti qui in eodem quieverit, pedumque vestigia reliquerit* (11). *Similem exstare audio in St. Wolfgang (Weng) dioecesis Passaviensis* (12); *etiam, ni fallor, in loco dicto Wolfgangstein haud procul a monasterio Cremifanensi, et in St. Wolfgang am Stein prope Schlägl* (13). *" Complures aiunt, ita Dobner* (14), *„* S. Wolfkangum *in Bohemia eremiticam vitam „ egisse, et vestigia illa pedum petrae impressa, „ quae locis pluribus, praesertim circa Chudenicium pagum et ultra Krupnam venerationi „ etiam hodie sunt, manifesto esse testimonio, „ nempe impressa fuisse cum peregrinaretur ut „ pastor vel commoraretur ut eremita ..... Quod ad „ vestigia pedum saxo incisa attinet, ea spectantur „ non solum in Bohemia sed aliis etiam quibusque „ regionibus, praesertim ubi honori eius condita „ sunt templa, quas nunquam vel pede tetigisse „* S. Wolfkangum *certum est. Facta autem sunt „ venerationis causa ista vestigia, quae passim „ fere uniformia sunt, ad similitudinem veterum* F *„ illorum quae Ratisbonae publicae venerationi „ prostabant. „ Nisi quod memoria labitur doctissimus vir Ratisponam ponendo pro Lunaelaco, eius iudicio prorsus adhaerendum existimamus, nec pauca quae de monumentis in Schwindau* (15) *aliisque locis servatis colligere potuimus aliud asserere permittunt. Ex his igitur, quae modo enumeravimus, colligitur quam late sparsae fuerint fabulae Lunaelacenses* (16). *Earundem originem*

(1) *Urkundenbuch des Landes ob der Enns*, tom. VIII, p. 424-425, *Chronic. Lunaelac.*, p. 184-185. — (2) *Annales Iuvavenses maiores, MG.*, Scr. tom. I, p. 88; *Ann. Hildesheim., MG.*, Scr. tom. III, p. 64; Diploma Ottonis II, 22 iulii an. 976, *MG.*, Diplom. tom. II, p. 153. — (3) *Annales*, lib. v, c. 3, *Sämmtliche werke*, tom. III, p. 21. — (4) Arnoldi lib. II, n. 40. — (5) *Chronik*, V Buch, cap. 8, *Sämmtliche Werke*, tom. V, p. 277. — (6) Ibid., p. 276. Addatur interpretatio quam expressit [von Lory] *Chronologischer Auszug der Geschichte von Bayern.* München, 8°, tom. I (1782), p. 285, ad a. 976 : " Der hl. W... um zwischen dem Kaiser und dem Herzog neutral zu bleiben verbirgt sich in einer einöde unweit des Abersees. „ — (7) *Ioh. Turmaiers... Sämmtliche Werke*, tom. III, p. 21, not. — (8) Verss. 62 sqq.; v. 89. — (9) M. v. Deutinger, *Die älteren Matrikeln des Bisthums Freysing.* München, tom. I (1849), p. 158 sqq. — (10) J.-B. Lechner, *Wahrhaffte Relation und grundlicher Unterricht von dem Ursprung des Stiffts Gotts-Haus S. Wolfgang in Schwindau, Freysinger Dioeces Chur-Bayerischen gefürsteten Graffschaft Haag gelegen*, in *Ratisbona Monastica*, 4ª ed., p. 85-88. De cultu S. Wolfkangi in Schwindau quaestio movebitur ubi de eiusdem gloria postuma, — (11) Ita ad nos scribitur ex ordinariatu Monacensi litteris datis 12 febr., an. 1892. — (12) Litterae ab ordinar. missae 16 apr., ann. 1892. — (13) Gl. post. § III. — (14) *Wenceslai Hagek a Liboczan Annales Bohemorum*, Pragae, 4°, tom. IV, p. 193-194. — (15) De monumentis ad S. Wolfkangum pertinentibus in Schwindau servatis lege opus *Getreuer Seelenfleiss*, etc. (cuius titulum longissimum vide infra, De gloria postuma § 2), praecipue p. 70-73. — (16) Similes traditiones in parochia Trattenbach dioec. Vindob., legesis infra, De glor. post. § 3.

investigare

AUCTORE H. D.

investigare ad eos spectat qui popularis phantasiae figmentis delectantur. Quam plurima illi noverunt exempla virorum insignium quibus, si vulgus audias, locus exstruendi templi divinitus monstratus sit, vel daemonis opera in aedificando locata, sub condicione mercedis primae animae, a qua semper eodem pacto inimicus fuerit defraudatus (1); *innumeri quoque sunt qui pedum vel corporis vestigia lapidibus impresserint* (2). *Talia et de* S. Wolfkango *circumferri potuisse, certo ostendunt illum ex iis fuisse, quibus praeclare gestorum fama alte animis hominum insedit.*

De B. Willa.

67. *Binis in locis* Historiae Salisburgensis *narrat Mezger se ex monumentis coenobii Nonnbergensis seu Sanctae Erentrudis didicisse beatam quandam Willam seu Billam* S. Wolfkango *eremicolam agenti sociam et quasi sororem fuisse, cuius, ut loquitur "clara cum sanctimoniae fama memoria „ superest, locusque sepulchri creditur esse prope „ ingressum ecclesiae[Nonnbergensis]ad sinistram, „ qui rubeis quibusdam cancellis vallatus visi„ tur* (3). „ *De hac beata femina, cuius nomen reticuerunt omnes paene qui data opera rem hagio-* B *graphicam excoluere, paucis colligere hic locus est quaecumque ad notitiam nostram venerunt, postquam de re interrogatus, Salisburgensia monumenta perscrutatus est inventaque benevole nobiscum communicavit R. P. Willibaldus Hauthaler, O. S. B. Monasterii Sanctae Erentrudis Nonnbergensis necrologio* (4) *ad diem 15 octobris inscripta sunt haec duo nomina Walahin, Willa m[onia]les s[anctae] E[rentrudis]* (5). *Hanc autem Willam diversam non esse ab ea de qua hic quaeritur, suadet Iohannes Stainhauser, in opere manuscripto cui titulus* Sancti Salisburgenses (6). *Testatur ille suo tempore (1602) ad alicuius monialis sepulcrum tabulam appensam exstitisse, in qua cum nimbo depicta cernebatur, apposita sequenti epigraphe :* Hie leit begraben S. Billa, so ein klosterfrau heroben auf dem Nunberg u. sant Wolfgangi Waldschwester gewesen sei; *tabulae autem aetas circa 150 annorum erat. Iamvero, eodem asserente auctore, fiebat 15 octobris commemoratio Willae. Hübner latinam affert inscriptionem* Sepulchrum devotae Willae, *quam putat* inclusam *quandam fuisse* (7); *anno autem huius saeculi quadragesimo primo, in ecclesiae ingressu, ad sinistram visebatur* C *sepulcrum quod antiquae traditionis testimonio beatae Willae erat, quodque an. 1749 abbatissa Nonnbergensis Caelestina Agnes renovari curaverat* (8). *Nostris autem diebus in solo necrologio superest eius memoria, quae ceterum nunquam in libris liturgicis celebris fuisse videtur; nihil quippe de ea in kalendariis, missalibus atque breviariis deprehendit P. Willibaldus. Ex his patet valde obscura esse cultus illius religiosae feminae indicia,* D *deque eius vita vix quicquam ad nos esse perlatum. Quod autem in epitaphio medii saeculi XV* Sancti Wolfkangi *socia nuncupetur, velut peremptorium veritatis argumentum accipere quis audeat?*

§ VIII. De monasteriis virginum a S. Wolfkango reformatis, deque gestorum eius serie chronologica.

Utriusque parthenonis Ratisponensis

68. *Duo erant Ratisponae virginum monasteria, Superius et Inferius, vernacule* Obermünster *et* Niedermünster *nuncupata, ambo duci subiecta* (9). *Floruerit ne in coenobiis illis ante* Wolfkangum *regula S. Benedicti, non liquet* (10); *tunc temporis certe, ut loquitur Othlonus,* sub canonicae vitae institutis degebant (11), *et de Monasterio Inferiori scribit auctor Vitae S. Erhardi :* tunc temporis quippe canonicarum erat in eodem loco professio (12). *Monialium huius coenobii pravitatem non* E *solus* S. Wolfkangi *biographus memorat* (13); *severioribus verbis citatus scriptor Vitae S. Erhardi utitur.* Scito frater, *ita* S. Wolfkango *loquens S. Erhardus inducitur,* quod monasterium hoc, quod Deus omnipotens meae requiei praestitit, multis contaminatur sceleribus et inhabitantium monialium peccatum multipliciter reclamat meis precibus, quas pro earum neglegentiis multis modis effundo saepius. Dudum iam ipsarum lacrimis commotus, fudi preces ad Dominum, sed quia carnalibus patent foeditatibus, non ad iudicium delati sunt earum gemitus. *Et addit auctor:* Carnalis petulantiae non minima fiebat confusio, adeo ut cum ad artiorem vitam cogerentur, aliquae ipsarum monasterium reliquerint et fornicatoribus prioribus adhaeserint (14).

reformatio

69. *Quaerendum imprimis est quandonam utriusque parthenonis reformationem aggressus sit* S. Wolfkangus. *Rebus Sancti Emmerammi compositis hoc factum fuisse docet Othlonus* (15), *ergo, non ante annum 975. Insuper, in monasterio Inferiori — et in Superiori eodem fere tempore emendatio introducta videtur —* S. Wolfkangus *nonnisi postquam Iuditha, S. Heinrici avia obierat, manum operi admovere potuit. De celebri illa femina, quae* F *Monasterium Inferius ita auxit ut illud denuo fundasse videretur* (16), *cui etiam ann. 973-74 seipsam adiunxit, exstat carmen in codice Bambergensi saec. XI ineuntis, regulas S. Benedicti et Caesarii Arelatensis complectente* (17). *Adiacet in manuscripto pictura Iuditham cum Heinrico filio exprimens, quam sequentes illustrant versiculi* (18).

(1) P. Sébillot, *Traditions et superstitions des ponts et chaussées, Revue des traditions populaires,* tom. VI (1891), pp. 136, 279-87, tom. VII, p. 66-69; Bayon, *Les rites de la construction,* ibid., tom. VII, p. 207-208. — (2) J.-G. Bulliot, *La mission et le culte de S. Martin d'après les légendes et les monuments populaires dans le pays Éduen, Mémoires de la Société Éduenne,* nouv. série, tom. XVI (1888), p, 73 sqq.; J. Carlo, *Les empreintes, Revue des traditions populaires* tom. VII (1892), p. 427-28; R. Basset, *Les empreintes merveilleuses,* ibid., pp. 499-504, 676-81. — (3) *Historia Salisburgensis,* Salisburgi, 1692, fol., pp. 149, 298. — (4) Editum est a G. E. Friess, *Archiv für oesterreichische Geschichte,* tom. LXXI, p. 1-209, et a S. Herzberg-Fränkel, *MG.,* Necrol. tom. II, p. 65-74. — (5) *MG.,* tom. cit., p. 72. — (6) Exstat eius ms. orig. in abbatia Sancti Petri Salisburgensis et apographa in Museo civitatis, nec non in bibliotheca regia Monacensi, uti nos docet laudatus P. Willibald Hauthaler. — (7) Hübner, *Beschreibung der Stadt Salzburg,* tom. I, p. 297. — (8) F. Esterl, *Chronik des adeligen Benedictiner-Frauen-Stiftes Nonnberg,* Salzburg, 1841, 12°, p. 170. — (9) *Vitae* c. XVII. — (10) Haec scribebat Romanus Zirngibl, *Abhandlung über die Reihe und Regierungsfolge der gefürsteten Abtissinnen in Obermünster,* Regensburg, 1787, p. 12: *Man konnte... behaupten dass die Frauen in Obermünster schon von ihren Ursprunge an Benediktinerinnen gewesen sind. Allein, ich will sie, um denn heutigen Stiftsdamen ohne sichere und überwegende Beweggründe ihre lieblingsidee nicht zu entreissen, für Kanonissinnen bis auf die Zeiten des hl. Wolfgangs hingehen lassen.* „ — (11) *Vitae* c. XVII. — (12) *Acta SS.,* Ianuarii tom. I, p. 538. — (13) *Vitae* c. XVII. — (14) *Acta SS.,* l. c. — (15) *Post haec quoque..,* c. XVII. — (16) Diploma Heinrici II. Stumpf, *Reichskanzler,* n. 1335. — (17) Jaeck, *Vollständige Beschreibung der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg,* Nurnberg, 1831, tom. I, p. 29, n. 182, ubi tamen non recte imaginem interpretatur. Cfr. ibid., p. VI-VII. — (18) Editi apud Hirsch, *Heinrich II,* tom. I, p. 122; quos repetiit Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg,* tom. I, p. 395.

Conspicitur

vetusto carmine

Conspicitur pictus dux nobilis atque serenus
Heinricus prestans Bawarica regna gubernans (1),
Progenies domnę venerabilis alta Iudittę,
Quę spretis mundi faleris et pondere regni
Optans se frenis monachilis subdere legis
Augmentavit opes, maiores struxit et ędes
Huius basilicę sanctę sub honore Marię (2).
Hoc cum velle suum raperet sors ultima rerum,
Inter funereas veluti semiviva loquelas
Postulat, exorat, nimiumque petendo laborat
Expleri votum, quod vovit perficiendum.
Isthoc arripiens cordis gratulamine * gaudens
Ductor prefatus ut semper ad omnia lętus
Hortamenta boni, spatii mox tempore parvi
Diruit errores fictas pellendo sorores;
Convocat electas Christo sponsante puellas
Ac iuxta ritum postscripti regminis artum
Vivere fulcivit, rebus monitisque coegit.
Quisquis in hoc faveat, communia premia sumat;
Si quis disperdat, Maria vindice solvat.

** Ed. gratulamina.*

illustrata.

Veluti reformationis auctores exhibentur Iuditha, quae moriens illam fieri commendavit, et Heinricus, B *qui ab Othlono quoque laudatur ob commissum* S. Wolfkango *munus disciplinam monasticam in puellarum monasteriis instituendi* (3). *Ex hoc igitur carmine, quod optimae notae documentum se prodit, auspicatae reformationis tempus aliquatenus colligitur. Iuditha enim non anno 975, quod existimavit Ried* (4), *defuncta est, sed, uti videtur, post annum 980* (5). *Eam usque 987 vitam produxisse quispiam opinatus est* (6), *nec improbabiliter, cum Heinricus dux nonnisi post annum 985, quo dignitatibus restitutus est, suae matris hortamenta audire potuerit. Reformationis ratio paucis depingitur: regula S. Benedicti imposita, fictae sorores expulsae, quod optime concordat cum Vitae S. Erhardi loco citato; tandem consentit auctor carminis cum Othlono, ubi ducis Heinrici studium in promovenda monialium correctione extollit.*

Monasterium Sancti Pauli

70. *Quo efficacius tanto operi adlaboraret, novum monasterium puellarum instituere* S. Wolfkangus *aggressus est, quarum exemplo ceteras ad virtutis aemulationem provocaret. Quod cum in* aliquo sui iuris loco in ipsius municipio civitatis ad Sanctum Paulum *aptasse perhibeatur* (7), *iam* C *antea basilica quaedam Sancti Pauli exstitisse videtur, cui asceterium adiunxerit. Diplomatis, quo fundatum est, reliquias servasse videtur " manuscriptus codex ", ex quo sequens fragmentum protulit Gewold* (8). *Quod, quamquam vix aliquid certi haurire est ex documento adeo depravato, in tanta penuria minime neglegendum est.*

AUCTORE H. D

Dem Münster dess h. S. Peters gib und zueigne (ich Wolfgang von Gottes Gnaden Bischoff zu Regenspurg) Ihm und seinem mitzwelfpotten, dem h. S. Pauls zu ewiger Niessung und Braüchnus der closterfrawen die mein Demütigkeit nu zusamen gesambt hat, inn dasselbig ihr Münster das mit meiner Hülffgezund redlich erpawt ist, alles das, das do hat das Bisthumb (zu Regenspurg) zu Calmünz, jenseit dess Wassers genant Vils, biss zu der Nabe, erbaut und unerbaute Erd, Hoffstett, Wisen und Weid, Stock und Stein. Zeugen der Sach sein Hertzog Hainrich, Grave Babe, Grave Ruprecht, Grave Erbo, Gottschalck, Israhel, Englschalck, Asprecht, Wurzer, und sein Sohn Matthias. Das ist geschehen in der ehegenanten S. Peters und Pauls Münster an dem Tag ihrer Geburt, zu denen Zeiten als regiert hat khayser Otto der ander (9).

quandonam constitutum.

Tale instrumentum nonnisi anno 983 confici potuisse cum Zirngibl (10) *nonnulli concludunt, eo* E *quod secus Otto II imperator († 7 decembris 983) et dux Heinricus, utique iunior (983-985), simul agere non potuissent* (11). *Non nego cum aliis factis certis haec satis apte componi, quandoquidem Sancti Pauli moniales congregare coeperit* Wolfkangus *antequam ceterorum coenobiorum reformatio faustum sortita esset exitum, annis vero superioribus civiles perturbationes tali incoepto minime favisse. Sed haec rettulisse sufficiat; forma enim scripti nil satis certum colligere sinit.*

De Brigida Heinrici filia

71. *Praetermittendum non est haud nobis probari quod passim legitur, Heinricum ducem filiam suam Brigidam monialibus Sancti Pauli adiunxisse, eamque postea abbatissam huius asceterii creatam fuisse* (12); *immo, qui attente legerit Othlonum, non novum monasterium ab eo intellegi, sed antiqua illa Superius vel Inferius, persuasum habebit:* In tantum autem, gratia divina largiente et beato Wolfkango corrigente, in eisdem sanctimonialibus convaluit castitatis religio et regularis vitae professio, ut ipse dux praefatus....filiam suam Brigidam earum iungeret collegio (13). *Iis ergo virginibus filiam suam tradidit dux, quas correxerat, non quas primo instituerat* Wolfkangus; *nec aliud docent diplomata vel series abbatissarum* (14). *Aucta fuit* F *postea Brigida abbatissae dignitate* (15), *Ratisponae, vel alibi. Ferunt illam rexisse monasterium in Andlau, quia in diplomate Heinrici II vocatur*

(1) Scilicet dux Heinricus ab Aventino " rixosus " dictus. — (2) Niedermünster, *quod divae memoriae avia nostra Iuditha olim in honore sanctae Dei genetricis Mariae a fundamentis in abbatiam erexit.* Diploma citatum, Stumpf, n. 1335. — (3) *Vitae* c. XVII. — (4) *Cod. diplom. Ratispon.*, tom. I, p. 104. — (5) In diplomate 11 octobris 980 mentio fit *domine Iudithe et filii eius Heinrici ducis seu ipsorum heredis proximi... MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 230, p. 258. Nolo tamen omittere hoc instrumentum transsumptum esse ex diplomate anni 959, *MG.*, Diplom. Ottonis I, n. 203, p. 282, et cum nihil repugnet etiam mortua Iuditha eius verba servata fuisse, nolo argumentum nimis urgere. — (6) Büchner, apud Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 123, n. 2. Obiit Iuditha mense iunio, die 28, ut legitur in necrologiis Emmerammensibus (Hirsch, ibid.), vel 29, ut in necrologio Inferioris monasterii, Böhmer, *Fontes rerum germanicarum*, tom. III, p. 485: *Domna Iuditha.* — (7) *Vitae* c. XVII. — (8) Hundius-Gewold, *Metropolis Salisburgensis*, tom. III, p. 62. — (9) Latinam interpretationem M[i] Rieberer, S. I., subicimus. *Ego Wolfgangus Dei gratia episcopus Ratisponensis, monasterio sancti Petri eiusque consortis sancti Pauli ad perpetuum usum et sustentationem monialium a mea exilitate collectarum, ad ipsarum monasterium nunc mea ope honeste aedificatum, do et trado omnia quae habet episcopatus Ratisponensis in Calminz, trans aquam Vilsam, usque ad aquam Nabam, culta et inculta, villas, prata, pascua, cum omnibus eo pertinentibus. Testes huius rei sunt dux Heinricus, comes Babo, comes Ruprecht, comes Erbo, Gotschalc, Israel (fors Isanrich), Engelscalc, Asprecht, Wurzer et filius suus Matthias. Hoc factum est in praedicta sanctorum Petri et Pauli ecclesia die natali eorum, temporibus Ottonis secundi.* Ex R. Zirngibl, *Abhandlung vom Stifte St. Paul*, 1803, 4°. — (10) *Abhandlung*, etc. supra cit. — (11) Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 398. — (12) Janner, l. c.; Brunner. *Ann. boic.*, l. 8, n. 4, cit. apud Janner; Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 123; Riezler, *Geschichte Baierns*, tom. I, p. 377. — (13) *Vitae* c. XVII. — (14) Diplomatarium Sancti Pauli collegit doctissimus Ried. Ex eodem seriem abbatissarum inde ab anno 1220 congessit Janner, op. cit., tom. I, p. 399. De abbatissis Superioris Monasterii habemus tractatum Romani Zirngibl supra citatum, a quo nomen Brigidae exsulat. Vide etiam Wittmann, *Schenkungsbuch des Stiftes Obermünster*, *Quellen und Erörterungen zur baierischen und deutschen Geschichte*, tom. I, p. 150. — (15) *Vitae* c. XXX.

AUCTORE H. D.

Brigida quaepiam huius loci abbatissa soror nostra (1). *Cum tamen, uti monet Hirsch* (2), *eodem titulo nuncupetur Sophia Gandersheimensis* (3), *sensu spirituali sororis nomen accipiendum videtur. De monasterio Sancti Pauli etiam audiendus Aventinus :* Honoricus secundus... usus est familiariter divo Voliphogango Reginoburgensium episcopo. Eius suasu Reginoburgii... divo Paulo templum dedicat, antistitem filiam suam capit, aedem sanctis virginibus fecit ut pudice casteque vivendi exemplar forent foeminis sacratis Superioris Inferiorisque ibidem monasterii. Hae enim excusso pudicitiae freno populariter tum vivebant, seque nescio cuius chori dominas nuncupabant (4). *Coenobium Sancti Pauli Heinrici suasu conditum fuisse Aventinus apud Othlonum, quo hoc fere in loco velut fonte usus est, non invenit. An forte haec de suo addidit, vel diversa neglegenter miscuit? Quicquid id est, res miro modo convenit cum titulo quo* Wolfkangi *coenobium in libro confraternitatum Salisburgensi designatur :* congregatio Sancti Pauli de loco qui dicitur monasterium Heinrici (5), *fortassis quia favente Heinrico conditum fuerit. Eundem titulum reppererat Hochwart in libro traditionum* (6).

Monasterium Heinrici.

B

72. *Reformationis a* S. Wolfkango *inductae fata si persequi vellemus, longe a proposito aberrandum foret. Lege apud saec. XVI scriptores quantum ab eius institutis hoc tempore moniales deflexerint* (7). *Monasterium Sancti Pauli a Sixto V pontifice maximo suppressum est* (8), *et ab episcopo Philippo anno 1589 patribus Societatis Iesu traditum* (9), *qui illud incoluere usque ad tempora exstinctae Societatis. Aedium incendio consumptarum vix pauca nunc supersunt vestigia, a quibus tamen non exsulat* S. Wolfkangi *memoria; ostendunt enim eo loco fontem* Wolfgangibrunnen *nuncupatum, cui sanctus episcopus benedixisse fertur* (10).

Vitae Wolfkangi chronotaxis.

73. *Praeter haec, quae longiorem tractationem postulare videbantur, multa sunt in chronicis, instrumentis variisque libris dispersa, quibus diu immorari non vacat, licet breve de iisdem iudicium merito exspectari queat. Ita seriei chronologicae praecipuorum actorum* S. Wolfkangi *ea inserenda duximus, adiectis, ubi opus est, compendiariis declarationibus.*

Nativitas.

C. an. **925-930** *nascitur* S. Wolfkangus. *Tempus quidem nuspiam indicatur, aliquatenus tamen supputari potest. Post annos duos et viginti regiminis episcopalis* (11), *anno 994 diem suum obiit* (12). *Nihil apud biographos de ingravescente aetate; supremus autem morbus plane fortuitus fuisse videtur. Ex his prudenter inferimus illum sexagenario maiorem fuisse, adeoque ortum circiter intra annos 925-930. Mirandum sane auctorem* Chronici Lunaelacensis *tam fidenter annum nativitatis 904 indicare potuisse* (13). *Si nonaginta annorum senex obiisset* Wolfkangus, *hoc siluisse biographos vix credendum esset; nec in ceteris documentis historicis tale quid reperire est.* D

Ante an. **956** *Augiae litteris imbuitur* (14).

Intra an. **941-956** *cum Heinrico postea Treverensi archiepiscopo scholam Wirceburgensem frequentat sedente Poppone (941-962) episcopo Wirceburgensi* (15).

An. **956** *cum eodem Heinrico archiepiscopo creato urbem Treverensem petit* (16).

An. **964** *mortuo Heinrico, Coloniae aliquantisper commoratur* (17).

Intra an. **964-972** *monachus Einsidlensis factus, a S. Udalrico presbyter creatur* (18). S. Wolfkangum *sacerdotio initiatum esse anno 968, cum tricesimum tertium aetatis annum explesset, haud scio qua ratione comprobetur* (19); *priorem sui monasterii fuisse, et quidem ab anno 970, soli recentiores affirmant* (20); *decanum egisse etiam passim dicitur* (21), *quod in Martino Polono se invenisse testatur Hartmannus qui citat verba :* Eodem tempore sanctus Wolfkangus supradicti monasterii Heremitanum monachus et decanus, Ratisbonensis episcopus est factus, qui multos incredulos suo tempore convertit (22). *Callidus erit qui haec in Martino detexerit.* E

An. **971**, *ut videtur, Pannoniam petit* (23).

In episcopatu

An. **972**, *mense septembri vel octobri a Piligrimo Pataviensi revocatur* (24); *die 25 decembris Francofurti episcopatus Ratisponensis investituram accipit* (25).

An. **972-973?** *principes Schirenses excommunicat :* Principes Schirenses, ut supra dictum est, multa contra Deum mala commiserant; unde a S. Oudalrico et S. Wolfkango in excommunicationem tam ipsi quam castrum Schyrense et omnia eis attinentia inciderant. *Ita Conradi Chronicon Schirense* (26). *Utrum vivente adhuc S. Udalrico in eos animadverterit* S. Wolfkangus, *non liquet.*

An. **973**, *die 6 iulii, Augustae S. Udalricum tumulat. Facti testis est Gerhardus S. Udalrici biographus* (27) *et continuator Sasaviensis Cosmae cuius haec sunt verba :* A. 972. S. Oudalricus episcopus Augustensis migravit ab hoc saeculo quarto nonas iulii. Cuius corpus sepelivit S. Wolfrangus (28). *Aperte falsa est nota temporis, quam recte Herimannus Augiensis indicavit* (29) F

An. **973-974** *dioecesim Pragensem a Ratisponensi divelli permittit, privilegiumque ipse componit* (30).

An. **974?** *Brigidam Heinrici ducis filiam* baptizavit et de sacro fonte levavit (31). *Tempus nativitatis Brigidae nuspiam notatur; hunc circi-*

(1) Anno 1004, die 1ª iulii, Stumpf, *Reichskanzler*, n. 1388. — (2) *Heinrich II*, tom. I, p. 315, n. 3. — (3) Anno 1008, die 3 septembris. Stumpf, *Reichskanzler*, n. 1506. — (4) *Annal.*, lib. V, c. 2, *Opp.*, ed. Riezler, tom. III, p. 16. — (5) *Liber confraternitatum recentior*, in *MG.*, Necrolog., tom. II, p. 53. — (6) Monasterium *Sancti Pauli, quod in libro traditionum vocatur monasterium Henrici, anno Domini 994 (!) exstruxit*, apud Oefele, tom. I, p. 177. — (7) Christophorus Hoffmann, apud Oefele, tom. I, p. 554; L. Hochwart, ibid., p. 177. Vide etiam Hundius, *Metropolis Salisburgensis*, tom. III, p. 1. — (8) Ried, *Codex diplom. Ratisbonensis*, tom. II, pp. 1247, 1253. — (9) Ibid., p. 1269. — (10) Walderdorff, *Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart*, 3 ed., p. 132. — (11) *Vitae* c. XII. — (12) Infra, ad h. a. — (13) *Chronicon Lunaelacense*, p. 90. — (14) *Vitae* c. III. — (15) *Vitae* c. IV. — (16) *Vitae* c. VI. — (17) *Vitae* c. IX. — (18) *Vitae* cc. X, XI. — (19) Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. 1, p. 354; J. Schindler, *Der heilige Wolfgang*, p. 34; " wahrscheinlich im jahre 968 ". O. Ringholz, *Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-orden*, 1886, p. 54. — (20) Janner, Schindler, ll. cc. — (21) Murer, *Helvetia Sancta*, Lucern, 1648, fol., p. 263; Bucelinus, *Menologium Benedictinum*, ad diem 31 octobris; *Chronique d'Einsidlen*, par un religieux capitulaire. Einsidlen, 1787, 1e partie, p. 57; " Wolfgang der heilige erster Dekan von Einsiedeln. " Burgener, *Helvetia Sancta*, tom. II (1860), p. 343. — (22) Chr. Hartmann, *Annales Heremi*, Friburgi Brisgoviae, 1612, fol., p. 80. — (23) *Vitae* c. XIII; supra, n. 29. — (24) Supra, n. 29. — (25) *Vitae* c. XIV. — (26) *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 622. — (27) *Vita S. Oudalrici*, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 414. — (28) *Fontes rerum Bohemicarum*, tom. II, p. 239. — (29) *Chronicon*, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 116. — (30) Supra, nn. 42, 44. — (31) *Vitae* c. XXX.

ter

AUCTORE H. D.

A *ter annum eligendum duxi, quoniam 6 maii anni 973, qui primus fuit episcopatus* Wolfkangi, *natus est S. Heinricus Brigidae frater* (1); *eam vero, a mense maio an. 974, quo coepit Heinrici rebellio* (2), *usque 985, quo restitutus est, vix putem illum filiam suam episcopo Ratisponensi baptizandam obtulisse. Neque post ann. 985 nata est; cum enim illam monialium a* Wolfkango *reformatarum adiunxerit collegio* (3) *diemque supremum obierit anno 995, ante decennium expletum Brigida velum suscepisse credenda esset.*

An. **975** *monasterio Sancti Emmerammi Ramuoldum abbatem praeficit* (4).

gesta.

An. **976-977?** *Ratisponam tantisper relinquit, et vitam eremiticam agit* (5).

An. **978** *exercitum Ottonis II Parisios usque comitatur* (6).

Ante an. **979** *reformatum fuit coenobium Tegernseense; cuius facti hic mentionem inicimus, quoniam haud sine* Wolfkangi *interventu completum fuit. Mortuo enim Hartwico, qui huc missus fuerat abbas ex eodem quo Ramuoldus Treverensi monasterio* (7), *suffectus est, anno 982 monachus* B *Emmerammensis Gosbertus, hac aetate celeberrimus* (8).

An. **979**, *die 14 octobris, Ratisponae ab Ottone II* S. Wolfkango *conceditur territorium ad construendum castellum adversus Ungarorum infestationes.* Vir venerabilis Wolfkangus... adiens celsitudinem culminis nostri innotuit auctoritati nostrae in terram quondam Avarorum iuxta fluviolum qui Erlaffa dicitur, locum quendam esse qui Steinachiricha (9) nominatur, quem per multa annorum curricula desertum ipse de Bawaria missis colonis incoli fecit; qui ut tutiores ibi ab infestatione Ungrorum manere possent, petiit nostram serenitatem locum quendam inter maiorem et minorem Erlaffam situm, ubi ipsi conveniunt, castellum ad construendum qui vocatur Zuisila. *Petitis annuit imperator, et locum concessum accurate definit* (10). *Quoniam* multa annorum curricula *sanctus praesul nondum expleverat, de colonis iam a decessoribus suis huc missis agi putem* (11); *dudum enim ecclesia Ratisponensis territorium ad Erlaffam possidebat* (12). *Ab hoc castello ortum duxit oppidulum cui et hodiedum nomen Wieselburg* (13).

An. **979**, *die 15 octobris, Saalafeldae ab Ot-* C *tone II confirmatur possessio curtis* quae vocatur Fillac *episcopo Sabionensi Albuino*, per interventum ducis Ottonis nepotis nostri et fidelissimi episcopi Ratisponensis ecclesiae Wolfgangi (14). *Ex hisce litteris, utrum iure, nescio, concludit Sinnacher episcopum Albuinum cum* S. Wolfkango *amicitiae vinculo coniunctum fuisse* (15), *atque opinatur utrumque anno 972 Galliam petiisse; quae est levissima coniectura.*

An. **980**, *die 11 octobris, Triburiae Otto II confirmat monachis Sancti Emmerammi possessionem terrae Riut iuxta Oenum fluvium* per interventum *ducis Ottonis* et Wolfgangi venerabilis Ratisponensis episcopi et fidelis nostri Ramwoldi abbatis (16). *Nolo ex his deducere* S. Wolfkangum *cum imperatore Triburiae fuisse* (17). *Eadem enim formula occurrit in diplomate nunc citando Romae vero dato. Numquam tamen neque* Wolfkangus *neque Ramuoldus Romam adierunt.*

An. **980**, *consecrat cryptam quam in orientali parte ecclesiae S. Emmerammi exstruxerat Ramuoldus. Factum memorat Arnoldus:* In hac ergo tam typifera basilica a beato Wolfkango in honore sanctae et individuae Trinitatis et omnium sanctorum dedicata, venerabilium pater Ramuoldus *etc.* (18). *Tempus autem indicatur in hac nota ab Emmerammensi monacho saec. XV scripta, sed ab antiquiore forte instrumento derivata:* Notum sit omnibus Christi fidelibus quod anno Domini nongentesimo octuagesimo consecrata est cripta E sancti Ramuoldi a beato Wolfgango episcopo Ratisponensi, cuius corpus in hoc coenobio requiescit humatum etc. (19).

An. **981**, *die 2 aprilis, Romae Otto II monachis S. Emmerammi concedit praedium Scierstat* per interventum *Ottonis* et venerandi praesulis Wolfkangi nec non et amabilis Ramuoldi abbatis (20).

An. **982** *Gosbertus abbatiae Tegernseensi praeficitur,* Wolfkangi *suasu, uti videtur* (21).

An. **983?** *monasterium Sancti Pauli Ratisponae instituitur* (22).

An. **983**, *die 5 iunii, Veronae Otto II traditionem quorundam bonorum S. Emmerammo factam confirmat* per venerabilis Wolfkangi Reginensis episcopi petitionem nec non et Ramwoldi eiusdem coenobii abbatis fidelis *interventum* (23). *Tria alia diplomata eodem die eademque fere sub formula data fuere* (24). *Neque haec sufficiunt ut demonstretur* S. Wolfkangum *Veronae in comitatu imperatoris fuisse.*

Post an. **985** *monasteria Ratisponensia Inferius et Superius reformantur* (25).

S. Heinrici educatio.

Eodem tempore educando filio Heinrici II ducis, operam dedisse videtur Wolfkangus. *Factum testatur Thietmarus :* Nutrit praeclarum Wolfkangus praesul alumnum (26); *quod et his verbis annalista Saxo refert:* nam et nutritor ipsius regis fuerat (27). *Mirum procul dubio est neque Arnoldum, neque Othlonum,*

(1) Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 88; Giesebrecht, *Geschichte der Kaiserzeit*, ed. 4, tom. II, p. 591-92. Fidenter asserit Janner, *op. cit.*, p. 398, Brigidam, anno 973 natam esse, assertum vero minime probat. — (2) Giesebrecht, *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Otto II*, p. 17. — (3) *Vitae* c. XVII. — (4) Supra, n. 48. — (5) Supra, nn. 57, 58. — (6) *Vitae* c. XXXII. — (7) *Secundum regularem vitam Hartwicum nomine praefecimus abbatem. MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 192, p. 220. Emissum fuit hoc instrumentum mense ianuario 979, Ficker, *Beiträge zur Diplomatik*, I, p. 197. — (8) Lege Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 125. — (9) Steinakirchen, Markt und Gemeinde, Oesterreich unter der Enns, 1 1/2 meile N. W. von Scheibss. — (10) *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 204, p. 231-32, quod legerat Aventinus Annales, lib. IV, 4, *Sämmtl. Werke*, tom. II, p. 450. — (11) Cfr. Huber, *Geschichte der Einführung und Verbreitung des Christenthums in Südostdeutschland*, Salzburg, tom. IV (1875), c. VIII: *Das St Emmerammer Missionsgebiet an der Erlaf*, pp. 275-87. — (12) Tuto († 930) *quasdam possessiones in Austria ad flumen Erlafa acquisivit a Wichindo episcopo Pataviensi... ut est in libro traditionum folio 88.* Hundius-Gewold, *Metropolis Salisburgensis*, tom. I, p. 128. Quae traditio inedita est. Dümmler, *Ueber die südöstlichen Marken des fränkischen Reichs*, *Archiv für oesterr. Gesch.*, tom. X, p. 58. — (13) E. von Sacken, *Kunstdenkmale des Mittelalters im Erzherzogthume Niederösterreich*, *Jahrbuch der kk. Centralcommission für Erforschung der Baudenkmale*, tom. III (1857), p. 159; Keiblinger, *Geschichte von Melk*, tom. I, p. 96-7. — (14) *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 205, p. 233. Cfr. Resch, *Annales Sabionenses*, tom. III, p. 635. — (15) Sinnacher, *Beiträge zur Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen in Tyrol*. Brixen, 8°, tom. II (1822), p. 26. — (16) *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 230, p. 258. — (17) Ita Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 388. — (18) Arnoldi, lib. II, n. 41, p. 5, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 568. — (19) *Notae S. Emmerammi*, in *MG.*, Scr. tom. XV, p. 1094. — (20) *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 247, p. 279. — (21) Supra, ad a. 979. — (22) Supra, n. 70. — (23) *MG.*, Diplom. Ottonis II, n. 293, p. 345. — (24) *MG.*, ibid., n. 294, p. 347; n. 295, p. 348; n. 296, p. 349. — (25) Supra, nn. 68, 69. — (26) *Chronic.*, lib. V, *MG.*, Scr. tom. III, p. 790. — (27) *MG.*, Scr. tom. VI, p. 653.

AUCTORE H. D.

Othlonum, a quo S. Wolfkangus *cum Heinrici ducis liberis agens eisque futura praedicens* (1) *inducitur, de tanto munere quicquam scivisse. Rem negare non permittunt expressa testimonia. Probabile est non ante annum 985 iuniorem Heinricum* Wolfkango *creditum fuisse, cum hoc tempore pater eius a Ratispona remotus viveret* (2).

Reformatio Altahensis.

An. **990** *reformationi Altahensis monasterii adlaborat. Heinricus dux, teste Wolfherio,* divino, ut constabat et adhuc constat, auxilio, et virorum illustrium sane Biligrimi Pataviensis episcopi et Wolfgangi Radisponensis episcopi consilio, quendam Erkambertum iustae conversationis de Suevia eo acquisivit, cui idem monasterium ad instituendum eo loci regulam S. Benedicti commisit (3). *Tempus non aegre determinatur, quamvis in eo assignando citatus auctor sibi non constet. In Godehardi Vita priore* septennio post monarchicae ibidem institutionis iniciacionem elapso *Heinricum ducem obiisse perhibet* (4); *unde reformatio caderet in annum 988; sed haec retractans in Vita posteriore, septimum Ottonis III annum, nempe 990, indicat* (5). *Et recte quidem,* B *ipsis consentientibus annalibus Altahensibus :* 990. Erkenbaldus abbas ordinatur et regularis vita sub eius dominio in Altahensi monasterio ordinatur et restauratur (6). *Etiam sacerdotio a* Wolfkango *initiatus est S. Godehardus, recens inductae disciplinae strenuus propugnator, scilicet,*

An. **991** *Godehardus* Biligrimo Pataviensi episcopo in cuius parochia idem monasterium situm erat defuncto, a sancto Wolfgango Ratisponensi episcopo presbiterii dignitate et merito est insignitus (7). *Iam vero, e vivis excessit Piligrimus anno 991, cui statim successit Christianus* (8).

An. **992**, *quo episcopus Veronensis ordinatus est Otbertus, mentionem innectimus pretiosi codicis sacramentalis, quem probabiliter coniciunt a* S. Wolfkango *ei dono datum fuisse* (9). *In benedictione cerei eius nomen appictum est : pro* gloriosissimo rege nostro Ottone necnon et venerabili antistite nostro Wolfkango; *et in kalendario haec, inter alias, addita nota :* VIII kal. novembris anni Domini DCCCCXCII, indictione V, ordinatio Otberti Veronensis episcopi (10).

Acta tempore incerto.

An. **973-994**. *Quaedam feruntur a* Wolfkango *in episcopatu gesta quae certo tempori illigari* C *nequeunt, et hic paucis enumerabimus. Quidnam tandem egerit pro monasterio Sancti Iohannis in Mallerstorf, non est perspicuum. Refert Conradus de Monte Puellarum ab eo* altare primae fundationis in Mallerstorff, quod Heinricus et Ernestus eius filius comites de Kirichperg fundaverunt, procurante Purchardo primo eiusdem loci abbate, in D honore sancti Ioannis Baptistae *fuisse dedicatum* (11). *Iisdem pene verbis utitur Staindelius* (12) *qui factum ad annum 972 refert. Clarius loquitur Hochwart, qui haec addit :* ostenditur in eodem monasterio cultellus quem tunc ibi reliquerat (13). *Monasterium Mallerstorfense constitutum est ineunte saeculo XII, habeturque fundationis confirmatio a Lothario III* (14). *Porro, si fontem supra dictorum quaeramus, nullus alius occurrit praeter traditionem anni 1109, quae tamen multo serius conscripta videtur; in qua memoratur dedicatio basilicae sub Burchardo primo abbate et Hartwico episcopo Ratisponensi :* principale altare, sicut fideli relatione notum est, prescripta die, videlicet nonas septembris a sancto Wolfkango consecratum est (15). *Notandum est coenobium Mallerstorfense exstructum fuisse in fundo Inferioris Monasterii Ratisponensi* (16). *Tempore* Wolfkangi, *uti videtur, sacellum quoddam ibi erat, cuius altare dedicarat; eius autem loco amplior postea basilica aedificata.*

Diplomate dato anno 1123 Hartwicus episcopus Ratisponensis tradit quicquid episcopalis dicionis fuit in monte quem beatus Wolfkangus quintus antecessor meus incastellavit (17); E *quod aliquantulum amplificat Conradus de Monte Puellarum :* Hic etiam montem prope Weltenburg incastellavit et ecclesiam Sanctae Mariae ibidem dedicavit (18). *Ita pariter Andreas presbyter* (19), *et Hochwart* (20). *Mons ille, in quo* Wolfkangus *coenobium ab Ungaris vastatum restituit et adversus novas incursiones protexit, Artzberg dicitur, servatque etiamnum memoriam sancti viri* (21). *Annum 980, quem indicat series abbatum Weltenburgensium, admittere non audeo, cum ipsi Hundio visus sit ille catalogus* non omnibus numeris absolutus (22).

Decimas aliquando concessit ecclesiae Wessofontanae : super decimis a fratribus nostris Wolfgango Ratisponensi et Udalrico Augustensi episcopi ecclesiae vestrae concessis, *ita diploma pontificium Waltoni abbati datum* (23); *item ecclesiam in Haberskirchen* ab amita sua rogatus, quae nominata fuit Atta..., basilicam... rebus et honoribus rationabiliter satis glorificavit, et non filiam sed legitimam parochiam sua auctoritate deinceps appellari et haberi *voluit* (24).

Obitus.

An. **994**, *die 31 octobris, moritur. Diem unanimiter assignant tum eius biographi* (25), *tum necrologia complura* (26); *annum vero optimi quique annales. Et quidem Ratisponenses : 974.* Wolfgangus episcopus, Liutpold comes obierunt, Gebehardus successit (27); *Altahenses :* Wolfkangus

(1) *Vitae* c. XXX. — (2) Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 92, n. 1. — (3) *Godehardi vita prior*, *MG.*, Scr. tom. XI, p. 173. — (4) Ibid. — (5) *Godehardi vita posterior*, ibid., p. 199. — (6) *Ekkehardi Auctarium Altahense*, *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 363. — (7) *Godehardi vita prior*, *MG.*, Scr. tom. XI, p. 173. — (8) *Annales Quedlimburg.*, *MG.*, Scr. tom. III, p. 68; *Annalista Saxo*, *MG.*, tom. VI, p. 636. — (9) Wattenbach, *Aus Verona*, *Neues Archiv*, tom. III, p. 207. — (10) Delisle, *Mémoire sur d'anciens Sacramentaires*, Paris, 1886, 4°, p. 195. 196.— (11) Apud Eccard, *Corpus historicum medii aevi*, tom. II, p. 2246. — (12) *Chronicon*, apud Oefele, tom. I, p. 465. Eadem etiam legebantur in exemplari *Chronici* Andreae Ratisponensis, Pez, *Thesaurus Anecdot.*, tom. IV, 3, p. 471, sed in margine scripta. — (13) *De epp. Ratisponensibus*, lib. II, c. XV, apud Oefele, tom. I, p. 178. — (14) *Monumenta Mallerstorfensia*, in *Monum. Boic.*, tom. XV, p. 263. De coenobio ab Ottone Bambergensi constructo quaere in eius Vita, *MG.*, Scr., tom. XII, p. 759. — (15) *Monum. Boica*, tom. XV, p. 255. — (16) *Diploma Lotharii*, ibid., p. 264.— (17) Ried, *Codex diplom. Ratisbon.*, tom. I, p. 182; *Monum. Boic.*, tom. XIII, p. 353.— (18) Apud Eccard, *Corpus historicum medii aevi*, tom. II, p. 2246. — (19) *Chronicon*, apud Pez, *Thesaurus Anecdot.*, tom. IV, 3, p. 473.—(20) L.c., ap. Oefele, tom. I, p. 178.—(21) *Die oberen Schanzen daselbst heissen noch jetzt Wolfgangsschanzen.* Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 392. Cfr. *Vitae* c. XXXVI. — (22) Hundius-Gewold, *Metrop. Salisb.*, tom. III, p. 333. An. 980 admittit quoque I. B. Stoll, *Geschichte der Stadt Kelheim, Verhandlungen des historischen Vereins für Niederbayern*, tom. IX (1865), p. 225. — (23) Anni 1141. Jaffé-Ewald, *Reg. pont. Rom.*, n. 8160. — (24) Diploma Heinrici ep. Ratispon. an. 1133. *Monum. Boic.*, tom. II, p. 181.—(25) Arnoldus, lib. II, c. 23; *Vitae* c. XXXVIII; etiam Thietmarus, *Chron.*, l. V, n. 25, *MG.*, Scr. tom. III, 803. — (26) *Necrol. Inferioris Monasterii*, apud Böhmer, *Fontes rerum germanicarum*, tom. III, p. 484; *Necrol. Frisingense*, ibid., tom. IV, p. 587; *Necrol. Fuldense*, *Forschungen zur deutschen Geschichte*, tom. VI, p. 176; *Necrol. Bernoldi*, *MG.*, Scr. tom. V, p. 392. — (27) *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 584; etiam inter *Not. Ratisp.*, ibid., tom. XV, p. 1098: *A. D. nongentesimo 94 pridie kal. Novemb. S. Wolfgangus migravit ad Dominum.*

Ratisponensis

A Ratisponensis episcopus obiit, cui Gebehardus successit (1); *ita fere Einsidlenses* (2), *Admuntenses* (3), *Garstenses* (4), *et Lamberti annalium continuatio* (5). *Accedunt necrologici annales Fuldenses* (6), *necrologium Frisingense* (7), *et Hugonis Ratisponensis chronica* (8). *Hinc prorsus neglegi possunt nonnulli sequioris aetatis scriptores qui ab illis discrepant et vel annum 988 indicarunt* (9) *vel etiam 999, a quibus moderni non pauci decepti fuere* (10).

De Taginone. *Hoc loco referendum est quod de Taginone,* Wolfkangi *vicedomino* (11), *postea archiepiscopo Magdeburgensi, narrat Thietmarus.* Fuit hic egregii clericus Vulfgangi, qui Ratisbonensem pius pastor, habitu et conversatione monachus, rexerat ecclesiam. Huic tam carus erat iste, ut in vice filii a puero nutriens eundem, iam adultum bonis suimet omnibus praefecisset. Insuper ducis et imperatoris gratiam in tantum ei acquisivit, ut si quando se de hac luce divina iussione subtraheret, hunc sibi successurum non dubitaret. Consummato tunc huius exilii cursu in sanctitate admirabili venerabilis antistes, cum iam usque B ad mortem aegrotare coepisset, accersito ad se dilecto Taginone: Pone, inquit, fili, os tuum super os meum, accipiens a Deo insufflationem spiritus mei, ut ubicumque, ardore iuventutis incalescente, in gemina caritate sis frigidus, a summa potestate meique benevolentia temperamentum accipias; et si meis honoribus forsitan privaberis, post bis quinos solares annos, cum mea apud Deum luo commissa, maioribus pro certo laetaberis. Post haec vir sanctus, cum finem suum adesse in spiritu praesciret, iussit se in ecclesiam portare; expletisque ab eo orationibus ceterisque quae a fratribus facienda erant, se cum sibi commissis Deo commendans, pridie kalendas octobris sanctum emisit in pace spiritum (12). *His, ut patet, completur et confirmatur narratio biographorum* S. Wolfkangi.

S. Wolfkangi scripta 74. *Edita fuit a B. Pez* S. Wolfgangi episcopi Ratisbonensis pia paraphrasis in psalmum L (13), *quam erutam dicit e codice manuscripto Sancti Emmerammi; codicem autem fatetur " trecentis annis vix antiquiorem* (14) *". Eandem invenimus in codicibus quorum sequitur elenchus:* a) *Codex latinus Monacensis 14528, olim Ratisponensis S. Emme-* C *rammi F. 31, membraneus, foliorum 250, lineis plenis saec. XIV exaratus. Sub titulo* Confessio a sancto Wolfkango composita *legitur, a fol. 122r, post confessionem de qua mox, series orationum, quas inter paraphrasis quae incipit* O ineffabilis misericordia, *fol. 128v-133r, quam ex hoc codice editam affirmat auctor catalogi Monacensis* (15).

b) *Codex latinus Monacensis 14871, saec. XV, de quo supra* (16). *Fol. 94r incipit* Confessio pura ad Deum a beato Wolfgango edita, *quam excipiunt orationes nonnullae; fol. 95r-98v occupat* Oratio super miserere mei Deus a beato Wolfgango composita.

c) *Codex Sangallensis 321, chartaceus, foliorum 144, cui titulus praefixus est* Miscellanea theologica, *diversis manibus saec. XIV et XV exaratus* (17). *Pp. 113-116 manus saec. XV scripsit non quidem* Orationes S. Wolfgangi, *uti notatum est, sed paraphrasim in psalmum quinquagesimum. Iamvero, haecce paraphrasis germanice iam edita fuit anno 1598* (18). *Rectene sancto episcopo tribuatur haec pia oratio, valde dubitari potest. Nam praeterquam quod nullo satis probato testimonio constet illum quicquam scripsisse, tantam antiquitatem non sapit oratio, quam saeculo XIV concinnatam, casu vel consulto sub nomine* S. Wolfkangi *circumferri coepisse crediderim.*

75. *In duobus ex praecitatis codicibus* Confessionem *quandam generalem, quam etiam ediderit, exstare diximus, ad cuius marginem, in cod. 14871 scripsit manus recentior:* Non est credibile talem tantumque virum et ecclesiae lumen istam confessionem edidisse vel usurpasse. Falso sanctissimo patri adscribitur; nec stylum, nec phrasim, nec zelum aut spiritus fervorem divi Wolfgangi sapit et redolet (19). *nulla satis authentica* *Argumentum debilissimum, cum nemo cogitaverit auctorem, quisquis ille sit, scelera in hac confessione enumerata sibi imponere voluisse. Nolim de stilo vel phrasi* S. Wolfkangi *quicquam disputare; quis enim ea cognoscere sibi confidat? Erat utique sanctus episcopus* aptissimus poematum compositor (20), *atque satagebat ut iuniores clerici* scientiae liberalis noticiis *imbuerentur* (21); *quin etiam, quod ab exeunte saeculo X litterarum studia in coenobiis Bavariae mirum in modum florere coeperunt, ad id plurimum contulisse dicendus est* (22). *At vero, non scriptis, sed actibus et consiliis, monasteria ad rectum ordinem revocando, virosque idoneos constituendo, omnia peregit, nec aliud eius ingenii scriptum habemus monumentum, praeter versum illum quem armario a se constructo inscripsisse fertur* (23). *Quapropter,* F *antequam illa opuscula de quibus modo egimus sancto viro tribuamus, testes antiquiores prudenter exspectabimus.*

(1) *Auctarium Ekkehardi Altah., MG.*, Scr. tom. XVII, p. 363; *Annales Altahenses maiores*, tom. XX, p. 789. — (2) *Ann. Einsidl., MG.*, Scr. tom. III, p. 144. — (3) *Ann. Admunt., MG.*, Scr. tom. IX, p. 574. — (4) *Ann. Garstens., MG.*, Scr. tom. IX, p. 567. — (5) *Lamberti Annal. continuat., MG.*, Scr. tom. III, 90. — (6) Apud Böhmer, *Fontes rerum german.*, tom. III, p. 158. — (7) Ibid., tom. IV, p. 587; *Quellen und Erörterungen zur baierischen und deutschen Geschichte*, tom. VII, p. 467. — (8) Böhmer, *op. cit.*, tom. III, p. 489. — (9) *Chronica minor* a. minorita Erphordiensi, *MG.*, Scr. tom. XXIV, p. 186; *Flores temporum*, ibid., p. 245. — (10) V. g. in cod. C9, supra, n. 11, et in vita edita anno 1516, supra, n. 20. In *Farrag. historica rerum Ratispon.* haec leguntur: *994. S. Wolfgangus moritur vel ut verius 999*, ap. Oefele, tom. II, p. 501. Errorem admisit Baronius, in notis ad *Martyrol. rom.*, ad d. 31 octob. — (11) *Vitae* cc. XXI, XXXVI. — (12) Thietmari, *Chronicon*, lib. v, n. 25, *MG.*, Scr. tom. III, p. 803. Hinc *Annalista Saxo*, ad an. 1004, *MG.*, tom. VI, p. 653. — (13) *Thesaurus Anecdot.*, tom. II, 1 p. 11-20. — (14) Ibid., *Dissert. isagog.*, p. III. — (15) *Catalogus codd. latin. biblioth. regiae Monacensis*, tom. II, 2, p. 188. — (16) N. 12, cod. C*6. — (17) *Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen*, Halle, 1875, p. 114. — (18) *Catholische christliche und andächtige gebett für die kirchfärther zu S. Wolffgang im Aberseeischen gebürg. Gestellt durch einen andächtigen Bilgern daselbsten. Sambt einem so der h. Wolffgangus Bischove zu Regenspurg selbst uber den fünfftzigsten psalmen des königklichen propheten Davids gemacht... unnd auss latein in das teutsch transferirt hat.* Saltzburg, 1598, 12°, 48 pp. — (19) Fol. 94r. — (20) *Vitae* c. I. — (21) *Vitae* c. XVIII. — (22) Cfr. F. A. Specht, *Geschichte des Unterrichtswesen in Deutschland*, Stuttgart, 1885, p. 356-92; K. Kolbe, *Die Verdienste des Bischofs Wolfgang von Regensburg um das Bildungswesen Süddeutschlands*, Breslau, 1893, p. 1-52. — (23) *Vitae* c. I.

A D

EX ARNOLDI LIBRIS DE S. EMMERAMMO

Editum ex Canisio, Antiquae lectionis *tom. II, p. 71-92, cuius editionem repetiit G. Waitz, in* M.G., *Scr. tom. IV, p. 556-566. Cfr. Comm. praev., n. 3.*

Incipit Liber II

De memoria beati Emmerammi et eius cultorum.

S. Wolfkangus in Pannoniam profectus

1. Humanis rebus exempto, ut in calce libri prioris descripsimus, Michaele Reginopolitano episcopo (1), qualiter Dei omnipotentis misericordia super huius ecclesiae clerum et populum vigilaverit, quemve princeps pastorum suis ovibus praeesse voluerit, quemque ad pastoralem curam in secreto suo, cui omne cor patet, elegerit, occasionibus huiusmodi patefecit. B Erat quidam vir genere ingenuus, virtute strenuus, natione Alamannus, nomine quidem Wolfkangus [1], cuius ipse interpretationem vocabuli in quodam loco Lupambulus iussit inscribi (2). Is primum inter canonicos sive clericos laudabilem et castam duxerat vitam, dein artioribus regulis implicari desiderans, in Suevia apud coenobitas, qui Solitarii vocantur, monachum professus est (3). Quem cum non solum fortiter vitiis resistere, sed etiam virtutibus assuefaceret libere insistere, acrius intendens aciem mentis in speculum geminae dilectionis, videbatur sibi cum simplo et abscondito talento quasi vacuus apparere in conspectu Domini, nisi, eo exposito et duplicato, aliorum quoque consuleret saluti. Cuius rei gratia monasterium et non [2] monachum deserens, immo secundum apostolum maiora aemulari charismata cupiens (4), per Alamanniam devenit exsul in Noricum. Ad cuius orientalem partem cum humili comitatu pertendens praedicandi gratia, Pannoniae petiit confinia (5). E qua, per Piligrinum Pataviensem episcopum evocatus, piae, ut decuit, humanitatis ab eo suscipitur et fovetur officio. Apud quem etiam [3] rogatus et iussus mansit aliquot diebus; C hoc inter cetera prudenti secum tractans mente, quare prohibitus sit ab adducenda ad Deum Pannoniorum gente (6).

revocatur a Piligrimo,

2. Quo commorationis tempore idem episcopus optime usus, utpote qui erat adprime eruditus et genere nobilissimus, iuxta hoc quod apostolus dicit: *Probate spiritus, si ex Deo sunt* (7), clandestina et manifesta divini servitii observatione, ac assidua sacrae scripturae indagatione satis probavit, hunc quem susceperat peregrinum, non esse gyrovagum, sed stabilem verae fidei domesticum. Unde et quosdam de suis familiariter pro eo alloquitur, dicens: *O quam felix ecclesia, quae, Deo volente, isto donabitur sacerdote! Ergo necessarium valde videtur mihi et utile, ut huic famulo Dei petam regimen Ratisponensis*[4] *episcopii; quia optime convenit, sicubi abundat bona voluntas, ut eam etiam ad bona opera procedere faciat bene collata facultas.* E *Bonum quippe, quod hic vir seminare voluit in paratis*[5] *cordibus paganorum ad*[6] *salutis obsequium, quod reppulit caecitas illorum, quandoque fortassis hoc eodem agrum dominicum excolente dabit fructum suum in populis christianorum.* Ad haec quidam respondentes dixerunt: *Qui fieri potest, ut iste pauper et ignotus ad honorem accedat tanti episcopatus, cum iam aliquae alti sanguinis personae hunc apud imperatorem praediis et pecunia compensantes sibi tentaverint acquirere?* Quibus ille refert verba ponderosa, sed non adeo morosa: *Divina et humana valde inter se probantur distare iudicia. Hinc scrutator cordium et renum, ab initio mundi elegit contemptibilia, necnon ignobilia, ut confunderet fortia* (8), *et e contrario mundus, quod suum est, superbe ad horam extollit, ac in brevi cum confusione distollit. Unde operae pretium censeo, quo mittam ad marchicomitem* (9) *cuius consilio multa solet facere imperator, ut suggerat ei, ne per ambitionem, aut simoniacam haeresim quemquam episcopalem sinat accipere dignitatem, sed ob aeternam remunerationem, quem humilem et modestum ac eruditum invenerit, nec officiis ecclesiasticis aptum esse probaverit, hunc,* F *cuiuscunque sit condicionis vel parentelae, promoveri faciat ad culmen ecclesiae.* Quid plura? per legationem episcopi ac suggestionem consiliarii,

et ad sedem Ratisponensem

[1] *Ita procul dubio Arnoldus; ubique scribit Canisius* Wolfgangus. *Vide notas ad Vitam a. Othlono.* — [2] non *supplevi ex Othlono, om. Canisius.* — [3] et iam *hic et deinceps Canisius.* — [4] Ratisbonensis *et sic deinceps Canisius.* — [5] duratis *in nonnullis codicibus Othloni.* — [6] et *apud Othlonum.*

(1) *Liber I de miraculis sancti Emmerammi,* n. 17, Canisius, p. 63-69, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 553-554. De Michaele consule Köpke-Dümmler, *Kaiser Otto der Grosse,* p. 496 et passim; Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg,* tom. I, p. 325-349. Annum eiusdem emortualem 972 statuimus in comm. praev., n. 33. — (2) Alias, quod nemo miretur, nominis interpretationes invenerunt scriptores. Hochwart, apud Oefele, tom. I, p. 179, nomen derivat a *wohl, gang,* et opinionem confirmat ex membrana saeculi XII ubi legit tum Wolfgang tum Wolgang! Non ita, ut patet, recentioribus visum fuit. Lege Pott, *Die Personennamen,* 1859, pp. 266, 267, qui nomen confert cum *Gangolf.* Grimm, *Myth.*, p. 1093: *einen Held dem der Wolf des Sieges vorangeht,* apud Förstemann, *Altdeutsches Namenbuch,* tom. I (1856), p. 1347. Cfr. W. Grimm, *Die mythische Bedeutung der Wolfes, Zeitschrift für deutsches Alterthum,* tom. XII (1865), p. 203-223. Sancti nostri interpretationem suam fecit Aventinus, *Ann.*, Nomenclat., *Sämmtl. Werke,* tom. II, p. 14. *Bolfgang, diminute Bolf et Bælfel; lupi incessus viaque. Fuit hoc nomine pontifex Reginoburgensis, peculiare Boiorum numen. Voliphoganges est latinis.* — (3) Nempe in abbatia Einsiedlensi. Cfr. *Vitae Wolfkangi* c. X. — (4) *I. Cor.* 12, 31. — (5) Lege comm. praevii, n. 29. — (6) Comm. praevii, n. 31. Non parum errat Gemeiner, *Regensburgische Chronik,* 4°, Regensburg, tom. I (1800), p. 126, narrans sanctum Wolfkangum, antequam Pannoniam intraret, ab ordinario Pataviensi licentiam et subsidia expostulasse. Nimium suae phantasiae indulget ubi addit: *Bischof Piligrim besprach sich mit ihm über die Schwierigkeiten bei diesem Unternehmen, und suchte den Ordensmann dessen hohe Gaben er bewunderte, an seinem hof zu ziehen. Da das Erbieten und die gute Aufnahme den München schmeichelte, so weilte derselbe über Jahr und Tag zu Passau.* — (7) *I. Ioan.* IV, 1. — (8) *I Cor.*, I, 28. — (9) Scilicet marchio Orientalis Burchardus, de quo Hansiz, *Germania sacra,* tom. I, p. 206 et Hirsch, *Heinrich II,* tom. I, p. 27, nota 4.

Caesar

A Caesar suae et ecclesiasticae utilitatis admonitus, immo, quod verius est, nutu Dei, cuius in manu cor regis (1), princeps bonus Otto II (2) animo mutatus, omnes qui pro eodem episcopatu adipiscendo laborabant (3) avertit, et se totum ad electionem venerandi viri Wolfkangi convertit, sicque legatos post eum celeriter mittit.

promovetur. 3. Qui ut iussi fuerant pergentes, invenerunt eum adhuc cum praenominato episcopo commorantem, sed iam ad patriam repedare cogitantem. Ignarus enim erat legationis et ceterarum rerum pro se gestarum, et idcirco animum intendebat aliorsum. Cumque legati, quare venerint ei indicarent, primum recurrit ad secretarium cordis, se suaque Deo commendans in intimis, dein episcopo, cuius caritate ibi detentus erat, causam suam exponens, id, quo gravabatur temperamento levigabat simplicitatis columbinae ac prudentiae serpentinae, atque in hunc modum proloquitur dicens : *Hoc novum quod mihi per nuntios principis venit, caritas tua effecit, cui praemium bonae voluntatis absque dubio erit; sed meae parvitati timorem incutit, quia nescio si* B *voluntas Dei sit; et quia mundus sub specie religionis multos ad vitia trahit.* Cui respondens episcopus dixit : *Quod dicis te timere, hoc mentis est providae. Sed hanc in bonam spem erigit psalmista, qui dicit : Initium sapientiae timor Domini* (4), *et iterum : Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi* (5). *Quem et apostolus commendans ait : Noli altum sapere, sed time* (6). *Idem alibi de episcopatus desiderio ait: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat* (7). *Unde et tu, si cum tua salute aliis appetis prodesse, bonumque opus in omni loco desideras adesse, sub timore et humilitate ad episcopalem ordinem vocatus, ne abnuas accedere, alioqui incidere videris in illud quod David dicit : Qui noluit benedictionem, elongabitur ab eo* (8). *Quod cavens omnimodis, conare connumerari cum illis, de quibus scriptum est : Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates* (9). *Huius atqui exsecutione officii pervenies ad hoc, ut in retributione iustorum tibi dicat dominator omnium : Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in* C *gaudium Domini tui* (10). Talia quoque pontifice proloquente, vir venerandus per mentis speculationem dispensationis divinae intuens moderamen, subsequitur dicens : *Ecce servus Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* (11). Tunc arrepto itinere cum his, qui missi erant a principe, tetendit in partes occidentales Baioariae. Cumque perventum esset ad Reginam civitatem, clerus et populus secundum morem ecclesiasticum, unanimiter episcopali facta electione, ad imperatorem eum miserunt cum universali legatione. Qua clementer suscepta, et beato viro ab episcopis probato, ac sermone in praesentia eorum ab ipso sapienter prolato, imperialis eum assumens potentia per pediam pastoralem, honorem ei dedit pontificalem; statimque, ut curam sui et gregem dominicum illi commisit, non cum parvo comitatu ad Ratisponam eum remisit (12). EX ARNOLDO.

4. Ubi cum multorum fideli et favorabili susciperetur occursu, primum beato Emmerammo (13) se humiliter praesentavit, deinde per singula Ratisponae monasteria sanctorum petiit suffragia; novissime vero, sollemni facta praeparatione seu processione, ad Sancti Petri ecclesiam (14) accessit. In quam cum canticis laetitiae et exsultationis voce introductus atque more pontificum secus altare inthronizatus, a clero et a populo summo pastori commendatur, nec non a Friderico archiepiscopo (15) et illius suffraganeis post aliquot dies in sacerdotem apostolicum ibidem (16) consecratur. Quam ille consecrationem nolens vacuo secum portare vocabulo, die noctuque pontificali studiosissime excoluit officio, ut gratiam sancti Spiritus abundantius sub hoc ordine posset habere in cordis hospitio (17). Cuius inspiratione suaviter tactus et ad omnia cautus ac providus factus, ob episcopale fastigium, nequaquam voluit mutare monasticum habitum, quasi erubesceret monachus esse, qui fuerat; sed quam intus habuit humilitatem mentis, foris ostendit bonis exemplis et mediocribus vestimentis. Memor etiam Salomonicae admonitionis, quae dicit : *Constituerunt te principem? noli extolli : esto in illis quasi unus ex illis* (18). Non dominari quaerebat in clero, sed gregi dominico forma esse studuit (19), mane et sero, prudenter advertens, immo prudentius a se avertens, illud eloquium, quod per Ezechielem prophetam invehitur contra malos pastores, Domino dicente : *Vae pastoribus, qui pascebant semetipsos, et non greges meos* (20). *Quale post consecrationem* E

5. Unde ipse totus in divina lege devotus inter cetera pastoralis curae ministeria, sermone quem ad populum inter missarum sollemnia fecit ex more, in tantum ecclesias plebem assuefecit frequentare, ut per dies sollemnes vix domi remanere viderentur rei familiaris custodes. Ad praedulcem enim tanti pontificis exhortationem, certatim sexus utriusque turba confluxit, quam illuc fragrantia caelestium aromatum, ipso, ea qui dedit, ventilante, adduxit; apium videlicet instar, quas post se trahere videtur mellis odor et nectar. Quibus pater pius summopere desiderans esse utilis et aptus, in disputando de regno *studium contionandi* F

(1) *Prov.*, xxi, 1. — (2) Utique Otto II. Videsis comm. praev., n. 33. — (3) Inter hosce commumerat Dümmler, *Otto der Grosse*, p. 496, unum ex cognatis Michaelis episcopi, sequentibus Arnoldi (I, 17), verbis : *Cum pro episcopatu cuidam nepoti suo ab imperatore postulando palatii statio-nem petere decrevisset, xeniaque quibus hoc se impetraturum sperabat, paravisset*, etc.; *MG.*, Scr. tom. IV, p. 554. Ita etiam Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 111, n. 1, et Riezler, *Geschichte Baierns*, tom. I, p. 345. Quamquam non facile quis opinetur cum Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 346, de episcopatu postulando *directe* hic non agi, sed de quovis officio palatino, legenti tamen patet de ipso Ratisponensi sede nihil innui. Quod igitur inter ambientes, mortuo Michaele, eiusdem nepos ponatur, mera est laudatorum scriptorum coniectura. — (4) *Ps.* cx, 10. — (5) *Ps.* xviii, 10. — (6) *Rom.* xi, 20. — (7) *I. Tim.*, iii, 1. — (8) *Ps.* cviii, 18. — (9) *Dan.*, xii, 3. — (10) *Matth.*, xxv, 23. — (11) *Luc.*, i, 38. — (12) Electionis Wolfkangi processum illustrant quae dissseruit H. Gerdes, *Die Bischofswahlen in Deutschland unter Otto den Grossen*, Göttingen, 1878, 8°, p. 41 sqq. — (13) De ecclesia Sancti Emmerammi Walderdorff, *Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart*, 3 ed., p. 136 sqq. — (14) Sancti Petri ecclesia primum citatur ab anonymo Sangallensi in *Gestis Karoli*, l. ii, n. 12, ad a. 792, *MG.*, Scr. tom. II, p. 755. De ea Schuegraf, *Geschichte des Domes zu Regensburg*, tom. I (= *Verhandlungen des historischen Vereins von Oberpfalz und Regensburg*, tom. IX, 1847), p. 35, sqq., et accuratius Walderdorff, *Regensburg*, etc., p. 75. — (15) Fridericus archiepiscopus Salisburgensis sedit annis 958-991. Hansiz, *Germania sacra*, tom. II, p. 157. — (16) Consecratio ergo peracta Ratisponae, non Treveris, ut scribit Hundius, *Metropolis Salisb.*, tom. I, p. 129. — (17) Multis in locis, at hic maxime, quod sua aetate frequentissimum, liberioris generis rhythmo vocibusque consonantibus sua dicta exornat Arnoldus. — (18) *Eccli.*, xxxii, 1. — (19) *I Pet.*, v, 3. — (20) *Ezech.*, xxxiv, 2.

Dei,

EX ARNOLDO. Dei, et calcandis vanitatibus huius mundi, perplexis et sophisticis minime utebatur sententiis, sed sic melliti oris dulcedinem per quandam, quam verbis explicare non potero, temperabat austeritatem, ut simplici et optimo genere locutionis, tangere videretur intima cuiusque cogitationis talique arte nonnullorum ex oculis lacrimas eliceret indices cordis. Hanc siquidem tam validam a Spiritu sancto acceperat gratiam, quo hi, qui praedicanti assisterent et eum intente audirent, raro aut numquam abscederent ab eius praedicatione sine lacrimarum effusione. Quo pergrandi bono a largitore omnium bonorum hominibus concesso, per malitiam suam sauciatus humanae salutis inimicus et ei obviam ire conatus, invidiam, quam semper habebat, quibus poterat viribus exercebat.

inrito daemone, **6**. Nam die quadam, cum praedictus beatae memoriae Wolfkangus episcopus solito more ad populum ex pulpito vel ambone contionaretur, diabolus aliud non inveniens, Domino prohibente, quo adversaretur, subito concitavit turbinem et cum turbine tumultuosam turbationem, ac nihilo-
B minus cum turbatione confusum murmur et clamorem, nec non super tectum ecclesiae fragorem dedit ingentem, et intra ecclesiae receptacula pulverem dispergens ac nebulam, aliquorum obtutibus caliginem obfudit tenebrosam. Quibus ex improviso visis et auditis, populus perterritus, immo, quod peius erat, paene mente alienatus, coepit concurrere et discurrere, incertus, confusis omnibus et turbatis, in quam partem se tutius ac rectius posset convertere. Interim audiebantur voces hinc dicentium, inde clamitantium: *Ecce, seditione facta, multorum gladiis disciduntur iugula.* Cumque pro clamoribus huiuscemodi sedandis multum, sed incassum laboratum esset a sensatis, tandem qui erant inimici machinationibus ludificati, tam vehementi excursu per turmas eruperunt de ecclesia, ut ex tanta multitudine vix pauca remansisse viderentur in illa. Tunc episcopus, quem tantae commotio tempestatis iuxta consuetudinem humanae fragilitatis loco etiam propellere posset, si Christi servus non esset, quia domum in firma solidatam habuit petra, gradum non movit, sed stabilis et immobilis permanens, magna fide clamavit et dixit:
C *Domine Iesu Christe, solitam fidelibus tuis accommodans gratiam, concede, ut hodie videant gloriam nominis tui et confusionem diaboli.* Quae verba secuta est serenitas aeris et serenitatem recursus
ostenderit. in ecclesiam plebis. Cui venerabilis antistes mox aromata et unguenta sacrae doctrinae effundens, adeo illa die, sibi de caelis Deo dulcedinem sermonis instillante, profuit, ut manifeste inimicum vicerit vel fugaverit, qui perturbationis nimietate paene omnibus obfuit. Unde et postea fidelium devotio hanc consuetudinem coepit pro lege habere, quo per stationes episcopum turmatim praevenirent et sequerentur, ac praedicationis erogationem, summa affectione, utpote apostoli, bonum amplecterentur odorem. Per quem idem venerandus pater, ad pietatis exercitia, oves dominicas de die in diem magis magisque attrahere studebat, more scilicet animalis quod panther dicitur, qui, ut physiologi perhibent, omni- D
bus animalibus amicus, exceptis dracone et serpentibus, cuncta animantia, quae in vicinitate sui sunt, emisso bono odore ad se solet adducere, atque miro modo amorem suum illis ingerere.

Incipit dialogus [7] (1).

7. Dum haec scribo et animum ad alia scribenda sollicitus praeparo, adest mihi frater Ammonicius comes rerum mearum fidelissimus, qui me convenit officiose sic proloquens: Ubi est dialogus, quem devovisti te scripturum in nomine Domini de miraculis B. Emmerammi, et de regimine illius monasterii? Es quippe debitor sponsionis, aut fortis excusationis. — Tum ego: Minime diffiteor quin debitor sim. Sed propterea distuli, quia non certus eram sub cuius persona potissimum conficere possem dialogum, cum perplures de laudibus nostri patroni et de aliis utilitatibus mecum saepe disputaverint, et se parvitati meae necessitudinis vinculo iunxerint. — Respondit, qui supra: Sit tibi, secundum Salomonem, consiliarius unus ex mille (2), et de hac re securum te E
faciet. Nam si vis, personam Ammonicii convenienter poteris habere, pro quolibet fratre te ad bonum commonente vel exhortante. Nec est quisquam amicorum, qui se dicat contemptum, alterumque in hoc sibi indignetur esse praelatum. Proinde absque comperendinatione assume dialogum, et, sicut proposuisti, laudibus martyris intexe memoriam confessorum Christi, necnon huic admisce, quicquid animus recte seu opportune tibi dictaverit, aut ratio ad scribendum persuaserit. — Paratus sum, inquam, facere quod hortaris, sed hoc prius a lectore humiliter postulandum censeo, ne in opusculis meis quaerat artificiosam verborum compositionem, sed simplicem attendat, si velit, humilis stili operationem, qua mihi meisque sudare malui confratribus, quam absque manuum opere inveniri otiosus. Hac fiducia et hac intentione procedit opus incohatum. *Dialogi personae.*

8. Igitur beatae memoriae Wolfkangus Ratisponensis episcopus, perspectis et intellectis rebus episcopii dispensatione divina sibi commissi, inter cetera, quae ei pastoralis curae sollicitudo procuranda sive corrigenda iniunxerat, gravius F
tulit, monachos beatissimi martyris Emmerammi eatenus abbate caruisse (3) et quasi oves errantes sine pastore fuisse. Huius rei gratia misit ad Treverense monasterium, in quo beatus Maximinus corpore quiescit, et inde reverendum senem Ramuoldum (4) evocavit, qui quondam sub Heinrico archiepiscopo (5) eius capellanus [8] fuit. — Quare, inquit Ammonicius, tanto tempore sine abbate fuerant, si monachi erant? Si vero monachi, sub cuius regula degebant? Haec quoque enucleari ipsa ratio poscit. — Hoc est, inquam, quod brevi revelatione cognoscere potes. Fuit quippe prisca consuetudo in Ratisponensi ecclesia, ut qui antistites, iidem essent et abbates. Quorum nomina quidam ob temporalia commoda tenebant, non officia. Timebant enim ne, si monasterio abbatem praeesse facerent, quia a patre monasterii omnia *Ramuoldum*

[7] Ita in ms. Non esse hunc diversum librum, sed hic incipere dialogum quo liber secundus conscriptus est, patet ex fine cap. 17, lib. I, fol. 68. *Canisius.* — [8] *forte melius cum Othlono* concapellanus.

(1) Totum librum n Arnoldi *dialogum* vocat Othlonus in praefatione. — (2) *Eccli.* VI, 6. — (3) Hinc patet Arnoldum longam illam abbatum seriem quam postea Emmerammenses iactarunt, prorsus ignorasse. Comm. praev. n. 53. — (4) Supra, comm. praev. n. 48. De B. Ramuoldo, *Act. SS.*, Iunii tom. III, p. 413. — (5) Heinricus archiepiscopus Treverensis sedit annis 956-964.

speranda

EX ARNOLDO.

A speranda sunt, sibi coactum minueretur obsequium. Ob hoc atqui licentiam dabant monachis aliunde acquirere pro victu et vestitu, quaecumque possent, quia ipsi bonis, quae ad annonam eorum pertinebant, ad suum abutebantur servitium.

Sancti Emmerammi

9. His dictis frater, cum quo dialogum coepi conserere, usus nomine suo, admonuit me in aurem dicens : loquere caute et scribito cautius. Nam si episcopi haec audierint dicta vel viderint scripta, fortassis dicent, velle te eos rapinarum et iniustitiae notare, sicque libertatem tuam superbiae deputabunt, quasi tu temere eos carpere tentaveris, pro quorum defensione scriptura clamat, immo Dominus per scripturam praecipit, dicens: *Nolite tangere christos meos*(1), et iterum : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* (2).— Cui respondi lingua et stilo : Si episcopi sunt quod dicuntur, non nobis obsunt, sed valde prosunt. Quod et efficere dignetur princeps pastorum, in quo plenitudo est omnium bonorum. Tibi vero quia sic placet, immo quia iustum est, habeamus pacem cum eis, et simus subditi illis. Illud autem B scire te volo, quia non me paenitet vera dixisse, quandoquidem boni non solum bonis, sed etiam malis utuntur ad bonum. Sed iam tempus exigit, et desiderium tuum, ut revertar ad narrationis meae reliquias. Est quoque alia causa, per quam non sunt constituti abbates in praenominato monasterio. Ex eo quippe tempore quo primum a beato Bonifatio apostolicae sedis vicario iuxta decreta canonum in Baioaria ordinabantur episcopi, vicissim sibi succedebant in huius episcopatu monachi atque canonici, ita ut si antecessor esset canonicus, fieret successor monachus, et iterum huic antecessori succederet canonicus. Haec consuetudo usque ad nostra permansit tempora. [Episcopalis vero sedes erat apud S. Emmerammum usque ad tempora Caroli principis, qui hanc restituit in civitatem, ubi prius erat[9]]. Quod autem percontatus es, sub cuius regula degerent, paucis absolvam. In primis ergo promissionem faciebant, secundum regulam sancti Benedicti, coram episcopo, abbatis vices agenti. Dein licentiam dedit eis episcopus dandi et accipiendi propter inopiam loci. Lineis camisiis utebantur seniores, qui eas habere potuerunt; ceteri laneis C induebantur, ob penuriam scilicet cilicinarum vestium. Praepositus et decanus monasterium regebant post episcopum. Qui maioris erant aetatis, habebant cellas seu caminatas, iunioribus inter se divisis propter custodiam. Communiter pauperem annonam habebant, volatilia manducabant. Cetera faciebant secundum consuetudines, quae in monasteriis regalibus ad id temporis fuerant.

primum abbatem

10. Quae cum displicuissent praenominato viro, reverendo scilicet episcopo Wolfkango, uti praediximus, Ramuoldum annis et moribus maturum assumpsit in opus ministerii divini, et constituit eum primum praepositum, dein abbatem monasterii (3). Quod aegre ferentes aliqui ex consacerdotibus et consiliariis antistitis, dicebant : *Ut quid tibi et sacerdotibus*[10] *tuis perdis bona ad S. Emmerammum pertinentia? Laudant te multi, sed in hoc non laudant, immo vituperant. Utere ergo pontificis ac abbatis officio, sicut antecessores tui facere consueverant usque modo, ne carerent quarundam rerum emolumento. Huiusmodi quoque*[11] *insipientia est sapientiae sale condienda.* Quibus ille prudenter respondit, dicens : *Non erubesco insipiens et stultus dici propter Deum. Hoc autem scire vos volo, quia numquam mihi imponam onus, quod portare non valeo, episcopi nomen et abbatis mihi vindicando. Nam ut beatus Gregorius testatur* (4), *valde incongruum est si, cum unum ex his pro sui magnitudine, sicut oportet, quis non possit explere, ad utrumque iudicetur idoneus. Sufficit enim episcopo ut summa vigilantia insistat pastorali officio; et abbati satis laboriosum, quamvis multum fructuosum, providere fratrum saluti, et per omnia bene procurare res monasterii sui. Unde et ipse etiam distribuere debet inter fratres officia, in quibus non leviter leviget onera sua, rememo-* E *rando scilicet viri prudentis, quem praenominavimus, dicta et scripta, in quibus continetur : Sicut indecorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa* (5). *Ceterum, ut prosequar quae proposuistis, B. Emmerammi bona, quae me pessumdare conquesti estis, perdere nolo; sed illi, cui tradita sunt, ac servorum Dei usibus et nostrae sedi omnimodis conservare volo. Sed longe aliter sese res habent huiuscemodi quam cogitatis. Vix etiam poenas evadere poterimus, qui sanctorum bona famulatui nostro deputavimus, non solum quantitate maiora, sed etiam qualitate meliora, et illis iustitia coacti seu superati reliquimus minora, qui viciniores eo quo frequentiores die noctuque familiarius adhaererent Christo, laudantes eum in sanctis eius electis.* Ad haec respondebant, qui quaestionem movebant : *Misericordiam et iudicium Domino cantasti; humanis divina, ut iustum est, praetulisti; vetera utiliter immutasti; quid restat nostra parte, nisi ut pariter dicamus : Deo gratias, amen, feliciter.* F

constituit.

11. Finem sententiae huius, inquit Ammonicius ut mihi videtur, satis congrue conclusisti. *[Reliqua lege apud* Canisium, p. 82-83.]

Sancti caritas.

12. Venerabilis igitur antistes Wolfkangus, vir inter episcopos magnae auctoritatis, inter canonicos regularis, inter monachos pietate singularis, humilitate sublimis, caritate communis, secundum apostolum omnibus omnia factus (6), praecipue eleemosynarum largitione pollebat. Quarum laudabilium ministerio, seu ceterarum virtutum offertorio, quia placuit Deo, multis, dum adhuc esset in praesenti saeculo, patuit indiciis. Horum unum didici, narrante quodam sene fideli, cuius narratio talis fuit. Militem sub me habui, qui

[9] (episcopalis — erat) *uncis inclusimus; ea interpolatori deberi recte coniecit Waitz. Cfr. Ried,* Cod. diplom. Ratisbonensis, tom. I, p. 5.— [10] successoribus *Othl.* — [11] quippe *Othl.*

(1) *Paralip.* xvi, 22. — (2) *Zach.*, ii, 8. — (3) Anno 975, Comm. praev. n. 48.— (4) *S. Gregorii Reg.*, iv, 11, ed. Ewald, tom. I, p. 244 " Satis enim incongruum est si, cum unum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad utrumque iudicetur idoneus. " — (5) Non tantum abbatem Emmerammensibus dedit, sed et consuetudines utique illius coenobii, in quo ipse educatus fuerat. Exemplar *Consuetudinum Einsidlensium*, qui est codex Einsidlensis n. 235, olim coenobii S. Emmerammi erat. Has consuetudines edidit et illustravit O. Ringholz, *Des Benedictinerstiftes Einsiedeln Thätigkeit für die Reform deutscher Kloster, Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-Orden*, 1886, pp. 50-79, 357-74. — (6) *I Cor.* ix, 22.

EX ARNOLDO.

quadam die cum aliis affuit in basilica Sancti Pauli, [12] ubi beatus praesul Wolfkangus missas celebravit. Cumque eum [13] humili veste primum, utpote monachum, aspiceret indutum atque dein sacerdotalibus vestimentis videret infulatum, plebeia stoliditate despexit, et cordis ore murmurans dixit : *Valde insipiens fuit imperator illo tempore, quo pannosum istum ac despicabilem* [14], *in pontificali promotione praetulit potentibus personis, quae abundant in regionibus suae dicionis.* Quam murmurationem qui novit cogitationes hominum, eodem momento et clementer increpavit, et evidenter ad emendationem huius vitii manifestavit. Nam ut in evangelio ad cogitata respondit, ita huius hominis cogitatam murmurationem ad tempus non [15] abscondit, quo et ille in praesentiarum corrigeretur, ac murmurationis malum ab aliis in futurum devitaretur. Nimio quippe terrore subito correptus, astantium sustentatione vix residere potuit. Quem cum viderem tremebundum et pallidum, ilico accurrens sciscitatus sum, quid haberet, vel quid pateretur. Tum ille, sacerdotibus adhibitis, confessus est quia contra virum Dei B male cogitaverit et ob hoc periculoso timore perculsus sit. Quanta vero formido illum seu passio arripuerit, satis probavi, eundem penes me domi retinens aliquot diebus. Cuius curam cum egissem, et multipliciter salutem eius quaeritassem, consilio presbyterorum, qui pro eo laborabant, nec orationibus ei sanitatem restituere poterant, reduxi eum in civitatem Hiatospolitanam (1), ubi contigit illi hoc malum bonum. Ibi quoque ad pedes episcopi me humilians, cum vellem hominis aerumnam et meam exponere, vir Dei, nec dum sibi causam, pro qua veni, aliquo hominum annuntiante, anticipavit quod dicere volui, dicens : *Surge, tace, scio quid velis.* Et conversus ad vicedomnum ait : *Frater Tagini* (2), *tolle aquam sacratam iuxta lectulum meum, ac sparge super hominem prae foribus cubiculi stantem.* Ipse autem contra ostium manu crucem pingens, nescio quid murmurabat, et sanatus est homo in illa hora.

De Taginone

13. Vere, ait Ammonicius, malum conversum est in bonum. Nam non solum increpatione militis vindicata est iniuria pontificis, sed insuper etiam eiusdem sanitate mirifica, nec non spiritus revelatione magnifica, declaratum est multis meC ritum tanti sacerdotis. Quem valde miror praenominatum vicedomnum adeo dilexisse, cum fuerit, ut audivi, iracundus ac supra modum severus, et ob id paene omnibus, qui in episcopio erant, exosus. Episcopus autem erat mansuetus et pius. Certe, inquam, nec ipse erat sine severitate : alioqui minus observaret, quod apostolus dicit : *Argue, obsecra, increpa* (3). Virum autem quem dicis ob severitatem pluribus exosum, accepi strenuum fuisse ac ingeniosum. Qui propterea venerando antistiti exstitit carus, quia valde D necessarius, et quia illum, si in aliquo reprehensibilis erat, per immutationem dexterae excelsi meliorandum, spiritu revelante, agnoverat. Is namque post obitum beati praesulis Wolfkangi, cui fideliter adhaesit, Heinrico imperatori inter fidelissimos ministravit (4). Quo iubente apud Parthenopolim archiepiscopus factus(5) cum plurigena polleret probitate, magis claruit pia eleemosynarum dapsilitate, nec non humili corporis castitate, et nihilominus laudabili vestitus mediocritate. Non enim verrebat terram, sicuti multi facere solent, tunicis et pelliciis magno pretio acquisitis; sed, quod usu mundano rarum est, forti tenore mentis contentus ovium vestimentis, cotidie missas celebrare curavit, atque integrum psalmodiae censum devotissime persolvere non cessavit. Cuius corpus anno videlicet septimo post resolutionem ipsius (6) integrum est inventum, gloria resurrectionis adeo in eo resplendente, ut astantes et intuentes valde mirarentur eius nitorem atque incorruptionem, cum, successoris illius vestimentis etiam consumptis, ossa tantummodo nuda remansisse viderentur (7). Vere E memor Dominus dictorum suorum, quibus fideles suos consolatur dicens : *Et capillus de capite vestro non peribit* (8). Ecce qui omnia bene fecit, ad corroborandam fidem in se credentium in quibusdam servis suis, nunc ex parte ostendit, quod in generali resurrectione in omnibus pleniter perficiendum erit ; tunc procul dubio, quando electus quilibet surrexerit, occurrens in virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis Christi (9). — Fateor, ait socius dialogi, qui mihi displicuit, placet, et quia ubi veritas talia ostendit, nemo qui sanum sapit, per incredulitatem offendit. Sed iam tempus est, ut revertaris, unde digressus es, et, ni fallor, narrationis ordo postulat, ut plenius enarres in sequentibus vitam abbatis venerandi, quam in praecedentibus parum tetigisti. Me ad oboediendum, inquam, habes paratum, sed summopere implorandum est eius auxilium, qui in evangelio dicit : *Sine me nihil potestis facere* (10). Illius ergo gratia nos praeveniente atque comitante, bene procedit nostra oratio pariter et operatio, quae meapte quantulacumque est, in nomine Domini cupit prosperari.

archiepiscopo Magdeburgensi.

14-19. *[Hos numeros in quibus agit Arnoldus de B. Ramuoldo (Acta SS. Iun., tom. III, p. 414 sqq.),* F *lege apud* Canisium, *p. 85-95. Num. 19 hae sunt ultimae sententiae :]* Ammonicius. Dilectionis operationem qui dat, ipse remunerat. Proinde tu spem ponens macte in adiutorio miserationis divinae, perge viam alacris postulatae narrationis.

Collecticius. Pergam libens, ipsum mihi adesse omnimodis cupiens.

Puppingae

20. Igitur post multa pietatis et aequitatis opera, quibus Deo servire studebat, quibusque ecclesiam sibi commissam regebat, saepe nomi-

[12] in basilica sancti Pauli, haec verba in ms. alia litera ascripta sunt. *Canisius. Eadem iam ab Othlono lecta fuisse monet Waitz.* — [13] cum *habet Canisius.* — [14] despicalem *Canisius.* — [15] non *om. Canisius, supplevi ex Othlono.*

(1) Perperam intellectum nomen Regensburg ita non semel vertit Arnoldus, ab ὕω, pluere. Vide etiam libri I, c. I, *MG.*, Scr. tom. IV, p. 550. — (2) Tagini, Tagni, Tagino, vel etiam Dagheno (*MG.*, Scr. tom. XIV, p. 374) Wolfkangi familiaris. Vide Othloni *Vitae* c. XXXVI, et infra n. 13. — (3) *II Tim.*, IV, 2. — (4) In diplomate Ottonis III, 6 aprilis 1000, vocatur capellanus Heinrici ducis, *Monumenta boica*, tom. XXVIII, 2, p. 283. Cfr. Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 183. — (5) Creatus est archiepiscopus Magdeburgensis anno 1004. *Thietmari Chron.*, tom. V, c. 25, *MG.*, Scr. tom. III, p. 803; *Annales Magdeburgenses*, ad a. 1004, *MG.*, Scr. tom. XVI, p. 162-163. — (6) Obiit die 9 iunii anni 1012. Vide Mülverstedt, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, tom. I (1876), pp. 233, 262. — (7) Quamquam hinc inde titulo beati nuncupatur Tagino, uti v. g. in inscriptione eius statuae in ecclesia Sancti Emmerammi Ratisponae, nullum tamen eiusdem cultus vestigium deprehendimus neque in kalendario neque in litaniis neque in proprio *Breviarii Magdeburgensis*, cuius editionem anni 1491, (Hain, 3856), prae manibus habemus. *Beatum Tagmonem* in sua *Bavaria Sancta*, tom. II, pp. 155-158, collocavit Raderus, sed de legitimo quodam cultu nullum prompsit argumentum. — (8) *Luc.*, XXI, 18. — (9) *Ephes.*, IV, 13. — (10) *Iohan.* XV, 5.

natus

A natus saepiusque nominandus venerabilis praesul Wolfkangus cum Ratisponae constitutus, rerum necessaria mutatione poscente, in orientalem huius provinciae regionem iter suum pararet, febricitare coepit. Quam corporis molestiam vir Dei non solum vigiliis et orationibus animae suae fecit esse proficuam, sed etiam eleemosynis, opus et decus adaugens bonae voluntatis, totum, quod habere potuit, per manus pauperum in gazophylacium Christi transmisit, sicque in partes orientis perrecturus, illi, qui nescit occasum, vitae suae sedulis precibus commendavit excursum. Cumque per Danubii decursum ventum esset in puppi ad locum, qui dicitur Puppinga (1), ultra iter tendere non valebat, quia tempus resolutionis instabat : ibi enim superna se visitante gratia cognovit, cito fere complenda, quae sibi per visionem, longe antea fuerant revelata.

21. Ammonicius. Cuius rei revelationem acceperit, et ubi aut quando, sive per quem eam didicerit, admone, ne silentio supprimas, sed caritati fraternae luculenter edisseras.

B Collecticius. Dicam scribamve hoc breviter, etsi non leviter, quia cauma aestivale facit ex valetudine me dolere. Quodam atqui tempore cum in Alamannia positus vir Dei peregre proficiscendi voluntatem haberet, beatissimum Christi confessorem Otmarum (2), cui se suaque frequentissime commendabat, sibi in somnis astare videbat. Quem iussus intendere, ab eo huiusmodi accepit verba : *Quia rogatus a te rogavi Dominum pro te, in quo sum exauditus, manifesto nunc tibi futurorum praenuntius. Pauper et inops de hac provincia egredieris, sed in alia, in qua pro amore Domini exsulaberis*[16], *episcopatum caducis rebus satis locupletem praedestinatione divina suscepturus eris. Cuius in administratione si fidelem te exhibueris bonaque impertaesus seminaveris, iuxta id, quod scriptum est : Quaecumque seminat homo, haec et metet* (3) : *expletis viginti duobus annis, vitam transitoriam eris exiturus et aeternam ingressurus. Et hoc procul dubio scire te volo, quod animam conditori redditurus es in loco, ubi sub nomine Christi a christianis memoria mea veneratur et colitur. Quo me in hora exitus tui de Aegypto huius mundi spero adventurum cum ceteris, quos de exercitu Domini bonis meritis ad adiutandum* C *obitum tuum contra potestates aerias et spiritales nequitias* (4) *in caelestibus adsciveris et paraveris.* His et talibus prolatis in visione noctis, spiritus, qui apparuit, evanescens, virum venerabilem Wolfkangum dimisit ex parte laetificatum et ex parte maestificatum. Laetificatum autem dixerim, non ob gloriolam saeculi, quae colorata est in episcopalis dignitate fastigii, sed ob iucundam regni promissionem aeterni; maestificatum vero virum Dei scripserim, non ob brevitatem annorum huic vitae concessorum, sed ob prolongationem terreni incolatus lacrimabilem, iuxta illum versum psalmographi : *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est* (5).

morbo correptus.

EX ARNOLDO.

22. Ammonicius. Quae sint potestates aeriae, et quomodo spiritales nequitiae possint esse in caelestibus, cum caelestia nulla umquam inhabitet nequitia, solet a nonnullis inquiri; unde et oportet exponi.... *[Cetera apud* Canisium, p. 97-100.]

23. Collecticius. Igitur ut paulo ante dictando narrare coepi, praesul venerandus et multum a bonis vel fidelibus amandus, memor admonitionis, quam olim acceperat per revelationem Christi confessoris, nec non pro certo sciens principem huius mundi ad se venturum, et cum aeris potestatibus contra se pugnaturum, sed in misericordia Domini, in quo non habuit quicquam, per suffragia sanctorum sperans animam suam humani generis inimicum superaturam, iussit in agone novissimo, ut a fidelibus in oratorium portaretur et ante altare beati Otmari deponeretur. Quod cum factum esset, aliquantulum ex infirmitate convalescens, resedit, et orarium accipiens, per confessionem primum se expiavit. Dein qui aderant, pro fide, spe et caritate satis utiliter et luculenter commonefaciens, eos ac omnes sibi E commissos, et nihilominus obitum suum cum intimis suspiriis Deo et sanctis eius commendavit, sicque viatico sumpto, humo tenus se humiliavit. Tunc aeditui sive cubicularii eicere tentabant universos de ecclesia, exceptis familiaribus ibi ex more commanentibus. Quos vir Dei prohibuit dicens : *Reserate ostia, sinite omnes, qui hic manere velint, adesse resolutioni nostrae. Non enim nos qui sumus mortales, erubescere debemus, nisi ex malis operibus, cum mortis debitum necessario exsolverimus; quandoquidem Christus, qui nihil morti debebat, ferme nudus mori non erubuit in cruce pro generis humani salute. Aspiciat quisque in morte nostra, quod paveat et*[17] *caveat in sua. Deus misereri dignetur et mihi misero peccatori mortem nunc patienti, et cuique eam timide ac humiliter aspicienti.* Haec cum dixisset, reverenter exspiravit. Mox advenit archiepiscopus bonae memoriae Hartwicus (6) et Arbo (7) comes quidam ex numero fidelium fidelissimus, viroque Dei inter laicos carissimus. Hos quoque illo venturos nocte praeterita spiritu praedoctus venerabilis praesul Wolfkangus innotuit quibusdam post longa silentia, et corporis relaxata molestia, F astantes terrens, ac sic subito inquiens : *Mundate domum, purgate atria : hodie venient nobis boni hospites; et ut credatis mihi, quia verum dico, hoc vobis erit signum ex ore meo : Navis, in qua ferebantur bona domini Hartwici archipontificis et Arboni optimi comitis, naufragium atque iacturam in Danubio perpessa est; sed per misericordiam Dei homines salvi facti sunt, et ipsi domini mox post obitum meum vobis erunt adventuri.* Quid multa? Completis his, quae dicta sunt a beato Wolfkango, corpus eius comitatum ab archiepiscopo,

in oratorio S. Otmari

S. Wolfkangus *moritur;*

[16] exularis *Canisius.* — [17] *Canisius habet* non caveat.

(1) Pupping, in Austria superiori, ubi praecipuo quodam cultu honoratur S. Wolfkangus, uti patebit ex dicendis de gloria postuma. In territorio Brandstatt, parochia Eferding dioecesis Linciensis, exstructum est sacellum S. Wolfkango sacrum. Visitur ibidem eiusdem imago depicta, cum hac inscriptione : *Allhier auf diesem Ort im Jahre Christi 994 ist der hl. Wolfgang an das Land gestiegen, als er auf dem Schiff auf welchem er herunter gefahren ist krank geworden ist und hat sich von da nach dem Kloster Pupping begeben, alwo er selig im Herrn entschlief. Renovirt 1814 und anno 1888.* Haec oralem exprimunt traditionem, quae forte magis determinat verba Arnoldi; non enim longe distat Eferding a Puppinga. — (2) S. Otmari abbatis Sangallensis (†759); memoria recolitur die 16 novembris ; huius Vita auctore Walafrido Strabo edita est in *MG.*, Scr. tom. II, p. 41-47, et in *Mittheilungen zur vaterländischen Geschichte*, [St. Gallen], tom. XIII (1870), p. 94-139. — (3) *Galat.* VI, 8. – (4) *Ephes.* VI, 12. – (5) *Psalm.* CXIX, 5. — (6) S. Hartwicus sedit ab a. 991 ad 1023. De rebus hic narratis nihil occurrit in eius Vita edita in *Act. Iun. SS.*, tom. VI, p. 131-33, et *MG.*, Scr. tom. XI, p. 95-97; lege quoque Hansiz, *Germania Sacra*, tom. II, p. 163-166. — (7) Aribo comes palatinus, ad quem litteras dedit 18 aprilis anni 999 Silvester II papa. Jaffé-Ewald, *Reg. Pont. Rom.*, n. 390. De eo legatur Hirsch, *Heinrich II*, tom. I, p. 34 sqq.

EX ARNOLDO. episcopo et a populo fidelium copioso est religiose translatum, nec non die a transitu illius septimo in civitatem Ratisponam allatum. Ubi cum praesul beatus apud Sanctum Petrum esset susceptus, ac vigiliarum missarumque celebrationibus Deo, cui famulabatur, foret commendatus, in basilica beati Stephani protomartyris (1), ut vivens praeceperat, pontificalibus infulis, in quibus consecratus erat, induebatur, iuxta hoc, quod scriptum est : *Induam te mutatoriis* (2). Ibi, ut audivi a quodam presbytero sene ac religioso, qui eum paramentis amiciebat, ad manifestandum tanti pontificis meritum, non tantum odor malus aberat, sed etiam bonus aderat, secundum quod apostolus ait : *Bonus odor Deo sumus in omni loco, aliis ad vitam, aliis ad mortem* (3). Tunc cum magna reverentia sustollentes corpus beati viri, transportabant illud ad ecclesiam Christi martyris Emmerammi, cuius honorem, dum vixerat, intimo affectu summoque studio colebat. Qua missarum sollemniis et exsequiarum officiis [17] rite peractis, octava luce a pridie kalendarum novembrium, in quibus ille excessit de B medio, magnifice et honorifice sepultus est parte australi basilicae Sancti Emmerammi (4) in ordine pontificum duodecimo (5), satis congrue numero sacro in tali viro definito, in quo Dominus miraculis et signis potenter post manifestavit, quia hunc cum principibus populi sui collocavit.

Ratisponae tumulatur.

24. Ammonicius. Nunc ergo, quia virum Dei in numero episcoporum posuisti duodenario, ut mihi videtur, conveniens est, ut qui ante eum hanc ecclesiam rexerint, nominatim edisseras, et quos habuerit successores, huic operi ex compendio innectas. Delectantur quidem nonnulli lectione huiusmodi.

Collecticius. Non habetur certum quis primus in illo loco plantator fuerit divinarum plantationum. Sed tamen, ut potero, dilectioni tuae obtemperabo. Igitur sicut ecclesiasticarum testantur scripta donationum et traditionum, haec sedes habuit episcopos (6). Primum, temporibus [18] Romanorum, venerabilem virum, cum ceteris non parvi numeri episcopis, quorum certa praesulatus regimina legimus, nomina vero invenire non potuimus ; dein sub tempore regum Francorum, nec non ducum Noricorum, quendam religiosum ecclesiae ministrum nomine Lupum et C successorem eius nuncupatum Ratharium, ante ordinationem illam videlicet beati Bonifatii Moguntiae archiepiscopi, quam ille in Norico ex auctoritate apostolicae sedis, iuxta instituta canonum exercuit sive disposuit. Postea vero praefuerunt hi, quorum nomina subsequuntur. In primis praefuit dominus Gaubaldus, vir sanctus et religiosus, sub quo corpus B. Emmerammi vere martyris et episcopi translatum est de loco, in quo positum fuerat, quando ab Ascheim huc transportatum erat. Post hunc Sintpertus cathedram pontificalem cum regimine ecclesiastico suscepit, qui D B. Emmerammo basilicam novam amplioribus spatiis et propensiore sumptu construxit atque ornavit. Quem per ordinem sequebantur Adalvinus, Baturicus, Erchanfridus ; his succedebat Embricho, homo venerabilis aetate ac merito, uti comperimus chronicorum scripto veridico. Tum episcopatus Ratisponensis Asperto provenit, cui successit vir magnae mansuetudinis et pietatis nomine Tuto, clarus ingenio ; is habuit successores Isangrimum, Guntharium [19] et Michaelem. Post hos rexit hanc ecclesiam B. Wolfkangus, quem subsecuti sunt ordine vicis suae, Gebhardus, et item Gebhardus, quibus Orno successit, tertius Gebhardus frater imperatoris, valde praeeminens et nobilitate generis et fastigio pontificalis honoris. Ab illo autem, qui Lupus vocabulo, pastor officio pascebat oves christicolas sub duce, qui dictus est Dieto, usque ad istum, qui nunc ecclesiam regit, fuerunt omnes episcopi huius sedis, decem et septem. Hos pius princeps pastorum collocare dignetur in regno caelorum, et nos peccatores in multitudine suarum miserationum, non dedignetur efficere participes aeternarum salvationum. E

Series episcoporum Ratisponensium.

25. Ammonicius. Amen. Nunc tempus est, ut stilum convertas ad miracula, quae ad sepulcrum beati Wolfkangi episcopi et confessoris dignata est gratia omnipotentis operari, qui in sanctis eius semper est gloriosus et mirabilis. Haec quoque scribere te oportet, vel ob hoc maxime, quia sunt nonnulli, qui quosdam electos minime credunt esse in numero sanctorum, nisi ad eorum sepulcra prodigia viderint et signa.

Miracula

Collecticius. Novi et scio, quia tibi obsequendo multorum moribus deservio ; ideo dilectionem tuam praecedentem per admonitionem paratus sum subsequi per praesentem descriptionem.

26. Quidam homo caecitate multatus, ob id valde contristatus, ut ad sepulchrum B. Wolfkangi accessit et ibi cum lacrimis preces fudit, recepto visu, exauditum se gratulatus, et inde oppido laetificatus Deo ac sancto pontifici gratias egit, sicque comite salute, proprios lares revisit.

27. Alio quoque tempore muliercula quaedam sub spe recuperandae salutis deportata est a suis in ecclesiam B. Emmerammi martyris ac pontificis; in qua dum ante altaria rependo petitione sedula sanctorum efflagitasset suffragia, tandem ex labore seu aegritudine fatigata, secus tumbam Christi confessoris Wolfkangi resedit humi. Cumque misella corpore ac mente inclina venerandi pontificis adiuvari se optaret precibus et meritis, subito lateris contractio, et ceterorum nodosa membrorum alligatio est soluta, et nihilominus tam vehementer disrupta, ut sanguinis effusio difflueret in pavimento. Tunc mulier pri-

ad sepulcrum

[17] et exsequiarum officium *alia littera ad marginem, notat Canisius.* — [18] *Haec omnia [scilicet quae et nos minoribus typis expressimus] ad marginem minore littera notata sunt, ait Canisius.* — [19] Guntharim *Canisius.*

(1) Antiquior nuspiam mentio occurrit huiusce basilicae, quam nonnulli a S. Wolfkango conditam coniciunt. Ebner, *Die älteste Denkmale des Christentums in Regensburg, Römische Quartalschrift*, tom VI (1892), p. 177, n. 5. Aliis antiquum aedificium, quod nunc exstat, saeculo xi exstructum fuisse praeplacet, ut Riehl, *Beiträge zur Geschichte der romanischen Baukunst im bayerischen Donauthal, Repertorium für Kunstwissenschaft*, tom. XIV (1890), p. 10, citatus ab Ebner. Ecclesiam describit, icone quoque adiecta, Walderdorff, *Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart*, 3a ed., p. 98-102. — (2) *Zach.* iii, 4. — (3) *II Cor.* ii, 15, 16. — (4) Inde translatus fuit in cryptam anno 1052. Locum pristinae sepulturae hodiedum signat tumba lapidea, sanctum iacentem et pontificalibus vestibus ornatum exhibens, de qua Walderdorff, *Regensburg*, ed. cit. p. 147. — (5) Utique si seriem a Gaubaldo, omisso Wicterpo, qui in catalogo metrico (*MG.*, Scr. tom. XIII, p. 352) primus est. Vide Rettberg, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II, p. 269. — (6) Hic habes antiquissimum catalogum (si metricum modo citatum excipias) episcoporum Ratisponensium. Alios reperies in *MG.*, Scr. tom. XIII, p. 359-361, et unum in *MG.*, Necrol. tom. II, p. 46, qui tamen ultimus non ultra Michaelem ascendit. Cfr. A. Hauck, *Kirchengeschichte Deutschlands*, tom. II (1890), p. 731-32.

mum

A mum exterrita, prae timore coepit clamare, dein exsiliens grates reddidit salvatrici sanctae Trinitatis omnipotentiae atque sanctorum sanitatis impetratrici clementiae. Itaque sibi restituta de salutiferis ecclesiae domiciliis repedavit ad sua. Post haec ad quos huius rei cura pertinebat, scamnellum, quo illa paupercula totis viribus innixa repere potius quam deambulare solebat, ad gloriam nominis divini et ob memoriam tanti signi, super fores ecclesiae suspendebant.

S. Wolfkangi *patrata.*

28. Quadam die homuncio[20] pauperculus et, ut veridica relatione didici, Ravennatis episcopi eleemosynarius, gratia orandi venit in ecclesiam B. Emmerammi. Is dum frequenti oratione se liberari sanctorum meritis postularet ab inhaerente sibi diu membrorum debilitate, demum decubuit in loco, qui beati Wolfkangi dotatus simul atque ditatus est corpore sacro. Ibi feliciter soporatus, quendam virum statura procerum et canitie venerandum astare vidit, qui ad eum dixit: *Ut quid tu hic aut cuius rei gratia huc advenisti?* Cui ille respondit: *Domine, propterea miser huc veni, ut saner a languoribus, quibus iam* B *per plures annos laboravi detentus.* At venerabilis heros, virga pastorali, quam manu gestare videbatur, tangens aegrotum ac officiis membrorum destitutum miserabiliter, infit: *Ecce sanaberis in nomine sanctae Trinitatis.* Tunc, qui iacebat quasi mortuus, per merita praesulis reverendi, a somno aegritudinis excitatus, repente exsilivit et prae stupore sive tripudio clamans in quantum potuit, Deum sanctosque illius et ipse laudavit, et alios ad laudandum provocavit.

29. Haec itaque tria capitula, ob memoriam venerandi episcopi in nomine sanctae Trinitatis descripta, pro testimonio duorum vel trium testium sufficere credo his, qui non superbo oculo et insatiabili corde contradicere tentant nomini trino pariter et divino. Insuper spero eiusdem sancti meritum viri, superna revelante et nihilominus cooperante gratia, manifestius adhuc et abundantius declaratum iri, nec non in Domino plenius a nobis sive ab aliis laudatum iri. EX ARNOLDO.

30. Ammonicius. Omnium fidelium spes non solum aequo, sed etiam necessario ponitur et figitur in omnipotente Domino, qui in tantum misericordiae suae unguenta diffundit, ut nec ab ingratis beneficia sua subtrahere velit. Cuius laus in sanctorum memoria, usque in finem saeculi confertissima debet recipere incrementa, secundum hoc, quod psalmista, in centesimo quadragesimo quarto psalmo dicit: *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur.* Proinde et tu viriliter assume dialogum inter duos conferendum, et scribito venerabilem virum Ramuoldum, quandoque scripseris beatum Wolfkangum, summa devotione commendans fidelí memoriae, qualiter laudabilis dualitas tanti antistitis et abbatis, dilectione Dei et proximi comitante, cum fide et caritate, illuc pervenerit, ubi sancta Trinitas perpetualiter imperat, nec non indivisa divinitatis unitas, cum sanctis et electis aeternaliter regnat. E

Collecticius. Amen. Fiat voluntas Domini in salute generis humani, et in paupercula descriptione huius opusculi, sicque suum stilus agat officium, ut per id oboedientiae Deo paretur acceptabile sacrificium (1).

[20] al. dominico *Canisius in marg.*

(1) In seqq. n. 41, *MG.*, Scr., tom. IV. p. 568, brevis quoque mentio S. Wolfkangi occurrit. cfr. supra, n. 73, ad an. 980.

VITA S. WOLFKANGI

AUCTORE OTHLONO

C *Edita ex manuscriptis codicibus* **A 1** = *Cheltenhamensi 16339*, **A 2** = *Einsidlensi 322*, **B 1** = *Monacensi 9506*, **B 2** = *Monac. 22244*, **B 3** = *Monac. 13001*, **B 4** = *Zwettlensi 14*, **B 5** = *Admuntensi 440*, **C 1** = *Vindobonensi 2217*, **C 2** = *Vindob. 3777*, **C 3** = *Mellicensi H 9*, **C 4** = *Vindob. 818*, **C* 1** = *Cremifanensi 128*, **C* 2** = *Monac. 14034*, **C* 3** = *Coloniensi Gymn. 3*, **C* 4** = *Monac. 23846; quorum lectiones variantes notavimus ea qua diximus ratione in Comm. praev., n. 9-13. Egimus ibidem de aliis codicibus* **B 6, 7, C 5-11, C*5-11**, *quorum paucas tantum vel nullas lectiones assumpsimus. Editiones Mabillonii* = **M**, *in* Actis SS. O. S. B., *saec. V, p. 812-33, et Waitzii* = **W**, *in* MG. *Scr. tom. IV, p. 525-42 aliquoties citavimus. Typis minoribus expressa sunt quae Othlonus ex Arnoldo desumpsit.* F

a **Prologus [1] in vitam [2] sancti Wolfkangi [3]** *a.*

Fratrum quorundam nostrorum hortatu sedulo infimus ego Othloch [4] coenobitarum sancti Emmerammi compulsus sum, beati [5] Wolfkangi vitam, ab antecessoribus nostris in libellulis [6] duobus dissimili interdum et impolita materie descriptam, in unum colligere atque aliquantum [7] sublimiore stilo corrigere. Quibus saepius renitendo [8] ex imperitia magis quam malitia tam ardui operis denegavi negotia. Sed illi, quod mihi difficillimum videbatur ex proprio, divino adiutorio levigantes [9] a precibus inceptis [10] non desistebant, donec me votis suis parere vel attentare promittebam, credens utique, quia [11] non absque superno nutu huiusmodi foret exactio, dicente Scriptura sacra [12]: *Nihil in terris* [13] *fit sine causa* b. Quae sit autem [14] causae rationabilis et aliqua utilitate subsistentis [15] diffinitio, sancti Augustini docemur rudimento: *Voluntas* b

Prologus. *Prologum omittunt A 2, B 5, 6, 7, C 6, 7, 11, C*.* — [1] Item eodem die sancti Wolfgangi episcopi Incipit praefatio *B 4*, Incipit prologus *A 1, C 2, 3.* — [2] legendam *C 3.* — [3] Wolfgangi *B 2*, Wolfcangi *B 3*, Wolfgangi episcopi *C 2*, Wolfgangi Ratisponensis episcopi *C 3.* — [4] O. *A 1, B 3, 4, C 2, 3.* — [5] sancti *A 1.* — [6] liberulis *A, C 2, 3.* — [7] aliquantulum *B 4.* — [8] retinendo *B 1.* — [9] (a. l.) l. a. *A 1, B 1, 2, 4.* — [10] *in margine corr. prima; manu prius* praeceptis *B 3.* — [11] (u. q.) me *B 4.* — [12] sancta *B 1, 4.* — [13] terra *B 4.* — [14] (s. a.) siciante *C 1.* — [15] (rationabilis — subsistentis) substantivae id est aliqua ratione vel utilitate subsistentis *A 1.*

Dei,

AUCTORE OTHLONO.

Dei, inquit, *prima et summa causa est omnium corporalium spiritualiumque*[16] *motionum* c. Hac igitur fide atque spe incitatus, fraternos adimplere curavi precatus. In quo scilicet opusculo hoc studere me denuntio, ut ea quae simili quidem sensu prolata, sed inemendato rusticoque stilo videbantur vagabunda, regulae aliquantulum grammaticae artis[17] subiugarem et ad litteratorios usus exemplarem. Ubi vero dissimilis habebatur sententia, ut est illud quod dicitur regem gentemque[18] Ungariorum[19] ad sacram[20] fidem convertisse nec non baptizasse[21] *d*, nonnullaque alia quoniam[22] non[23] solum alter libellus, Arnolfi[24] scilicet monachi dialogus apud nos scriptus, sed etiam omnium, qui adhuc nobiscum conversantur et se relatione patrum fideli[25] comperisse sancti Wolfkangi gesta testantur, verba discrepant[26], visum est mihi[27] magis debere sequi dicta scriptaque[28] nostratum, inter[29] quos et maxime praedictus vir Dei in hac vita degens claruit, quam externorum[30]. Nam alter libellus, in quo varietas habetur talis, delatus est ex Francis. Multa etiam, quae in libro neutro inveniebantur fidelium quo- B rundam[31] attestatione comperta, addere studui, sicque quaedam addendo, quaedam vero fastidiose vel inepte dicta excerpendo, pluraque etiam[32] corrigendo, sed et capitularia[33] praeponendo, vobis[34], o fratres mei exactoresque[35] huius rei, prout ingenioli mei parvitas permisit, oboedivi. Iam, rogo, cessate plus tale quid exigere a me.

Explicit prologus[36].

Incipiunt capitula[1].

I. Quibus parentibus sanctus[2] Wolfkangus sit natus et quali conversatione ab infantia[3] fulserit, quidque[4] matri suae de eo visum fuerit[5].

II. Relatio de nominis eius memoria, quia indifferenter accipi possunt huiusmodi vocabula[6].

III. Quanta aviditate scholis traditus litteraturam[7] ceperit[8].

IV. Quia cum quodam Heinrico[9] sibi familiarissimo discendi causa ad Wirziburg[10] convolaverit[11].

V. Quomodo ob quaedam obscura in Marciano[12] dicta conscholasticis[13] a se enucleata[14] a magistro Wirziburgensi[15] sit repulsus.

VI. Quod vir Dei[16] renuntiare saeculo[17] decre- C verit, sed amici sui Heinrici precibus[18] distulerit.

VII. Quomodo Heinricus, Treverensis episcopus[19] factus, sanctum Wolfkangum secum ire petierit et ei omnem post se episcopatus digni- D tatem subdere voluerit, sed ille haec renuens vix pueris docendis praeesse consenserit[20].

VIII. De eo quod episcopus Heinricus, audita conversatione sancti viri, coenobium aliquod sibi committere studuerit[21].

IX. Quomodo, Heinrico praesule[22] in Roma defuncto, sanctum Wolfkangum ad se convocaverit episcopus Coloniensis Bruno[23].

X. Quemadmodum vir Dei a Brunone episcopo[24] dimissus[25] patriam reviserit et ad monasticam vitam tetenderit[26].

XI. Qualiter sanctus Wolfkangus a beato Udalrico presbyter sit ordinatus.

XII. Ubi viro[27] Dei sanctus Otmarus per visum[28] apparens, quod praesulatus regimen esset accepturus, quantisque[29] id annis foret dispositurus, praedixerit[30].

XIII. Quomodo ex revelatione divina incitatus praedicandi causa Pannoniae petierit confinia, sed a Piligrimo[31] Pataviense episcopo sit revocatus[32].

XIV. Quomodo eiusdem episcopi effectu[33] Ratisponensis ecclesiae praesulatum[34] suscepérit. E

XV. Qualiter in urbe praedicta[35] monasticae vitae incuriam perspiciens[36] doluerit[37], et pro huiusmodi emendatione Ramuoldum in sancti Emmerammi coenobio abbatem constituerit.

XVI. De eo quod[38] quidam indigne ferebant, quia praedicto coenobio abbatem praefecerit.

XVII. Qualiter etiam[39] sanctimonialium monasteria[40] in praedicta urbe constituta ad monasticae vitae regulam perduxerit.

XVIII. Quomodo canonicorum iura providere studuerit.

XIX. Quanta praedicationis gratia refulserit[41].

XX. Quod[42], viro Dei praedicante, diabolica fraus discurrere populum fecerit.

XXI. Qualiter eum stolidus quidam tacite despiciens, mox terrore ac infirmitate[43] fuerit correptus sed postea sanitati restitutus.

XXII. De cottidiana illius conversatione.

XXIII. Quomodo sacerdotes pagenses[44] admonuerit, ut[45] se observarent.

XXIV. Quanta sollicitudine[46] emendaverit, cum quosdam ob vini penuriam missas cum aqua celebrasse audiret. F

XXV. Quod ita alienis sicut sibi subditis misericordiam exhibuerit.

[16] et spiritualium *C 1, 2, 3, add.* que *C 1.* — [17] arti *B1.* — [18] *in margine prima manu B 3.* — [19] Ungrorum *A1, B1, 2*, Ungarorum *B 4, C2, 3.* — [20] sacramenti *B4.* — [21] waptizasse *C 2.* — [22] quorum *A 1, C 3.* — [23] *in marg. C2.* — [24] Arnulfi *B 4.* — [25] se *add. C 2.* — [26] (v. d.) d. v. *B4.* — [27] *om. B1.* — [28] (d. s.) scripta dictaque *B 4.* — [29] intra *B 1, 2, 4, C 2.* — [30] extraneorum *C 3.* — [31] *om. B 2.* — [32] *supra lin. C2.* — [33] *post corr. in margine C 2,* cappellaria *C 1,* vobis *add. B 1.* — [34] nobis *C1.* — [35] que *om. B 4, C1, 2, 3*. [36] (e. p.) *om. A 1, B 2, 4, C 1, 2.*

Capitula. — [1] *Sic A 1, alii om. Capitula desunt in B 1, 2, 6, 7, C 2, 11, C*.* — [2] beatus *C 3.* — [3] pueritia *A 1* vixerit et *add. B 4.* — [4] quodque *A 1, B 4, C1.* — [5] est *B 4* (quibus-fuerit) *om. A 2 et plerique qui seriem titulorum distinctam non habent,* capitulum primum *add. C 3.* — [6] (rel.-vocabula) de vocabulo nominis eius et mysterii memoria *B 5.* — [7] literularem *B3, C1.* — [8] *om. C 1* (scholis-ceperit) litterarum *B5.* — [9] Henrico *et sic deinceps B 3.* — [10] Wurzburg *A 1,* Wirzibourg *B 4,* Wirizburg *C1, 3.* — [11] *integrum titulum om. B 5.* — [12] Matiano *B 3.* — [13] cum scholasticis *A 2.* — [14] enucliata *B 4.* — [15] Wurzburgensi, *A1.* Wurziburgensi *A 2,* Wirzibourgensi *B 4,* Wirzbugensi *C 3,* Wyrizburgensi *C 1,* (quomodo — Wirz.) quod a magistro per invidiam *B 5, pivisio textus discrepat in C 3, infra* c. V. — [16] propter Heinricum *add. B 5.* — [17] *om. B3, C 1.* — [18] (decreverit-precibus) *om. B 5.* — [19] (T. e.) e. T. *A 1.* — [20] (quomodo-consenserit) quod Heinricus episcopus Treveris sit factus et sanctum virum ibi pueris vix praefecerit *B 5.* — [21] voluerit *B 4,* (de — studuerit) quod sancto viro Heinricus propter reverentiam eius aliquod regimen voluit committere *B 5.* — [22] praesuli *B 4.* — [23] (quomodo — Bruno) quod episcopus Coloniensis Bruno post obitum Heinrici virum Dei ad se vocaverit, *B 5.* — [24] (B. ep.) ep. B. *A1.* — [25] missus *B 4.* — [26] (quemadmodum-tetenderit) quod postquam patriam reviserit monachicam vitam susceperit *B 5, textus divisio discrepat in C 3.* — [27] viri *B 3.* — [28] (p. v.) in visu *B 4.* — [29] quantis *C1.* — [30] praedixit *B 3, C1* (ubi-praedixerit) quod sanctus Othmarus episcopatum eum accepturum et vitae suae terminum praedixerit *B 5.* — [31] Pilgrimo *C1, 2, 3.* — [32] (quomodo — revocatus) *om. B 5, et deinceps sola littera rubricata initia capitum discernit, excepto capite XXXVIII.* — [33] affectu *B 4.* — [34] *om. B 4.* — [35] Ratispona *A1.* — [36] prospiciens *B 4, C1, 3.* — [37] doluit *A1.* — [38] *bis scriptum in B 3.* — [39] *om. B 4.* — [40] *om. C1.* — [41] (quanta — refulserit) *add. B 3, C1, 3.* — [42] Quomodo *A1.* — [43] ac infirmitate *om. A1.* — [44] (s. p.) p. s. *C1, B 3, et corr. recens supra lineam addendo litt.* r. *scripsit* Pragenses *B 3.* — [45] qualiter *C3.* — [46] benignitate *A1,* solitudine *C1.*

ANNOTATA.

a *In codicibus recentioribus sancti nomen plerumque scribitur* Wolfgangus. *At in antiquis v. c. A1, 2, recta legitur forma* Wolfkangus. *Recta, inquam, etenim comprobatur testimoniis coaevis. Ita, in sacramentario Veronensi, dum sanctus in vivis ageret, conscripto (Delisle,* Mémoire sur d'anciens sacramentaires, *Paris, 1886, p. 195), in instrumentis, v. c. in originali diplomate imperatorio an. 979* (MG., *Diplom. Ottonis II, n. 204, p. 232). Eandem reperies in necrologiis quae enumerare superfluum est, et in* Libro confraternitatum *Salisburg. recent.* (MG., *Necrol. tom. II, p. 46.) Non nego in diplomate an. 979,* MG., *Diplom. Ottonis II, n. 205, p. 233, ab editore scribi* Vuolfgangus. *A librariis aliquando ponitur* Wolgangus, Vulgangus. *In martyrol. Danico a Sollerio adhibito, et alibi* Wolfgandus, *quod* (Martyrol. Usuardi, *p. 640). Sequentes notat Förstemann,* Altdeutsches Namenbuch, *tom. I (1856) :* Wolfcang, Wolfkang Wolfkanc, Vulfgang, Wolfganc, Wolfcanc. *Aventinus scribit* Voliphoganges (Sämmt. Werke, *tom. III, p. 22).*

b *Iob., v, 6.*

c *Prosperi Sent. ex Aug., lib. 1. n. 58, P. L., tom. XLV, p. 1864.*

d *Infra, c. XIII; Arnoldi lib. II, n. 1, 2;* Comm. praev., *n. 31-32.*

AUCTORE OTHLONO.

CAPUT PRIMUM

E

Sancti ortus, studia litterarum, incolatus Herbipolensis et Treverensis, monachatus.

Incipit [1] vita sancti [2] Wolfkangi [3] episcopi [4].

Sancti pueritia,

I. Beatus igitur Wolfkangus, natione Suevigena, ex ingenuis parentibus et, ut sibi Salomon [1] optat, nec divitias nec paupertatem patientibus, sed mediocriter [2] recteque viventibus, est procreatus. Qui nimirum ab ipsis infantiae rudimentis Deum [3] fontem vitae sitiens et caduca quaeque despiciens, magna meritorum praerogativa coepit eminere, multisque virtutibus studuit fulgere. Fertur etiam, quod eius matri visum fuerit stellam in gremio portare. Quod scilicet praesagium conveniens erat praeclaris filii virtutibus. Nam unus illorum exstitit, de quibus Scriptura sacra dicit : *Qui docti fuerint [4], fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates* a. *a*

nomen,

II. Natus [1] ergo puer, non multo post baptismi gratiam adeptus, Wolfkangus est appellatus : F quod videlicet nomen ille per semet ipsum est interpretatus [2]. Nam in quodam armario *b*, quod *b* ipse [3] construi praecepit, inter reliqua, sicut erat peritissimus poematum [4] compositor [5], ita [6] scripsit :

Struxerat [7] aediculam mandrita Lupambulus
[istam [8] c. *c*

Verumtamen pro nulla ignominiosa causa [9] hoc nomen ei [10] imponebatur, sed quadam [11] consueta

[47] moltos *B3.* — [48] procuravit *C3.* — [49] (ei — iussit) *om. B4.* — [50] (a. d.) d. a. *A1.* — [51] Poemia *A1, B4,* Bohemia *C3.* — [52] episcopatus *B4.* — [53] qualiter *C3.* — [54] prophe-ticae *C1.* — [55] (eq. e.) e. eq. *B4.* — [56] *om. A1.* — [57] (d. c.) c. d. *B4, om. B3.* — [58] vicedomnum *B3.* — [59] tonitruum *A1, B3, 4, C3.* — [60] factum *add. A1.* — [61] Rubocolensis *B3, C1, 3,* Rubicolensis *B4.* — [62] illius *A1.* — [63] Baioariae *post corr. B5.,* Bawariae *C3,* Baiorie *B4,* Pannoniae *C7.* — [64] modestia *A1.* — [65] (i. o.) o. i. *B5 qui hic rursus rubricam habet, et in quo manus recens induxit ad cc. XXXVIII et XXXIX divisionem octo lectionum.* — [66] quomodo *C3.* — [67] Wolfkangi *A1.* — [68] praefectus *A1.* — [69] devexerint *C3.* — [70] sepelierunt *B4.* — [71] *om. B2, C1.* — [72] caementario *B4.* — [73] (f. e.) e. f. *B3, C1, 3,* est effectus *A1.* — [74] *om. C3.* — [75] meritum *C3.* — [76] caput XIIII et ultimum *add. C3.*

Tit. — [1] *om. B4, C*1, 2.* — [2] beati *B4.* — [3] *vide supra prolog. et annotat.* a. — [4] *om. A1* confessoris *A 2,* et confessoris *add. B5,* Ratisponensis *C*2, om., B1, C1. Alii plane diversum habent tit.* Incipit legenda de sancto Wolfgango *C3,* pridie kalendas novembris pulcra et originalis vita beati Wolfgangi episcopi *C*10.*

Cap. I. — [1] Salemon *B5.* — [2] (s. m.) *om. B5.* — [3] divinum *M, W.* — [4] fuerunt *A, C1.*

Cap. II. — [1] beatus *B4.* — [2] (quod-interpretatus) *om. B4. C*2.* — [3] *om. C*2.* — [4] poematis *B5.* — [5] composuit *B5.* — [6] ista *B5.* — [7] iusserat *A1, 2, M, W.* — [8] *in marg. B3.* — [9] (i. c.) sua malitiae nota *A1, 2.* — [10] (n. e.) e. n. *B5.* — [11] *om. B1.*

suae

Auctore Othlono.

suae cognationis [12] appellatione; quia et nomina bestiarum in utramque partem adverti [13] possunt. Leo etenim [14] interdum significat diabolum, ut ibi: *Sobrii estote et vigilate quia adversarius vester diabolus tamquam* [15] *leo rugiens circuit, quaerens quem devoret* d; Christum etiam [16] nihilominus designat, ut est illud: *Ecce vicit leo de tribu Iuda* e; et ovis in bono ponitur, ut illud: *Nos autem populus tuus* [17], *et oves pascuae tuae* f, et in malo, ut ibi: *Sicut oves in inferno positi* [18] *sunt* g, item [19] patriarcha Iacob ad filium suum: *Beniamin lupus rapax* h; et poeta de persona sancti [20] Pauli ita scribit:

O lupe Paule [21] *rapax, quid iam remanebit in orbe,*
Quod non ore trahas? i.

Hinc itaque apparet, quod nullus iustificatur vel reprobatur ex nomine.

litterarum studia III. Crescente autem puero, Spiritus sancti gratia augebatur simul in [1] illo. Nam cum iam circiter septuennis [2] esset, parentes eius illum pro discendis litteris cuidam commendaverunt clerico, hoc velut [3] religiosi praemeditantes, quod et postea experti sunt gaudentes [4], ut per iuges interventus filii instructi, funes peccatorum, quibus semet circumplexos sentiebant, solverentur. Idem vero pretiosae indolis puer tanta aviditate ac memoria litteras coepit capere, quo [5] paucis annorum decursibus transactis non solum historici sensus superficiem penetraret [6], verum etiam intimas mysteriorum medullas investigaret [7]. Quamobrem in privatis iam minime contentus est discere locis; sed ubi tunc in Germaniae partibus maxime pollebat scholare studium, patre ducente, Bitalassum [8] *k* adiit, id est [9] Augense [10] (*Augiae*) coenobium *l*. Ubi, quoniam eius fama ingenii [11] pridem audiebatur, gratanter est susceptus, brevique tempore dilapso [12], magistris, qui illius capacitatis acumen senserant, efficitur [13] suspectus *m*. Verumtamen nullo despectionis fastu [14] ex [15] huiusmodi eminentia intumescebat, sed cum omnibus in domo Domini [16] ambulabat cum consensu *n*.

IV. Per idem tempus fuit in loco praefato [1] propter studium scholare quidam Heinricus [2] *o* (*Herbipoli;*), eximia Francorum Suevorumque prosapia genitus, qui supradictum iuvenem maximo [3] sibi adnectens amore, rogavit unice, ut secum ad Herbipolim, quae a rusticis [4] Wirziburg [5] vocatur, veniret. Hoc autem ideo propensius [6] suadebat, quoniam [7] frater eius, Poppo *p* nomine, monarchiam illius episcopii tenebat et quendam Stephanum de Italia *q*, scholaris doctrinae causa conduxit, qui omnibus ibidem discere cupientibus satisfacere possit [8]. Cumque idem Heinricus in huiusmodi precibus persisteret, omnemque humanitatem [9], quae discendi ac peregrinandi necessitas exigit, promitteret, petenti tandem acquievit. Venientes ergo simul ad praedictam urbem, scholarem adeunt magistrum, et sub eius disciplina commorantes, aliquantis diebus habuere [10] propitium.

ibi vero repulsam passus, V. Cum autem quadam die in Marciano [1] *De nuptiis Mercurii et philologiae* [2] legeret, quomodo utriusque nomen [3] rhythmi profunditate conveniret, et non satis diligenter exprimeret, iuvenes, ut soliti fuerunt, ad perspicacioris sensus virum Dei Wolfkangum venerunt, et ut numeri difficultatem explicaret [4], unanimiter postulaverunt. At ille, sicut erat benignus et edoctus, non solum quod [5] rogaverant, verum etiam omnem huius sententiae scrupulositatem aperiens insinuavit. Quo comperto, magister praefatus ira commotus, ne ulterius suae interesset [6] lectioni [7], sub interminatione prohibuit [8]. Sicque malignus hostis, inventa hac occasione, tam per se quam per suos complices famulum Dei suffocare tentabat. Sed nimirum, sicut flamma flatibus venti agitata validius accendi solet, ita divini sensus ardor, qui in pectore Wolfkangi a pueritia caluerat [9], nullo tentationis imbre potuit exstingui. Ex illo itaque tempore, sicut ipse fatebatur, cuius omnia verba sunt credenda, de nullo carnali demonstratore scripturarum apprehendit penetralia, tantoque sibi postea exstitit amplius [10] ingenium, quantum distat inter hibernum solem et aestivum [11].

rogante Heinrico VI. Huiusmodi igitur profectibus vir Dei maturescens [1], cotidie se ipso robustior virtutibus succrescebat, etiam in corde suo quasdam de convalle lacrimarum ascensiones facere disponebat. Nam nisi amici precibus Heinrici [2], cum quo familiare habuit contubernium, retraheretur, omnimodo saecularibus renuntiaret desideriis [3]. Sed assidue tractans [4], quia caritas non quaerit quae sua sunt, sed quae alterius, ad tempus distulit, quod postea devotus implevit.

archiepiscopo r VII. Brevi dehinc evoluto tempore [1], Heinricus ab Ottone Magno Treverensem [2] suscepit archiepiscopatum *r*, et ut secum illuc adveniret, obnixe flagitavit beatum [3] Wolfkangum. At ille aliquandiu resistens, cum bene non posset [4], male noluit esse rebellis. Profectus est ergo cum amico. Tunc venerabilis antistes internae dilectionis vim, quam erga virum Dei habuit, explere cupiens, beneficiis et dignitatibus tantis voluit eum honorificare [5], quatinus per omnem episcopatus sui potestatem secundus post se, ceteris praelatus haberetur dignitate. Servus autem Dei cenodoxiam fugiens, semperque [6] prae oculis illud apostolicum habens: *Nihil intulimus in hunc mundum, sed* [7] *nec quid auferre* [8] *possumus*, et: *Qui cupiunt divites* [9] *fieri, incidunt in laqueos diaboli* s, tali honore se dicens [10] indignum, tandem consensit, scholasticos iuvenes [11] sibi commendari; prudenti usus

[12] cognitionis *B4*. — [13] vesti *B2*, *C*2*. — [14] enim *B5*. — [15] *corr. recens, prius* tam *B3*. — [16] enim *B5*, *om. C*2*. — [17] eius *B5*. — [18] *bis scriptum in A2*. — [19] de *add. B1,2,4*. — [20] *om. B1,5, C*1,2*. — [21] (l. P.) P. l. *B4 et corr. A2*.

Cap. III. — [1] cum *B4*. — [2] septennis *C3. C*1 etiam post corr. B1,2,3, C2*. — [3] veluti *M, W*. — [4] (quod-gaudentes) *om. C3*. — [5] quod *C*2*. — [6] penetrarit *M, W*. — [7] investigarit *M, W*. — [8] (p. d. B.) *om. B5*. — [9] (i. e.) *om. B5*. — [10] *supra lineam imperitus et recentior librarius posuit* Augustense *B1*. — [11] iam *add. B4*. — [12] delapso *A2*. — [13] effectus *B4*. — [14] faustu *B2*. — [15] *om. B1*. — [16] Dei *B5*.

Cap. IV. — [1] privato *M*. — [2] Henricus *B3, C3 et sic deinceps*, Hainricus *C*1 item*. — [3] maxime *B4, C1,2,3*. — [4] (a. r.) vulgo *B5*. — [5] Wurziburg *A2*, Wurzburg *A1*, Wirzburc *B2*, Wrzburg *B5*, Wirtzpurkch *C1*, Wirtziburg *C2*, Wyrizburg *C3*, Wirtzpurch *C*1*. — [6] *om. B4*, perpensius *C1*. — [7] quod *M, W*. — [8] posset *B3, C1,2,3, C*1*. — [9] (o. q. h.) h. q. o. *C3*. — [10] habuerunt *A1,2*.

Cap. V. — [1] Matiano *B3*. — [2] philoligiae *B5*. — [3] *om. B5*. — [4] exprimeret *C*1,2*. — [5] quae *C3*. — [6] interessent *B4*. — [7] (i. l.) l. i. *B3, C1,2,3, C*1,2*. — [8] (s. i p.) praecepit *B5*. — [9] coaluerat *A1,2, et ante corr. B3, post corr. B3*. — [10] *om. C*1*. — [11] (ex illo-aestivum) *pertinet ad caput sequens C3, C*1*.

Cap. VI. — [1] Maturascens *A1,2*. — [2] (a. p. H.) H. a. p. *C3*. — [3] (s. r. d.) r. d. s. *C*1*. — [4] *post corr. B1*.

Cap. VII. — [1] (e. t.) *B5*. — [2] Trevirensem *A1,2*, Treverense *C3*. — [3] *om. C1,3*. — [4] possit *C2*. — [5] honorare *C3*. — [6] semper *B4*. — [7] *om. B4*. — [8] afferre *B5*. — [9] (c. d.) d. c. *C4*. — [10] (s. d.) d. s. *C2,4*; fit magister scholarum *rubr. inserit C*4*. — [11] *om. C1,3*.

consilio,

A consilio, ut scilicet ingens doctrinae talentum sibi a Deo traditum aliis exhibendo, sicut dispensator fidelis fructificaret. In quo labore [12] nihil lucri, nihil mercedis sibi more saeculari [13] exhiberi voluit [14], sed ut alios lucrifaceret, decrevit operari. De nullo namque discipulorum, sicut plerique [15] solent doctores, illum satyricum clamantes versum :

Treveris

Nosse[16] *volunt omnes*[17], *mercedem solvere nemo* t

t

causa remunerationis aliquid exigebat, quamvis a pluribus cogeretur. Nondum vero presbyter ordinatus, a carne tamen [18] se [19] abstinuit, nec pretiosa vestimenta quaesivit, vigiliis quoque et orationibus ieiuniisque [20] deditus, corpore solummodo, non mente saecularibus negotiis erat implicatus [21]. Iuvenes etiam, quos ad erudiendum suscepit, non solum liberalibus exercebat [22] doctrinis [23], verum etiam moralibus informabat disciplinis. Quae utraque sic [24] temperavit [25], ut cum quibusdam [26] capacioribus artium vel auctorum difficilia quaeque [27] et profunda enodaret, mox ad idiotas simplicioresque se [28] vertens et nutricis B more quasi lacteum [29] historiae [30] cibum praecoquens [31], eos pariter recrearet [32]. Praeterea, quicumque pauperes et humanis destituti solaciis in eius discipulatu [33] morabantur, carnali non minus quam spiritali alimento ab eo refovebantur [34].

decanus constituitur.

VIII. Hac igitur tam laudabili conversatione partim visa, partim comperta, Heinricus archiepiscopus tam per se ipsum quam per suos [1] familiares Dei famulum [2] aggreditur, rogans ut aut clericale vel [3] monachile [4] coenobium aliquod regendum susciperet [5] *u*. Tunc ille per [6] humilitatis excusationem solitam omni sublimitate se clamans indignum [7] tandem per oboedientiae subiectionem compulsus, consensit ut esset decanus clericorum *x*. Hoc [8] primatu licet invitus [9] vendicato [10], inreligiosis terrori, ceteris fuit amori, quos scilicet omnes tam minis quam suasionibus [11], quod ante [12] non consueverant [13], fecit simul cibum capere et dormire, in claustro [14] lectionibus [15] intendere, et ne intima vel spiritalia neglegerent quibus carnalia suppeterent [16] delectabiliter admonuit; in omnibus his se praebens exemplum, adeo ut iam a cunctis diceretur [17] non esse clericus sed monachus.

u

x

A Brunone Coloniensi

IX. Interea praesulem Heinricum contigit caesaris Ottonis iussione [1] expeditionis causa Romam pergere *y*, ibique cum aliquantum tempus moraretur, nimis [2] aegrotare [3]. Sed cum se desperaret convalescere, vocavit ad se caesarem, et exposuit [4] ei beati Wolfkangi qualitatem, obsecrans [5] ut Treveris [6] litteras mitteret, cum quibus, ne a nullo idem [7] Dei famulus iniuriaretur, interdiceret *z*.

y

AUCTORE OTHLONO.

z

His precibus gestis, persolvit debita mortis *aa*.

aa

vocatus

Qua fama Treveris [8] audita, sanctus Wolfkangus primo nimium contristatus [9], deinde consolari coepit [10], quoniam quae diu de saeculi contemptu cogitarat [11], tunc peragere licebat. Cumque iam confirmata mente repatriare vellet, archiepiscopus Coloniensis Bruno *bb*, qui et ducatum tenuit Lutringensem [12], fecit eum ad se [13] venire [14], ac promittens illi omnem humanitatem [15] nec non [16] pontificatus honorem, conatus est secum detinere.

bb

Haec sanctus renuit, quia semet in ardua fixit.

Aliquandiu tamen cum illo conversatus est. Unde et frequenter postea rettulit, quia [17] eidem Brunoni episcopo similem in omni probitate raro viderit. Notandum autem merito, quantae perfectionis vir iste fuerit, cui tanta prosperitas saecularis [18] promissio [19] egregii praesulis arrisit, plurimaque quae scribi fastidiosum [20] est, nec [21] tamen adhaesit. Magni enim constat [22] meriti [23] haec omnia relinquere, seque [24] in hoc saeculo mendicum facere [25]. E

et abire permissus,

X. Gloriosus ergo archiepiscopus [1] Bruno virum Dei sentiens artioris vitae conversationem aggredi velle, cum amabili [2] tripudio dimisit eum iuxta placitum abire. At ille domum veniens, ab omnibus cognatis et amicis amabiliter [3] est susceptus, obviamque habuit, ut ita dicam, syrenes velut alter Ulyxes. Tunc omnis parentela omnisque cognatio meliorem substantiae hereditariae portionem pollicentes, plures quoque [4] amici flagitantes ne se desereret, dicunt [5] :

Cum sis cunctorum spes solamenque tuorum
Atque domus nostrae vis[6] *omnis*[7] *adhaereat*[8] *in te,*
Ne procul hinc vadas, ne[9] *nos, dilecte, relinquas* [10].

Fuerunt [11] etiam qui adderent, quia Scriptura praecipit parentibus obsequendum. Agonitheta [12] autem Dei [13] haec [14] contemnens omnia [15], ipsius Domini nostri Iesu Christi opposuit verba [16] dicentis [17] : *Qui amat patrem aut* [18] *matrem plus quam me, non est me* [19] *dignus* cc. Legebat forsitan quod sanctus Hieronymus ad quendam scribit amicum: *Licet parvulus in collo pendeat*[20] *nepos* [21], *licet sparso crine scissisque*[22] *vestibus ubera, quibus te nutrierat, mater ostendat, licet pater in limine*

cc

[12] labe *in margine C1 item B3.* — [13] scholari *C*4.* — [14] (e. v.) *om. A1,2,* (v. e.) *B1,2, 4, 5.* — [15] sibi *add. B4.* — [16] re *add. supra lin. B3.* — [17] *corr. prius* homines *B3.* — [18] *omittunt plerique C*.* — [19] (t. s.) s. t. *B4.* — [20] ieiuniis *C*4.* — [21] (nondum-implicatus) *hic omittit et transfert ad finem capitis A1.* — [22] *om. B5.* — [23] studiis *B4.* — [24] (quaesic) ut autem quantae discretionis esset aliquantum inspiciamus, sicut discipulis eius narrantibus audivimus, adeo se *A1,2.* — [25] inter alumnos *add. A1, 2.* — [26] *om. B5.* — [27] quoque *C*4.* — [28] *om. C3.* — [29] lacteo *B3, C1,3,4, C*1.* — [30] historice *B5.* — [31] (h. c. p.) c. p. h. *B3.* — [32] (e. p. r.) suppeditaret *A1, 2.* — [33] disciplinatu *C2, C*4.* — [34] *Hic ponit verba superius (n. 21) omissa A1.*

Cap. VIII. — [1] alios *C*1,2.* — [2] (D. f.) f. D. *B5.* — [3] aut *B5, C3, C*1.* — [4] monachale *C*1,2.* — [5] *in margine alia manu B5,* (r. s.) s. r. *C*1.* — [6] *supra lineam prima manu B1.* — [7] (c. i.) i. c. *B5.* — [8] itaque *add. B5.* — [9] (l. i.) *om. B5.* — [10] suscepto *B5.* — [11] dum *add. C3.* — [12] antea *B5.* — [13] adstrinxit *C3.* — [14] residere *A1,* sedere et *add. B5.* — [15] lectioni *B5.* — [16] suppetebant *B5.* — [17] dicetur *B5.*

Cap. IX. — [1] iussionis *B5.* — [2] *in margine B3,* coepit *add. B5.* — [3] coepit *add. in marg. C*2.* — [4] exponens *B5.* — [5] obsecravit *B5.* — [6] Treviris *A2.* — [7] *om. C4.* — [8] Treviris *A2.* — [9] contristatur *B3, C1, 3, 4, C*1, 2.* — [10] *in marg. C*2.* — [11] cogitaverat *C*2.* — [12] Lutrigensem *B5, C*1,* Littringensem *B3.* — [13] (a. s.) *om. B4.* — [14] advenire *B4.* — [15] humilitatem *W.* — [16] nec *B3,* non *add. supra lin. C*2,* et *add. C1.* — [17] et *B4.* — [18] vel *add. supra lin. C*2.* — [19] promissione *A2.* — [20] fastidium *C3.* — [21] non *C2.* — [22] *om. C*1.* — [23] esse *C3.* — [24] sese *C4.* — [25] (cumque-facere) *initium capitis sequentis in C3.*

Cap. X. — [1] episcopus *C*4.* — [2] amicabili *C3.* — [3] amicabiliter *C*2, 4.* — [4] que *C*4.* — [5] versus *add. C*4.* — [6] ius *B4, C1,3,4,5.* — [7] omne *C3,* alias vis omnis maneat in te *add. in margine alia manu C5.* — [8] maneat *B4.* — [9] nec *B4.* — [10] (cum — relinquas) in te omnis domus inclinata recumbit *A,* nam tibi cuncta damus quibus in vita est opus ista *add. C*.* — [11] non defuerunt *A2.* — [12] agonista *C*1, 2, 4,* agonithea *B2,* agonizeta *C3,* agonithletha *B4.* — [13] domini *M.* — [14] *om. A2.* — [15] (c. o.) o. c. *B5.* — [16] *om. B2.* — [17] dicens *B5.* — [18] et *C2.* — [19] (n. e. m.) m. n. e. *cum corr. in margine B1.* — [20] pendebat *C*4.* — [21] collo *B5.* — [22] *post corr. B3.*

AUCTORE OTHLONO.

iaceat, percalcato[23] *patre, citius perge, siccis oculis ad crucis vexillum evola. Summa pietas est, in hac re te fore crudelem* dd. Intuebatur etiam Iohannem Baptistam, cui [24] quamvis sancta fuerit mater [25] et sacerdos pater, tamen utrosque relinquens, ne cum hominibus habitans pollueretur, in eremum secessit. Huiusmodi igitur exemplis incitatus, parentes seorsum convocans, dixisse fertur : *Rerum substantialium portionem, quam mihi disposuistis* [26] *dare, inter vos dividite. Est namque quidam praepotens ac dives dominus, qui grande patrimonium mihi, si illi fideliter servire volo* [27], *promisit, in quo* [28] *pars* [29] *hereditatis meae, et ipse est qui restituet hereditatem meam* [30] *mihi.*

coenobium Einsidlense petit.

Credo etenim, quia daturus est mihi tam sufficiens beneficium, ut et vobis aliquod [31] *praebere possim* [32] *adiutorium* [33]. *Quapropter rogo, ne tanti beneficii promissa* [34] *lacrimabili interrumpatis querimonia ; sed parate quae sunt ad haec necessaria. Non enim quaerit neglegentem, sed studiosum servitorem dominus talis.* Mox alacriores effecti parentes, nomen et locum quo vellet ire investigant. Quibus ille dixit [35] : *Modo scire non potestis, postea vero*
B *scietis.* Deinde sciscitantibus eis si aliquem suorum habere dignaretur [36] in comitatu, prorsus contradixit. Paucis vero diebus transactis, tulit secum duos iuvenes. et spiritalem Isaac[37], suum [38] scilicet votum, quod offerre Deo volens [39] in holocaustum, venit ad monasterium Solitariorum [40] in tenebrosa silva *ee* constitutum [41]. Illuc nempe propter artiorem regulae [42] disciplinam, quae ibi noscitur esse, Dei famulus elegit tendere. In illis autem diebus coenobitis loci [43] ipsius spiritalis praefuit pater [44], Anglorum gente procreatus, nomine Gregorius *ff*, qui iuvenilibus annis patriam, parentes, feminam quoque [45] sibi desponsatam relinquens, ad monasterium convolavit. Cuius vitam religiosissimam, quia non opus est hic [46] retexere, praetermittimus, ne a proposito deviemus[47]. Huius ergo abbatis magisterio servus Christi Wolfkangus se commendans, veterem cum suis actibus hominem [48] deposuit et novum monasticae conversationis habitu induit. In qua [49] quanto rigore qualique observantia [50] vixerit, et virtutum suarum exitus et multarum salus animarum ostendit. Transacto itaque tirocinii sui tempore, multi vicinorum monasteriorum probi-
C tatis eius fama respersi ad illum venerunt. Quos omnes, accepta abbatis licentia, in auctoralibus [51] simul et [52] artificialibus [53] doctrinis et, quod [54] his eminet, moralibus aedificavit [55] disciplinis *gg*.

ubi presbyter ordinatur.

XI. Eodem tempore beatus antistes [1] Oudalricus *hh*, cuius sanctitas [2] per totam redolet Europam, visitandi fratres causa [3], ad illud solito more monasterium devenit. Et cum aliquot ibi dies [4] moraretur, cognita sancti Wolfkangi qualitate, magno caritatis affectu eum studuit amplecti et venerari. Non multo post etiam quamvis renitentem, ordinavit presbyterum. Tunc vir Dei sacerdotii dignitate sublimatus, implere desiderans quod est appellatus, omni humilitatis sarculo D suum scopebat [5] spiritum ; sicque per vota, quae sua distinxerunt labia, holocausta fideliter obtulit medullata ; et quia contritione tali [6] semet Deo cotidie offerre studuit, divinae visionis gratia sublimari meruit [7].

ANNOTATA.

a Dan., XII, 13.

b *Librorum in hoc armario, ni fallor, asservatorum, habemus catalogum sub titulo* Adbrevatio librorum Sancti Emmerammi quae tempore Ramuoldi abbatis facta est. MG., *Scr. XVII*, *567-68.*

c *De nominis interpretatione egimus supra, p. 558. Ex citato hexametro derivata est inscriptio cryptae a B. Ramuoldo ad partem orientalem ecclesiae Sancti Emmerammi exstructae, et a* S. Wolfkango, *ut fertur, consecratae :*

Consecrat aediculam mandrita Lupambulus istam
Abbas Ramuoldus, quam tibi, Christe, struit.

I. B. Kraus, qui hosce versus citat in sua Ratisbona monastica, *ed. 4ª, p. 101, tempus quo exstiterint non notat. Ab ipso Ramuoldo cryptae inscriptos fuisse opinatur Janner,* Geschichte der Bischöfe von Regensburg, *tom. I, p. 376-377, plane dissentiens ab Hirsch,* Heinrich II, *tom. I, p. 119, n. 4. Versiculus ab Othlono citatus legitur quoque in cella quam* S. Wolfkangum *sibi construxisse perhibent in Alpibus. Comm. praev. n. 60. Miro modo hallucinatus est Zirngibl,* Abhandlung von dem Stifte St. Paul in Regensburg, *p. 27, quando sibi finxit eadem illa verba a* Wolfkango *monasterio Sancti Pauli a se constructo fuisse inscripta, indeque deducit non Heinricum ducem sed sanctum praesulem huius coenobii fuisse auctorem. Ceterum errorem illum desumpsisse videtur ex Hundio,* Metropolis, *tom. III, p. 62.*

d I Petr., V, 8.

e Apoc., V, 5.

f Ps., LXXVIII, 13.

g Ps., XLVIII, 15.

h Gen., XLIX, 26.

i *Haec desumpta sunt ex Aratoris* De actibus apostolorum, *lib. II, vv. 485-87.* P. L., *tom. LXVIII, p. 202 :*

O lupe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob F
Nomen habere tibi; quid iam remanebit in orbe
Quod non ore trahas.

Conferendus Augustini sermo CCLXXIX de S. Paulo, P. L., *tom. XXXVIII, p. 1275, et epistula Hieronymi XXXVIII,* P. L., *tom. XXII, p. 463.*

k *Bithalassus intellegitur locus qui mari utrimque alluitur. Vide* Du Cange, *s. v. Bithalassium. Verbum occurrit quoque in carmine de S. Otmaro,* MG., *Scr. tom. II, p. 55.*

l *Reichenau. Haud scio an recte dicat F. Braun,* De pristinis Benedictinorum scholis, *Monachii, 1845, 4°, p. 17, cum Bruschio,* Monasterior. Germ. Chron.,

[23] *praeferendum ducit lectionem vulgatam Hieronymi* per calcatum etc. *M, at contra fidem nostrorum codicum.* — [24] qui *A 2*, cuius *B 3, 5, C 1, 2, 3, 4, C*1, 2.* — [25] (s. f. m.) m. f. s. *C 4.* — [26] (m. d.) d. m. *C 3.* — [27] (s. v.) serviero *B 4.* — [28] quos *B 3.* — [29] partes *C* 4.* — [30] *om C*4.* — [31] aliquid *C*4 et bis scriptum.* — [32] possum *B 5.* — [33] adiutorii *C 1, 3, 4.* — [34] promissi *B 1.* — [35] ait *B 5.* — [36] (h. d.) d. h. *C 4.* — [37] filium *add. B 5.* — [38] servum *B 4* (I. s.) s. I. *C 4.* — [39] (D. v.) v. D. *B 4*, domino volens *M.* — [40] licet *C 1, 3.* — [41] quod modo dicitur locus eremitarum vulgariter Ainsidel *add. in margine alia manu eiusdem aetatis C 3*, ibi monachus factus quod venit ad tenebrosam silvam *rubr. add. C*4.* — [42] regularem *C 2, C*1, 2, 4.* — [43] *deletum in B 5.* — [44] *add. supra lin. manus recentior in C 1.* — [45] *om. B 5, supra lin. corr. C 2.* — [46] (o. e. h.) e. o. h. *B 4, C* 2.* — [47] (cuius-deviemus) *om. B 5.* — [48] *om. B 1.* — [49] quo *C* 2, 4.* — [50] observatione *A 1.* — [51] auctoritatibus *B 4*, auctoribus *C 1, 3.* — [52] in *add. C 2.* — [53] artificalibus *B 1, 2, 4, 5, C 1, prius etiam B 3.* — [54] in *add. C*4.* — [55] *om. B 1.* — [56] instituebat *add. corr. B 1.*

Cap. XI. — [1] *om. C 1, 3, C*1.* — [2] sanctas *sed corr. in marg. B 3.* — [3] (f. c.) c. f. *B 5.* — [4] (a. i. d.) a. d. i. *B 3, C 1, 3, 4* (d. a. i.) *B 5.* — [5] scrobebat *B 5.* — [6] mali *B 4.* — [7] nota hic quomodo beatus Othmarus apparuit ei in visione *C*2, 3, et manu posteriore in margine B 3.*

AUCTORE OTHLONO.

A Chron., *scholae Augiensi hoc proprium fuisse ut, filiis civium non admissis, principum et comitum ac nobilium dumtaxat liberi in ea erudirentur. Tempore* Wolfkangi *de opposito satis constat. Immerito dubitat Iohannes Egon,* De viris illustribus monasterii Augiae maioris, *ap. Pez,* Thesaurus Anecd., *tom. I, 3, p. 63, utrum* Wolfkangus *in Augia professionem emiserit. Non emisisse plane certum est.* Vitae, *c. VIII et X.*

m *Ex contextu patet verbum* suspectus *hic sumi sensu minus usitato, quasi* spectatus.

n Psalm., LIV, 15.

o *Vocatur in* Flodoardi annal., *ad an. 956,* regis Ottonis propinquus. MG., *Scr. tom. III, p. 403. Dissentire videtur Ruotgerus,* Vita Brunonis, MG., *tom. IV, p. 269. Cfr. Köpke-Dümmler,* Otto der Grosse, *p. 282, n. 5.*

p *Poppo sedem Wirceburgensem occupavit annis 941-961. Antecessor scilicet eius Burchardus fatis excessit 24 martii anni 941, ipse vero vitam finivisse legitur die 14 vel 15 februarii an. 961, postquam sedisset annos 20, menses 10, dies 14. Köpke-Dümmler,* op. cit., *p. 120, n. 1.*

B q *Stephanus de Novara, de quo brevem notitiam, addito epitaphio, tradit Wattenbach,* Deutschlands Geschichtsquellen, *6 ed. tom. I, p. 316-17. Scribit ille de se ipso* (ibid., *p. 316, n. 5) :*

Ast Popo antistes hanc me perduxit in urbem.

r *Haec verba, et alia passim, desumpta sunt ex Sulpitio Severo,* Vita S. Martini, II, 4. *Vide etiam* V, 2, VII, 1.

s *Anno 956.* Annales Hildesheimenses, MG., *Scr. tom. III, p. 58;* Lamberti Ann., ibid., *p. 59;* Contin. Reginonis, ibid., *tom. I, p. 623;* Flodoardi Annales, ibid., *tom. III, p. 403, Ruotgeri* Vita Brunonis, ibid., *tom. IV, p. 269.*

s I Tim. VI, 7, 9.

t Iuvenalis, Sat. VII, 157.

u *Reformando statui ecclesiastico in sua dioecesi Heinricum incubuisse certum est. Ita de ipso* Gesta Treverorum, MG., *Scr. tom. VIII, p. 168 :* Post Rutpertum Heinricus ecclesiae praefuit; qui regulares officinas et claustrum circa maiorem ecclesiam construxit, et vigorem regularis conversationis ibidem exercere decrevit *etc.*

x *Dicitur c. XV cum Ramuoldo capellanus fuisse. Ex Arnoldi lib. II, n. 8.*

C y *Anno 963. Liudprandi* Historia Ottonis, *n. 14,* MG., *Scr. tom III, p. 344;* Continuator Reginonis, MG., *tom. I, p. 626;* Gesta Treverorum, *n. 29,* MG., *tom. VIII, p. 168. Die 18 maii. Treveris adhuc versabatur, ut patet ex diplomate illius diei. Beyer,* Urkundenbuch zur Geschichte der Mittelrheinischen Territorien, *tom. I, p. 272, n. 212. Cfr. Köpke-Dümmler,* op. cit., *p. 352, n. 2.*

z *Scilicet,* Wolfkangus *ex reformatione quam induxerat,* inreligiosis terrori *(cap. VIII) factus, discolorum quorundam odium incurrerat.*

aa *Obiit Heinricus die secunda iulii anni 964. Annum assignant fontes sequentes :* Continuator Reginonis, MG., *Scr. t. I, p. 627;* Necrologium Fuldense, *MG., tom. XIII, p. 200.* Annales Hildesheimenses, MG., *tom. III, p. 60, falso annum 963 indicant. Dies in pluribus notatur necrologiis quos citat Köpke-Dümmler,* op. cit., *p. 366, n. 4.*

bb *S. Bruno episcopatum tenuit ab anno 953, obiit anno 965, 11 octobris. Ad hanc diem, tom. V, p. 698 sqq. de eo tractarunt nostri. Vide quoque duplicem eius Vitam in* MG., *Scr. tom. IV, pp. 252-279.*

cc Matth. X, 37.

dd Epist. XIV ad Heliodorum, *n. 2,* P. L., *tom. XXII, p. 348.*

ee *Cfr. Arnoldi, lib. II, n. 1. Qua ratione alicui in mentem venire potuerit hocce coenobium diversum esse a celebri illo Einsidlensi, etiam* Finsterwald *dici solito, quasi* tenebrosa silva *synonymum sit* Silvae nigrae, *mirabitur quisquis attenderit nomen abbatis totis verbis expressum. Vide* Chronique d'Einsidlen, *par un religieux capitulaire. Einsidlen, 1887-88, 8°, 1re partie, p. 57.*

ff *Gregorius, filius Eduardi regis Angliae, electus abbas Einsidlensis anno 960, obiit die 8 novembris anni 996. G. Morel,* Die Regesten der Benedictiner Abtei Einsiedeln, *apud Mohr,* Die Regesten der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft, *tom. I (1851). Legatur* V. Gregorii abb. Einsidlensis elogium historicum *apud Mabillon,* Acta SS. O. S. B., *saec. V, p. 841-846.*

gg *Hisce ex verbis minime tamen concludere audeam cum Sauter,* Kirchengeschichte Schwabens bis zur Zeit der Hohenstaufen, *Nördlingen, 1864, 8°, p. 100, ante* Wolfkangum *nullam scholam in coenobio Einsidlensi exstitisse.* E

hh *S. Udalricus ep. Augustanus ab an. 923, obiit die 4 iulii an. 873. Vide ad hanc diem* Acta SS., *Iulii tom. II, pp. 73-135. Vita eius auctore Gerardo legitur quoque in* MG., *Scr. tom. IV, p. 381-419.*

CAPUT SECUNDUM.

peres [2] in eius vicinitate [3] commorabantur [4], unus eorum cubiculum *i* intrans, de cortina, quae pendebat ad lectum eius, partem abscidens [5] non parvam, festinanter aufugit. Unus autem de inquilinis quod factum est videns, pedetentim secutus est reum, et apprehendens, quia flagellare non ausus est, illum beato viro praesentavit. Quo facto, circumstantes, ut ille [6] reus diris castigaretur verberibus [7] flagitando insistebant. At ille mansuetus, cui derelictus est pauper et qui [8] semper orphano fuit adiutor, per quasdam rhetoricas defensiones asserens, maiorem culpam esse eorum qui observare [9] cubiculum debuerant, reum excusavit [10]. Deinde conversus ad pauperem, cur ita fecisset interrogavit. Pauper vero tremebundus, utpote metuens [11] poenis magnis [12] implicari [13], indumenti inopiam se questus est [14] pati; hocque nuditate [15] probavit. Tunc vir Dei per viscera misericordiae commotus, omnimode excusavit eum [16] dicens: *Si* [17] *bene vestitus fuisset* [18], *nequaquam hoc furtum fecisset. Quapropter ex nostra munificentia, licet serius* [19], *accipiat vestimenta* [20]; *et si ulterius, cum vestes suppetunt* [21], *tale* B *quid perpetraverit, tunc demum luat commissa.* Quibus dictis, non solum iracundiam accusantium mitigavit, verum etiam animos eorum ad elemosynae largitatem [22] provocavit [23].

Haereticum confutat,

XXVIII. Aliquo modo iam dictum est quantae pietatis et compassionis sanctus iste fuerit; nunc verbis subsequentibus agnoscatur, quam perspicacis ingenii foret [1] contra haereticam [2] pravitatem. Nam sicut ab initio nascentis ecclesiae non defuerunt, per quorum os malignus hostis contra fidem catholicam [3] latrando locutus est vanitatem, sic Deo [4] disponente [5], non defuerunt defendentes fidei sanctae veritatem. Quidam igitur haereticus, andabatarum [6] *k* more, quod Verbum caro factum est [7] oppugnans, dixit: *Si Verbum* [8], *non est* [9] *factum; aut si factum, non est Verbum.* Cum ad [10] hoc [11] multa intonaret eloquentia, accidit ut sanctus Wolfkangus illo adveniret, et a caesare Ottone rogaretur talibus respondere. At ille, sicut erat in spiritu humilitatis: *Quoniam*, inquit, *in habitu sumus monachico, contendere* [12] *non licet.* Quo dicto, ille haereticus, contumacia plenus, iteravit praedicta verba. Tandem Christi propugnator coactus [13] ait: *Quia non per spiritale* [14], C *sed per carnale* [15] *medicandus es antidotum, dic, quid sit accidens.* Ille vero multum arroganter: *Accidens est* [16], inquit [17], *quod adest et abest praeter subiecti corruptionem.* Rursumque praesul [18]: *Quot* [19] *formarum sit accidens, edicito.* At ille protinus, sicut credimus Dei omnipotentis confossus sagitta [20], conticuit. Theologus autem a caesare D simul et ab aliis efflagitatus, quamvis multum renuerit, pro eo quod erat [21] impeditioris linguae [22] *l* succincte disseruit: *Accidens est*, inquit, *quadriforme: unum quod nec accidit* [23] *nec recedit, ut acilus* [24] *et simus* [25]; *aliud quod accidit et recedit, ut saturitas et dormitio; tertium quod non accidit et tamen recedit, ut infantia et pueritia; quartum quod* [26] *accidit et non recedit, ut senectus et canities. Hac ergo similitudine Filius, qui est virtus et sapientia Dei patris, cui* [27] *nihil* [28] *impossibile, pro redemptionis nostrae* [29] *causa induit quasi per inseparabile accidens humanitatem, non amittens divinitatem. Sed haec* [30] *omnia cum oculis fidei perspicienda sunt, quia, sicut beatus Gregorius dicit: " Fides non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum* m. „ His et [31] aliis salubribus verbis audientium corda in tantum condivit, ut ille filius Belial pro errore satisfaciens, ab egregio doctore [32] veniam postularet. Vir autem Dei [33] promptior ad ignoscendum quam puniendum, aliquam [34] ei poenitentiam [35] iniunxit, et ne ultra profanum illud reciprocaret verbum, sub testimonio Christi et sub anathemate interdixit. E

Bhoemiam episcopatu donat.

XXIX. Inter [1] tanta pietatis studia videtur pandendum, quid [2] etiam famulus Dei egerit super gentem [3] Boemiorum [4] *n*. Haec namque gens noviter per christianam imbuta fidem, sacrilega idola, licet tepide, abiecit; sed quomodo catholicam exsequeretur religionem, quoniam caruit pastore, prorsus ignoravit. At medius Otto caesar, divinae cultor praecipuus religionis, a glorioso duce Heinrico ceterisque [5] fidelibus est interpellatus, ut quod apud ipsam gentem incohatum esset, pro Dei [6] amore regali potestate perageret. Talibus igitur [7] petitionibus caesar [8] libenter assensum praebuit. Sed quoniam Boemia [9] provincia sub Ratisponensis [10] ecclesiae [11] parochia exstitit *o*, peragi non potuit, nisi ipsius antistitis praesidio. Unde rex, legatione missa ad episcopum, petiit, ut acceptis pro parochia praediis, in Boemia sibi liceret [12] episcopatum [13] efficere *p*. Tunc vir Dei nimium laetatus in his quae dicta sunt sibi, primates suos convocavit, exquirens ab eis consilium, quomodo caesari conveniens redderet responsum. Illis autem ne petitioni tali consentiret unanimiter consiliantibus, dixit: *Pretiosam igitur* [14] *margaritam sub* F *praedictae latentem provinciae terra* [15] *conspicimus, quam nisi* [16] *venditarum comparatione rerum non acquirimus. Ideoque audite quae dico. Ecce ego me meaque omnia* [17] *libenter impendo, ut ibi domus Domini* [18] *per corroboratam scilicet ecclesiam* [19]

[2] (s. p) p. s. *B4.* — [3] civitate *C2.* — [4] (i. e. v. c.) in civitatem commorantur *C*1*, secum *(supra lin.)* vicinitate commorabantur *C*2.* — [5] abscindens *C2.* — [6] idem *B5.* — [7] (c. v.) v. c. *B5.* — [8] *om. B5.* — [9] servare *C1,3.* — [10] excusabat *B4.* — [11] *om. B3, C1,3, C*1,2.* — [12] se timens *add. hic C1,3.* — [13] se timens *add. hic C7, C*1,2.* — [14] (s. q. e.) q. e. s. *B4.* — [15] sua *add. B5.* — [16] *om. B4.* — [17] iste *add. B5.* — [18] esset *B2.* — [19] (l. s.) s. l. *C3.* — [20] volumus *add. in margine C7, C*2.* — [21] (et-suppetunt) ut si quando vestes ei suppetant et *C7, C*2.* — [22] largitate *B2.* — [23] procreavit *B4.*

Cap. XXVIII. — [1] fuit *corr. supra lin. C3*, fuerit *corr. C*2.* — [2] (f. c. h.) c. h. f. *B4.* — [3] (f. c.) c. f. *B5.* — [4] *om. B3, C1*, adeo *B1.* — [5] (Deo disp.) disp. Deo *C3, C*1,2.* — [6] anadabatarum *C*1*, anabatarum *C7, C*2*, andabatrum *C1,3*, Andabatarum *M., W.* — [7] *om. B4.* — [8] est *add. B3, C1,3, C*1,2.* — [9] esset *B4.* — [10] autem *M. W.* — [11] haec *C3.* — [12] nobis *add. C3.* — [13] *om. B5.* — [14] spiritualem *A1,2.* — [15] carnalem *A1,2.* — [16] *om. C*1.* — [17] (e. inq.) inq. e. — [18] ait *add. B5*, ait *add. supra lin. A1.* — [19] *corr. C3*, quid *C*2.* — [20] *om. B4.* — [21] *in marg. B3.* — [22] linguae tandem *add. post. A1.* — [23] quod *add. C1,3.* — [24] aquilus *corr. A1, B1,5, C1,3*; aculus *corr. et in margine manus recens scripsit* curvum habens nasum ut aquila *B3*; aculus ut aquila curvum habens nasum *C*1,2*; aquila curvum habens nasum *et in margine* ut aquilus *C7.* — [25] depressum habens nasum ut simia *in marg. add. manus recens B3*; ut simia vel simius *in marg.* et si depressum habens nasum *C7*; et si depressum habens nasum ut simia et simus *C*1,2*; simia *add. in marg. A1.* — [26] non *B4.* — [27] est *add. B2.* — [28] est *add. C1,2.* — [29] nostri *C2.* — [30] *in marg. B3.* — [31] atque *C3.* — [32] pastore *B4.* — [33] *om. B4.* — [34] *om. B5.* — [35] (ei p.) p. ei *B5.*

Cap. XXIX. — [1] In *C1.* — [2] quod *B4,5.* — [3] gente *A1, B1,3,4, C3, C*1.* — [4] Poemiorum *B3,4*, Bohemiorum *corr. prius* Poemiorum *B5*, Boemorum *C1*, Pohemorum *A2, C2, C*2*; Poemorum *A1.* — [5] ceteris *C*2.* — [6] domini *M., W.* — [7] ergo *C1,3.* — [8] *om. A1.* — [9] Pohemia *A2, C*1,2*, Poemia *B3, C3, vide supra 4*, Poemia *A1.* — [10] Ratisponensi *C*1.* — [11] ecclesia *C*1.* — [12] licet *B1.* — [13] episcopum *C*1.* — [14] ergo *B4, om. C*2.* — [15] terram *C1*, (l. p. t.) p. t. l. *B5.* — [16] ni *A2.* — [17] *om. C*1.* — [18] Dei *A1.* — [19] (sc. e.) e. sc. *C2.*

stabiliatur.

A *stabiliatur*. Haec ergo memorans [20], consensurum se caesari remandavit. Cumque tempus [21] peragendi concambii venisset, tanta favit [22] alacritate, ut ipse [23] privilegium componeret *q*. q

ANNOTATA.

a *Scilicet veste monachali, ut patet ex Arnoldi lib.* II, *n. 11.*

b *Supra, p. 562, not. 7 et p. 557.*

c Interrumpere *hic est* intercedere.

d *Mirum quantos in errores unus apex inducere possit. In codicibus suis legit Hochwart* pragenses *pro* pagenses, *unde talem deduxit sequelam :* Pragenses sacerdotes de doctrina et vita investigavit, et cum nuper fidem christianam Baiohemia sub Ratisponensi cathedra imbibisset, et episcopo videretur indigere... episcopatum illic proprium fieri permisit. *Lib. II, c. 15. Oefele, tom. I, p. 177. Eadem fere habet Hundius,* Metropolis Salisburgensis, *tom. I (1719), p. 130.*

e Ier. XI, 15.

f Mal. II, 13.

B g Psalm. CXI, 9.

h Gal. VI, 10.

i *De cubiculo episcopali mentio fit in* Codice traditionum Sanct-Emmeramensium, *cc. 25, 26, 27, apud Pez,* Thesaurus Anecdot., *tom. I, pp. 3, 96 :* Hae vero tres condiciones simul in una hora eodemque loco ad S. Petrum in cubiculo episcopali, infra urbem Regiam, sub una testium sunt firmitate roboratae. *De huius habitationis situ lege Schuegraf,* Geschichte des Domes von Regensburg, *tom. II* (Verhandlungen des hist. Vereines von Oberpfalz und Regensburg, *tom. XII, 1848), pp. 146, 147; Janner,* Geschichte der Bischöfe von Regensburg, *tom. I, p. 377, n. 4; Walderdorff,* Regensburg, *3a ed., p. 219.*

k *Conferatur Hieronymus,* Adv. Helvidium, *n. 5,* P. L., *tom. CLXXXVIII :* Et ad hoc approbandum congerit de scripturis exempla quam plurima, more andabatarum gladium in tenebris ventilans; *etiam* Adv. Iovinianum, *lib. I, c. 36, ibid., p. 260. Ludicrus est error Waitzii, andabatas sectam haereticorum existimantis.* MG., *Scr. tom. IV, pp. 538, 856. Vix diversum huic loco subicit commentarium Hieronymus de Werdea, de quo supra,* C *n. 17. Haec lego in codice Vindob. 3777 :* Quo tempore autem haeresis ista Andabatarum, de qua hic agitur, ortum habuerit, invenire non potui, non obstante quod multas historicorum et chronographorum scripturas, quae de talibus tractant revolverim. Et maxime in Isidoro me hoc invenire putabam, *etc.*

l Et quoniam idem episcopus impeditioris linguae fuisse dinoscitur. *Ex Passione S. Vincentii, n. 2.* Act. SS., *Ianuar. tom. I, p. 394.*

m *Homil. in Evang. XXVI, 1.*

n *Comm. praev., § V.*

o *Gumpoldi* Vita Venczeslavi, *c. XV,* " *missis Ratesponae sedi regiae legatariis, Tutonem episcopum, totius probitatis virum, cuius diocesi tota subcluditur Boemia...* " MG., *Scr. tom. IV, p. 219. S. Wencszeslaus festum S. Emmerammi celebrabat. Miklosich,* Slavische Bibliothek, *tom. II, p. 274. Cfr. Dümmler,* Geschichte des ostfränkischen Reiches, *tom. I (1887), p. 285, n. 4.*

p *Perperam omnino ex praecedentibus haec deduxit Udalricus Onsorg :* Hic in Bohemia provincia quae tunc sub Ratisponensis ecclesiae parochia exstitit noviter vana ydola abiecerat rogatu Ottonis. Chronicon Bavariae, *ap. Oefele, tom. I, p. 358.*

q *De hoc privilegio egimus in Comm. praev., n. 43.*

CAPUT QUARTUM.

Alia sancti episcopi gesta, obitus et miracula.

XXX. Sed neque [1] hoc silemus, quia aliquando per prophetiae spiritum ea quae ventura erant quasi praesentia vidit. Quod maxime in provectibus [2] liberorum praecipui ducis Heinrici patefecit [3] *a*. Cum enim ad eum, sicut saepe solebat, causa benedictionis duceretur speciosissima illius [4] proles, Heinricum [5] *b*, qui postea Dei nutu rex est effectus, praenominavit regem; fratrem vero [6] eius Brunonem appellavit antistitem *c;* sororem eorum [7] maiorem reginam *d*, alteram autem [8], quam [9] baptizavit et de sacro fonte suscepit, abbatissam nuncupavit *e*. Haec itaque, et multa alia, quae ex ore eius audivimus, sicut ipse praedixit, impleta cernimus. *Spiritu prophetico praeditus,* a b c d e

XXXI. Alio quoque [1] tempore, cum idem beatus Wolfkangus, inclinato iam die, in vicum venisset quendam [2], qui vulgo Egilolfesheim [3] *f* dicitur, legatario [4] cuidam [5] iussit [6], ut in die sequenti omnes circumquaque habitantes, qui opus haberent confirmatione [7], quantocius venire intimaret. Qui legatarius mox implere iussa [8] cupiens, et ad equum sternendum currens, repperit eum furtim sibi sublatum Quamobrem nimium tristis [9] et dolens, quid facturus esset ignorabat. Amor enim simul et timor compellebat eum celeriter implere iussa [10], sed implendi facultas erat nulla [11]; quia nec spes in caballo [12] altero requirendo [13], nec vires fuerant, ut tanta velocitate legationem sibi indictam perficere posset ambulando. Praeterea F terra [14] imbre tunc [15] nimis irrigata, pediti itinera praebuit ingrata. Huiusmodi [16] igitur angustiis aliquandiu haesitans quid faceret, tandem confisus in Domino elegit, ut ambulando iussa perficeret. Cumque in nocte tenebrosa huc illucque progrederetur [17] et [18] in via lutulenta saepius laberetur [19], clamare coepit : *Miserere mihi* [20], *Domine, miserere mihi* [21], *et tu mi senior Wolfkange, attendens, quantum laborem modo patior, per tua iussa discurrendo et labendo* [22]. Cumque haec aliquotiens gemebundus diceret, prospexit comminus caballum [23] quendam cum freno sellaque imposita astare. Arbitratus autem eundem caballum [24] non sine aliquo ascensore ibidem commorari, coepit diligentius intueri, si quis forte *absentes adiuvat;* f

[20] commemorans *B4.* — [21] *supra. lin. corr. B2.* — [22] fuit *C1, 2, C*1.* — [23] ipsum *B1,5.*

Cap. XXX. — [1] nec *C1, 3.* — [2] profectibus *C7, C*1, 2.* — [3] patescit *B3, C1, 3.* — [4] *om. C1, 3.* — [5] Heinricus *C*1,* Heinrici *C*2.* — [6] *om. B1.* — [7] vero *B5.* — [8] vero *B5.* — [9] aqua *B4.*

Cap. XXXI. — [1] (a. q.) quodam *B5.* — [2] *om. B5.* — [3] Egilofesheim *B2, 4,* Egiolfesheim *corr. in margine prius* Egilolfesheim *B3,* Egiolfeshaim *C1, 2, 3,* Eglolfeshaim *C7, C*2,* Eglolfeshaim *C*1.* — [4] legatorio *B1, 4.* — [5] suo *C*2.* — [6] iussisset *C7, C*2.* — [7] confirmationem *C1, 2, 3.* — [8] *a corr. A2, om. C7, C*2.* — [9] (n. t.) t. n. *B1.* — [10] (i. iussa) iussa i. *B3, C1, 3, 4, 7, C*1, 2.* — [11] (sed-nulla) *suppl. a corr. in marg. A2.* — [12] cavallo *A1, B2, 5.* — [13] acquirendo *B5.* — [14] terram *B5.* — [15] *om. C7, C*2.* — [16] huius *C1,* in iis *C3.* — [17] progrediens *B5.* — [18] *om. B5.* — [19] laberet *B5.* — [20] mei *B3, C2, 3, 7, C*1, 2.* — [21] *item.* — [22] laborando *C3.* — [23] cavallum *A1, B2, 5.* — [24] *item.*

cuius

AUCTORE OTHLONO.

cuius esset prope maneret [25] pariterque vociferans interrogavit, si aliquis ibi assit [26]. Sed illo diu vociferante et interrogante, cum nullus responderet vel adesset, ascendit ipsum equum, implevitque domini sui praeceptum. Facta autem die, multisque, qui vocati sunt ad confirmationem, in vicum supradictum convenientibus, inventum equum legatus obtulit coram omnibus, exquirens ab eis diligenter [27], cuius idem [28] foret equus. Verumtamen nec tunc [29], nec postea inventus est ullus, qui hunc diceret esse suum. Ex qua re et legatus ipse et alii sentiebant, quantam gratiam Dominus [30] sancto praesuli Wolfkango concesserit, qui se invocantes etiam absens adiuvare potuerit.

suos aquarum periculo eripit; g h

XXXII. Cum caesar Otto medius, propter iniuriam sibi factam, Francorum partes invadens hostili manu, usque Parisium [1] perveniret *g*, in redeundo venerat [2] ad quendam fluvium *h*, sui [3] crepidinem [4] alvei tumescentibus undis exsuperantem [5]. Multis autem ibi periclitantibus et vitam in aqua perdentibus, verus Dei cultor cum suis appropinquavit, vidensque [6] tam ingens periculum, B respexit in caelum et se suosque fideliter [7] benedicens, ipsum intrepide monuit transire fluvium. Adhuc vero illis prae timore cunctantibus [8], et Francis a tergo acriter impugnantibus, ille [9] primus sui comitatus per nomen Domini, quod semper in ore sonuit, fluvium transiens, sequentes prosperavit, nullusque [10] suorum quicquam periculi sustinuit. Tunc omnes prae gaudio mirantes et Deum [11] laudantes, vir humillimus, ne pro miraculo [12] hoc eum publicarent, obnixe rogavit.

clericum punit et sanat;

XXXIII. Aliud eius memorabile [1] factum, ut subiecti praepositis subiaceant, videtur inserendum. Quadam namque die, cum de divina, ut solitus erat, religione necessaria quaedam tractaret cum clericis suis, quidam illorum, cui vocabulum erat [2] Buozzo [3], minus caute respondit. Sanctus vero famulus Dei [4], velut ex conspersione paululum irascens [5], devotando [6] simpliciter [7] suis maledictum oculis ingessit. Mox huiusmodi maledictione finita, ille praedictus homo gravem passus est oculorum dolorem. Cumque postea [8] beatus praesul [9] videret eum in choro sedentem cooperto capite, sicut mos [10] est aegrotantium in C oculis, misericordia motus [11] accessit ad eum [12], et quid doloris [13] pateretur exquirit [14]. At ille dolorem oculorum questus [15], humiliter ab eo benedictionem postulavit. Cuius dolori compatiens sanctus vir, oculos eius signavit, sicque sanitati pristinae restituit. Sed ne pro hoc signo divulgaretur, quasi pro medela faciem lavare [16] iussit.

mulieres i

XXXIV. Cum [1] idem praesul tempore quodam sederet iuxta caementarios apud sancti Pauli monasterium *i*, mulier quaedam ab immundo vexata spiritu [2] ante illum [3] deferebatur. Sed mox ut ante praesentiam eius venit, cadens in terram miserabiliter coepit fatigari. Sanctus autem Dei famulus suspirans, ad eos [4], qui secum tunc [5] fuerant [6], dixit : *Si dignus essem quicquam ab omnipotente Deo impetrando accipere, pro nulla re libentius Deum* [7] *deprecarer, quam ut suum plasma dignaretur a maligni hostis incursu liberare. Hoc autem illis qui digni sunt a Deo* [8] *exaudiri* [9] *relinquentes, nos vel aliquos psalmos* [10] *compatiendo interim* [11] *dicamus.* Tunc psalmos quosdam cantans suppliciter [12], pro ea orationem fudit. At illa interim [13] iacens [14] quasi dormiendo, per omnia membra contremuit. Cumque finem faceret orandi, ad circumstantes respiciens [15] : *Tollite,* inquit, *eam, domumque reducentes, si possit, aliquid reficite.* Qua sublata et refecta, mox liberata est [16].

a daemonio liberat;

XXXV. Item alia mulier a daemonio obsessa coram illo [1] deducta est. Vir autem Dei [2] favores humanos fugiens [3], ad eos qui ferebant [4] dixit : E *Quid mihi vestros advehitis infirmos? Ducite eam in ecclesiam, et* [5] *orantes pro illa, forsitan in hoc Deus vos exaudiet* [6]. Moxque ducta est in ecclesiam [7]. Et quoniam tempus erat congruum, ipse [8] sequens missam celebravit. Qua celebrata, omnes qui aderant [9] praeter infirmam exiebant. Unus autem de capellanis sub saugmario [10] abscondens se filtro [11], quid [12] acturus esset, diligentius intuebatur. Porro sanctus vir, brevi oratione completa, egredi coepit. Cui eadem mulier daemoniaca obviam stans, solito more bacchata est. At ille confidens in Christum [13], quasi percutere eam vellet, palmam extendit, occulteque dixit : *Exi, nequissime.* Tunc, sicut [14] ille qui absconditus erat fatebatur, intolerabilis foetor sentiebatur. Deinde mox liberata cecidit, et Deo gratias egit. Beatus autem praesul egressus, dixit qui astabant ministris: *Ite citius, et* [15] *mulierem illam* [16] *de ecclesia ducite* [17] *et, si velit, date illi manducare, pariterque ne ulterius pro hac causa* [18] *ad nos veniat interdicite.* Quibus verbis satis declaratur quanta sollertia qualique industria omnem fugerit intentionem cenodoxiae, malens interdum se immitem simulare quam hominibus placere. F

Taginonem reficit; k

XXXVI. Inter haec etiam quid [1] vicedomno suo, cui nomen Tagini [2], cuius quoque [3] superius mentionem feci *k*, contigit [4], non praetereundum videtur. Is etenim praecipue [5] sancti viri Wolfkangi familiaritate fungebatur et merito, quoniam [6] per [7] omnem fidei profectum eius se

[25] iret *C7, C*1, 2.* — [26] adesset *B5.* — [27] (e. a. eis. d.) a. eis d. e. *B4.* — [28] ibidem *B5.* — [29] nunc *M.* — [30] Deus *W.*, domino *B5.*

Cap. XXXII. — [1] Parisius *B4.* — [2] pervenerunt *B4*, venerat *M., W.* — [3] sibi *B1,4.* — [4] crepitudinem *C*1.* — [5] exuberantem *A1.* — [6] videns *B1.* — [7] *om. B4,5.* — [8] percunctantibus *B4.* — [9] ipse *B5.* — [10] nullus *B3, C1,2, C*1.* — [11] dominum *M, W.* — [12] periculo *B7.*

Cap. XXXIII. — [1] memoriale *C2*, mirabile *M., W.* — [2] *om. B4.* — [3] Buesso *C2*, Buzzo *C7, C*2, corr., prius* Bozzo *C*1.* — [4] (f. D.) D. f. *A1, B2,3,4, C1,2,3, C*1.* — [5] iratus *B5.* — [6] *om. B5.* — [7] suppliciter *A2*, impliciter *C*1.* — [8] *in marg. B3.* — [9] (p. b. pr.) b. pr. p. *B4.* — [10] moris *C*1.* — [11] est et *add. B1, 2, 4.* — [12] illum *B1,3. C1, 2,3, C*1,2.* — [13] *om. B5.* — [14] inquirit *B4.* — [15] conquestus *B4.* — [16] levare *C1.*

Cap. XXXIV. — [1] dum *B4.* — [2] (v. s.) s. v. *B3, C1,2,3, C*1, 2, 4*, est *add. C*4.* — [3] *om. B4, C*4.* — [4] nos *A1,2.* — [5] *om. B3, C1,2, C*1,2*, (s. t.) t. s. *B4.* — [6] fueramus *A1,2.* — [7] dominum *A1,2.* — [8] domino *A1,2.* — [9] tantum honorem *add. A1.* — [10] *om. C*1.* — [11] *om. B4.* — [12] (psalmos-suppliciter) psalmodia imposita lacrimabiliter *A1,2.* — [13] *om. A1,2.* — [14] *om. B4.* — [15] (cumque-respiciens) interea nobis quid facturus esset intendentibus ille suspiciens *A1,2.* — [16] (m. l. e.) nos eam liberatam esse comperiebamus, sed nemo nostrum ausus est diffamare *A1, 2.*

Cap. XXXV. — [1] eo *C3.* — [2] *in marg. B3.* — [3] *om. sed corr. recens in marg.* non desiderans *B4.* — [4] illam *add. C3.* — [5] *om. A1, 2.* — [6] (et-exaudiet) *om. B5.* — [7] (mox-eccles.) *om. A1,2.* — [8] mox *A1,2.* — [9] (o. q. a.) q. a. o. *A1,2.* — [10] sagmario *post corr.*, saugmario *B2*, sangmario *C1, 3*, saumario *B4*, sanginario *C*4.* — [11] ultro *C1,3.* — [12] praesul *add. B5.* — [13] Christo *A2*, domino *B5.* — [14] *om. B4.* — [15] ad *C3.* — [16] et *add. C3.* — [17] educite *B2, C1,3, C*1, 2,4.* — [18] (hac c.) c. hac *B1, om. B5.*

Cap. XXXVI. — [1] qui *B4.* — [2] Tagine *B1, 2*, Tagni *B3, C*1,2*, Dagni *C1*, Tagilninus *C3*, Tagkminus *C2.* — [3] *om. B2, 5.* — [4] contigerit *B5.* — [5] *om. B1.* — [6] quia *B5.* — [7] *om. B1.*

subdebat

A subdebat[8] obsequio[9]. Dum igitur[10] essent[11] Weltinopolim[12] *l* in aestatis[13] tempore[14], quadam die, sicut[15] aestivis solent temporibus, tonitrua cum coruscationibus mugire coeperunt. Qua de re episcopus et qui secum fuerant[16] perterriti, cum omni precum diligentia se munierunt. Cumque nimio tonitruum coruscationumque terrore afficerentur, tandem tam gravis ictus tempestatis tremendae intonuit, ut ipsius habitaculi murus ex magna scinderetur parte. Tunc et praedictus vicedomnus ita exanimis effectus corruit, ut omnes qui aderant existimarent eum aut mortuum aut cito moriturum. Praesul autem manu comprehendens eum erexit, et ut viriliter ageret et in Domino[17] cor eius confortaretur admonuit; sicque semivivum reddidit sanum. Ipse etiam vicedomnus postmodum serenissimi[18] regis Heinrici munificentia Parthenopolis *m* archiepiscopatus sublimatur[19] dignitate *n*.

aegroto medetur.

XXXVII. In territorio Rubilocensis[1] *o* ecclesiae quidam homo contraria valitudine per tempus diuturnum adeo tabefactus est, ut paene per B annum integrum fastidio edendi laboraret, et alimentorum solatia, quae sospitatis gratia exposcit, percipere non[2] potuisset. Hic itaque ad sanctum Wolfkangum legationem[3] mittens, ut ab eius pietate remedium aliquod consequeretur, suppliciter exorat. Quo audito, vir Dei[4] omnimode excusavit, dicens[5] se non tanti[6] esse meriti, per quod huiusmodi virtus posset[7] adipisci. Cumque diu tractaret popularem effugere favorem et aegroti[8] adimplere[9] petitionem, velut ob aliam causam[10] missas celebravit[11], et per fidelem presbyterum infirmo corpus dominicum transmisit. Quo accepto, paululum obdormiens, deinde cibi potusque refectionem suscipiens, iterum quietis usus est supplemento. Sicque mentis et corporis sanitate recepta, Deo gratias agens surrexit, et postea incolumis permansit. Ad haec etiam si retexere volumus, quibus manum pro benedictione imposuit, et quot[12] gustato pane quem benedixit ab infirmitate liberabantur, taediosum forsitan lectori videbitur. Unde[13] his omissis, ad eius transitum properemus scribendum.

Puppingae moritur,

XXXVIII. Igitur post multa pietatis et aequitatis opera, quibus Deo servire studebat quibusque[1] eccle- C siam sibi commissam regebat, saepe nominatus saepiusque nominandus[2] venerabilis praesul Wolfkangus, cum Ratisponae constitutus, rerum necessitate poscente in orientalem Pagoariae[3] regionem iter suum destinaret, febricitare coepit. Quam corporis molestiam vir Dei non solum vigiliis et orationibus, sed etiam[4] elemosynis quasi praescius futurorum praeveniens, totum quod habere potuit per manus pauperum[5] in gazophylacium Christi transmisit; sicque partes orientis petiturus, illi qui nescit occasum sedulis precibus vitae suae commendavit excursum. Cumque per Danubii decursum ventum esset ad locum qui dicitur Puppinga[6] *p*, ultra tendere non valebat[7], quia tempus resolutionis instabat. Ibi ergo, superna se visitante gratia, cognoscens, cito fore complenda, quae sibi per visionem olim fuerant revelata, iussit, ut in oratorium beati Othmari[8], quod ibi situm erat, portaretur et ante altare eius deponeretur. Quod cum factum[9] esset, aliquantulum ex infirmitate convalescens, resedit, et per confessionem primum se[10] expiavit. Deinde omnes qui aderant[11] pro fide, spe et caritate satis[12] luculenter admonens, eos ac universos sibi commissos cum intimis suspiriis Deo sanctisque eius commendavit[13], sicque, viatico sumpto, humo tenus se prostravit. Tunc aeditui sive cubicularii eicere tentabant de ecclesia omnes, exceptis familiaribus secum ex more commanentibus. Quos vir Dei prohibuit dicens: *Reserate ostia, nullum qui velit introire prohibete*[14]. *Non*[15] *enim nos*[16] *qui sumus mortales*[17], *erubescere*[18] *debemus nisi ex malis operibus, cum mortis debitum necessario*[19] *exsolverimus*[20]; *quando quidem Iesus Christus, qui nihil morti debuit, ferme nudus mori non erubuit in cruce pro generis humani salute. Aspiciat quisque in morte nostra*[21], *quod*[22] *paveat et caveat*[23] *in sua. Deus misereri dignetur et mihi misero*[24] *peccatori mortem nunc subeunti, et*[25] *cuique*[26] *eam timide ac humiliter aspicienti.* Haec cum dixisset, reverenter E oculos clausit, ac velut in somno pausans, in pace quievit.

AUCTORE OTHLONO *p*

Sic animam sacris caelorum reddidit astris.
Si quaeris tempus, lector[27], quo contigit istud[28],
Anteriore die fuit ingrediente Novembre.

Ratisponae sepelitur.

XXXIX. Cum[1] haec omnia nocturno[2] tempore finirentur, sequenti mane funereas[3] exsequias parantes, coeperunt anxiari, unde possent episcopum acquirere[4]. Interea venit[5] Iuvavensis praesul venerabilis Hartwicus et Aribo comes quidam[6] *q*, viro[7] Dei[8] inter laicos carissimus. Hos quoque illo adventuros, nocte praeterita[9] venerabilis[10] praesul Wolfkangus innotuit, post longa silentia et corporis molestiam relaxatam ad astantes subito dicens: *Mundate domum, parate hospitium, quia hodie ad nos venient hospites boni*[11]. *Et ut credatis, quia verum dico, hoc erit vobis signum: navis in qua ferebantur bona domni*[12] *Hartwici archiepiscopi*[13] *et Aribonis praefecti naufragium in Danubio perpessa*[14] *est; sed per misericordiam Dei homines salvi facti sunt, et iidem domini mox*[15] *post obitum meum huc adventuri erunt*[16]. F Factumque[17] est ita; et ab eisdem advenientibus una cum populo fidelium copioso[18] corpus beati Wolfkangi[19] susceptum, in die a transitu illius septimo ad civitatem Ratisponam honorifice est perlatum. Ubi cum apud Sanctum Petrum fuisset susceptus, ac vigiliarum[20] missarumque celebrationibus Deo foret commendatus, sustollentes[21] cum magna reverentia, portabant eum per singula urbis monasteria, novissime vero ad ecclesiam beati martyris Emmerammi,

[8] subdidit *B5.* — [9] eloquio *B4.* — [10] (d. i.) cum ergo *C1,3.* — [11] esset *B3, C1,2,3, C*1.* — [12] Weltimopolim *B1.* — [13] aestate *C7, C*2.* — [14] *om. C7.* — [15] in *add. B4.* — [16] erant *B4.* — [17] Deo *B1,2,4.* — [18] serenissi *B1.* — [19] sublimatus est *A1.*

Cap. XXXVII. — [1] Rubolocensis *C3.* — [2] *supra lin. C2.* — [3] lagationem *B3.* — [4] domini *B2.* — [5] *in marg. B3.* — [6] (n. t.) t. n. *B4.* — [7] possit *C1.* — [8] *corr. prius* aegrotanti *C2.* — [9] implere *C3.* — [10] (a. c.) alia *B4.* — [11] *partim in marg. B3.* — [12] quod *B1, C1, C*1.* — [13] de *add. B4.*

Cap. XXXVIII. — [1] quibus *B4.* — [2] (saepe-nominandus) *om. C*1.* — [3] Baioariae *B1, 2,* Bawariae *B4 et post corr. C1,* Wabariae *C*1,* Wagoariae *C*2.* — [4] iam *C1.* — [5] (per m. p) *om. B5.* — [6] Pupinga *C1, 2,3.* — [7] valebant *C1, 2.* — [8] Otmari *A1,2.* — [9] *om. B1.* — [10] (p. s.) s. p. *B4.* — [11] *supra lin. corr. C1.* — [12] salutis *B3, C1, 3, C*1,2.* — [13] (e. c.) c. e. *C1,3.* — [14] prohibite *C1.* — [15] *om. B4.* — [16] (e. n.) n. e. *B4.* — [17] (s. m.) m. s. *B5.* — [18] non *add. B4, C7 et prius etiam C*2.* — [19] *om. C*1.* — [20] exsolveremus *B2.* — [21] sua *B4.* — [22] quid *C*1,2.* — [23] (p. e. c.) *om. C*1.* — [24] *corr. in marg. A2.* — [25] etiam *B1.* — [26] cuiquam *B4,* cuilibet *corr. C3.* — [27] (t. l.) l. t. *B5.* — [28] illud *C*1, etiam prius, sed corr. in marg.* istud *B3.*

Cap. XXXIX. — [1] dum *B2.* — [2] nocturna *C1.* — [3] funeras *corr.* funeri *C1.* — [4] adipisci *A1,* habere *B4.* — [5] quidam *add. B4.* — [6] (c q.) q. c. *B4.* — [7] vero *B3, C1, 2.* — [8] Deo *C1, 2.* — [9] (n. p.) p. n. *B5.* — [10] sanctus *B5.* — [11] (h. b.) h. h. *B1.* — [12] (b. d.) *corr. C1,* domni boni *C3,* boni domni *B1,* bona *B5.* — [13] episcopi *sed. corr. rec.* archiepiscopi *B4.* — [14] perpessus *C1.* — [15] *om. B4,5.* — [16] *corr. ex* erant *A1.* — [17] factum *C1, 2, 3.* — [18] (eisdem-copioso) eis *C1, 2, 3.* — [19] *om B4.* — [20] (a. v.) vigiliarumque ac *B4.* — [21] eum *add. C1,2,3, C*1.*

AUCTORE OTHLONO.

rammi, cuius honorem, dum[22] vixerat, intimo[23] affectu excolebat. Qua missarum sollemniis et exsequiarum officiis rite peractis, magnifice atque honorifice ibidem[24] sepultus est, in ordine pontificum duodecimo, satis congrue numero sacro[25] in tali viro definito[26]; in quo Dominus miraculis variis postea manifestavit, quia hunc cum principibus populi sui collocavit[27].

Liberat energumenum

XL. Post felicem sancti praesulis[1] Wolfkangi excessum plurimas virtutes atque[2] signa ostendere dignabatur gratia divina per illum; quorum quaedam, neglegentia et oblivione faciente, ad cognitionem nostram[3] minime pervenerunt, quaedam vero relatione fideli[4] comperta, prout possumus, explicare tentabimus. Et hoc in primis dicendum, quia, cum[5] provinciales una cum civibus[6] loci ipsius, quo sanctus praesul defunctus est, convenirent, ut meliorem et maiorem basilicam construerent, nam de lignorum materia[7] prior erat[8] aedificata, quadam die murali insistentibus operi, quidam adductus est energumenus. Quem artifices miseratione divina moti apprehendentes, in illum[9] locum, ubi sanctus Dei famulus spiritum exhalavit, prostraverunt; ubi B mox per sancti viri merita sanitatis recepit gaudia. Deinde etiam locus ille[10] a diversis[11] languentibus frequentabatur[12], et multi restitutione sospitatis ibi[13] consolabantur, quia, ut beatus Gregorius dicit *r*, plerumque accidit, ut maiora ibi, quo sanctorum reliquiae[14] *s* habentur, proveniant miracula, quam ubi eorum recondita sunt corpora.

et hominem ferreo circulo constrictum;

XLI. Homo igitur[1] quidam pauperculus[2], qui ob criminum multorum perpetrationem circulis ferreis in utroque brachio fuit[3] constrictus, et ex hoc gravissimis cottidie suppliciis[4] afflictus, cum multa[5] sanctorum loca pro eiusdem cruciatus remedio commissique sceleris[6] abolitione perlustrasset, divina tandem miseratione respectus, ferri ligamen, quod in uno gestabat brachio, per sancti[7] Adelperti[8] merita amittere meruit *t*. Deinde etiam, quoniam[9] sancti Wolfkangi famam per longinquas audivit regiones, ad Ratisponam veniens, ibique ante sepulcrum eius orationi insistens, alterius circuli cruciatu absolutus est[10].

S. Heinrico futura praedicit;

XLII. Heinrico rege[1] necdum caesaris vel imperatoris dignitatem obtinente *u*, apparuit sanctus Wolfkangus in somnis visione tali. Visum namque est[2] ei, quod manens in sancti Emmerammi ecclesia, accederet orandi gratia ad beati Wolfkangi sepulcrum, in ecclesia eadem[3] situm *x*. Cumque ibidem Deum[4] sanctumque Wolfkangum precibus intimis conaretur exorare, subito videbatur ei ipse sanctus[5] astare et huiusmodi verbis eum[6] appellare: *Intuere diligenter litteras in muro, qui est secus tumulum meum, scriptas.* Erat autem ibi, sicut videbatur, D solummodo scriptum: *Post sex* y. Evigilans[7] *y* vero Heinricus rex, tractatione diuturna secum revolvit paucissima huius visionis scripta. In primis ergo arbitratus[8], quod post sex dies esset moriturus, multa dispensat[9] pauperibus. Cum autem sex dierum numerus praeteriret[10], et nil in se corporalis molestiae sentiret, putavit ad sex menses pertinere, et eadem coepit timere. Transacto vero et huius numeri spatio, nihilque eo infirmitatis passo[11], arbitratus est hunc numerum ad sex annos[12] pertinere, ideoque[13] quae et[14] supra coepit timere. Cumque sex annorum[15] numerus integer pertransisset[16] et septimi anni[17] dies revolutus venisset[18], caesaris dignitatem per apostolicam suscepit consecrationem. Tunc tandem sentiens qualis esset sua visio, gratias egit Deo sanctoque Wolfkango, qui sibi talem revelare dignatus est dignitatem[19] *z*.

alios aegros

XLIII. Quidam homo caecitate multatus ad sepulcrum beati Wolfkangi[1] accessit. Cumque ibi[2] preces uberrimas effudisset, subito visu[3] recepto exauditus[4], Deo sanctoque praesuli gratias egit.

E XLIV. Alio quoque tempore mulier quaedam debilis pro spe recuperandae salutis deportata est a suis in ecclesiam beati Emmerammi martyris. In qua dum ante altaria reptando magis quam ambulando petitione sedula sanctorum exquisisset suffragia, tandem ex labore vel aegritudine fatigata, secus tumulum sancti praesulis Wolfkangi resedit humi. Cumque misella[1] corpore et[2] mente inclinata[3], eius precibus et[4] meritis se adiuvari exoraret, subito lateris ceterorumque membrorum contractio nodosa est soluta ac tam vehementer disrupta, ut sanguinis effusio difflueret[5] in pavimento. Tunc mulier primum exterrita prae timore coepit clamare; deinde exsiliens sana, grates reddidit Deo sanctoque[6] Wolfkango.

sanitati restituit.

XLV. Homo quidam nimis[1] aegrotus[2] orandi gratia venit in beati Emmerammi ecclesiam. Ubi dum se sanctorum meritis[3] postularet liberari ab inhaerente sibi diutina aegrotatione[4], demum decubuit iuxta sancti Wolfkangi tumbam; ibique feliciter soporatus, quendam virum statura[5] procerum et canicie venerandum[6] astare vidit, atque ab eo dictum audivit: *Ut quid tu hic, aut cuius rei[7] gratia advenisti?* At ille respondit: *Domine, propterea huc miser veni, ut saner a languoribus, quibus iam per annos plures laboravi.* Tunc venerabilis heros virga pastorali, quam gestare F videbatur, tangens eum, dixit: *Surge citius. Ecce enim sanus factus es*[8]. Mox qui iacebat quasi mortuus, per merita[9] praesulis[10] Wolfkangi a somno aegritudinis excitatus exsilivit, et prae gaudio clamans in quantum potuit, Deum sanctosque illius laudavit.

Explicit vita[11] Sancti Wolfkangi episcopi[12].

[22] cum *C 1,3.* — [23] nimio *B 4.* — [24] *om. B4*, ibi *C 1,2,3.* — [25] *om. B4.* — [26] defuncto *C 1, 3.* — [27] adlocavit *A 1.*

Cap. XL. — [1] *om. B4.* — [2] et *M., W.* — [3] *corr. ex* vestram *A1.* — [4] fidelium *B5.* — [5] dum *add. supra lin. corr. C3, om. C 1.* — [6] vicibus *A1.* — [7] maturia *B 3.* — [8] (p. e.) e. p. *C 3.* — [9] (in il) il. in *C7, C* 2.* — [10] *om. B4.* — [11] (a div.) adversis *B 5.* — [12] frequentabantur *B 5.* — [13] sibi *M., W.* — [14] non *M., W.*

Cap. XLI. — [1] ergo *B4, 5.* — [2] (q. p.) p. q. *A2*, p. qui *C2.* — [3] *om. B 4.* — [4] esset *add. B 5.* — [5] multorum *C3.* — [6] (c. s.) commissisque sceleribus *M.* — [7] viri *add. M., W.* — [8] Adalberti *B1,4, C2,3, C* 1,2.* — [9] quo *C1, 3.* — [10] (adest) alterius circuli cruciatu ad Ratisponam veniens ibique ante sepulcrum eius orationi insistens, absolutus est *C7, C* 2.*

Cap. XLII. — [1] regi *B 4.* — [2] (n. e.) e. n. *B 4.* — [3] (ecc. e.) e. ecc. *B 5.* — [4] dominum *C 1,3.* — [5] Wolfkangus *add. B 2.* — [6] *om. C* 1*, (v. e.) e. v. *B4.* — [7] evigilians *C1.* — [8] est *add. C3.* — [9] dispensavit *C3.* — [10] transisset *C7, et in marg. C* 2*, praeteritorum transisset *C* 1.* — [11] (nihilque-passo) nihilque ai in eo pateretur *et in marg.* infirmitatis *quae omnia man. rec. B1* — [12] anno *prius* annorum *B5.* — [13] *om. B1, C1.* — [14] ut *C3.* — [15] (pertinere-annorum) *om. B5.* — [16] permansisset *C1, 3.* — [17] *om. B 5.* — [18] ipso die *add. B 5.* — [19] visionem *B4*, sublimitatem *B5.*

Cap. XLIII. — [1] (s. b. W.) b. W. s. *A 1.* — [2] *corr. in marg. B3.* — [3] visio *C1, 3.* — [4] est *add. B4.*

Cap. XLIV. — [1] misera *C7, C* 1*, in sella *B 4.* — [2] ac *A1, B2, 3, 4, 5, C1, 3, C* 1,2, W.* — [3] *om. B5.* — [4] ac *C* 1.* — [5] deflueret *B 5, C3.* — [6] sancto *B 4.*

Cap. XLV. — [1] *corr. in marg. B3.* — [2] aegrotatus *B 5.* — [3] diu *B 5.* — [4] (inhaerente-aegrotatione) imminente infirmitate *B 5.* — [5] *om. B4.* — [6] *corr. prius* venera nondum *B2.* — [7] *om. B 4.* — [8] (s. f. e.) f. e. s. *B 1,3,4, 5, C* 1, 2.* (s. e. f.) *A 1.* — [9] sancti *add. B 5, C 3.* — [10] *om. B5.* — [11] legenda *C 3.* — [12] Ratisponensis praesulis *C 3, om. B 5, C1*, (explicit-episcopi) *om. B 1,2, 3, 4, C7, C* 2*, explicit *C* 1*, episcopi *om. A 1.*

ANNOTATA.

AUCTORE H. D.

A

ANNOTATA.

a *Heinricus scilicet Bavariae dux II. Supra, nn. 36, 71, 73.*

b *Heinricus postea imperator II.*

c *Bruno, episcopus Augustanus creatus anno 1007. Ad hunc annum habent* Annales Augustani, MG., *tom. III, p. 124:* Sigefridus Augustensis episcopus vota multorum complens, obiit. Brun episcopus ordinatur.

d *Gisela, quam Heinricus Stephano Ungarorum regi matrimonio copulavit. Adalberti* Vita Heinrici, *lib. I, n. 30.* MG., *tom. IV, p. 810.*

e *Vide supra, Comm. praev., n. 71. Turpiter erravit Hammerschmid,* Historia de origine monasterii Sancti Georgii, *p. 91, cum putavit S.* Wolfkangum *praedixisse abbatialem dignitatem Elisabethae (quae successit Mladae), uti et* sancto Henrico imperium, et Brunoni Elisabethae fratri episcopatum. *Erat illa Elisabeth genere comitum Querfurtensium prognata. Dobner,* Annales Haiecii, *tom. IV, p. 395, ubi Hammerschmidii errorem* B *notat.*

f *Eglofsheim, in decanatu Schierling, dioecesis Ratisponensis.*

g *Anno 978. Richeri* Historiarum, *lib. III, cc. 74-77,* MG., *Scr. tom. III, pp. 622-624;* Gesta episcoporum Cameracensium, *lib. I, c. 98,* MG., *Scr. tom. VIII, p. 441.*

h *Axonam scilicet. Vide locos modo citatos. Ita de hoc facto Aventinus,* Annal. *lib. V, c. 3:* Huic expeditioni interfuisse divum Voliphogangem Reginoburgensem episcopum primumque ceteris haesitantibus vadum invenisse superasseque flumen, animumque nostris reddidisse reperio, quemadmodum Reginoburgenses quoque adhuc praedicant et depingunt. Opp. *ed. Riezler, tom. III, p. 22. Narrat Buchner,* Geschichte von Baiern, *Regensburg, 8°, tom. III (1823), p. 100,* S. Wolfkangum, *miraculi mosaici memorem, fluctibus primum imperasse, cum vero iubenti non obtemperarent in aquas primum prosiliisse. Undenam hoc desumpserit plane ignoro.*

i *Hoc anno 982 accidisse putat Zirngibl,* Abhandlung von dem Stifte St. Paul in Regensburg, *p. 10. Sed praeterquam quod eius chronologia non satis* C *certa est, minime constat utrum ilico novas aedes suis monialibus struxerit sanctus praesul. Vide supra, Comm. praev., n. 70.*

k *Supra c. XXI. Vide quoque annot. ad Arnoldum, supra, p. 562, n. 7.*

l *Weltenburg, ad Danubium, in decanatu Kelheim, dioecesis Ratisponensis. Vide comm. praev., n. 73, inter acta tempore incerto.*

m *Magdeburg.*

n *Supra, p. 562, not. 5.*

o *Eichstädt.*

p *Supra, p. 563, not. 1.*

q *Supra, p. 563, not. 6, 7.*

r *S. Gregorii* Dialog. *lib. II, c. XXXVIII,* P.L., *tom. LXVI, p. 204.*

s *Aperte distinguuntur, citato loco,* corpora *a* reliquiis *sanctorum. Existimat Du Cange, s. v.* reliquiae, 1, *nomine reliquiarum partem corporis intellegi. Hoc non facile accipiet qui S. Gregorii contextum legerit, et maxime epistulam ad Constantinam, lib. IV, ep. 30. Verbo* reliquiae *potius designari putem brandea, olea, eulogias.*

t *De circuli ferrei poenitentia crebra est in miraculis sanctorum mentio. Simile huic nostro miraculum lege v. g. in* Translatione S. Ioannis Reomaensis, *c. II, n. 6,* Act. SS., *Ianuarii tom. II, p. 864, cum nota, p. 865. Eadem fere Mabillon,* Acta SS. O. S. B. *saec. I, p. 641, cuius et videnda praefatio ad saec. II, n. 41.* E

u *Anno 1008, ut ex sequentibus liquet, cum anno 1014 coronatus fuerit. Cfr. Hirsch-Pabst,* Heinrich II, *p. 425 sqq.*

x *Scilicet in parte australi ecclesiae Sancti Emmerammi, cum sancti praesulis corpus nondum fuisset translatum. Supra, p. 564, not. 4.*

y *Legenda S. Heinrici, qualis addita est multis codicibus* Legendae Aureae *(ed. Graesse, p. 897-898), fere constat ex hac historia. Aliquoties eam invenimus sub titulo Legendae vel* Notae de Sancto Wolfkango. *Comm. praev. n. 21. Plurimi codices servarunt versus quos supra ex codice C*3 exscripsimus. Cfr. etiam cod. C*6.*

z *Narratur alia* S. Wolfkangi *apparitio in* Vita Heinrici II, *auctore Adalberto, l. II, c. 11,* MG., *tom. IV, p. 814, ubi de aliquo viro religioso, qui dubitans de miraculis sancti Heinrici caecitate multatus fuerat, et ad sanctos recurrerat. Ita loquitur scriptor.* Et cum ex dolore et labore, et assidua veniarum incurvatione fatigatus fuisset, lassatum corpus somno reparavit. Cui dormienti sanctus Wolfkangus, eo quod eum familiarem in orationibus suis habuerit, apparuit, et ait illi: Ora confessorem Christi Heinricum, et liberabit F te, quia quod eius sanctitati derogasti idcirco haec plaga caecitatis venit super te. Post hanc visionem expergefactus *ad tumbam S. Heinrici accessit et sanatus est.*

RHYTHMUS DE S. WOLFKANGO [1]

Editus ex codicibus duobus **1.** *Mellicensi H9 saec. XV,* **2.** *Monacensi 1843 eiusdem aetatis, collata* **P.** *editione Bernardi Pez. Vide Comment. praev. n. 16.*

Iesu, medice caelorum,
Rex sermone languidorum
Curans venas oculorum,
Lumen sapientiae,
Affer, queam ut laudare
Te in sanctis tuis gnare,
Matrem semper honorare
Hinc misericordiae.

Cor ut meum illustretur,
Da ut sanctus collaudetur,
Signis miris extolletur,
Quibus claret iugiter,
Ore, labiis pollutus
Vir sim licet obvolutus,
Labe, praesul, laudo tutus
Te, Wolfkange, dulciter.

[1] *Incipit absque titulo in codicibus.* Vita Sancti Wolfkangi ep. rhythmis conscripta *P.*

bene

RHYTHMUS.

Bene natus ab utroque
Es parente, magistroque [2],
Cum septennis esses, quoque
a Commendatus artium *a*,
Ut horto deliciarum
Flosculis scientiarum
Degustares fontem clarum
Aquarum viventium.

Statim scholas magistrorum
Universitatis, quorum
Interest virtutes morum
Declarare, visitas;
Illinc avide hausisti
Ut non solum artes scisti,
Spiritum intellexisti
b Litterae, ut approbas *b*.

Exhortatio.

Genere nobilitatus [3],
Praesul plus glorificatus
Apud Christum, despicatus
Miser ego rogito;
B Ut digneris paupertati,
Meae ignobilitati,
Subvenire caecitati;
Sicut potes facito.

Te miserante, scio, vis;
Deo donante, scio, quis;
Ipso docente, scio, scis;
Ergo data perfice.
Sicut quondam ostendisti
Et ostentas perfecisti,
Cum aegrotis subvenisti
Dei donis caelice.

Bonitate patrem magnum
Disciplina te, Wolfkangum
Patientem velut agnum
Tua vita praedicat.
Et quod ut anachoreta
c Hic vixisti *c*, saecli spreta
Pompa, Christi et [5] athleta [6]
Te scriptura recitat.

d Curam ut archimandrita *d*
e In Ympripoli *e* tunc ita
Sapienter in hac vita
In regendo ovium,
Suscipis licet invitus.
Te urgebat prior situs,
Ubi eras praemunitus
Strepitu ab hominum.

Solus ut servires soli
Deo, qui dat regna poli,
A te et a cunctis coli
Vult et ipse sedule:
Et sic mundam conservares
Vitam neque maculares
Tuam verbo, sed sic stares
In Dei servimine.

Linquens mundi vanitatem,
Generisque claritatem,
Praelaturae dignitatem,
Pure propter Dominum;
Res, pecunias, honores,
Terrarum possessiones
Vestesque splendidiores
Aestimasti nihilum.

Hinc clandestine [7] quaerebas
Locum quondam quo degebas,
Et divinitus vivebas
Inter alpes montium;
In cavernulis petrarum
Habitabas [8], bestiarum
Locis, fructum es herbarum,
Potum bibis fontium.

Ad quinquennium fuisti
Exsul ibi, circuisti
In montanis, invenisti
Donec habitaculum,
Ubi felix contemplaris
Dominumque deprecaris,
Fusis lacrimis amaris
Pro gente fidelium.

Ibi saxa collegisti,
Dorso tuo attulisti,
In acervum *f* voluisti f
Fieri oraculum.
Cum haec manibus [9] tangebas
Et a dorso reponebas
Digitos sic imprimebas E
Ut in limum liquidum.

Pedibus ut cera [10] cessit
Tuis petra, et liquescit.
Pedis iconam impressit,
Ut apparet hodie *g*. g
Demum, pater, laborasti,
Manibusque [11] comportasti,
Lapides mox adaptasti [12]
Pro futuro opere.

Quod et ipse incohasti
Fundamentum tu locasti
Et ecclesiam fundasti
Loco sat [13] horribili.
In qua, opere patrato
Per circuitum ornato
Et omnino contectato
Deum laudas humili *h* h

Voce cum oratione,
Sancta celebratione,
Missarum devotione,
Stans in lege Domini,
Die, nocte meditaris,
Et superna contemplaris F
Voluntateque moraris
Ea modo simili.

Exhortatio.

Dulce, pater, meae spei
Salus, ut in lege Dei,
Hortor, intellectus mei
Sensus lumen capiat,
Veritatis et scripturae
Sacrae, veluti tu [14], pure
Labor omnis meae curae
Quae sunt Dei sapiat.

Nam ut lignum, quod plantatum
Iuxta flumen, fructum gratum
Tulit, tu tulisti natum
Hic, in suo tempore;
Apud Deum meruisti
In hac vita, qua vixisti
In virtute Iesu Christi
Mira signa facere.

[2] magistrorum 2. — [3] nobilitatis 2. — [4] me 2. — [5] Christi et *om.* 2. — [6] ad letha 2. — [7] clam destine, 1, 2. — [8] *om.* 2. — [9] (h. m.) m. h. 2. — [10] terra *P.* — [11] manibus 2. — [12] adantasti 2, *etiam* 1 *ante corr.* — [13] satis 1, 2, *P.* — [14] *om.* 2.

Infinita,

A Infinita, quae nec scribi
Possent, per te Deum ibi
Fecit ad honorem sibi
Magna ad volumina,
Per quae fides roboratur,
Aeger homo medicatur [15],
Sanctis suis et [16] laudatur
Deus in ecclesia *i*.

Tu vir Dei, bonitatis
Quantae eras sanctitatis,
Quantaeque sagacitatis,
Numerare nemo scit,
Multaeque benignitatis
Ac perfectae charitatis
Miraeque humilitatis;
Solus Deus indidit.

Semper hilaris, serenus
Ac facunditate plenus,
Odioque alienus
Eras omni populo.
Numquam invidus, severus,
In docendo semper verus
B Ut docetur omnis clerus
Oris tui speculo.

Tu praeclarus honestate
Morum cum immensitate
Pius affabilitate,
Providus consilio;
Forma, conversatione,
Cunctis eras vitae bonae
In [17] exemplicatione
Tuo in dominio [18].

Exhortatio [19]

Mihi tuo [20] famulorum [21]
Immo minimo [22] tuorum,
Datorum tibi donorum
Partem velis utinam
Modicam, humilitatis
Unam, sive castitatis
Mihi impetrare; satis
Contentarer minimam

Partem, ut laudare possem
In te Deum uti nossem,
In scriptura lectitassem
C Et ab ore hominum
Saepius audivi; quare
Volo, pater, propalare
Et miracula narrare
Tua, propter Dominum.

Et quis potest illa reri
Ni sint signa Dei veri,
Ut qui caecus erat heri
Luce cras perfunditur;
Et qui [23] aridus aut mancus
Manu fuerat et anctus
Pro quo [24] magnus erat planctus
Per te cras sanabitur;

Et qui febribus quartanis [25]
Sunt vexati, tertianis,
Acutis, cottidianis
Clamaverunt vocibus
Ad te, votis et venire,
Ad te pedibus transire
Spoponderunt, qui sunt mire
Recreati protinus.

Manibusque [26] repedantes RHYTHMUS.
Et utroque claudicantes
Femore, te invocantes
Tradidisti gressui;
Possessa daemoniorum
Vasa energuminorum
In [27] tuorum sunt mirorum
Prisco data [28] sensui.

Liberator captivorum
Eras et compeditorum,
Simul et catenatorum,
Truncis et in turribus.
Cordium quoque maestorum
Consolator miserorum
Paupertate gravatorum
Te pulsantes precibus.

Non est dolor corporalis
Corporis, vel spiritalis
Animae, vel coaequalis
His; homo corporeus
Passus, Deo concedente
Clamans ad te pura mente
Sanitatem quin repente E
Recepisset [29] saucius [30].

Infinitaque sunt facta
Ante mortem et post; tacta
Hinc per fidem mundo [31] nacta.
Post haec te omnipotens
Vocat, et [32] ut revertaris
Nec in eremo moraris,
Praesulatu, sed fungaris
Amplius oboediens *k*.

Mox in via infirmaris,
In Puppinga morti daris *l*,
Ubi tunc exenteraris [33].
Exta manent ibidem *m*;
Hinc exuviae feruntur
Ratisponam, disponuntur
Et ibi [34] sepeliuntur,
Ut decet antistitem *n*.

Sic in Domino quiescis
Et miraculis clarescis
Nec cottidie torpescis
Adhuc signa facere.
In Ymbripoli non tanta *p*,
Nec ubi sunt exta sancta *q*
Facis signa facis, quanta F
Loco tuae fabricae [35] *r*.

Exhortatio.

Eia pater et patrone,
Summi patris fili bone,
Me participem coronae
Tuae fac cum ceteris
Sacerdotibus [36]; laudantes
Deum teque venerantes,
Quamvis in peccatis nantes
Simus veri luminis.

Lumen da exteriorum,
Lumen plus interiorum,
Praesta nobis oculorum,
Per datorem omnium,
Ut possimus contemplari
Verum solem conspicari
In quo lumen est, a mari
Usque solis terminum.

[15] medicator 2. — [16] ut 2. — [17] *om.* 2. — [18] (t. i. d.) tua in domino, 1, *P.* — [19] *om. P.* — [20] *om.* 2. — [21] tuorum *add.* 2. — [22] minimorum. — [23] quis *P.* — [24] qua 2. — [25] quartinis 2. — [26] manibus 2. — [27] vi 2. — [28] dato 2. — [29] recepisses 2. — [30] sanctius 2. — [31] modo 2. — [32] *om.* 2. — [33] exentearis 2. — [34] ibidem 2. — [35] fabice 2. — [36] servitoribus *add.* 2.

RHYTHMUS.

Et si lumen tenebrescit
Intellectus et nigrescit,
Lippitudo sensus crescit,
Dehinc dormitatio
Vanitatis cum torpore
Mundi [37] pompa cum dulcore
Laudum hominum [38] favore
Nostra excitatio.

Scis, si taliter dormimus
In peccatis, quorum primus
Ego sum, ne sic perimus
Excita salubriter,
Ut queamus [39] vigilare
Vanitates abnegare
Quibus viximus per mare
Huius mundi iugiter.

Tandem tibi propinquare
Gregem Christi adaquare
Et pro ipso semper stare
Ad mortis hinc certamen,
Nullas minas hic veremur [40],
Caeli sanctis ut iungemur
B Et ad eos collocemur
In sempiternum. Amen.

Explicit [41].

ANNOTATA.

a Vitae *a. Othlono c. III.*
b Vitae *cc. IV, V.*
c *Hoc est prope coenobium Lunaelacense.* D
d *Scilicet, ut episcopus.*
e *Regensburg. Supra, adnot. ad Arnoldi lib. II, n. 12, p. 562.*
f *Comm. praev., n. 61.*
g *Ibid., n. 60.*
h *Ibid., n. 61.*
i *De miraculis* S. Wolfkangi *agemus ubi de eius gloria postuma, § III.*
k *Comm. praev., n. 62.*
l *Arnoldi lib. II, n. 23;* Vitae *c. XXXVIII.*
m *De reliquiis Puppinganis, infra, De gloria postuma, § I.*
n *Arnoldi lib. II, n. 23;* Vitae *c. XXXIX.*
p *Huc referenda traditio quam his verbis enarrat Mabillon,* Acta SS. O. S. B., *saec. V, p. 812.* « *De Wolfgango Matthaeus cardinalis Gurcensis, in Itinerario suo, ubi de Sancti Emmerammi ecclesia habet :* Sancti Wolfkangi illic quoque corpus est, sed miraculis non claret, ut alibi, cui dicatum templum est, fabulam referunt. Ingressurum enim B. Wolfkangum urbem aiunt vulgo interrogavisse utrum corpus an miracula post obitum mallent; cives corpus elegisse, arbitrantes E absque corpore miracula nullibi fieri posse. Illic ergo cum eius ossa remanserint, miracula alibi translata sunt. »
q *Scilicet Puppingae.*
r *Hoc est prope Lunaelacum; comm. praev., n. 57 sqq.*

[37] *om.* 2. — [38] *om.* 2. — [39] quamvis 2. — [40] feremur 2. — [41] *om.* 2.

GLORIA POSTUMA S. WOLFKANGI

§ I. De translationibus corporis S. Wolfkangi deque eiusdem reliquiis.

Prima translatio

1. S. Wolfkangi *corpus Puppinga,* die a transitu illius septimo in civitatem Ratisponam allatum, *et in basilica S. Emmerammi, ubi episcoporum erat sepultura, in parte australi tumulatum ab Arnoldo docemur* (1). *Quo in loco sacrae exuviae quieverunt, donec in cryptam, ad partem eiusdem ecclesiae occidentalem recens constructam, a sancto Leone IX anno 1052 transferrentur* (2). *Cum huius translationis mentio occurrat in nonnullis documentis spuriis, ubi sancti Dionysii reliquiae eodem tempore a summo pontifice recognitae et probatae affirmantur, accidit ut criticus quispiam, novum figmentum subodoratus, ipsam* S. Wolfkangi *elevationis historiam in dubium revocaret* (3). *Factum nihilominus ex genuinis fontibus certissime probatur. Ita, in notis S. Emmerammi, saec. XII conscriptis:* Anno ab incarnatione Domini 1052 dompno papa Leone nono et Beldingo Iuvavensis ecclesie archiepiscopo aliisque episcopis Gebehardo sci- F licet Ratisponensis aecclesiae antistite et Severo Pragensis ecclesiae episcopo et Hunperto sanctae Rufine ecclesiae praesule et Otkero Perusine ecclesie episcopo et Gebehardo Eistetensis ecclesiae qui postea papa effectus est episcopo simulque patriarcha Dominico Gradensis ecclesie presentibus et imperatore Heinrico tercio tumulus...s ...ns... translatum corpus sancti Wolfkangi episcopi (4). *Similia paucis mutatis, ut appareat hanc notam non fuisse exscriptam, leguntur in auctario Ekkehardi Altahensi* (5), *in codice Emmerammensi saec. XV, unde illa protulit auctor* Ratisbonae monasticae (6), *et in Aventino* (7). *Hinc non improbabiliter concludes cum Steindorff* (8) *communem eorum fontem fuisse instrumentum*

(1) Arnoldi lib. II, n. 23; *Vitae,* c. XXIX. — (2) *Epist. Leonis IX,* Jaffé-Ewald, *Reg. pontif. Rom.,* n. 4280; accedit epistula Heinrici III, anni 1052, 7 octobr., *Neues Archiv,* tom. XV, p. 358-60. Intricatam de reliquiis S. Dionysii quaestionem hic tangere nolumus. Legantur *Act. SS.,* Octobr. tom. IV, p. 951-87; Koepke, in *MG.,* Scr. tom. XI, p. 351 sqq.; Wattenbach, *Deutschlands Geschischtsquellen,* ed. 5, tom. II, p. 347 ; Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg,* tom. I, p. 533 sqq. — (3) Launoii *Varia de duobus Dionysiis,* opp. ed. Coloniae Allobrog., tom. II, 1, p. 583. — (4) *Notae S. Emmerammi, MG.,* Scr. tom. XVII, p. 572. Quomodo Raderus, *Bavaria sancta,* p. 181, duplicem suum de anno translationis errorem componere potuerit, non capio. Hinc enim S. Wolfkangum post annos quadraginta duos canonizatum fuisse asserit, hinc annum 1032 elevationi corporis assignat. — (5) *MG.,* Scr. tom. XVII, p. 364. — (6) Cod. S. Emm. 315. *Ratisbona monastica,* p. 258. — (7) *Annales Boiorum,* l. V, c. 8, *Sämmtliche Werke,* tom. III, p. 71.— (8) *Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III,* tom. II, p. 183, nota 1.

A *mentum aliquod authenticum translationis. Eodem tempore dedicatam fuisse cryptam tradunt annales Emmerammenses : 1052.* Translatio S. Wolfgangi episcopi et dedicatio criptae eius (1). *Auctarium Garstense :* Sanctus Wolfkangus a sancto Leone papa translatus est et in novam criptam repositus (2). *Ekkehardus vero :* Qui papa veniens Ratisponam reliquias beati Dionysii martyris de quibus diu dubitatum est an ibi haberentur, presentibus Parisiorum legatis, perspexit ibique teneri probavit, sanctum quoque Wolfkangum eiusdem urbis episcopum de tumulo levavit (3). *Quae verba repetivere annalista Saxo* (4), *annalium Admuntensium scriptor* (5) *et Adalbertus in Vita S. Heinrici* (6), *nisi ille ex antiquiore fonte hauserit; silet enim de probatione reliquiarum S. Dionysii. Annales Ratisponenses haec tantum habent :* Sanctus Wolfkangus a Leone papa translatus est (7); *annales vero S. Ruperti Salisburgenses :* Sanctus Wolfgangus a Leone papa canonizatur (8); *quae verba mirum est quomodo decipere potuerint virum eruditum, qui de canonizatione* S. Wolfkangi *immerito dubitavit* (9); *sollemnis* B *enim translatio cultus approbationi aequipollens erat.*

anno 1052 celebrata;

2. *Si fides sit annalibus Altahensibus, S. Erhardi corpus etiam elevavit summus pontifex :* Radasponam veniens papa cum imperatore, exaltationem sacrarum reliquiarum, ut decuit, celebravit, hoc est Wolfgangi et Erhardi episcoporum urbis praedictae (10). *De S. Erhardo silent fontes Ratisponenses. Dies quo celebrata fuit elevatio* S. Wolfkangi *eruitur ex necrologio S. Emmerammi, saec. XII :* Non. octobr. Dedicatio novae criptae et translatio sancti Wolfkangi (11). *Anno 1612 antiqua eius tumba reperta est, in qua cum reliquiis iacebat lamina plumbea haec verba ferens* (12) :

II KL. NOV. WOLFGANGUS EPS OB.

et bulla plumbea cum inscriptione :

LEONIS PAPAE VIIII.

Utrum haec litteris pontificiis vetustate postea exesis primum alligata fuerit necne, incertum (13). *Legitur apud Surium* Sermo de translatione S. Wolfkangi, *quem edidit stilo non mutato ex antiquis manuscriptis codicibus* (14). *Incipit sequentibus verbis :* Praesentis diei festivitas ad virtutum nos accendit gaudia, *his vero desinit :* terram de terra levari voluit laudis gratia. *More contionatorio celebratur ab anonymo huius sermonis auctore translatio sacri corporis; quicquid autem ad historiam pertinet his continetur verbis :* Leonis de tribu Iuda catulus Leo papa ad praedam ascendit, et Leonis effossum manibus beatum Wolfkangum, depraedato tumulo, laetus victor transiit. *Illam ergo vacuam et inanem paraenesim intactam relinquemus, enumerando tantum codices in quibus eam offendimus, plerumque in lectiones divisam, et usui liturgico paratam. Sunt illi Monacensis latinus 14126, olim Ratispon. S. Emmerammi 126, saec. XIV, qui continet lectiones VIII in translatione* S. Wolfkangi *episcopi, fol. 35v-37r; item Monacenses supra notati C6, C*6, Dresdensis C*5, Coloniensis C*3, Bruxellensis C*10, unde transiit inter collectanea Bollandiana, nunc cod. Bruxell. 8928. Sacrae reliquiae usque in hodiernum diem in crypta occidentali Sancti Emmerammi remanserunt, iteratis vicibus elevatae, recognitae, repositae, quod* E *in sequentibus breviter declaraturi sumus.*

AUCTORE H. D.

secunda anno 1613.

3. *Anno 1612, cum Wolfkangus Seelender, abbas Brunoviensis in Bohemia, olim prior Sancti Emmerammi, in crypta* S. Wolfkangi *pro altari medio ligneo marmoreum illud, quod etiamnum visitur, exstrui curavisset, detecta est tumba in qua reposita fuerant anno 1052 ossa sancti episcopi* (15). *Quae die 21 aprilis anni 1613 ab episcopo Ratisponensi Wolfkango II aperta est. Inventa sunt ossa et cineres, fragmenta sacrarum vestium et tegumentorum, una cum bulla et lamina plumbea quae diximus. Sequente vero die prima maii, in tres partes divisae sunt sacrae exuviae. Ossa praecipua et ceteris melius servata in capsa vitrea reposuerunt, alia vero in stannea; pars cinerum cum linteaminum fragmentis inter fideles distribuenda reservata est. Tandem, die quinta maii, sollemnis celebrata est reliquiarum translatio, transactisque festivitatibus, capsa vitrea muro inclusa, stanneus vero sarcophagus sub altari reconditus fuit* (16).

Nostro saeculo

4. *Hoc nostro saeculo non semel recognitae fue-* *runt*

(1) *Ann. S. Emmerammi min. MG.*, Scr. tom. I, p. 94. — C (2) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 567. — (3) *MG.*, Scr. tom. VI, p. 196. — (4) *MG.*, Scr. tom. VI, p. 689. — (5) *MG.*, Scr. tom. XI, p. 575. — (6) *MG.*, Scr. tom. IV, p. 802. — (7) *MG*, Scr. tom. XVII, p. 584. — (8) *MG.*, Scr. tom. IX, p. 773. — (9) Steindorff, *Heinrich III*, tom. II, p. 183, not. 2. — (10) *MG.*, Scr. tom. XX, p. 806. — (11) *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 572, n. 29. — (12) *Ratisbona monastica*, p. 83, ubi additur annus 994. Exstat *Processus translationis S. Wolfkangi an. 1613* apud Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 525-533. Lamina plumbea hodie visitur in thesauro S. Emmerammi. — (13) H. Walderdorff, *Eine Bulle Leo IX bei den Reliquien des hl. Wolfgang zu Regensburg, Verhandlungen des hist. Vereines von Oberpfalz und Regensburg*, tom. XXXIII (1878), p. 267-283; p. 278 habes delineatam bullae effigiem, quae conferenda cum bullis eiusdem pontificis editis a P. Ewald, *Zwei Bullen Leo's IX, Neues Archiv*, tom. IV (1878), p. 184. In codice saec. XV supra citato, post narrationem translationis, invenit auctor *Ratisbonae monasticae*, p. 258, mentionem indulgentiarum a summo pontifice et praesentibus episcopis concessarum. Sub hac certe formula apocryphae sunt, ex figmento de indulgentiis papae Formosi commixtae. *MG.*, Scr. tom. XVII, p. 572. – (14) Ad diem 31 Octobris. – (15) In codice latino monacensi 14870 (supra C6), fol. 118v, litterarum tunc repertarum adscriptum est exemplum. *Literae in renovatione altaris S. Wolfgangi iuxta eius tumulum inventae 1612. Sub anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo dominica prima ante festum sancti Virgilii, nos Theodorus Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Ierapolitanensis nec non suffraganeus reverendi in Christo patris et domini domini Alberti eadem gratia episcopi Ratisponensis in spiritualibus vicesgerens, consecravimus hoc altare in hono-* F *rem sancti Virgilii, Ruperti, Wolfgangi, Beatae Mariae virginis gloriosae, sanctae Crucis, Ioannis Baptistae, Margarethae, Cristinae virginis et omnium sanctorum, adhibitis solemnitatibus debitis et consuetis, cooperante nobis gratia septiformis spiritus. In cuius rei testimonium presentes dedimus litteras nostras sigillo consignatas.* — (16) *Processus translationis S. Wolfgangi episcopi quondam Ratisbonensis 21 aprilis, quinta maii et per totam octavam anno 1613 celebratae*, apud Janner, *op. cit.*, p. 525-533, qui illum edidit ex libris mss. Wassenbergii, in bibliotheca ordinariatus Ratisponensis asservatis. In codice Monacensi latino 22244 (supra B 2), legitur fol. 1bisr brevis narratio de inventione et translatione reliquiarum in nonnullis processum complens. Hac occasione editus fuit libellus cuius sequitur titulus sesquipedalis. *Leben dess heiligen Regenspurgischen Bischoffs Wolfgangi gantz ordentlich in 20 underschiedliche Capitel verfasset. Sampt beygefügtem seinem Ruff darinnen solches leben auffs kurtzest und summariter begriffen. M.DCXIII. Gedruckt zu Ingolstadt durch Andream Angermayer*, 12°, pp. 138. *Andächtiger und catholischer Ruff von dem h. Regenspurgischen bischoff S. Wolffgango als sein heylthumb nach sechshundert jahren von dem hochwürdigen fürsten und herrn herrn Wolffgango bischofen zu Regenspurg probsten und herrn zu Elwangen u., Anno sechzehenhundert und dreyzehene den fünfften maii inn S. Emmerami kloster allda andächtig und herrlich erhaben worden. Neben etlichen tröstlichen gebettlein zu obgemeldten heiligen und einer Letaney. Anno* 1613. *Getruckt zu Ingolstatt durch Andream Angermayer.* 2 1/2 quatern. Canticum

AUCTORE H. D.

runt S. Wolfkangi *reliquiae. Die 4 decembris anni 1839 coram episcopo Francisco Xaverio Schwaebl sub mensa altaris requisitae sunt sacrae exuviae, quas ibidem anno 1613 repositas fuisse resciebat non quidem ex authenticis instrumentis, sed ex dictis auctoris* Mausolaei (1). *Iam, hoc in librode stannea tantum arca mentio fit; quapropter eam solam curaverunt; de altera, in qua potior erat reliquiarum pars, vitro inclusa, ne cogitatum quidem fuit* (2). *Reliquias a se recognitas anno sequenti supra altare reposuit episcopus, uti docet sequens epigraphe, laminae inscripta :* Anno millesimo octingentesimo quadragesimo idibus septembris Franciscus Xaverius episcopus, celebrato saeculo undecimo dioecesis Ratisbonensis, ossa sancti Wolfgangi patroni dioecesis primarii a se recognita antea sub altari recondita supra altare reposuit. Sub parocho Caelestino Weinzierl. *Haec inscriptio una cum reliquiis reperta est, occasione sequentis recognitionis, de qua nunc.*

non semel

recognita fuerunt

5. *Reverendissimus episcopus Ignatius von Senestréy, qui etiam nunc Ratisponae feliciter sedet, anno 1873, die 9 octobris, utriusque suae dioeceseos*
B
patroni, SS. Emmerammi videlicet et Wolfkangi *reliquias recognoscere voluit* (3), *sed ex his quidem illam tantum partem potuit attingere, quae in praecedenti translatione supra altare fuerat collocata. Die 6 novembris eiusdem anni, a R. D. G. Jacob, ad id deputato, accurate determinatus fuit numerus particularum quae supererant, eo fine ut illis novum repositorium pararetur* (4). *Anno 1877, die 18 ianuarii, iterum aperta est arcula, in qua iacebant, reliquiae extractae et ad domesticum RR. D. episcopi sacellum perlatae, inde ad coenobium Seligenthal, Landishuti situm, transmittendae ut a monialibus serico panno auroque involverentur* (5); *quod et factum est* (6). *In scrinio reperta fuerant una cum tabulis memorialibus duarum praecedentium recognitionum, numisma aeneum, anni 1840 iubilaei monumentum, multaeque schedulae a piis fidelibus thecae immissae cum his et similibus inscriptionibus :* St. Wolfgang bitte für mich; St. Wolfgang hilf. *Tandem, in sacello episcopali quo fuerant remissae* (7), *repositae sunt reliquiae in novo scrinio artificiose constructo, die 25 octobris, praesente RR. D. episcopo. Hinc, duos post dies, nullo apparatu ad S. Emmerammum de-*
C
ducta, in pervigilio natalis S. Wolfkangi *fidelium venerationi expositae fuere in presbyterio Sancti Ruperti, indeque in chorum ecclesiae Sancti Em-*

sancti lipsana.

D
merammi translatae. Tandem, instaurata crypta occidentali eiusque altari maiore a RR. episcopo Ignatio consecrato in honorem S. Wolfkangi, *die 30 octobris anni 1878, reconditum fuit sub mensa novum scrinium* (8), *quod nunc supra altare cernitur. Bulla plumbea Leonis IX, quae ab anno 1613 ad 1876 latuerat ita novo sarcophago inserta fuit, ut verti et undequaque conspici possit.*

Aliae Ratisponae

6. *Alia insuper* S. Wolfkangi *usu sacrata Ratisponae religiose servantur, quorum praecipua indicare iuvat videlicet, in ecclesia cathedrali pretiosa casula artificiose picta, calix onychius ex quo die sancti festo vinum benedictum pie bibunt canonici* (9), *pecten eburneus quo in conferendis sacris ordinibus sanctus usus fuisse perhibetur; in ecclesia Sancti Emmerammi pedum cum sinu nigro ex orcae dente confecto, mitra serica, casula auro texta; pyxis eburnea octogona cum imaginibus apostolorum in intercolumnis et angelorum in operculo pyramidali, quam putant eucharistiae asservandae destinatam fuisse* (10).

et alibi

7. *Quam plurimae in dioecesi Ratisponensi et alibi dispersae citantur sancti praesulis reliquiae quas brevissime indicabimus, sive adhuc exstent, seu* E
casu quopiam interierint. Praecipuae procul dubio illae sunt quae olim Puppingae servari dicebantur, nempe sancti cor et intestina. In prima ex lectionibus secundi nocturni Ratisponae recitari solitae die 7 octobris, quae est anniversaria translationis anni 1052, haec leguntur : Hartwicus Salisburgensis archiepiscopus eius sacrum cadaver curavit, ac primum ibi in oratorio S. Othmari illius intestina decenter condidit (11). *Factum silent vetusti scriptores nec comprobatur testimonio antiquiori hisce versibus rhythmi supra editi :*

In Puppinga morti daris,
Ubi tunc exenteraris,
Exta manent ibidem (12).

Harum reliquiarum, post suppressum anno 1784 PP. Franciscanorum coenobium, memoria periit(13).

serratae

8. *Monachii in Capella diviti* (Reichenkapelle) *ostenduntur duo ossa* S. Wolfkangi *cum litteris authenticis capituli cathedralis Ratisponensis datis die 17 octobris 1625, et calix ligneus, usque annum 1811 in coenobio Sancti Emmerammi servatus, quo sanctus episcopus, ut fertur, usus est* (14). F
Eiusdem civitatis ecclesia cathedralis B. M. V. minores sancti reliquias habet, sicut et olim sacellum domesticum comitum de Praysing et ecclesia filia-

illud, 179 distichorum, repetiit Wackernagel, *Das deutsche Kirchenlied*, tom. V, n. 1479. Paucos versiculos de translatione exscribimus (dist. 110-112) :

Wir kommen zur solennitet
Die Gott S. Wolff und uns anghet
1613 den 5 maii
Da lobe Gott was lebtund schwebt!
Jetzt wirdt mit herrligkeit erhebt
Sein lieber diener S. Wolffgang
Nach seinem todt : rath du, wie lang ?
618 Jahr.

(1) *Ratisbona monastica*, 4 ed., p. 83. — (2) *Protocoll. Die Erhebung der Gebeine des hl. Wolfgang Diocesanpatrones betreffend, Regensburg, 4 December* 1839. Orig. in Archivio Ordinariatus Ratisponensis, signat. Ad num. Exh. 4446. I. Ecgraphum authenticum huius instrumenti et ceterorum quae mox citabuntur benigne nobis transmisit R. D. canonicus F. X. Leitner, RR. DD. episcopi secretarius, cui pro summa in nos benevolentia hic gratias exhibemus. — (3) *Relation über die Untersuchung der Religuien der hl. Diocesanpatrone St. Wolfgang und St. Emmeram am 9 Oct.* 1873. Ibid. II. — (4) Instrumentum diei 6 Novembris 1873. Ibid. cum titulo *Fortsetzung.* — (5) *Bericht über die Herausnahme der Reliquien S. Wolfgangi aus ihrem Schreine behufs Fassung derselben. 18 Ian. 1877.* Ibid. III. — (6) Instrumentum sine titulo diei 29 Ian. 1877 a R. D. Dengler confectum. Ibid. — (7) *Protocoll über die Aushändigung und Transferirung der Reliquien des hl. Wolfgang im Kloster Seligenthal aufgenommen am 14 August 1877.* Ibid. — (8) *Protocoll über die Uebertragung der Reliquien des hl. Wolfgang in den neuen hiefür gefertigten Sarcophag und Aufbewahrung desselben in der Kirche S. Emmeram.* Ibid. n. IV. — (9) M. v. Reisach, *Notizen über Pokale, Trinkgeschirre* etc., *Verhandlungen des hist. Vereines für den Regenskreis*, tom. II, p. 204. — (10) Harum reliquiarum notitiam subministravit iussu RR. D. episcopi supra laudatus canonicus F. X. Leitner. Qui plura cupit adeat H. Walderdorff, *Regensburg*, ed. 3, passim, et G. Jacob, *Die Kunst im Dienste der Kirche*, 4ª ed., Landshut, 1885, passim. Consuli quoque potest opusculum *Bericht von denen heiligen Leibern und Reliquien welche in dem fürstlichen Reichs-Gottes-Hauss S. Emmerammi Bischoff und Martyrers aufbehalten werden.* Regensburg, 1761, 4°, 100 pp.; et codex latinus Monacensis 14900. — (11) *Proprium festorum dioecesis Ratisbonensis*, 1878, pars autumnalis p. 64. — (12) Vv. 242-44. — (13) J. Lamprecht, *Der hl. Wolfgang, Bischof und Bekenner und das einstige Kloster Pupping*, Schärding, 1890, p. 9. — (14) Litterae R. D. V. Türk, custodis Capellae divitis, 17 ianuar. 1892.

lis

A *lis* Sancti Wolfkangi *in Haidhausen* (1); *item ecclesia metropolitana Vindobonensis* (2). *De ossibus* S. Wolfkangi *particulas possidebant ecclesia collegiata in Schwindau* (3), *abbatia Einsidlensis* (4) *et monasterium Andecense* (5). *Sequentes ostendebantur in coenobio S. Galli: notabilis costae particula in cruce argentea, cum attestatione diei 10 iulii 1663; in cranio S. Suitberti, " de S. Wolfgango ep. Rat. particula pulchra ", in cruce minore argentea " de casula S. Wolfgangi ep. Rat. panniculum pulchrum "; in parva statua argentea " de tumba S. Wolfgangi duo fragmenta parva Fulda allata* (6). " *Recensetur quoque sanctus noster inter eos quorum reliquiae an. 1587 Ulissiponam allatae fuere* (7), *inter illos quoque quorum quotannis exuviae publice exponebantur in ecclesia Sanctae Crucis Augustana* (8). *Saepissime in catalogis antiquis, et maxime in dedicationibus altarium invenire est vestigia reliquiarum* S. Wolfkangi, *quae sive in sacrariis sive in altaribus servabantur. Ita in monasteriis Admuntensi* (9), *Benedicto-Burano* (10), *Tegernseensi* (11), *in ecclesia infirmorum Priflingensi ab Ottone Bambergensi an. 1123* B *consecrata* (12) *et in capella auditorii hospitum ibidem a Gilberto item Bambergensi dedicata anno 1140* (13). *Ab episcopis in altaribus reconditas novimus sequentibus : in altari maiore ecclesiae cathedralis Eichstetensis ab episcopo Gundacharo II, die 28 octobris an. 1060. In aliis suae civitatis altaribus consecrandis* S. Wolfkangi *reliquisi saepe usi sunt episcopi Eichstetenses* (14). *Citanda insuper sunt altaria dedicata in Ranshofen anno 1283, die 20 septembris* (15), *capella B. M. V. in Lauzac anno 1400 consecrata* (16); *altare ecclesiae in Euthal quae est filialis parochiae Einsidlensis, anno 1698 dedicatum* (17); *altare ecclesiae abbatialis, ibidem, anno 1790; denique altare S. Iohannis Baptistae Mellicii* (18) *et altare anno 1707 consecratum Priflingae* (19). *Bohemiam complures sancti episcopi reliquias suo tempore possedisse narrat Dobner : " praeter enim partem scapulae, ita pergit, " aliud insigne ossis frustum metropolitana divi " Viti ecclesia servat* (20). " *Occasione ultimarum recognitionum reliquiarum, data fuit ossium particula maior ecclesiae metropolitanae Pragensi, minores vero ecclesiae parochiali in Woerth ad Moenum dioecesis Wirceburgensis, capellae cuidam dioecesis Argentinensis, capellae* S. Wolfkangi *in Boebrach, etc.* (21). *Haud parum augeri posse hunc catalogum minime infitiamur. Ne tamen nimiam mentionibus reliquiarum inquirendis operam impendamus, ad alia procedimus* (22).

reliquiae.

§ II. De cultu S. Wolfkangi in dioecesibus Bavariae et de octo fraternitatibus eius vocabulo insignitis.

Cultus S. Wolfkangi in civitate

9. *Sancti praesulis memoria apud Ratisponenses semper in benedictione fuit. Paucis post eius obitum annis, sub abbate Richolt (1006-1028), iam ad eius tumulum factas fuisse donationes constat. Quaedam mulier Oudalpurc* tradidit quatuor mancipia ad sepulchrum beate memorie Wolfkangi episcopi (23); *etiam* homo quidam Ellinrich vocitatus ...... propriam ancillam nomine Sezdram ad beati E Wolfkangi episcopi tumulum tradidit, ut annuatim quindecim [denarios] solveret atque ab omni servitute libera foret (24); *et* quidam iuvenis liber, nomine Rollziman, tradidit suam propriam ancillam Oudalpurc nomine ad lectum beati Wolfkangi episcopi (25). *Ratisponensium erga suum pastorem venerationem per saeculorum decursum prosequi nec otium nec documentorum penuria sinit. Per transennam noto illa verba annalium Ensdorfensium, an. 1337 :* Hoc anno Ratisbona fuit a quibusdam perfidis civibus clanculo suffossa et Ludwico Cesari tradita; sed Dei gratia et beatorum pontificum Wolfgangi et Erhardi meritis a tanto periculo salvati (26). *Colitur* S. Wolfkangus *ut patronus principalis dioeceseos eiusque festum sub ritu duplici primae classis cum octava celebratur die 31 octobris* (27), *qua die Reverendissimus Ratisponensis ordinarius sollemniter celebrat in ecclesia Sancti Emmerammi, utiturque, cum populo ad finem missae benedicit, baculo pastorali quem sancti sui decessoris fuisse ferunt. Peracta*

(1) Litterae ab ordinariatu Monacensi acceptae 12 febr. C 1892. — (2) Litterae ab ordin. Vindob. acceptae. Teste P. M. Fuhrmann, in historica descriptione civitatis Vindobonensis, tom. I, 2 (Vindobonae, 1767, germanice), p. 320, et tom. II, p. 679, reliquias S. Wolfkangi etiam servarunt ecclesia sanctissimae Virginis Angelorum, in foro aulico, et capella palatina comitum de Trautson. — (3) Deutinger, *Die älteren Matrikeln des Bisthums Freysing*, München, tom. I (1849), p. 160. — (4) C. J. de Pontarlier, *Histoire de l'origine du progrès et de l'état présent de la sainte chapelle située dans l'illustre abbaie des ermites ou d'Einsidlen*, 2e ed. Einsidlen, 1869, 8°, p. 93. — (5) Beyerlinck, *Magnum theatrum vitae humanae*, tom. VI (1656) Lugduni, s. v. *reliquiae*, p. 284. — (6) Sacr. S. Galli. Epistula ab ordinariatu Sangallensi accepta 6 decembris 1891. — (7) *Acta SS.*, Ianuarii tom. II, p. 612. — (8) Octav. Lader, *Historia und Wunderzaichen dess allerheiligsten Wunderbarlich verwandleten Sacraments... sambt den hl. reliquiis wie man sie järlich den 11 Tag May dem Volck offentlich zaigt*. Augsburg, 1625. 4°, p. 47. — (9) *S. Reliquiae quae in Admontensi monasterio et sacristia honorifice servantur*, apud Wichner, *Geschichte des Benediktiner Stiftes Admont*, tom. IV, pp. 633, 635. — (10) Catalogum reliquiarum edidit Holder-Egger, *Neues Archiv*, tom. XIII, p. 564. — (11) Inter reliquias quas Aribo abbas (1102-1134) acquisivit. *Notae Tegernseenses, MG.*, Scr. tom. XV, p, 1068. — (12) *Monum. Boica*, tom. XIII, p. 25. — (13) *Ibid.*, p. 30. Cfr. *Notae Pruveningenses, MG.*, Scr. tom. XV, p. 1078. — (14) Lefflad, *Regesten der Bischöfe von Eichstätt*, Eichstätt, 1871, I (741-1229), passim. — (15) *Dedicationes Ranshofenses, MG.*, Scr. tom. XV, p. 1108. — (16) *MG.*, Scr. tom. XV, p. 1098. — (17) Litterae R. D. can. G. Mayer, prof. Curiensis. — (18) *Catalogus codd. mss. qui in bibliotheca monasterii Mellicensis* F *O. S. B. servantur*, Vindobonae, 1889, ad cod. 16, p. 57. — (19) *Monum. Boica*, tom. XIII, p. 25. — (20) *Wenceslai Hagek a Liboczan Annales Bohemorum*, tom. IV, p. 397. — (21) Litterae ab ordinariatu Ratisponensi acceptae. — (22) Referre iuvat fabulam de corpore S. Wolfkangi, quam cum multis aliis collegit A. Birlinger, *Aus Schwaben, Sagen, Legenden, etc.* Wiesbaden, 1874, tom. I, p. 42 : *Es had von unverdechtlichen jaren ain alte hulzine cassa gehapt zu St. Martin zu Möskirch, ist mit schönen altfränkischen bildern geschnitten und gefasst gewest, voller hailtum, und haben die alten unsere vorfaren glaupt, es sei der leib St. Wolfgangen wie es dann allernächst bei Mosskirch am kirchle und ain flecken gehapt welches ietzund aller zerstört und zu St. Wolfgangen noch wurt genannt, und hat man gesagt, man dürf dise cassa nit öffnen oder es werde dem selbigen nit wol darob ergeen, derhalben auch die alten herren sich irren fürwitz nie haben überwinden lassen. Gebeine und pergament urkunde waren darin, letztere nicht mehr lesebar (Zimmeriche Chronik*, II, 578). " — (23) Wittmann, *Schenkungsbuch des Klosters St. Emmeram. Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte*, tom. I, trad. XLVII, p. 25. — (24) *Ibid.*, trad. XLIX, p. 26. — (25) *Ibid.*, trad. L, p. 26. — (26) *Annales Ensdorfenses, MG.*, Scr. tom. X, p. 7. — (27) Non tamen in foro celebratur sive in civitate sive in dioecesi. Mos non forandi festum inductus videtur tum ob perturbationes reformationem et saecularisationem secutas, tum ab propinquitatem aliorum festorum diei primae et secundae Novembris. Ita ex ordinariatu ad nos scriptum.

missa,

AUCTORE H. D.

missa, processionaliter ingreditur cryptam, ubi versiculo et oratione cantatis, silentio preces a singulis funduntur. Eodem die habentur missae sollemnes in omnibus ecclesiis collegiatis et parochialibus totius dioeceseos. Est et alterum festum S. Wolfkangi, *translationis scilicet, die 7 octobris recurrens. Utrumque insignitur lectionibus propriis.*

et dioecesi Ratisponensi.

10. *Tamquam patrono* S. Wolfkango *dicata sunt: sacellum maius palatii episcopi, seminarium clericorum Ratisponae, etiam postquam translatum est in monasterium quondam Scotorum ad Sancti Iacobi; triplex etiam seminarium puerorum Ratisponae, Mettenae et Straubingae. Dein, ecclesiae parochiales in Oberwinkling, Eulsbrunn, Matting; et ecclesiae minores in Wolfgangsberg, Haibühel, Möllersdorf, Günzkofen, Haingersdorf, Gerabach, Obersunzing, Azmansricht, Aresting, Etterzhausen, Glaubendorf, Marzill, Pamsendorf, Wölsendorf, Schneeberg, Winden, Singerhof, Kitzenhofen; insuper, sacella castrorum Neueglofsheim, Haizenhofen, Riglasreuth. Tandem colitur sanctus noster patronus primarius inter plures ecclesiarum in Dirnsricht et Viehhausen,*
B *secundarius vero ecclesiarum minorum in Sittling et Tiefenthal* (1). *In oppido Günzkofen confraternitas sub titulo* S. Wolfkangi *canonice erecta est. Ibi quondam, si fides sit loci traditioni, in itinere pernoctavit sanctus episcopus, in domo quam* „ beim Lackerbauern „ *nuncupant, qua occasione benedixerit campanam, quam pervetustam hodieque dicti loci ecclesia servat. Ab immemorabili tempore aliquot fideles quotannis in Günzkofen congregati, sacris ibi celebratis peregrinationem instituebant ad locum* St. Wolfgang *dictum. Anno 1815 a Caelestino principe abbate ultimo monasterii Sancti Emmerammi particulam ex ossibus* S. Wolfkangi *acceperunt. Ilico petierunt pro sua ecclesia et obtinuerunt, rescripto apostolico diei 16 martii anni 1819, indulgentiam plenariam. Ex hinc formari coepit societas in cultum* S. Wolfkangi, *initio privata, quae postea, erectione canonica evasit in confraternitatem* (2). *Civitas Burglengenfeld, ob acceptum a sancto beneficium, voto perpetuo quovis triennio ad eius tumulum se sistendi olim tenebatur* (3), *cuius nescio an adhuc recordetur.*

De fraternitatibus S. Wolfkangi

11. *Hic locus est tractandi de celebri confraternitate Ratisponae quondam florente, quae ex octo aliis fraternitatibus coalescebat, et sub hac forma ab ipso* S. Wolfkango *instituta dicitur, a quo et nomen sortita est. Recte et plene de tali instituto neminem acturum opinor, qui in historia rerum Ratisponensium versatissimus non sit. Nostrum tantummodo est huius sodalitii indolem explanare, et inquirere quonam iure eiusdem institutio* S. Wolfkango *adscribatur. Iam, cum plurima ad illarum fraternitatum historiam pertinentia, in manuscriptis codicibus adhuc lateant, ex his praecipua proferendo lectori rem gratam nos facturos existimamus. Exstat in bibliotheca publica Ratisponensi* (Kreisbibliothek) *codex signatus* n. 208, Rat. ep. et clerus, *membraneus, foliorum 79,* D *$0^{m},245 \times 0^{m},165$, diversis manibus, cuius antiquior saec. XIV videtur, exaratus. Fraternitatis Veteris Capellae fuisse censetur* (4). *Septem diversis constat partibus, quas singulas recensebimus.*

tractatus antiqui

12. *Pars prima, foliorum 12, plurimis scatens mendis, et stilo conscripta parum perspicuo, de ortu et constitutione octo fraternitatum tractat. Fol. 1^r incipit ut sequitur.*

Tractatus octo fraternitatum sancti Wolfgangi * episcopi Ratisponensis ecclesiae.

* *Wolgangi cod.*

Iuxta mutabilitatem rerum et temporum quibus datum non est consistere in eodem, sapientis est praesentibus succurrere et futuris evidere periculis *. Cuius ego frater Gebhardus, custos et magister fraternitatis sancti Emmerammi Ratisponensis, cupiens vestigia imitari, utile et dignum duxi propter errores et lites evitandos et devotionem fidelium excitandam in unum colligere fraternitatum modos et consuetudines atque iura, prout ego ipse partim * vidi, partim a ceteris audivi, partim in diversis computationibus et quaternis inveni, partim in chronicis etiam inveni, ut exinde ipsius fraternitatis negotia tranquillius disponantur.

* sapienter *add. cod.*

* partem *cod. et sic deinceps*

De fraternitatum * institutione.

* fraternitatis *cod.*

Fraternitatum devotio legitur tempore sancti Wolfgangi contra subitaneam mortem sumpsisse exordium a monachis clericis et laicis aspirantibus in idipsum, prout patet in vetustissimis quas repperi unionibus, quae intitulantur epistulae fraternitatis urbanorum, quarum propter praeteritorum recordationem et dicendorum certitudinem unam tamen dignam duxi praesenti epistulae ascribendam, cuius tenor talis est.

Epistula fraternitatis urbanorum apud sanctum Emmerammum secundum antiquos.

Notum sit modernis et futuris, qualiter clerici et laici cum congregatione fratrum Deo et sancto Emmerammo * servientium hanc fraternitatem statuerunt ut, si quis ipsorum clericorum vel laicorum obierit, ubicumque obierit, totius congregationis fratres pro salute animae eius persolvant quae sibi post obitum communiter et privatim facere solent, id est in campanarum * pulsatione, in psalteriorum et vigiliarum et missarum solito more, et in omnibus consuetis orationibus. Et si in hac urbe defunctus fuerit, aut in tali vicinitate urbis, unde corpus eius ad urbem feratur, ponatur in ecclesia sancti Emmerammi, et illa nocte clerici et laici ante matutinas, fratrum congregatio post matutinas agant vigilias, et si ibidem volunt eum sepelire, detur ei locus sepulturae, et ab abbate et fratribus sepelietur. Si autem apud aliud monasterium sepeliendus sit, abbas cum fratribus, quos secum assumere velit, feretrum sequatur, et eum sepeliant, si tamen huius fraternitatis clerici et F laici hoc rogaverint et si congregatio illius monasterii, ubi sepeliendus est, consenserit. E contra clerici et laici, si quis ex ipsis vel ex praedicta congregatione sancti Emmerammi defunctus fuerit, clerici quidem vigilias quas diximus, et solitas orationes faciant, laici vero vigilias agant et dent quattuor cereos ab hora obitus usque ad horam sepulturae perdurantes, et inter omnes pauperes congregationes quae in hac civitate ad consuetas ecclesiarum portas sedent ante sepulturam, elemosynas dividant et post sepulturam XXX cereos persolvant et C missas cantari faciant; et ut haec fraternitas eo stabilior esset, illa die qua primum incoepta est laici constituerunt * congregationi Sancti Emmerammi tres uncias aureorum quotannis addere. Et quicquid ab illis acceperint, qui se in eandem fraternitatem suscipi rogaverint, memoratae unciarum quantitati addere, ea tamen condicione,

* Sancti Emmerammi *cod.*

* companarum *cod.*

* contulerunt *cod.*

(1) Cfr. Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom I, p. 413-14. — (2) Haec, et ea ex praedictis quorum nullus indicatus est fons, ex ordinariatu Ratisponensi accepimus. - (3) Quod docemur vel solo titulo sequentis libelli: *Himmlischer Wunderartzt St. Wolfgang der zwölffte Regenspurgische Bisschoff aus den Orden des heiligen vatters Benedicti vorgestellt in einen lob-reichen Kanzel-Gespräch als die löbliche Burgerschafft von der Churpfälzischen Stadt Burglengenfeld ihr ewiges geluebt (alle drey jahr sich persoenlich in einer andächtigen procession zu stellen) bey dem Grab des Wunderthätigen Bischoffs Wolfgangi wegen gluechlich anno 1627 abgewendter Pestilentzischen Seuche mit höchster aufferbäulichkeit der ganzen Stadt Regenspurg anno 1717 den 10 Sonntag nach Pfingsten auf ein neues abgestattet haben von P. Anselmo Goudin, des kayserl. freyen Reichs-Stifft und Closters zu St. Emmeram in Regenspurg professn p. t. Stadt-Pfarr-vicario zu St. Rupert und ordinari Stifftspredigern allda. Aus Anbefehlung der Oberen.* Regenspurg, anno 1717, fol. pp. 48. Pp. 45-7 : *Copia des Ewigen Geluebdes des Stadt Burglengenfeld.* — (4) Schratz, *Verhandlungen des historischen Vereins für Oberpfalz und Regensburg*, tom. XXXIX (1885), p. 253-54. Doctissimis et humanissimis viris C. Will et Ad. Ebner, quibus praeter alia adiumenta benevole praestita referre debeo, quod hocce registrum per otium inspicere potuerim, maximas gratias ago.

A condicione, ut apud eundem pecunias ad usum ecclesiae servent *, et inter se tractent et quomodo eis bonum videatur, adaugeant. Et quotannis statuto die, hoc est VII° kalendas augusti, omnes ad altare sancti Emmerammi collecti summam ipsius pecuniae coram abbate et tota fratrum congregatione praesentent, ut, cum ab abbate et sapientissimis laicorum fratrum statuatur ut illa pecunia aut tota a laicis iterum reservanda reportetur, aut partim in usum ecclesiae expendatur, partimque servetur *. Verumtamen nisi non in tres usus ecclesiae licet ipsam pecuniam expendere, hoc est in aedificia templi et paratus et ornatus ecclesiasticos, omnis * autem paratus qui in Deo comparatus fuerit et omnis ornatus qui repositorius sit apud laicum communi consilio ad hoc electum, reponatur et servetur, et ab ipso laico competenti sollemnitatis tempore ad ecclesiam feratur, et transactis sollemnitatibus item servandus referatur, nullusque hominum neque episcopus, neque abbas, neque custos ecclesiae neque ipse laicus qui servator est, habeat potestatem eiusdem paratus vel ornatus vendere aut mutuo dare, pignora delegare aut aliquo modo usu ecclesiae vel ad horam alienare.

* servant *cod.*

* servare *cod.*

* omnes *cod.*

Contra epistulam praescriptam.

Sciendum est quod secundum * praescriptum tenorem multae non solum in ecclesiis collegiatis sed etiam in parochiis et capellis celebrabantur tunc temporis fraternitates, immo, tot fere erant in civitate fraternitates B quot ecclesiae et capellae; quia potentes fere omnes nitebantur speciales habere in locis sibi placitis cum suis fautoribus fraternitates, ex quo alter alteri grave saepius praeiudicium inferebat. Similiter laicus ille collector vel conservator distributorum vel distribuendorum, dum multitudine sibi astante et favente, retro institui et rarius amoveri sine gravamine clericorum, discordias et scandala magna fecit, in eo maxime quod plebanis parochialia temere defraudabat, et pauperibus eroganda non certis personis nec temporibus neque locis, sed ad solius suae voluntatis arbitrium cui, ubi, et quando voluit, dispensavit. Quapropter beatissimus pater noster sanctus Wolfgangus pontifex huius urbis, vocatis ad se praelatis, canonicis, plebanis nec non potioribus de consilio civitatis, maturaque et diligenti cum eis deliberatione habita, iudicavit ad laicos non spectare ut sacrificia et oblayas ac similia reciperent et tractarent. Ideoque cum praescriptorum consensu unanimi et favore statuit, ut non plures sint fraternitates, quam octo et * hoc secundum numerum octo conventualium ecclesiarum huius civitatis quibus singulae fraternitates sunt annexae (1). Statuit etiam nunc candelas, sacrificia, oblayas, elemosinas et cetera similia in fraternitatibus fieri et haberi sub certis condicionibus atque modis, ut infra patebit de quolibet singulariter processu.

* *deest in cod.*

* ut *cod.*

brevis conspectus;

13. *Sequitur, post notam historicam satis obscuram sub rubrica* Statuta S. Wolfgangi episcopi (2), *series statutorum, quorum titulos tantum exscribimus :* De electione magistri generalis fraternita- C tum. — Primus articulus. ... ... Sextus articulus. — De privilegiis et sigillo fraternitatum S. Wolfgangi episcopi (3). — De magistris octo fraternitatum S. Wolfgangi. — De magistris posterioribus. — De fratribus seu servitoribus fraternitatis S. Petri. — De anniversariis intimando. — De institutione anniversariorum. — De fraternitate liberorum. — De compulsatione mortuorum et exsequiarum. — De cimiteriis et sepulturis. — De pannis funebris. — De benedictione extra domum. — De candelis fraternitatum. — De magnis candelis fraternitatum. — De candelis accendendis. — In anniversario Chunradi Chalmuczarii. — De cancelis in sollempnitatibus. — De triplici elemosina.

AUCTORE H. D.

14. *Secunda pars codicis, foliorum 8, hunc habet titulum :* Nota. Registrum et omnes perceptiones in officio fraternitatis in domibus, in areis, in vineis, et in aliis multis bonis. *Pars tertia, foliorum 12, complectitur kalendarium in quo inscripta sunt anniversaria. Pars quarta, foliorum 9, haec continet :* Nota. Distributio omnium anniversariorum per circulum anni. *Pars quinta, foliorum 2,* Statuta fraternitatum S. Wolfgangi episcopi; *sequuntur quaedam notanda. Pars sexta, foliorum 3, constat notis quibusdam historicis de fraternitatum institutione, quarum ultimam accipe:* Haec sunt breviter collecta pro commendatione fraternitatum octo ecclesiarum et monasteriorum felicis urbis Ratisponensis institutarum per beatum Wolfgangum eiusdem civitatis olim venerandum antistitem, et hoc de corpore canonum et cronicis civitatis Ratisponensis per Fridricum Wirsing canonicum et scolasticum ac dispensatorem fraternitatis ecclesiae Sanctae Mariae Veteris Capellae. Ratisponae, anno Domini M°CCC°LXXX IIII^{to}. E *Pars septima, foliorum 33, nomina confratrum recenset, adiectis notis nonnullis et donationibus, usque ad annum 1551.*

15. *Librum illum, vel, fortasse rectius, aliud eiusdem tractatus exemplar, prae manibus habuit doctissimus vir Colomannus Sanftl, qui haec scribit in catalogo codicum bibliothecae Sancti Emmerammi* (4) : " *Auctor eius est frater Gebhardus* „ *Schirlinger, custos et magister fraternitatis* „ *Sancti Emmerammi, qui circa annum 1330* „ *vixit* (5). *Cum libellus iste illustrandae Ratis-* „ *ponensi ecclesiae nonnihil conducere posse videa-* „ *tur, integrum id iuxta vetustius exemplar sae-* „ *culo XV exaratum, quod in archivio nostro* „ *servatur, suis tamen ipsum mendis non caret,* „ *quantum potui correctum lectoris oculis subicere* „ *decrevi* (6). „ *Haec autem scribebat dum exscribebat codicem S. Emmerammi y. 4 (qui nunc est Monacensis latinus 14966), saec. XVII exaratum, et continentem, a fol. 41,* tractatum octo fraternitatum (7). *Hunc ex antiquiori codice sapienter exscripsit Sanftl* (8). *Nonnulla de confraternitate etiam invenire est in codice latino Monacensi 14902, anno 1505 exarato* (9). *A fol. 384^r-389^v pauca habet* de fraternitate S. Wolfgangi. Nota. Frater- F nitas conventus vocatur interior; sed fraternitas sancti Wolfgangi vocatur fraternitas exterior. *Quae alicuius sunt momenti, ex codice Ratisponensi, cuius analysim instituimus, derivata sunt. Citatur praeterea inter praecipuos historiae fraternitatum fontes* Codex diplomaticus octo fraternitatum S. Wolfgangi in ordinem redactus et conscriptus a Romano Zirngibl regio consiliario ecclesiastico et archivario Ratisbonae (10), *quem non potuimus reperire.*

quis eiusdem auctor

16. *Quanta Gebehardo Schirlinger habenda sit fides asserenti ipsum* S. Wolfkangum *octo frater-*

et quanta

(1) Octo principaliores ecclesiae, in quibus videlicet fraternitates constitutae erant, hae sunt: ecclesia cathedralis, S. Ulrici, S. Iohannis, Vetus capella, Monasterium Superius et Inferius, S. Pauli, S. Emmerammi. Cfr. Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 404. Ecclesia S. Stephani aliquando propria fuit octo fraternitatum. Walderdorff, *Regensburg*, etc., p. 98. — (2) Ex hac desumpta est ultima pars notae insertae in anonymi *Farrag. Hist. rerum Ratispon.*, apud Oefele, tom. II, p. 506 : *ex quo fraternitas S. Nicolai* etc. — (3) Inventum est a Janner, *Geschichte der Bischöfe von Regensburg*, tom. I, p. 405, sigillum fraternitatis appensum diplomati anni 1365, in quo Sanctus Wolfkangus sedens librum pedumque gestans exhibetur. — (4) Catalogus manuscriptus servatur in bibliotheca regia Monacensi, supra, n. 21. — (5) Ita quoque *Ratisbona Monastica*, 4 ed., p. 89-90. Annus utrobique desumptus videtur ex anonymi *Farrag. Hist. rer. Ratisp.*, Oefele, tom. II, p. 506. — (6) *Catal. veterum codd.*, etc., p. 846. — (7) *Catal. codd. mss. lat. bibl. regiae Monacensis*, tom. II, 2, p. 255. In eodem codice, a fol. 59^r-81^v continetur excerptum ex Arnoldi dialogo, et fol. 85^r, ex Othloni *Vita*, c. XXVIII. — (8) *Catal. veterum codd.* etc., fol. 846-855. — (9) *Catal. codd. mss. lat. bibl. regiae Monacensis*, tom. II, 2, p. 250. — (10) Citatus a Schuegraf, *Geschichte des Domes von Regensburg, Verhandlungen des historischen Vereines von Oberpfalz und Regensburg*, tom. XII (1848), p. 131-32.

nitatum

AUCTORE H. D.

nitatum consortium instituisse, aegre determinatur, cum de fontium, ex quibus sua hausit, auctoritate, iudicare difficillimum sit. Contexuit enim suam narrationem ex iis quae vidit, audivit, quae in diversis computationibus et quaternis, in chronicis etiam *invenit. Neque in re de qua quaerimus iuvat quicquam audire* epistulam fraternitatis urbanorum, *quae ceterum, licet antiqua dicatur, ad tempora* Wolfkangi *minime ascendit, ut vel ex clausula liquet. Antiquissimum inter authentica* documenta quibus aperte S. Wolfkango *institutio adscribitur, est diploma Heinrici episcopi Ratisponensis, anni 1280, in quo legitur :* A sanctis patribus plurima per quae pervenitur ad salutis incrementum antidota sunt inventa, inter quae praecipuus pater et patronus noster non minimum remedium adinvenit, qui fraternitates quae Bruderscheft vulgariter nominantur, per quas animarum saluti consulitur, tanquam pius pater et institutor fidelis fideliter in ecclesia et civitate Ratisponensi instituit celebrari (1). *Series autem nominum eorum qui ex fraternitate obierunt vel in eadem suscepti fuerunt, incipit ab anno 1201 :* Obiit

auctoritas.

B Perchtholdus Marchio comes (2). *Fraternitatem quandam a* S. Wolfkango *institui potuisse, minime infitias eo* (3). *Sed tantum fraternitatum numerum hac aetate in civitate Ratisponensi iam floruisse, antiquioribus testimoniis comprobari, atque designari ecclesias, in quibus sedem habuerint merito quispiam desideret, unde non improbabilis coniectura est fraternitates aliquando sub vocabulo* S. Wolfkangi *erectas, eidem postea tamquam auctori adscriptas fuisse.*

Cultus sancti in dioecesibus Monacensi,

17. *Post ampliorem, uti decebat, de honoribus sancto praesuli in propria dioecesi et civitate exhibitis exactam dissertationem, aliarum ecclesiarum Bavariae in ipsum venerationem ante oculos ponemus, breviter enumerando loca quae templis, sacellis vel altaribus ipsi dicatis insigniuntur. In archidioecesi Monacensi-Frisingensi, celebrior est parochia St. Wolfgang, prope Schwindau,* " am Burgholz, " *in decanatu Dorfen* (4), *cuius ecclesia quondam collegiata* (5) *exstructa est in loco quem sancti viri praeclare gestis decoratum referunt. Sacro fonte, reliquiis et elegantis operis altari* (6) D *templum insigne est, piorum fidelium peregrinationibus, quarum frequentiam testantur non pauca numismata* (7), *plurimum visitatum. Erecta fuit in ea ecclesia confraternitas* S. Wolfkangi, *anno 1712* (8), *probante summo pontifice Clemente XI, quam aliquando " confraternitatem securiculae, " in memoriam securis quam sanctus praesul proiecerit* (9) *vocitatam perhibent* (10). *Securiculae ibi benedici solitae, quem ritum et alibi inveniemus* (11). *Instituti originem et facta prosequi aliis relinquimus. Succedit alia non ignobilis* S. Wolfkangi *nuncupata ecclesia, prope Baumburg in decanatu Peterskirchen, anno 1156 aedificata, quae a peregrinantibus ex Ueberackern et Aschau quotannis visitur* (12). *In sequentibus, ut ad nos scribitur* (13), *locis, ecclesiae vel sacelli* S. Wolfkangus *patronus colitur : Pipping, prope Aubing; Hochhaus prope Rechtmehring; Oberneukirchen, in monte dicto Schnappenberg prope Grassau, quibus olim accedebant Gremertshausen, Haidhausen nunc intra civitatem Monacensem, Häckelthal prope Rechtmehring, Moosen prope Grafing. Altaria autem bene* E *multa sancto episcopo dedicata sunt, ut in cathedrali Frisingensi, in ecclesia Sancti Martini Landishuti, in Gotzing (Neukirchen), Höhenkirchen (Feldkirchen), Iacobsbeuern (Glonn), Landersdorf (Oberdorfen), St. Leonard (Nussdorf), Lohkirchen (Raichenkirchen), Marquartstein (Grassau) Oberwaikertshofen, Parsdorf (Schwaben), Reithofen (Pammering), Söchtenau, Thalkirchen (Sölhuben), Unterweilbach (Ampermoching); his addendae olim erant ecclesiae Sancti Floriani in Frasdorf, Sancti Ulrici prope Schäftlarn, Sancti Andreae Frisingae. Beneficia* S. Wolfkangi *tria recensebantur, unum in ecclesia Sancti Spiritus Landishuti, alterum in Laufen, tertium in Baumburg. Et haec quidem in archidioecesi Monacensi.*

18. *In Augustana plerorumque locorum sancto nostro dedicatorum memoria tantum exstat. Augustae sacellum erat prope leprodochium* (14); *item in coemeterio Dilingano*(15). *Erant insuper capellae in Legenwang* (16), *in Möring* (17), *Steindorf* (18), *in castello Engelmarsberg (Waidhofen)* (19), *eccle-* *Augustana,*

(1) Ried, *Codex diplom. Ratisb.*, tom. I, n. 596, p. 567. Lege aliud diploma anni 1392, ibid., tom. II, n. 996, p. 943. C Et inter *Statuta antiquissima RR. Capituli ecclesiae Cathedralis Ratisbonensis* habetur : *A D. 1296, in die b. Urbani p. et m. capitulum et octo fraternitates civitatis Ratisponensis quae ad commune fidelium animarum subsidium a b. Wolfgango prima institutionis exordia susceperunt, tale foedus perpetuo inierunt* etc. A. Mayer, *Thesaurus novus iuris ecclesiastici*, Ratisbonae, tom. II (1781), p. 25. — (2) Hanc ab anno 1201 ad ann. 1645 exscripsit ex antiquo suo codice, Colomannus Sanftl, *Catalogus veterum codd.* etc., p. 855 868. Ex codice multo recentiore partem eiusdem vulgavit Schratz, *Auszug aus einen Sterbe-Register der St. Wolfgangs Bruderschaften aus dem XV Jahrhundert für die Jahre* 1201-1480, *Verhandlungen des historischen Vereines von Oberpfalz und Regensburg*, tom. XXXIX (1885), p. 235-256. — (3) De origine et historia fraternitatum legatur praeter notissimam dissertationem Muratorii, Theodorus a Spiritu Sancto, *Tractatus dogmatico-moralis de Indulgentiis*, Romae, 1743, fol. tom. II, p. 116-123. — (4) Deutinger, *Die älteren Matrikeln des Bisthums Freysing*, München, tom. II (1849), p. 139-140; *Westermair'sche Statistik der Erzdiöcese München-Freysingen*, angefertigt von Mayer, tom. I, p. 239. — (5) Deutinger, *op. cit.*, tom. I, p. 158-162, et passim in multis eiusdem operis locis. Cfr. *Ratisbona monastica*, p. 85-88. Instrumenta apud Meichelbeck, *Historia Frisingensis*, tom. II, instr. p. 410-15, et Hundius-Gewold, *Metropolis Salisburgensis*, tom. III, p. 148-53. Supra, n. 67. — (6) Sighart, *Geschichte der bildenden Künste im Königreich Bayern*, München, 1863, 8°, pp. 426, 429. — (7) Schratz, *Münzen auf den heiligen Wolfgang, Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-Orden*, 1889, p. 636-40. — (8) Deutinger, *op. cit.*, tom. I, p. 160. — (9) Supra, n. 60. — (10) *Getreuer seelenfleiss das ist hohe wohlbegluckende dienstbarkeit oder wunderliche geschicht durch hülff und beystand des allmächtigen Gottes von dem leben eines heiligen Graffen bischoffen Wolfgangi unter dem gnädigsten aufnahm durchleuchtigster Chur-Bayr. printzessin Mariae Annae Carolinae etc. welches von klarer anweisung mit tagzeiten, litaney. gebetten, sambt einem lob oder bitt-lied auch vorbericht der indulgenzen, hochschätzlichsten, heylthumen, begnädeten Häckels-Bruderschafft, dero vorbehaltung eines vater-unser und schutzgebettlein eingetheilter zahl der brüder und schwestern, kurzen anmerckung menschlicher defecten, wohlthaten und bezeugung, noch frey andächtigen gebetten und aufopferungsformul beschliesslichen lobgesang gegeben. Eyffrigst erhebt durch den hochgebornen herrn herrn Iohann Ioseph Marx Veithen dess h. Röm. Reichs Graffen von und zu Hohenwaldegg und Mexrein u.u. — Verfasst von Francisco Xaverio Ferdinando Oswald SS. Canon. candid. cum gratia et privilegio sac. caes. maiest. et permissu superiorum.* Augspurg, 1719, 4°, 14, 210 pp. Agit pp. 66, 70-73 de reliquiis et monumentis S. Wolfkangi, pp. 97-129, de miraculis ibidem patratis. — (11) Infra, n. 22. — (12) Litterae R. D. Oberndorfer, 6 ianuarii 1892. Ibidem exstat beneficium S. Wolfkangi. De hac ecclesia, supra, n. 66. — (13) Litterae ab ordinariatu acceptae die 12 februarii 1892. — (14) Khamm, *Hierarchia Augustana chronologice tripartita*, Augustae, 4°, I (1709), p. 293. — (15) A. v. Steichele, *Das Bisthum Augsburg historisch und statistisch beschrieben*, tom. III, p. 79-80. — (16) Ibid., tom. IV, p. 493. — (17) Ibid., tom. II, p. 505. — (18) Ibid., tom. II, p. 545. — (19) Ibid., tom. II, p. 281. F

sia

A *sia in Unter-Ach (Röhling)* (1), *et beneficium* Sancti Wolfkangi *in decanatu Neuburg* (2). *Dioecesis Passaviensis unam habet sancto nostro ecclesiam dedicatam in St.-Wolfgang (Weng), ab initio saec. XV concursu fidelium olim frequentata; visitur ibi saxum in quo* S. Wolfkangus *quievisse dicitur, et cui aedicula superstructa est. Codicem membraneum ibidem servari ferunt, in quo ortus sacri loci et miracula narrantur. Memoratur etiam sacellum an. 1406 exstructum in Griesbach, alterum vero, quod nunc suo titulo caret, in Aigen; tandem altare ab Alberto episcopo Salonensi, consecratum 9 aprilis 1480 in Ehring* (3). *Colitur* S. Wolfkangus *patronus trium ecclesiarum archidioecesis Bambergensis, videlicet in Hausen prope Forcheim* (4), *in Kaltenbrunn et in Klenkheim* (5) *quibus ante reformationis tempora accedebat ecclesia in Rothenburg* (6). *In dioecesi Eichstetensi quattuor annumerantur: Litterzhofen (Plankstetten), St.-Wolfgang capella prope Albertberg, Schützendorf in decanatu Greding, St.-Wolfgang prope Velburg, et ante reformationem Röttenbach, Haundorf, Täutlein. Non pauca olim altaria sancto dicata erant;* B *ita in Burchoberbach, Dietfurt, Elberbroth, Lippertshofen (Hitzhofen), Wafferzell (Eichstädt), in castello Nussenfels; hodie unicum citatur in ecclesia coemeteriali Sancti Nicolai in Gaimershaim* (7). *Tandem, in dioecesi Spirensi una tantum exstat capella sub vocabulo* S. Wolfkangi, *scilicet in Erfweiler, quae est filialis parochiae Dahn* (8).

Passaviensi, Bambergensi, Eichstetensi et Spirensi.

§ III. De cultu S. Wolfkangi in dioecesi Linciensi et in reliquis Germaniae partibus.

Cultu S. Wolfkangi

19. *Ab hodierna Linciensi dioecesi, in recensendis venerationis in* S. Wolfkangum *extra Bavariam monumentis merito exordium sumitur. Ut enim per transennam nomina congeramus ecclesiarum, statuis, reliquiis vel popularium devotione erga sanctum praesulem insignium, uti Petenbach, Gunskirchen, Schildorn, Kirchberg, Aichkirchen, Ueberackeren, Lambach, Pramet, St.-Thomas (Waizenkirchen), quaedam sunt in ea dicione loca* C *quae* S. Wolfkangum *olim corpore praesentem se habuisse gloriantur, et quae propterea ad nostros usque dies ab eius cultoribus praecipuo quodam honore habita fuere. Non incelebris fuit, maxime saeculo praeterito, locus dictus Wolfgangstein, haud procul a monasterio Cremifanensi, ubi ostenditur saxum in quo* S. Wolfkangum *genua flexisse et orasse ferunt* (9). *A simili traditione ortum ducit ecclesia dicta* St.-Wolfgang am Stein *in Mühlholze, prope Schlägl, ad quam etiam nunc pia fidelium multitudo concurrit* (10). *In parochia Eferding, territorio Brandstatt, capella* S. Wolfkangi *exstat in loco cui sanctus ultimo appulsus sit, uti traditum est* (11); *incolae parochiae Wesenufer ad suum quoque litus sanctum appulisse contendunt, ideoque in ecclesia* S. Wolfkango *sacra eius cultus a vicinis concurrentibus celebratur* (12).

AUCTORE H. D.

celebriora sunt Puppingae

20. *Sed his omnibus nobiliora sunt Puppingae, qui pagus est inter Eferding et Aschach in Austria superiore, et prope lacum Abernum sita sacraria. Et primum certe, cuius exordium fuit sacellum illud Sancti Otmari, in quo sanctus praesul spiritum emisit, maximam iamdudum habebat celebritatem, quando comites de Schaumberg templum et coenobium ibi erigere constituerunt. Anno 1477, patribus Franciscanis tributum est S. Otmari sacellum cum parochiali aedicula huic contigua* (13), *et construi coeptae sunt aedes in honorem* S. Wolfkangi. *Die 10 maii 1490, ab Alberto episcopo Salonensi templum consecratum est* (14). " *In medio sacrarii ante* „ *gradus arae maioris iacent exuvia seu cor ac* E „ *intestina S. Wolfgangi episcopi Ratisbonensis* „ *huius templi tutelaris.* „ *Ita, saeculo praeterito Placidus Herzog* (15). *Anno 1784 conventus exstinctus est, et ecclesia anno 1801 solo aequata, reliquiarum, quas ad ecclesiam in Hartkirchen delatas et prope altare laterale absconditas fama fert, nullum superest vestigium. Non periit tamen sancti pontificis memoria, et die 2 augusti 1874 ab episcopo Linciensi Francisco Iosepho Rudigier positus est primus lapis novi templi, quod die 15 octobris 1879 sacratum et PP. Franciscanis traditum fuit. Aedes postea ampliatae, ornatae, et reliquiis sancti patroni, Ratispona acceptis, ditatae, devotorum* S. Wolfkangi *cultorum in dies crescentes turmas rursum trahere coeperunt* (16).

et loca Lunaelaci…

21. *Fuse disseruimus de fama miraculorum* S. Wolfkangi *in eremo prope Lunaelacense quondam monasterium, et obscuram eius originem indagare conati sumus* (17). *Planior est loci sacri per temporum decursus historia, cuius summa tantum capita attingemus. Ulteriora, si lubet, in scriptis Lunaelacensium lector reperiet. Monumentorum, quae* S. Wolfkangi *in hoc tractu commorationem nonnullis videntur comprobare et a* F *simplici plebe pia cupiditate visuntur, catalogum desumimus ex abbate Bernardo Lidl, qui duplicem eorundem seriem discernit* (18). *Prior est eorum quae sita sunt prope montem Falconem seu Falkenstein, scilicet* a) *specus quae sancto eremitae cum socio recessum a pluviis et frigore praebuerit* (19); b) *fons quem sanctus baculo elicuerit* (20), *et qui* " *usque hodie aquas emanat aegris apprime*

propr Falkenstein.

(1) Ibid., tom. IV, p. 225. — (2) *Schematismus des Bisthums Augsburg*, 1889, p. 104. — (3) Litterae ab ordinariatu missae 16 aprilis 1892. — (4) Aedificata ecclesia an. 1468. — (5) Aedificata an. 1750. — (6) An. 1473 aedificata. Haec ex litteris ab ordinariatu acceptis, 21 decembris 1891. — (7) Litterae ab ordinariatu acceptae, 22 ianuarii 1892. — (8) Litterae ab ordinariatu acceptae, 22 decembris 1891. — (9) Litterae a parocho datae 11 ianuarii 1892. — (10) Litterae praesidis ad S. Wolfgangum data 7 ianuarii 1892. Legatur L. Pröll, *Geschichte des Prämonstratenser Stiftes Schlägl im Oberen Mühlviertel*, Linz, 1877. — (11) Supra, annot. ad Arnoldi lib. II, n. 20. Cfr. I. Stülz, *Zur Geschichte der Herrn und Grafen von Schaumberg*. Wien, 1862, 4°, p. 70. — (12) Litterae a R. D. parocho Kürzinger datae 14 ianuarii 1892. — (13) Stülz, *Zur Geschichte der Herren und Grafen von Schaumberg*, Regesten, n. 1085. Cfr. n. 1079, 1080. — (14) *Cosmographia Franciscano-Austriacae provinciae S. Bernardini Senensis facta per Fr. Placidum Herzog def. anno 1732*, inter *Analecta Franciscana*, Quaracchi, tom. I (1885), p. 161-64. — (15) Ibid., p. 162. — (16) J. Lamprecht, *Der hl. Wolfgang und das einstige Kloster Pupping und dessen Wiedererstehung im Jahre 1875-85*. Schärding, 1890, 8°, 13 pp. — (17) Supra, Comm. praev., § 7, n. 57. — (18) *Gesegnetes Aberseisches Gebürg das ist Leben und Gutthaten des h. Bischofs und Einsidls Wolfgangi in seiner Einöde und Wallfahrt am Abersee, in zwey theilen abgetheilet. Der erste fasset das Leben des hl. Wolfgangi... der ander handlet von denen Gnaden und Gutthaten welche Gott von anno 1505 bis auf das 1752ste jahr durch Vorbitt des h. Wolfgangi*, etc. Augsburg, 1753, 8°, 304 pp. capp. IV, V, p. 29-40. Eiusdem auctoris est *Chronicon Lunaelacense*, Pedeponte, 1748, cuius aliquoties verba citabimus. De iisdem locis lege Duckher, *Salzburgische Chronica*, Salzburg, 1676, obl. p. 77-83; Zarbl, *Erinnerungen aus einer Reise durch einige Abteien in Oesterreich*, 2° aufl. Regensburg, 1836, p. 311-17. — (19) Cfr. S. Wolfkangi legendam, Comm. praev., n. 59. — (20) Ibid., n. 59, in fine.

AUCTORE H. D.

salutares „; c) *rupes quam casum minitantem manibus sustinuerit* (1). “ *Partam de styge victoriam, ait Bernardus, ipsa cautes hodiedum loquitur, cum inscripta crucis salutiferae, capitis manuumque vestigia oculis animique offert admiranda.* „ d) *Crux erecta in loco unde in vallem securim proiecerit* (2); e) *saxum quod* “ *asperitate sua deposita in cerae naturam emollitum viatori sacro requiem* „ *praebuerit servaritque vestigia quiescentis* (3). *Reliqua prope lacum Abernum, nunc Wolfgangsee, posita sunt :* a) *cella quam vir sanctus propriis construxerit manibus* (4). “ *Cernitur haec ad nostra usque tempora ex lapidibus constructa, altitudine 6, longitudine 8, latitudine 3 cubitos mensurans, cui pervetusta legitur inscriptio :* Struxerat aedi-culam mandrita Lupambulus istam (5). „ *Quae epigraphe ex Vitae c. 1 desumpta est.* b) *Saxum quod perhibetur nativum mutasse rigorem, quando a seipso poenas exacturus membra illi allidere conatus sit* S. Wolfkangus (6); c) *aliud saxum, prope tugurium, in quo lassos artus recumbere solitus sit;* d) *ecclesiam cum altari, a cella 13 cubitis distantem, quam locata daemonis opera sanctus aedificaverit* (7), *adhuc anno 1369 exstitisse testatur diploma episcopi Pataviensis* (8); “ *quae hodie visitur ecclesia an. 1500 aedificata et ann. 1504 a Bernardo Pataviensi episcopo consecrata legitur; altare tamen quod D. Wolfgangus ex lapide erexit, sibi sacrificanti deserviens, in hodiernum usque diem perstitit illaesum, quotidianis hucusque sacrificiis celebre* „. e) *Altare portatile, quae, ut narrat apposita inscriptio,* “ Sancti Wolfgangi praesulis ara fuit „ (9). f) *Ostendunt quoque securim a sancto proiectam et per aera delatam* (10), *calicem quocum sacra peregerit mysteria* (11) *et baculum pastorale. Et haec quidem narrata sunto; reliquiarum veritatem et monumentorum fidem comprobandi munus suscipiant prudentiores.*

prope Wolfgangsee,

et in St.-Wolfgang.

22. *Amplum, quod hodie exstat, templum* S. Wolfkangi, *post incendium anni 1429 excitatum est* (12), *in eoque, anno 1481, positum altare, Michaelis Pacher opus mirabile* (13). *Porro, cum hanc ecclesiam tum sancti capellam visitantibus quam plurimae a pontificibus, cardinalibus et episcopis concessae sunt indulgentiae, quas testantur diplomata inde ab anno 1306 ad annum usque 1749* (14). *Erecta ibidem confraternitas non paucis spiritualibus donis dotata* (15). *Hic quoque benedici solita in honorem* S. Wolfkangi *numismata et securiculae, eo praecipuo fine* ut qui eas secum devote gestaverint vel domi asservaverint vel ubicumque contra ignem concurrentem missae vel positae fuerint, per intercessionem S. Wolfgangi episcopi et patroni nostri ilico ignis evanescat, et penitus exstinguatur, necnon gratam sibi continentiam *etc.* (16). *Nec desiit in Bavaria et Austria locus celebris haberi. Anno 1887, undique concurrentibus populis, sollemnissime celebrata est novem saeculorum commemoratio secessus* S. Wolfkangi *ad lacum Abernum, praesentibus RR. episcopis Linciensi Ernesto Maria Müller, Ratisponensi Ignatio Senestréy, et archiepiscopo Salisburgensi Alberto Ever* (17).

Miracula ibi patrata

23. *Iam monuerat nostros doctissimus B. Pez* „ *diversas egregias et accuratas collectiones miraculorum S. Wolfgangi tum manuscriptas tum typis editas in monasterio Lunaelacensi seu Monseensi haberi* (18). „ *Et re quidem vera complures sanitatum gratias in sancti episcopi praedio sacro obtentas collegerunt, libellisque in vulgus emissis vulgaverunt Lunaelacenses. In opusculo anno 1515 Landishuti edito* (19) *quinque recensentur miracula, quorum primum anni 1511, his verbis inducitur :* Das erst Wunderzaichen mit genugsam zeugnüs aufgezaicht. *Ultimum est anni 1513. In editione latina* (20) *anni 1516, novem sunt numero, ultimum anni 1515. Collectio Christophori V. Wasner, abbatis Lunaelacensis* (21) *an. 1599 typis impressa, miracula complectitur ab anno 1500 ad 1598* (22). *Novam adornavit anno 1555 abbas Simon Rebiser* (23), *quam miraculis an. 1654-83 complevit eius successor Maurus Oberascher* (24). *Anno 1732 miracula an. 1694-1731 typis mandavit abbas Bernardus Lidl* (25), *a quo etiam postea*

(1) Ibid., n. 60. — *Chron. Lunael.*, p. 102. — (2) Comm. praev., n. 60. — (3) *Rhythmus*, vv. 101 sqq., *Chronicon Lunael.*, p. 103. — (4) *Legenda*, Comm. praev., n. 61. De hac cella prorsus stupenda narrat etiam *Chron. Lunaelac.*, p. 105. — (5) *Chron. Lunael*, p. 103. — (6) *Legenda*, Comm. praev., n. 62. — (7) Ibid., n. 62. — (8) Comm. praev., n. 64. — (9) Integram inscriptionem affert *Chron. Lunaelac.*, p. 104; item libellus *Gesegnetes Aberseeisches Gebürg*, etc., p. 39. — (10) *Legenda*, Comm. praev., n. 60. — (11) De quo in *Mittheilungen der kaiserl. königl. Central-commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale*, Wien, tom. II (1857), p. 307. — (12) J. Baumgartner, *Ueber einige Bau- und Kunstwerke in Oberösterreich*, ibid., tom. II, p. 46. — (13) De quo lege E. von Sacken, *Mittelalterliche Kunstdenkmale des Oesterreichischen Kaiserstaates.* Stuttgart, tom. I (1857), p. 125-34, tab. XIX; Förster, *Denkmale deutscher Baukunst, Bildnerei und Malerei*, Leipzig, tom. VIII (1863), 2, p. 15-16, 3, p. 25-26; W. Bode, *Geschichte der Deutschen Plastik*, Berlin, 1885-87, p. 193-99. — (14) *Chronicon Lunaelacense*, passim ; *Urkundenbuch des Landes ob der Enns*, tom. III, p. 483, tom. V, p. 627, tom. VIII, p. 424. — (15) *Gesegnetes Aberseeisches Gebürg*, etc., c. v, p. 41-47; *Chronicon Lunaelac.*, p. 475 et alibi. — (16) Hac occasione editum fuit opusculum a R. D. parocho Peyrhuber, *Kurze Lebensbeschreibung des hl. Bischofes Wolfgang*, 1887. — (17) *Benedictio securicularum et numismatum S. P. Wolfgangi*, in *Gesegnetes Aberseeisches Gebürg*, etc., p. 53-54; edita quoque in opere *Getreuer seelenfleiss etc.* (supra, n. 17), p. 85-86, et in opusculo *Kurze Lebensbeschreibung des wundergrossen Nothhelfers und allgemeinen hülffreichen Schutzpatron des hl. Regenspurgischen Bischoffs Wolfgangi*, etc., Regenspurg, 1737, 47 pp., p. 47. — (18) *Thesaurus Anecdot.*, tom. III, p. XVI. — (19) Titulum dedimus supra, Comm. praev., n. 14. Auctor videtur Florianus Schiffer, uti dictum est. — (20) Comm. praev., n. 22. Altera editio anni 1522, ibid. — (21) *Chronicon Lunaelac.*, p. 351-52. — (22) *S. Wolfgangs des h. Beichtigers und Bischoffen zu Regenspurg Herkommen, Leben und Ableiben. Auch dessen Uralten weitberhümbten in Gebürg am Abersee bey Salzburg durch ihn erbawten Capellen und etlichen nambhaften daselbst beschehenen Wunderzeichen sampt etlichen schönen christlichen Gebettlein zusammen geschriben durch Ioha nn Christophen Abbten des klosters Mansee. Gedruckt zu Saltzburg durch Conradum Kürner im Jahr 1599*, 12°, duas partes complectens, I, pp. 16, 87, 1; II, pp. 16, 155. — (23) *Miracula oder Wunderzaichen des hl. Bischoffs Wolffgangi welche in dem Aberseeischen Gebürg bey seiner uralten weitberümbt durch Ihn selbst erbawten Capell geschehen sambt kurtzem Bericht dessen Lebens und Ableibens. Wie auch etlicher andächtigen Gebettlein; in gegenwertige Ordnung gestellt durch Simonem Abbten dess Closters Monnsee. Cum licentia superiorum. Getruckt zu Passaw bey Georg Höller, Anno 1655.* 12°, 10, 342 pp. — (24) *Continuatio göttlicher Gnaden so durch die Fürbitte dess heyligen Vatter Wolffgangi bey seiner uralten von ihm selbst erbauten Capellen zu S. Wolffgang in Aberseeischen Gebürg Landts Oesterreich ob der Enns wunderthätig erzaigt worden von anno 1654 biss 1683. Zusammengetragen durch Maurum abbten dess Closter Monsee SS. Theol. doctorem. Cum licentia superiorum. Gedruckt in Lintz, bey Caspar Freyschmid 1687*, 12°, pp. 127. Sequitur opusculum *Leben und Ableiben dess heiligen Bischoff und Beichtiger Wolfgangi sambt etlich andächtigen Gebettlein. Gedruckt in Lintz, bey Caspar Freyschmid*, 1687, 12° pp. 93. — (25) Libellum non vidi. Citatur in *Chron. Lunaelac.*, p. 449.

conflata

A *conflata est plenissima collectio annorum 1505-1752 miracula exhibens* (1). *Citantur praeterea* (2) *tamquam miraculorum collectores Adalgarius Hölzl, pro annis 1536-1540, et Leopoldus, pro annis 1550-1555; ab his forte et aliis concinnatus codex manuscriptus de quo nunc.*

in codice Vindobonensi

24. *In bibliotheca palatina Vindobonensi servatur sub n. 2945 * codex chartaceus, olim Monseensis Q. 39, pp. 252, 0m,21 × 0m,155, cui titulus* Prodigiorum divi Alpinatis Wolfkangi codicillus anni 1591, *diversis exaratus manibus, qui ab anno 1531 ad 1590 parochis S. Wolfgangi praesto fuisse videtur ad miracula a piis fidelibus obtenta et testibus idoneis probata quotannis inscribenda. Annus, dies et nomina testium accurate notata sunt. Nonnullas libro insertas graphioque ductas invenimus notas, uti ad p. 166, ubi incipiunt miracula anni 1550 :* F. Leopoldus plebanus; *et p. 176, ante annum 1551 :* F. Leopoldus plebanus ad S. Wolfgangum scripsit sequentia miracula. *Prodigiorum numerum singulis annis in libello inscriptorum ex sequenti tabella lector intelleget.*

B

An. 1531	Mir. 16	An. 1549	Mir. 14
32	21	50	24
33	15	51	28
34	14	52	23
35	21	53	17
36	19	54	16
37	26	55	8
38	15	69	5
39	15	71	5
40	23	72	4
41	34	73	3
42	57	74	1
43	35	79	3
44	52	85	3
47	10	90	1
48	29		

collecta leguntur.

Alios similes codices prae manibus habuere Monseenses, de quibus ulterius inquirere non iuvat. Sed, quoniam ab hoc nostro manuscripto non exiguam partem miraculorum typis vulgatorum derivatam esse credendum est, quinque priora, speciminis gratia, hic ponenda ducimus, ut cum scripto authentico textus editus conferri, deque eius fide iudicari possit.

C

Prodigia divi Wolfkangi Alpinatis currente anno domini 1531 *.

* *p. 1.*

25. Tertia feria in festis pascalibus fuit hic quidam peregrinus Iorg Speckher ex parochia Prütting, qui habuit morbum anglicum III diebus, adeo quod fuit in mortis articulo. Qui emisso peregrinationis voto ad S. W. limina cum oblatione 1 librae cerae meritis eiusdem sospes ac sanus evasit. Testes Sebastian Mesner zuo Schwäbring; Iorg Altmayr ibidem; Thomas Hueber von Reisthaw.

AUCTORE H. D.

Aliud prodigium. Quarta feria paschae fuit hic Iorg Reichenoer ex parochia Pilsting, qui habuit filium 19 annorum habentem grandem rupturam tribus hebdomadis. Vovit hic peregrinationem et oblatione[m] librae cerae; pristinae restituitur sospitati. Testes Iorg Khaiser, Iorg Eckhel et tota communitas parochiae ibidem.

Eodem die fuit hic Peter Schreijer ex Möringen parochia sub dominio dominorum de Hag, der hat ain feijll gehabt im hals, ita sane quod non posset deglutire quidquam. Vovit hic peregrinationem et 8 libras cerae cum elemosyna. Infra spatium 2 dierum sanus evasit. Testes cum eo fuere hic presentes 8 parochiae nostrae.

Aliud miraculum. Misericordias * Domini fuit hic Leonhardt von Gottprechting ex parochia Khirchperg cuius filius 2 annorum aetatis cecidit in puteum et nescius quanta mora vel quot horis in puteo iacuerit; et cum extraheretur non sunt in eo visa ulla signa vitae plus quam per 1 integram horam. Vovit hic peregrinationem, oblatione[m] et peplum * a matre; meritis S. W. revixit. Testes fuere presentes quamplurimi.

* *p. 2.*

* *peplo* cod.

Aliud. Dominica Cantate fuit hic Wolfgangus de Mündolfing cuius uxor post partum gravissime infirmabatur, ita ut III diebus ratione privabatur nuda incedendo ac horribiliter clamando etc. Vir eius facto voto peregrinationis et oblatione, viva sanitatem recuperat et facta est rationis compos. Hoc testatur tota communitas parochiae ibidem E

In reliquis dioecesium Austriae

26. *Reliquarum Austriae dioecesium in* S. Wolfkangum *venerationis indicia prosequamur. Ecclesias sancto dedicatas habet archidioecesis Vindobonensis* (3) *in Otakring, nunc districtu Vindobonensi XVI* (4), *in Neudorf* (5), *Loidesthal, Tribuswinkl* (6), *Trattenbach* (7), *Ziersdorf* (8), *ut taceamus beneficia olim exstantia in urbe Vindobonensi* (9) *et in Korneuburg* (10). *Dioecesis S. Hippolytana habet ecclesias* S. Wolfkangi *in Kling, Furth, St.-Wolfgang (Weitra), Mittelberg* (11). *In territorio Salisburgensis archidioecesis sita est capella* S. Wolkangi *montis Falkenstein, de qua supra* (12). *Aliae sunt eiusdem dioecesis in Manterndorf (Lungau), in coemeterio parochiae S. Michaelis in Lungau, prope Weichselbach (Insch, Pinzgau), et in ecclesia coenobii S. Petri Salisburgi, anno 1424 exstructa* (13). *In Saalfelden (Pinzgau) erecta erat confraternitas in honorem SS.* Wolfkangi *et Sebastiani, quae nunc exstincta est* (14). *In sequentium dioecesis Brixinensis locorum ecclesiis* S. Wolkangus *patronus colitur : Schalders, Rein, Geiselberg, Schattwald, Yenbach* (15), *Meschbach, Schepfau* (16); *iis addendae capellae in Tisis et Gösis* (17). *Dioecesis Lavantinensis duas habet parochias sancti vocabulo insignitas: St.-Wolfgang am Kagberge et St.-Wolfgang bei Wisch und Ternovez* (18). *Anno 1494 in Hol-* F

(1) *Gesegnetes Aberseeisches Gebürg*, etc. Supra, n. 21. — (2) V. Staufer, *Mondseer Gelehrte*, II, p. 14. Decem miracula recensentur in libello hoc nostro saeculo edito *Neuverfasster ächter Ursprung des Ortes und der Wallfahrt zum hl. Wolfgang sammt den Tagzeiten, den zu den Stationen gehörige Gebethern und der Litaney zu diesem heiligen. Zu haben beim Schullehrer zu St. Wolfgang*, Salzburg, s. a., 8°, 48 pp., p. 43-48; alia editio, s. l. a., 52 pp. p. 44-50. — (3) Amplum et accuratum de materia scriptum accepimus ab ordinariatu Vindobonensi, quod integrum exhibere non possumus, sed e quo multa desumpsimus. — (4) Huius ecclesiae fata distincte enucleata reperies in *Kirchliche Topographie der Wiener Erzdiöcese*, Wien, tom. III (1820), p. 20; K. Schneider, *Geschichte der Gemeinde Otakring*, Wien, 1892. — (5) *Kirchliche Topographie*, tom. II, p. 62-64; ibid., p 106, memoratur altare S. Wolfkangi in ecclesia hospitalis in Perchttoldsdorf. Altaria in Hochneukirchen et in ecclesia S. Stephani Vindobonae et in Kirchschlag citant etiam litterae ordinariatus. — (6) *Kirchl. Topogr.*, tom. IV, p. 305 sqq. — (7) Addo ex scripto Vindobonensi : " Ex antiqua traditione sanctus has regiones permeans incolas non solum Christo lucrifecisse, sed silvas evertendo, culturae meliori adduxisse fertur. Vestigium pedis ostendunt, cui loco insistens ligonem in vallem deiecisse narrant, eo consilio, ut in loco, in quem ceciderit, ecclesia struatur, et haec dedisse originem ecclesiae in Kirchberg, postmodum in eius honorem paratae. " Cfr. Comment. praev , n. 66. — (8) Keiblinger, *Geschichte des Benedictinerstiftes Melk*, tom. II, 2, p. 962. — (9) Citatis in litteris adducitur *Liber beneficiorum*. — (10) *Kirchl. Topogr.* II, tom. II, pp. 182, 186, 196, 206, 208. — (11) Litterae ordinariatus S. Hippolyti. — (12) Supra, n. 21. — (13) Litterae ab ordinariatu datae 18 ianuarii 1892; Mezger, *Historia Salisburgensis*, p. 1116. — (14) Litterae ordinariatus. — (15) Sinnacher, *Beyträge zur Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen in Tirol*, Brixen, tom. II (1822), p. 55; cfr. Resch, *Annales ecclesiae Sabionensis*, tom. II, p. 635; tom. III, pp. 547, 548; *Act. SS.*, Sept. tom. IV, p. 730. — (16) *Schematismus der dioec. Brixen*, 1889. — (17) Sinnacher, l. c. Ut ex ordinariatu scribitur, exstat in dioecesi una confraternitas S. Wolfkangi; quo in loco, nescio. — (18) Jordan, *Schematismus der gesammten katholischen Kirche in Oesterreich-Ungarn*, 1880, tom. I, p. 109.

lenek

AUCTORE H. D.

lenek in eius honorem constructa est capella lignea, ad quam homines concursare coeperunt maxime ob vanam religionem; cui fons ex lapide scaturiens et arbor prope sacellum posita occasionem praebuere. Iussu episcopi, lapis confractus, arbor excisa et statua S. Wolfkangi *sublata fuit* (1). *Unica dioeceseos Secoviensis eidem dicata ecclesia nobis innotuit, nempe in Mönchegg* (2), *unica etiam dioeceseos Brunnensis, in Gnadlersdorf* (3).

Bohemiae,

27. *Indicia quaedam venerationis Bohemorum in sanctum nostrum innuimus* (4); *de qua universim audiamus eruditissimum Dobner : " Bohemia „ pro sancto sanctum hunc suum olim episcopum „ ab omni memoria digno prosecuta est cultu, quae „ in honorem illius complures sumptuosas aedifi- „ cavit ecclesias, hodieque compluribus illius sacris „ reliquiis gaudet* (5) „. *Credendum sane viro rerum suae patriae scientissimo. Nihil tamen habeo quod afferam praeter ecclesiam in Grün* (6), *dioecesis Budwicensis, capellam prope Graupen dioecesis Leitomericensis* (7) *et ecclesiam prope Chudienicium in provincia Plsnensi exstructam, quam Wolfanek vicinia appellat et de qua mira narrat* B *Balbinus* (8). *Nec Helvetios oblivio cepit sancti in sua patria incolatus* (9). *Eodem in altari coniunxit coenobium Einsidlense suum olim alumnum cum S. Udalrico eius consecratore. Praeterea in dioecesi Curiensi eidem dicata est ecclesia in Erlenschachen (Kussnach, Schwyz), et capellae, quarum memoria tantum superest in Ienins (Graubünden)* (10), *in Maienfeld (it.), Davos (it.) et in Churwalden* (11). *Sacellum olim exstabat in Oberriet, dioecesis Sangallensis* (12) *et nunc quoque in Haggen (paroch. Bruggen) dioecesis quondam Constantiensis, cuius erant etiam capellae in Otelfingen* (13), *et " auf den Oelberg „ in parochia Schaffhausen* (14); *insuper ecclesia in Embrach (Zurich) et monasterium in Ochsenhausen, quae altarium consecratione* S. Wolfkangi *memoriam coluere* (15). *Aliter omnino civitas Tugiensis (Zug), cuius moneta sancti nostri effigie ornatur* (16); *et in eiusdem territorio est viculus* St.-Wolfgang *nuncupatus, in quo elegans visitur sacellum. Citandi denique loci cognomines duo* St.-Wolfgang *(Solothurn),* St.-Wolfgang *(Freiburg), quorum capellas vicini libenter visitant* (17).

Helvetiae,

Germaniae et Belgii

28. *Ut breviter absolvamus quae ad reliquas Germaniae dioeceses spectant, in Rottenburgensi citabimus ecclesias in Weiler et Eglingen, cum capellania in Ellwangen* (18), *in Fuldensi vero, Hanoviae, monasterium quondam* S. Wolfkangi (19). *In Treverensi, praeter capellam in pago Tusenig, non* D *incelebris est ecclesia de qua ita Trithemius in* Chronico Sponheimensi, *ad annum 1480 :* Circa haec tempora fundatum est coenobium fratrum minorum de observantia in Creutzenacht, per Fridericum comitem palatinum ducemque Bavariae ac comitem in Sponheim, patrem Iohannis ducis in Siemern hodie commorantis, cooperante oblatione fidelium. Nam civis quidam praefati oppidi Creutzennacensis imaginem parvulam S. Wolffgangi de ligno sculptam in capellam seu ecclesiam eiusdem novae fundationis posuit, ad quam tantus in brevi populorum concursus fieri coepit, ac miracula praedicari quod totum opus incoeptum ex oblatione populi citissime fuit consummatum. Nec miraculorum cessavit opinio quousque fratres, pacis et paupertatis amatores, imaginem deposuerunt; et tunc cessavit fama signorum, ac concursus populorum paulatim imminutus est (20). *Loci historiam prosequi non vacat. Addam tamen, ecclesiam* S. Wolfkangi *anno 1556 catholico cultui ereptam, anno 1623 patribus Franciscanis restitutam esse, qui eam, cum variis casibus et interrupte, usque annum 1802 tenuerunt. Antiqui* E *templi pars tantum hodie exstat; reliqua saeculo XVIII renovata est* (21). *Si fides sit anonymo* Chronici Bödecensis *editori, canonici regulares congregationis Windesheimensis, cum aliis Germaniae patronis, sanctum nostrum colebant* (22). *Leodiensis dioecesis, Coloniensis sedis olim suffraganea,* S. Wolfkangi *festum etiamnum sub ritu duplici agit.*

in S. Wolfkangum *veneratio.*

29. *Reliquum est ut hic paucis colligamus varia cultus* S. Wolfkangi *momenta et indicia quae in superioribus collocare non potuimus. Superfluum videtur ex kalendariis et martyrologiis annuntiationes excerpere quae eius festum ad diem 31 octobris celebrandum assignant* (23). *Discrepat mentio kalendarii breviario Magdeburgensi praefixi :* XII kal. iulii, Wolfgangi ep. et conf. (24), *et martyrologium Hagenoyense qui habet ad 30 octobris :* Apud Ratisponam civitatem depositio S. Vulfgangi episcopi et confessoris; *at notat Sollerius hoc exemplar multa saepe turbare in ordine kalendarum* (25). *Antiqua officia* S. Wolfkangi *sive manuscripta sive impressa obiter citavimus* (26); *quorum non pauca exemplaria adhuc latent in bibliothecis, a rerum liturgicarum peritis aliquando illustranda* (27). *In* F *plerisque Germaniae dioecesibus eius festum iam pridem celebrabatur* (28). *Anno 1638, Urbanus papa VII, supplicationibus Caesareae maiestatis benigne*

Eius memoria in fastis,

officia,

(1) Muchar, *Geschichte des Herzogthums Steiermark*, Gratz, tom. VIII (1867) p. 185-86. — (2) Jordan, op. cit., p. 94. — (3) Ibid., p. 314. — (4) Comm. praev., n. 45, supra, n. 8. — (5) Dobner, *Wenceslai Hagek Annales Bohemorum*, tom. IV, p. 397. — (6) Jordan, *Schematismus* etc, p. 226. — (7) Comm. praev., n. 45. — (8) *Miscellanea historica regni Bohemiae*, dec. I, lib. IV (Bohemia sancta), fol., Pragae, 1862. p. 23. — (9) Burgener, *Helvetia sancta*, 8°, tom. II (1860), p. 343 50. — (10) Litterae ab ordinariatu datae. — (11) A. Nüscheler, *Die Gotteshäuser der Schweiz*, Zürich, 1864 73, 8°, pp. 25, 33. — (12) Litterae ab ordinariatu datae die 24 novembris 1891. — (13) Nüscheler, op. cit., p. 593. — (14) Ibid, p. 28. — (15) Ibid., p. 237. *Consecratio ecclesiae parochialis et cimiterialis in Ochsenhausen, a. 1495* inter Collect. Bollandiana, nunc in cod. 8932 bibl. reg. Bruxellensis. — (16) Schratz, *Münzen auf den hl. Wolfgang, Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner Orden*, 1890, p. 272-74. — (17) Ibid., p. 272. De veneratione S. Wolfkangi quoddam sui generis documentum habes apud Crecelius, *Die Heiligenverehrung in der Schweiz im 16 Jahrhundert, Alemannia*, tom. III (1875), p. 53-61, excerpta scilicet ex libello *Ein Fassnachtspil den ursprung, haltung, und das End beyder Heydnischer und Bäpstlicher Abgötteryen allenklich vergliichende*, . Basel, by Thoman Wolff, anno 1532, 4° — (18) *Katalog der katholischen Kirchenstellen und der gesammten Geistlichkeit des Bisthums Rottenburg*, 1889. — (19) Ioannis, *Rerum Mogunt.*, tom. I, p. 328. — (20) Io. Trithemii, *Opera historica*, Francofurti, tom. II, p. 392. — (21) De ecclesia S. Wolfkangi copiose ad nos scripsit R. D. Ad. Simon parochus, in Gersweiler die 12 ianuarii 1892, cuius integrum scriptum hic apponi non posse dolemus. — (22) *Chronicon monasterii Bödecensis*, Monachii, 1731, 4°, p. 124. — (23) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, auctaria ad 31 oct. p. 640. — (24) *Breviarium Magdeburgense* an. 1491. In *missali Magdeburgensi* a. 1503 Nurenbergae impresso deest haec mentio. Cfr. etiam H. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters*, Hannover, 1892, pp. 110, 111. — (25) Sollerius, l. c., p. 638. — (26) Comm. praev., nn. 12, 14, 20; conspectum officii, quod in codice Monacensi lat. 14872, supra C8, continetur, nuper dedit P. U. Kornmüller, *St. Wolfgang*, ap. Haberl, *Kirchenmusikalisches Jahrbuch für das Jahr 1894*, Regensburg, p. 20-22. — (27) *Tabulae codd. mss. in biblioth. Palatina Vindobonensi asservatorum*, tom. I, n. 1964, 1975, tom. III, n. 3593, 3840. In codd. 3650, 3836 sunt preces ad S. Wolfgangum. — (28) Vide missalia dioecesis Misnensis ann. 1519, Frisingensis ann. 1579, quibus adde missale Olomucense ann. 1499, et Pragense, ann. 1498.

annuens,

A *annuens, concessit ut " in tota Germania in die „ S. Vuolfangi episcopi Ratisbonensis de eo ad libitum recitari possit officium sub ritu duplici de „ communi confessorum non pontificum „* (1). *Postulatae deinde, diu exspectatae* (2) *tandemque obtentae fuere, 14 ianuarii 1640, lectiones propriae secundi nocturni* (3).

carmina, 30. *Hymnis et carminibus* S. Wolfkangi *memoria decorata fuit. Periisse videntur carmina quae Herimannus Contractus modulavit, qui* cantus item historiales plenarios, utpote quo musicus peritior non erat, de S. Georgio... et de S. Wolfgango episcopo mira suavitate et elegantia euphonicos, praeter alia huius modi perplura, neumatizavit et composuit (4). *Supersunt prosa* In Wolfkangi canamus honorem (5), *quam nescio quo iure Othlono adscribunt, hymnus in festo* Florem mirificum Suevia protulit (6), *tandem hymnus* Aeterne rex altissime, preces tuorum suscipe *in die translationis eiusdem* (7). *Vernacula quoque lingua conscripta sunt cantica, quorum pleraque eius vitam eremiticam et miracula in tractu Salisburgensi celebrant* (8). *Unum etiam exstat longissimum, totam eius vitae historiam complectens* (9). *Aliud est genus monumentorum* S. Wolfkangi *cultum testantium, numismata inquam, et icones. De prioribus disseruerunt viri periti, ad quos lectorem remittimus* (10). *Iconographiam autem quam dicunt, sancti nostri quidam utique tetigerunt* (11); *haud ita tamen diligenter imaginum exemplaria collecta ordineque disposita sunt ut plena de his tractatio haberi possit. Triplici ratione potissimum* S. Wolfkangus *a pictoribus sculptoribusve exprimitur; scilicet securim manu tenens, qua ad fabulam proiectae securis alluditur* (12), *vel ecclesiam brachio gestans, vel etiam parvulum benedicens principem, videlicet S. Heinricum* (13). *Ex " legenda „* S. Wolfkangi *facile declaratur quare identidem cum baculo peregrinantis, vel cum fonte scaturiente, vel rupe, vel etiam cum effigie daemonis, quam pedibus conculcat, depingatur* (14).

AUCTORE H. D.

numismata et imagines.

B (1) Decretum 29 decembris 1638, *Analecta iuris pontificii*, ser. VII, p. 271, n. 1239. — (2) Negotiorum historiam regesto complexus est Schratz, in *Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner Orden*, 1889, p. 628-29. — (3) *Officium S. Wolfkangi ep*, iuxta copiam Coloniensem, 4 pp. — (4) *Berthodi annales* ad a. 1054, *MG.*, Scr. tom. V, p. 268. — (5) Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, n. 8806, cum cantu, apud Kornmüller, loc. cit., p. 21-22. — (6) Ibid., n. 6384, Kornmüller, p. 21. — (7) G. M. Dreves, *Analecta hymnica medii aevi*, tom. IV, Leipzig, 1883, p. 262. — (8) Wackernagel, *Das deutsche Kirchenlied*, Leipzig, tom. II, nn. 1241, 1242, 1243, 1244. Vide quoque *Catal. codd. Vindob.*, tom. III, p. 388, cod. 4789, 12°. — (9) Ibid., tom. V, n. 1479. Supra, n. 3. Carmina sequioris aetatis non quaesivimus. Citamus, quae casu occurrerunt, unum in cod. Vindob. 4119, 41°, *Catal.*, etc., tom. III, p. 169, et versus Phil. Menzelii, editi a Mezger, *Historia Salisburgensis*, pp. 1136, 1140, item a Radero, *Bavaria Sancta*, tom. I, p. 175. — (10) Beierlein, *Münzen bayerischer Klöster, Wallfahrts-Orte und anderer geistliche Institute, Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte*, tom. XVII (1857), p. 38-112, etiam tom. XXVII (1866), tom. XXXVIII (1879); L. F. Kuncze, *Systematik der Weihmünzen*, Raab, 1885, 8°, p. 391; W. Schratz, *Münzen auf den hl. Wolfgang, Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner Orden*, 1889, p. 627-43, 1890, p. 266-74. — (11) Weigel et Zestermann, *Die Anfänge der Druckerkunst in Bild und Schrift*, Leipzig, 1866, fol., icones S. Wolfkangi citant ann. c. 1425, tom. I, p. 48, c. 1460, ib., p. 212, c. a. 1460-70, ib, tom. II, p. 344, et c. a. 1470; J. E. Wessely, *Iconographie Gottes und der Heiligen*, Leipzig, 1874, p. 404; Cahier, *Caractéristiques des Saints*, pp. 307, 338, 475, etc.; *Jahrbuch der kunsthistorischen Sammlungen des allerhöchsten Kaiserhauses*, Wien, fol., tom. V, pp. 123, 255; minime neglegendum egregium opus W. L. Schreiber, *Manuel de l'amateur de la gravure sur bois et sur métal au XV^e siècle*, Berlin, tom. II (1892), nn. 1733-42, tom. III, nn. 2744, 2860, tom. VI, pl. XXXV. — (12) Comm. praev., n. 60. — (13) *Vitae*, c. XXX. — (14) Cahier, *op. cit.*, pp. 678, 730. E

ADDENDA

A D

ADDENDA ET EMENDANDA

Pag. 8, num. 33. — Adde : Quod si quis contenderit Pirminium illum, qui in regione Luxemburgica colitur, non esse eundem cum Alamannorum apostolo, de quo praecipue nobis hoc loco agendum est, ultro fateor nulla mihi praesto esse argumenta quibus hanc opinionem falsam demonstrem. Neque enim, ut dixi, de Pirminio illo Luxemburgico monumenta exstant saeculo XII extremo antiquiora, neque in ipsis iis monumentis antiquioribus quicquam memoratur quod certo referendum sit ad conditorem monasteriorum Augiensis et Hornbacensis. Sed ex alia parte, cum in utraque regione, Luxemburgica et Suevica, celebris fuerit cultus S. Pirminii, *nullum uspiam hactenus vestigium in documentis historicis quibuslibet repertum est alicuius Pirminii qui diversus ab episcopo illo, de quo Acta inferius edenda, iure censeri possit.*

Pag. 118, col. 2, lin. 3. — Pro Uraniae nato
B anno 1703, nova... *lege, interpunctione mutata,* Uraniae nato, anno 1703 nova...

Pag. 123, col. 1, lin. 8 a fine. — Pro " reddidit. Ydda ait : *Accipe...* „ *lege* " reddidit : *Ydda,* ait, *accipe...* „.

Pag. 147, annot. m, *lin. 1 extr. — Pro* Leinster *lege* Münster.

Pag. 149, col. 2, lin. 15. — Pro num. 35 *lege* num. 36.

Pag. 174 b, nota ad capitulorum indicem. — R. D. Tridon, quocum iamdudum commentarium nostrum de S. Alpaide communicavimus, amicissime nos monuit in capitulorum indice ad cap. I, post vocem parentibus *excidisse, nescio quo casu, haec verba* orta et quomodo. *Porro ex hoc titulo magis integro acrius forte licet eos refutare qui negant B. Alpaidem in vico Cudotensi natam esse (cfr. supra, pag. 171, num. 13).*

Pag. 197, col. 2, annot. a, *lin. 1 et 4. — Pro* Gulielmum, Gulielmus *lege* Gilbertum, Gilbertus.

Pag. 220, col. 2, lin. 22 et 23 a fine. — Pro ὑιῶν *lege* υἱῶν.

Pag. 223, col. 1, lin. 16 a fine. – Pro moderami *lege* moderamine.

C *Pag. 223, col. 2, lin. 16-17. — Pro* assevant *lege* asserunt.

Pag. 227, col. 2, lin. 11 a fine. — Pro quae damus *lege* quas damus.

Pag. 227, col. 2, not. 2, lin. 2. — Pro doce *lege* docet.

Pag. 238, col. 2, lin. 35. — Pro Tillemontius (4) *lege* Tillemontius (21) *et reliquis notarum signis adde numerum unum.*

Pag. 240, col. 1, lin. 26. — Pro dedicatum *lege* dedicatam.

Pag. 250, col. 1, lin. 19 a fine. — Pro fundunt *lege* findunt.

Pag. 263, col. 2, lin. 35. — Pro versioneis *lege* versionis.

Pag. 302, num. 10. — Adde : Non spernendam confirmationem sententiae nostrae, qua S. Modesta *coenobio Horreensi praefuisse censetur, accepimus ex homilia quadam in laudem S. Gisleni medio saeculo X conscripta ; in qua componenda adhibuit auctor tum aliorum sanctorum historias, tum Vitam Gerdrudis; ubi vero de* Modesta *sermonem habet, ita scribit :* Erat apud Treveros quaedam sanctimonialis actu et nomine Modesta, virginum monasterio, quod Orgia dicitur, praefecta (1).

Pag. 306-7, num. 28. — Adde : Inter 369 moniales, quae saeculis VII et VIII in monasterio Romaricensi vixerunt, offendimus mentionem cuiusdam Modestae; *vide A. Ebner,* Der Liber vitae und die Necrologien von Remiremont, *in* Neues Archiv, *tom. XIX (1893), p. 72, lin. 14. Fieri utique potest ut haec nostra* Modesta *sit, quamvis nihil certi sane hac de re affirmare liceat.*

Pag. 312, col. 2, lin. 20 et num. 5, lin. 10. — Ne lege Sancti Callistrati, *sed* Callistrati *tantum. Cfr. Du Cange,* Constantinopolis christiana, *ed. Paris., libr. IV, p. 154.*

Pag. 315, col. 2, lin. 5 a fine. — Codicibus Vaticanis ibi citatis adde codicem Vaticanum Ottobonianum, signatum num. 358. In hoc codice chartaceo, qui est saeculi XVII, continetur a fol. 66^{r} *ad* 127^{v} *Vita* S. Ioannicii *conscripta a Saba monacho. Cfr. E. Feron et Battaglini,* Codices manuscripti Ottoboniani bibliothecae Vaticanae. *Romae, 1893, p. 185.* E

Pag. 324, col. 2, lin. 18 a fine. — Pro 16 decembris *lege* 15 decembris.

Pag. 336, lin. 18. — Pro Theophanus *lege* Theophanes.

Pag. 344, col. 2, lin. 12 a fine. — Post vocem Lisum *dele litteram* q, *et post vocem* Chelidone, *pro* r *substitue* q.

Ibid., lin. 11 et lin. 6 a fine. — Pro litteris s *et* t *substitue* r *et* s.

Pag. 358, lin. 14 a fine, adde ad annot k. — *Cfr. quae scripsi de hoc agrapho in* Byzantinische Zeitschrift, *tom. III, p. 150.*

Pag. 359, lin. 5. — Pro Βαθέος *lege* Βαθέως.

Pag. 417, lin. 4. — Pro Petrus *lege* Paulus.

Pag. 438, not. 10. — Sic lege : quibus Clarus asseritur natus esse anno 865, passus vero anno 884.

Pag. 443, num. 27, lin. 9. — Pro in rebus *lege* in iis. F

Pag. 444, col. 2, lin. 12. — Pro tunc *lege* tum.

Pag. 454, annot. k. — Adde : Nuper v. cl. A. Pigeon confirmare conatus est sententiam iam olim ab aliis propositam, nempe idem esse monasterium Mandanense, quod monasterium S. Michaelis in Monte Tumba; cfr. Vie des saints du diocèse de Coutances et d'Avranches, *tom. I (1892), p. 37-41.*

Pag. 459, num. 5 et pag. 467. — Cum nuper codices manuscriptos evolveremus, qui in Archivo historico civitatis Coloniensis (Historisches Archiv der Stadt Coeln) *asservantur, alterum eiusdem Vitae posterioris exemplar offendimus in codice 170 (fol.* 18^{v}*-28), qui non multo post annum 1463 Coloniae exaratus est* (2). *Dolemus autem fieri non potuisse ut hunc librum, qui Darmstadtensi paulo antiquior est, ad editionem nostram parandam adhiberemus. Ceterum uterque codex ex eodem exemplari exscriptus videtur. Communes nempe habent mendas non paucas; sed est ubi veram lectio-*

(1) *Anal. Boll.*, tom. XII (1893), p. 417. — (2) Codices nempe eiusdem bibliothecae 164, 171 et 170 exhibent nobis volumina primum, tertium et quartum *Passionalis sanctorum* ad usum monasterii " Corporis Christi „ in Colonia a fratre Simone, huius domus canonico regulari, descripta. Iamvero ad calcem cod. 171, fol. 310^{v} notavit Simon se hoc volumen, tomum nempe Passionalis tertium, anno 1463 perfecisse.

A *nem solus Coloniensis servavit, est ubi solus Darmstadtensis, ut dici nequeat hunc ab illo esse derivatum. Coloniensis codicis lectiones (= 2), quantum satis esse visum est, subiungimus.*

P. 467, cap. 1, not. 1: a. P. p. *miniator 2; — not. 2:* bigantini *2; — post duas lineolas :* etiam *om. 2; — not. 3* prudencie *2; — not. 4* p̄videret *2; — not. 5* induatur *2; — not. 6* volabat *2; — post quinque lineolas in textu :* iubente *2.*

P. 468, cap. 4, not. 1. Post e. d. subrogatur *2; — Cap. 5, not. 1* Iam *2; — not. 2* populo *2; — not. 3* considerato *2.*

P. 469-70, cap. 7, not. 1 est *2; — not. 4* cepta *2; — Cap. 8 not. 1* ad hec *2; — Cap. 9, not. 1* sperabatur *2 (recte).*

Pag. 471, cap. 10, not. 1 ostendens *2; — Cap. 11, not. 2 : om. 2; — Cap. 12, not. 1* votum; *— not. 3* quis in hoc hoste requiratur *2; — not. 4* dilectioni *2.*

P. 472, cap. 14, not. 1 Theophain *2; — not. 2* omnes *2; — not. 3* augusti *2; — Cap. 15, not. 1* tractusatque tractus *2; — Cap. 16, not. 1* sui *2; — not. 2* illuc *2.*

P. 473, cap. 17, not. 2 concurrit *2.*

B *P. 474, cap. 22, not. 1* dixerat *2; — not. 2 : om. 2.*

P. 475, cap. 23, not. 1 : plaudat *2; — not. 2* consociorum *2; — Cap. 25, not. 1 :* Wolfrannius *et* Wolfrānius *2; — not. 2* facientibus *2; — not. 3* minimum *2; — not. 4* dicunt *adest in 2;* exarata *om. 2; — not. 5 :* cum *2.*

Pag. 476, cap. 26, not. 1 : om. 2; — Addit. 1, not. 1 : sic 2.

P. 477, not. 2 : ad *2; — not. 3 :* eiulans *2 (recte); — not. 4 et 5 : ita etiam 2.* D

Pag. 467, ad cap. 1 et not. 1. — Adde : Ut fingeretur Gregorius *noster Calaber in partibus Graeciae ortus esse, contulisse videtur imago quaedam byzantina S. Nicolai, opere musivo depicta, quae olim in abbatia Porcetensi conservabatur, hodie vero Porceti in ecclesia parochiali S. Iohannis reposita est* (1). *Illam nempe putabant ab ipso* Gregorio *huc esse advectam* (2). *Ad oram autem inferiorem formae, qua saeculo XIII imago circumdata est, appositae sunt argento caelatae imagines S. Benedicti atque* S. Gregorii.

Pag. 476, not. 2. — Adde : Epitaphium S. Gregorii, *quale an. 1611 renovatum erat, edidit etiam Petrus a Beeck,* Aquisgranum *(1620), p. 234. — De baculo pastorali* S. Gregorii *videsis iam F. X. Kraus,* op. cit., *p. 233; perstat clarissimus auctor in falsa opinione, qua* Gregorius *asseritur exstitisse frater Theophanu imperatricis et avunculus Ottonis III.*

Pag. 548, col. 1, lin. 36. — Pro appellat *lege* appellet.

Pag. 554, col. 2, lin. 25. — Pro Heremitanum *lege* Heremitarum. E

Pag. 561, col. 2, lin. 25, et pag. 573, col. 2, lin. 4. — Verba S. Gregorio tributa desumpta sunt ex Iohannis Diaconi Vita S. Gregorii, *lib. II, c. 104.*

Pag. 571, col. 2, lin. 29. — Pro 873 *lege* 973.

Pag. 577, col. 1, lin. 33. — Pro missalia, vestimenta *lege* missalia vestimenta.

(1) Imaginis specimen ediderunt F. Bock, *Die Reliquienschätze der ehemaligen gefürsteten Reichs-Abteien Burtscheid und Cornelimünster* (1867), p. 16; J. Laroche, *Iconographie de S. Nicolas,* in *Revue de l'Art chrétien,* 4e sér., tom. II (1891), p. 112; de eadem vide etiam F. X. Kraus, *Die christlichen Inschriften der Rheinlande,* 2ter Th., 2te Abth. (1894), p. 232-3. — (2) Cfr. Caesarii Heisterbacensis, *Mirac.,* lib. VIII, cap. 76.

INDEX

A D

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM II NOVEMBRIS

A

B

C

D

Dieto

E

F

G.

G

H

I K

L

M

N

O

P Q

R

S

T

U V

W Y Z

INDEX TOPOGRAPHICUS.

N. B. Quotiescumque post vocem *eccl.* (= ecclesia, ecclesiae) vel *mon.* (= monasterium, monasteria) sequitur nomen alicuius sancti aut alicuius loci, nullo addito numero, remittitur lector ad nomen illius sancti in indice historico vel illius loci in geographico.

A

B

Bodamicus

C

D

Hipporegia

I

K

L

M

Metopa

N

O

P

Pons

Q

R

S

T

U

V

W Y Z

INDEX ONOMASTICUS

A. VOCUM GRAECARUM.

B. VOCUM LATINARUM.

INDEX REALIS.

A

B

C

D

E

F

H

I

L

M N

O P

R

S

S

T

U V

BRUXELLIS
TYPIS POLLEUNIS ET CEUTERICK
37, VIA URSULINARUM, 37

VILLANOVA U
DATE DUE